Ab aliquo facere, cum aliquo facere: ab aliquo stare, cum aliquo stare: ab aliquo esse, pro aliquo esse: ab aliquo dicere. Hæc atque alia si qua sunt huius generis effata, hanc habent uim atque sententiam, ut si diceres, adiuuare & defendere aliquẽ, uel causam alicuius defensionẽq; cõfirmare, uel pro aliquo facere. Ab aliquo facere. de In. 59 a, Cõmune est, quod nihilo magis ab aduersarijs quã à nobis facit.

Ab aliquo stare. de In. 57 b, Aut à se potius quàm ab aduersarijs stare. Stare à uoluntate scriptoris, & ibi Stare à sententia], &c. & ad Her. 24 b.

Ab aliquo esse. de Or. 89 b, Sed uide ne hoc totum Scæuola sit à me. & Tusc. 176 b. Qui sunt ab ea disciplina.

Ab aliquo dicere pro Clu. 37 a, Non modò dicẽdi ab reo, sed ne surgendi quidem potestas erat. & de Inu. 80 a, Quemadmodum ei dicebamus, qui à scripto diceret, hoc fore utilissimum. & ad Her. 8 a, A testibus dicemus, secundum autoritatem & uitam testium.

Hæc etiam exempla quæ sequuntur, ad superiora uidentur pertinere. de In. 69 b, Locus communis à translatione, & cõtra eum qui translationem inducit. & ad Her. 8 a, Loci communes sunt à testibus, contra testes: à quæstionibus, cõtra quæstiones: ab argumentis, contra argumenta: à rumoribus, contra rumores. Habere aliquem secum. pro Clu. 38 b, Hoc non modò non est contra me, sed maximè meam causam, defensionemq; confirmat.

Ab aliquo & ex aliquo soluere, persoluere, dare, repræsentare, numerare, suppeditare quis dicitur, si quod ipse alicui debet, id curet ut alius, p se ac nomine suo soluat], uel de numis eius quem nominat, soluat, &c. Ab aliquo soluere. Attic. 114 a, Frater laborat, ut tibi quod debet ab Egnatio soluat. & pro Cec. 228 a, Hac emptiõe facta, pecunia soluitur a Cesenna. & At. 83 a, Homines nõ modò non recusare. sed etiã hoc dicere, se à me soluere. Cic. pro Plan. Sinite me, quod uobis fretus, huic sępe promisi, id à uobis ei persoluere.

Ab aliquo dare. pro Flac. 153 b, Ab Aulo Seruilio dicit se dedisse, & à suis fratribus. & At. 83 a, Quod enim prætori dare consuescent, quoniam ego non acceperam, se a me quodammodo dare.

Ab aliquo repræsentare. Attic. 194 b, Reliquæ pecuniæ usurã Silio pẽdemus, dũ a Faberio repræsentabimus.

Ab aliquo, & ex aliquo numerare. pro Flacc. 155 b, Si prætor dedit, à quæstore numerauit, quæstor à mensa publica, mensa aut ex uectigali, aut ex tributo.

Ab aliquo suppeditare. contra Rul. 72 b, Sumptum hauriet ex ęrario, suppeditat à socijs. & 74 b, Misimus qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent.

A AB

Ab equitatu firmus, ex doctrina nobilis, & id genus alia, id est (ut quidam exponunt) ob equitatum firmus, propter doctrinam nobilis. alij aliter has loquẽdi formas interpretantur. nos eas intellectu faciliores existimamus, quàm ut interpretationis atque explicationis indigeant. Epist. 152 b, Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur. Epi. 120 a, Paratus ab exercitu. & At. 112 a, Sumus flagitiose imparati, cũ a militibus, tũ à pecunia. de Cla. 170 a, Ille Græcus ab omni laude felicior. p Ra. 126 a, Demetrius ex doctrina nobilis & clarus. pro S. R. 32 b, Vir ab innocentia clementissimus. de Cla. 179 a, Instructus a philosophia, a iure ciuili, ab historia. & 186 a, Mediocriter à natura instructus. Acad. 44 b, A ualentiore interire. I. V. 242 a, Denudare à pectore. Post. 199 b, Nudus à propinquis, nulla cognatione munitus. p Dom. 225 a, Tam inpos eram ab amicis? tam nuda resp. à magistratib. & At. 1 a, de Cla. 185 a, Tum erat ab oratorib. quædam in foro solitudo. pro Flac. 157 b, Orba ab optimatib. concio. Qu. Fr. 317 a, Nunquã à causis & iudicijs distinctior fui. Of. 142 a, Qui inuictum se à labore præstiterit. de Di. 118 a, Pinarij natę nobiles, à nobilitate igitur periculum.

A, uel ab, pro post, de Or. 143 a, Qui annus ei primus ab honorum perfunctione fuit: id est, post. At. 214 b, Ab ea igitur, ut scribis, id est, post eam auctionem uenies. pro Clu. 7 b, Ab illo tempore id est, post. de N. 62 a, Homerus qui recens ab illorum ætate fuit. I. V. 206 b, Ab illo tempore secum illos habuit. & I. V. 180 a, Ab hora tertia bibebatur. & de Sen. 80 b, Cuius a morte tertius est annus. de Di. 104 a, Animus uixit ab omni æternitate: id est, quod dicunt ab æterno. de D. 106 b, Ea est ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna. de Ar. 250 a, Ceremoniæ ab omni uetustate acceptæ. Proximus à postremo, id est, ante postremum siue penultimum. Or. 218 a.

Alia de prępositionibus A, & Ab. de Or. 94 a, Non ego hæc à me prompsi, sed fortuitò incidi in hunc sermonem. & de Fin. 81 a, Sed ipsum à se oritur, & sua sponte nascitur. de Or. A se aliquid facere: id est per se. & de N. 52 b, Si est calor a sole, se opponunt. Acad 26 b, Mare nũc qui à sole collucet, albescit. Att. 279 a, Firmos exercitus habemus ab occidente. Att. 250 a, Minimè totum amorẽ ab ea mecũ abstulit. & de Or. 163 b, Laterũ inflexio non ab scena & histrionibus, sed ab armis, aut etiam à palæstra. At, 188 a, Tantum ne est ocij ab re tua tibi, ut etiam Oratorem legas? de Legib. 191 a, Cui ne reditus quidem ad bonos, salutem a bonis potuit afferre. Pro Mil. 122 a, Mars communis, qui sępe spoliantem iam & exultantem euertit, & perculit ab abiecto: id est, per abiectum, & uictum. pro Mil. 120 b, Siquidem nihil sit præstabilius uiro, quam periculis patriam liberare: beatos esse, quibus ea res honori fuerit à suis ciuibus. Attic. 82 a, Velim tranquillè à Parthis. de Diu. 86 b, Bacillum leuiter à summo inflexum. & Attic. 189 b, Antonius a fronte, à tergo, à lateribus tenetur. & de Diu. 82 b, Iupiter cornicem a læua, coruum a dextra canere iussit. contra Rul. 79 a, Ab alia porta Capenas ager est. Qu. de Per. 206 b, Cum sinistra capillum eius a uertice teneret. I. P. 85 At tu illo ipso tempore apud socrum tuam prope a meis ædibus sedebas. I. A. 210 a, Multi præterea improbi, quos quidem a se primum numerare possunt, qui hæc loquuntur. & de Diu. 128 a, Liberi effingunt à parentibus & mores & formas. & Att. 142 a, Illud certè scio, me ab singulari amore quæcunque scribo, tibi scribere. I. A. 243 b, Tres uiæ sunt ad Mutinam a supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. & de In. 81 b, Funiculus a puppi religatus. Att. 122 a, Pollucem seruum a pedibus meum Romam

misi, huiusmodi seruum Itali, un stafiero, Galli, un laquet, Germani laxey, appellant. I. V. 62 b, Alienus à subselijs. & Or. 220 a, In omni uerbo natura posuit acutam uocem, nec una plus, nec à postrema syllaba citra tertiam. I. V. 33 a, Quod augures omnesq; à Romulo decreuerunt. At. 98 b, At uellem à principio audisse te amicissimè admonentē. pro Qu. 2 b, Qui ab adolescentulo quæstum sibi instituisset sine impendio. De Fin. li. 2. Voluntas erga philosophiam ab adolescentia suscepta. pro L. Manil. Vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ. Sic de Offic. lib. 2. & Octauio Epist. 13. Ab ineunte adolescentia. Epist. lib. 4. Ab initio ætatis. de Senect. 92 b, sed hoc meditatum ab adolescentia debet esse, mortem ut negligamus. contra Rul. 77 a, Infinito ex tempore, non ut antea ab Sylla Pompeioq; Coss. Postquam 209 b. Qua uoce à te Romule post urbem conditam consul usus esset, eadem, &c. id est, te autore. At. 3 b, Vt primum à digressu tuo romam ueni. de Leg. 191 a, Grauiora iudicia de potentissimis hominib. extant uoces quàm tabellæ: id est, à potentissimis hominibus.

Abacvs, ci, mensa structoria, uasorum receptaculum ad domesticum usum, & pompam. I. V. 207 b, Ab hoc ille abaci uasa omnia, ut exposita fuerant, abstulit. & 212 b, Tusc. 240 Abacos quamplures ornauit argento, auroq; cælato.

Abalienatio. Topic. 223 a, Abalienatio est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt.

Abalieno, as. alieno, disiungo. contra Rul. 79 a, Agros uectigales populi Rom. abalienare. & 80 b, Vectigalibus abalienatis, socijs uexatis. I. A. 167 b, At uero Pompeij uoluntatem à me abalienabat oratio mea. At. 232 b, Totum se è te abalienauit Dolabella. de Or. 125 a, Eaq; omnia ualde beneuolentiam conciliant, abalienantq; ab ijs, in quibus hæc non sunt. Ep. 7 b, Qui nos, quos fauendo retinere potuerunt, inuidendo abalienarunt. Ep. 9 b, Qui à senatu hominem clarissimum abalienauerunt. de Or. 137 a, Non ne abs te iudices abalienes?

Abalienatvs. Ep. 6 b, Hominem excellentem non nihil suspicantem te ab se abalienatum, illa epistola retinere potuisti. de. Or. 117 a, Iudices erant à Cæpione propter iudicia abalienati. Att. 2 b, esse animo abalienato.

Abazea, uel sabazea, instituta Dionysij. de N. 71 a.

Abavvs, ui. aui nostri auus. de Cla. 183 a, Auus, proauus, abauus. & ibidem b, Iam duorum abauorum quàm est illustre nomen.

Abdera,ræ. urbs Thraciæ.

Abderites. Acad. 14 a, de Or. 154 b, Or. 167 a.

Abderiticvs, a, um. At. 105 b, Quod iam à multis audio constitutum esse Pompeio & eius cōsilio in Siciliam me mittere, quòd imperium habeam, id est Abderiticum, Abderiticum, id est stultum.

Abdico, as, ante tempus, imperium depono. de N. 28 a, Senatus ut abdicarent, consules abdicarunt. Tusc. 176 a, & de Diu. 154 a, Quid magnificentius quàm posse decernere, ut magistratu se abdicent Coss. I. A. 185 b, Antonius eo die non modo consulatu, sed etiam libertate se abdicauit. At. 85 a, Itaque tutela me abdicare cogito. I. C. 113 a, Cum se prętura abdicassent. L. Abiudico.

Abdicere, quasi repudiare uel reijcere. de Diu. 87 a, Cum q; in quatuor partes uineam diuisisset, tresq; partes aues abdixissent, quarta parte quæ erat reliqua, in regiones distributa, mirabili magnitudine uuam, ut scriptum uidemus, inuenit.

Abdite, occultè, I. V. 145 a, Aliquid ita conditum esse, atque ita abditè latere, ut omni diligētia inuestigari non possit.

Abditvs, a, um. Of 35 a, Nec aurum effoderetur penitus abditū. & de N. 56 b, Venæ auri penitus abditæ. & 11 b, Res penitus abditæ & res occultæ. & At. 246 a, Hæc loca uenusta sunt, abdita certe, & si quid scribere uelis, ab arbitris libera. & I. V. 77 b, Res retrusa atque abdita in tenebris. & de Ar. 257 b, Abditi & penetrales foci. & Qu. de Pet. 211 b, quæ significant uoluntatem esse abditam & retrusam, parui refert patere hostium. Tusc. lib. 2. Audis ne Amphiarae sub terram abdite?

Abdo, dis. occulto, retrudo. Acti, 56 a, Ille se in interiorem partē ædium abdidit. Ep. 217 a, Itaq; abdidit se in intimā Macedoniā. Ep. 130 b, Et fese abdiderit in classem. Of. 25 b, Natura eas partes contexit atque abdidit. & 138 a, Neq; me in Arpinū hoc tēpore abdā pro Mil. 109 b, Cum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. aliàs tenebras. & de In. 42 a, Qui dispersos homines in agris & in tectis syluestribus abditos, ratione quadam compulit in unum locū. I. P. 87 b, An amici tui tabulas abdiderunt? Item alibi: De uxore Tuberonis non possum iam abdere, est enim res peruulgata. pro Ar. 188 a, Si qui ita se literis abdiderunt. de D. 121 b, Qui luci ediderat genitor Saturnius, idem abdidit. I. P. 99 b. Is domum se abdidit. Epist. fam. li. 7. Ac me totum in literas abdere.

Abdomen, nis. apud Ciceronem pro utitio uentris ac gutturis, quam gulositatem uocant, aliquoties reperitur. pro Sest. 24 b, Manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant. & I. P. 88 a, Ille gurges natus abdomini suo, nō laudi atq; gloriæ. & 93 b, Oculorū delectationi abdominis uoluptates anteferre.

Abdvco, cis. remoueo, aufero, abstraho, auerto, traduco, de Nat. 34 b, Nihil est difficilius quàm à consuetudine oculorum aciem mētis abducere. & 93 b, A consuetudine oculorū animū abducere. & de Or. 136 a, Abducere animos a contraria defensione, & ad nostram conor traducere. I. V. 202 b, Abducuntur homines nonnunquā ab institutis suis magnitudine pecuniæ. pro Cæl. 41 b, Equidē uos abducam à testitibus. I. V. 165 a, Hic est Docimus, ad quē ille deduxerat Tertiam Isidori Mimi filiam. mi abductam à Rhodio tibicine. & de Or. 112 a, Abducere discipulos ab aliquo. Pro Deiot. 149 b, Abducere seruum ab aliquo. I. A. 236 b, Brutus equitatum ad se abduxit Dolabellæ. I. A. 226 a, Abducere legiones ab aliquo, & auertere, ibidem: Abducere animū à solicitudine uel à uitijs. Epist. 48 a, à molestijs. Att. 137 a, à querelis, 36 a. Epist. 80 a, Ita ut mones, quantū potero, me ab omnibus molestijs & angoribus abducā. Abducere cogitationem à cōsuetudine, Tusc. 156 a. Abducere aliquē à studijs, Epist. 49 a. & Ep. 59 a, Me nec domesticus dolor, nec, &c. à Rep. abducet. pro Quin. 15 b, Auferre & abducere. & I. A. 169 a, Curio te a meretricio quæstu abduxit. de Cl. 184 b, Quin etiā Catulum filium abducamus ex acie. i. à iudicijs. & Qu. Fr. 326 a, Abduco me ab omni reip. cura, dedoque literis. Item pro Flac. 61 a, & de D. 99 b, Ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis autorita te abduceretur ad mercedē atque quæstum. De Diu. lib, 1. Nec abducar ut rear, aut in extis totam Hetruriam deliberare, I. V. act. 5. Ab illis hominibus qui tum uersari sunt in Repub. ad hanc hominum licentiam & libidinem me abducis. Am. 97 a, Nec ab isto officio abduci debui. pro Flac. 161 a, Abducere se a fide.

Abeo, abis. discedo, transeo, concedo, facesso, cesso. I. A. 257 b, Quin tu abis in malam pestem malumque cruciatum? At. 226 a, Nausea iam planè abiit. Epist. 232. b, De loco nunc quidem abiit pestilentia. pro Mur. 125 b, Abiit illud tempus, mutata ratio est. I. V. 234 a, Prætor de sella surrexit, atque abijt. Pro Qu. R. 51 b, Nunquid causare quin ab iudicio abeas turpissimè uictus? Epist. 138 a, Illa mea, quæ solebas antea laudare, ò hominem facilem, ò hospitem non grauem, abierunt. Offic. 68 b, Nunc abeo ad uulgi opinionem. I. V. 99 a, De suis bonis ita dat, ut ab iure non habeat. Pro S. R. 25 b, Quid ad istas ineptias abis, inequies? pro S. R. & pro Cecin. 303 b, Vt ne longius abeam. At. 222 b, Ad summam non possunt isthæc sic abire. de Finib. 164 a, Cato autem sic abijt è uita. Epist. 60 b, Atque abeuntem magistratu concionis habendæ potestate priuauit. Attic. 112 a, Cum abiens consulatu sum domum reductus. Attic. 161 a, In quos enim sumptus abierunt fructus prædiorum? Tusc. lib. 1. Abijt ad Deos Hercules. Epist. lib. 7. Non longe abieris, num ius ciuile uestrum, &c. I. C. Non hoc tibi sic abibit. i. non impune feres. de Fin. li. 5. Et si hoc fortasse non poterit sic abire, tamen audebo, &c.

Aberratio, onis. Attic. 199 a, Siue hanc abberrationem à dolore delegerim, laudari me etiam oportere. & Epistol. 254 a, Veruntamen aliam aberrationem à molestijs nullam habemus.

Aberro, as. recedo, decerro, animum abduco. pro Cecinna 395 a, Ne ab eo, quod propositum est, longius aberret oratio. de Or. 122 b, A quo homine iamdudum nō aberrat oratio tua. Offici. 27 b, Si aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio. de Or. 123 a, A cuius inuentis ego tibi uideor non longè aberrare. de Ar. 249 a. Si ædilis uerbo aut si nutu aberrauit, ludi non sunt ritè facti. Att. 199 a, At ego hic scribendo dies totos nihil equidem leuor, sed tamen aberro. i. à dolore animum abduco. Tuscul. 165 b, Sed te de æternitate aberrare proposito facilè patiebar. De Fin. lib. 5. Tamen à proposito, inquam, aberrauimus. Att. 236 a, Vereor ne nihil coniectura aberrem. Aberrare à cōmuni utilitate. pro Li. 140 a, Aberrare à distributione. Quin. de Pet. 212 b, de Finib. 115 a, Non multum ab Herilij leuitate aberrabimus. I. A. 290 b, Animus aberrat à sententia, suspensus curis maioribus. & 243 b, Attendite quæso num aberret à coniectura suspicio periculi mei, & de Natu. 21 a.

Abhinc, ex hac die: præterito tempori semper iungitur, nunquam futuro. I. V. 82 b, Quæstor Cn. Papirio consule fuisti ab hinc annos quattuordecim. & 113 a, Horum pater abhinc duo & uiginti annos est mortuus. Att. 160 b, Abhinc amplius annis xxv. pro Cornificio spopondi. Pro Quin. R. 51 a, Quo tempore? abhinc annis xv. I. P. 92 b, Mihi libertus domum ex hac die biduò antè conduxerat. I. V. Offendit eum mensem comitialem, comitijs iam abhinc triginta diebus habitis.

Abhorreo, es. abhorrens sum, aspernor, fugio, absum, religioni habeo, discrepo, alienus sum ab aliqua re, longissimè sum remotus, longissimè absum à uoluntate faciendi aliquid, alienum animum ab aliqua re habeo. Epi. 28 b, Bibuli uoluntas à me abhorret. & 97 a, Cum ab ea sententia Pompeius abhorreret. & 209 a, Est præterea suffidius studijs nostris non abhorrens. & 16 b, Libri de Oratore abhorrent à communibus præceptis. & 27 a, Abhorreo ab urbe relinquenda. de Orat. 99 b, Homo à iuris studio non abhorrens. de Or. 117 b, Sin planè abhorrebit & erit absurdus, ut se contineat admonebo. de Or. 86 a, Abhorrere à consuetudine communis sensus. de Orat. 104 a, Vsque eò quæ dicenda de iustitia putabat, a uitæ consuetudine & ciuitatum moribus abhorrebant. Pro Cluen. 26 a, Nemo illum aditu, nemo congressione, nemo sermone dignum iudicabat. Omnes illum aspernabantur, atque abhorrebant, omnes ut aliquam immanem & perniciosam bestiam pestemque fugiebant. & 53 a, Quid unquam habitus in se admisit, ut hoc tantum facinus ab eo non abhorrere uideretur? Pro Cæl. 39 a, Cælius longè ab ista suspicione abhorrere debet. de Orato. 149 a, Genus orationis inusitatum & abhorrens ab auribus uulgi. de Orat. 91 b, Sed hæc erat spinosa quædam & exilis oratio, longeque à nostris sensibus abhorrens. Atti. 228 a, Quintus à ducenda uxore abhorret. Attic. 110 b, Delectus inuitorum atque à pugnando abhorrentium. Pro Fla. 147 b, Ego nunquam à genere isto, studio ac uoluntate abhorrens fui. de Fa. 141 a, Alij à talibus uicijs abhorrent. de Op. 244 b, Causa ipsa abhorret ab illa quidem formula consuetudinis nostræ. Pro S. R. 29 b, Tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab insania. Pro Cluen. 22 b, Seque ab his nuptijs abhorrere respondit. de Diuinat. 134 b, Quod abhorret etiam ab hominis constantia. In Ant. 210 a, Animo illos abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu. Oct. 339 b, Nisi fortè frustra deos appello, quorum auris atque animus à nobis abhorret. Off. 26 a, Et ab omni, quod abhorret ab ipsa oculorum auriumque comprobatione fugiamus. pro Sest. 23 a, Nec ab utilitate eorum qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa P. Sestij abhorrebit oratio mea. pro Deiot. 147 a, Id etsi à ueritate longè, tamen à consuetudine criminandi non multum abhorrebat. I. C. 110 a, A quo mea longissimè ratio uoluntasq; abhorrebat. Att. lib. 2. A scribendo prorsus abhorret animus.

Abiectio, reiectio, eiectio.)(. adiectio. ad Heren. 2 b, Adiectio, abiectio, literarum mutatio. I. P. 98 b, Debilitatio, atque abiectio animi. i. defectio.

Abiectvs, a, um. demissus, humilis afflictus, contemptus, summissus, iacens. pro Cluen. 37 a, Non quòd illi causam pecuniæ publicæ contemptam & abiectam putarent. Att. 12 a, Senatum abiectum excitaui, de Finib. 104 a, Cum ipsi inter nos abiecti neglectiq; sumus. & li. 5. de Finib. Nihil abiectum, nihil humile cogitant. de Clar. 186 a, Verba non abiecta, res compositæ diligenter. I. C. 118 b, Exanimata uxor, abiecta metu filia. pro Cæl. 54 a, Hic abiectus nō tam ad pedes, quàm mores, sensusque nostros. Am. 107 a, Sæpe in quibusdam est animus abiectior, & spes amplificandæ fortunæ fractior. Attic. 40 a, Sum animo perculso & abiecto. Oratio humilis & abiecta.)(. alta & exaggerata. Orat. 215 b. contra Rull. 85 a, Homo grandi macie torridus, contemptus & abiectus. Epistol. 5 b, Desertus & abiectus. Item de Finib. 138 b, Humilis & abiectus. Summissus & abiectus.)(. se efferens, Offic. 25 a. Abiectus & semiuiuus. I. P. 86 a. Comicorum senarij abiecti. Ora. 215 a.

Abiecte. I. A. 389 a, Nec abiectè, nec sine aliqua dignitate casum illum temporum tuli. Tusculan. 387 a, Ne quid abiectè faciamus.

Abies arbor. Tusc. 200 a, Tosti alti stant parietes deformati, atque abiete crispa. Poetæ.

Abiegnvs, a, um. ex abiete. ad Heren. 12 b, abiegnæ trabes. &, nisi enim cecidissent abiegnæ ad terram trabes, Argo illa facta non esset. Top. 226 a.

Abigo, gis. pello, expello, eijcio, ago. de Orato. 131 b, Puer abige muscas. pro Cl. 24 a, Mulier partum sibi ipsa medicamentis abegit. I. P. 97 b, Illi familias arripuerunt, decus abegerunt. I. V. 8: b, Ite greges equārum abigendos curauit. Acad. 22 b, Pestem abige à me. Verr. 4. Greges equarum abactos.

Abiicio, cis. depono, reijcio, pro Sest. 16 b, Atq; insigne regium, quod de suo capite abiecerat, reposuit. de Pro. 70 a, Virgines se in puteos abiecerunt. de Fi. 146 b, Polycrates annulum, quo delectabatur, in mare abiecit, pro S. R. 20 a, Susceptum onus aut propter perfidiam abijcere, aut propter imbecillitatē animi deponere. Officio. 20 b, Relinquunt enim & abijciunt obedientiam. de Ora. 138 a, Gloria parta non delectari, sed totam abijcere atque deponere. pro Sest. 20 b, Hic se abiecit exanimatus. Abijcere & prosternere se. Para. 118 a, & Att. 55 a, Clodius abiecta toga se ad generi pedes abiecis. Attic. 123 b, Frangere & abijcere aliquem. de Fin. 151 a, & Epist. 151 a, b, Quanaque contentione Titium intercessorem abiecerim, ex aliorum te literis malo cognoscere. de Or. 121 b, Abijcere uoluntatem discendi simul cum spe perdiscendi. Atti. 74 a, Fannius ædificandi consilium abiecerat. Episto. 138 b, Nam omnem nostram de repub. curam, cogitationem de dicenda sententia, commentationem causarum abiecimus. Atti. 156 a, Quæ cum audissem, abieci consilium profectionis. Epi. 70 a, Quanquam tuis monitis & præceptis omnis abijciendus est dolor. de Leg. 161 a, Natura Cum cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit. Offic. 15 a, Abiecta omni cunctatione facere aliquid. I. A. 175 a, Omnem se amorem abiecisse illinc, atque in hanc transfudisse. I. A. 254 a, Quę minus antea ob in firmitatem ætatis constanter ab eo fieri uidebantur, ea ille abiecit. de Amic. 102 a, Qui omnes cogitationes suas abiecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam. Epist. 178 a, Abijcere omnem timorem pro Mur. 134 b, Abijcere hastas.

Abitvs, tus. discessus. I. V. 175 b, Ne post abitum quidem huius importunissimæ pestis.

Abiudico, as.)(. adiudico. propriè autem abiudicare est, per sententiam auferre, & alteri addicere. I. V. 68 b, Nulla res per triennium, nisi ad nutum istius, iudicata est, nulla res cuiusquam tam patria, atque auita fuit, quæ non ab eo, imperio istius abiudicaretur. pro Cecin. 304 a, Eum

qui cùm liber esset, censeri noluerit, Populus iudicat ipsum sibi libertatem abiudicasse. de Ora. 118 a, Vbi plus mali quam boni reperio, id totum abiudico, atque reijcio. Budæus legit abdico atque reijcio. I. V. 77 a, Rationem veritatis, &c. ab hoc ordine abiudicari. Contra Rullum 74 b, Iudicabit Alexandriam regis esse, à populo Romano abiudicabit.

Abivngo, gis, remoueo, separo. Att. 21 b, Demosthenes se ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi genere abiunxit.

Abivro, as, aliquid me non habere, vel non promisisse iuro. periurio nego quod debeo. Atti. 5 a, Mihi abiurare certius est, quàm dependere.

A'δάλεια, l. Innocentia.

Ablegatio, onis. de Leg. li. 1. Ablegationem aliquam nimirum ista oratio postulat.

Ablego, gas, amando, remoueo, dimitto. I. V. 124 a, Post illos adhibuit, quos ablegarat. I. V. 125 a, Qui honestos homines, qui causam norint, ableget, consilioq; dimittat. Remouere. & ablegare aliquem. I. V. 252 b, & I. V. 123 b, Dimisso, atque ablegato consilio, Attic. 33 b, Hæc legatio à fratris aduentu me ablegat.

Ablvo, is, eluo, purgo. pro Sext. Rosc. 30 a, Ita iactantur fluctibus, vt nunquam abluantur. Tusculan. 222 a, Perturbatio animi placatione abluitur. Abluere pedes alicui, Tuscul. 237 b, Vlissi pedes abluens. ad Heren. 28 b, Tui clarissimi nepotes suo sanguine abluerunt inimicorum crudelitatem.

Abnvo, is. nego, recuso. de Fat. 140 b, Nihil enim unquam abnuit voluntas tua studio meo. de Finibus 64 b, Et intelligas quid quisque concedat, quid abnuat. pro Milone 121 a, Non abnuo, non recuso. de L. 164 a, Quorum nemo vnquam tam audax fuit, quin abnuerit à se commissum facinus.

Abnvto, as. de Or. 158, Quid te adiri abnutas? Poetæ.

Abortio, onis. fetus ante tempus pariendi, abiectio. pro Clu. 24 b, Si hæc solutio legatorum, & non merces abortionis appellanda est.

Abortvs, tus. intempestiuus ortus. Attic. 237 a, Tertullæ nollem abortum, tam enim Cassij sunt iam, quàm Bruti ferendi.

Abrado, eis, pro Cecin. 228 b, Posteaquàm videt nihil se ab Cecinna posse litium terrore abradere. pro Q. R. 48 a, Supercilia illa penitus abrasa, olere malitiam, & clamitare calliditatem voluntatem.

Abripio, pis. abstraho. In Ver. 226 b, Verres abripuisse Cererem videtur. I. V. 205 a, Quem in vincula abripi iussit. I. V. 184 a, Frumentum auersum a rep. abreptum ab aratoribus. De Orat. li. 3. Te quasi quidam æstus ingenij tui procul à terra abripuit, atq; in altum à conspectu penè omnium abstraxit. Antequá. 197 b, A liberis suis abstrahi, à coniuge abripi, ab aris focisq; proijci. pro Ligar. 142 b, Tempestate abreptus est unus.

Abrogatio, onis. Attic. 50 b, Nulla lex est, quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis. ad Her. 9 a, Num quæ abrogatio, aut derogatio fit legis.

Abrogo, as. adimo, refigo, abdico, rescindo, dissoluo, irritum facio, ne lex aliqua valeat legem fero, antiquo. In Ver. 136 b, Si tibi magistratum abrogasset, minore ignominia te affecisset. & Offic. 60 a. Item pro Milone 115 a, Qui collegæ magistratum per seditionem abrogauit. de Cla. 184 b, M. Octauius legem Sempronium frumentariam, populi frequentis suffragijs abrogauit. Attic. 50 b, Cùm lex abrogatur, id ipsum rogatur, quomodo eam abrogari oporteat. & ibidem, Derogare, abrogare. pro Domo 230 a, Leges imperium est abrogatum. pro Quinct. Rosc. 51 a, Si iam tibi deliberatum est, quibus abroges fidem iusiurandi, responde. Acade. 10 a, Aequaliter omnibus abrogatur fides. ad Herenn. 4 a, Quæ res fidem abrogat orationi. & abrogare fidem famæ. 8 b, de Legib. 172 a, Lex illa neque tolli, neque abrogari potest. & ibidem, Eas tu leges rogabis, videlicet, quæ nunquam abrogentur? de Legib. 188 b, Gracchus potestatem intercedendi collegæ abrogauit. de Inuen. 79 a. Abrogare legem, derogare aliquid de lege, & commutare legem aliqua ex parte Quin. Frat. 308 a, Cato legem pro mulgauit de imperio Lentuli abrogando. ad Heren. 9 a, Cui legi abrogatum, vel derogatum sit.

Abrvmpo, pis. I. A. 264 a, Hæc se prima latrocinio abrupit Antonij: id est, desciuit ab Antonio.

Abrvptio, onis. de D. 127 a, Abruptio corrigiæ. Item Atti. 171 b, Abruptio, pro diuortio.

Abs Orat. 212 a, Vt iam nescias abne verum sit, an abs. I. A. & Ab.

Abscedo, dis. recedo. de Diuina. 116 a, Caput est in iecore cor in extis, iam abscedet, simul ac molam, & vinum insperseris.

Abscessio, abscessus, discessus, de Vni. 202 b, Cùm ad corpora, tum accessio fieret, tum abscessio.

Abscessvs, fus. abscessio, discessus. de Nat. 7 a, Abscessus solis à nobis.) (. Appullus ad nos.

Abscindo, dis, discindo, lacero, amputo. Attic. 26 b. Orationes à me duas postulas: quarum alteram non libebat mihi scribere, quia abscideram, alteram, &c. I. V. 236 a, Aquilio constituit in conspectu omnium, tunicamque eius à pecore abscidit. de Pro. 75 a, Quanquam sunt abscissæ, tamen efferent se aliquando. I. A. 231 b, Pòst autem ceruicibus caput abscidit.

Abscisio, onis, præcisio figura. ad Heren. 41 a, Per abscisionem, si cùm incipimus aliquid dicere, præcidimus.

Abscondite. de In. 70 b, Absoluta est, quæ ipsa in se, non ut negocialis implicitè, & absconditè, sed patentius, & expeditius. recti, & non recti quæstionem continet. de Fin. 90 a, Quæ enim de voluptate dicuntur, ea nec acutissimè, nec absconditè differuntur.

Absconditvs, a, um. abstrusus, abditus. I. A. 180 b, Erant fortasse gladij, sed absconditi. in Cice. 111 a, In tantis tamque absconditis insidijs. pro Dom. 241 a, Nihil de abscondito iure pontificum dicam. ad Heren. 25 b, Aperire fontes penitus absconditos.

Abscondo, dis. occulto, celo, abdo, abstrudo, retrudo, opprimo. pro S. R. 38 b, Quod quò studiosius ab ipsis opprimitur, & absconditur, eo magis eminet, & apparet.

Absens, tis. Offic. 76 b, Et præsens tecum propediem (ut spero) & dum aberis, absens loquar. Epistol. 256 b, Vtutrisque nostrum absentis desiderium crebris, & longis epistolis leniatur. Att. 112 a, Vt loquerer tecum absens, quo mihi cum coràm id non liceret, nihil est iucundius. I. V. 117 a, De absente secundum præsentem iudicare. In Ver. 121 a, Ostendit enim nouo modo, si quis quid absente peteret, se auditurum. Att. 276 a, b, Existimo omnino absentium rationem sacerdotum comitijs posse haberi: nam etiam factum est antea. C. enim Marius cùm esset in Cappadocia, lege Domitia factus est augur. & infra, Quæ uerba aperte indicant posse rationem haberi etiam non præsentis. In A. 165 a, Non patiar fieri, ut absentis eius ratio habeatur.

Absentia, tiæ. desiderium, discessus. Am. 110 a, & I. P. 86 a, Cóser, si audax es, absentiam tuam cũ mea. M. Ant. Ar. 228 b, Vereor, ne absentia mea leuior sit apud te.

Absolvo, uis, perficio, conficio, transigo, finio, libero, soluo, ad exitum perduco. In Ver. 90 b, Non tu absolutus improbitatis, sed ille damnatus est cædis. & 113 a, Hunc hominem Veneri absoluit, sibi condemnat. Epi. 139 b, Iam pater eius accusatus à M. Antonio, sutorio atramento absolutus putatur. pro Plan. 275 a, In Cyprio nihil absoluræ sunt iam preces tuæ. Offic. 54 a, Qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiam. Att. 11 b, Senatorum vrna copiosè absoluit. pro Mil. 197 b, Solui scelere, id est absolui. I. V. 223 b, Seruus ille innocens omnibus sententijs absoluitur. pro Qu. R. 51 a, Vt ne Roscũ stipulatione alliget, neq; à Fannio iudicio se absoluat. Qu. Fr. 317 a, Drusus erat de præuaricatione à tribunis ærarij absolutus. Ad Her. 10 a, Absoluere aliquem iniuriarum. At. 208 a, Dialogos confeci, & absolui. de Na. 32 b, & de Fin. 114 a, In natura necesse est absolui aliquid, atque perfici. de Fin. 110 b, His initijs, &c. omnis honestas perfectè absoluta est. de Fini. 87 a, Vita beata sapientis absolui non potest, nec ad exitum perduci.

Epist.

Epistol. 55 a, Reliquamque iurisdictionem absoluerem. Offi. 54 a, Nemo pictor inuentus est, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, absolueret. Atti. 1 b, Propterà quòd curator est uiæ Flaminiæ, quæ cum absoluta erit, &c. de Leg. 157 b, Historia nec institui potest, nisi præparato ocio, nec exiguo tempore absolui. de Leg. 157 b, Nec tam facile interrupta contexo, quàm absoluo instituta.

Absolvte. ad Her. 4 a, Breuiter & absolutè. Top. 223 b, Subiungitur absolutè.

Absolvtio, onis. perfectio. de Orat. 95 b, Hanc ego absolutionem, perfectionemq; in oratore desidero. de In. 65 b, Habitus in aliqua perfecta, & constanti animi, aut corporis absolutione consistit. de Vni. 202 a, Quibus prætermissis, cœli absolutio perfecta est.

Absolutio pro uenia. Qu. Fra. 328 a, Gabinij absolutio, lex impunitatis putatur. I. C. 112 b, Decimus annus post uirginum absolutionem. pro Cluen. 33 a, Sententijs XVI. absolutio fieri poterat.

Absolvtvs, a, um. perfectus. de In. 83 b, Simplex & absoluta necessitudo.) (. cum adiunctione. de Fin. 83 a, Vita beata confecta, & absoluta. Part. 238 a, Absolutum & perfectum per se. ad Her. 12 a, Ratio uniuersalis, & absoluta.

Absonvs, a, um. priuatum sono, malè sonans. de Or. 146 b, Vox extra modum absona, & absurda. de Ora. 94 b, Sunt quidam ita lingua hæsitantes, ita uoce absoni, ut, &c.

Absorbeo, bes. de Leg. 171 a, Ne æstus nos consultudinis absorbeat. de Cl. 191. Sed hunc quoque absorbuit æstus quidã gloriæ. I. A. 183 a, Quæ Charybdis tam uorax, tot res tam cito absorbere potuisset.

Abstergeo, ges, abstersi. deleo. diluo. Q. Fr. 313 a, Consolabor te, & omnem abstergebo dolorem. de Se. 77 a, Confectio huius libri omnes absterst senectutis molestias. Top. 228 b, Oratio ægritudinem abstergens. I. A. 264 b, Atque utinam his omnib. abstergere fletum sententijs nostris consultisque possemus. Epistol. 178 b, Si timidus essem, tum ista epistola mihi omnẽ metum absterssisset. Tus. 199 b. Tum planè luctum omnem absterseris.

Abstersvs. In Ant. 177 b, Idem tamen quasi fuligine absterso, reliquis diebus in Capitolio pręclara Senatusconsulta fecisti.

Absterreo, res. deterreo, terreo. I. V. 137 a, Vt uideamur a pecunijs capiendis homines absterrere. Antequã. 196 b, Aliquẽ supplicem à se absterrere, & excludere. de Ora. 158 a, Quid te adiri abnutas? melius esset uetas, prohibes, absterres. pro Plan. 273 a, Eorum neminem à congressu meo, neq; ianitor meus, neq; somnus absterruit.

Abstinens, tis. suo contentus, continens, temperans. Att. 8 1 b, Homo mirificè abstinens. Offi. 49 a, Laudat Africanum Panætius, q̃ fuerit abstinẽs. Qu. Fr. 296 a, Nam esse abstinentem, continere omnes cupiditates, præclarum est. Offi. 29 a, Præterom Sophocle decet, non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.

Abstinenter. In Sal. 285 a, At in prætura modestè se gessit, & abstinenter. pro Sest. 11 a, Et in causa populari, si non moderatè, ac certè popularitet abstinenterque uersato cessit.

Abstinentia, æ, Att. 77 a, Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, nullus teruntius insumatur in quenquam. & alibi: Nulla re facilius conciliatur benuolentia multitudinis, quàm abstinentia, & continentia. pro Sest. 4 a, Possum multa dicere de prouinciali eius in eo magistratu abstinentia. Offi. 49 a, Laus abstinentiæ est temporum illorum.

Abstineo, nes. cohibeo, tempero. Atti. 41 b, Quod me ad uitam reuocas, unum efficis, ut à me manus abstineant. Abstinere maledicto. I. A. 161 b, & Att. 287 a, Is se maledictis non abstinet. I. V. 234 a, Nihil ægrius factum est multo labore meo, quàm ut manus ab illo appellatore abstinerentur. Cor. N. 172 b, Sic cum biduum cibo se abstinuisset, subitò febris decesit. I. V. 73 a, Abstineant in hoc iudicio manus animosque ab hoc scelere nefario. I. A. 161 b, Abstinere se a nefario scelere. I. V. 236 a, Abstinere manus ab alienis pecunijs. pro Syl. 182 b, Nos

qui à cęteris causis coniurationis abstinuimus. de Di. 101 b, ut iurgijs, & litib. se abstinerent. de D. 133 a, Faba Pythagorę se abstinuerunt. At. 140 a, Pecunijs locupletum non abstinere. de Orat. 101 a, Ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. Attic. 81 b, Abstinere se in omnib. reb. Offi. 60 a, Quotus enim quisque reperietur, &c. qui abstinere posit iniuria?

Abstractvs, a, um. de D. 94 a, Cùm a corpore animus abstractus diuino instinctu concitaretur. & Tusc. 217 a, Abstractus a ratione.

Abstraho, strahis. abripio, auello, auoco, abduco. de Ora. 91 b, Deinde illud uerendum est, ne abstrahamur à consuetudine dicendi. pro Deior. 151 a, Ego me ab omni solitudine abstraxi. de Clar. 188 b, Cotta se ualde dilatandis literis à similitudine Græcæ locutionis abstraxerat. de Clar. 188 b, Pompeium maioris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxit. de D. 97 b, In Aesopo sæpe uidi tantum ardorem uultuum, atq; motuum, ut eum uis quædam abstraxisse à sensu mentis uideretur. I. A. 299 b, Antonius ab hoc impetu abstractus est consilio, & copijs Cæsaris. de Senect. 80 a, Senectus abstrahit à rebus agendis. & ibidem, Senectus auocat à rebus agendis. Epistol. 154 b, Abstrahere aliquos milites ab aduersarijs. Antequam. 197 b, A liberis suis abstractum, à coniuge abreptum, ab aris, focisque proiectum, uitã degere in exilio. pro Cæl. 50 a, E sinu gremioque patriæ abstrahi. pro Ar. 188 a, A nullius me unquam tempore, aut commodum, aut ocium abstraxit, aut uoluptas auocauit, aut denique somnus retardauit. de Som. 131 a, Quam maximè se à corpore abstrahere. pro Syl. 168 b, Quam ille nihil est quod à cęteris me unum abstrahas. de Or, 156 a, Atq; in altum à conspectu penè omnium abstraxit.

Abstrvdo, dis, abscondo, abdo. Acad. 9 b, Natura in profundo ueritatem, ut ait Democritus, penitus abstrusit. Attic. 190 a, Cum manè me in syluam abstrusi, densam, atq; asperam, non inde exeo ante uesperum.

Abstrvsvs, a, um. abditus, reconditus. contra Rul. 63 a, Nullus numerus tam abstrusus est, quem architectì huius legis nõ olfecerint. Ibidem: Penitus abstrusas insidias alicui ponere. pro Dom. 218 a, Nimium diu recõditus, & penitus abstrusus animi dolor.

Absvm, abes. remotus sum, diffũctus sum, ab horreo, desum. Epistol. 18 a, Ego te abfuisse tam diu à nobis doleo. Epistol. 47 b, Longè ab futurus sum. in Ver. 252 b, Abesse à domo. Epist. 51 b, Abesse domo, & foro, & 71 b, Abesse urbe. Epist. 47 b, Abesse a suis, & abesse a multis miserijs. In Ver. 208 b, Abesse ab domo paulisper maluit, quàm argentum illud amittere. Epistol. 33 b, Procul absum ab re ipsa, & locis. pro Cecinna 296 a, Qui in Italia non sit, absitque Reipublicæ causa. Atti. 112 a, Nunquam ab oculis meis abfuerunt. pro Syl. 181 a, P. Sylla abfuit ab oculis uestris. At. 276 b, Filius tuus à me abest. pro Plan. 262 b, Lõgissimè abesse ab aliquo. pro Sest. 8 a, Edixitq; ut ab urbe abessem mille passus. Atti. 77 a, Cum in castra proficiscerer, à quibus aberam bidui. Attic. 76 b, In castra properabam, quæ bidui aberant. pro Cecinn. 290 a, Interrogatus quot millia fundus suus abesset ab urbe, dixit minus III. pro Cæl. 41 a, Domus mea à foro lõgè abest. Propius abesse. Attic. 1 b, Loca, quæ à Brundusio propius absunt, quàm tu, biduum, aut triduum. Epistol. 245 a, Aberam ab Amano iter unius diei. pro Clu. 23 a, Teanum abest a Larino XVIII millia passuum, Ccadem. 20 b, Mille & DCCC. stadia, quòd abesset, uidebat. Epistol. 174 a, Abesse ab aliquo loco millia passuum XXX. Topic. 221 b, Abesse longeque disiunctum esse. Epi. 47 a, absui magnam partem consulatus tui. At. 91 b, Longè absum. Atic. 92 a, Quippe res est in manibus, tu autem abes longè gentium. Tusc. 246 a, Nunc quidem parumper a sole absis. Attic. 152 a, Nihil à me abest longius crudelitate. de Claris. 183 a, Ab hoc uis aberat Antonij, Crassi ab illo lepos. Epistol. 47 b, Quod eodem tempore a multis & magnis molestijs abes. Epistol. 157 a, Dum si quid acciderit mihi, a reprehensione temeritatis absim. Attic. 214 b, & 46 a, Hoc non longè abest a scelere. Atti. 128 a,

Et illi ciues optimi sunt, & ego ab ista laude non absum. de Cla. 195 a, Eloquentia, unde longè absum. Epistol. 80 a, Ferendam esse fortunam, præsertim quæ absit à culpa. ad Heren. 7 a, A maleficio non abesse. Attic. 116 b, A consilio fugiendi absum. I.A. 227 b, Absum à bello: id est, animum à bello alienum habeo. de Fin. 161 b, Abesse plurimùm à uitijs. de Orat. 107 b, Equidem tantum absum ab ista sententia, ut, &c. de Clar. 184 b, Multum ab his aberrat L. Fusius. i. inferior erat. de Fin. 91 a, Sed ab eo plurimum absum. ad Heren 6 b, A simili turpitudine hominé nunquam abfuisse. pro Syl. 169 a, Vt mirari Torquatus desinat, me qui Antronio abfuerim, Syllam defendere. de Diu. 89 a, Hæc etiam si ficta sunt à poeta, non absunt tameu à consuetudine somniorum. Att. 296 b, Neque discordiarum domesticarum calamitas abfutura est. Off. 46 b, Auaritiæq; absit suspicio. pro Fl. 164 b, Vis absit, ferrum remoueatur, operæ facessant, seruitia fileant. pro Rab. 93 b, Nomen ipsum crucis absit non modò à corpore ciuium Rom. sed etiam à cogitatione, oculis, auribus, &c. Or. 220 a, Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare. Att. 143 b. Prætores autem cum ita rogentur, ut, &c. aberit non longè, quin &c. At. 211 a, Tantum porrò aberat, ut binos scriberent. uix singulos confecerunt. de Cla. 190 a, Tantum abfuit, ut inflãmares nostros animos, somnum isto loco uix tenebamus. I.A. 238 a, Ego uerò istos tantum abest ut ornem, ut effici non posit, quin eos tam oderim, quàm Rempub. diligo. Off. 9 b, Id autem tantum abest ab officio, ut nihil officio magis possit esse contrarium. Tus. 164 b, Tantum abest ab eo ut malum mors sit, ut uereare ne, &c. Or. 129 b, Tantum abest, ne eneruetur oratio cum positione uerborum, ut aliter in ea nec imperus ullus, nec uis esse possit. & alibi: Parum abfuit quin occideretur. &, Propius nihil est factum, quàm ut occideretur. I. Propior. de Clar. 190 b, Hoc unum illi, si nihil utilitatis attulit, abfuit: si opus erat, defuit. de Or. 89 a. Quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? de Leg. 157 a. Abest enim historia literis nostris: id est, deest. de Clar. 190 b, Aberat tertia illa laus, quæ permoueret animos.

Absvmo, mis. consumo. pro Quin. 6 a, Hortensius à me petit, ne dicendo tempus absumam.

Absvrdè. Tus. 177 b, Aut si absurdè canat is qui se haberi uelit musicũ. contra Rul. 71 b, Prætori imperat, quàm id ipsum absurdè, nihil ad me. de Di. 133 a, Nihil tã absurdè dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum.

Absvrdvs, absurda, absurdum. absonus, quod omnium mentes aspernentur ac respuant. de Orat. 116 b, Sin plane abhorrebit & erit absurdus, ut se contineat, admonebo. de Orat. 146 b, Vox extra modum absona, & absurda. pro Syl. 178 a, Iam uerò illud quàm incredibile, quã absurdum? qui, &c. pro Cor. 62 b, Et simul absurda res est, caueri fœdere, ut, &c. de Pro. 76 b, Nam & non fortiri absurdum est, &c. I.A. 215 a, Quo quid absurdius dici aut existimari potest? de Finib. 73 a, Quo nihil mihi uidetur esse absurdius. de Di. 83 a, Absurdoque sono fontes & stagna cietis. Attic. 252 b, Tempus discessus absurdum: id est alienum, siue intempestiuum.

Absirtvs, ti. Prater Medeæ, apud Pacu. Aegialeus, de N. 69 a.

Abvndans, tis. affluens, circunfluens, copiosus. de N. 23 b, Vita abundans bonis. de Orat. 92 a, Homo abundanti doctrina, incredibili quadam uarietate rerum & copia. de Or. 86 b, Græci non solum ingenio & doctrina, sed etiam ocio studioq; abundantes. de Orat. 113 b, Timæus rerum copia, & sententiarum uarietate abundantissimus. de Clar. 186 b, Non erat abundans, non inops tamen. pro Qu. 7 a, Nepos non adesa iam, sed abundanti pecunia. Offic. 16 a, Vir abundans bellicis laudibus Cn. pompeius. I. A. 273 a, Multa & lauta supellex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis.

Abvndanter, copiose, large. de Oratore 122 b, Copiose & abundanter loqui de aliqua re. & 147 b. Item ad Heren. 16 a, Satis abundanter demonstratum est. & Abundantius.)(. angustius. Top. 224 a.

Abvndantia, tiæ. copia, ubertas, affluentia, magnitudo, copia rerum. de In. 83 a, Aliquarum copiarum magna abundantia. de Orato. 154 a, Rerum abundantia. Epist. 95 b, Abundantia ocij. alibi, Abundantia quadam amoris erga me tui. contra Rul. 64 a, Vbertas agrorum abundantiaq; rerum omnium. de Amic. 106 a, Circumfluere omnibus copijs atque in omnium rerum abundantia uiuere. de Am. 112 b, Suppeditare alicui omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam & copiam.

Abvnde, affatim, largiter, copiose, plena manu. Attic. 275 b, Omnia alia sic abunde adsunt, ut cum quolibet antiquorum comparari possit. de D. 109 a, Erit abunde satisfactum toti huic quæstioni. At. 39 b, Plena manu aliquem laudare.

Abvndo, as. affluo, redundo, circunfluo, magnam copiam habeo.)(. Deficior. Ep. 53 a, Tu consilio non eges, uel abundas potius. Off. 1 a, Quanquam te M. Fili annum iam audientem Cratippum, abundare oportet præceptis institutisq; philosophiæ. de Or. 148 a, Cum ipsi doctrina & ingenijs abundarent. pro Cor. 58, Cuius oratio omnibus ornamentis abundauit. I.V. 146 b, Circunfluere & abundare omnibus rebus. de Leg. 186 b, in cod. Germ. Theophrastus uero, ut scitis, abundauit in eo genere rerum. At. 245 b, Cum ex reliquis, quæ nonis April. fecit, abundare debeam, cogor mutuari. Att. 3 a, Caietam, si quando abundare cœpero, ornabo. de In. 80 a, Cum æquitate causa abundauit. Ep. 53 b, Abundare ingenio. Ep. 95 b, Abundare ocio. Off. 35 a, Earum rerum, quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus inuectio nulla esset. Att. 102 b, Causam solum illa causa non habet, cæteris rebus abundat. de D. 93 b, Siue deest naturæ quippiam, siue abundat atq; effluit. de Am. 100 a, Amici egentes abũdant. pro Clu. 56 b. Mulier abundat audacia, consilio, rationeq; deficitur.

Abvolo, as. de Fin. 87 a, Fluit igitur corporis uoluptas, & prima quæque abuolat. aliter atque etiam, auolat, legitur. & pro prima prona. sed prima non displiceat, propter illud Virgilij Geor. 4. Optima quæque dies miseris mortalibus æuij, Prima fugit.

Abvsio, onis. Orat. 205 a, Abusio, quam catachresin uocant, ut cum minutum animum dicimus, pro paruo: & abutimur uerbis propinquis. ad Her. 34 b, Abusio est, quæ uerbo simili & propinquo, pro certo & proprio abutit, hoc modo. Vires hominis breues sunt.

Abvsvs, sus. Top. 222 a, Non debet mulier, cui uir bonorũ suorũ usumfructum legauit, cellis uinariis & olearijs plenis relictis, putare id ad se pertinere: usus enim, non abusus legatus est. i. non ut utendo consumat legatum.

Abvtor, abuteris. utor, aliquo modo, non recte, uel non suo loco, uel ut non conuenit, utor. Capitur etiam interdum in bonã partem, quod exempla docebunt. de N. 14 a, Abuteris ad omnia atomorum regno atq; licentia. de N. 56 b, Nos sagacitate canum ad utilitatem nostrã abutimur. i. utimur. pro Mil. 102 b, Quanquam in hac causa, iudices, T. Annij tribunatu, rebus omnib. pro salute reipub. gestis ad huius criminis defensionem non abutemur. pro Lig. 137 a, Vt ignorationе tua ad hominis miseri salutẽ abuterer. pro S.R. 28 a, Prorsus ut uestro consessu pro summa solitudine abutatur. pro Qu. 18 b, Ornamentis alicuius pro spolijs abuti. Attic. 111 b, Et hic sermone aliquo arrepto pro mandatis abusus est. pro S.R. 17 a, Abuti legib. & maiestate iudiciũ ad quæstum atq; ad libidinẽ. I.C. 96 b, Quousq; tandẽ abutere Catilina patientia nostra? de Fat. 145 a, Cõmuni igitur consuetudine sermonis abutimur, cum ita dicimus, &c. Ep. 129 a, Quæ igitur studia magnorum hominum sententia uacationem habent, etiam publici muneris, ijs concedente repub. cur non abutamur? Ep. 183 b, Sed immoderate facilitate nostra abutuntur. Orat. 214 a, Gorgias his festiuitatibus insolentius abutitur.

Abydos. ad Heren. 41 a, Statim potitur Abydo.

Ac, &. pro Do. 239 a, Si illa lex est, ac non uox sceleris. pro Dom. 259 a, Sit sane hoc de nostris ædibus, ac non de publicis templis. Epistol. 187 a, Fauebam & reip. qui semper

semper faui, & dignitati ac gloriæ tuæ. In Cat. 104 a, Hunc à tuis aris cæterisq; templis ac tectis urbis ac mœnibus arcebis. de Or. 106 b, Virtutem non minis & ui, ac metu tradi. pro Mur. 125 a, Ac de officio defensionis meæ, ac de ratione accusationis tuæ, fortasse etiam alia in parte orationis dicendum nobis erit.

Ac, initia comprehensionum eleganter tenet, sequente uoce quæ a consonante incipiat. de Orat. 85 a, Ac fuit tempus, cùm, &c. de Or. 68 a, Ac primò quidem. &c. I. V. 64 a, Ac uide quid differat, &c. In Ver. 60 a, Ac uide quantum, &c. Epist. 69 a, Ac ne forte mirere cur, &c. de Or. 85 b, Ac ne quis fortè, &c. Epist. 68 b, Ac non uereor ne, &c. de In. 42 b, Ac mihi quidem uidetur, &c. de In. 42 a, Ac me quidem, &c. de In. 42 a, Ac si uolumus, &c. de In. 42 b, Ac si primò sic, &c. & item postea, &c.

Ac, pro quàm. I.V. 100 a, Contrarium decernis, ac paulò antè decreueras. Or. 209 b, Vt contra dicat, ac accipi ac sentiri uelit. de Orat. 162 a, Alia dicentis ac significantis dissimilatio. de Di. 89 b, Hebes æquè ac pecus. I.V. 202 a, Omnia contra sunt ac dixisti. Attic. 93 b, Quò maiorem spem habeo, nihil fore aliter ac deceat.

Ac, pro ut, uel quemadmodum. de N. 60 a, Non mihi par ratio cum Lucillio est, ac tecum fuit.

ἀκμαία, id est, animus terrore liber. de Fin. 145 a.

Academia, miæ. Gymnasium Athenis, Ceramicus Græcè. ἀκαδήμεια uel ἀκαδήμεια, ex Steph. de Orat. 93 a, Et longè Academiæ illi ac Lycæo tuũ hoc suburbranum gymnasium antepono. de Orat. 148 b, Ab ipso Platone Aristoteles & Xenocrates, quorum alter Peripateticorum, alter Academiæ nomen obtinuit. de Cla. 175 a, Brutus ex uetere Academia philosophorum sectam secutus est. Epistol. 129 b, Nosti enim profectò os adolescentioris Academiæ: ex ea enim media. &c. de Orat. 88 b, Instaret Academia, quæ quicquid dixisses, idipsum te negare cogeret. de Leg. 163 b, Perturbatrix harum omnium rerum Academia, si inuaserit in has rationes, &c. nimias edet ruinas. de Orat. 91 b, Hic mos erat patrius Academiæ, aduersari semper omnibus in disputando. Att. 212 b, o Academiam uolaticam & sui similem, modo huc modò illuc. Off. 56 a, Nobis autem nostra Academia magnã licentiam dat, ut quodcunque maximè probabile occurrat, id nostro iure liceat defendere. Or. 198 a, Omnis ubertas & quasi sylua dicendi ducta ab illis est. Ora. 198 a, Fateor me oratorem, si modo sim, aut etiam quicunque sim, non ex rhetorum officinis, sed ex Academiæ spacijs extitisse. de Di. 139 b, Cùm proprium sit Academiæ, iudicium suum nullum interponere, ea probare quæ simillima ueri uideantur, conferre causas, & quicquid in quanque partem dici possit exprimere, nulla adhibita sua autoritate, iudicium audientium relinquere integrum ac liberum, tenebimus hanc consuetudinem à Socrate traditam. de Di. 85 a, Inque Academia umbrifera, nitidoque Licæo. Versus Cic. de Fin. 225 b, Academia noua & uetus quid. & ibidem: Aristoteles in Academia uetere numeratur. de Fin. 14 a, Constituimus inter nos, ut ambulationem postmeridianam conficeremus in Academia. & ibidem: Inde uario sermone fex illa a Dipylo stadia confecimus, cùm autem uenissemus in Academiæ non fine causa, nobilitata spacia, solitudo erat ea, quam uolueramus. de Orat. 149 a, Ab Arcesila recentior Academia emanauit, Academicen syntaxim. Ar. 208.

Academici. Prudenter Academici à rebus incertis assensionem cohibuerunt, de Nat. d. 1. Academici antiqui, quod secundum naturam esset, quo iuuaremur in uita, bonum esse decreuerunt: Zeno nisi quod honestum esset, nihil putauit bonum, 1. de Leg. Academici bona corporis alia ponebant esse in toto, alia in partibus, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Academici conantur ostendere multa posse uideri esse, quæ omnino nulla sunt, quum animi inaniter moueantur, eodem modo rebus ijs quæ nullæ sint, ut ijs, quæ sint, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici constituebant summum bonum esse extremum rerum expectendarum, Acad. q. ed. 2. lib. 1 Academici dicebant permotiones, τὰ

ACTIO,onis . actus , factum , usus πρᾶξις . In Sallust.283 b, Quos ego habui omnium mearum actionum monitores, de N.21 b.Epicurus deos spoliat motu & actione diuina. de N.34 b,Epicurus deos omni procuratione, atque actione priuat.de Nat.56 b,Actiones appetitionibus consentaneæ.Att.143 a , Dispersione enim consulum actio de pace sublata est.Of.4 b , Ad quod genus adhibenda est quædam actio,non solum mentis agitatio.de Nat. 11 a , Actio mentis atque agitatio in deo.Acad.76 a , Actio uirtutis & usus uirtutis idem.Offic.5 a, Virtutis laus omnis in actione consistit.Of.22 b,Omnino si quicquam est decorum,nihil est profectò magis , quàm æquabilitas uniuersæ uitę , tum singularum actionũ. At.226 b, Ego non dimitto istã curam,sed suscipiã oẽm istam actionẽ.Offic.28 b,In omni actione suscipienda, tria sunt tenenda,&c.Attic,286 a, Si modò contra alienã potentiam , non pro sua suscipiet eas actiones. Off. 29 a, Locum aũt actionis opportunitatem temporum esse dicunt. Ep. 68 b , Hæc quasi fabula rerum euentorũq; nostrorũ habet uarios actus , multasq; actiones & consiliorũ & temporũ.At. 151 a . Me & congressus Cæsaris stimulat,& primus eius actiones horreo . Epistol. 42 b,Qua humanitate tulit contentionem meã aduersantem interdum actionibus suis? Off.21 a , Pueris non omnẽ licentiã ludendi damus , sed eã quæ ab honestatis actionibus non sit aliena.Ep.130 a, Dare curas & actiones honestas alicui. Offic. 25 b, 26 a, Nec actio illarũ rerum aperta petulantia uacat,nec oratio obscœnitate.Of.33 b,Actiones suas scriptis mandare. de Diu. 95 a , Eam partem animi, quæ sensum habeat , non esse ab actione corporis seiugatã.de Di.127 a.Ex eo ingenia , mores, animum,corpus, actionẽq; uitæ cuiusq; fingi . Of. 4 a, Parare res, quibus actio

bus actio uitæ continetur. Off. 31 a, Cognitio cõtemplatiõis naturæ manca quodam modo atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur.

Actio, unum ex quinq; oratoris officijs, quæ & gestum motumve corporis totius, & pronunciationem continet. de Clar. 177 a, Demosthenem ferunt ei, qui quæsisset, quid primum esset in dicendo, actionem: quid secundum, idem, & idem tertium respondisse. pro Deiot. 144 b, Actio causæ maximè debilitatur loco. Or. 202 a, Demosthenes tribuit, & primas, & secundas, & tertias actioni. de Orat. 162 b, Actio in dicendo una dominatur. de Or. 163 b, Est enim actio, quasi sermo corporis. Or. 202 a, Est enim actio quasi corporis quædam eloquentia, cum constet è uoce atq; motu. de Or. 115 a, actio uaria, uehemẽs, plena animi, plena spiritus. Or. 204 a, Actio non tragica, nec scenæ, sed modica iactatione corporis, uultu tamen multa conficiens, non hoc quo dicuntur os ducere sed illo, quo significant ingenuè quo sensu quidq; pronunciant. Ep. 161 a, Mea actio atq; contentio, de Cl 186 b, Actio Cn. Pompeij habebat & in uoce magnum splendorem, & in motu summam dignitatem.

Actio, pro oratione, quales sunt actiones in Verrem. At. 235 b, Dolabellæ prima illa actio, & hæc cõtra Antonium contio. At. 274 b, Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, gratulatioq; me commouet. Ep. 154 b, Gratiarum actionem à te non desiderabam. Epistol. 158 a, Nec enim tanta necessitudo, quanta, &c. desiderare uidetur gratiarum actionem. At. 86 a.

Actiones, formulæ agendi in iudicio, Cn. Flauius scriba fastos protulit actionesq; composuit. de Or. 100 b, Actiones à Cn. Flauio primùm expositæ. I. A. 171 a, Nullum est de alea lege iudicium.

Actio, ius persequendi quod sibi debetur, seu iudicium ipsum, seu quæstio forensis, & lis. I. V. 122 a, Dare actionem & dare iudicium aliquius rei cuipiam. I. V. 121 a, Prætor asseuerat se eius rei in primis actionem esse daturum. de In. 51 b, Actio alicuius rei. Constituere actionem. de In. 69 b, Constituere iudicium mandati. pro S.R. 36 b, Constituere quæstionem de furto. pro Clu. 56 a, Constituere locum reo, pro Cl. 29 a, & 29 b. I. A. 223 a, Nec constituere iuris actiones malebat, quàm cõtrouersias tollere. pro Qu R. 49 a, Sunt iura, sunt formulæ de omnibus rebus cõstitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ, aut ratione actionis errare possit. pro Cec. 291 b, Actio iniuriarũ dolorem imminuit libertatis iudicio pœnaque mitigat. pro Cec. 290 b, Eius rei ius, actionemq; quæramus. pro Cec. 191 a, Quæro sit ne aliqua eius rei actio, an nulla. pro Cec. 291 a, Hanc puto me habere actionem, ut per interdictum meum ius tenentem, tuam iniuriã persequar. pro Qu. Rof. 54 a, Cùm de sua parte Roscius transegit, cum Flauio actionem tibi tuã reliquit. pro Quin. R. 50 b, Qui de sua parte decidit, reliquis integram reliquit actionem. pro Cecin. 291 b, Si qui me exire domo mea coegisset armis, haberem actionem si qui introire prohibuisset, non haberem. pro Cec. 292 b, Vt uos iudiceris, huius rei interdictum atq; actionem in mentem maioribus nostris non uenisse. pro Cecinna. 286 b, Quare aut muta actionem, aut &c. de In. 69 a, Prætorijs exceptionibus multæ excluduntur actiones. de Na. 74 b, Inde illa actio, ope consilioque tuo furtum factum esse aio. de Or. 98 b, Alter iniquum putabat plus secum agi, quàm esset in actione. I. V. 57 b, Actio ciuilis & priuatum ius. pro Cec. 295 a, Actio est in autorem præsentem his uerbis, quandoquidem te in iure conspicio. pro Mur. 130 b, Gloria militaris uestris formulis atque actionib. anteponẽda est. pro Mu. 129 a, Tu actionem instituis, ille actem instruit. pro Mil. 108 b, Actionem perduellionis alicui intendere. de Finib. 145 b, Zeno ut in actionibus perscribi solet, de re eadẽ fecit alio modo.

Actito, tas. de Clar. 187 a, Pontidius multas priuatas causas acititauit id est, frequenter egit.

Actium, oppidum. epist. 259 b, Actianæ legiones, At. 112 b, & 114 b.

Actor, oris. de Or. 94. Nihil est quod cogat homines, sicut in foro non bonos oratores, item in theatro malos actores perpeti. & 95 b, Gestus penè summorum actorum. Qu. Fr. 299 a, Poetæ boni & actores industrij in extremo actu diligentissimi esse solent. de Or. 126 b, Neque actor sum alienæ personæ, sed autor meæ. de Or. 148 a, Vt eum efficeret oratorem uerborum, actoremq; rerum. Ora. 202 b, Inuentor, compositor, actor. pro Sest. 17 a, Cato dux & autor & actor rerum illarum fuit. pro Sest. 25 a, Ludius non solum spectator, sed actor & acroama.

Actuariolum, li. parua nauis celeris, minutum actuarium. At. 256 a, Hæc ego cõscendens è Pompeiano tribus actuariolis decem scalmis. At. li. x. Quid duro tempore anni actuariolo fore censes? L. Corbita.

Actuarium, rij. nauis genus, celeritate ualens. Att. 72 a, Actuaria minata. & 165 b. Quid duro tempore anni actuaria fore censes?

Actum, i. unde acta, quæ tam publica quàm priuata dicuntur. Sed actum rara uox inuenta est, acta crebra. In Antoni. 156 a, Nihil est, quod tam propriè dici possit actum eius, quàm lex.

Actum est. rem deploratam significabat. At. 76 a, Si proroganatur, actum est. Epist. 234 b, & 138 a, Actum de te est. At. 194 b, Actum iam de isto est, alia magis quæro.

Actuose. de Orator. 152 a, Leniter, remisse, non actuosè agere.

Actuosus, a, um. operosus, qui ab agẽdo nõ cessat. de Natur. 23 a, Virtus actuosa est, Deus autem uester nihil agens. Orat. 208 b, Luminosæ & quasi actuosæ partes duæ.

Actus, a, um. Att. 236 a, Acta illa res est animo utili, consilio puerili. Ad Heren. 13 b, Sero acto negocio uenire. Epist. 86 b, Actis his rebus, literæ à te mihi sunt redditæ, quibus, &c. pro Qu. 7 b, Si id uelles, iampridem actum esse poterat. pro R.S. 41 b, Sin autem id actum est, & idcircò arma sumpta sunt, &c. Ep. 24 a, Atq; in primis me tenet satietas actæ prouinciæ. Attic. 139 a, Sed ama ne agamus, reliqua paremus. At. 153 a, Tu mallem, inquies, actũ ne agas. Attic. 274 a, Mihi quidẽ ætas acta fermè est. pro Qu. R. 47 b, Vita acta Ep. 57 a, Quid acta tua uita à te postulet, tu uidebis, Tusc. 201 b, Actum habeo, quod egeris. At. 296 b, Non minus benè actum cum illis puto.

Actus, ẽtus. ipsa est actio, & factum. pro Dom. 225 b, Omnem diu collectam uim improborum, quæ inueterata compresso odio, atque tacito iam erumpebat in actum, excepi meo corpore. de Leg. 162 a, Nõ solum in rectis, sed etiã in prauis actibus insignis est humani generis similitudo. in Sal. 272 a, Si de mea uita atq; actibus huic conuiciatori respondero. Actus, est ius agendi uel iumentum, uel uehiculum. pro Cecinna 299 a, Aquæductus, haustus, itet, actus. L. Rarus. Actus pro Comœdiæ seu Tragœdiæ parte. de Senect. 91 b, Nec histrioni ut placeat peragẽda est fabula, modo in quocunque fuerit actu probetur. Epist. 68 b, Hæc quasi fabula rerum euentorumque nostrorum habet uarios actus, multasq; actiones & consiliorum & temporum. pro Mar. 135 a, Hæc igitur tibi reliqua pars est, hic restat actus. de Sen. 78 a, Naturam optimam ducem sequimur, à qua non uerisimile est, cum cæteræ partes ætatis benè descriptæ sint, extremum actum tanquam ab inerti poeta esse neglectum. I. V. 112 a, Quis dubitaret cùm uideret, &c. qualis iste in quarto actu improbitatis futurus esset?

Actutum, statim. I. A. 244 b, Ego mortem actutum futuram puto.

Aculeatus, a, um. habens aculeos. Attic. 234 a, Satis aculeatas ad Dolabellam literas dedi. Acad. 19 a, Quorum sunt contorta quædam & aculeata sophismata.

Aculeus, lei. stimulus. de Finibus 134 b, Vespas aculeis uti uidemus. & 107 b, Pungunt quasi aculeis. Tusc. 186 b, Cùm liquescimus fluimusq; mollicia, apis aculeum ferre non possumus. Ac. 24 b, Sed omnes istos aculeos, & totum tortuosum genus disputandi relinquamus, de Ora. 119 a, Genus facetiarum, in quo nulli aculei contumeliarum insunt. Orat. 202 b, Oratio philosophica neq; neruos neque aculeos forenses habet. de Orat. 114 a, Oratio sine sententiarum forensium aculeis. de Cl. 180 a, Aliquis cum aculeo & maledicto facetus. pro Cæ. 43 a, Emittere aculeos seueritatis in aliquem. pro Pl. 271 b, In quibus ipsi aculei si quos habuisti in me reprehendendo, tamẽ nihil nõ ingrati acciderunt. de Cl. 168 a, Cum delectatione aculeos relinquere in animis eorum, qui audiunt, ut de Pericle scripsit Eupolis. pro Cl. 50 a, Aculeos seueritatis iudicis euellere. pro Fl. 154 b, Qui testis mortuus est aculeo iam dimisso ac dicto testimonio. pro Syl. 175 a, Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari. Att. 36 b, Ac domesticarum quidem solicitudinum aculeos omnes & scrupulos occultabo. Qui. F. 206 a, Fuerũt nonnulli aculei in Cæsarem, contumeliæ in Gellium.

Acumen, nis. Epist. 70 b, Qui propter acumen occultissima perspicis. de N. 41 b, Epicurus homo sine acumine ullo, sine lepore. pro Fl. 148 a, Acumen ingeniorum. & Or. 206 b, Argutiæ & acumen Hiperidis. de Orat. 95 b, Acumen dialecticorum, sententiæ philosophorum. de Or. 123 a, Dialectici se compungũt suis acuminibus. & 97 a, Omnia sub acumen styli subeant necesse est. & 106 a, Illudere nimium acumen alicuius. & 132 b, Interpretatio nominis habet acumem. de Di. 124 b, Ex acuminibus quod totum auspicium militare est. In Arat. Tergaq; centauri atque Nepai portat acumen.

Acuo, is, exacuo, excito, hortor. Tusculan. 250 b, Ne stridorem quidem ferre audiunt, cum cum acuitur. Tusc. 165 a, Multa è corpore existunt, quæ acuãt mentem, multaq; quæ obtundant. Or. 210. Si quis ad dicẽdum acuat aut adiuuet in eo iuuentutem, utiuperatur. Of. 52 b, Itaque duæ res quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant, otiũ & solitudo. de Cl. 196 b, Qui linguam acuisses exercitatione dicendi. pro Lig. 138 b, Eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio? de Orat. 92 b, Consuetudo exercitatioq; & intelligendi prudentiam acuit, & loquendi celeritatem incitat. ad Heren. 24 a, Imò erigit omnium cupiditates, & acuit industriam. Epist. 256 a, In excitando & acuendo plurimum ualet, si laudes eum quem cohortere. de Cl. 176 a, Non enim solum acuere, sed etiam alere ingenium potest.

Acus, acus. pro Mil. 114 a, Vulnus in latere, quod acu punctum uideretur, pro ictu gladiatoris putari.

Acute. de Som. 129 a, Acute sonans.)(. grauiter sonans. de Or. 106 a, Colligere multa non modo acutè, sed etiam ridiculè & facetè. de In. 68 a, Sed illæ tenuius, subtilius & acutius tractantur. pro Cæl. 41 a, si mihi acutè arguteq; responderit. de Am. 96 b, Acutè respondere. de Cl. 169 a, Acutè, arguteq; conijcere de faciendo aliquid.

Acutus, a, um. subtilis, acer perspicax.)(. hebes, pinguis. de Som. 129 a, Summus ille cæli stelliferi cursus, cuius cõuersio est cõcitatior, acuto & excitato mouetur sono, grauissimo autem hic lunaris & infimus. de Or. 107 a, Vocem ab acutissimo sono usq; ad grauissimum sonum recipere. de Orato. 243 a, sententiæ dicendi acutæ sunt, delectandi quasi arguteæ, commouendi graues. de Ora. 117 b, Acutissimum & subtillissimum dicendi genus. Or. 208 a, Principia acuta sententij. de Or. 94 a, Motus animi celer & acutus ad excogitandum. contra Rul. 68 b, Tamẽ si qui acutiores in concione steterunt, suspicantur, &c. de Ora. 99 b, Vir. ingenio prudentiaq; acutissimus. Of. 59 b, Philosophi quidam minimè mali illi quidem, sed non satis acuti. de N. 5 a, Antiochus homo in primis acutus. de Or. 104 a. Acutus homo, & natura usuq; callidus. Off. 20 b, Id quod acutũ & perspicax natura est. de In. 50 a, Acuta, an hebetior.

Acutulus. de Nat. 63 a, Zenonisque breues & acutulas cõclusiones.

Ad significat in loco, ad locum, personam, & rem, & propter, propè, fere, circiter, apud, idq; cum motu & sine: id quod uarietas exemplorum docebit. At. 216 a, Matri ardentes in filium literas ad me misit. Att. 150 b, Exemplũ Epistolæ Balbi ad me, & Cæsaris ad eum. I. C. 111 b, Dare literas alicui ad aliquem. At. 113 a, Is scripsit ad me ut essem ad urbem. I. V. 74 b, Pompeius concionem ad urbẽ habuit. I. A. 188 b, Is dixit se usq; ad Cal. Maias ad urbem exercitum habiturum. Ep. 43 b, Ad urbem ociosum te esse arbitrabar. In Ver. 112 b, Verres ad urbem cum esset audiuit, &c. Ep. 192 a, & 191 b, Laodicea quæ est in Syria ad mare. I. V. 230 a, signum, quod est ad introitum Ponti. Attic. 107 a, Quintius ad Bustum Basilij uulneratus est. de N. 68 a, Saturnum uulgo maximè ad occidentem colunt. I. V. 211 b, Ipse ad mare intra oppidum expectabat. I. V. 205 b, Crux, quæ fixa est ad portum, urbemq; uestrã. pro Pl. 262 b, Cum ego ad Fabianum fornicem impellor I. V. 69 b, Videt ad fornicem Fabianum, in turba Verrẽ. Attic. 278 b, Bellum ad Mutinam gerebatur. de Di. 91 b, Eudemus prælians ad Syracusas, occidit. pro Mur. 132 a, Pugna naualis ad Tenedum. contra Rul. 73 b, Accedent falicta ad Minturnas. At. 2 b, Signa, quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietam expofita. Epist. 244 b, Cùm ad Cybistra quinq; dies essem commoratus. Att. 277 a, Ex castris ad imam Cardauiam. Att. 228 a, Ad lacũ quod habeo, uẽditurus sum. de D. 112 b, Si fatum fuit exercitum populi Rom. ad lacum Thrasimenum interire. pro Cæl. 45 a, Habes hortos ad Tyberim. I. P. 91 a, Togulæ lictoribus ad portam presto fuerũt. Tus. 241 a, Ad portas Sagragianas magna est frequentia sepulcrorum. pro Sest. 12 a, L. Cæsar erat ad portas cum imperio. Postq. 211 a, Erat alius ad portas in multos annos. de Orat. 142 b, Neoptolemus ad Troiam nomen inuenit. de D. 136 b, Tu demerso me & equo ad ripam. de Or. 114 a, Cum istos libros ad Misenũ studiosius lego. pro Fl. 154 a, Qui producti, tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dixerunt. de Or. 110 b, Cõchas & umbilicos ad Caietam & ad Lucrinũ legere. At. 231 a, Villa mea ad Lucrinum. Ac. 3 b, Hortẽsij uilla, quæ est ad Baulos. Attic. 222 a, Puteolis se aiebat unum diem fore, alterum ad Baias. Ep. 33 b, Ad Iconium fore me puto circiter Idus Sext. Att. 205 b, Mummium fuisse ad Corinthum pro certo habeo. Epist. 199 a, Quamobrem conscende nobiscum, & quidem ad puppim. Epist. 43 a, Cùm essem in castris ad fluuium Pyramum. de Orat. 141 a, Nũciatum est iuuenes stare ad ianuam duos quosdam, qui, &c. At. 158 a, Quoniam ad mare superum milites essent. At. 127 a, Cum Cæsar ad oppidũ castra haberet. Epi. 241 b, Castraque ad Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum locaui. At. 150 a, Ad murum castra posui. pro Cecin. 288 b, 289 a, Ad omnes introitus homines armatos opponit. pro S.R. 25 a, Esse in agro, & ali ad uillam. pro S.R. 21 b, Occiditur ad balneas Palatinas, rediens a cœna Roscius. I.C. 195 b, Hi quos uides uolitare in foro, quos stare ad curiam. de L. 18 a, Ara in eo loco fuit, ad eam lamina inuenta est, & in ea scriptum, &c. At. 283. Facere sacrificium ad aram. I. V. 222 a, Agere uigilias ad ædes sacras. Or. 200 b, & pro S.R. 30 a, Ita postremò eijciuntur, ut ne ad saxa quidem conquiescant. de Ora. 194 a, Quem seruum sibi ille habuit ad manum, id est, scribã suum. de D. 90 a, Cum dormienti ei sol ad pedes uisus esset, ter eum frustra appetiuit. pro Cæl. 53 b, Fama adolescentis paulum hæsit ad metas, de N. 46 a, Hærere ad saxa, pro Cæl. 52 a, Aliquis ad uinum disertus. Offi. 52 a, Quidam ad medium ianuæ sedentes. Of. 68 a, Omnib. uicis statuæ factæ sunt: ad eas thus & cerei. de Vn. 200 b, Deus solem quasi lumen accendit, ad secundum supra terram ambitum. pro Mil. 107 a, Partim cum ad thedam pugnari uiderent, &c. pro R.P. 128 a, Dicere ad subsellia. pro Mil. 108 b, Hæc sica nuper me ad regiam penè concecit. pro Mil. 109 a, Milo reus ad populum accusante P. Clodio. de Ora. 113 a, Exponere mandata ad populum a Senatu, aut in senatu ab imperatore. de Cl. 171 b, Cato ad populum summa contentione dixit. pro Cor. 60 a, De Cn. Publicio ad populum latum, ut is ciuis esset. de Or. 149 a, Genus orationis, quo uti ad uulgus nemo possit. At. 282 a, Non enim id propositum est huic epistolæ, Mesfalam ut laudem, præsertim ad Brutum. pro Qu. R. 46 b, Ad arbitrum petere. & ibi. Ad iudicem cãm labefactari. pro Qu. R. 52 b, Alicuius testis ad iudicem fidem infirmare. I. V. 200 b, Thespiades, quæ ad ædẽ Felicitatis sunt. Item 156 a, Pecunia utinam ad ædem Opis maneret. At. 88 a, Statua quæ ad Opis per te posita est. i. ad ædem Opis: quod & in similibus intelligitur. Ep. 114 a, Cum senatus habitus esset ad Apollinis, ad XI. cal. Sext. At. 230

Rapinæ

Rapinæ ad Opis fiunt. Ep.134 a, Non solum ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum. I. A,166 a, Cogitationemq; sobrij hominis ad punctum tẽporis suscipẽ. At.22 b, Nos hic te ad mensem Ianuarium expectamus. de A.101. a, Bestiæ, quæ ex se natos ita amãt ad quoddam tempus, ut, &c. I. A.154 b, Ad tẽpus occurrere. At.206. b, Ad quos dies rediturus sim scribam. Att. 191. b, de Bruti aduentu scribe quid expectes .i. quos ad dies. Epist.55. a, Ad quod tempus te expectem nescio. At. 67. a, Ad quæ tempora te expectem, facias me certiorem uelim. de Na. 36. a, b, Ad quoddam tempus insistere. pro Syl. 168 b, Illa ad breue tempus seueritatem postulauit. At.197. a, Te rogo ut explores ad quam diem. I. C.193 b, Ad breue tempus metu releuari. de Se.92 b. Sensus moriendi ad exiguum tempus durat. pro S. R.39 b, Opinor esse in lege, quem ad diem proscriptiones, uenditiones q; fiant. Off.45 a, Hæc res ad breue tempus duratura est. Att.157 b, Curio fuit ad me sane diu. Off.6 a, Perturbatio animi, quæ plerunq; breuis est & ad tempus. Att. 168 b, Dionysius ad me fuit bene mane. Att.32 a, Quod de Quinti Fr. epistola scribis, ad me quoq; fuit, πρόσθεν λέων ὄπιθεν δὲ δράκων, μέση δὲ χίμαιρα. At. 210 b, Ad tempus redire. I. V.76 b, Decem fisci ad senatorem relicti. Att. 230 a, ad Calẽ. adero. I. A.164. a, Salutares sententiæ quibus ad hanc diem uiximus. Att.119 a, Patriam nõ ferundam ad reditum nostrum, sed diripiendam inflãmandamque reliquimus. Att. 292 a, Nescio quid interfit, utrũ illuc nunc ueniam, an ad decem annos. de Se.81 a, Si ad centesimum annum uixisset. Att.106. b, Ab hora octaua ad uesperum, &c. At. 283 a, Decreui ut in fastis ad eum diem Bruti nomen inscriberetur. de Som.126 b, Vigilare ad multam noctem. At.37 a, Ad extremum manus dedit, & alibi: Is cum Pompeio ad extremum belli tempus fuit. pro Mil.114. b, Ad tempus apta simulatio. pro Cæ.40 b, Ad tempus accõmodare se alicui. de D.93. a, Cum magnam partem noctis uigilasses, ad lucem deniq; arcte dormitare cœpisti. pro Cæl.40 a, Versare suã naturam & regere ad tempus. de Cl.196 b, Quorum ad ætatẽ Laus eloquentiæ perfecta nondum fuit. Off.50 b, Isq; rem integrã ad reditum suum iussit esse I.C.114 b, Si Catilina in urbe ad hunc diem remansisset. I.A,262 a, Ex Calen. Ian. ad hanc horam uigilaui. de Se. 81 b, Sophocles ad summã senectutem Tragœdias fecit. At.206 a, Multus sermo ad multum diem. Ep.117 a, Ea pars est ad XXX. sestertia. I. A.231 a, Populari agros non ad spem constituendæ rei familiaris, sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ .i. propter. Parad.117 b, Num illi ullam cogitationem habuisse uidentur, aut auri ad auaritiam, aut amœnitatum ad delectationem, aut supellectilis ad delicias, aut epularum ad uoluptates? Off.43 a, Id enim ipsi sordidum est ad famam committere ut, &c Parad.125 a, Pecuniam meam contemnis, & recte: est enim ad uulgi opinionem medio cris, ad tuam nulla, ad meam modica. Para.125 b, Non modo ad fructum, sed etiam ad fœnus ille sumptus exiguus est. I. A. 197 b, An illa non grauissimis ignominijs, monumentisq; huius ordinis ad posteritatis memoriam sunt notanda? quod M. Antonius, &c. I.A.265. b, Vt extet ad memoriam posteritatis sempiternam. ad scelus crudelissimorum hostium, militumq; diuinam uirtutem. pro Deiot. 144 b, Quæ mihi sunt ad spem obtinendæ ueritatis grauissima, ad contentionem dicendi, ad omnem motum animi leuiora. pro Mi. 117 a, Qui tyrannos necauerunt propè ad immortalitatem & religionem & memoriam consecrantur. de L.188 b, Quod nobis fuit egregium & ad immortalitatẽ memoriæ gloriosum. In Vat. 30 b, Quid optabilius ad immortalitatẽ gloriæ mihi accidere potuit? de Pro.70 a, Libidines prætereo, quorum a cerbissimum extat indicium, & ad insignem memoriam turpitudinis, & penè ad iustum imperij nostri odium. pro R. P. 125 a. Imago ad memoriã posteritatis prodita. I. A.222 b, Vita Seruij Sulpitij multis erit præclarisq; monumentis ad omnem memoriam commendata. pro Sest. 8 b, O diem illum mihi ad domesticum mœrorem gloriosum. de Ar.255 a, Mihi exire domo mea, ad priuatum dolorẽ fuit luctuosum, ad rationẽ reip. gloriosum. pro Sest. 5 b, Vestigia integritatis illius non pressa leuiter, ad exigui prædicationem temporis, sed fixa ad memoriam omnium sempiternam. de Or.138 a, multa ante congressum fiunt, quæ non ad uulnus, sed ad speciem ualere uidentur. pro Cl. 56 b, Qui ad fraudem callidi sunt. Or. 219. b, Quicquid in his rebus fit utiliter ad pugnam, idẽ ad aspectum etiam est uenustum. Off.7 b, Vt cæteri sint ad iniuriam tardiores. Qu. Fr. 294 a, Cyrus ille à Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperij. I.V. 249 b, Nihil tam clausum ad exitus, nihil tam tutum ad custodias. pro Qu.17 a. Plus huius impia posit ad misericordiam, quàm illius opes ad crudelitatem. pro Sest. 10 a, Siue illa uestis mutatio, ad luctum ipsorum, siue ad deprecandum ualebat. contra Rul.66 b, Vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienæ dominationis occasionem interceptus. cõtra Rul.66 b, Hoc ego cùm ad animi mei lætitiam duco esse permagnum tum ad curam solicitudinemq; multo maius. Off. 42 b, Domus P. Mucij commendauit adolescentiam Rutilij ad opinionem innocentiæ & iuris scientiæ. pro Do. 241 a, In hisce ædibus monumentum collocasti ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium. pro Do.239 b, Libertatis signum posuisti magis ad ludibrium impudentiæ, quam ad simulationem religionis. pro Dom.235 b, Monumentum, quod positum est, ut esset indicium opressi Senatus ad memoriam sempiternam turpitudinis. pro Dom. 134 a, Indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam pro Do. 235 b, Hoc simulacrum quidam homo nobilis ad ornatum ædilitatis suæ deportauit: & alibi, Quo uase utebatur ad festos dies, & ad hospitum aduentum. At. 149 a, Συνεταγωγὴ consiliorum tuorum non est à me collecta ad querelam, sed magis ad consolationem meam. pro Do.217 a, M. Cato ratione uitæ mirabili ad laudem, & propè singulari. Off.38 b, Ad exemplum amissi imperij portari in triumpho Massiliã uidimus. pro Fla.147 a, Res uaria & multiplex ad suspiciones & simultates. pro Do.230 b, Ad laudem illustre. Off. 36 b, Magna uis est fortunæ in utranq; partem, uel ad secundas res, uel aduersas. de Se.82 a, quã ad suauitatem nullis egebat corporis uitibus. Off.36. a. Quæ fiunt utiliter ad hominum uitam. Of. 28 a, Domus suffragata domino ad consulatum putabatur. pro Syl.177 a, b, Gladiatores emptos esse ad cædem ac tumultum. pro Fl.158 b, Pecuniam ad patris honorem collatam abstulit. I.C. 114 b, Erat ei consilium ad facinus. contra Rul.90 a, Num quis uestrum ad uim, ad facinus, ad cædem accommodatus est? pro S.R.43 b, Delectus ad aliquã rem faciẽdam, & ibi. Reseruatus ad aliquam rem. I. C.102 a, Ad hanc temamentiam natura peperit, uoluntas exercuit, fortuna seruauit. pro Rab.92 b, Qui crucem in campo ad ciuium supplicium defigi iubes. I.C.102 b, Ad huius uitæ studiũ meditati illi sunt, qui feruntur labores tui. I.C.117 a, Mihi iam ad uitæ fructum nihil potest acquiri. pro Sest.15 a, Liberi mei ad necem quærebantur. I.C.118 a, Lectus ad quietem datus. pro Cæl. 48 a, Quam ad rem aurum sumpsisti. I.C.121 b, Summa populi Rom. uoluntas ad communes fortunas conseruandas. I.C.121 b, Cæteri uerò ad communem salutem consentiunt. pro Mur.130 b, Dicendi exercitatio longè isti uestræ exercitationi ad honorẽ antecellit, pro Mur.131 a, Sed nunc de studijs ad honorem dispositis disputo. pro Mur. 133 b, Hoc quanti putas esse ad famam hominum & uolũtatem: de V.101 a, Deus cœlum ad uoluntatẽ rotundauit. pro Mur.138 b, Finxit te natura ipsa ad honestatem, de Vn. 201 a, Vt hoc esset illi ad æternitatis imitationem similimum. pro Mu. 139 b, Nemo Catone commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis, pro Mur.141 b, L. Nacta in equitum centurijs uoluit esse, & ad hoc officium necessitudinis, & ad reliquum tempus gratiosus. de Fat. 145 b, Ad animorum motus uoluntarios non est requirenda æterna causa. pro Fl. 152 b, Describere pecuniam ad rationem alterius. de L.173 b, Isq; ne committi posit ad eam rationem cursus annuos sacerdotes finiunto. pro Fon. 283 a, Impiger ad labores belli, fortis ad pericula, peritus ad usum & disciplinam, prudens ad consilia, felix ad casum fortunãq;. pro S. R.30 a, Hoc mihi maximo argumẽto ad huius innocẽtiã poterat esse. Qu.F. 295 a, Cũ ad templũ monumentumq; nostrũ ciuitates pecunias decreuissent. & ibi. Edicere ne ad ludos pecuniæ decernantur. At.245 b, Id ego ad illud fanũ sepositũ putabã. Q.F. 293 a, Græci diuturna seruitute ad nimiã assentationem eruditi. Br.289. a, Obdurescunt magis quotidie ad uocem tributi. pro Mil. 103 a, & Or.212 b, Ad quã lege non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus. Of.57 b, Ad nullã rẽ utilis. Off.57 b, Ad nullã partem utilis. Att. 228 a, Hoc erit utile ad confirmationem Ciceronis. de Ora. 132 b, Etiã ad causam utile est, &c. Att.237 b, Sed ad hæc omnia unã consolatio est, quod, &c. Ora.200 b, Nõ enim ad iudiciorum certamen, sed ad aurium uoluptatem scripserat. de Or.109 b, Ad Græcorum cõsuetudinẽ disputare. Ora.201 a, Aristoteles adolescentes non ad morẽ philosophorum tenuiter disserendi, sed ad copiam Rhetorum in uranque partem exercuit. de D. 125 b, Ad nostri augurij consuetudinem dixit Ennius, cum tonuit, &c. de Or. 127 a, Nihil mihi ad existimationẽ turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere potuit. pro Ar.189 a, Marius qui durior ad hæc studia uidebatur. Off. 24 a, Ad eam rationem maximam uim natura habet. Qu. Fr.315 b, Habere uim magnam ad gloriam, & ad summam dignitatem. Epist.41 b, Censui sumptus legatis quàm uaximè ad legem Corneliam decernendos. de Or. 115 a, Iudex omni ratione ad tempus, ad causam, oratione moderandus est. At.122 b, Commendatio alicuius ad omnes. At.32 a, Quod de Quinti fratris epistola scribis, ad me quoque fuit πρόσθεν λέων, &c. Att. 122 b, Vnum etiam restat tibi ad omne dedecus de Am.113 b, ad uoluntatem loqui omnia, nihil ad ueritatem. pro Quin.17 b, Ad uoluntatẽ loqui. de Or. 97 b, Exercere se aduersus alicuius. de Orat. 90 b, Res, quas ad certã causam tempusq; cognouerit. de N.74 b, Commoliri dolum ad aliquem. At.110 b, Velim consideres quid faciẽdũ putes, primum πρὸς τὸ ἀσπαλὲς, &c. deinde ad opiniones, &c. de N. 43 a, Mundi partes neque ad usum meliores, neque ad speciem pulchriores esse potuerunt. pro Cæl.46 b, Dare aliquid temporis ad ludum ætatis. I.A.228 a, Quis sapientior ad coniecturam rerum futurarum? pro Cæl.51 b, Fuerant ad hanc rem collocati, ut, &c. pro Cor. 68 a, Familiaritas bonorum ad summam laudem omnibus ualet. de Or.198 a, Ad has tot, tantasque res adhibibenda sunt ornamenta, &c. de D. 98 a, Et non si significant, nullas uias dant nobis ad significationis scientiam. de Dom. 101 a, Ad opiniones imperitorum esse fictas religiones. de Dom.101 a, Ad errorem multitudinis, religionis simulacra fingere. de Fat. 142 a, Neque hoc scribunt uituperantes, sed potius ad laudem. de Dom.126 a, Res inuenta ad quæstum & ad errorem. de Dom.122 a, Ita Albana aqua deducta ad utilitatem agri suburbani, non ad urbem retinendam. de Dom. 123 a, Retinetur antem ad opinionem uulgi reipub., mos. pro Deiot.150 a, Nullus locus est ad statuam rostris clarior. I. A. 251 b, Qui suam amentiam huic præbet ad gloriam. I.A 203 b, Legibus annalibus grandiorem ætatem ad consulatum constituebant. de Legi.152 a, Aliquis in loquendo multus & ineptus ad summam impudentiam. de Vn. 202 a, Quod maius est uinculum ad perpetuitatem uestram, quàm, &c. de Am 111 b, Eorum est habendus ad summum naturæ bonum optimus beatissimusq; comitatus de Pet.207 b, Vir ad ambitionem gratiosus de I.176 b, Hi omnes multa ad ueritatem admirabilia dixerunt. de A. 251 b, Qui medicis suis non ad salutem, sed ad necem utitur. pro Mar. 137 a, Vti, uel abuti opera alicuius ad aliquam rem. pro Font. 282 a, Habere uoluntatem ad aliquem opprimendum, & licentiam ad maledicendum, & animum ad ementiendum, & ingenium, ad fingendum. pro Rab.90 b, Quæ mihi iustissima causa ad hunc defendendum esse uisa est, eadem uobis ad absoluendum debet uideri. pro Rab. 90 b, Nam me amicitiæ uetustas, ad C. Rabirium defendendum est adhortata. pro Qu. 13 b, Non ad mendacium obtinendum, sed ad uerum probandum autoritas adiuuat. I. C. 101 a, Ad custodiendumte diligentissimum, ad supplicandum sagacissimum, ad uindicandum fortissimum eũ putasti. pro Dom. 222 a, Multa ad placandum atque ad misericordiam reis concessa sunt. pro Dom. 219 a, Hic tibi autor ad instituendam, socius ad comparandam, adiutor ad perficiẽdam rem fuit. At.241 a, Præsentes ad nocendum uires habere. Anteq. 193 a, Manus ad demonstrandam relignntur iniuriam, lingua inciditur ad deplorandam calamitatem. de Cl. 193 b, Quint. Scæuola nemini se ad docẽdum dabat. de Or. 127 a, Tum omnem orationem traduxi, & conuerti in increpandam Cæpionis fugam, in deplorandum interitum exercitus. de Or.92. b, Res, quæ ad dicendũ pertinent. & ibi: Antequam ad dicendum ingressi sumus. pro Cec.296 b, Arma aliã ad tegendum, alia ad nocendum, &c. pro Cor. 55 a, Si minus tibi ad referendam gratiam satisfacere potero, ad prædicandam & habendam certẽ satis sum facturus. pro Clu. 27 b, Ad respondendũ surrexi. & alibi, Ad dicendum surrexi. pro Cæl. 42 b, Oratio ad criminãdum subtiliter inducta. de Ar. 253 a, Autor egregius ad inflammandos animos. Off. 41 b, Iustos uiros ad imperandum deligi solitos. Off. 42 b, Deligere sibi aliquem ad imitãdum. pro Sest. 25 a, Rem quæris preclaram iuuentuti ad discendum, nec mihi difficilem ad perdocendum. Qu. de Pet. 207 b. Homines excellenti gratia ad conficiendas centurias. I. V.76 b, Proiectas ad audendum. Off. 74 b, I. Manlius paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidit. de D. 82 b, Mirari licet quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera, ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, de Di.83 b, Quid scamoneæ radix ad purgandũ posit. de Di. 98 a, Stella salutaris ad ortus puerorum. At. 41 a, Reliqua tẽpora non tam ad medicinam, quàm ad finem doloris. de Le. 157 a, Nihil ad Cælium, sed potius ad antiquorũ langorem atq; inscitiam. de Som.129 b, In quo qui insistũt, nihil ad nostrum genus. de Le. 179 b, Quid enim ad Pontificem de iure parietum? pro Cor. 62 Quid id ad ciuitatẽ? de Le.272 a, Sed siue fuit, siue non fuit, nihil ad rem. Acad.23 b, Hoc nihil ad me. pro Qu. R.50 b, Præclarè sum negociũ gessit Roscius, quid ad te? pro Dom.217 a, Sed quid ad te? ad Att. 195 a, Nihil agri ad ullã rem, loci satis, nihil ad eã quã quæro. de Or. 121 a, Sed hoc nihil ad me, &c. illud ad me, ac multo etiã magis ad uos Corta noster & Sulpiti. pro Sex. Rosc.42 a, Vt ad libidinem suam liberti fortunas nostras uexare possint. Epist. 248 a, Ad meum sensum & ad illud syncerum ac subtile iudicium nihil potest esse laudabilius, quàm, &c. de Or. 115 a, Qui mentes iudicũ ad arbitrium suũ mouere possit. de Orat. 97 b, Legere aliquam orationem ad eum finem, quem memoria possis comprehendere. I. C. 97 b, Quem ad finem se effrenata iactabit audacia? pro Cl. 49 b, Conuertere nunc ad equestrem ordinem atque in cæteros ordines hæc omnia. pro Clu. 59 b, Ea sibi præter formam, nihil ad similitudinem homines reseruauit. & alibi, Deus in faciendo homine similitudinẽ suam secutus est. pro Clu. 23 b, Et ad hanc mortem omnia ueneni indicia in illius mortuæ corpore fuerunt. de L.180 b, Quid est quod ad ius pontificũ ciuile appetatis? In Var. 33 a, Si ad cætera uulnera hanc quoque plagã reipub. infliximus. pro Pl. 259 b, Equidem ad reliquos labores, quos in hac causa suscipio, etiam hanc molestiã assumo, quòd, &c. contra Rul. 81 a, Ad hunc numerum quingentos sibi singuli sument. Epi. 217 Ea pars hæreditatis est ad XXX sestertia. At. 9 b, Homines ad quindecim. Qu. Fr.314 a, Domitius ad numerum iudices non habuit. de Fin.91 b, Heri ab urbe profectus, ueni ad uesperam. Qu. Fr. 306 a, Sanè frequentes fuimus omnino ad ducentos. At.195 a, Dubito an excusationem aliquam ad filium parem. Att.10 b, Conuertere nauem ad puppim. Qu. Fr. 320 a, Poema ad Cæsarem quod compofueram incidit alias, instituerem. Tusc.192 b, Ad omnia cæcitas mentis. At. 139 a, Ad hæc igitur cogita, uel potius excogita. de Orat. 111 a, Cum ille debitaret quod ad fratrẽ promisi-

rat, de Vni. 200 b, Nos igitur & dies ad hunc modum, & ob has generata causas, &c. pro domo 100 b, Quod somnium mirificè ad uerbum cum re conuenit. de Or. 132 a, Verbum ad literam immutatum: ut neuus, ignauus, pro S.R. 32. Si quid est, quod ad testes referuet, ibi nos, &c. pro S.R. 37 b, Tecti esse ad alienos possumus: inti mi multa apertiora uideant necesse est. contra Rul. 70 a, Ratione affectus est, ut id quoad liceret, populi ad partes daret. de Fat. 140 b, Te proponere aliquid ad quod audiam, uolo. pro Cæl. 39 a, At istam omnem orationem brevis est defensio. de Di. 87 a, Aliquis ad meridiem spectans. pro Qu. 111 a, Ad negocium suum relicto procuratore proficisci. Attic. 123 b, Abijcere se ad pedes alicuius. de N. 76 b, Pallium aptum ad omne anni tempus. de Leg. 182 b, Ad cantus & ad tibicinem prosequi laudes honoratorum uirorum. Tusc. 171 b, Cum tam bonos septenarios fundat ad tibiã. I. A. 244 b, facilis est circumspectus, quid ad dexteram, quid ad sinistram sit. pro R. P. 127 b, Ego me aliquando ad literas uindicabo. Ad aliquem per gere: id est domum illius petere, de Fin. 147 b.

ADAEQVO, as. parem facio. pro Arc. 190 b, Noster hic magnus, qui cum uirtute fortunam adæquauit. pro Ar. 191 a, Commemorationem nominis nostri cum omni potestate esse adæquandam. pro Cor. 68 a, Qui in summa amicorum copia cum familiarissimis eius est adæquatus. Qu. Fr. 311 b, Senatorum urna copiosè absoluit, equitum adæquauit, Tribuni ærarij condemnarunt. de Vn. 202 a, Quæ à me ipso facta sunt, deorum uitam posint adæquare.

ADAMO, mas. de Or. 148 b, Qui patientiam & duritiam in Socratico sermone maximè adamarat. Acad. 3 a, Eam sententiam quam adamauerunt, pugnacissimè defendunt. Epist. 19 a, Si hoc statueris, quarũ laudum gloriam adamaris, quibus artibus eæ laudes comparantur, in ijs esse elaborandum. pro Mil. 118 b, Nihil erat cuiusquam, quod ille adamasset. de O. 149 b, Si illã præclarã & eximiam speciẽ oratoris perfecti & pulchritudinem adamasti. I. V. 224 a, Id adamasti quod nunquã uideras. pro Fl. 511 a, Quod florere in generis sui gloria uiderat, prætor adamauit. I. V. 126 a, Cum signa quædam pulcherrima uidisset, adamauit.

ADAVGEO, ges. cumulo.)(. minuo, extenuo. de In. 69 a, Per quem facti honestas adaugetur. de In. 71 b. & ad Her. 13 b, Hæc signa adaugent suspicionem. pro S.R. 23 b, Tamen alijs nefarijs cumulant atque adaugent.

ADAVGESCO, cis. cresco, de D. 83 a, Aut densus stridor, &c. Ortus adaugescit scopulorum sæpe repulsu. Poetæ.

ADDICO, cis. dedo, mancipo, destino, adiudico. pro Cec. 287 b, Licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, partim gratia Cæsenniæ, partim etiam precio, fundus addicitur Ebutio. pro Sest. 11 a, Quos æris alieni magnitudo Tribuno plebis constrictos addixerat. pro Do. 234 b, Is nemineminuenire potuit, cui fides meas addiceret. I. P. 98 a, Nonne Fusidium creditorem debitoribus suis addixisti? In Ant. 212 a, Antonius regna addixit pecunia. Bona alicuius nummo sestertio cuipiam addici. pro R. P. 130 a, &, Tua bona Posthume nummo sestertio à me addicuntur. I. S. 273 b, Non enim uni priuatim ancillatus sum, neq; me addixi. pro Mil. 118 b, Incidebantur domi leges, quæ nos nostris seruis addicerent. I. P. 91 b, Cùm addicebas Tribuno pleb. consulatum tuum. pro Pl. 279 a, Senatus cui me semper addixi. I. A. 201 a, Qui ne forti quidem fortunas nostras destituit, sed libidini cuiusque addixit. Postq. 207 b, Cum hoc coire ausus es, ut reip. statum, ut Senatus autoritate, ut ciuis optimè meriti fortunas pro uinciarum fœdere addiceres. Anteq. 195 b, Rei sententijs prius iudicũ conuinci, quàm supplicio addici debent. pro Mil. 97 a, Eius ipsius domum euertisti, cuius sanguinẽ addixeras. Att. 158 b, Vt scriberem, cui uellem addici. I. P. 87 b, Nam lege Cæsaris omnis tibi Græcia addicta. de Or. 132 b, Quanti addictus mille nummum. de Le. 189 a, Libertas plebi sic data est, ut multis præclarijs imis addiceretur, ut autoritati principũ cederet. I. V. 105 b, Addicitur id opus HS. DLX. milib. I. V. 105 b, Addicitur medimnis MM. Addicere bona alicui. I. V. 104 a. Offic 61 a, Cum eorum alteri tyrannus diem necis destinasset, & isqui morti addictus esset, &c. I. A. 170 b, Nemo te de uẽdita atq; addicta sententia mouere potuit. Parad. 126 b, Ego te non stultum ut sæpe, non improbum ut semper, sed dementem & insanum rebus addicam necessarijs. pro Fl. 156 b, Iste cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. Addicere sese alicui certo, de In. 62 b, Addicet corpus suum turpissimæ cupiditati, ad Her. 29 a, Addicere uitam suam omni interpretantiẽ, ad Her. 32 b, pro Qu. 17 b, Vt parsimonia nuda cupiditati petulantiæq; addicatur.

ADDICTIO, onis. I. V. 68 b, Addictio & condonatio bonorũ

ADDICTVS, a, um. mancipatus.)(. missus. I. Alligo. pro Mil. 112 a, Milo uitam suam maximis præmijs propositam & penè addictam sciebat. pro Cæl. 54 b, Hunc addictum, deditum, obstrictum tibi habebis. Tusc. 176 a, Qui certis quibusdam destinatisque sententijs quasi addicti & consecrati sunt. Att. 144 a, Mihi ista omnia iam addicta uastitati uidentur. de Ar. 250 a, Quod tu Brogitaro addictum pecunia tradidisti. I. A. 233 b, Gladiatorio generi mortis addictus. Attic. 102 b, Sed quid est quod cuncti tu ceijs sunt addicti? I. V. 124 b, Ob rem iudicandam pecuniam accipere, pretio habere addictam fidem & religinem. I. V. 125 a, Habere fidem alteri addictam pecuniã.

ADDISCO, scis. de Sen. 8 b, Solon dicebat senescere se multa indies addiscentem. & 82 a. Quid quod etiam addiscunt aliquid? de Fin. 145 a, Vt ea quæ Socrates repudiauerat, addisceret. de Or. 151 a, Atque uelocius puer addiscerat. de Or. 156 b, Sed ut aliquid addisceremus, &c. t

ADDITAMENTVM, ti. appendicula. pro Sest. 18 a, Ligus iste, nescio qui, additamentum inimicorum meorum.

ADDO, dis. adiungo, accessionem adiungo, affero, ascribo. de Or. 113 a, Paululum se erexit, & addidit historiæ maiorem sonum uocis Antipater. Ep. 47 a, Sed aliquid atque adeo multum addunt atq; afferunt de suo. Addere.)(. demere. Acad. 13 a, & Att. 290 a, Vnus annus additus labori tuo. pro R. P. 122 b, Ne quid ad eas ruinas, quibus hic oppressus est, addendum accerbitatis puret. Epistola. 8 a, Vt plus additum ad memoriam nominis nostri, quàm ademptum de fortuna uideretur. de Fin. 73 a, Id autem eiusmodi est, ut additum ad uirtutem, autoritatem uideatur habiturum. Epist. 210 a, Si ad id, quod ipsorum causã uis, addideris cumulum commendationis meę. Postquam, 210 a, Ad hæc ornamenta dignitatis meæ, reliqua uos ijdem addidistis, &c. de D. 137 b, Nunc prætor intermissionem forensis operæ & locubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus antea uti non solebã. Attic. 8 a, In illam orationem Metellinam addidi quædam. Att. 203 a, Easlteras in eundem fasciculum uelim addas. Offic. 14 a, Harum rerum duarum splẽdor omnis & amplitudo est, addo etiam utilitatem in posteriore. At. 252 b, Addis mihi scribendi alacritatem. Atti. 100 b, Hæc opinor sunt in his libris, quos tu laudando, animos mihi addidisti. Offic. 12 b, Addendo deducendoq; uidere, quæ reliqui summa fiat. de Or. 145 a, Addere, mutare, detrahere.

ADDVBITATIO, onis Offi. 55 b, aliàs Dubitatio.

ADDVBITATVS, a, um. Offi. 17 a, Eoq; magis si plus adipiscere re explicata boni, quàm addubitata mali.

ADDVBITO, as. dubito. de Or. 209 b, Vt addubitet, quid potius aut quomodo dicat. Ep. 110 a, Quod ad me sine prænomine epistolam misisti, primùm addubitaui, num, &c. de N. 5 a, Profectò eos addubitare coget doctissimorum hominum dissensio. & 49 b, Id de quo Panætium addubitare dicebat.

ADDVCO, cis. deduco, induco, contendo, contraho.)(. remitto. pro Qu. 4 a, Publicius, qui ex Gallia pueros isti adducebat. Att. 125 a, Gentes feras armatas in Italiã adducere. I. V. 179 a, Adductus erat in sermonem, iuuidiam, uituperationem. Ep. 107 b, Nondum uolunt isti lauti: terra nata in honorem adducere fungos, heluellas. I. V. 54 a, Adductus sum iud officio, fide, misericordia, &c. de Or. 106 a, Mediocris ne res in controuersiam adducta esset? pro Qu. 5 b, Adducere aliquem in ius. pro S.R. 32 b, Gallia, quę aliquem ad facinus adduxit. Epi. 58 a, Adducere alicuius rei uel cupiditate. Ep. 63 a, Adduci uoluntate ad aliquid

aliquid faciendũ, & induci odio. Postq. 207 b, Non te illius unguentorũ odor in eam cognitionem adducebat, ut tibi non liceret, &c. At. 90 a, In eam sententiam adducimur, &c. de Off. 99 b, Ita contracta res est & adducta in angustum. pro Do. 118 b, Ciuitatem in discrimen adducere. Adducere aliquem in summas angustias. pro Qu. 3 b, Adducere aliquem in discrimen capitis. pro De iot. 144 a, & At. 75 a, Adduci in discrimen. Adducere aliquem in inuidiam falso crimine, Off 67 b, de Pro 77 a, Adduci ad suspicandum nullo modo possum, ut C. Iulius. &c. Ep. 22 a, Non enim adduci possum, ut abs te, &c. de Cla. 170 b, Myronis signa nõdum satis ad ueritatem adducta. Att. 327 b, Ad interegnum comitia adducta. At. 101 b, Si ad concordiam res adduci potest. de Or. 101 b, Infimi homines mercedula adduci, &c. I. V. 75 b, cum acusatio nostra in obliuionem diuturnitatis adducta sit. At. 18 b, Pompeium in eam uoluntatem adduxi, ut faceret, &c. de Cl. 173 b, Audiui ista de maioribus natu, sed nunquam sum adductus ut crederem. de N. 29 a, & Epi. 23 a, Non possum adduci, ut putem, &c. Ep. 33 a, Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem uidetur adducere, uisurus ne sis, &c. Qu. Fr. 290 a, Cum id commiserim, præsertim ut ille alter annus etiã tertium posit ad ducere. At. 273 a, In eum locum rẽ adductam intelligit, &c. Epi. 18 a, Vt te in meam sentẽtiam adducã. de L. 170 a, Vt iã uideã, adduci hanc quoq;, quæ te procreauit, esse patriã tuam. de Vn. 196 b, Idq; ex inordinato in ordinem adduxit. ad Heren. 29 a, Adducere animum auditoris ad indignationẽ. Adducere, pro cõtendere, seu cõtrahere. de Am. 104 b, Comodissimũ est, quã laxissimas habenas habere amicitiæ, quas uel adducas cum uelis, uel remitas.

ADDVCTVS, a, um. Tusc. 187 a, Tormẽta eò grauiores emissiones habent, quo sunt cõtẽta atq; adducta uehemẽtius. de N. 105 b, In agro ambulãti ramulũ adductũ, cũ remissus esset, in oculũ recidisse. I. V. 55 b, Dolebam in eũ locũ me adductum, ut, &c. pro Clu. 58 a, Cæteri nouis affinitatibus adducti, ueteres inimicitias deponunt. I. V. 55 b, Adductus sum officio, fide, &c. ut onus hoc laboris suscipiendum putarem. I. V. 191 b, Benignitate adductum concedere aliquid. pro Syl. 182 a, Tamen humanitate adductus eum defendit. de. Or. 92 b, Tumq; ego hac opinione adductus, scripsi etiam illud, &c. Att. 16 b, Non odio adductus, alicuius, sed spe sanandæ reipublicæ.

ADEMPTIO, onis. ablatio. pro D. 229 a, Adẽptio ciuitatis.

ADEO, aduerb. usq; eò, tantum, seu tam, sic ut, adeò ut, magis adeò, quin, imò etiam. Qu. Fr. 202 b, Remp. funditus amisimus, adeò ut Cato adolescens, &c. pro Cl. 53 b, Adeò ne erat stultus, ut, &c. pro Fl. 156 a, Neminem quidem adeò infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet. pro Se. 21 a, At uerò illi adeò uim faciuoris sui perhorruerant, ut cogitarint, &c. pro Rab. 96 b, Adeò ne hospes huius urbis es? Epi. 163 a, Adeo mihi uisus est lepidus. ut, &c. pro Deiot. 149 b, Adeò ne, ut etiam humanitatis iura uiolentur? de Orat. 110 a, Magis adeo id facilitate, quàm alia ulla culpa mea contigit. Off. 8 b, Adeo summa erat obseruatio in bello mouendo. I. V. 233 a, Id adeo ex ipso S.C. cognoscite. 232 b, Id adeo ex me cognoscite. pro Cec. 301 b, Id adeò, fi placet, considerate. pro Cl. 34 a, Ideo sic cognoscite. Atti. 152 a, Hanc adeo habeo gratiam tibi. Ep. 194 a, Adolescens tuus atque adeo noster. pro Clu. 34 a, De foro atque adeo de ciuitate sublatus est. Epi. 47 b, Aliquid atque adeo multa addunt de suo. I. P. 80 a, Tunc eriam atque adeo uos geminæ uoragines, &c. Att. 244 a, Quod ad te antea atq; adeo prius scripsi. Ep. 166 a, Adeo longo & infesto itinere ad me ueniri doleo. pro Arch. 188 a, Atque hoc adeo mihi concedendum est magis, quod, &c. Att. 24 b, Interea cursus quos prima à parte iuuentæ, Quosq; adeo consul uirtute animoque petisti, Hos retine. &c. Poetæ.

ADEO, adis. aditus est, adire possum, subeo. I. V. 101 a, Cæteri hæredes adeunt ad Verrem. Epist. 41 a, Ad me adire quosdam memini, &c. pro Cec. 300 b, Cum adhibam ad istum fundum. Ep. 35 a, Cum ad me aditum esset ab ijs qui, &c. Epist. 39 b, Te adeunt ferè omnes, &c. de Cla. 194 a, Tum prmium nos ad causas adire cœpimus. Aca. 24 a, Tribunum aliquem censeo adeant. de Fin. 145 a, Pythagoras Persarum magos adijt. pro Fl. 156 b, M. Cratidius, ad quem est aditum, negauit, &c. Qu. Fr. 302. Cum prætores diebus aliquot adiri non possent, nec potestatem sui facerent. pro S.R. 36 b, Adire periculum capitis. Off. 17 a, In adeundis periculis. &c. I. V. 234 a, Cum ad prætorem in ius adissemus. I. V. 120 a, Antequam in ius aditum esset. Att. 226 a, Adire hæreditatem. & pro Qu. R. 54 a, I. A. 168 b, Cum ipse patris hæreditatem non adisses. Cernete hæreditatem, pro adire. I. Cerno.

ADEPS, pis. axungia, pingue quod intra cutem carnemque est. I. C. 114 b, Nũ mihi P. Lẽtuli somnus, L. Cassij adeps, C. Cethegi furiosa temeritas. pertimescenda est?

ADEPTIO, onis. de Fin. 73 a, Nos beatam uitam non depulsione mali, sed adẽptione boni iudicemus. Par. 240 a, In uolũtate autẽ utilitas ex ademptione alicuius commodi.

ADEPTVS, a, um. I. Adipiscor.

ADESPOTOS, autore carens & principe. Ep. 253 b, Rumores tristiores, sed ἀδέσποτοι: id est, incerti.

ADESVS, a, um. comesus, consumptus. Tusc. 180 a, Cum uero adesum, inflatu renouatũ est iecur, &c. pro Qu. 7 a, Quis tam profusus nepos, non adesa iam, sed abundanti pecunia sic dissolutus fuisset?

ADFERO, fers. Bru. 90 b, Tristes de Bruto nuncij adferebantur.

ADHEMARE, arripere, capessere, obligare, Acad. lib. 2. apud Nonium, Qui serius honores adhamauerunt, uix ad mitruntur ad eos. Legendum uidetur adnituntur, ut in translatione maneat ab hamis sumpta, Quid si etiam, adamauerunt sine aspiratione legatur? quod mihi non displicet, cum illud nusquam legatur apud alium autorem.

ADHAEC, præterea. pro Fla. 162 b, Adhæc prædia in censu dedicauisti.

ADHAEREO, res. nitor, infixus sum. I. V. 31 b, Tela in tuis uisceribus adhærebunt. pro Do. 226 a, In me omnia coniurationis nefaria tela adhæserunt. In Arat. Spiniferam sub ter caudam pistricis adhæsit. Epi. 115 a, Tanquam in quadam stice iam omnia adhæserunt. pro Sest. 6 b, Adhærescere ad columnam. Acad. 3 a, Ad eam tanquam ad saxum adhærescunt.

ADGRAVESCENS. Tusc. 207. Si quidem qui tempestiuam medicinam admouens, non adgrauescens uulnus illidat manus. Poetæ.

ADHAERESCO, scis. At. 57 b, Vtiq; fac uenias, si potes in his locis adhærescere. de Cl. 195 a, Hortensius in continuatione uerborum adhærescẽs. de Or. 107 b, Quæ recta sunt probari, quæ praua sunt fastidijs adhærescere. Off. 17 b, Omninoq; ita iustitiæ honestatiq; adhæresceret, ut, &c. pro D. 125 b, Prouidendum fuit, ne in hanc tantam materiã seditionis ista funesta fax adhæresceret. de Or. 128 a, Argumentum ratio ipsa confirmat, quæ simulatq; emissa est, adhærescit. de Cl. 190 a, Oratio ita libere fluebat, ut nunquam adhærescerat. I. V. 31 a, Tenes ne memoria te extremũ adhæsisse? id est, extremũ quæstorẽ esse factum.

ADHAESIO, onis. de Fin. 52 a. I. Copulatio.

ADHIBEO, es. admoueo, pono, adiungo, adijcio, utor, confero, affero. de Or. 125 b, nisi omnes ij motus, quos orator adhibere uolet iudici, in ipso oratorẽ impressi esse uidebuntur. pro S.R 23 b, Non potest uim mihi maiorem adhibere metus quàm fides. de Na. 73 b, Melius est ægrotis non adhibere uinũ omnino. de Or. 125 b, Medicus ægro adhibet medicinam. Oct. 329 a, Nulla enim remedia quæ uulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. Off. 17 a, Medici grauioribus morbis periculosas curationes & incipites adhibere coguntur. adhibere uim alicui, pro Cec. 294 a, & de Off. 54 a, Adhibere sæuitiam in aliquem Off. 37 b, pro Qu. 8 a. Adhibenda uis est ueritati. contra Rul. 75 b, Cum sociorum sanguine implerint, adhibeant manus uectigalibus uestris i. diripiant. Tusc. 247 b, Persas negat Xenophon ad panẽ adhibere quicquã preter nasturtium. Aca. 9 b, & Tusc. 122 b, Cum adhibemus ad eos orationem huiusmodi, &c. Or. 198 a, Ad has tot tãtasq; res adhibenda

sunt etiam ornamēta,&c.de Cla.193 a,Is celeriter ad causas adhiberi cœptus est.de Or. 157 a, Post adhiberi cœpta est ad ornatū etiā corporis,ad disciplinas.de N. 39 b, Lucina adhiberut ad partus. Adhibere odores ad deos, de N.23 b.Adhibere multū studij ad dicendū,de Cl. 178 a.pro M.125 b,Huic ego,iudices,satisfacere cupio, uosq; adhiberi arbitros. de D. 139 b, Nulla adhibita sua auctoritate. Adhibere calcaria uel frenos alicui, de Cl.183 a. At. 19 a,Vt priuatis rebus meis adhibeam quandam cautionē.At.290 a,Tanta adhibebatur à nobis contentio, ut rē confici posse non dubitarem. de N.2. b, Quid est quod uillos dijs immortalib. cultus, honores, preces adhibeamus.At.291 a,Ea aūt adhibita doctrina est, quæ uel uitiosissimam naturā excolere possit.Ep.75. Rationes confectæ, me absente, sunt tecum, ad quas ego nihil præterlectionem adhibui.Adhibre iudicium, Orat. 201 a. Att. 193 a,Quos ego uniuersos adhibere liberaliter,optimum quemq; hospitio amicitiaq; coniungi dico oportere. de Orat.144 a,Vt oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem afferat.de Orat.122 a, Vt his rebus adhibeat tanquam lumen aliquod,memoriam, uocem, uires. Adhibere miserationem, de Cl. 172 a. Adhibere neruulos & suauitatem, Att.264 a. Adhibere officium erga aliquem,Ep.205 a.adhibere patronum, de Ora.137 a. Adhibere testes & laudatores,de Fin. 78 b. pro Rab. 92 b, Adhibeatisq; in hominis fortunis misericordiam, in reip. salute sapientiam,quam soletis. Off.63 a,Qui orationis uanitatem adhibuerunt.Adhibere deum testem. &.60 b, &. 2 a, Adhibenda est igitur quædam reuerentia aduersus homines, &c. Att. 186 b. Quam ad omnes res adhibes, in primis ad conualescendum adhibe prudentiam. Qu.de Pet.207 a,Ad hanc rem adhibeas necesse est omnem rationem,& curam,& laborem.I.A.153 a, Ad deliberationes, quas habebat de rep.principes ciuitatis adhibebat. Att. 127 a, Vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem.de Cl. 178 a,Plurimum studij ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum disciplinas adhibuisse.Qu. Fr.327 a, Cæsar uirtutem & grauitatem in summo dolore adhibuit.de Cl.168 b, Sed tum ferè Pericles primus adhibuit doctrinam. & 188 b, Cæsar rationem adhibens, consuetudinem uitiosam emendat. Ep. 21 b, De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognosces, &c. pro Arch. 186 b,Quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas,tum etiam studium atq; aures posset adhibere. Ep. 47 b,Hactenus existimo nostram consolationem rectè adhibitam esse,quoad, &c. de Cl.196 a, Tamen ea consolatione sustentor, quam tu mihi Brute adhibuisti tuis suauissimis literis.I.A.231 b, Nec Antonius ullius supplicij adhibendi,si poterit ullam partem est relicturus. Acad. 19 a,Sed adhibebit modum quendam, quem ultra progredi non oportet.Ep. 155 a, Adhibere moderationem, aliqua re.Off. 45 b, Modusq; adhibeatur,isque referatur ad facultates.de Fa. 146 a, Siue medicum adhibueris, siue non, conualesces. pro Do. 220 b,Illud in primis,ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. Off. 35 b, Quem nos correctione quadam adhibita,potissimum secuti sumus.Off.15 a.Quocirca philosophis & magnitudo animi est adhibenda, & uacuitas ab angoribus. Off. 15 a, Capessentibus rempub. magnificentia & despicientiā rerum humanarum adhibenda est.Off.15 a,In omnibus prius quam aggredia re,adhibenda est præparatio diligens.Ep.51 a,In me consolando non mediocrem animi dolorē adhibuisti.de Sen. 64 a, Vtendum exercitationibus modicis, tantum cibi & potionis adhibendum,ut,&c. Quin. F.327 a, In summo dolore uirtutem & grauitatem adhibeo. Orat.215 b, Numerus iambicus adhibetur in fabulis.Or. 202 a, Flores,quos adhibet orator in causis.Epist.258 b.Quantū me diligis,tantū adhibe in te diligētiæ.Ep.238 b,Diligentia in aliquā rem confero.At.273 a, Adhibere curam & diligentiam in ualetudine tuenda. pro Cluen.Facilè hoc,iudices,impetrabo,ut quam ipse adhibere consueuit in amicorum periculis fidē & diligentiam,tum uim animi liberrimamq; dicendi, in hac mihi concedat. Ep. 78 a, Vt non adhibeas in cōsilium cogitationum tuarum desperationē. Off.90 b, Is adhibuit sibi in cōsilium quindecim principes Ep.21 b,Tecum loquere,te adhibe in consilium. Ep.53 a, A ceteris tuis non adhibemur:id est, in consilium. de D. 123 b, Illi autem,qui in auspicium adhibetur, &c. Ep.79 a,Sed tu illum animum nunc adhibe, quæso,quo me tum esse oportere censebas.de Ar.248 a, Adhibete animos & mentes uestras,non solum aures ad aruspicum uocem admouete.Quin.F.294 a,Permagni hominis est, sic se adhibere in tanta potestate, ut, &c. id est, gerere. de Orat. 161 a,Cum se mente ac uoluntate coniecisset in uersum: id est,cum mentem ac uoluntatem adhibuisset ad uersum.

Adhinnire,translatum.I.P.94 b,Itaque admissarius iste, simulatque audiuit à philosopho uoluptatem tantopere laudari, nihil expiscatus est : sic suos sensus uoluptarios omnis incitauit : sic ad illius hanc orationem adhinnijt,ut non magistrum uirtutis, sed autorem libidinis à se illum inuentum arbitraretur.

Adhortor,aris.I.A.193 b,Sic ego uos ad libertatem recuperandam adhortabor.I.A.157 a, Iure possum ego uos ad defensionem mæ salutis adhortari. Ep. 256 a,Multæ erant & reconditæ literæ, uis non erat, ad eam igitur ad hortabar. Epist. 7 a,Ego te ad certam laudem adhortor. Off. 8 a,Ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari. Adhortari aliquem ad aliquid faciendum, pro Rab.90 b,

Adhortatio.de Or.109 b.

Adhuc. etiam nunc, etiam tum, iam tum, hactenus.I.V. 192 a, Facinus fortasse adhuc in nullo etiam uindicatum: Epist.186 b,Nihil dum audieramus.At.109 a, Vnam adhuc à te epistolam acceperam.Epist.91 a,Ego Cæsari pro te, sicut adhuc feci, libentissimè supplicabo. At. 116 a, Quod facile patior, dum ut adhuc, nihil faciam turpiter, de Di. 109, Adhuc hæc erant, ad reliqua acri tendebamus animo.ad Her.3 b, Adhuc quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cum cæteris artis scriptoribus.de Ami.Nisi quid adhuc fortè uultis.

Adiaphoron.l.Indifferens.

Adigo,gis.cogo,impello,uoco ad arbitrū.Off.65 a, Itaque Calphurnius arbitrum illum adegit, quicquid sibi de ea re facere oporteret ex fide bona. pro Qu.Rol.49 a,Cur non arbitrum pro socio adegeris, Qu.Roscium, quæro.l.Arbiter.

Adiicio,cis.immitto,addo,applico.Off.23 b, Timotheus ad laudem bellicæ doctrinæ, & ingenij gloriam adiecit, contra Rul.71 a, Cum ad omnia uestra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent. Adijcere oculum alicui rei I.V.116 a, Partim planè uidebant adiectum esse oculum hæreditati.de Pet.205 b, Non ut aliquid ex ijs noui adijcerem.de Leg.177 a,Qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit,quò ne impudentiam quidem oculorū adijci fas fuit.de Le.182 b, Neve rogum propius sexaginta pedes adiicito ædes alienas inuito domino.

Adiaphoron.l.Incertus.

Adimo,mis.aufero,eripio,subtraho,deleo, præcido, Attico 12 a,Desponsam homini Syriam ademi.Adimere aliquid alicui.Acad.9 b, & Epistol.6 b,Senatusconsultum nullum extat,quo reductio regis tibi adempta sit.At.31 a, Epistola illa mihi somnum ademit. Episto. 8 a, Vt plus additum ad memoriam nominis nostri,quàm ademptum de fortuna uideretur. pro Qu.8 b, Pecuniam si cuipiam fortuna ademit,aut alicuius eripuit iniuria.Epi.120 b,Primùm ut Cæsari aliquid adimat, inde ut Pompeio aliquid tribuat. pro Mur. 143 b, Nolite mihi adimere eum, cui, &c. pro Dom.317 b,Quod idem in posterum de extraordinarijs potestatibus libertatem ademisses.de Ora.142 a,Tum ille,adimere, inquit, omnem recusationem Crasso uoluit. Attic.41 a, Nisi mihi dolor meus tum omnes partes mentis, tum huius generis facultatem ademisset. pro Quin.1 a,Vitandi aduersariorum impetus potestas adempta nobis est. Adimere alicui potestatem faciendi aliquid.I.V. 58 a. & contra Rul. 87 b, Non adimi cuiquam glebam de Syllanis agris. Adimere ciuitatem, pro Cecin.303 b.

Adipalis, le,Ora.199 a, Optimum quoddam & tanquam adipale dictionis genus.alias Adipatæ.

Adipiscor, ris.adeptus sum, nanciscor, consequor, assequor,inuenio, obtineo,colligo. de Sen.77 b,Senectutem ut adipiscantur omnes optant, eandem accusant adeptam. Ep. 51 a, magnamque ex ea re te laudem adipisci, aliter apisci,pro Cl.42 a, Is summos honores à pop.Ro. adeptus est. Off. 13 a, Is insidijs & malitia laudem est adeptus, de L. 168 a, Homo multa instrumenta habet ad obtinēdam adipiscendamq;sapientiā. de Or.155 a, Nunc contrà pleriq; ad honores adipiscēdos nudi ueniunt.Off. 15 a,Sed ijs,qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione adipiscendi magistratus sunt. pro S. R. 40 b, Non mirum est, quod uis diuina assequi non potuit, si id mens humana adepta non est. de Fin.156 b, Adipiscēdarum uirtutum causa pro Flac.155 a, Lysanias adeptus est ordinem senatoriū.Qu.Fr.295 b, Nos ea,quæ consecuti sumus, his studijs & artibus sumus adepti, quæ, &c.

Aditus, a, um.participium ab adeo,adis. Off.13 b, Vix inuenitur, qui laboribus susceptis periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.Part. 231 a, Aut a dita ad nomen.

Aditus,tus.uia, introitus, uestibulum,os. Epi.244 a, Duo sunt aditus in Ciliciam ex Syria.I. V.223 b,Aditus enim in id sacrarium non est uiris. Qu. F.294 b, Aditus esse facillimos ad aliquem. At.230 a,Quæ quidem nostris amicis diuinis uiris aditum ad cœlum dederunt. de Or. 143 a, b, Dare aditum alicui ad aliquam rem. Off. 2 a, Vt ad officij inuentionem aditus esset. At.60 a, Tu uelim Fabium, si quem habes aditum,odorere, & istum conuiuam tuum degustes.de Fin. 111 a, Quæ omnino aditum habere nullum potest in urbem, in forum, in curiam. At.241 b,Aditus ad Antonium difficilior esse dicitur. Et Ep. 90 a,Aditus ad eum difficiliores fuerunt. de Na.50 a, Elephanti propter magnitudinem corporis difficiles aditus habent ad pastum.de Orat.93 a, Nunc uterque uestrum patefecit earum rerum aditum quas quærimus. pro Fon. 278 a, Magnitudine rei, sic occupant animos eorum,qui audiunt, ut difficilis aditus ueritati relinquatur. de Cla. 176 a,Ad quos omnis nobis aditus, qui penè solis patuit, obstructus est. pro Pom.8 a, Vrbes permultas uno aditu atque adeuenta esse captas.pro Pom.7 b, Patefactum nostris legionibus esse Pontum, qui ante populo Ro. ex omni aditu clausus esset.pro S. R.36 b, Intercludere omnes aditus alicui ad aliquem.pro. Cec.292 b, Non solum introitu, sed omnino aditu prohiberi.At.32 b, Comparare sibi aditum ad res pestiferas. contra Rul.73 b, Sed attendite animos ad ea quæ sequuntur, hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera iactum intelligitis. pro Cl. 42 a, Hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus,neque in curiam reditus est.pro Syl.167 b, Quæro à te,cur qui aditus ad causam Hortensio patuerit,mihi intercluso esse debuerit? Antequam 193 b, Cum aditus custodi patriæ præclusus sit. pro Mur. 127 b, Vt aditus ad consulatum posthac omnibus pateret. Off. 59 a, Sed est alius quoque aditus ad multitudinē. pro Dom. 235 a,Cum in templum Castoris aditus esset apertus nemini.pro Dom.237 b, Dare de hac religione aditum pontifices, iam reperietis,&c.Or.201 b, Vestibula nimirum & aditus ad causam faciet illustres. pro Cecin.291 b, Nō modo limine,tectoq; ædium suarum,sed primo aditu uestibuloq; prohibere aliquem. I.V.141 b, In primo aditu uestibuloq; templi.I.V.241 b,In ipso aditu atque ore portus.de Or. 102 a,Ab hoc aditu ianuaq;patefacta.I.V. 227 b,Aditus & terra & mari ad urbem.de L.174 b,Deus uult omnibus patere ad se placandum & colendum uiam.I.A. 157 b, Forum sepietur,claudentur aditus,armati in præsidijs multis in locis collocabuntur.

Adiudico,as.aliquid alicui per iudiciū attribuo. At.54 b, Nemo enim dubitat, quin domus esset nobis adiudicata.I.A.226 b,Si resp. iudicaret, Antonio ne an Bruto legiones adiudicaret? Off. 7 b, In medio relicturum quod esset,populo Romano adiudicauit.At.18 b, Pompeius sepe multisq; uerbis suis mihi salutem imperij adiudicauit. de Or.120 a, Iudex qui nobis causam adiudicaturus est, I. V.63 b, Adiudicare aliquem in seruitutem alicui. contra Rul.74 b,Adiudicare aliquid alicui.)(.Abiudicare aliquid ab aliquo.l.abiudico.

Adiumentum, ti. subsidium, præsidium. de Or.88 a, Plura detrimenta publicis rebus quàm adiumēta per homines eloquentissimos importata. Att. 275 a, Bruti eruptio non solum ipsi saluaris fuit, sed etiam magno ad uictoriam adiumento.pro Quin. 1.a, Hoc mihi in causis consueuit esse adiumento.de Fin.139 a, bis. Vt nihil, aut non multum adiumento ullo ad suam confirmationem in digeret. de Orat.118 a, Qui locus est talis, ut plus habeat adiumenti quàm incommodi, hunc iudico esse dicendum. Off. 15 a,Qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum. Off. 1 a, Quam quidem ad rem magnum attulimus adiumentum hominibus nostris. Pro Pom. 17 b,Præsidia periculis, & adiumenta honoribus quærenda sunt.ad Her.7 b,Num quem habuerit, de conscijs, de aditoribus,de adiumentis.

Adiunctio, onis. propensio. Qu. de Pet.208 a, Tribus rebus homines maximè ad beneuolentiam ducuntur, beneficio,spe, adiunctione animi uel uoluntate. Exceptio de In. 83 b, Sunt quædam cū adiunctione necessitudines: quædam simplices & absolutæ .& ibidem, Illic in superiora adiunctio est hæc, nisi nolint fame perire. Coniunctio, societas. At.100 b, Etenim si hæc non est, nulla potest homini esse ad hominem adiunctio.

Adiunctio item, exornatio quædam uerborum est. ad Her.32 b,Adiunctio est,cum uerbum, quo res comprehēditur,non interponimus, sed aut primum,aut postremum collocamus, &c.de Or.362 a.

Adiunctor,oris.qui adiungit aliquid. Att.120 a, Ille Galliæ ulterioris adiunctor.

Adiunctum 3ti.attributum, consequens, comes.de L.181 a, Hostia autem maxima parentare, pietatis adiunctum putabat.

Adiuncta, locus dialecticus. Top. 222 a, & 224 b, & 225 a, Consequentium iocus ab abiunctis longè diuersus est.Nam adiuncta non semper euenium, consequentia autem semper.de.In.66 b, Deinde uidēdum est, quid adiunctum sit negotio, hoc est, quid maius, quid minus, quid æquè magnum sit, quid simile, ex quibus coniectura quædam ducitur.

Adiunctus, a, um.continens, propinquus. pro Pom. 13 a, Fuit quibusdam summis uiris quædam diuinitus adiuncta fortuna. pro Cec.287 a, Huic fundo continentia quædam prædia & adiuncta mercatur.pro Clu.23 b,Quæ propiora huic causæ & adiunctiora sunt.

Adiungo, gis. adnecto, applico, aggrego, adhibeo, adscribo, accedo,complector, attexo. Ep.63 b, Si te meæ summa erga te studia parum mihi adiunxerunt,respub; nos inter nos conciliatura coniuncturaq; est. Ep. Ego me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putasti. Epist. 12 Ad eorum causam me adiungerem.pro Pom. 13.b,Cum ad cæteras summas utilitates, hæc quoque opportunitas adiungeretur. pro Mur. 234.a, Beneuolentiam adiungit lenitate audiendi: id est,acquirit. Qu de Pet.205 b, Adiungere sibi aliquem: id est conciliare. de Na. 53 a, Aspera arteria ostium habet adiunctum linguæ radicibus.Att. 208 a, Scito te esse dialogo adiunctum esse. de Or.105 b. Iuris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam adiuxisti. de D. 132 a,Autoritatem nullam debemus nec fidem commentitijs rebus adiungere. de Cl. 174 a, Eique proxime adiunctus Drusus fuit. Or. 214 b, Isocrates uerbis solutis numeros primus adiunxit. de Fin. 73 b, Qui ad uirtutem adiungunt uoluptatem. de Or. 178 a, Præsertim cum adiungatur ad Africam etiam Hispania. pro Arc. 190 a, Magnus honos rebus populi Rom.adiungitur.Epist. 13. a, Cum etiam Cæsar ad autoritatem eius ordinis adiungeretur. de Vn. 202 b, Et singulos adiunxit ad singula. Att.144 b, Quare eius fugæ comitem me adiungerem. de In. 58 a, Eius artificij cognitio huiusmodi est, ut non ad hu-

us artis partem aliquam adiungi possit. Att 9 a, Hic dies ualde me Crasso adiunxit. de Am. 105 b, Cum autem contrahat uirtus amicitiam (ut suprà dixi) si qua significatio uirtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet & adiungat: id cum contingit, amor tibi exoriatur necesse est. de Cl. 188 a, Itaque ad hanc elegantiam uerborum adiungit illa oratoria ornamenta. pro S. R. 32 b, Crimen & suspicionem potius ad prædam adiungerent, quàm ad egestatem. pro Cl. 38 b, Vt aliquis metus adiunctus sit ad gratiam. Quin. Frat. 397 a, Ad summum imperium etiam acerbitatem naturæ adiungere. Offi. 331 a, Adiungere prouincias ad imperiũ pro Pomp. 19 b, Qui undequinquagesimo die totam ad imperium populi Ro. Ciliciam adiũxit. pro S. R. 37 b, Auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicauit. Epist. 75 a, Tu ei M. Mindium fratrem tuum adiunxisti. contra Rul. 63 a, Hi uectigalia, quæ Cn. Pompeius adiunxit, uendere cogitant. pro Quin. 2 b, Adiungere sibi aliquem socium. de Fin. 92 b, Non equidem recuso, sed te adiungo socium. Attic. 129 b, Alter consulum in Siciliam proficisceretur, Domitius eodem cum suis cohortibus adiungeretur. pro Pomp. 13 a, Fuit enim profectò quibusdam summis uiris quædam ad res magnas bene gerendas diuinitus adiuncta fortuna. Qu. de Pet. 208 a, Quoscunque uelis adiungere ad amicitiam. pro Mur. 134 a, Prætor offensionem uitat æqualitate decernendi, beneuolẽtiam adiungit lenitate audiendi. Offi. 28 a, Hanc Scaurus demolitus accessionem ædibus adiunxit. de Or. 112 b, Nam illud tertium, quod Aristoteles adiunxit, minus est necessarium. pro Cor. 62 b, Adiunctum illud etiam est, quod non est in omnibus fœderibus. Epistol. 194 b, Tu sicut mihi pollicitus es, adiunges me quàm primum ad tuos sermones. pro Cl. 18 b, In altera diligentia uestra nobis adiungẽda est. Parad. 124 a, Quid enim adiungit nisi nobis uniuersis?

ADIVRO, as. iuro. Qu. Fra. 310 b, Adiurat Procilius hoc nemini accidisse. I. A. 162 b, Adiurasque id te me inuito non esse facturum. At. 35 a, Pompeius affirmat non esse periculum, adiurat. Epistol. 138 b, At ille adiuratus nusquam se unquam libentius. Qu. Fr. 326 a, Qui omnia adiurant debere tibi, ualde renunciant.

ADIVRO, pro adiuuero. de Sen. 77 a, O Tite, si quid ego adiuro, curàmue leuasso, &c. Ennij.

ADIVTOR, oris. administer Atti. 145 b, Huius igitur belli ego particeps, & socius, & auditor esse cogor. pro Sest. 11 b, Autor in consilijs capiendis, adiutor in rebus agendis. pro Flac. 146 a, Sperabam iudices honoris potius L. Flacci me auditorem futurum, quàm miseriarum deprecatorem. de N. 5 b, Quanquam non mihi, sed tibi hic uenit auditor. Et ibidem, Nolo existimes me adiutorem huic uenisse. Offi. 75 b, Epicurus eiusdem adiutor autorq; sententiæ. Att. 120 a, Ille absentis in omnibus adiutor. contra Rul. 68 b, Vt autor eius legis atque adiutor essem. pro Flac. 146 a, L. Flaccus socius atque auditor consiliorum periculorumq; meorum. Postq. 199 a, Adiutores, autores, hortatores ad me restituendum multi fuerunt. pro Dom. 219 a, Auditor ad agendum aliquid. Offi. 44 a, Eò plures ad benignè faciendum adiutores habebunt. pro S. R. 15 b, Vt ad hanc prædam tam nefariam adiutores uos profiteamini. Epistol. 146 b, Huic meæ uoluntati ut faueas, adiutorq; sis, uehementer te rogo. Tusc. 154 a, Adiutor in prælio. de Orat. 107 a, Oratori pragmaticum adiutorem dare. Et alibi, Præbere se adiutorem scelerum alicuius. de Am. 104 a, His adiutor contra patriam inuentus est nemo.

ADIVTRIX, cis. de N. 63 b, Qua in re adiutricem coniungem cepit sibi. pro Dom. 242 b, Tuq; Minerua, quæ semper adiutrix consiliorum meorum extitisti. I. V. 203 b, Messala tuorum adiutrix scelerum. pro Plan. 259 a, Quæ res Cn. Plancio in petitione fuit adiutrix Offi. 59 b, Eaq; adiutrice regem interemit. Top. 229 a, Danda est igitur opera ut legem adiutricem adhibeamus.

ADIVVO, as. adiumento sum, adiumentum affero, suffragor; subleuo, auxilior, opitulor, præsidium affero, præsidio sum, auditor sum alicui contra aliquem. Orat. 198 a, Palæstra multum adiuuat histrionem. Epistol. 21 a, Non mihi tam mea saluus chara fuit, in qua præcipuè sum ab illo adiutus, quàm, &c. de N. 53 a, Quæ confectio etiam à lingua adiuuari uidetur de Orat. 95 a, Aliquem in dicendo non multum à magistro adiuuari. de Orat. 125 b, Omnia dicendo excitanda sunt, nihil adiuuante natura. Att. 99 b, Et in eo ego te adiuuabo. de Ora. 126 b, Cum C. Marius mœrorem orationis meæ præsens ac sedens multum lachrymis suis adiuuaret. Epistol. 7 b, Vt auxilis eum tuis & copijs adiuuares. Epistol. 152 b, Si nos mediocris modò fortuna reip. adiuuerit. Epistol. 149 b, Subueni patriæ, opitulare collegæ, omnium gentium consensum adiuua. Offi. 15 b, Themistocles quidem nihil dixit, in quo ipse Areopagum adiuuerit, & ille adiuuit Themistoclem. Attic. 201 a, Ferendus tibi in hoc meus dolor ferendus? imò uerò adiuuandus. Offi. 44 b, Adiuuare aliquem in collocatione filiarum. Atti. 111 b, Me Pompeius Capuam uenire noluit, & adiuuare delectum. pro Qu. 13 b, Non ad mendacium obtinendum, sed ad uerum probandum authoritas adiuuat. Epist. 10 b, Neque de monimentis meis ab ijs es adiutus, a quibus debuisti. pro Ar. 188 b, Literæ adiuuant ad percipiendam colendamque uirtutem. Alter ab altero adiutus.)(Impeditus. Bru. 165 a.

ADLABORO, as. ualde laboro, elaboro. de Cl. 181 a, An tu, inquit adlaborasse huic modo Bruto probaturus es?

ADMETIOR, tis. metior. I. V. 163 b, Frumentum, quod illi ex area, si uellet, admetiri licebat.

ADMINICVLOR, aris. fulcio, adiuuo. de F. 134 a, Quæ sit scientia, atq; ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet erigat exrollat, adminiculetur.

ADMINICVLVM, li. auxilium. de N. 50 a, uites clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. de Se. 88 a, Adminiculorum ordines, capitum coniugatio & religatio & propagatio uitium. Offi. 58 b, Hanc igitur partem relictam explebimus nullis adminiculis, sed ut dicitur, Marte nostro. de Am. 112 b, Natura solitarium nihil amat, semperq; ad aliquid tãquam adminiculum adnititur.

ADMINISTER, stri. minister. I. V. 122 b, Timarchides omnium rerum transactor & administer. I. V. 135 b, Timarchides erat administer cupiditatum Verris. pro S. R. 31 a, Vnus puer uictus quotidiani administer relictus non est. pro Qu. 14 b, Administri & satellites Sex. Nævij. pro Pomp. 11 a, Multę sunt artes eximiæ huius administratę, comitesque uirtutis. de Le. 192 b, Augurem Ioui Optimo Max. consiliarium & administrum esse datum.

ADMINISTRATIO, onis. curatio, procuratio, gubernatio. de N. 12, An dij ab omni curatione & administratione rerum uacẽt. Epi. 10 b, In omni actione atque administratione Reip. floruissemus. Offi. 35 a, Ea ipsa, quæ inanimata diximus, pleraque sunt hominum effecta operis, quæ nec haberemus nisi manus & ars accessissent, nec his sine hominum administratione uteremur. neq; enim ualetudinis curatio, neq; agricultura, neque frugum fructuumq; reliquorum perceptio & conseruatio sine opera hominum ulla esse potuisset.

ADMINISTRATOR, oris. curator, procurator. de Or. 102 b, Imperator est administrator belli gerendi. Tusc. 249 a, Itaque nec pulchros illos administratores aspiciebat: id est, ministros.

ADMINISTRO, as. gero, procuro, guberno, obeo. I. V. 261 a, A nobis omnia populo Rom. semper & belli adiumenta & pacis ornamenta administrata sunt. I. A. 200 b, Rem administrandam arbitror fine ulla mora, & confestim gerendam censeo. Epi. 239 b, Quod opus erit prouideas atq; administres. Offi. 18 a, Sine seueritate administrari ciuitas non potest. Qu. Fra. 293 b, Ac mihi quidem uidetur non sanè magna uarietas esse negociorum in administranda Asia. de Fin. 71 b, Optimè uero Epicurus, quod exiguam dicit fortunam interuenire sapienti, maximasque ab eo & grauissimas res consilio ipsius & ratione administrari. de N. 1 b, Deorum mente ac ratione mundum administrari ac regi. Epist. 208 b, Operamque des ut pos te quàm commodissime negocium municipij administretur, q̃ àm primumq; conficiatur. de In. 50 b, Locus consideratur in quo res gesta sit, ex opportunitate, quam uideatur habuisse ad negocium administrandum. Administrare rem familiarem. de In. 50 b, Administrare leges ac iudicia. I. V. 65 b, Administrare bellum. de Or. 102 b,

ADMIRABILIS, le. habens admirationem. de Ora. 85 b, Vir admirabilis in dicendo, atq; in omnibus artibus, de D. 120 b, Res noua & admirabilis. de Fat. 147 b, O admirabilem licentiam. pro Mur. 129 a, Ars militaris admirabilem dignitatem habet. Epist. 6 b, Sapientia tua non iucunda solum, sed admirabilis etiam uisa est. Orat. 200 a, Admirabilis fama uirtutum incredibilium alicuius. Att. 147 b, Pro tua admirabili ac singulari sapientia. de N. 12 a, & 45 b, & 64 a, Deum uersari circum axem cœli admirabili celeritate. Admirabile genus causæ, de In. 46 b, de D. 101 a, Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio.

ADMIRABILITAS, tis. admiratio. de N. 44 a, Quanta sit admirabilitas cœlestium rerum. Off. 40 b, Hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit. de N. 46 a, In quo cum admirabilitate maximæ ignęæ formæ cursus ordinatos definiunt.

ADMIRABILITER Att. 75 b, Nos Asia accepit admirabiliter. de Op. 244 a, Socratem Plato admirabiliter laudari in Phædro fecit à Socrate. Tusc. 216 a, Quod idem cum Stoici de sapiente dicunt, nimis admirabiliter, nimisque magnificè dicere uidentur. de Nat. 52 b, Mundum consilio admirabiliter administrari.

ADMIRATIO, nis. miratio, admirabilitas. de N. 50 b, Est etiam admiratio nonnulla in bestijs aquatilibus. de Or. 132 a, Hoc admirationem magis, quàm risum mouet. I. A. 224 b, Hoc mihi maximam admirationem mouet. pro Deio. 150 a, Homines admiratione obstupefacti. Off. 43 a, Magna est admiratio copiosè sapienterque dicentis. Ep. 68 a, Varij casus habent admirationem. de Oratore 97 a, Hæc sunt quæ clamores, & admirationes in bonis oratoribus efficiunt. de Cl. 192 a, Crebræ assensiones, multæ admirationes. Orat. 197 b, Hæc ingressio mea reprehensionis aliquid, aut certe admirationis habitura est. Off. 40 a, b, Admiratione uerò quadam afficiuntur ij, qui anteire cæteros uirtute putantur. Epi. 95 a, Quæ popularem admirationem habuerunt. Or. 216 a, Traducere eos, qui audiunt, in magnam admirationem.

ADMIROR, aris. suspicio, admiratione afficior. Epist. 8 a, Magnitudinem animi tui semper sum admiratus, semperque amaui. de Op. 244 a, Thucydidis quidam eloquentiã admirantur. de Orat. 91 b, Quibus dicere Carneades solebat, ingenium tuum Crasse uehementer admirans. de Orat. 103 b, Quorum magnitudinem cognitionis atque artis, non modo non contemno, sed etiam admiror. Att. 101 a, Nam de illo altero minus sum admiratus. I. C. 98 b, Quid tu admirere de multitudine indocta? At. 148 a, de Dionysio sum admiratus. de Or. 89 a, In hoc maximè admiror Platonem, quòd, &c. Admirari ingenium alicuis εἰρωνικῶς. de Orat. 106 a, Admirari res gestas alicuius. de Cl. 195 b. Att. 97 a, Admiratus sum breuitatem epistolæ tuæ. de Orat. 120 a, Ego in uobis hoc maxime admirari soleo, quod, &c. de Cla. 186 a, Admirando irridere. Off. 13 b. Nihil hominem admirari, aut optare oportet, nisi quod sit honestum. de Or. 152 a, Aspicere, admirari, stupefcere. de Fin. 40 b, In quibus hoc primum est, in quo admirer, cur, &c. de Sen. 88 b, Cuius quidem uillam ego contemplans, admirari satis non possum. de Nat. 50 b, In quo admirandum est, congressune aliquo interse, &c. de D. 139 a, Aeternam naturam esse suspiciendam, admirandamque hominum generi. de Di. 109 b, Nec adulatus, nec admiratus fortunam sum hominis. Atti. 169 b, De diplomate ad miraris, quasi, &c. Atti. 97 a, Admiratus sum, quòd nihilominus ad me tua manu scripsisses. de N. 3 a, Partim admirantur, unde hoc philosophandi nobis subitò studium extiterit. I. C. 98 b, Verum id, quod multo magis est admirandum. Off. 40 a, Admirantur igitur communiter illi qui dem omnia, quæ, &c. Tus. 156 a, Plato, quem tu quanti facias, scio, & quem ex ore tuo admiror.

ADMISCEO, sces. misceo. Tusc. 180 b, Admiscere uersus orationi. de Orato. 127 a, Tunc admiscere huic generi orationis illud alterum cœpi. de N. 31 a, Atq; aquæ etiam admissus est calor. & ibid. Aquam admisto calore liquefactam diffundi. Att. 99 a, Sed hoc tamen quicquid est Precianum, cum his rationibus quas ille meas tractat, ad misceri uolo. Quin. Fra. 318 b, Trebatium meum, quòd isto admisceas, nihil est. de Natu. 31 a, Aer multo calore admissus est. de Vn. 196 a, Deus bonis omnibus mundum expleuit, mali nihil admiscuit. Ac. 40 b, In illis ueteribus nostris scriptis multa admista sunt ex intima philosophia. I. A. 242 b, Ego ad id consilium admiscear? in hac legatione sim?

ADMISSARIVS, rij. equus qui ad prolem seruatur: translatum uero pro libidinoso capitur. I. P. 94 b, Itaque admissarius iste, simul atque audiuit, &c. nihil expiscatus est, &c. I. Adhinnire.

ADMISSVS, a, um. incitatus. de Fin. 77 b, Et equo admisso, in mediam aciem Latinorum irruebat. & alibi, Qui autem uolunt, &c. difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel admissum coerceri, reprimique non potest.

ADMISTIO, nis. concretio. de Sen. 93. Cum animus omni admistione corporis liberatus, purus, & integer esse cœpit.

ADMISTVS, a, um. concretum. de Se. 93 b, Animus non habet in se quicquam admistum, dispar sui atque dissimile. Tusc. 163 a, Quoniam nihil sit animis admistum, nihil concretum, &c.

ADMITTO, tis. recipio, intromitto, suscipio, committo, perficio, alligo, edo, adhibeo. I. A. 219 b. Domum recipere legatum hostium, in cubiculum admittere & reducere, hominis nihil de dignitate, nimium de periculo cogitantis. Off. 28 a, Domus in qua & hospites multi recipiendi, & admittenda hominum multitudo cuiusq; generis. Sal. in Cic. 271 b, Quẽ Iupiter in cõcilio deorũ admisit. I. A. 169 a, Cum tu tamẽ nocte socia per tegulas admittere. At. 222 a, Cæsar tertijs Saturnalibus ad Philippum, nec quenquã admisit. pro Cl. 41 b, Si quæ in eum lis capitis illata est, non admittunt. I. V. 62 b, Si te semel ad meas capsas admisero. pro Mar. 132 a, Nec ad consilium casus admittitur. Qu. F. 296 a, Facilem se in hominibus audiendis, admittendisque præbere. Committere. At. 145 a, Tamen spes quædam me obtentabat, fore, ut aliquid conueniret potius, quàm aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitij admitteret. Admittere & committere maleficium. pro S. R. 28 b.

ADMITTERE dedecus. I. V. 75 a. & At. 138 b, pro Ra. 97 a, Rabirius fraudem capitalem admisit, quod, &c. de In. 68 a, Qui illa in re peccauit, hoc quoque admisit. Admittere tetrum facinus. Off. 71 a. pro Cl. 44 a, Si à multis esset flagitium rei militaris admissum. pro Cl. 53 a, Quid unquam Habitus in se admisit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere uideretur. de Leg. 172 b, Deos, qualisquisque fit, quid agat, quid in se admittat, intueri. ad Her. 12 b. Aduersarij hoc in se facinus admiserunt. I. A. 169 b, Tu autem ea in te admisisti, quæ à uerecundo inimico audiremon posses. pro Mil. 121 b, Quod nam concepi tantum scelus? aut quod in me tantum facinus admisi? cum &c. Ep 49 b, Si quid à me prætermissum fuerit commissum facinus, & admissum dedecus confitebor. de L. 176 b. Publicus sacerdos, audaciam in admittendis religionibus fœdus damnet.

ADMODVM, ualde, per. I. V. 217 a, Erat admodum amplum & excelsum signum cum stola. de N. 73 b, Res admodum paucis salutaris. de Fin. 137 a, Theophrasti de beata uita liber, in quo multum admodum fortunæ datur. Alibi, Me superiores literæ tuæ admodum delectarunt. Ep. 57 b, Qui me admodum diligunt. de N. 53 b, Accorde in totum corpus distribuitur per uenas admodum multas. de Cl. 183 b, Curio literarum admodum nihil sciebat. ad Her. 27 b, Elocutio perfecta, quæ maximè admodum oratori accommodata est. de Am. 98 b, Quamobrem

rem utrique nostrum gratum admodum feceris .I. Adolescens.

ADMONEO, es. commoneo, moneo, ad memoriam alicuius rei aliquem excito. Topic. 221 a, & Epi. 55 a, Putaui ea de re te esse admonendum. & 86 b. Item Epi. 102 a, Vt ego quoq; te aliquid de uestris cautionibus admonea. Atti. 68 a, Nunc uenio ad transfuersum illum uersiculum, in quo me admones de sorore. de Ar. 254. Discordiæ nostræ, de quibus ipsis his prodigijs recentibus à dijs immortalibus admonemur. Epist. 128 a, Caninius noster me tuis uerbis admonuit, ut scriberem. Attic. 98 b, At uelem à principio te audisse amicissimè admonentem. At. 217 a, Quod me amicissimè admones, ut, &c. gratum est. 143 a, Illud me præclare admones, ut cum illum uidero, &c. Quin. Fr. 297 b, Sed te illud admoneo, ut &c. Attic. 127 a, A multis admoniti sumus, ut caueremus, &c. pro Do. 238 b, Neq; erat causa cur prohibendo non tam deterrere uideretur, quàm admonere. de Di. 136 a, Multi nullo somnio ad thesaurum inueniendum admonentur. de N. 59 b, Multa extis admonemur. Ep. 17 a, Ea tantæ mihi curæ sunt, ut menolim admoneri. de N. 50 b, Tum admonita a squilla pinna morsu comprimit conchas. Epist. 8 b, scribo tamen, ut admoneam, quod ipse literis omnibus à pueritia deditus cognoui, ut discas, &c. Atti. 5 b, Etenim ibi sedens hæc ad te scripsi, ut me locus ipse admoneret. de Fin. 79 a, Et eam tantum ad aurem admonerent, ut caueret ne, &c. de N. 3 a, Qui admonent, amicè docendi sunt. de N. 11 a, Ac de forma partim natura nos admonet, partim ratio docet. Top. 221 a, Vt ueni Veliam, admonitus huius æris alieni, nolui deesse ne tacite quidem flagitationi tuæ.

ADMONITIO, onis. monitum, præceptum. de Or. 139 b. Admonitio quasi lenior obiurgatio. de Or. 135 a, Admonitio in consilio dando familiaris. Offi. 29 b, Quæ facilè apparent, nec magnopere admonitionem & præcepta desiderant. de Fi. 124 b, Tanta uis admonitionis est in locis, ut non sine causa ex his memoriæ ducta sit disciplina. Epi. 2 a, Sed plane nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum. Epi. 145 b, Quare si aut aliter sentirem, certè admonitio tua me reprimere: aut si dubitarem, hortatio impellere posset, ut, &c.

ADMONITOR, oris. Top. 221 a, Vt mea diligentia mandatorum tuorum te quoq;, & si admonitore non eges, ad memoriam nostrarum rerum excitarem. Ep. lib. 9. Misi autem ad te quatuor admonitores non nimis uerecundos.

ADMONITVM, ti. admonitio. de Ora. 114 a, Præcepta, admonita tractanda sunt omnia disertissimè. de Or. 124 b, Sed ut usus nostri quædam admonita tradamus.

ADMONITVS, tus. admonitio. I. C. 112 a, Atque interea admonitu Allobrogum misi, qui, &c. At. 208. Ego interea ad monitu tuo perfeci sanè argutulos libros ad Varronem. Att. 145 b, Quem φιλόπατριν καὶ πολιτικὸν hominis prudentis & amici, tali admonitu, non moueret auctoritas. de Ar. 257 a, Sed tamen huic malo pop. Rom. ipse nullo Aruspitum admonitu sua sponte prospexit. Epist. 151 a, Recitatis literis oblata religio Cornuto est, pullariorum admonitu, non satis diligenter eum auspicis operam dedisse.

ADMOTIO, onis. applicatio. de N. 56 b, Manus apta ad neruorum eliciendos sonos admotione digitorum. i. admouendis digitis.

ADMOVEO, ues. appono, adhibeo, porrigo, extendo. de Am. 101 a, Quam qui appetunt, applicant sese, & propius admouent. Tus. 287 b, Cum faces ei doloris admouerentur. Tus. 222 b, Sed alia quædam ad eum est admouenda curatio. contra Rul. 63 a, Admouent manus uectigalibus populi Romani. Offi. 40 b, Dolorum cum admouentur faces, præter modum pleriq; exterrentur. I. V. 269 a, Quid cum ignes, ardentesq; laminæ. & cæteri cruciatus admouebantur? Admouere stimulos alicui. pro Sest. 5 a, i. excitare aliquem. Admouere orationé ad sensus animorum de Orat. 90 a. Admouere aspidem ad corpus, pro R. P. 126 a, Admouere se ad aliquam rem. de Am. 215 a, Admouere uultum ad aliquem. ad Her. 21 a, de Or. 139 b, Maxima pars orationis adhibenda est ad animorum motus. de Ar. 248 a, Adhibere animos ac mentes uestras, non solum aures ad aruspicum uocem admouere. Or. 202 a, Vtcunq; animum audientis moueri uoles, ita certum admouebis uocis sonum. I. A, 206 b, Dum me exercitum proprius urbem Romam CCM. admoueret. de Ora. 125 b, Nulla materia, nisi admoto igni, ignem concipere poteſt. Admouere aures & subauscultare. de Or. 122 b, Admouere propè.) (. Amoueré procul. ad Her. 22 a, Acad. 56 b, Cum autem lævam manum admouerat, & illum, &c. Tuscul. 199 b, Fasciculum ad nares admouebis, incendet odores. pro Cluen. 44 b, Oppianicus continuò sperare cœpit hoc se Aiulio tanquam aliqua machina admota, fortunas Asinij expugnare posse.

ADMVRMVRATIO, onis. approbatio, & applausio murmure facta. pro Pomp. 11 a, Vestra admurmuratio facit Quirites, ut, &c. Qu. F. 306 b, Clodium accu'aui multis & secundis admurmurationibus cuncti senatus. I. V. 74 b, Grata concionis admurmuratio. I. P. 86 a, Qui non admurmuratione, sed uoce & clamore furorem illius fregistis. I. V. 205 b, Risus populi atque admurmuratio omnium facta est. I. V. 244 a, O diuina senatus admurmuratio.

ADMVRMVRO, as. admurmurationem facio. I. V. 244 a, Memoria tenetis iudices, quam ualde uniuersi admurmurarint? At. 7 b, & pro Pomp. 11 a, Idq; admurmurante senatu, neq; me inuito est factum.

ADNECTO, is. alligo. Tusc. 180 a, Nauem ut horrisono freto noctem pauentes, timidi adnectunt nauitæ.

ADNITOR, ris. applico seu applicor, & ualde nitor. de Am. 112 a, Natura solitarium nihil amat, semperq; ad aliquid tanquam adminiculum adnititur. Attic. 97 a, Ego nisi Bibulus adniteretur, de triumpho æquo animo essem. alias, adnumeretur.

ADNVMERO, as. numero, ad numerum addo. pro S. R. 42 b, Omnia sua tibi concessit, adnumerauit, appendit. I. V. 179 a, Dare & adnumerare nummos alicui. In Sal. 273 a, Si in una cùm illis adnumeratus esses. At 97 a, Nisi Bibulus ad numeretur de triumpho. alias adniteretur.

ADNVNCIO, as. nuncio. Attic. 75 b, Tamen interea hæc uelem, quæ mihi adnunciabantur.

ADOLESCO, scis. cresco, de Fin. 138 a, Eaque cupiditas agendi aliquid, adolescit una cum ætatibus. de Leg. 160 b, Ratio cum adoleuit atq; perfecta est, nominatur ritè sapientia. In Sal. Hinc enim facilè intelligetur, quam petulanti pueritia, tam impudicus & procax adoleueris. de N. 21 a, Qui natus sit, qui adoleuerit, qui didicerit. de Se. 87 b, Viriditas herbescens, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit. J. C. 103 a, Extinguetur atq; delebitur hæc tam adulta Reip. pestis.

ADOLESCENS, tis. ephebus, inuenis, pubes. Homo adolescens, Epist. 26 b. Adolescens bona indole præditus, Can Puer nisi fortè adolescens factus est, dum ego absum, ad Attic. Aphricani filia adolescens, De diuin. 67 a, Hic & bella gerebat ut adolescens, cùm planè grandis esset, de Se. 79 b, In primis grauis & doctus adolescens, lib. 4. de Fin. Adolescens perditus ac dissolutus, Tusc. q. lib. 4. Adolescens etiam nunc ò Phædre, Isocrates est. in Orat. Cæsar adolescens penè potius puer, in Ant. 134 b, Qu. Catulus admodum tum adolescens, pro Rab. 95 b, Pueri, sive iam adolescentis, 6. Att. Adolescentis est maiores natu uereri, exque his deligere optimos & probatissimos, quorum consilio atque authoritate nitatur, Offic. 1. Adolescentem uel puerum potius. 11. Fam. Adolescente illo nihil castius, nihil diligentius, 6 ad Att. quid autem fuit, quod illam hoc tempore, ad uiuendum magnopere inuitare posset, &c. ut cum aliquo adolescente primario coniunctè ætatem gereret? Seruius, Cic. lib. 4. In adolescente optando fœcunditas orationis, 2 de Or. Adolescentes peni dediti. 9 Fam. Neq; hæc dico, ut homines adolescentes à dicendi studio deterream, de Or. 94 b. Adolescentes fic moriuntur, ut quum aquæ multitudi ne uis flammæ opprimitur, Cat. adolescentium greges Lacædemone uidimus ipsi incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu, denique ut examinarentur, priusquam se uictos faterentur, Tusc. q. lib. 5. Qui, concedentibus philosophis antiquis, adolescẽtibus delectantur, t. de Nat. quẽadmodum poma ex arboribus si cruda sunt, ui auelluntur: si matura & cocta, decidunt: sic uitam adolescentibus uis aufert, senibus maturitas, Cato. Adolescentior Academia, 9 Fam. 129 b.

ADOLESCENTIA, æ. iniens ætas à XIIII. anno usque ad XXV. etiam XXX. Adolescentia, ad Here. Adolescentia, flos ætatis, Top. Magis mea adolescentia indiget illorũ bona existimatione, &c. pro Qu. R. 52 b, Adolescẽtia libidinosa & intemperãs effœtum corpus tradit senectuti. Cato, Adolescentia libidinosa & proterua, de Fin. lib. 5. Adolescẽtia multo plures, quàm senectus, mortis casus habet, Cat. Adolescentiæ cupiditates aliquando tolerabiles, pro Cælio. Qui enim citius adolescentiæ senectus, quàm pueritiæ adolescentia obrepit? de Sen. Adolescentiæ, ineunti inest maxima imbecillitas consilij. Offic. 1. Adolescentiæ tertorem inferre alicui, pro Deiot. Adolescentiam in aliqua re consumere, Acad. q. ed. 1. li. 2. Iam à prima adolescentia me Musæ mansuetiores delectarunt, ad Lent. lib. 1.

ADOLESCENTVLVS, li. admodum adolescens. pro Rab. 95 a, Quintus Catulus admodum tum adolescens. pro Dom. 220 b Imberbis adolescentulus. Item I. C. 100 & alibi.

ADONIS, idis. de Nat. 71 a, Adonidi nupsisse traditũ est Venerem quartam, Syria Tyroq; conceptam.

ADOPTIO, adoptionis. pro Dom. 220 a, Quod est Pontifices ius adoptionis? nẽpe ut is adoptet, qui neq; procreare iã filios possit: & cum potuerit, sit expertus. & ibidẽ: Quas adoptiones hæreditates nominis, pecuniæ, sacrorum secutæ sunt. de Finibus 54 b, L. Torquiatus filium in adoptionem D. Syllano mancipauit. Tusc. 154 Quid propagatio nominis? quid adoptiones filiorum.

ADOPTIVA, orum. pro Dom. 220 a, Neq; amisis sacris paternis, in hæc adoptiua uenisti.

ADOPTO, as. filium facio, filium instituo. de Cla. 171 a, Filius Scipionis, is qui minorem Scipionem à Paulo adoptauit. At. 106 b, Adoptatus à plebeio patricius. pro Do. 220 a, Adoptat annos uiginti natus etiam minor senatorem, pro Dom. 220 b, Filium senatorem populi Romani sibi adoptare. Epistol. 212 b, Adolescens, quem C. Memmius Patrensium legibus adoptauit. de Cla. 183 b, Liciniæ filius, Crassi testamento, qui fuit adoptatus. Att. 120 a. Ille in Clodio adoptando augur. de Cla. 187 a, C. Scatienus, cui seipse adoptauerat, & de Statieno Aelium fecerat.

ADOPTARE, pro eligere. I. A. 180 b, Puteolani C. Cassium patronum adoptarunt. pro Sest. 4 b, Conuentus ille Capuæ me unum patronum adoptauit. Epistol. 65 b. Ego autem, quem potius adoptem aut inuocem, quàm illum quo defendente, uincere didici? I. A. 207 b, Arqui illum quinque & triginta tribus patronum adoptarũt. I. V. 63 a. & 65 a, Adoptare sibi aliquẽ defensorem sui iuris, & ultorem iniuriarum, & actorem totius causæ.

ADORIOR, iris, uel eris. aggredior, inuado. I. V. 116 a, Hominem id ætatis quàm tumultuosissime adoriuntur. I. V. 254 a, Postremã quoq; nauem piratę primã adoriebãtur. pro Sest. 20 b, Adoriri aliquem inermem & imparatum. pro Mil. 107 a, Adoriri aliquem a tergo. de Or. 127 a, Ne conuellere adoriamur ea, quæ non possunt commoueri. At. 211 b. Hoc quoq; ipsum continuo adoriamur. ad Her. 7 a, Occasio idonea ad rem adoriendam. Attic. 252 a, ἐφεκλεόσεον si Brundusium salui adoriemur.

ADORNO, as. instruo, orno, paro, comparo. pro Pom. 10 b, Põpeius Italiæ duo maria maximis clasibus ac præsidijs adornauit. pro Mur. 135 a, Vt idem accusationem & petitionem consulatus diligenter adornet atque instruat. pro Cl. 21 a, Omnis testium copia à matre initio sit adornata, à matre nunc instruitur, ac omnibus eius cop.js & opibus comparatur. pro Cl. 58 a, Comparatio huius criminis ab illa est & inuenta, & adornata.

ADORNARE, pro ornare. Epistol. 174 b, Lætor mea consilia, measque sententias à te probari de decemuiris, de adornando adolescente. I. V. 87 b, Vidi forũ comtuumq; adornatum magnifico ornatu.

ADPROMITTO, tis. promitto, alienum promissum cõfirmo pro S. R. 22 b, Cum id ita futurum Titius Roscius ad promitteret, credideruntis, At. lib. 5.

AD QVID. Atti. 66 b, Ad quid laboremus res Romanas?

ADQVIESCO, scis. Epist. 51 a, Lectis tuis literis, aliquantum adquieui.

ADRAMITENVS Xenocles, ex Adramiteo Asiæ oppido, de Cla. 194 b. Item pro Flac. 25 b.

ADRIANVS, a, um. I. P. 99 b. Adrianum mare. & Her. 23.

ADRIMETVM oppidum. I. V. 160 b.

ADSCISCO, cis. ascisco, adprobo, recipio. pro Cor. 59 a, Innumerabiles aliæ leges sunt latæ, quas Latini uoluerunt, adsciuerunt. pro Cor. 58 b, Cum iussisset Prætor aliquid, id si adsciuissent socij populi ac Latini, & si, &c. ut tum lege eadem is populus reneretur. I. P. 90 a, Alienam prouinciam sibi adsciscere. Tusc. 180 a, Iouisq; numen Mulciberi adsciuit manus.

ADSCISTVS, a, um. receptus. In Ver. 227 a, Sacra adscita atq; accersita ab exteris nationibus.

ADSCRIBO, bis. ascribo, oppono, adiungo, addo. de In. 77 b, Nihil attinuit adscribere, quæ uolet. eo enim non ascripto, nihil inest dubij. Episto. 204 a, Sed & Aruacius ita te mandasse aiebat, & tu adscripseras Epi. 155 a, Sed accepi literas, in quibus erat, te adscripsisse à Lepido non recipi Antonium. contra Rul. 76 a. Adscribit idem auctioni agros Corinthios. Epist. 75 b, Illud me non animaduertisse moleste ferrem, ut adscriberem, te in fano pecuniam iussu meo deposuisse, nisi, &c. pro Cec. 303 a, Sylla adscripsit in eandem legem, si quid, &c. & ibi. b, Hoc in omnibus legibus adscribitur. contra Rul. 76 b, P. Seruilius Pompeio Cn. filio, nõ credo adscripturum esse magno de L. 160 a, Me quoq; adscribito fratris sententiæ. Attic. 50 a, In altera epistola tua præter consuetudinem, diem non adscribis, Attic. 85 a, Adscribit etiam, & quasi calcar admouet, intercessisse se pro ijs magnam pecuniam. Adscribere aliquid ad legem. de In. 53 b, de In. 59 a, Hoc incommodum Scipioni adscribendum est: id est, attribuendum. Episto. 76 a, Non adscripsi, quòd tua nihil referebat: contra Rul. 71 a, Siue accepta lex esset, illum sibi collegam adscriberetis, &c. Epi. 218 a, Is enim erat adscriptus in id municipium ante ciuitatem socijs & Latinis datam. Att. 88 b, Filiola tua gratum mihi fecit, quòd tibi diligenter mandauit, ut mihi salutẽ adscriberes. At. 88 b, Tu quoq; salutem utrique adscribito. & 80 b, Alexis, quod mihi toties salutem adscribit, est gratum, sed cur non suis literis, idem facit? Att. 42 a, Terentia tibi salutem adscribit.

ADSCRIPTIO, onis. pro Cecin. 303 b, Declarata ista adscriptio esse aliquid, &c.

ADSCRIPTOR, oris. contra Rul. 70 b, Et uidelicet collegas, suos adscriptores agrariæ legis non repudiauit L. Nouitius.

ADSCRIPTVS, a, um. Quin. Fra. 319 a, b, Antiquior dies in tuis erat adscripta literis, quàm in Cæsaris. aliàs, ascripta.

ADSERVO, as. asseruo, seruo. pro Cecin. 292 a, Si omnes in ædibus adseruati ac retenti sint, pro Cecin. 299 a, Negligẽtius adseruare aliquid.

ADSISTERE. contrastare, obsistere, sese opponere. de Leg. lib. 2. Vt contra omnes hostium copias, in ponte unus adsisteret. de Horatio Coclite loquitur.

ADSTIPVLATOR, oris. confirmator, defensor. Oct. 331 a, Quidam cuius auus fuit argentarius, adstipulator pater. Aca. 17 b, Sed illud falsum esse & Stoici dicunt, & corũ adstipulator Antiochus. I. P. 83 a, Nemo unquam isto nõ modò propugnatore tutiorem se, sed aduocato, aut adstipulatore paratiorem fore putauit.

ADSTIVO, is. colloco, constituo. ad Her. 22 b, Aegrotum in lecto cubantem faciemus, & reum ad lectum eius adstituemus.

ADSVM, es. præsens sum, intersum, appareo, adiuuo, præsto sum. de Or. 112 a, Cum uos Catule & Cæsar non adessetis. pro Do. 221 a, Aderat præsens M. Bibulus. Ep. 241 a, Nunc ades ad Imperandũ uel ad parendum potius. Att. 179 b, Ij ex Africa iam affuturi dicuntur. & 145 a, Nos qui

qui adsumus,'&c.de Clar.182 b, Oratorem in causa non Adesse.I.V.76.b,Adesse ad iudicũ. At.78 a, Video enim te, & quasi coram adsis, ita cerno συμπάθειαν amoris tui. pro Cl.31 a,Adest præsens in singulari uirtute. Epist.51 a,Ego uerò Serui uellẽ,ut scribis,in meo grauissimo casu affuisses. pro R.P. 127 a,Ergo aderat uis,quæ, &c. Qu. Frat.325 a,Pompeino ad triumphum ad 111 Nonarũ Nouemb.uolebam adesse.de D.92 b, Petijcut mane ad portam adesset.& ibidẽ. Manè præsto ad portam fuit.pro Fl. 157 b,Siluerũt principes,neque in illa cõcione adfuerũt. pro Qu.14 b, Vos qui adestis in consilio . pro Pl. 277 a, Aderat mecum cunctus equester ordo. de Senect. 93 a, Qui ad mortem proprius adsum . pro Qu. 8 b,Quæ mala iam adesse atq; impendere uidentur.Att.66 a, Tu aduentare, ac prope ad esse iam debes.pro Dom.222 b,Qui neque adesse sit iussus,neque citatus.de Leg. 166 b, Quæ cũ adsunt,' perpatua sunt;& quandiu affutura sint,certum sciri non potest.Attic.1 b,Adesse alicui contra aliquẽ . Epist. 91 a,Ego tamen tuis rebus adero , ut difficillimis . I. A. 178 a,Semper enim absenti affui Deiotaro. Att. 249 a, b, Ego autem , si imposuisset aliquid , quod penè fecit , nisi tua malicia affuisset, animo iniquo tulissem. pro Qu. 5 a,Recusabant qui aderant tum Quintio. pro Flac. 155 a, Decreto scribẽdo primum uideo affuisse Lysaniã . Postq. 205 b, Caput,&c.ne quis pedibus iret,ne scribendo adesset. de Orat.143 a,Et eundem , id quod in auctoritatibus perscriptis extat,scribendo adfuisse.Ep. 117 a,Scribendo affuerunt L.Domitius,Qu.Cælius,&c.Idem 248 a. & Attic.67 a,& 99 b.de N.4 b,Adsint,cognoscant , animadueant.de Som.127 a,Ades inquit,animo , timorem omitte. Adesse animo, pro Cec. 290 b. pro Syl. 173 a, Adestote omnes animis,qui adestis corporibus.In Ant.219 b, Vigilare,cogitare,adesse animo . Adesse, instare , subsequi . I.Insto. Quin.Fra.308 a,Crassus aderat Miloni animo nõ amico.de Fin.85 a, Tanti autem aderant morbi uesicæ & uisceruṁ,ut , &c. Of. 3 a,Bellua ad id solum quod adest, quodq; præsens est , se accomodat.

Adveho,his.I.V.187 a,Cum frumentum ex decumis mancupes Romam aduexissent . Offic. 64 a, Si quis profectus Rhodum , magnum frumenti numerum aduexerit . I. A. 175 a,Inde Cassio celeriter ad urbem aduectus , Romam redijt.Epi.55 a,Cum ab Epidauro Piræum naui aduectus essem.de D.92 b,Cum tu equo aduectus,&c.de D.128 a, Quidam caricas Cauno aduectus uendens.

Advena , æ.peregrinus,hospes.de Orat.106 b,Ne in nostra patria peregrini atq; aduenæ esse uideamur . contra Rul. 85 a,Nos autem iam non hospites,sed peregrini atq; aduenæ nominabamur . Tusc.235 a, Zeno Citiæus aduena quidam,& ignobilis uerborum opifex.

Advenio,nis.accedo,appropinquo.de Nat.71 a,Quem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse.ad Her.3 b, Athenis Megaram uesperi aduenit Simo.de Sẽ. 82 a, Senectus cum aduenit,apportat secum multa uitia.At.93 a, Est aliquid aduenientem non esse peregrinum atque hospitem pro Mur.141 b,Quid habet admirationis,tali uiro aduenienti obuiam prodisse multos? I.A.237 a, Vtq; quancũque in prouinciam eius belli gerendi causa aduenerit , ibi imperium habeat.de Sen. 91 b, Cum enim id aduenerit , tunc illud, &c.I.A.232 a, Sapientis est , quicquid homini accidere posit,id præmeditari ferendum modicè,si aduenerit,esse.Pro Cec.289 b, In aliquem aduenientem cum ferro inuadere . Atti. 77 a,Appius noster , cum me aduenientem uideret. profectus est Tarsum . de Di. 137 b,Medici ex quibusdam rebus , & aduenientes morbos, & crescentes intelligunt.

Adventitivs,a,um.fortuitus , insperatus , non quæsitus . pro Pom.8 b,Mithridates magnis , aduentitijs multarum nationum copijs iuuabatur.I.V.219 a, Neq; ullum aduẽtitium requiratur auxilium.de Nat.31 a,Externus & aduentitius tepor.de Finib.139 a, Neque sane multum adiumentis externis & aduentitijs uteretur. de Di. 133 b, Animos externa & aduentitia uisione pulsari.de Or. 155 a,Hæc politissima Græcorum transmarina & aduentitia doctrina.Aduentitia pecunia , Att.18 a, & de Inuent. 70 a,pro R.P.130 a, Aduentitia pecunia petitur ab eo , cui sua non redditor.Aduentitia bona.Attic.18 a. Top. 226 b,assumpta & aduentitia.)(.Innata & infita , Top.

Advento,as.aduenio,appropinquo,accedo . Att. 66 a, Tu aduentare ac prope adesse iam debes.Ep.20 a, Nondum erat auditum,te ad Italiam aduentare, cum , &c. de Sen. 77 a,Onus aut iam urgentis,aut certè aduentantis senectutis.Att.253 b,Legiones aduentare dicuntur . de Or. 101 b,Quod uerè iam tempus aduentat.

Adventvs , tus.'accessus,Att. 23 a,Quid cogites de aduentu tuo,scribe ad nos.& ibi. De accessu tuo. Attic. 103 a, Vt me leuarat tuus aduentus,sic discessus afflixit. Att. 57 a,Aduentus tuus mihi suauissimus , optatissimusque erit. pro Pomp.6 a,Ipsorum aduentus in urbes sociorum . At. 118 a,& Epist.153 a,Ibimus Luceriam , nec eum fortasse delectabit aduentus noster . pro Milo.111 a, Nocturnus Clodij ad urbem aduentus.

Adversaria , orum . præscriptiones,ephemerides. Tabellæ extraordinariæ , in quibus memoriæ causa , utcunque notamus , ut ea postea in iustas fidei tabulas codicesque referamus : sic dicta,quod præsto , & ad manum semper sint,& aduersa,non auersa : uel ab aduertendo , quod propter animaduersionem , & memoriam (ut dixi) conficerentur.pro Qu.R.45 b,Non habere se hoc nomen in codice fatetur,sed in aduersarijs patere contendit . & ibi.Non ex tabulis,sed ex aduersarijs petere.& ibid . Suarum præscriptionum & liturarum aduersaria proferre,amentia est. Item ibid.46 a,Quid est,quod negligenter scribamus aduersaria : quid est,quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa ? quia hæc sunt menstrua , illæ sunt æternæ: hæc delentur statim , illæ seruantur sanctè : hæc parui temporis memoriam , illæ perpetuæ existimationis fidem & religionem amplectuntur : hæc sunt deiecta , illæ in ordinem confectæ . Itaq; aduersaria in iudicium protulit nemo,codicem protulit,tabulas recitauit.

Adversarivs,a,um.aduersus,oppositus, inimicus , hostis. de Orat. 123 a, Opinionem istorum studiorum apud eos qui res iudicent , oratori aduersariam esse arbitror . I. A. 187 b,Nec poterat aliter de aduersarijs ducibus iudicari. pro Ce.286 b, Vis ea , quæ iuri maximè est aduersaria . Or. 208 a , Sua confirmare , aduersaria euertere. pro Pl. 259 a, Ea res in iudicio aduersaria est Cn . Plancio . pro Clu.37 a,Tribunus non modo non seditiosus , sed etiam seditiosis aduersarius.de Ar.251 a, Theodosius Hermachi acerrimus aduersarius.de Fa.146 a,b, Ergo siue habuerit aduersarium Milo , siue non habuerit , luctabitur. & ibid.Sine aduersario nulla luctatio est . pro Mil.109 a, Octo Tribuni plebis illius aduersarij , defensores mei. de Ar.253 a,Acceptis à forti aduersario uulneribus aduersis.de Ar.255 b,Obtrectatores eorum atque aduersarij in Vat.29 a,Hic refutandus est,ut grauis aduersarius . Brut. 165 a,Aduersarius & obtrectator laudum mearum. Epi. 19 b.Est enim tibi grauis aduersaria constituta ,& parata incredibilis quædam expectatio.Ep.114 a, Qui se intenderant aduersarios in eius tribunatum.

Adversor,aris.repugno,obsisto, contrauenio , contra rem alicuius uenio , contra pugno , contra facio , aduersarius sum,in aliquem eo,resisto , reclamo , obtrecto.)(. Suffragor.I.V.252 b,Hanc Cleon amabat , ueruntamen huius libidini aduersari nõ audebat.de Or.91 b, Aduersari omnibus in disputando . Ac.12 b, Duæ causæ perspicuis & euidentibus rebus aduersantur.Epist.32 b,Contentio mea aduersans actionibus aliorum.de Or.213 b, Quis Isocrati aduersatus infensius quàm Aristoteles ? pro Syl. 176 b, Ego uero quibus ornamentis aduersor tuis ? aut cui dignitati uestræ repugno?Part.238 a,Neque solum ea sunt quæ nobis suppetunt , sed etiam illa quæ aduersantur uidenda.Offic.67 b,& 22 b,Aduersante etiam & repugnante natura . de Orat.125 b,Aduersantem & repugnantem capere.

Adversvm & adaersus.contra,erga.Offic.73 b,Hostis legitimus,aduersus quem totum ius fæciale est. Oct. 330 a, Aduersus quos aciem struis ? Oct. 330 a, Aduersum se amare aliquem.I.V.192 a, Pecuniæ conciliatæ aduersus leges aduersum remp.At.228 b, Si duriorem te præbes , non contendam ego aduersus te.

Adversvm,pro erga.Offic.7 b,Officia aduersus eos seruanda,a quib. iniuriam acceperis.Ep. 45 b,Modestus aduersum aliquem.Off.47 b, Vtendum est excusatione aduersus eos,quos inuitus offendas,quacunque posis.Att. 287 a,Flectere iudicium aduersus aliquos.Attic.286 a , Blandus aduersus aliquem.Officior.20 a.Adhibẽda est etiam quædam reuerentia aduersus homines.de Nat. 1 b, & 24 a , Pietas aduersus deos . de Nat. 24 a, Iustitia aduersum deos.Off.57 b,Ij aduersus deos impij sunt iudicandi . Ep. 181 b, Quonam modo me gererem aduersus Cæsarem , usus tuo consilio sum.Offic.20 a,Quemadmodum nos aduersus homines geramus.de Diu. 101 a,Ara enim aio loquenti,quam septam uidemus,aduersum eum locum consecrata est.

Adversvs,a,um cõtrarius,incommodus,fluxus.)(.prosper. Topic.224 b,Quæ ex eodem genere contraria sunt , appellantur aduersa , ut celeritas , tarditas . Or. 18 b,Vt aduersas res , sic secundas immoderatè ferre, leuitatis est. At.275 a,Nihil nobis aduersi euenire pót.pro Syl.175 b, Omnium mentes improborum mihi uni maximè sunt infensæ & aduersæ.pro Mil. 102 a,Vnum genus est aduersũ infensumq; nobis. At.162 b. Omnia secundissima nobis aduersissima illis acciderunt . pro Syl.281 a, Per quos res eius secundæ quondam erant ornatæ , nunc subleuantur aduersæ.

Adversvs,oppositus,& anteriora ostentans. de Som. 129 a,Intueri solem nequitis aduersum.pro Do.243 a,Vulnus aduersum.de Or.119 b.Iudicibus cicatrices aduersas ostẽdere.de Ar.253 a,Acceptis à forti aduersario uulneribus aduersis.de Or.132 b,& 165 b.Aduersus & auersus impudicus es . de Di.92 b,Eodemq; equo aduersam ascendi ripam.de Na.51 a,Aer ab ijs aduersus pellitur.Or.202 b,Referre paria paribus,aduersa contrarijs . Dentes aduersi & acuti.de Nat.53 a.)(.intimi.I.V.256 a,Cicatrices aduersa corpore exceptæ.Ac.36 a,b, Zeno cum extensis digitis aduersam manum ostenderat, uisum inquiebat huiusmodi esse.I.A.176 a,Caput in aduersam lecticam inferens', beneficia,quæ uenderet,à collega petebat.Aca.31 a,& 36 a, Antipodes aduersis uestigijs stant contra nostra uestigia. de Som.129 b,Sed eorum partim obliqui , partim uersi, partim etiam aduersi stant nobis.& ibidem , Qui aduersa nobis urgent uestigia.L.Homo.

Adverto,tis.obseruo , attendo,animaduerto.At. 57 b,De librarijs,si me amas,diligenter aduerte.Epist.2 b, Nam ad uertebatur Pompeij familiares assentire Volcatio.

Advesperascit,bat.fit uespera.I.V.234 a,Itaque tũ de foro , cũ iam aduesperasceret,discessimus.& 224 a,& I. C. 111 b.Item de Fi.114 a,Sed quoniam aduesperascit nunc quidem hactenus.Ep.245 a,Cum aduesperasceret.)(. cum lucesceret.

Advigilo,as.uigilo,diligenter uigilo . de Legibus 175 b, Vt aduigiletur ad custodiam ignis,de Pet.213 b, Si aduigilamus pro rei dignitate.

Advlatio,nis.assentatio,simulatio.de Natu.58 a, Canum tam fida custodia ,tamque amans dominorum adulatio . de Amic.113 a,Sic habendum,in amicitijs nullam pestem esse maiorem , quàm adulationem , blanditias , assentationem.

Advlo,as.& Advlor.aris.blandior , assentor , auribus do, omnia aduoluntatẽ loquor , nihil ad ueritatem . Ad alterius non modo sensum ac uoluntatem , sed etiam multum ac mutum conuerti,de Amic. 113 b.& de Di. 109 b, Nec adulatus , nec admiratus fortunam sum illius. I.P. 101 a, Adulans omnes.Off.18 b, Cauendum est ne assentatoribus patefacimus aures,nec adulari nos finamus , in quo falli facilè est.Ep.194 b,Noli putare mi Cicero , me hoc auribus tuis dare . de Am.114 a,Aperte adulantem nemo non uidet , nisi admodum est excors.[Tusc. 280 a, Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.Poetæ.

Advlator,assentator , homo leuis, fallax , ad uoluntatem loquens omnia,nihil ad ueritatem. ad Her.31 a,Nolo esse laudator,ne uidear adulator.de Am.113 a,b, Qui ad alterius non modo sensum , sed etiam multum atq; nutum conuertitur .

Advlter,mœchus , alienæ coniugis corruptor . In Salust. 275 b,Tu omnium cubiculorum ineunte ætate pellex, & idem postea adulter.pro Sest.11 a,Clodius fororis adulter.I.C.106 a,Quis adulter ? quæ mulier infamis?

Advlterinvs,a,um.non uerus , non naturalis,fucatus,adumbratus.pro Cluent.25 b, Oppianicus testamentum in alias tabulas translatum signis adulterinis obsignauit. Of. 70 a,Nummos adulterinos pro bonis accipere.

Advlterivm,rij.stuprum.de Or.134 a, Qualem existimas , qui in adulterio reprehenditur , tardum . de Sen.85 a,Stupra & adulteria,& omne tale flagitium, uoluptatis illecebris excitari.Tusc.225 b,Stupra dico , & corruptelas , & adulteria, incesta denique.

Adlterio,as.corrumpo,stupro.Part.237 b,Voluptas boni naturam fallaciter imitando adulterat.pro Cecin. 299 a, Ius ciuile pecunia adulterari non potest.pro Qu.R. 47 a, Adulterare tabulas.de Am.113 b,Simulatio tollit iudicium , ueri,idq; adulterat.de Leg.164 b,Latrocinari,adulterare, testamenta supponere.

Advlteror,aris.cubile alterius ineo . Off. 26 a, Latrocinari,fraudare,adulterari turpe est,sed dicitur non obscœne.

Advltvs,a,um.grandior ætas,adulta ætas , progressus ætatis.de Clar.167 a,Thucidydes & Pericles,qui non nascẽtibus,Athenis,sed iam adultis fuerunt.Tuscul.239 b, Ab ijs ipsis,cum essent adultæ , ferrum remouit.de Clar. 196 a, Eamq; tueamur , ut adultam uirginem caste , &c. I. V. 184 a,Puer adulta ætate.Tusc.177 b,Philosophia ea mãdat animis,& ut ita dicam,serit , quæ adulta fructus uberrimos ferãt.I.C.103 b,Delebit hæc tã adulta reip. pestis.

Advmbratio,onis.umbra.Ora.296 a,Alicuius rei finõ perfectio,at conatus tamen,atq; adumbratio.

Advmbratvs ,a,um.fictus,non uerus.)(.expressus . de L. 198 a,Principio quasi adumbratas quasdam intelligentias animo ac mente concipimus. I. V. 164 b, Hic Aeschrio. Pippe nir adumbratus . Tuscul 190 b, Gloria est solida quædam res expressa,non adumbrata.)(.& ibid. Eminẽs effigies uirtutis,adumbrata imago gloriæ . de Fin. 141 b, Adumbrata opinio honestatis : pro Syl.177 a, Corneljus etiam nunc de indicando dubitat, informat adhuc adumbratum iudicium filij.de Nat. 16 a, Cedò mihi istorũ adũbratorum deorum formas.pro Cæl.39 b,Habuit ille multa maximarum non expressa signa , sed adumbrata uirtutum . contra Rul.72 a, Comitia adumbrata.)(. comitia uera .

Advmbro,as.effingo , imitor . de Finib. 138 b, In qua hæc honesta , quæ intelligimus à natura tanquam adumbrantur,sed in pueris expressa.de Or. 126 a, Heroum uetereſ casus imitari atq; adumbrare dicendo . de Or. 144 a, Id genus sumus in eorum sermone adumbrare conati , Ora. 201 a,Excellentis eloquentiæ speciem & formam adumbrabimus.pro Dom.129 a, Qui ne ementiendo quidẽ poterit uiri autorem adumbrare meliorem.

Advncitas,tis.de N.50 a,Quędã animalia rostrorum adũcitate cibum capessunt.

Advncvs,a,um. curuatus, tortuosus.pro Cluen.55 b,Serrula adunca ex omni parte dentiũ,& tortuosa. de Nat.14 b,Corpuscula curuata , & quasi adunca. Tusc.180 a, Adũcis lacerans unguibus,Iouis satellẽs.

Advocatio,onis.aduocati officium.pro Sest.25 a,Scio quid grauitas uestra , quid hæc aduocatio postulet. Epist. 100, a,In re militari multo es cautior , quàm in aduocationibus . pro Qu.8 a,Nihil tam copiosa aduocatione uterer, si petendum esset.pro Syl.182 b,Parens tuus aduocationem hominis improbissimi sella curuli honestauit . pro Cec.293 a,Quod exercitus armatos mouet, id aduocationem togatorum non uidebitur mouisse ? pro Dom.224 a, Cum eorum aduocationem manibus, ferro, lapidibus discussisti.

Advocatvs,qui in iudicio aut ius suggerit , aut præsentiam suam commodat amico.de Clar.192 a, Non modò à corona , sed etiam ab aduocatis relinquuntur . ad Qu. Fr. 307 b,Milo affuit,& Põponius aduocatus uenit.Ac.11 a, certè

Certè ex acclamatione Clodij aduocatorum audisse,quæ consurrectio facta sit.pro Syl.182 b, Pater tuus Catilinæ reo fuit aduocatus.pro Cl.40 b, Quis enim unquam non modò in patronis , sed in laudatoris aut aduocati loco uiderat?pro Mur.126 a,Si turpe existimas te aduocato illũ ipsum , quem contra ueneris , causã cadere. de Offic.7 a, Vt si constitueris te cuipiam aduocatum esse uenturum.de Or.126 b,Cùm ipsum aduocatum ad communem Imperatorum fortunam defendendam inuocarem.

Advocatvs,a,um.participium.Aca.21 b, Sed adhibes artẽ aduocatam sensibus.Tusc.249 b,Sapientis enim cogitatio, non ferme ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos.

Advoco,as.accerso,in auxilium uoco.Attic.191 a,Nam qd̃ non aduocaui ad obsignandum , primùm mihi non uenit in mentem,deinde,&c.pro Quint.1.b,Ijs, quos tibi aduocasti,uiris electissimis ciuitatis summam spẽ habeo. Tuscul.164 a,Cùm à negocio omni seuocamus animum,quid inquam tum agimus,nisi animum ad seipsum aduocamus? pro Qu 8 a,Potentes , diserti , nobiles omnes aduocandi sunt.Eodem 12 a.Næuius uiros bonos cõplures aduocat, testatur,&c.Eodem 13 a,Quia tamen aliquem contra te aduocare poterat.pro Cecin.389 b,Ait se Ebutio cum fetiuis armatis uenisse aduocatum.ad Octauium 330 a, Duabus legionibus à pernicie patriæ ad salutem aduocatis. In Verrem 190 a; Aduocare concionem.In Vat.31 b,Aduocare consilium.

Advolo,as.ad aliquem uolo.de Nat.50 b,Auis aduolans ad eas aues,quæ,&c.pro Clu.21 a,Ipsa nuper huius opprimẽdi causã Romam aduolauit. pro Mu.144 b,Catilina prorumpet : quã minatur , in agros suburbanos repente aduolauit.Ep.253 a,Si insulam Britanniã cœpero cogitare,eius ἐνθάλασσον mihi aduolabit ad pectus . ad Att.9 a,Hic tibi rostra Cato aduolat.Eodem 30 a,Aduola in Formianum. Eodem 33 a,Sed ita te para , ut si inclamaro,aduoles . Et 57 a,Aduola ad nos.

Advolatvs,tus.Tusc.180 a,Tristi aduolatu.Poetæ.

Advro,is.uro.Tusc.239 b,Candentibus iuglandium putami nibus barbam sibi & capillum adurebat.Of.37 b,Dionysius candente carbone sibi adurebat capillum . Tusc. 243 b, Indi cum ad flammam se applicuerint , sine gemitu adu runtur.

Aeacides,Aeaci filius ſuel nepos.de D.132 b,Aio te Aeacida Romanos uincere posse , Ennij.de Off.Regalis & digna Aeacidarum genere sententia.Item de D. 132 b,Sane , Aeacidarum genus semper fuit stolidum.

Aedepol.iurandi uerbum,per ædem Pollucis.Ep.22 b.

Aedes,dis.domus, templum. ad Qu. Fr. 320 b, Epistola in qua de æde Telluris me admones.I.V.68 b, Aedium sacrarum,publicorumq; operum depopulatio.pro Do.238 a,Consecrabantur ædes non priuatorum domicilia . pro Flac.155 b,pecuniam in ædem sacram reficiendam perscri bunt.I.V.85 a,ædes mineruæ in fano Apollinis . Ep. 117 a,In æde Apollinis S.C.factum est . Tuscul. 240 a,Magnificentia ædium regiarũ.I.V.86 a,Quæ uidi egomet apud istum in ædibus.& ibi.In medijs ædibus,de N.39 b, Limina profanatum ædium.Qu.Fr.320 b, Absolutum offendi in ædibus tuis tectum.de Cl.172 a, Ex testudine quadam exijt in ædes,ad Her.40 a,Venit ad ædes quasdã , in quibus sodalitium erat eodem die futurum .

Aedicvla,æ,Para.125 b,M.Manilius pauper fuit,habuit enim ædiculas in Carinis.pro D.240 b,Eam aram & ædiculam , & puluinar sub saxo sacro dedicauit.

Aedificatio,onis,Qu.F.310 a, Aedificationẽ Arcani ad tuum aduentum sustentari placebat.I P.90 a,Immensa & intolerabilis ædificatio.

Aedificativncvla,æ.Qu.Fr.319 a, Quæsiuique ab eo, quid ei de illa ædificatiuncula Lateri mandauisses.

Aedificator,oris.de N.6 a, Opifex ædificatorque mundi Platonis Deus.de Vn.196 a, Neque mundo quicquam pulchrius , neque eius ædificatore præstantius.

Aedificivm,cij.Qu.Frat.318 b,Quid si cæmentum nõ haberem , deturbem ædificium ? pro Mil.115 b,Extruere ædificium in alieno.

Aedifico,as.extruo,exædifico, constituo , pono , colloco ,

facio,efficio,cõstruo,parietem duco.Qu.Frat.209 b, Domus utriusque nostrum ædificatur strenuè. Off. 28 a, Ad domum ædificandi descriptio est accommodanda. Of.35 b,Vrbes sine hominũ cœtu non potuissent ædificari , nec frequentari.Qu.Fr.311 a,Tribus locis ædifico,reliqua reconcinno.Tusc.161 a, Qui in Timæo mundum ædificauit Platonis Deus.Ep.127 a,Si quis adhibere uolet non modo ut architectos,uerùm etiam ut fabros ad ædificandam rempub.pro Pomp.5 a, Qui maximas ædificasset ornasset que classes.I.V.244 b,Verres nauim ædificauit.I.V. 240 a,Cur carcer ædificatus?pro Syl.180 b,Ad illius pœnam carcer ædificatus.In Ver.228 a,Vrbs , quæ quia postrema ædificata est,Neapolis nominatur. Domus bene & ratione ædificata.Officior.63 a.)(.male materiata , ruinosa.Ac.252 a, Prædiola nostra bellè ædificata , & satis amœna.Aedificare hortos.Ac.150 a, Aedificare porticũ, pro Do.236 a,de L.169 a,Villa lautius ædificata.Ac. 216 b,Aedificari campum.

Aedilis,le.de Cla. 199 a,M. Cælius ædilis curulis factus est.de L.185 a,Sunto ædiles curatores urbis , annonæ ludorumq; solennium: ollisq; ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto.pro Mur.133 a,Ego, qui trinos ludos ædilis feceram.I.V.243 a, Nunc sum ædilis d signatus.I.P.97 b,Me ædilem priorem populus Rõ. fecit.Ac. 148 b,Prætores ius dicunt , ædiles ludos parant. De ædil & magistro & ludis.I.Ludus . De officio ædilis, & de eius habitu , & insignibus , de toga prætexta , & sella curuli. I.V.243 a.

Aedilitas,tis.de Of.45 a,L.Crassus cum Qu. Mutio magnificentissima ædilitate functus est.Qu.Fr.307 a, Furiosa ædilitas.pro Do.235 b, Hoc simulacrum quidam homo nobilis,&c.ad ornatũ ædilitatis suæ deportauit . Of. 45 a,Splendor ædilitatum ab optimis uiris postulabatur. pro.Clu.31 b,Aedilitatem se petere cum hominibus nobilissimis dicebat.de Ar.250 a, Curulis ædilitas. Ac.31 a,Qui Romæ tribunatum pleb.peteret , cum in Sicilia ædilitatem sæpe dictitasset.

Aedilitivs,a,um.de Cl.174 b,Sed omnia is summa spe rans ædilitius est mortuus.de Off.45 a,Crassus functus est ædilitio maximo munere.In Vat.32 a, Vir ædilitius . pro Plan.269 b,Aedilitia repulsa.Qu.F.294 b, Iniquo & gui ædilitiorum uectigali Asiam liberasti. pro Clu.34 b, Homo ædilitius.

Aedituvs,mi.ædium sacrarum curator , & custos .I.Poliniium.

Aedituvs,tui.ædituus.I.V.222 b, Illi fores ædis effringunt,ædituí custodes; mature sentiunt. aliàs , ædituus, & forte rectius, ut Gellius probat.

Aedo,dis.I.Edo de Cla.166 b, Quare si tibi est commodũ æde illa quæ cœperas,& Bruto,& mihi.

Aeeta,æ.de N.70 b,Solem Colchis Aeetam, & Circẽ procreasse.

Aegvm,gei.de Leg. 191 b,Aegeum mare, & pro Põ.14 b.

Aeger,a,um.ægrotus.)(.Valens.de N.28 b, Ne ægri quidem omnes cõualescunt.In Cat.102 b,Homo æger morbo graui.de Cl.180 b,Is semper infirma atq; etiam ægra ualetudine fuit.pro Cæl. 41 a,Medea animo ægra . Tusc. 195 a,Corpus etiamsi mediocriter ægrum est,sanum non est.Off.35 b.Quis ægris subueniisset ? quæ esset obiectatio ualentium?Postq.198 b,Qui nunquam ægro corpore fuerunt.Ac.257 a,Familia ægra est .Att. 89 a,Pinnarium quem mihi commendas , diligentissime Deiotarus curat, grauiter ægrum.de Diui. 91 b, In eo igitur oppido , in grauiter æger fuit , ut omnes medici diffiderent . Attic. 96 b,Tyro ad te dedisset literas , nisi eum grauiter ægr Esse reliquissem . In Ver. 77 a, Aegra & prope deposita reipub.pars.Valere.)(.ægrum esse . de Fin. 122 a,de Do 200 b, Ad ægros non uates , sed medicos solemus addicere.Aeger animo.ad Her.12 b,pro Mil. 114 b, Omnes tibi reip. partes ægras & labentes , ut eas his armis sublires & cõfirmares,esse commissas.Ep.235 a, Mulier ægra & corpore,& animo confecta.

Aegina,æ.Officior.61 a,Nimis enim imminebat propè propinquitatem Aegina Pirẽo.Epist.50,Post me erat Aegina ante Megara .

Aeginetae populi.Offic.61 . Aeginetis qui classe ualebant, Athenienses sciuerunt , ut pollices præciderentur.

Aegistvs , sti. De N. lib.3 . Aegisti libidinem aut Paridis uidemus .

Aegre . aduerbium . de Di. 95 b , Quem cùm non potuisset extrahere , discesse ægreferens . Tuscu. 222 a, ut,si quis ægreferat , se pauperem esse . Attic. 258 a, Ab hasta ea ægrè me tenui , itaq; persstringam fine ulla contumelia . de Sen. 92 a , Omnis conglutinatio recens ægrè , inueterata facilè dissoluitur . Tusc.227 a , Inueterata uitia ægrius depeluntur . de Pro.70 b , Byzantij totum pontum efferuescentem in Asiam ægrè repulsum sustinerunt . I. V. 234 a , Nihil ægrius factum est multo labore meo , quàm ut manus ab illo abstinerentur . pro Pom. 6 a, Eum propè esse uident, quo etiam carent ægrius. Att.100 a,Nihil eo vidi melius,itaque careo ægrè.

Aegrimonia,æ.ægritudo . Attico.199 a, Ferrem grauiter , si nouæ ægrimoniæ locus esset .

Aegritvdo , inis. ægrimonia . Aegritudo , perturbatio est animi , Tuscul.q. lib. 3. Aegritudo , est animi , aduersante ratione,contractio , Tusculan. q.lib.4. Stulti autem ægritudo est ea , qua afficiuntur inopinatis malis , animosque demittunt , & contrahunt , rationi non obtemperantes, Tusculan.q.lib.4.Aegritudo est in opinione mali recentis , Tusc. quæst. lib.3. Aegritudo, est opinio magni mali præsentis , & quidem recens opinio talis mali , ut in eo rectum esse uideatur angi, Tusc.q. lib.3.Aegritudo est opinio mali præsentis , in qua optnione illud insit, ut ægritudinem suscipere oporteat, Tusc. quest.lib.3.Aegritudo , est opinio recens mali præsentis , in quo demitti contrahiq; animo rectum esse uideatur, Tuscul. q.lib.4.Aegritudo , una res maximè detestabilis , Tusc.q.lib.4. Quum omnis perturbatio miseria est , tum carnificina est ægritudo , Tusc. q.lib.3. Aberit igitur à sapiente ægritudo,3.Tuscul.Manat longius ægritudo,3.Tusc. Amplificata ægritudo,4.Tuscu. Premens ægritudo est angor, 4.Tuscul. Aegritudo animi , Tuscul.q.lib.3.Aegritudo animi , fortunæ magna & graui commota iniuria , de Nat. 1 . Aegritudo animi simillima est ægris corporibus , Tusc.q.3.Acta ætas honestè , tantam affert consolationem, ut eos qui ita uixerint , aut non tangat ægritudo,aut perleuiter pungat animi dolor,3.Tuscu. Aegritudo communis pœna stultitiæ est : omnibus enim quorum mens abhorret à ratione , semper aliquis alijs dolor,alijs terror impendet , Tuscul. q.lib.4.Criminis ægritudo , pro Roscio Comœdo.Crucians ægritudo uocatur dolor,4.Tuscul.Flebilis ægritudo,est mœror.4.Tusculan. Laboriosa ægritudo uocatur ærumna, 4 . Tuscul.Mœrens ægritudo, 3.Tusc. Nata esset ægritudo noua , sed ea modica, 4. Tuscul. Permanens ægritudo , uocatur molestia , 4. Tusc.Sublata ægritudo,3.Tusc.Aegritudo & metus in malis opinatis uersantur, Tusc. q.lib. 3 . Aegritudo & metus tabificæ mentis perturbationes sunt , Tusc. q.lib .4. Aegritudo non cadit in sapientem , Tusc.q.lib.3.Aegritudo non cadit in uirum fortem , Tusc.q.lib.3 . In quem cadit ægritudo in eundem timor , 3. Tusc. Aegritudo me somno priuaret , 9 . ad Att. Ergo ista nec inopinata non habent tantam uim , ut ægritudo ex his omnis oriatur,3 .Tusc.Aegritudo fortitudini repugnant, Tuscul.q. lib.3.Aegritudo habet tabem,cruciatũ,afflictionem, fœditatem, Tusc.q.lib.3. Vt ægrotatio in corpore , sic ægritudo in animo nomen habet non seiunctum à dolore , Tusc. q.lib. 3. Aegritudo si perturbare animum sapientis non potest , nulla poterit,Tusc.q.lib . 4. Aegritudo tetra res est , misera , detestabilis , omni contentione , uelis , ut ita dicam , remisq; fugienda,Tuscul.q. lib.3. Aegritudo tum existit , quum quid ita uisum est , ut magnum quoddam malum adesse & urgere uideatur , Tusc.q.lib.3. Quod ægritudo uetustate tollitur,id non est in die , Tusc. q lib. 3.id est,in longinquitate temporis positum , sed in cogitatione diuturna . Nam neque omnis ægritudo ,una ratione sedatur : alia est enim lugenti , alia miseranti , alia inuidenti adhibenda medicina . Tusc. q.li.4 . Dum ægritudinis nomen abfit , graue, tetrum,funestum,quod cum sapientia esse, atque,ut ita dicam,habitare nullo modo possit , Tusculan.q.lib.3 .Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit , aucoratione à cogitanda molestia , & reuocatione ad contemplandas uoluptates.3.Tuscu. Aegritudinis causa nulla alia est, nisi opinio & iudicium magni præsentis atq; urgentis mali, Tusc.q.li.3. Aegritudinis effectus, quasi morsus aliquis doloris, Tusculan.quæst.lib.4. Tum denique efficitur illa grauis ægritudinis perturbatio,3.Tuscul.Sedatio ægritudinis.4. Tusculan. Atqui stirpes sunt ægritudinis quæ mulcæ , quàm amare , quæ ipso trunco euerso , omnes eliendæ sunt , &c. Tuscul.q.lib. 3 . Societas ægritudinis , ad Sulp.4.Epistol. Et ægritudinis & reliquorum animi morborum , una sanatio est , omnes opinabiles esse & uoluntarios,eaq; re suscipi, quod ita rectum esse uideatur , Tusc. q.lib.4. Vacuitas ęgritudinis,5 .Tuscul.Aegritudinis uerbo Græci omnem animi perturbationem appellant , Tusc.q. lib.3.At eos qui se ęgritudinis dediderunt miseros , afflictos,ærumnosos , calamitosos (apellamus.) Tusc. q.lib.4. Sed tamen ne me totum ęgritudini dedam , sumpsi mihi , &c. ad Att. lib.9.Aegritudini se solent dedere, 3.Tusculan. & 4.Tusculan.Aegritudini subijciuntur inuidia, æmulatio, obtrectatio,misericordia,angor,luctus,mœror , ærumna, dolor,lamentatio,solicitudo,molestia , afflictatio , desperatio,& si qua sunt de genere eodem,Tusculan. q.lib.4.Aegritudinem omnem procul abesse à sapiente , quod inanis fit , quòd frustra suscipiatur , quòd non natura exoriatur.sed iudicio,sed opinione , sed inuitatione quadam ad dolendum,quum id decreuimus ita fieri oportere, Tuscul. q. li. 3 . Chrysippus ipsam ęgritudinem λύπην, quasi λύσιν, id est , solutionem totius hominis appellatam putat , Tusc.203 b . Detrahere ęgritudinem,3.Tusc.Culpa contractum malum , ęgritudinem acriorem facit,3 .Tusculan. Ex malis metum & ęgritudinem nasci censent.4. Tuscul. Aegritudinem non omni malo effici censent Cyrenaici , sed inſperato,nec opinaro malo, Tusc.q.lib.3 . Aegritudinem Zeno definit opinionem mali præsentis recentem, Tusc.lib.3.Depellere ęgritudinem,3.Tuscula. Effecit hæc res maximam ęgritudinem , 3.Tuscul. Quæ enim uenientia metuuntur , eadem efficiunt ęgritudinem instantia , 4. Tuscul. Aegritudinem , quam Stoici ut tetram & inanem belluam fugiendam esse dicunt.Peripatetici non sinæ magna utilitate à natura dicunt,constitutam , ut hominis castigationibus,reprehensionibus, ignominijs affici.se in delicto dolerent,Tusc.q.li.4. Eleuare ęgritudinem,3.Tuscul. Eripiamus huic ęgritudinem . 3. Tuscul. Extenuare ęgritudinem, 3. Tusc. Aegritudinem nisi eximus , sic.ut abijciamus,miseria carere non possumus , Tuscul,q.lib.3.Etenim si sapiens in ęgritudinem incidere posset , posset etiam in misericordiam,posset in inuidentiam, 3.Tuscul.Vt ipsam ęgritudinem leniri uidemus,quam obijcimus mœrentibus imbecillitatem animi effeminati, quumq; eorum grauitatem constantiamq; laudamus , qui non turbulente humana patiantur , Tuscul.q. lib. 4. Id mihi erat satis ad leniendam ęgritudinem firmum , ad Attic.lib.13 . Si neq; mala sint illa, quæ metum ęgritudinem ue , nec bona quæ cupiditatem lætitiamve moueant ,' tamen sit uitiosa ipsa commotio , 4. Tusc. Aegritudinem paruis rebus moueri ait Lycon , fortunæ & corporis incommodis , non animi malis,Tusc.q.li.3. Nihil est quod tam obtundat eleuerque ęgritudinem quàm perpetua in omni uita cogitatio , nihil esse quod accidere non possit,quàm medietatio conditionis humanæ,quam uitę ut lex,commentatioq; parendi, Tusc.q.3.Repellere ęgritudinem ab aliquo,3. Tuscula.Sedare ęgritudinem,3 . Tusculan. Aegritudinem ex turpitudine , quàm Cleantes summum malum fatetur , suscipi posse , Tusculan.qu.lib. 3 . Voluntate igitur & iudicio suscipi ęgritudinem confitendum est,Tusculan.q.lib. 3.Sustulit uniuersam ęgritudinem philosophia,3.Tuscula.139 a . Ex quo intelligitur non in natura , sed in opinione esse ęgritudinem,Tusc.q.lib.3. Tolerare ęgritudinem,4.Tusc. Tollere ęgritudinem,3.Tusc.cũ Constet ęgritudinẽ uetustate tolli,3.Tusc. Sublata igitur ęgritudine, sublatus est metus,Tusc.lib.4.Aegritudine affici , Tusc.q. lib . 3 . Num in illa re,quæ ęgritudine, Alcibiadem afficiebat,mali nihil

hil fuisse? Tuscul.quæst.lib.3. Quid est autem non miserius solum, sed fœdius etiam & deformius, quàm ægritudine quis afflictus debilitatusq; iacens? Tusc.lib.1.Cõfici ægritudine, 3. Tusc. Debilitatus ægritudine, 4. Tusc. Derracto ab ægritudine hoc, quod totum est uoluntariũ, ægritudo erit sublata illa mœrens, morsus tamen & contractiunculæ quædam animi reliquentur, Tusc. qu. lib. 3. In ægritudine lenienda, quam quisq; curationem recipere possit, uidendum est, Tusc.q.lib.3.Lõgior uero epistola non me solùm, sed meos oẽs ægritudine leuauit. ad Attic li. 9. Quarum enim tu rerum cogitatione nos leuare ægritudine uoluisti, earum etiam commemoratione lenimur. Luceio, lib.5.epist. Opprimi ægritudine, 3. Tusc. Neq; tamen quom se in media stultitia, qua nihil est peius, hærere intelligant, ægritudine premuntur, 3. Tusc.

Aegrotatio, nis. ἀσθένημα, morbus Tusc. 195 a, Sed propriè ut ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo. Tuscul.lib.4. Quomodo autem in corpore est morbus ægrotatio & uitium, sic in animo. Morbum appellant totius corporis corruptionem, ægrotationem, morbum cum imbecillitate. Vitium, cum partes corporis inter se dissident: ex quo prauitas, membrorum distortio, deformitas, item ibid. Aegrotationes autem & morbi animorum difficilius euelli posse putantur, &c.

Aegroto, as. ægro corpore sum, morbo sum affectus. pro Clu. 54 b, Is ibi in morbum incidit, ac satis uehementer diuq; ægrotauit. de Sen. 91 a, Adolescẽtes facilius in mor bos incidunt, grauius ægrotant, tristius, curantur. Grauissimè ægrotare.)(.optimè ualere.de Fin. 73 b, At.116 a, Homo quotannis periculosè ægrotans. Tusc.226 b, Vt ea res, ex qua animus ægrotat, oriatur. Off.7.a, Si grauiter ægrotare filius cœperit. Tusc.166 b, Pompeio nostro familiari, cũ grauiter ægrotaret, Neapoli melius est factũ.

Aegrotus, a, um. æger. Ep.133 a, Cùm ad L. Cæsarẽ ægrotum Neapolim uenissem, quãquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen, &c. Item, Vt si medicus, cum ægrotus alij medico traditus sit, irasci uelit, &c. I. V. 66 a, Hoc remedium est ęgrotæ ac prope desperatæ reipub.

Aegypta, tæ. uiri nomẽ. ad Att. li. 12, & 13. & Ep. Fa. li. 16.

Aegyptivs, a, um. de N. 10 b, Portenta magorum, Aegyptiorumq; demẽtia. I.P. 90 a, Rex Aegyptius. de N. 67 a, Omne ferè bestiarũ genus Aegytij consecrarunt. Tusc. 243 b, Aegyptiorum imbutæ mentes prauitatis erroribus: quamuis carnificinam prius subierint, quàm ibim, aut aspidem, aut felem, aut carnem, aut crocodilum uiolent. Tusc. 243 b, De Aegyptiorum superstitionibus.

Aegyptvs, ti. contra Rul. 74 a, Alexandria, cunctaq; Aegyptus. Nilus. L. Ibis.

Aelivs, lij. in Bruto, Aelius scriptitauit orationes multas, orator ipse nunquam fuit. C. Aelius Stalenus, pro Clu. Aeliorum familia. pro Clu.

Aelia Lex. uide, Leges uariæ.

Aelianvs, ab Aelio equite Romano & Stoico. de Cl. Cot tam autem miror summum ipsum oratorem, minimeque ineptum, Aelianas leueis oratiunculas, uoluisse existimare suas.

Aemilia. regio. Ep. 162. Amilia tribus, Attic. lib. 2.

Aemvlatio, onis. uirtutis imitatio, inuidia. Tusc. 212 b, Aemulatio dupliciter dicitur, ut & in laude & in uitio nomen hoc sit. nam & imitatio uirtutis, æmulatio dicitur: & est æmulatio ægritudo, si eo quod concupierit, alius potiatur. ipse careat. Tuscul. 221 b, Illa uitiosa æmulatio, quæ riualitati similis est.

Aemvlator, toris. At. 23 a, Seruilius æmulator Catonis.

Aemvlor, aris. imitor, inuideo. pro Fla. 159 b, Omnes eius urbis institutæ laudare facilius possunt, quàm æmulari Tusc. 157 b, His æmulamur, qui ea habent, quę nos habere cupimus. Item Obtrectare alteri, aut illa uitiosa æmulatione, quæ riualitati similis est, æmulari, quid habet utilitatis? cum sit ęmulantis angi alieno bono, quod ipse non habeat: obtrectantis autem alieno bono, quod id etiam alius habeat.

Aemvs uel Hæmus. Thraciæ promontorium. pro Fl. 152 b, Hæc classe M. Crassus uir amplissimus ab Hæmo in Asiam, his nauib. Flaccus ex Asia in macedoniã nauigauit.

Aemonensis ciuitas. pro Flac. 153 a, Hinc Aemonensis, & Aemonense. ibidem: Citat præco uoce maxima legatos Aemonenses.

Aemvlvs, a, um. pro Mar. 131 a, Ille æmulus atque imitator studiorum meorum. At. 93 b, Licet Brutũ solũ ames, me æmulum non habebis. de In. 51 b, Rei alicuius comprobatores atq; æmuli. pro Cę. 44 b, Quin illa Claudia æmula domesticæ laudis. I. A. 66 a, Is me potissimum testatus est, se æmulum mearum laudum extitisse. I. V. 252 b, Si non tanquam uirum, at tanquam æmulum remouisset. pro Mur. 138 b, Stoici æmuli inuentorum Zenonis.

Aenaria, insula Italiæ proxima. At. 167.

Aeneas, æ. I.V. 216 b, Aeneas fugiens a Troia, &c.

Aenevs, a, um. quod ex ære est. de N. 65 b, & I. V. 213 b, Lectiarati, cãdelabra ænea. Off. 59 b, Equus æneus. (. A. 252 a, Aenea statua. de In. 71 a, Aeneum trophæum. I. V. 200 b, Signum æneum, marmoreum, eburneum.

Aenigma, tis. scrupus latinè dicitur, teste Gellio. de Or. 158 a, Ex hoc genere fiunt ea, quæ uocantur ænigmata, non est autem in uerbo modus hic, sed in oratione. i. in continuatione uerborum. At. 111 a, Aenigma oppiorum ex Velia plane non intellexi. & ibid. Iam intellexi tuum ænigma. de D. 135 b, Iam uerò, quò pertinent obscuritates & ænigmata somniorum? At. 96 a, Literæ græcæ ἐν αἰνίγματι. At. 34 b, Cætera erunt ἐν αἰνίγματι.

Aeolis, ei. pro Fl. 159 b, Tria Græcorum genera sint uetè, quorum uni sunt Athenienses, quæ genus Ionum habetur: Aeoles alteri: Dores tertij nominabantur.

Aequabilis, le. de In. 70 b, Par, quod inter omne æquabile est. de Fin. 133 a, Moderati æquabilesq; habitus. Of. 1 b, Aequabile & rẽperatum orationis genus. de Or. 113 b, Tractu orationis leui & æquabili perpoliuit illud opus. pro Cecin. 298 b, Quod æquabile inter omnes & unum omnibus esse posit. Offic. 41 a, Aequabilis predæ partitio. pro Fl. 152 b, Prætoris diligentia requirenda in numero nauium, & in descriptione æquabili sumptus. Qu. Fr. 296 a, Iuris æquabilem tenere rationem. de N. 12. a, Vt omnia omnibus, paria paribus respondeant: hãc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est, æquabilem tributionem. de N. 30 b, Motus certus & æquabilis.

Aequabilitas. ἰσονομία. de Ora. 128 a, Quidam intolerantius se iactant, & æquabilitatem communis iuris, potestantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt. Aequabilitas motus, de N. 28. b, & 23 a, aliàs æquilibritas. de Ora. 140 b, In laude iustitiæ explicandum erit, quid cum illo quid cũ æquabilitate factum sit. Or. 201 b, Lenitas & æquabilitas orationis. Of. 22 a, æquabilitas uniuersæ uitæ, tũ singularum actionum maximè decora est. Of. 18 a, In liberis populis, & iuris æqualitate, exercenda etiam est facilitas. Attic. 286 b, Fortis animus sine constantia & æquabilitate nihil est. Offic. 18 b, Præclara est æquabilitas in omni uita, & idem semper uultus, eademq; frons.

Aequabiliter. de Or. 128 b, Genus facetiarum æquabiliter in omni sermone fusum. Off. 41 a, Aequabiliter prędam dispartiri. de Ora. 114 a, Oratio cum lenitate quadam æquabiliter profluens.

Aequalis, le. par, æquabilis, ætate coniunctus, eadem ætate, eiusdem ætatis, coæuus. de Or. 91 b, Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares. Ora. 215 b, partem pedis & æqualem esse alteri parti. Or. 208 a, Oratio par & æqualis rebus ipsis. de Le. 171 a, Quæ uis non modò senior est quàm ætas populorum, sed ęqualis dei. de Cla. 187 a, Sed ordinem sequens, in memoriam notam & æqualem necessario incurro. Para. 119 b, Peccata esse æqualia. Ora. 206 a, Demosthenes successit magnis, & maximos oratores habuit æquales. de Dom. 88 b, Philistius æqualis temporum illorum. de Leg. 157 b, Ipse autem æqualem ætatis fuit memoriam deposcit. Ora. 218 a, Et cretici æqualis pæan, qui spatio par est, syllaba longior. de Ora. 160 b, Quod metir possumus interuallis æqualibus. de Ac. 252 a, Hoc sacrificium quod a regibus æquale hnic urbi accepimus. de Cl. 171 a, Liuius Ennio æqualis fuit. I. A. 252 b, Deiotarus cuius beneuolentia in populum Romanum est ipsius æqualis ærati. Or. 217 a, Imparibus an æqualibus? de Le. 174 b, Paupertatem diuitijs etiam inter homines æqualem esse uolumus. Brut. 165 a, Memoriæ proditum est poetas nobiles poetarum æqualium morte doluisse. In Sal. 272 a, æqualem & parem uerbis uitam agere.

Aequalitas, tis. de Le. 193 b, Quidam uirtutibus exceptis atq; uitijs, cætera in summa æqualitate posuerunt. de Cl. 178 b, Aequalitas uestra & pares honorum gradus. pro Lig. 142 b, Quis est qui horum consensum conspirantem & penè conflatum in hac propè æqualitate fraterna non nouerit? pro Mur. 134 a, Prætor offensionem utrat æqualitate decernendi. de Or. 100 b, In rebus causisq; ciuium æqualitatis conseruatio. Part. 231 b, Similitudo æqualitasq; uerborum.

Aequaliter, æquè, æquabiliter, æqua parte, æqua conditione, uno tempore, constanter. de Am. 106 b, Vt nostra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiæ pariter, æqualiterq. respondeat. & de N. 49 a. l. Nitor. & de Vn. 201 a. & ad Her. 27 b. pro Mil. 116 b, Clodius æqualiter in alienos & in suos irruebat. Qu. Fr. 296 b, Quod Græcis æqualiter Sylla describeret. Epist. 177 a, Aequaliter aut forte agros legionib. assignari puto oportere. I. V. 184 b, Frumentum, quod ciuitatibus æqualiter esset distriburu m. pro Fl. 163 a, Communis hæreditas, quæ æqualiter ad utrunq; lege ueniebat.

Aequatio, onis. ὁμαλότης. pro Mur. 135 b, Aequatio gratiæ & dignitatis. Off. 48 b, Æquatio bonorum.

Aeque. tam, pariter, similiter, æqualiter, peræquè. de Orat. 128 a, Afferendum est aliquid, quod sit grauius aut æquè graue. de Ora. 160 b, Nam uersus æquè prima, & media, & extrema pars attẽditur. pro Qu. 16 a, Procurator æque utriusq; necessarius. Epi. 211 b, Id utriq; nostrũ æque gratum est. Off. 39 a, Beneuolentia ciuium non æque omnes egent. & ibidem: Sed ea non pariter omnes egemus. pro Clu. 59 a, Quos tamen ipsos æquè, & eos qui, &c. hæc cura solicitat. pro Do. 219 a, Cn. Pópeius æquè ut unusquisque uestrũ pro Salute mea laborauit. de Arch. 247 b, Qui æque atq; ego non sunt occupati. de In. 51 a, b, Maius, minus, æquè magnum. de Fi. 63 a, Neq; ipsam amicitiã tueri possumus, nisi æquè amicos & nosmetipsos diligamus. de Fi. 63 a, Nam & lætamur amicorũ letitia æquè ac nostra, & pariter dolemus, &c. de Dom 89 b, Hebes æquè ac pecus. de N. 68 b, Hi coluntur æque atq; illi. pro S.R. 37 b, Hoc æquè turpe est atq; illud. I.V. 56 a, Nihil æque cupio atq; bonam famam. Of. 47 b, Diuites cùm magnum aliquid ab aliquo acceperint, æque à se aut postulari, aut expectari aliquid arbitrantur. de Ora. 147 a, Non æque quid dicant attendo. I. V. 135 b, Verum etiam sui meminerat æquè. id est pariter. Att. 277 a, Hoc ad officium meum æquè atque ad ullam aliam rem pertinet.

Aequilibritas, aliàs Aequabilitas uel æqualitas. de Nat. 23 a, Confugis ad æquilibritatem, sic enim ἰσονομίαν, si placet, appellemus.

Aequimelivm, lij. pro Dom. 233 b, Sp. Melij regnum apperentis domus est complanata. Et quid aliud æquum accidisse Melio populus Ro. iudicauit: nomine ipso Aequimelij, stultitia pœna comprobata est. & de D. 116 b.

Aequinoctivm, ctij. At. 169 b, Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod ualde perturbatum erat. Att. 195 b, Publius si æ quinoctiũ expectat, nauigaturus uidetur. In Arat. In quo autumnale atq; iterum sol lumine uerno, Exæquat spatium lucis cum tempore noctis.

Aequiparo, as. æquo. Tusculan. 238 a, Nemo est qui factis me æquiparare queat.

Aequitas, tis. æquum & bonum, æqualitas, æquum. Par. 241 b, Aequitatis uis est duplex, cuius altera directi & ueri, & iusti, & (ut dicitur) æqui & boni ratione defenditur: altera ad uicissitudinem referendæ gratiæ pertinet: quod in beneficio gratia, in iniuria ultio nominatur. Aequitas animi, Tusc. 169 a. i. tranquillitas. Offic 13 b, Difficile est, cùm præstare omnibus concupieris, seruare æquitatem, quæ est iustitiæ maximè propria. Att. 67 b, Perspice æquitatem animi mei. pro Mur. 134 a, Aequitatis largitio. de S. 77 a, Noui enim moderationem animi tui & æquitatem. pro Cec. 297 b, Ex æquo & bono, non ex calliido uersutoq; iure rem iudicari oportet. de Cl. 177 b, In explicanda æquitate nihil erat Crasso copiosius. pro Pl. 267 b, Fugisti sententiam legis, æquitatem omnem reiecisti, de Or. 105 b. Pro æquitate cõtra ius dicere. I.P. 85 b. Quo in spectaculo mira reip. æquitas erat, uter eorum periisset tanquam lanista. de Ora. 99 a, Iudicia in quibus sæpe non de facto, sed de æquitate & iure quæritur. de Orat. 106 a, Nonne arripuisti patrocinium æquitatis, & defensionem testamentorum ac uoluntatis mortuorum? Epist. 17 b, Aequitatẽ tuam non potui non probare. de Orat. 118 a, Tres personas unus subsstineo summa animi æquitate: meam, aduersarij, iudicis. Offi. 50 a, Hoc nullam habet æquitatem. Att. 263 a, Summa bonitas & æquitas causę. pro Cecin. 292 a, Omninò iam bene agis, à uerbis enim recedis, & æquitate uteris. Top. Aequitas paribus in causis, paria iura defiderat.

Aequo, as. exæquo, assequor, gradus tollo, parem facio, nec maius nec minus fieri. I. Minor. de Cla. 177 a, Existimo in his primum cum Græcorum gloria Latine dicendi copiam fuisse æquatam. I. V. 225 a, Aequata agri planities, de L. 189 a, Inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarent. de In. 42 b, Aequari cum aliquo. Offic. 1 b, Hi libri iam se illis fere æquarunt. I. V. 80 a, Vix eum huius parua parte æquari conferriq; posse. de Di. 87 b, Oracula, quæ æquitatis fortibus dicuntur. I.P. 62 a, Productus in concionem ab eo cui fic æquatum præbeas consulatum tuum.

Aequor, oris. planities. de Di. 99 b, Babylonijs in cãporum patentium æquoribus habitantes.

Aequvs, a, um, quod habet æquitatem, non iniquius, æqualis, plenus. I.V. 234 a, Prætor æquus & sapiens, Attic. 130 a, Aequum est me à te impetrare, ut, &c. Item, Cum de iure ciuili, cum de æquo & bono disputatur. de Cl. 177 b, & ibi Crassus multa contra scriptũ pro æquo & bono didixit. & ibi, Scæuola peracutus ad excogitandum quod in iure aut in æquo, uerum aut esset, aut non esset. Part. 241 b, Directum, & uerum, & iustum, & ut dicitur æquum & bonum. pro S.R. 19 b, Aequa atq; honesta postulatio At. 262 a, Cæsar rescripsit Attico, æqua eum postulare. Epist. 179 b, Vt æquum erat, ut par erat. pro Qu. 2 a, Magistratus æquus reperiri hodie non potest. de In. 48 a, Præter æquũ & bonum. pro Qu. 8 a, Quis nobis ista iura tam æqua describit? Top. 226 b, & Off. 64 a, Aequum bonum, & æquius melius in arbitrio rei uxoriæ. pro Qu. 8 a, Quis hoc statuit, quod æquum sit in Quinctium, id iniquum esse in Neuium? de Fat. 141 b, Sed Posidonium, sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus. pro Cor. 67 b, Et erat æqua le, & omnibus utilis. Attic. 199 b, consequeris tamen, ut eos ipsos, quos contra statuas, æquos placabilesq; dimittas. de Pro. 82 b, Quem animo æquo uidere non possumus At. 97 a, Esse animo æquo de aliqua re. Epist. 18 a, Quare, si iniquus es in me iudex, &c. sin me id facere noles, te mihi æquum præbere debebis. Qu. F. 308 b, Populo à se alienato, nobilitate inimica, non æquo senatu, iuuẽtute improba. Qu. de Pet. 212 a, Tamen hi possunt absẽte placati æquiq; discedere. In V. 266 a, Aequo animo uidere aliquid. pro Cl. 18 b, Animis aut libentibus aut æquis remittatis. I.V. 267 a, Vide quam me fis usurus æquo. pro Syl. 177 b, Vinam hæc non modo' iniquorum inuidiæ, sed & æquorum expectationi satisfacere possit. Att. 105 b, Tranquillissimus autem animus meus qui totum illud æqui, boni facit. Aequo animo facere aliquid. I. iniquus. pro S.R. 42 a, Concedo, & quod animus æquus est, & quia necesse est. Qu. Fr. 317 a, Ab æquis uero, etiam à propensis in hanc partem diligimur. Epi. 35 a, Et me tibi amicissimum esse, & æqui & iniqui intelligant. pro R.P. 129 b, Satis multa hominibus non iniquis hæc esse debent, nimis etiam multa uobis, quos æquissimos esse confidimus. Atti. 275 a, Aequo animo te noueri patieris ad Her. 36 b, In æquos & pares fastidiosus. I.V. 210 b, Par, æqua proportio. Of. 25 a, Priuatum oportet æquo & pari cum ciuibus iure uiuere. pro Cec. 294 b, Aequus & planus locus.

Aer, æris, cælum, anima, spiritus, æther, Iupiter. Aer, nomen ęgratum

gratum, sed receptum iam tamen usu à nostris, 2 de Natura deorum, Ex aqua oritur aer, 3 de Natura, Aer oritur ex respiratione aquarum: earum enim quasi uapor quidam habendus est, de Nat. d. 2. Motu eius caloris qui aquis continetur, aer alitur & æther expirationibus terræ, 2 de Nat, deor. Aer annuas frigorum & calorum facit uarietates, 2. de Nat. d. Aer cœli tenuitate & calore temperatus, uitalem & salutarem spiritum præbet animantibus, 2. de Nat. d. Sic nobis aer crassus offunditur, Aca. q. ed. 1. lib. 2. Aer crassissimus circumfundit terram, de Nat, d. 2. Ex in mari finitimus aer die & nocte distinguitur. Isque tum fusus & extenuatus sublime fertur, tum autem concretus, in nubes cogitur, 2. de Nat. deor. Aer & ignis nihil habent proni, Tusc quest. 1. Id est, quod uergat in imum. Aer & ignis sursum rectis lineis, in cœlestem locum subuolant, Tuscul. quest. lib. 1. Aer & ignis supera semper petunt, Tusc. q. lib. 1. 35. Aer, ignis, aqua & terra, prima sunt initia & elementa rerum, Aca. quest, æd. 2. lib. 1. Aer fertur leuitate sublimi, 2. de Nat. d. Ipse uero aer, qui natura est maximè frigidus, minimè est expers caloris, 2. de Nat. deor. Aer cum fusus & extenuatus in sublime fertur, tum concretus in nubem cogitur, humoremque colligens, terram auget imbribus: tum effluens huc & illuc uentos efficit, 2. de Nat, d. Aer interiectus inter mare & cœlum, 2. de Nat. d. Aer Iunonis nomine consecratur, 2. de N. d. Ipseque aer nobiscum uidet, nobiscum audit, nobiscum sonat, 2. de. N. d. Aer purus ac tenuis: cui opponitur Cœlum crassum ac concretum, de Nat. d. 2. Aer, qui est terræ proximus, crassus est & concretus, Tusc. quest. lib. 1. Aer quem spiritu ducimus, de Nat. deor, 2. Ipse uerò aer, qui natura est maximè frigidus, minimè est expers caloris, de Nat, deo. 2. Aer spiritu ductus, alit & substentat animantes, de Natura d. 2. Non uerisimi le solùm, sed etiam uerum esse censent, perinde utcumque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque for mari, ex eoq; ingenia, mores, animum, corpus, actionem uitæ, casus cuiusq; euentusq; fingi, 2. de Diuin. Namq; est ales auis lato sub tegmine cœli, Quæ uolat, & serpens ge mnis fecat aera pennis, in Arato. Aera deum statuit Anaximenes, de Nat. deo. 1. Aerem qui per maria manaret, Neptunũ esse disputat Chrysippus, de Nat. deor. 1.

Aerarium, rij. pecunia publica, uectigalia, locus ubi ea pecunia asseruabatur. Att. 85 a, Ariobarzanes nullum ærarium, nullum uectigal habet. Offic. 69 b, Cato nimis præfractè ærarium, uectigaliaq; defendebat pro Fl. 155 a, Hi etiam ærarij nostri tabulas falsas esse uoluerunt, nam, &c. I. P. 92 b, Rationes ad ærarium retuli. de Ar. 247 a, Meam domum senatus ex ærario ædificandam putauit. Et ibid. Mea domus ędificatur pecunia publica. Qu. F. 3 17 a, Drusus à Tribunis ærarij de præuaricatione est absolutus. I. V. 67 a, Depeculator ærarij. I. V. 132 b, Primum mihi literas publicas, quas in ærario sanctiore cõditas habebant, proferunt. At. 13 a, Hirudo ærarij. contra Rul. 80 b, Pecuniam referre in ærarium lex uetat, exigi prohibet. At. 99 a, Referre in ærarium ad H S. mille. Att. 99 a, Vt ego amicior inuenirer Phrigum & Cilicum ęrarijs, quàm nostro.

Aerarius, a, um. quod ad ærarium pertinet, pro Qu. 3 a, Hoc eò per te agebatur, quod propter ærariam rationem non satis erat in tabulis inspexisse quantum deberetur, nisi, &c. de Or. 1 33 b, Is qui te ex ærarijs exemit lustrum cõdidit. At. 11 a, Milites non tam ærarij, quàm, ut appellantur, ærati. pro Cl. 42 b, In ærarios referri & tribu moueri. Qu. F. 3 11 b, Senatorum urna copiosè absoluit, equitum adæquauit, Tribuni ærarij condemnarunt.

Aeratus, a, um. quod ære tectum est. in Verr. 213 b, Lecti ærati, candelabra ænea. Att. 11. a, Milites ærati: id est, ære alieno obstricti.

Aere dirutus, I. V. 242 b, Aleatoris castra, in quibus cum frequens fuisset, tamen ære dirutus est: id est euersus, uictus, & ære alieno obstrictus.

Aerius, a, um, uel Aereus, a, um, animalis, spirabilis, flabilis, de Vn. 201. a, Erant animantium genera quatuor, quorum unum diuinum atq; cœleste, alterum pennigerũ

aerium, &c. Top. 227 b, Aerei uolatus auium.

Aerugo, ginis. quasi æris quædam scabies ipsum corrumpens. Tusc. 215 b, Aes Corinthium in æruginem incidit.

Aerumna, calamitas, est ægritudo laboriosa, Tusculan. q. lib. 4. Vt ubi uirtus sit ibi esse miseria & ærumna non possit, 5. de Fin. Qui aliorum ærumnam dictis alleuans, &c. Tusc. q. lib. 3. Quod si mihi æternam esse proposita ærumnam arbitrarer, morte me ipse potius, quàm sempiterno dolore multassem, post Reditum in Senatu. Te miseriæ, te ærumnæ premunt omnes, Parad. 119 b, Herculis peripeti ærumnas, de Fin. 147 b. Tu ornatus ærumnis, uenis ad eum lacerandum quem interemisti: ego iacentem & spoliatum defendo ac protego, pro Sylla: hoc est, ornatus ærumnis & uelut spolijs Syllę.

Aerumnosus, calamitosus, M. Regulus infelix, nec ærumnosus, Par. Crux infelici & ærumnoso comparabatur, 7. Ver. Nec tam ęrumnoso nauigassem falo, 3. Tusc. Id est, per mare, in quo tot labores tolerandi fuerunt. At eos, qui se ægritudini dediderunt, miseros, afflictos, ærumnosos, calamitosos, 4. Tusc. Aerumnosissimus, Attic. lib. 3, & 9. pro Cluentio.

Affinis,ne.affines propriè sunt,uiri & uxoris cognati inter se,quod duæ cognationes inter se diuersæ, per nuptias conIunguntur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, ut Iurisconsulti docent.coniunctus.Post.207 b,Item alibi, Tu me affinem tuum constrictum inimicis reip. tradidisti, postq. 200 a,Alter mihi affinis erat, alter &c.Post.208.a, Tu affinem tuum,filiam meam,à genibus repulisti.de.Ora. 90 b,Marius affinis noster.Epi. 184 a,Alter item affinis nouis commentarijs Cæsaris delinitus est. Affinis, cōiunctus, I.C.119 a,Huic facinori si paucos putatis affines esse,uehementer erratis.pro Syl,170 a, Homines huius affines suspicionis.I.V.127 b,Affinis rei capitalis.de In.65 b, Si nulli uitio affinis ostenditur. pro S.R.21 b, Affinis alicui culpæ.

& de In.78 b,Affinis alicuius culpæ.ad Her.26 b,Huius sceleris affines,pro Cl.44 a,Duos solos uideo autoritate cēsorum affines ei turpitudini iudicari.

Affinitas,tis.coniunctio affinitatis, necessitudo . de Clar. 193 a, P. Crassus cū summo illo oratore Ser. Galba,cum C.filio filiā suam collocauerat, affinitate sese deuinxit.de Fin.140 b, Serpit sensim foras,cognationibus primùm, tū affinitatibus,deinde amicitijs,post uicinitatibus,&c. & de Orat.118 a,Cognationes, affinitates, &c.pro Cluen.54 b, & 59 b.& Ep.45 a.Affinitatis coniunctio,Officior.2 b.

Affirmatio, nis. Off.73 a, Iusurandum est affirmatio religiosa.Epist.155 b,Credidi chirographis eius, & affirmationi præsentis Laterēsis.Epi.147 a,Quo magis iudicares omnia me Reip. causa præstitisse, quæ & tua exhortatione egi cepi,& mea affirmatione tibi recepi.

Affirmate.asseueranter.Officior.73 a,Quod affirmatē, quia si Deo teste,promiseris,id tenendum est.

Affirmo,as.cōfirmo,assero,asseuero,adiuro,aio.de Or. 143 a,Nihil enim aliud affirmare possum, nisi sententiā & opinionem meam.Att. 189 b. Affirmō tibi nullan consolationem esse talem.de D. 106 b,Nam id quidem difficile est affirmare.pro Mar.131 b,Tamen hoc affirmo,& hoc pacem cum tua,nullā,&c.At.212 a,Omni tibi assueratione affirmo,quod mihi credas uelim,mihi,&c.de D.110 a, Dicā tur ad ea quæ sunt à te dicta, sed ita nihil ut affirmem; quæ ram omnia.At. 106 b, Quid opus est de Dionysio tam uehemēter affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem ? de In. 55 a,Approbario, per quā id quod breuiter expositum est, rationibus affirmatum probabilius & apertius fit.Atti.23 a,Non soleo temerè affirmare de altero.Or.135 a,Toto capite annuere.

Affixus,a,um.de In.50 b,Continentia cum negocio sunt ea quæ semper affixa esse uidētur ad rem, neque ab ea possunt separari.Tuscul.229 b,Prometheus affixus caucaso.

Afflatus,tus.inflatus,instinctus, furor, impetus, anhelitus, ἐνθουσιασμός,concitatio mentis, incitatio mentis, permotio mentis. de N. 59 b, Nemo uir magnus sine aliquo afflatu diuino unquam fuit. Itē. Poeta nemo sine inflammatione animi,& sine quodam afflatu, quasi furoris, esse potest. de D.87 b,Oracula,quæ instinctu diuino afflatuque funduntur. de D. 132 b, Quid tam diuinū quàm afflatus extra mentē ita mouens,ut eam prouidam rerum futurarum efficiat. de Di. 88 b, Potest autem uis illa terræ, quæ mentem Pythię diuino afflatu concitabat,euanuisse uetustate.

Afflictatio, onis. ægritudò, cum uexatione corporis. & 212 b.Tusculan.213 a.

Afflictio, onis . Tuscul.196 b,Habet ardorem libidos.&c. Sed ægritudo maiora quædam,tabem,cruciatum,afflictationem,fœditatem,aliàs,afflictationem.

Afflicto,as.conficio, crucio,iacto.Att.44 a,Hic tu me accusas,quòd me afflictem.

Afflictari.Tuscula.207 b.Item At.170 b, Scire nihil potuit de nostris domesticis rebus, de quib. acerbissimè afflictor.In.Cat.103 b,Deinde multo grauius uehementiusq; afflictātur.pro Milo.105 a,Squallent municipia,afflictantur coloniæ.de Ar.253 a, Hoc etiam turpius afflictatur Respublica,quod,&c.

Afflictor,oris.I.P.93 b,Afflictor,proditor senatus.

Afflictus,tus.afflictatio. Tusculan. lib. 2. Efœminata uitus afflictu occidit.

Afflictus,a,um.prostratus,iacens.)(.Florens . Aliquis afflictus & euersus,pro Qu.13 b.Afflictus & fractus animus At.193 b.Afflictus,& iam omni spe salutis orbatus,6 Fam. Afflictus debilitatusq; egritudine , Tus q.lib.4.Fractus & afflictus calamitate,pro Syl.169 b.Afflictus grauissimè ab quo casu,9 Fam.Magnis clamoribus afflictus cōticuit &cōcidit,At.li.1.Afflictus cōcursū & odio populi,3 ad Qu.fr. Afflictus luctu aut mœrore,in Pis.9 Philip.in Catil.Tus.lib.3.Itaque ut hanc Græciā,quæ iamdiu suis consilijs perculsa & afflicta est,omittā:illa uetus,quę quondam opibus imperio , gloria floruit , hoc uno malo concidit , libertatis immoderata ac licentia concionum . pro Flacco,Si nobilitas hominis , si afflicta fortuna , si reliquiæ pristinæ dignitatis , non tam illustres fuissent . pro Sylla , Afflictius. ad Lent.lib. 1. Afflicta uirtus maximè luctuosa.2. de

Orat.

Orat.Quod certè afflicti & fracti animi non fuit . Attic.li. 12.Qui mihi primus afflicto & iacenti dexteram porrexit. post reditum in Senatu , Hic se ita fractum illa calamitate atq; afflictum putauit, ut nihil sibi ex pristina dignitate superesse arbitraretur.pro Sylla,Hunc in illo timore & fuga Tygranes rex Armenius excepit : diffidentemq; rebus suis confirmauit,& afflictum erexit , perditumq; recreauit.pro Lege Manil. Quanto tandem illum mœrore afflictum esse & profligatum putatis ? in Catil. Videris igitur hominem perisse ipsum iampridem afflictum ac iacentem , perniciosis optimatium discordijs excitari. de Arus.resp. Vt per se afflictum atque euersum ,ppinquum suum non modò honeste partis bonis , uerùm etiam communi luce priuaret . pro Quintio , Senatum abiectum & afflictum excitaui . ad Atticum,12 b,1 famil.Auxerat autem meam quidem spem, quòd domum Antonij afflictum mœstitia audiebam, lamētari uxorem.12.Philip . Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses,ad quos Sex. Titij afflictam nauem uideres.pro C.Rab.Alia sunt sua facta atq; consilia , summa laude digna,quib. illam tu prouinciam afflictam & perditā erexiti atq; recreasti , 5 Ver. Fatetur se non bellè dicere,non ad uolūtatem loqui posse,non ab afflicta amicitia transfugere, atq; ad florentem aliam deuolare.pro Quint. Qui me animo minus fracto esse atq; afflicto loquebantur pro Dom. sua ad Pontif. Atque ita afflicti & exanimati iacent.Tusc.q.lib.2 . Hoc iam ferè sic fieri solere accepimus. ut regū afflictę fortunę facilè multorū opes alliciant ad misericordiam. pro Leg. Manil. afflictæ lectum miseriæ.3 ad Att.Afflictæ prostratæ æque religiones.2.de Leg.Ego recreaui afflictos animos bonorū unūquemque confirmans, excitans.Atti. lib.1.Quid tā porrò regium,tam liberale,tā munificū, quàm opē ferre supplicibus,excitare afflictos,dare salutem,liberare periculis?1.de Or. Quid ergo hoc fieri turpius,aut dici potest,quàm eum , qui hanc personam susceperit,ut amicorū cōtrouersias causasque tueatur , laborantibus succurat, ægris medeatur,afflictos excitet , hunc , in minimis tenuissimisque rebus ita labi , ut alijs miserandus , alijs irridendus esse uideatur?1.de Or. Afflictior condito.6.Fam.

Afflico,gis.profligo,prosterno,deprimo.)(.Erigo, recreo. At.203 a,Vt me leuarat tuus aduentus,sic discessus afflixit. de Cl.168 b,Rem laudando augere.)(.uituperando rursus affligere.cōtra Rul.83 b, Non solum afflixerunt,sed etiam ne quādo recreata exurgere & erigere se possent, funditus sustulerunt.Tusc.216 b , Curæ animos affligunt.pro Mur. 145 a,Si hunc uestris sententijs afflixeritis.de Sen.83 b,Senectus eneruat & affligit homines.pro Do.234 b,Alicuius domum non solum afflīgere, sed etiā religione sempiterna obligare.pro Cæ.54 b, Adolescentiam plenam spei maximè perculisse atq; afflixisse uideamini. I.P.96 b,Illi statuā istius deturbant,affligunt,comminuunt,diuisipant.pro Cęl. 54 a,Qui Catuli monumentum afflixit . de Vn.197 b,Nullus morbus mundum potest , aut senectus affligere.pro S. R.24 a,Mors Qu.Scæuolæ omnes ciues suos pdidit,& afflixit.Attic.12 b, Magnis clamoribus afflictus conticuit & concidit.

Afflo,as.excito,incito . pro Arch.189 , Poetas mentis uiribus excitari , & quasi diuino quodam spiritu afflari.I.V. 83 a ,Sperat sibi aurā post aliquā afflari in hoc crimine.de Se. 89 b, Suauitates odorum,qui afflantur è florib.ad Her, 39 b,Si quē reperiat,cui aliquid mali faucibus afflare possit.Att.li.16, Sed tamē rumoris nescio quid afflauerat,&c.

Afflvens , tis.abundans , refertus , plenus. pro Arch.186 a, Vrbs eruditissimis hominibus , liberalissimisq; studijs affluens.de Fin.83 b, Vita affluens uoluptatibus.de A.106 a,Homo diuitijs affluens.contra R.82 b,Opibus & copijs affluens.Off.31 b, Omnium rerum affluentibus copijsditari.pro Q.R.49 b.Homo bonitate affluens. de Nat.12 a, Affluens bonis omnibus.pro Sest. 6 b,Consul unguentis affluens.I.V.265 a,Homo affluens omni lepore & uenustate.pro Clu.157 b , Domus scelere omni afflūens.de Orat. 148 a,Homines ocio nimio, & ingenijs uberimis affluentes.& 86 a,Ingenijs abundantes.

Affventivs. Tusculan.231 b,Quo affluentius uoluptates undique hauriat.

Affluentia, æ.contra Rullum 85 b , Copia atque affluentia rerum omnium .

Afflvo,is.abundo.de Fin.57 a , Si ea sola uoluptas esset quæ quasi titilaret sensus , ut ita dicam , & ad eos cum suauitate affluereat & illaberetur.Qu.Fr.323 a, Iādiu nihil à te existis locis non modo literarū,sed ne rumoris quidē affluxit.

Affore,Epist.52 a,Maior mihi ratio affore nulla pōt,quàm, &c.aliàs,Leuatio afferri:& quidē melius.Epist.143 a,Non mehercule suspicatus sum illam affore.

Afrania fabula. pro Cæ.52 b, Vt illa uetus Afrania fabula refricaretur .

Africa,cæ.pro Sex. R.35 b , Africa tertia pars orbis terrarum. postq.202 b, Marius cum parua nauicula traiecit in Africam.contra R.76 a,Carthago uetus in Africa.in Sall, 275 a,Sallustius Africam interiorem obtinens. de N.18 a, Vulcanus in Africa . de Or. 158 a , Africa terribili tremit horrida terra tumultu,Ennij .

Africvs, a.um.de Nat.21 b , Cùm uolucres angues ex uastitate Lybiæ,uento Affrico inuentas interficiunt .

Africanvs,diuinus homo. pro Arch.Africanus,homo existimationis retinendę cupidissimus,quomodo cuidam familiari respōderit. 4 in Verr. Africanus Aemilianus ἐφορος 2.de Orat.Africanus , Catonis & Lęlij discipulus.1.de Inuent. Africanus libros Xenophontis de Cyro , ponere de manibus non solebat. 1. ad Qu. frat. Africanus in libris de Repub. Ciceronis persuadere conatur rerum publicarum omnium uetereres fuisse optimam.2.de Leg. Africanus M. Alienum Pelignum scuto protexit, gladiupq; hosti in pectus infixit.Tuscul.q.lib.4.Africanus,secundo bello Punico.2 de Nat. d.Africanus Socraticum Xenophontem semper in manibus habuit . Tusc.q.lib. 2.Africanus Socratici Xenophontis in primis laudabat illud,quod diceret eosdē labores non esse æque graues imperatori & militi , quod ipse honos laborem leuiorem faceret Imperatorum.Tusc. q.lib.2.P. Africanus maior Senatui primū locū ludis assignauit.de Arus.respō. P.Africānus duos terrores imperij Romani,Carthaginē Numātiāq; deleuerat . pro Mur.138 a.P.Africanus ueterem Carthaginem consecrauit,in Rull. P.Africanus L. Cottam in iudicium uocauit,1 in Verr.P. Africanus,.quid de Tib. Gracchi morte senserit , pro Mil. P.Africanus,Carthagine deleta,Siculorū urbes monumētis pulcherrimis exornauit , 4 in Ver.P.Africanus , domi suæ quiescens,interfectus, pro Mil.P.Africanus,sol alter , eo anno extinctus , quo sol geminatus apparuit,de N.d.2. Africani fratris nepos omniū perditorū ita similis fuit,ut esset facilè deterrimus,Tusc.q.lib.1.Africani laus,1 de In. Africani superioris celeritas in re gerenda ,7 in Ver.Africani minoris singulare cōsilij, 7 in Ver. Africani cognomē declarat tertiā orbis partē eum subegisse,pro Rosc.Amer. Nox Africano acerba , 10 ad At. Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest , de Cla. 172 b , Africanum C. Carbo interemit,2 ad Qu.Frat. Cur Africanum domestici parietes non texerunt?3 de Nat.deor.Africano multo maior Cn.Pompeius,5 Fam.In Africano diissimulationē,quā Græci εἰρωνείαν uocant,fuisse,ait Fannius , Acad.q.ed.1.lib. 2.Africani,Maximi,Pauli,Scipiones,ad Oct.

Africanvs,a,um . Africanæ causæ iratior Cæsar.6.Fam.Secutū est bellum Africanum , pro Deiot.At eo tēpore ipso Niceam Ephesumq; mittebat , qui rumores Africanos exciperent,& celeriter ad se referrent,pro Deiot.

Age.Attic.98 b,Age hoc malum quod mihi commune est eū omnib. nihil tibi mando, ut de eo cogites . pro S.R. 26 a, Age nunc refer animum,&c.de Fin.83 b,Age,inquies,&c. I.A.199 b,Age si parturit,possumus,&c.de Or.113 a,Age uero,inquit.pro Fon.283 a,Age uero nunc inferte oculos, &c.de In.42 b,Age uero urbibus constitutis.Ep.85 b,Age uero,laudo aliquē,num offendo.de Fi.326 a,Et ille ridens age age,inquit,&c.de Fin.89 b,Age sanè,inquam.de In.79 a,Age porro,quid si uec.I. V.247 a , Age porro tu,&c.de N.17 b , Age , & his uocabulis deos esse facimus ,&c.pro Cl.34 b,Age quoniam, &c.

Agedvm. pro Syl. 180 b, Agedum conferte nunc cum illius uitam P.Syllæ.

Age fis.i.age si uis.hortantis uox. Part.233 b.

Agite.de Oratore 142 b , Agite uero , ille inquit,ut uultis,

Tusculan.1 84.

AGELLVS,li.de Na.77 a,Dij nec agellos singulorum,nec uiti culas persequuntur.& I.V.166 b.

AGENS,tis. de Orat. 141 b, Vtendum est imaginibus agentibus,acribus,insignitis.

AGERENSIS ager.contra Rul.76.

AGER,gri.territorium,seges,solum,campus,saltus.Agerensis ager:in Rullum. Cognoscerent qui ager colonus esset quò milites uetérani deducti essent, qui contra legem Iuliam possideretur, ut is militib.ueteranis diuideretur,5 Philip. Id é,in quem colonia deducta esset, & qui colonis esset assignatus. Vt ager, quamuis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest,sic sine doctrina animus, Tuscul.q.lib.2.Ager frugifer.Tuscul.q.lib,2.Tum erat ager incultus sine tecto, nunc est cultissimus cum optima uilla, pro Qu.R.50 b.Fundus Irpinus, siue ager Irpinus,totum enim possidet, cótra Rul.88 b. Qui ager neque uillam habuit,neque ulla ex parte fuit cultus,pro Q.R.50 b.Num igitur horum sene ctus miserabilis fuit, qui se agricultione oblectabant? de Senectute.Fines agri, in Vat. 218 b,Ita aqua Albana dedu cta ad utilitatem agri suburbani, non ad arcem urbemque rerinendam, 2 de Diuin. Vt agro à Senatu & uacatione donatus est,de Nat.de. 2. Agro bene culto nil potest esse nec usu uberius, nec specie ornatius, Cat.Ex agro culto, uel qui coli possit ,ullam partē sepulchro sumi uetat Plato, sed quæ natura agri tantummodo efficere possit, ut mortuorum corpora sine detrimento uiuorum recipiat, ea potissimum, ut compleatur. Quæ autem terra fruges ferre, & ut mater cibos suppediture possit, eam ne quis minuat, ne ue uiuus, ne ue mortuus, 2 de Leg. Vite atque agro exterminatus, de Nat. d.1.Ex agro tuo tantum mihi assignes, quantum meo corpore occupari potest,3 ad Att. Quintius de saltu agroque communi ui detruditur, pro Qu.4 b. Is habet in Volaterrano possessionem.i.in agro Volat.Ep.104 b.Agri fertiles,Offic.1.qui multo plus afferunt,quam acceperunt.Agri fructuarij,8 Fam.in Ep.Cęlij. Agri ne consecrentur, Platoni assentior, 2 de Leg. Vt agri non omnes frugiferi sunt qui coluntur ,sic animi non omnes culti fructum ferunt, Tuscul.q.lib.2. Quum essent agri deorum immortalium excepti lege Censoria. 3 de Nat. d.Adscribit idē auctioni Corinthios agros opimos & fertiles,de I.Agr.Quid,qui agros immunes liberosque, arāt, cur oderūt?4 Ver.Agros habent & natura perbonos,& di ligentia culturaq; meliores, pro Fl.161 b.Agros legionib. assignari puto oportere equaliter,aut sorte,11 Fam.in Ep. D. Bruti.De agris eorum legē iniquissimā promulgassent, 13 Fam. Agris Syllanis & agro Campano,11 Fam.D.Bru.

AGGER, ris. terræ aut cuiusuis rei coaceruatio ad loca munienda.I.A.196 a, Aditus hostium castellis & aggeribus prohibetur.At.79 b,Oppidū cinximus uallo & fossa aggere maximo.I.A.226 a, Græcia esset uel receptaculum pulso Antonio, uel agger oppugnandæ Italiæ.

AGYRIVM,oppidū.I.V.162 a, Agyrinensis ager. ibid. Agyrinensium beneuolentia,I.V.170.

AGGLVTINO,as.adnecto.Attic.255 a,Tu illud desecabis, & hoc agglutinabis.

AGRINAE,populi,I.P.99 a,

AGRIGENTVM,ti.urbs Siciliæ.I.V.121 b.

AGRIGENTINVS.I.V.133 b.

AGGREDIOR ,ris.adorior, assilio, inuado,peto,attento , ingredior,incipio,adeo,accedo.I. A.244 b,Quis audeat bene comitatum aggredi?de Orat.148 b , Non repelletur inde, quo aggredi cupiet.pro Ce. 298 b,quid agat, quo modo aggrediatur iudicem non habet . de Or.125 b,Cùm aggredior ancipitem causam.Attic.197 b,Si & filius is fuerit quem tu putas,nec Drusus facilem se præbuerit,Damasippū uelim aggrediare . de N.13 a, Antequā aggrediar ad ea quæ à te disputata sunt,de teipso dicā aliquid.aliàs,Aggrediar ea.de N.61 a,Sic aggredior ad hanc disputationē,quasi,&c.Q.F.314 b,Aggredi ad historiā.Of.1 b,Quidam aggrediūtur ad iniuriā faciendam,ut,&c.de Or.109 b,Quod hoc etiam spe aggredior maiore ad probandū, quia,&c.de Cl.177 a,Antonius imparatus semper aggredi ad dicendū uidebatur.pro Cl.19 a , Sed ne diutius uos teneam,aggrediar ad crimen.pro Mur.127 a,His rebus fretum ad consulatus petitionē aggredi par est.Off.15 a, In omnibus negocijs priusquā aggrediare adhibenda est preparatio diligēs, Off.33 a,De quibus dicere aggrediar,si , &c.Or.209 a, Ex eo loco unde de suis meritis in rep.aggressus est dicere.

AGGREGO,as.coniungo,cōgrego.Ep.12 a,Si meam uoluntatem ad dignitatem alterius aggregassem . I.C.103 b,Si sua cum suos eduxerit , eodemq; cæteros undiq; collectos nauifragos aggregauerit.p Mu.127 a, Quare ego te semper in nostrum numerum aggregare soleo.in Vat.34 a,Huius ciuium eodem crimen ad patris interitum aggregare noluisti.

AGGRESSIO,onis.principium, exordium.Orat.201 b,Cùmque an animos prima aggressione occupauerit, infirmabit excludetque contraria.

AGILITAS,tis.agendi dexteritas , habilitas.Attic.14 b,Agilitas,ut si dicam,mollitiesq; naturæ.

AGITATIO,onis.commotio.de D.135 a, Nunquam animus agitatione & motu uacuus esse potest.de N.53 a,Agitatione & motibus linguæ cibus depellitur . Off. 4 b , Ad quod adhibenda est quædam actio , non solum mentis agitatio; pro Mu.132 a , Motus & agitatio fluctuū.de Sen. 81 b,In omnibus his studiorum agitatio uitæ æqualis fuit. de Or.151 a, Ita fit ut agitatione rerum fit infinita cognitio.de N.11 a, Actio mentis & agitatio in deo.

AGITATOR,oris.auriga, qui equos currumque agit . Attic 210 b, Nec melius quicquam , quàm ut Lucullus sustineat currum equosque, ut bonus sæpe agitator.Acad.23 b, Ego enim ut agitator callidus, priusquam ad finem uenit, equos sustinebo.

AGITATVS,a,um.tractatus,iactatus.pro Cluen.18 b,Res agitata in concionibus,iactata in iudicijs, commemorata in natu.de Som.131 a,Agitatus & exercitatus in optimis studijs.pro Qu.12 , Vt æqualitas multis iniurijs iactata atq; agitata in hoc tandem iudicio consistere & confirmari possit.de Or. 147 b , Quæ omia oratori tractata atque agitata esse debent . de Vn. 196 b , Immoderatè agitatus & fluctuās.)(.quietus tranquillos . Off.16 b , Est uiri magnanimi,rebus agitatis punire sontes, multitudinem cōseruare.

AGITO,as.concutio,impello.de Nat. 24 a , Cum deus pulsetur agiteturq; incursione atomorum . de N. 65 a, Natura omnia ciens & agitans motibus suis. Off.65 b,Excitare & agitare feras.de N.23 a,Atomos pellere scipsos, & agitari inter se concursu fortuito.

AGITARE.persequi , insectari . pro Sex.Ros.29 a,Agitarūt perterrert furiarum tedis ardentibus.de Leg. 163 b,Furis agitant,& insectantur impios.pro S.R. 29 a , Tamen eos agitant furiæ,nec usquam consistere patiuntur . de Di.131 a,Aquila insectatur & agitat alias aues.

AGITARE.uersare, commouere , tractare . pro Cluen. 35 a, Omnia quæ ad rem pertinent,ex huius & ex aliorum tabulis agitatis,tractatis,inquisitis. Tusc.241 a,Mens agitandis exquirendisque rationibus alitur . pro Cor.67 a,Adoptio Theophanis agitata est, per quā,&c.pro Dom.214 b,Sententia quæ erat superioribus diebus agitata in senatu . Att. 18 a.Agraria lex à Flauio Trib.pleb. uehementer agitabatur,authore Pompeio .

AGMEN , nis . exercitus , acies militum copiæ. I. P. 90 b, A Brundusio usque Romam agmen perpetuum totius Italiæ uidi.At.243 b,Nec duces fimus,nec agmen cogamus.I.A. 180 a,b.& 189 a,Agmine quadrato cum gladijs sequuntur scutati milites.I.A.197 b , Ad hanc pestem agmen armatorum sequebatur. & ibi . Certum agminis locum tenebant barbari sagittarij . Item:Educere dictionem ex umbratili exercitatione in medium agmen & puluerem.

AGNASCOR,sceris.post,uel iuxtà nascor , ut frater fratri nascitur . quod si ad patrem referas , agnasci dicitur qui post factum testamentum,patri nascitur.pro Cecin.298 b, Cui filius agnatus sit, eius testamentum esse ruptū.de Or. 106 a , Nemo hæreditatem petit eo testamento, quod pater fecit antequam ei filius natus est:nam constat agnascendo rumpti testamentum .

AGNATIO,onis.cognatio,de Legibus 160 b,Ex quo uerè uel agnatio nobis cū cœlestibus,uel genus,uel stirpes appellari potest.ad Heren.5 a,Lex agnationis.de Orat.99 a,Gentilitatum & agnationum iura.de Leg.160 b,In ciuitatibus ratione quadā agnationibus familiarum distinguūtur.fratres. & ibi. Homines deorum agnatione & gente teneri.

AGNATVS,a.Agnati qui dicātur,ex ijs quę in uerbo agnascor dicta sunt, intelligi potest . Dicuntur enim qui per uirilis sexus personas,cognatione coniuncti sunt, quasi a patre cōgeniti (ut Caius ait) ueluti frater eodem patre natus,filius fratris, nepos ue ex eo. Inter agnatos autem & cognatos hoc interest , quod inter genus & speciem. Nam qui est agnatus , & cognatus est : non utique qui cognatus est , & agnatus est. Cognationis enim nomen, naturale est:agnationis uerò,ciuilis.Propriè.n.ciuilis cognatio, agnatio uocatur: uidelicet,quæ per mares contingit.de Vn.101 b.Iupiter, Iuno, & reliqui , quos fratres inter se & agnatos appellare uidemus. de In. 80 b , Agnati & gentiles .ad Her. 5.a, Lex,si furiosus est , agnatorum gentiliumque in eo, pecuniaque eius, potestas esto.

AGNITIO, onis.cognitio.de Nat.1 a, Quæstio , quæ ad agnitionem animi pulcherima est.

AGNOMEN, nis.idem quod cognomen.de In.65 a,Nomen autem cum dicimus, cognomen quoque, & agnomen intelligatur oportet.

AGNOSCO,cis.cognosco, attendo,sentio,exaudio, recipio,suscipio,confiteor,probo.de N.11 b,Hæc sunt dicta subtilius,quàm ut quiuis ea possit agnoscere. de Am.115 a,Aspicere & agnoscere aliquid. pro Fl.156 a , Sex. Scola,qui ea rem agnoscit,neque hominem ignorat. Or. 218 a,primum enim numerus agnoscitur , deinde fatiat postea cognita facilitate contemnitur.At.255 a, Agnoui erratum meum.de Fin.71 b,Leuiter agnoscere aliquid. Acad.21 b,Simul inflauit tibicen, à perito carmen agnoscitur. Ep.134 b , Moriar, si præter te quēquam reliquum habeo, in quo possim imaginem antiquæ & uernaculæ festiuitatis agnoscere. de Som.127 a, Quod ut agnoui,equidē cohorrui.Ep.75 b,Id ego agnoui meo iussu esse factum.pro Ra.93 b, Ego,si mihi esset integrum,susciperem hoc crimen, agnoscerem cōfiterer.At.134 b,Causam tuā nosco.i.agnosco u. I accipio, Ac.21 a , Equæ poterit in agnoscendo esse distinctio ? pro Pl.265 a,Iacis adulteria,quæ nemo nō modò nomine , sed ne suspicione quidem possit agnoscere.de Am.97 a, Tu autem Fanni , quod tantum mihi tribuisti , quantum ego nec agnosco , nec postulo , facis amicè. Ep.48 b , Quod dicis, &c.nec nosco,noc probo,quod aūt scribis,&c.illud quidē agnosco.de Or.142 a, Humanitatem & facilitatem agnoscimus tuam.de N.19 a,b, Deorum cognationem libenter agnoscerē. Epi.8 b , Quōd mihi de filia gratularis,agnosco humanitatē tuā. Ep.47 a, Dolorem tuum mecū quodā modo agnosco. Or. 213 b , Et apud Græcos quidem iam anni propè quadringenti sunt cum hoc probatur , nos nuper agnouimus.Tusc.163 a, Vt deum agnoscis ex operibus, sic ex memoria rerum & inuentione & celeritate motus , omniq; pulcritudine uirtutis uim diuinam mentis agnoscito.Att.260 b,In tuis quoq; epistolis Alexim uideor agnoscere.pro M.109 a,Cum tota Italia facti illius gloriā libenter agnosceret.pro Pl.268 a, Sequestrem ne Planciū respuerunt aures , agnosceret nemo , repudiaretur.de D. 108 a,Nec psychomantiā agnosco.i.probo.I.P.82 a,Ipse certè agnoscet & recordabit. pro Pl. 266. Agnosco enim ex me.i.conijcio.de Am.109 b , Tantū cuiq; tribuere debemus,quātū is cui tribuimus possit agnoscere & sustinere.

AGNVS, gni.de Nat. 73 b, Agnus inter pecudes aurea clarus coma. & de D. 116 b , bis de Sen. 89 a, Villa abunder porco,hœdo,agno.

AGO, agis.gero,traduco,agito.I.A.190 a, Quod agēdum & faciendum est,non recuso. Ep.5 a,Hic quæ agantur,quæq; acta sint , ea te literis multorum cognoscere arbitror . de Or.138 a,Sic omnia quæ fiunt,quæq; aguntur acerrimè,se nioribus principijs natura ipsa prætexuit. de Of. 6 b , Sunt qui studio rei familiaais tuendæ suum se negotium agere dicant.Off.70 a, Quid si pater fana expilet , cuniculos agat ad ærarium.de D. 100 a , Nostri nihil in bello sine extis agunt,nihil sine auspicijs domi habent.At.130 b,Te animo magno & forti rem istam agere existimo.At.197 b, Tuam in agendis rebus nostris diligentiā amo.Ep. 244 a,M.Manneio imperaui,ut coacto in unum locum exercitu,castra in Lycaonia apud Iconium faceret:quod cū ab illo diligēter esset actum, ego in castra ad VII.Calend.Septembris ueni Epist. 35 b , Quam uellem Romæ mansisses : quod egisses profectò,si,&c.

AGERE.moliri , transigere , contendere,curare. pro Mu.143 b,Id mihi crede , & agunt & moliuntur.Ep.1 a,Res agitur per eosdem creditores , per quos cum tu aderas agebatur. Qu.F.324 b,Ego mihi ipsi ista per quem agam nō habeo, nam confici nisi per hominem peritum non possunt. de N. 34 b , Mihi enim, qui nihil agit esse omnino non uidetur. de N.37 b,Non cessans deus, nec quæ agit moliens cum labore operoso ac molesto . de N.16 b, Agere & moliri aliquid. At.51 a , Cum Egnatio de re tua uehementer egi, is grauiter se acturum cum Aquilio cōfirmauit. Of.1 b,Neq; si tecum agas , neque si cum altero contrahas.de Or.93 a, cum & per meipsum egissem, & per Brutū sæpe tentassem. At.254 a, Is agit mecum accuratè multis uerbis,ut tibi respondérem.At.36 b,& 37 a, Cum hoc Pōpeius egit,& ue hemēter egit,cū diceret,&c.Atti.53 b, Agere cum aliquo, ut aliquam rē suscipiat.Ep.25 b,Agere accuratè & prudēter de aliqua re.At.1 b, & Ep.230 b,Agere cum aliquo de aliqua re.Ar.264 b,Cum aliquo de eadem re agere sępius. de Cl.191 a, Quæ ego cum Crasso sæpe egi , cū eum uehementer hortarer. &c. Ep.46 b, Vt ad te scriberem mecum egerunt. de Am.96 a, Cum sæpe mecum egisses,Attice,ut de amicitia aliquid scriberem. Qu.Fr.298 a, Nō hortatione,neque præceptis, sed precibus tecum fraternis ago. de Or.124 a, Neq; enim nunc id agimus, ut explicemus,&c. Att.125 a, Dominatio quæsita ab utroque est,non id actū, beata ciuitas ut esset. pro S.R.19 b, Aliud agitur nihil nisi ut,&c.& ibi. Hoc solum hoc tēpore pugnatur, ut,&c.pro S.R. 20 b , Nil aliud hoc iudicio tentatur , nisi ut,&c. pro Do.315 a,Nonne id agendum nobis fuit,ut māteriem sub traheremus furori tuo? Off.9 a, Qui tum cum maximè fallunt, id agunt, ut uiri boni esse uideantur. Tusc.166 a, Sed quid necesse est, cum id agam ne post mortem miseros nos putemus fore , uitā etiam afficere deplorando miseriorē? Att.139 b, Ego enim non iam id ago , ut prosperos exitus cōsequar.Ep.52 b,Ego id semper egi, ne bellis interessem.

AGERE cum aduerbijs benè,malè, atque idem significātibus, habere, accipi , tractarique significat. de A.98 a , Cum illo quidem actum optimè est , mecum autem incommodius. I.V.162 b,Hæc conditio fuit aratorum,ut secum præclarè agi putarent, si uacuos agros Apronio tradere liceret. pro Sest.14.a,Præclarè cum ijs agimus,quos pacatos esse patimur.I.V.77 b, Qui hoc non perspicit , præclarè nobiscum actum iri, de Am.97 b,Cum illo quis neget actum esse præclarè ? Ep.50 a, Hisce temporibus non pessimè cum ijs esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem cum uita cōmutare. Ep.73 b , Vt optimè actum cum eo uideatur esse qui quàm leuissima pœna ab hac republica discesserit.I.V. 174 a,& 173 b,Cum senserit populus istum,&c.intelliget secum actum esse pessimè.I.A.161 a, Secum malè actū putet. Item, Malè enim mecum ageretur, si, &c.I.A.263 b, Sed facilè est benè agere cum ijs à quibus etiam tacētibus flagitari uideamur. Actum agere.i.f.ustra conari & laborare , inanem operam terere , ludere operam. de Am.112 a, Præposteris enim utimur cōsilijs, & acta agimus, quę uetamur uteri prouerbio.At.139 a,Sed acta ne agamus, reliqua paremus.At. 153 a, Tu mallem,iquies,actum ne agas. Alias res agere.i.nō attendere , negligenter rē agere.)(.adesse animo.Ep.254 a, Itaque facio me alias rem agere,ne conuitium Platonis audiā.pro Cec.290 b,Vt facilè intelligeretis eum nō assuisse animo, cum ab illis causa ageretur; sed tantisper de aliquo reo cogitasse,&c.pro S.R.28 a, Vsque eo animaduerti iudices eum iocari atque alias res agere.Orat. 205 b,Ridiculū, cuius genera plura sunt, sed nūc aliud agimus. pro Cla.55 b, Oppius aliud agens , & nihil eiusmodi cogitans.pro Fla. 154 b , Quiescam igitur & me hoc in lucro ponere,atq; aliud agere patiantur.de Or.147 b , Atqui uides , inquit Antonius , cum alias resagamus, quàm te inuiti audiamus.qui, &c.Tusc.168 a,Virtutem necessario gloria,etiamsi id tu nō agas, consequitur.Or.214. Quæ sua sponte,etiamsi id non agas,cadunt.de Cla.186 a, Miror tam alias res agere populum, ut sic insano inter disertos locus.ad Her. 21 a, Vt res ex animo agi uideatur.

AGERE. circonducere,agitare. de Ora.126 a , Magna uis est earum

earum sententiarum atq; eorum locorum quos agas tractesq; dicendo.I.V.210 b,Hic nolite expectare,dum ego hoc crimen agam hostiatim.

AGERE.diceptare,decertare,dicere, litigare.pro Ce. 292 a, Omnino iam benè agis, à uerbis enim recedis,& æquitate uteris.Qu.F.306 b,Nó gladijs mecum, sed litibus agetur. pro Cec.291 a, Quid agas mecum ex iure ciuili ac prætorio,non habes.pro M.r.132 a, Agere cũ aliquo ex syngrapha.pro Qu.5 b,Agere ex sponso.I.V.211 a,& 220 a, Qui hæc palam de loco superiore agere pro imperio ac potestate.Ep.61 a, Ad III.nonas Ianuarias , cum agere cœpisset, tertiò quoq; uerbo orationis suæ me appellabat. I.A. 239 a,Nunc quod agitur agamus.Qu.Fr.306 a, Lupus egit cau sam agri Campani sanè accurratè.Ac. 135 b,Nec suam cau sam agit, sed publicam.I.V.237 a,Videre quàm non inimi co animo sim acturus. pro Clu. 52 a , Agere furti cum aliquo.de Or.118 a,& Tusc.180 a, Agere causam aduersarij, ut ille agat suam.pro Qu. 13 b , Ego experiri non potui.i. agere. Anteq.195 b , Virtus mea me tacente, agit causam meam.Tuf. 234 b , Agere cum aliquo tabellis obsignatis.i. conuincere illum testimonio literarum suarum. de Or. 88 b, Agere cum aliquo lege.Contendere cum aliquo interdicto.ad Her.4 b,Agere iniuriarum cum aliquo. ad Her.9 b, Quod cum hærede mandari ageretur.de Or.99 a,Cum mi les domum reuenisset, egisset;q; lege agẽdo peterbat , quã quan tum lex permittebat. de Or.98 b, Alter iniquum putabat plus secum agi , quàm quod esset in actione .pro Mur.129 b, Posset agi lege nec ne,pauci quondam sciebãt.Off.64 a, Inter bonos benè agier. Off.64 a, Ex fide bona agere.

AGERE.tractare, & tentare aliquid.Att.6 b, Eodem tempore aget prætor ad populum.de Le.192 b,& Ep.3 b, Agere cum populo,aut cum senatu. de Le.186 a,Consulibus esto cum patribus agendi.Att.7 a, Consul nihil agens cum rep. In Vat.31 b, Agere cum plebe, Tribuni erat.Agi,id est,in discrimine uersari, in discrimen & periculum uocari. pro Pom. 5 a, Agitur enim salus sociorum,pro qua,&c.aguntur certissima populi Rom.uectigalia, aguntur bona multorum ciuium.de Am.107 a,In quibus eorum aut de capite agatur aut fama.de Fin.76 b,Agitur magna res.I.V.226 b,Aguntur iniuriæ sociorum.I. A.213 b,Sed uos moueo,libertas agitur populi Rom.quæ,&c.uita & fortuna optimi cuiusq;,quo, &c.autoritas uestra , quam,&c.de Or.126 a, Cum agitur ingenij nostri existimatio.pro S.R. 35 b, Tua quoq; res permagna agitur. Atti. 264 b , Attici permagna res agitur.

AGERE . exequi,obire,tractare,representare.de Cl.164 b,Cũ Cotta princeps adhibitus esset,priores tamen agere partes Hortensium. Ibidem 193 b , Primas in causis agebat Hortensius.i.principatum in causis obtinebat.Ep.125 b, Dum mihi pacis mãdata das ad Cæsarem,mirificum ciuem agis. pro Mur. 125 a , Ego has partes lenitatis & misericordiæ sæpe egi libẽter,&c.de Or.129 b, Agere tragœdias. I.A. 233 a , Quorum alter commentatus est mimos , alter egit tragœdiam.pro Qu.R.48 a , Roscius Ballionem lenonem cum agit,agit Chæream.& ibi. Chæreæ personam præclare Roscius in scena tractare cosueuit. & ibi . Imitare aliquem in persona aliculus.de Or.152 b,Nunquam egit hũc uersum Roscius eo gestu quo potest. Ep.22 a,Egiq; omnes illos adolescentes,quos ille iactitat.

AGERE.emittere.Tuf.152 a, Nam & agere animam,& efflare dicimus.pro Qu.R.48 b,Eodem tempore & gestum,& animam agere. Ep.123 a,Qu. Hortensius cum has literas scripsi,animam agebat.de Ora. 107 a , Agere uocem. pro Cecin.294 b , Neminẽ statu detrusum qui non adhibita ui, manu demotus , & actus præceps intelligatur. I.V.225 a , Agere diem festum : id est , celebrare.pro Arch. 188 b , Hęc studia adolescentiam agunt:id est,ducunt.de Se.78 b, Si octuagesimum annum agerem.Tuf.154 a,Agere ęuum in cœlo:id est,uiuere.de Or.132 a, Asellum agas:id est, ducas.I.V.77 a,Agunt eum præcipitem pœnæ,id est, impellunt.de Sen.78 b, Moderati senes tolerabilem agunt senectutẽ.i.traducũt.Tuf.229 a, Agere unum diẽ bene uel male ex præceptis sapientum:id est, uiuere & traducere. I.V 270 a,& de Fin.146 b,Agi in crucem:id est , tolli.At.13 b, Agere gratias alicui nomine alicuius.Ep. 226 b , Nero. meus mirificas apud me tibi gratias egit .

AGRAGIANAE portæ. I.Porta.

AGRARIVS,a,um.Agraria facultas,2.ad Att.Agraria lex Rul li.8. Famil. Cælij.Agraria lex à Flauio Tribuno plebis nec hementer agitabatur, Att.lib.1. Huic toti rationi agrariæ Senatus obuersabatur , ad Attic.lib.1. Ob eamque causam aut agrariam rem tẽtant, Offic.2.Agrarij,pro ijs qui agros cupiebant,ut subuenirent suæ inopiæ.i.ad Att.& 16.Alibi Agripetas appellat. Qui agrarios concitare conatus est,in Catil.Non solicitabit rursus agrarios, 7.Philip.

AGRESTIS,ste. quod ad agros pertinet, rusticanum, inculto asperũ,syluestre.Tusc.243 b,Quæ Barbaria India uastior aut agrestior?contra, R.85 a,Ligures mõtani,duri & agrestes.I.V.253 b,Paltmarum agrestium multitudo in Sicilia. pro Mu.138 b , Aut in aliquo conuentu agrestium . de Or. 87 b,Fera agrestisq; uita.Part.237 b,Genus hominum indoctum & agreste. de Off.26 , Agrestis & inhumana negligentia.de Or.87 b, Rustica uox & agrestis.pro Mi.108 a,Serui agrestes & barbari.de Se.87 a,Agrestis & furiosus dominus.de Ora.94 b.Quidam uultu motuq; corporis uasti atque agrestes.Att.202 a,Isto enim animo nihil agreste, nihil inhumanum est.de Ora. 64 a , A principio clamare, agreste,quiddam est .

AGRICOLA , æ. pro Deio. 148 b , Deiotarus diligentissimus agricola,& pecuarius habebatur. de Ora.112 a,Si de rusticis rebus agricola quispiam disertè dixerit. pro S. R.25 b, Qui suos filios agricolas assiduos esse cupiunt . pro S. R. 34 b,At ego agricola & rusticus,&c.

AGRICVLTVRA, æ.cultura agri, cultio agri,de Ora. 106 b,Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum uillico sit. Off. 30 b , Omniũ rerum ex quibus aliquid exquiritur,nihil est agricultura melius,nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius.de Ora. 106 b, Libri Magonis Carthaginẽsis de agricultura. de Se.88 b, & 89 a,Hesiodus de cultura agri scripsit.& ibi.Nihil est tã regale,quàm studium agri colendi.ibid. De laudibus agriculturæ,&c.de Fi.90 b,Quinetiam agricultura,quæ abhorret ab omni politiore elegantia , tamen eas res, in quibus uersatur, nominibus notauit nouis.

AGRIPETA,ę.agri competitor.de Nat.15 b,In Samum patet Epicuri Neocles agripeta uenerat . At. 250 b , Agripetas eiectos a Buthrotijs. & lib.16. Agripetas concisos.

AH,reclamantis interiectio. de Orat. 135 a , Ah , inquit,patres conscripti , non ego mihi illum iniquum egero , uerum omnibus.

AIN.Att.88 a , Ain tu ? & 91 b,Ain tanden ? de Leg.186 b, Ain tandem etiam à Stoicis ista tractata sunt ? Or. 211 a, Ain,pro ais ne.

AIO,ais.affirmo,dico,loquor.)(.Nego.de diuin.123 a,Quid ergo, Aius iste quando eum nemo norat , aiebat & loquebatur , &c. posteaquam & sedem , & aram inuenit,obmutuit.de Diu. 132 b,Aio te Aecida Romanos uincere posse. de Finib.79 a, Quasi ego id curem quid ille aiat aut neget. Ac.26 a, Vt neq; neget aliquid,neq; aiat. de Of.70 a, Diogenes ait , Antipater negat.de Or. 130 a , Docebo sus,ut aiunt oratorem eum,quem,&c. Top.24 b,Sunt etiã uel de contraria alia, quæ appellantur negantia, ea ἀποφατικά. Græci, contraria agentibus : ut si hoc est,illud non est.I.P. 94 b,Iste Claudus(quomodo aiunt) pilã retinere. &c. pro Pom.8 a,Aiunt,dicunt,dicitur, prædicant.de Ar.248 a,Vt hominum fama est.Vt peribent. in Ar. pro Fl. 154 a,Vt apparet , ut dicitur , pro Fl. 156 a , Hic cornici oculum, ut dicitur.

AIVS, aij. Deus quẽ Titius Liuius Allocutium uocat. de Di. 123 a , Quid ergo ? Aius iste loquens quando eum nemo norat,aiebat & loquebatur,& ex eo nomẽ inuenit.& ibi. Aio loquenti ara consecrata est.& de D.li.1.

ALA.æ.ordo, seu turma equitum,per translationem.Proprie uerò qua uolant aues.Offic.42 a,Quo in bello te Pompeius alæ alteri præfecit. de Di. 120 a , Galli cantu plausum premunt alas . Or.211 a,quomodo enim uester Axilla affactus est?fuga literæ uastioris.

ALABANDVS,di.Deus. & Alabandi, populi.de Nat.76 a, Alabandi Alabandum consecrauerunt.

ALABANDVS.de Cl.195 b.

ALABANDENSIS.Ep.224.de Or.95.117.de N.69.

ALABASTER stri.myrothecium.I.Pureo .

ALACER,cris,cre.)(.perterritus.p Cecin.51 b,pro Mur. 136 a,Catilina alacer atq; lætus,Epist.69 a,Alacres animo sumus,ut,&c.i.cupimus.de Orat. 100 a, Alacri & prompto ore & uultu huc atq; illuc intueri.ad Her.11 b,Alacres & erectæ uadunt,ut alteri noceant.de Som.127 b,Quo fis alacrior ad tutãdam remp.de Diu.95 b,Respexitq;,& equum alacrem lætus aspexit.de In.60 a,Quartus locus per quem demonstramus multos alacres expectare quid statuatur,ut ex eo,&c.ad Heren. 15 b,Si huic sit remissum, multos alacriores ad maleficia futuros.

ALACRITAS , tis,lætitia . Tusculan.217 b.Sic hilariores illæ perturbationes,cupiditas auidè semper aliquid expectans, & inanis alacritas.i.lætitia gestiens , non multum differũt ab amentia.de D.120 a,Galli uictores alacritate & lætitia ad canendum excitantur.Br.91 b,Quæ lætitia senatus,quę alacritas erat?Ar.253 b.Addis mihi scribendi alacritatem. In Ant,191 b, Frequentia uestrum, Quirites , alacritatem mihi summam affert defendendæ reipublicæ . de Cl. 58 a, Canum mira alacritas in uenando.Epist.13 b, Qui & sum ma uoluntate cesserit, & egregia animi alacritate abfuerit. Qu.F.326 a,Opus est quadam animi alacritate.

ALARII MILITES . Ep.29 a, & ibidem , Quod autem meum erat proprium,ut alarijs trãspadanis uti negarem , id etiã populo se remisisse scribit.

ALAVDAE,arum.legionis nomẽ.At.257 b, Antonius cum legione alaudarum ad urbem pergit.I.A.246 b,Huc accedũt alaudæ,ceteriq; ueterani.I.A.196 b,Antesignanos,& mani pulares,& alaudas iudices se constituisse dicebat.& 156 b, Legio alaudarum.

ALBA,urbs.I.A.184.192.

ALBENSIS.ad Her.16.

ALBANVS mons.de Diu.84 a, & de Diuin. 122 b. & Albanus lacus.

ALBATVS,a,um.)(.Atratus.in Vatin.35 a,Cum ipse epuli dominus, Quin.Arrius albatus esset.

ALBESCIT,scit album.Aca.26 b,Mare nunc quia à sole collucet,albescit & uibrat.

ALBINVS ,ni.de Clar.171 b,Albinus , is qui Græcè scripsit historiam.

ALBVM,bi.tabula uel matrix (ut hodie loquuntur) in qua nomina alicuius ordinis,uel res gestæ breuiter notabantur,ut fieret popula copia.de Orat.113 a,Pontifex Max. res omnes singulorũ annorũ mãdabat literis, efferebatq; in albũ: & proponebat tabulam domi , potestas ut esset populo cognoscendi.

ALBVS,a,um.)(.Niger,ater.de Diuin. 110 a, Quæ alba sint, quæ nigra dicere.Ep.108 b, Quod quasi auem albam uidẽtur bene sentientem ciuem uidere . Tusc.250 a, Democritus alba & atra discernere non poterat.de L.179 a, Color albus præcipuè decorus deo est,cùm in cæteris,tum maximè in textili.I.A.168 a,Qui albus ater ue fuerit , ignorans fratris filium præterijt.

ALCAEVS,cei.Poeta lyricus.de Nat.17 a, Nætuus in articulo pueri delectat Alcæum.

ALEA,leæ.omnis ludus , in quo temeritas & casus , non ratio nec consilium ualet : qualis est talorum , & tesserarum . de Diuin.126 a,& I.A.171 b,Homo nequissimus,qui non dubitaret uel in foro alea ludere , lege ea qua est de alea condemnatus.I.C.106 b,In uino & alea,comessationes & scorta quærere . pro Arch. 188 a , Quantum alij temporis tribuunt aleæ , quantum pilæ : tantum ego , &c.de D. 115 b, Non perspicitis aleam quandam inesse hostijs deligendis, aleam:id est fortunam , & casum . Legitur etiam : Aliã quãdam uim,&c.I.A.171 a,Licinium de alea condemnatum colluforem suum restituit , ut quod in alea perdiderat, beneficio legis dissolueret.

ALEATOR,oris I.A.173 b,Domus erat aleatoribus referta,in Catilin.109 a,Omnes aleatores , omnes adulteri , &c.I.V. 242 a,Aleatoris placentini castra commemorabuntur.Att. 224 a,Ab Aleatore φυμὸς πόλυς.

ALEI CAMPI.Tuf.204.

ALEATORIVS,a,um. I.A.173 a, Suggerebantur etiam sæpe damna aleatoria.

ALETRINAS,municipium.pro Cl.26.

ALETRINENSIS.pro Cor.65.

ALES,alitis.uolucer.de Diuin.105 a,Aues quæ tum huc, tum illuc uolant:alites,quæ tum à dextra , tum à sinistra parte canant,oscines.de Nat.58 b,Aues , & alites , & oscines,ut augures nostri appellant.de In.48 a,Angues ingentes alites iuncti iugo.de N.48 a,Inde est ales auis lato sub tegmine cœli.In Arat.Ales nuncius Iouis.

ALEXANDER,dri.de Diu.90 a,& Attic.214 a,Alexander Babylone est mortuus.

ALEXANDRIA,driæ,urbs,Attic,25 a,Cupio Alexandriam reliquamq; Aegyptum uisere.contra Rul. 74 a, Alexandria , cunctaq; Aegyptus.& Ep.li.7.

ALEXANDRINVS , a , um. contra Rullum 74 a, Rex Alexandrinus.

ALEXIS,Alexidis,Attici amanuẽsis.Att.106 b,In tuis quoq; epistolis Alexim uideor agnoscere.Attic.100 a, Nam Alexidis manum amabam,quod,&c.

ALGEO,es.frigeo de Oratore 135 a,Sapiẽs,si algebis,tremes & Tusculan.181 a,Algere.)(.Aestuare.Epistol.125 b,Nostri milites facilè algere & esurire consueuerunt.

ALGIDVS,a,um.frigidus. Orat. 211 a, Vos qui accolitis Histrum fluuium,atq; algidam , &c. algidam regionem scilicet : ut Catullus,Algida loca,de Berecynt.

ALIAS.aliquando.de Orat.124 b, Et ex ijsdem illis locis interdum concludere,relinquere aliàs,alioq; transire, de Or. 111 a, Itaque illi aliàs aliud ijsdem de rebus iudicant , Or. 216 b,Quorum descriptus ordo aliàs alia terminatione cõcluditur.De Di.109 b,Sed hæc aliàs pluribus, nunc,&c.de Or.111 b,Vt uterque uestrum eadẽ de re aliàs aliud defendat.de Diu.131 b,Vt ijdem uersus aliàs in aliam rem accõmodari possint.Epist.99 a,Sed plura scribam aliàs . Epist. 102 a,Sed aliàs iocabimur.Att.8 a,Hoc ad restribam aliàs subtilius . Attic 210 a,Huic epistolæ quam tu misisti rescribam aliàs,nunc alijs malo.de Finib. 143 a, Ego uerò uolo in uirtute uim esse quam maximam : sed quanta fit , aliàs; nunc tantum,&c.Attic.54 a,Si unquam in dicendo fuimus aliquid , aut etiam si unquam aliàs futuri sumus , tum profectò,&c.Attic.259 a,Alij enim sunt aliàs , nostrique familiares ferè demortui.Orat.211 b, Aliàs ita loquor ut concessum est,aliàs,ut necesse est.de Fin.83 a, Nemo potest aliàs beatus esse,aliàs miser.de Or.162 b,Aliàs contentius, aliàs remissius.I.V.100 b,Aliàs reuocabat , aliàs decernebat,&c.Tuf.216 b,Ex quo intelligitur qualis ille sit, quem tum moderatum,aliàs modestum & temperantem,aliàs cõstantem continentemq; dicimus.de In.60 b, Atque hic itẽ ut in nostra persona licebit aliàs singulatim trãsire omnes argumentationes , aliàs ad partitiones singula genera referre,aliàs ab auersis rebus , aliàs ætate ingrauescente . de Ora.106 a,Cum in eiusmodi causis aliàs scripta, aliàs æquitatem defendere doceamur.Aca.3 a,b,Quibus de rebus & aliàs sæpe nobis multa quæsita sunt,& quondam in Hortensij,quæ &c.de Senect.87 b,Terra nunquam sine usura reddit quod accepit,sed aliàs minore,pleruique maiore cum fœnore.de Orat.162 a,Geminatio uerborum habet interdum uim,leporem aliàs.de Cla.177 b,Idq; cùm sæpe aliàs, tũ apud cẽtumuiros cognitũ est.Off.6 b,Cùm sæpe aliàs, tũ maximè bello Punico fecundo.de Orat.88 a,Quorum pater & sæpè aliàs,& maximè censor saluti reipub.fuit.

ALIBI . Cum Cæsar præterierit, omnis armatorum copia dextra sinistra ad equum , nec usquam alibi . Acad. lib.4. nusquam alibi.

ALICVBI,ubiã,usquã.pro Fl.161 a, Si te crassi agri delectabãt,hic alicubi in Crustumino,aut in Capenati paratiũs .

ALICVNDE,ex alio loco . de Orat. 107 a, Alicunde arripere aliquid.& pro Cec.293 b,Alicunde discedere.

ALIENATIO,tionis.defectio. Qu. Fr.305 b, Subita defectio Pompeij,alienatio consulum.I.A.160 a,Tuamq; à me alienationem ad ciues impios tibi gloriæ fore putasti. de Am. 110 b,Statim alienatio disiunctioq; faciendæ est.Orat.210 a,& de Legib. 193 b,Quibus uerbis sacrorũ alienatio fiat.

Alienatus, a, um. abhorrens, alienus. ad Atticum 260 b, Gaudeo mihi causam oblatam, in qua omnes sentiant me ab illo alienatum. Attic. 15 a, Animus alienatus & offensus.

Alienigena, æ. peregrinus, alienus, externus, alia ex gente. pro Deio. 145 b, Homo lõginquus & alienigena. de Le. 164 b, Deos alienigenas coli, confusionem habet religionum. pro Cor. 59 b, Alienigenarum nos hominum studijs atq; externa uirtute priuari. pro Fon. 280 b, & 284 a, Alienigenas domesticis anteferre. I.C. 133 a, Hostes alienigenæ.) (. hostes domestici.

Alieno, as. ab alieno, immuto disiungo, uendo, diminuo, mẽtem meam ab omni studio sensuq; alicuius flecto.) (. recon cilio. in Verr. 231 a, Pretio paruo, ea quæ à maioribus acceperis uendere atq; alienare. contra Rull. 72 b, Alienare nectigalia. contra Rull. 77 a, Venire uestras res proprias, & in perpetuum à nobis aliẽari. Ep. 34 b, Maleuoli ignari cõstantiæ meæ conabantur alienare à te uoluntatem meam. de Pro. 73 a, Quibus cum omnibus eadem refpub. me conciliauit, quæ alienarat. Attic. 15 b, Summum erat periculũ, ne si nihil impetrarent, à senatu alienarentur. Ep. 26 a, Hominem adolescentem non tã allicere uolui, quàm alienare uolui. Ep. 64 a, Qui & te nonnuquam à me alianarunt, & me immutarunt tibi. de Fin. 93 b, Simul atque natum fit animal, ipsum sibi conciliari, & comendari ad se conseruandum, &c. alienari autem ab interitu, ijsq; rebus quæ interitum uideantur afferre.

Alienus, a, um. remotus, auersus, discrepans, abhorrens, relictus, alienatus.) (. Suus. In V. 121 b, Letilius homo nõ alienus à literis. Offic. 6 b, Difficilis est cura rerum alienarum. Ep. 29 a, Sin ille à me est alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt. pro Mur. 137 b, Cato à Murẽna nulla re unquam alienus fuit. pro Pl. 261 a, Allicere uoluntates alienas: id est alienatas. pro De. 147 b, Cum is a te animo esse alieno. de Am. 101 a, Ab altero non alienos animos habemus. pro S. R. 41 a, Non uereor ne quis alienum me animum habuisse à causa nobilitatis existimet. Ep. 73 a, Non putaui esse alienum institutis meis, hæc ad te scribere. Qu. de Pet. 205 a, Tamen amore nostro non sum arbitratus alienum hæc ad te scribere. Ep. 181 b, Sum admiratus te quicquam à me cõmissum quod esset alienum nostra amicitia, crediditsle. de Diu. 98 a, Neque hoc dij alienum ducunt maiestate sua. de Pro. 72 b, Sed alienum mihi uidetur dignitate imperij, quo, &c. Ep. 52 a, Quæ non aliena esse ducerem à dignitate tua. de Fin. 51 a, Quis alienum putet eius esse dignitatis q̃ mihi quisque tribuit, quid in omni munere uitæ optimum, & uerissimum sit exquirere? Epi. 182 a, Quo nec mihi grauius quicquam potest esse, uec a te alienius. pro Plan. 159 b, Id ab hoc alienum est. At. 252 b, Nauigationis labor alienus ab ætate nostra. pro Cec. 289 b, Id dicit quod illi causæ maximè est alienum. Ep. 143 a, Tantum enitor, ut neq; amicis, neq; etiam alienioribus desim. Epi. 34 a, Vt tuũ factum alieui hominis, (ut leuissime dicam) meum uerò coniunctissimi, & amicissimi esse uideatur. p D. 227 a, Homines alienissimi à P. Clodio: id est, minimè coniuncti, & propinqui. de Fin. 52 a, Epicurus in Phyficis tocus est alienus.) (. Suus.

Alimentarius, a, um. Ep. 116 a, Lex alimentaria.

Alimentum, ti. nutrimentum. de Vn. 198 a, Nec uerò mundus desiderat alimenta corporis.

Alio, in alias terras. At. lib. 9. Ex illius sermone statuam, Arpinumne mihi eundum sit, an quò aliò. de Or. 96 a, Sed si placet, sermonem aliò transferamus. pro Cl. 30 b, Tamen uocat me aliò iamdudum tacita uestra expectatio. I.V. 104 a, L. Domitius aliò responsionem suam deriuauit. de Fin. 70 b, Appellet hæc desiderta naturæ, cupiditatis nomen seruet alio.

Alioqui. alioquin, aliàs. Or. 201 b, Quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur, alioqui quomodo ille in bonis hærebit & habitabit suis?

Alioquin. alioqui, cæteroquin. Orat. 204 b, de L. 118 b, Minima olim istius rei fuit cupiditas, alioquin multa extarent exempla maiorum.

Alipanus ager. contra Rul. 79. pro Pl. 236.

Alipheria, urbs. At. 90.

Alipeiras, æ. uictor. Ep. 13 b, Sed uellem non solum salutis meę quemadmodum medici, sed etiam, ut aliptę uirium & coloris rationem habere uoluissent.

Aliquando. aliàs, nonnunquam, interdum, quodam tempore, tandem, aliquo tempore. At. 195 b, Velim aliquando puerum uisas. pro Cæl. 39 b, Quis bonis uiris quodam tempore conuinctior? quis ciuis meliorum partium aliquãdo? Aca. 4 a, Num hęc ex ullo audiisti aliquando. pro Cæc. 187 b, Magis opportuna opera nõnunquam, quàm aliquando fideli. Ep. 64 a, Et te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi. Off. 28 a, Et maximè si aliquando alio domino solita est frequentari. pro Mil. 114 b, Erit illud profecto tempus, & illucescet aliquãdo ille dies, cum tu, &c. de Ar. 354 b, Sit discordiarum finis aliquando. de Or. 96 a, Et nostro more aliquando non rhetorico, quamur. pro Qu. 7 b, De controuersijs uult dijudicari seruerùm aliquando tamen. pro Quin. 17 b, Spes est hunc ferum aliquando tãdem posse consistere. pro Fl. 146 a, Si si forte aliquãdo beneficij huius obtrectator extitisset, &c. de Or. 92 b, Non despero fore aliquem aliquando, qui, &c. Or. 212 a, Aliquando, idq; sero mihi extorta ueritas est.

Aliquandiu, satis diu, aliquando. Acad. 41 a, Nam Antiochum Athenis audiuit aliquandiu. & At. 29 b, pro Cl. 22 b, Off. 109 b.

Aliquantulum, paululum. de In. 65 b, Et de natura liceat aliquãtulum ducere suspicionis. Ad He. 26 b, In mediocri figura uersabitur oratio, si hæc aliquantulum demiserimus. &c. pro Qu. 3 a, Cum æris alieni aliquantulum relictum esset. de D. 95 b, Cum aliquantulũ progressus esset. de Am. 104 a, Aliquantulum deflectere de spacio.

Aliquantum, paulum, nonnihil leuiter, paulisper, nescio quid, aliqua ex parte. Parad. 118 a, Auri nauem euertat gubernator an paleę, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest. Ep. 51 a, & 69 b, Lectis tuis literis aliquantum acquieui. Att. 111 a, Aliquantum animi uidetur nobis attulisse Labienus. pro Syll. 177 b, Cincius profectus est aliquanto ante furorem Catilinæ. Ep. 143 a, Non modo id contra legem, sed etiam intra legem, & quid em aliquanto. At. 83 b, Literas tuas minus paulo expecto, quàm si Romæ esses id est, aliquanto minus. de In. 81 b, Postea aliquanto ipsos quoq; tempestas uehementius iactare cœpit.

Aliquid, aliqua, uel ulla pars.) (. nulla pars. pro De. 150 b, Nihil à me arbitror prætermissum, sed aliquid ad extremam causæ partem reseruatum: id autem aliquid est, ut ea planè Deiotaro reconciliet oratio mea. Of. 41 a, Qui cupiam furatur aliquid. pro Deiot. 151 a, Ne tibi illum fingere censere aliquid suspicere.

Aliquis, qua, quod. quidam, quispiam, aliquispiam, ullus, nullus, unus aliquis, nõ nemo, aliquot, partim, paucus, quis. I.V. 134 b, Est consuetudo Siculorum, ut nonnunquam remanant unum aliquem diem, aut summum biduum ex mẽse. pro Mar. 134 a, Neq; enim culpa tua est, si te aliqui timuerunt. de Or. 109 b, Bene dicere nõ habet definitam aliquam regionem. Atti. 47 b, Meq; ut facis, uelis esse aliquem mihi. niam qui fui, esse non possum. Atti. 120 a, Nullus priuatus dolor bonorũ erat aliquis, sed habes. I.V. 191 b, Alicui facti si non bonam, at aliquam rationem afferre. pro Leg. 140 a. Atq; is tamen aliquis Ligurius non fuit. de N. 45 b, Cum machinatione quadam moueri aliquid uidemus. Of. 41 a, Confugere ad unum aliquem uirtute præstantem. pro Cluent. 57 a. Atq; istam ipsam quæstionem dicite, quis obgnauit: unum aliquem nominare. de Orat. 112 a, Multi sine doctrina, aliquid omnium generum atq; artium consequtur. de Leg. 187 a, Puto posse & quidem aliquem de tribus nobis. pro Cecin. Aliquis de familia. Epi. 187 b, Sed gerit res expectatur, quam quidem aut iam esse aliquam, aut aliquam propinquare confido. de Orat. 93 b, Quid mihi tanquam alicui Græculo quæstiunculam ponitis? de Orat. 122 b, Tu midè tãquam ad aliquem scopulum libidinis, sic tuam rem ad philosophiam appulisti. Acad. 96 b, Illos, &c. quibus desperatos aliquos relinquamus. de Fin. 77 b, Leonidem Epaminondas, tres aliqui aut quatuor. At. 208 b, Quo die has dabam, expectabam aliquem meorum. At. 208 b, Et tuæ literæ recte sperare iubent, tamen expecto recens aliquid. Tus. 194 a, Num aliquod quodpiam membrum eumdem ac turgidum non uitiose se habet? Att. 208 b, Nunc e

dem illa, quid Brutus cogitet, aut si aliquid egit, &c. Am. 112 b, Si aliquis. &c. &, Si aliquid, 112 a.

Aliquot, numerum significat, nec uariatur. At. 147 b, Aliquot sunt anni, cum uos duos elegi, quos præcipuè colerẽ. de D. 135 a, Aliquot somnia uera, inquit Ennius, sed omnia non est necesse. de Vn. 105 a, Disciplina Pythagoreorum aliquot secula in Italia Siliciaq; uiguit. Ep. 103 b, Accepi à te aliquot epistolas uno tempore.

Aliquotiens, uel aliquoties, aduerbium numeri. pro Quin. 12, M. Iunius, qui hanc causam aliquotiens apud te egit. de L. 171 a, Aliquoties iam iste locus à te tactus est. pro Font. 281 a, Quod ego profectò non crederem, nisi aliquotiens ex ipsis accusatoribus audissem, nõ præciperent, &c.

Aliter, secus, alio pacto, alio modo, non eodem modo: non perinde. pro D. 219 b, Quod certo scio aliter esse. At. 259 a, Ne sim saluus, si aliter scribo ac sentio. Of. 63 b, Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. Att. 260 a, De Antonij itineribus nescio quid aliter audio, atque ut ad te scripseram. Or. 219 b, Tantumq; abest ne eneruetur oratio compositione uerborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec uis esse possit. pro D. 219 b, Proinde quasi isti de illo, aliter atq; ego existimo, sentiant. pro D. 241 b, Omnia aliter ac uos in monumentis habetis pronunciauit. Ep. 92 b, Sed tamen aliquid uidebimus in quo sit spes: aliter quidẽ non modò non appetendum, sed etiam fugiendũ puto. de Am. 110 a, Aliter enim amicitiæ stabiles permanere non possunt. pro R.P. 127 a, Si qui in prædones inciderint, aliter quidpiam coacti faciant. i. turpiter uel indecorè. At. 93 b, Quo maiorem spem habeo nihil forè aliter ac deceat. Att. 65 b, Assentior, fieri non potuit aliter. de Diuinat. 138 b, Cum eadem somnia, & alijs aliter euadant, & eisdem nõ semper eodem modo.

Alynde, ex alio loco, uel ex alia re. pro Lig. 137 a, Cum id neque per te scires neque aliunde scire potuisses. Epist. 69 b, Aliunde pendere. de Or. 112 a, Hic nisi domesticis se instruxerit copijs, aliunde dicendi copiam petere non posit. & ibid. Aliunde assumptum bonum. Orat. 204 a, In alienis aut translatum, aut factum aliunde, ut mutuo.

Alius, alia, aliud. non idem, reliquus, cæteri, præterea, alter. de In. 63 a, Cum communiter quædam de omnibus præcipi posit, separatim tamen tum aliæ cuiusq; generis, & diuersæ præceptiones. de Fi. 130 b, Sed naturas esse diuersas, ut aliud equo sit natura, aliud boui, aliud homini. de D. 114 b, Si eadem hora aliæ pecudis iecur nitidum atq; plenum est, aliæ horridum & exile. de N. 50 b, Quib. bestijs eratis cibus, ut alius generis bestijs uescerentur: aliàs, Alij generis. Nam alij & aliæ in genitiuo apud Cic. repertum esse, testis est Prisian. li. 6. Ep. 168 b, Nos ab initio spectasse ociũ, nec quicquam aliud à libertate communi quæsisse, exitus declarat. Tusc. 160 b, Ita nihil aliud est dicere, nisi recordari. de L. 158 b, Aliud ex alio quærere. Ep. 138 b, Me quotidie aliud ex alio impedit. Or. 200 a, Aliud alijs uidetur optimũ. Ep. 107 a, Habes Sardos uenales, alium alio nequiorem. hic Alius de duobus dici uidetur. Qu. Fr. 321 b, Multa in epistolam conieci, aliud alio tempore. de Di. 126 b, Orbis unamquanq; partem aliam alio modo mouere atq; immutare cœlum. & alibi: Signa alia alio in loco lachrymantes intuebantur. At. 260 b, Sed ut aliud ex alio, mihi non potest dubiũ, quin, &c. Attic. 144 b, Nec unquam aliud ex alio peccare destitit. I.V. 89 b, Hic tum alius ex alio parta, &c. pro Sest. 19 b, Omnes certatim alius alio grauius atq; ornatius de mea salute dixerunt. Att. 200 a, Accepi epistolas tuas aliam alia iucundiorem. de Orat. 111 a, Itaque illi aliàs alius eisdem de rebus iudicant. de Dom. 96 a, Simia omnia disturbauit, & aliud alio dissipauit. Or. 216 b, Quorum descriptus ordo aliàs alia terminatione concluditur. de Som. 126 a, Vt nihil inter ipsos ab alijs ad alios manare possit. de D. 131 b. Vt ijdẽ uersus alias in aliam rẽ accõmodari possint. Ora. 303 b, Res alio atq; alio elata uerbo. Or. 203, In alio ponitur, aliudq; totum est, utrum oportere an decere dicas. Or. 217, Cum aliud uideatur esse numerus, aliud numerosum, quid interfit. pro Cæ. 38 b, Aliud est male dicere, aliud accusare. de Or. 106 b, Aliud est esse artificẽ, &c. aliud nõ esse hebetẽ, &c. de L. 166 b, Videtisne quãta series rerũ fiat atq; ut ex alio alia nectantur? Tusc. 242 a,

Causæ aliæ eis alijs aptæ, & necessitate nexæ. de Or. 98 b, Aliquẽ ita labi ut alijs miserandus, alijs irridendus esse uideatur. Eodem 104 a, Sed aliud quiddam longè aliud Crassus quærimus. At. 218 b, Aliud tu honestum in hac causa indicas, atq; ego existimem. de Or. 162 a, Alia dicere ac significare. Sal. in Cic. 271 b, Aliud stans, aliud sedẽs, de repub. sentis. de L. 172 a, In alijs rebus uersor atq; tu. Eodem 105 a, Tantum dico aliud esse aliud atque hoc. Eodem 111 b, Quid fit quare alij melius, quàm alij dicant. de Ora. 149 a, Virtus habet plures partes, quarum alia est ad laudationẽ aptior. I.V. 206 a, Siciliæ cum essem, sic ab omnibus audiebam, tam te has phaleras à Philarco Centuripino abstulisse dicebam, quàm alias item nobiles ab Aristo Panormitano, quã tertias à Cratippo Tyndaritano. Top. 228 a, Comparationum duo genera sunt: unum de eodem & alio, alterum, &c. & ibid. b, Huic generi finitimũ est illud, quod appellari de eodẽ & altero diximus. de Som. 128 b, Alios, reliquos, cæteros, idem. de Ora. 149 a, Alia, & bona, & mala uidentur Stoicis, & cæteris gentib. pro Cec. 295 b, Nõ alia causa est equitatis in uno, & in plurib. de Of. 64 a, Alia causa est eius qui calamitate premitur, & eius qui res meliores quærit. pro Cæ. 52 a, Lux longè alia est solis, & lychnorum. At. 165 a, De puero aliter ad te scripsit & ad matrem. Or. 220 b, Aliud mihi ac tibi uideri potest. pro Pl. 269 a, Nec erit hæc alia ratio Plancio ac Laterẽsi. Item alibi, Cũ alia dicuntur ac sentias.

Alysmodi. de In. 64. Nã opinio dupliciter facit homines: cum aut res aliusmodi est, ac putatur: aut nõ is euentus est, quem arbitrati sunt.

Allabor, ris. labor, fluo. de Di. 120 b, Et humor allapsus extrinsecus, ut in tectorijs uidemus, austro sudorem imitari potest.

Allecto, as. prolecto, allicio, inuito blandè. de Senect. 89 a, Ad agrum fruendum non modo non retardat, uerum etiam inuitat atq; allectat senectus. de Amicit. 114 b, Quis ipsi illam allectant & inuitant: id est, assentationem.

Allegatio, onis. priuata quædã legatio. I.V. 103 b, Cum sibi omnes ad istum allegationes difficiles, omnes aditus ardu os ac potius interclusos uiderent. lege Expugno.

Allego, as. lego. mitto. I.V. 106 b, Petit à me Rabonius, & amicos allegat, facilè impetrat. Epi. 247 a, Extremum illud est, ut philosophiam ad te allegem. & 249 b, Allegarem ad te illos, &c. pro S.R. 22 b, Homines nobiles allegarent ij, qui peterent, ne ad Syllam adirent. Qu. Fr. 306 a, Sed idem Nerius iudex edidit ad allegatos Cn. Lentulum & C. Cornelium.

Allegoria, æ. Or. 205 b, Iam cum fluxerunt continuæ plures trãslationes, alia planè fit oratio: itaque genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν, nomine rectè: genere melius ille, qui ista omnia translatione uocat. Att. 35 a, Si erunt mihi plura ad te scribenda, ἀλληγορίαις obscurabo.

Allevamentum, ti. pro Syl. 179 b, In aduersis sine ullo remedio atq; alleuamento permanere.

Allevatio, nis. alleuamẽtum. Epi. 126 a, Et si tot tantisque rebus urgemur, ut nullam alleuationem quisquam non stultissimus sperare debeat. de Fin. 57 a, Vt doloris diuturnitatem alleuatio consoletur.

Allevio, as. de In. 57 a, Reprehẽsio est, p quã argumẽtando aduersariorũ cõfirmatio diluitur, aut infirmatur, aut alleuiatur. aliàs, alleuat, & fortasse rectius eleuatur. uide Eleuo.

Allevo, as. leuiorem facio, lenio, mitigo. de Cl. 166 a, Quod aliqua ex parte sollicitudines alleuaret meas. At. 199 b, Alleuor cũ loquor tecũ absens. de Am. 100 a, Amicitia res aduersas partiens communicansq; leuiores facit. Att. 98 a, Acastus quę uellem de alleuato corpore tuo nũnciauit. pro S.R. 20 a, Hoc onus, si uos aliqua ex parte alleuabitis, ferã ut potero.

Alliensis, se. At. 137 b, Alliensis pugna.

Allicio, cis. allecto, inuito, capio, capto, plecto, traho, duco, attraho, induco, excito, titillo, illicio, obseruo, seruo. de In. 82 a, Est quiddam quod sua ui nos alliciat ad sese, non emolumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate. de Or. 138 a, Eum qui audit permulcere atq; allicere. Epi. 26 a, Hominem adolescentem non tam allicere uolui, quàm alienare nolui. de Or. 87 b, Dicendo tenere hominum cõ-

tus,mentes allicere.pro Mur.141 b, Cato negat uerum esse,allici beneuolentiam cibo . Quin.de Pet.213 b,Hoc & tenentur homines Romę, & alliciuntur.pro Pl.261 a,Allicere uoluntates alienas, retinere partas.I.V.273 a,Nullis nostris studijs beneuolentiam illorum allicere possumus. pro Pom.8 b,Regum afflictę fortunæ facilè multorum opes alliciũt ad misericordiam.de Am.101 a,Virtus allicit homines ad diligẽdum.I.A.182 a,Si te laus allicere ad recte faciendũ non potest,ne metus quidem à fœdissimis factis potest auocare . pro Mu.142 b,Nulla re allici mentes hominum oportet ad magistratum mandandum.Off. 36 b, Hominum studia ad nostras utilitates allicere & excitare. Off.42 b, Oratione benigna multitudinis animos ad beneuolentiam allicere.Off.111 b,122 a, Omnis uirtus nos ad se allicit.de Di.98 b,Magnes lapis est,qui ferrum ad se allicit & trahit.Tusc.149 a, Qui cogitationes suas nec disponere nec illustare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem.Ep.16 a,Cum in hunc sensum,& alliciar beneficij hominum,& compellar iniurijs,facilè patior,&c.de Fi.71 b, Ea uoluptas quæ in motu est,& paruos allicit & bestias.

Alligo,dis.Qu.Frat.311 b, Damnationes inimicorum , in quibus,me perlubẽte,Seruius allisus est:id est,lęsus,uel impegit.

Alligatus,a,um.astrictus,& colligatus.)(.Solutus. de Am. 104 a,Ne existiment ita se alligatos, ut ab amicis peccantibus non discedant. ꝓ Do.221 b,a , Vbi per suum tribuna tum Cęsaris actis alligatus teneretur.

Alligo,as.deuincio,astringo.Attic.134 a, Cedendum est celeriter,ne fortè qua in re impediar atq; alliger.de Or. 159 a,Neque uerba alligata sint, quasi certa aliqua lege uersus, neque ita soluta ut uagentur.Att.33 a, Cum uideas uoluntatem ciuitatis solutam,utrũque alligatam.pro Cluen.49 a,& pro R.P.125 a,Lex ubi omnes mortales alligat,ita loquitur , &c. pro Pl. 276 b,Beneficio alligari.pro Fl.155 a, Metuit ne L.Flaccus nunc se scelere alliget . In Ver.238 a, Producuntur, & ad palum alligantur.de Dom.133 b,Alligandi essent omnes,qui cubitum irent.pro Qu.R.51 a,Aliquem stipulatione alligare.de Leg. 180 a,Sacris alligari.

Allino,nis.lino , applico.I.V.69 b,Nullæ sordes uidebantur his sententijs allini posse .

Allobrox,gis.uulgò Sabaudiensis.Galli sunt Heluetijs finitimi.de Diui.84 b,At clades patriæ flamma ferroq; parata Vocibus Allobrogũ patribus populoq; patebat.de Pro.75 b,C.Pōptinius Allobroges domuit .In Cat. 111.112.113.

Alloquor, ris.compello προσφωνῶ, affaris.ad Her. 28 b , Te nunc alloquor Africane,cuius, &c.pro Cl.54.

Alludo,dis.Alludere, est ludere , & alio quod dicas referre. de Or.205 b,Galba autem alludens uarie,& copiosè,multas similitudines afferrebat.

Allvo,is,lauo, rigo,abluo. I.V.255 a , Non alluuntur à mari mœnia extrema, sed influit in urbis sinũ portus.Or.206 b,Ita iactantur fluctibus,ut nunquam alluãtur.pro Fl.159 b,Cum hęc ciuitas barbariæ fluctibus alluatur.de Le. 170 a, Fluuius ditissus latera insulæ alluit .

Allvvio,onis.eluuio.de Orat. 99 a , Alluuionum & circunluuionum iura.

Almo,onis.flu . propè Romam . non Anenio neque Anio legendum. de Nat.70 a , Lucanus:Et lotam paruo reuocant Almone Cybellem .

Almvs,a,um.sanctus, augustus.Offic.73 a , O fides alma , ex Ennio.In Arat.Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almę.

Alo,lis.educo,nutrio.de N.30 b. Omnia quæ aluntur & crescunt,continent in se uim caloris.& 36 a,Multa,quibus animantes alantur augescantq; & pubescant.I.V.150 a , Hac pecunia alimur & sustinemur . de N.51 b,Animantes quæ lacte aluntur.pro S.R.27 b,Anseribus cibaria publicè locãtur,& canes aluntur in Capitolio.de Nat.15 b,Cum agellus eum non satis aleret,ꝓ Deiot.147 b , Deiotarus antea maiores copias alere poterat,nũc exiguas uix tueri potest. Par.124 a.Alere exercitum suis fructibus.de Vn.198 a,Ita se ipse consumptione & senio alebat fui. At.272 a,Nam mihi stat alere morbũ desinere.At.104 b , Serò resistimus ei , quem per annos decem aluimus contra nos.de Clar.167 a, Intraq; parietes aluit eam gloriam, &c.pro Cec.287 a,Eburius iste Cæsenniæ uiduitate alitur.de In.82 b , Alere aliquid & maius facere.pro Mar.135 b,Illa est uita tua Cæsar,quæ uigebit,&c.quã posteritas alet.I.C.116 b,Memoria uestra Quirites,nostræ res alentur,sermonibus crescẽt, &c.de Amicit. 115 b ,Sed nec illa extincta sunt,alunturq; potius & augent cogitatio & memoria. Officior.21 b,Hominis mens discendo alitur.I.C.103 a,Qui spem Catilinæ cum mollibus sententijs aluerunt. pro Sest. 21 a,Quorum effrenatus furor alitur impunitate diuturna. Or. 200 a,Ab hac & uerborum copia alitur.de In.42 b,Dicendi assiduitas aluit audaciam.de N.49 b,Vapores,quib.altæ renouantęq; stellæ atq; omnis æther,refundunt eosdẽ. pro Pl.29 b,Locus ille mutus, ubi quisque altus aut doctus est.de Cl. 168 a,Vrbs in qua nata , & alta est eloquentia.Epi.79 a,In ea urbe es, ubi nata & alta est ratio & uitæ moderatio.

Alpes,pium.montes altissimi Galliam ab Italia disterminantes.de Pre.76 a , Alpibus Italiã munierat antè natura.de Ep. 172 b, Antonius Apennino alpibusq; se tenet.I. Pis. a,Vallum alpium cõtra ascensum transgressionemq; Gallorum I.A.201 b,Vt eius furorem ne alpium quidem muro cohibere possemus.I.C.119 a,Hoc malum manauit non solum per Italiam,uerum etiam transcendit alpes.

Alsvm,sij.oppidum Thuscorum. Attic.21 .

Alsiensis ager,ab Alsio dictus.pro Mil. 111 b,Pompeium ut uideret,sciebat in Alsiensi esse procul inde .

Alsvs,a,um.frigidus.Qu.Fra. 319 a, Iam ἀποδυτηρίῳ nihil alsius,nihil muscosius.Attic. 59 a, Antio nihil quietius est, nihil alsius,nihil amœnius .

Altare,ris.ara.antequam.196 b , A deorum quondam altaribus impiam manum ciuium remoui. I.C. 102 a , A cuius altaribus sæpe te ad necem ciuium transtulisti . de Ar.341 b,Ab altaribus religiosissimis fugatus.

Alte,sublimè.I.A.165 b , Altè extollere manum.Tuscul. 235 b,Altè a terra.& de Nat.51 b,Tollere se à terra altius Or.204 b , Cum uerbum aliquod altius transfertur.de Ar. 251 a,Tollere tectũ altius de So.130 a , Altè spectare aut ad Cœlum cõtueri.de D.119 a,Cum terra araretur,& sulcus altius esset impressus.I.V.70 a,Indignum uidebatur iis qui altius perspiciebant . Or.205 b,Altè enim cadere non potes,id est.ex alto .

Alter,a,um.Tusculan.154 b , Agricola serit arbores, quas alteri seculo prosint de Cl.183 a,O magnam , inquit, artem , Brutus, siquidẽ istis,cum summi essent oratores,duæ res maximæ,altera alteri defuit.At.233 b,Vt factum Dolabellæ tantopere laudarem,adductus sum tuis & unis & alteris literis. Attic.211 b, Alteris iam literis nihil ad me.de Attica.pro Clu.25 a,Cum is unum iam & alterum diem desideraretur.de Clar.165 a,Sed contra semper alter ab altero adiutus . Or.214 a,Id est genus,ex tribus collocationũ partibus alterum.de Nat.51 a,Ergo alter alterius,ubicunque nactus est oua frangit. de Senect.82 b,Nec nunc quidem adolescentis uires desidero : is enim locus erat alter de uitijs senectutis.Officior.50 a,Ptolemæus, qui tũ regnabat alter post Alexandriam conditam.I.A.159 a, Quo senatus die lætior?proximo,altero,tertio,denique reliquis cõsectis diebus non intermittebas,&c.I.A.227 a , Equitatus qui in Syriã ducebatur bipartito:alter eum à quo ducebatur reliquit:alterum Cn.Domitius a legato Syriaco abduxit.pro Deiot.44 a, Accedit ut accusatorum alterius crudelitas, alterius indignitate perturber.Epist.6 a,Quorum alterum mihi facere necesse est,alterum facio libenter.Tuscul.169 b,Necesse est enim alterum sit de duobus:ut aut,&c.Tusculanar.251 b,Ad Brutum nostrum hos libros alteros quoque mittamus.de D.96 b,Nõ modò his tribus , qui,&c.sed etiam alteris tribus,qui,&c. I.A.248 a,In altero pudorem illis libidines, scelera , &c.I.V.206 a, Tã has phaleras,& quàm alias,&c.quàm tertias,&c.de In 63 b,Caupo cum lum alterum, uidelicet qui nummos haberet,animaduertisset,gladium propè appositum è uagina eduxit,& illum alterum occidit.At.46 b , Me ipsum accuso , deinde te,quàm me alterum.At.53 b , Ad omnia me alterum se fore dixit Ep.98 . Vide quàm mihi persuaserim te esse me alterum. Att.282 a,Ad te tanquam ad alterum me proficiscens.Ep. 26 a,Quem si reliquissem,dicerent iniqui nõ me planè non annum ex prouincia decessisse, quoniã alterũ me reliquisse. Topic.228 b,De eodem & alterio.& ibidem,De eodem & alio,Altero tanto maior,id est,duplo.I.Sesqui.At. 224 b,Ego è Formiano exiens XVII.Calendarum , ut inde altero die in Tusculanum scripsi hæc .

Altercor.concerto contendo . de Clar.178 . Iam in altercando inuenit parem neminem. Item 180.

Altercatio , onis . concertatio , contentio , ἀγών, studium contentionis.Attic.12 b , Redeo ad altercationem , surgit Pulchellus,&c.de Nat.5 a,Oritur mihi magna de re altercatio cum Velleio.de Clar.179 a,Nulla est altercatio clamoribus unquam habita maioribus.Attic.61 b,Altercationes,quas in senatu factas audio.Ep.3 a,Idib.Ianuarijs in senatu nihil est confectum , propterea quod dies magna ex parte consumptus est altercatione Lentuli & Caninij.

Alternvs,a,um.quod uicissim fit,aut uicissitudinem habet. In Ver.125 a,Senatus ex aliqua ciuitate qui iudicet,datur, cum alternæ ciuitates reiectæ sunt . In Vat. 34 b,Lex de alternis consilijs reijciendis.pro Arch. 190 b,Epigramma in aliquẽ alternis uersibus longiusculis . Tusc.226 a,Alternis enim uersibus interquentur inter fratres grauissimę contumeliæ.pro Clu.47 a,Ex duabus orationibus capita alterna cõtraria inter se recitanda curauit.de Or.161 a,Pedes aut heroos,aut chorios,aut alternos esse oportet . nam horum uicissitudine efficiẽr,ut , &c.pro Plan.66 b,Senatus de ambitu,de reiectione fieri uoluit iudicium alternorum .

Alteruter,a,um.è duobus alter. Attic.129 b,Duellio mandauerã ut alteruter uestrum ad me ueniret.de In.64 a,Namhorũ in genis alteruterũ illa quoq; incident in quibus , &c. I.V.64 a,Video esse necesse alteurtrum. & de N.15 a,Att. 154 b,Solon capite Sanxit , si quis in seditione non alterutrius partis esset. Atti.142 a,b,Non est uæ dignitatis atque fidei,ut contra alteurtrum,cum utriq; sis coniunctissimus , arma feras.pro M.134 a,Si in alterutro sit peccandum,malim uideri nimis timidus quàm parum prudens.Ep.49 b,Si alterutrum necesse sit , audire ea malis,quàm uidere.Epist. 118 b,Alterutrum ad conditionem descendere uult Cęsar, ut aut,&c.Epis.115 b, Pompeium puto alteurtrum de filijs ad te misurũ.Ep.190 b, Dum ipsorũ alteruter uenit. de D. 121 a,b,Cur alterutrũ emiserit. Alteriusfutrius.ex Prisciã .

Altisonvs,a,um.ex alto sonans.de Diu.102 a, Hic Iouis altisoni subitò pennata satelles,&c.Poetæ.

Altitonans , tis . ex alto tonans , pro Ioue ponitur . de Di. 84 a,Nam pater altitonans, &c.Poetæ .

Altitvdo ,nis.excelsitas, uel celsitas . In Ver. 249 b,Latumiæ opus ingens in mirandam altitudinem depressum . de Di.100 b , Labes agri Priuernatis cum terra ad infinitam altitudinem desediisset.I.V.225 a, Spelunca conuersa ad aquilonem infinita altitudine.de N.45 b,Speluncarum concauæ altitudines.de Na.12 b, In hac immensitate latitudinũ,lõgitudinũ,altitudinũ.contra Rul.76 b,Altitudo mõtiũ.At.250 b,Altitudo maris. Of.65 a, Demoliri ædes quarũ altitudo officeret auspiciis.de Na.45 b , Impendentium mõtium altitudines.de Cla.170 b,Elatio atq; altitudo orationis. Or. 210 b , Oium magnarũ artiũ ficut arborum altitudo nos delectat.Part.236 b, Altitudo animi in capiẽdis incommodis. Of.18 a,In liberis populis exercẽda est ẽt facilitas.& altitudo animi q̃ dicit.pro R. P. 129 b,Altitudo fortunæ & gloriæ alicuius.de Vn.203 b,Cum speculorum læuitas hinc illincque altitudinem assumpsit .

Altivolans , tis . Altè & sublimè uolans uolucris,de Diu. 102 b,& de N.102 b, Ennij , Cernes genus altiuolantum.

Alvor.de Nat. 43 a , Omnium autem rerum quæ natura administrantur,seminator,& sator,& parens,ut ita dicam,atque educator & alitor est mundus .

Altrix,cis.pro Flac.159 a,Et eorum terra parens,altrix patria dicit.de D.84 b,Romani nominis altrix , Martia,&c. de Vn.201 b,Terra altrix nostra,&c.

Altvm,ti.mare.de In. 74 a , Cum nautæ in alto iactarentur. & ibid.b, Cum magna in alto tempestas esset . de Fin.120 b,Si plures ex alto emergere uelint , &c.I.V.242 b,& 253 a,In ore portus ubi primum ex alto sinus ad urbem à littore inflectitur.

Altvs,a,um.sublimis,excelsus,celsus , erectus , in altum editus,excitatus humo.)(.abiectus.de Or.156 a,Procul à terra abripi;atq; in altum à cõspectu penè omnium abstrahi. I.V.169 a, Sic est ordo quasi propositus atque editus in altum,ut ab omnib.uentis inuidiæ circumflari posse uideatur.de Leg.183 b, Columellam cum altiorem tribus cubitis super tumulum statuere.de N.46 a , Vltimus,& domicilijs nostris altissimus cœli complexus. de Or.144 b,Hoc est altius quam ut id nos humiliorati suspicere possimus.pro S.R.32 a,Sua uirtute in altiorem locum peruenire.I.A.93 b , Virtus est altissimis defixa radicibus . pro Dom. 132 b, Præcipitari ex altissimo dignitatis gradu.de Am.102 a,Nihil enim altum,nihil magnificum suscipere possũt,qui &c. I.A.155 b,Altissimus dignitate gradus.Or.215 a,Alta & exeggerata oratio.)(.humilis & abiecta.pro Mil.105 b,homo sapiens & alta quadam mente præditus . pro Clu.49 b, Altiorem gradum dignitatis assequi.pro Sest.7 a,In altissimo gradu poni.Tusc.234 b, Magnus & altus uir.de Fin.96 a,Vir altus & excellens. Tusc.177 a,Altus,excelsus,humana despiciens. Tusc.193 a , Ita sunt stirpes altæ stultitiæ.

Alvearivm,rij.Cic. in Oeconimico , teste Charisio,Apes in alueario concesserant .

Alveolvs,li.tabula in qua tesseris & tabulis luditur.de Fin. 138 a,Et cum re nulla impediãtur necessaria,aut alueolum poscere,aut quærere quempiam ludum.

Alvevs,uei.uas amplum,quo in balneis utebantur.pro Cæl. 52 a,Ex quibus requiram quonam modo latuerint , alueus ne ille,an equus Troianus fuerit . ad Heren. 27 a, Deinde ubi uisum,in alueum descendit.

Alvmnvs,a.um.qui alit,quique alitur.de Cla. 168 a,Eloquẽtia bene constitutæ ciuitatis quasi alumna quædam .I. A. 210 b,Ego itaque pacis,ut ita dicam , alumnus,&c.de Fin. 112 b,Aristoteles cæteriquæ Platonis alumni. Epi.133 a, Aliquis quasi alumnus disciplinæ alicuius . de Diu. 83 a, Vos quoque signa uideris aquai dulcis alumnæ.

Alvvs , ui . pars corporis subiecta stomacho.de Nat.53 b , & 21 a,Aluus subiecta stomacho, cibi & potionis est receptaculum:est aũt multiplex & tortuosa.pro Clu.24 b,Spes illa quam mulier in aluo commẽdatam à uiro continebat. de D.88 b , Cum mater filium aluo contineret . de N.71 a, Aesculapius primus purgationem alui,dentisque euulsionẽ inuenit. de N. 31 a , Vomitione canis purgare aluos ibes Aegyptiæ curant .

Alyzia,æ.urbs.Epist.257.

Amabilis, le. quod dignum est amari , dulce , suaue . Attic. 78 b,Filio Iam tuam amo, & amabilem esse certò scio.Ep. 175 a, Mihi autem nihil amabilius officio tuo . de N.25 a, Nihil est uirtute amabilius.& de Ami.101 b,Nihil est amabilius uirtute.Att.261 b,& 188 b,& 252 b, nihil iucundius literis Sexti,nihil amabilius.Part.231 b,Oratio quæ significat oratoris ipsius amabiles mores .

Amabiliter,At.228 b, Sed mehercle si humaniter & sapiẽter & amabiliter in me cogitare uis , facilem te profecto præbebis M. Antonij .

Amabo,si me amas.rogantis est.At.23 b,cura , amabo te,Ciceronem nostrum.At.24 b,& 27 a,Cura,amabo te,ut cum Ticinio transigas.Ep.110 a, Vrbanitatis possessionem,amabo,quibusuis interdictis defendamus.& ibid. Pugna,si me amas,&c.At.47 . Nostra autem negocia , quoniam Romæ commoraris,amabo te,explica.At.98 b,& Qu.F.305 a,Expecta,amabo te, dum Atticum conueniam.Ep.21 b,Sed amabo te , cura ac cogita nihil noui . Ep.116 a,& 354 a, Amabo te,si quid, quod opus fuerit , Appio facies,ponito me in gratiam.At.67 b,Si me amas, apud me cum tuis maneas.Qu.F.312 a,Adhuc,si me amas , Marium.Attic.77 a, Amabo te,incumbe in eam rem .

Amalthea , uel Amalthion, uocat Cice. Attici bibliothecam,propter uariam & magnam bonorum librorum copiã quasi dicas copiæ cornu.nam præterquam quòd Amalthea Iouem nutrisse fertur, Amaltheum cornu babuisse tradunt miræ naturæ , ut quem quis siue potum expetijsset , siue cibum,siue ullo omnino labore eius compos fieret . non mirum igitur,si Cicero Attici sui bibliothecam tam uariè copiosęq; instructam,Amaltheam appellauit. Att.22 a,Amalthea mea te expectat , & indiget tui . & 13 b,Velim ad me scribas cuiusmodi sit ἀμαλθεῖον tuũ , quo ornatu , qu æ τὸ σοβεῖα , &c.7 a ,

Amandatio, onis.reiectio , relegatio . pro Sex.Rosc.25 b Tamen ne hæc uita rusticana relegatio atque amandatio appella-

appellabitur?

Amando,as,ablego,remoueo, relego,dimitto, mando.I.V. 249 b,amandat hoiem quò? Lilibeũ.Postq.200 b,Re quidem ỹ.oẽs mortuos amãdatus esset.de N.54 b, Sic natura res similes procul amandauit à sensib. pro S.R.25 a,An amandarat hunc sic,ut esset in agro,ac tantũmodo alcreẽ ad uillam? pro.Do.226 a, Hunc modo amandandum esse . sic M.Cato inuisus, quasi per beneficium Cyprum relegatur. & paulò infrà,Me expulso,Catone amandato .

Amans,tis.diligens,obseruans,cupidus, studiosus,gratiosus, fautor.pro R.P.129 b,Equitem Romanũ uetere amicum suum studiosum,amantem,obseruantẽ,sui labentẽ excepit. Ep.71 a,Me lenissimis & amantissimis uerbis utens,re gra uiter accusas.At.118 a, Gallus Fabius amãtissim? utriusq; nostrũ.Ep.181 a, Trebatius utriusq; nostrũ amantissimus. I.C.118 b,Frater carissimus atq; amãtissimus.Qu.Fr.292 b,Si quẽ fortè tui cognouisti amantiorẽ quã temporis.At. 354 a,Ciuis amans patriæ.Ep.257 a, Ad nos tui amantissimos ueni.Tusc.214 b,Aliud est esse amatorem, aliud amãtem.Ep.5 a,Qu.Selicio neminem esse amantiorem tui.

Amanter,peramanter, studiosè.Att.24 b , Valde hoc uelim amanter diligenterq; conficias.Ep.744 a,Literæ tuæ,quib. expectatum meum aduentum abs te amãter uidebam. Ep. 139 a,Qui me perofficiosè & peramanter obseruãt. p Cl. 20 a,Quo enim est ipsum nomen amantius indulgentiusq; maternum,hoc,&c.Qu.Fr.327 b, Nihil fuit faciẽdum istorum,quæ amantissimè cogitata sunt. At.88 b , Deinde me obsecras amantissimè,ne,&c.de Am.95 b,Coniunctissimè & amantissimè uiuere cum aliquo .

Amantia,tiæ.urbs.I.A.236 a .

Amanvs,ni.mons.At.79 a , Amanus Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit.Ep.23 .

Amaniensis,Ep.23.

Amarvs,a,um.de N.65 b,animal sentit calida & frigida,dulcia & amara.de Fin.72 b,Sensus iudicat dulce, amarũ,&c. pro Clu.32 a , Itaq; minimè amarus is uisus est . At. 236 a, Amariorẽ me senectus facit,stomachor omnia . ad Her.28 b,Amari iucundum est, si curetur nequid insit amari.

Amator,oris.cultor,obseruator.I. V. 181 a,Alba tuus non solũ amicus,sed etiã amator.Tusc.214 b,Aliud est esse amatorem,aliud amantem.Postquã.206 b , Aliter à me Catilinã amatorem suum reposcebat.de N.71 a,Amatores puerorum Qu.Catulus,& Alcæus poeta.p Cæl.47 b,Vtrum hic tibi adulter an amator uideturẽde Vn.204 a,Qui sapientiæ amatorem se profitetur. de Clar. 170 a , Amatores Catoni desunt,sicuti multis iam antè seculis Thucydidi . At. 20 b, L.Papyrius Pætus uir bonus, & amator noster.

Amatoriæ.I.A.175 a, Epistola amatoriè scripta.

Amatorivs,a,um.quod ad amorem pertinet, quod ad amorem allicit.Tusc.225 a,Anacreontis tota poesis est amatoria. & 225 a,Amatoria uoluptas & 206 a,Amatorius sermo. At.144 b.ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς.

Ambigo,gis.dubito.pro Cecin.288 b , Fundus de quo ambigitur,&c.de Orat.106 a,In eo autem iure,quod ambigitur inter peritissimos , non est difficile , &c. de Fin.64 b , Vt inter eos qui ambigunt, conueniat quid sit id de quo agatur.de Or, 118 a , Nihil est enim quod inter homines ambigatur,in quo,&c.de Or.118 b , Quæ propter scripturam ambiguntur , de Or.153 , Omnis res eandem habet naturam ambigendi,de qua quæri & disceptari solet , siue,&c. de Or.118 b,Ex cõtrarijs scriptis, si quid ambigitur.de In. 567 b , Ambigunt agnati cum eo qui est secundus hæres. Orat.208 a,Nihil ambigi potest,in quo non , &c. Or.208 b,Nisi cum de uero ambigitur , quod quæri coniectura solet.de In.70 a,Si plures ambigent , &c. Top.224 a , Ambigere de aliqua re.& I.V.100 a , Si de hæreditate ãbigit.

Ambigvẽ . Orat.207 a , Ambiguè dicta diuidere & explanare oporter.Ambiguè loqui, de N. 18 a, & de Or. 96 b, Ambiguè scriptum aut contrariè. pro Cec.300 b,Verbum ambiguè positum .

Ambigvitas,tis.amphibologia,anceps dubia, incerta,multiplex uerborũ potestas.Part.221 b,obscurũ aut aut lõgitudine , aut ẽctiõe oẽonis aut ambiguitate, aut inflexiõe atq; ìmmutatione uerborũ de In.160 b,Sed nobis ambiguitate nominis uidẽtur errare.I.Amphibologia.

Ambigvvs,a,um.anceps,dubius,incertus, multiplex.de Or. 118 b , Ambiguorum complura sunt genera , quæ,&c.de Orat.118 a , Statim occurrit animo quæ sit causa ambigui. Top.227 a,Ambiguum est,cum duæ differentes sententiæ accipi possunt. Or.208 a,Nam si quando aliud in sententia uidetur esse , aliud in uerbis,genus est quoddam ambiguum; quod ex præterito uerbo fieri solet, in quo,quod est ambiguorum proprium,res duas significari uidemus.Ep 175 a, Ego tamen non habui ambiguum,& statim,&c.I.I est,non dubitaui,de Cla.178 a,Rem ambiguam distinguere.de Or. 132 a,Ex ambiguo dicta uel argutissima putantur . de Or. 206 a,Verba ambigua distinguere.de D.104 b,Oraculis erãt multa obscura,multa ambigua,explanationes adhibitæ sunt.Tusc.194 b,Vt effugiã nomen ambiguum inuidiã. de D.132 a,Oracula partim flexiloqua & obscura, partim ambigua,& quæ ad dialecticum referenda sint. ad Her.92 a , Ambigua quemadmodum uitanda sunt,quæ obscuram reddunt orationem:ita hæc consequenda , quæ conficiũt huiusmodi significationem : ea reperientur , si nouerimus uerborum ancipites aut multiplices significationes . Top. 229 a,Id autem contingit,cum scriptum ambiguum est,sit duæ differentes sententiæ accipi possunt .

Ambio,bis.circumeo,prenso. At.56 a,Clodius uicatim ambire , seruis aperte spem libertatis ostendere . de Vn.204 a, Vt terram lunæ cursus proximè ambiret.I.A.234 b,Quod si comitia placet in senatu haberi, petamus, ambiamus : tabula modò noua detur nobis , sicut populo data est. pro Plan.260 b,Populus facit eos à quib.est maximè ambitur.

Ambitio,onis.ambitus , studium cupiditatis; honorum conciliatio gratiæ & amicorum. I.V.135 a , Vt studia cupiditatesq; honorum ambitionesq; ex omnibus ciuitatibus tolleret. de Cla. 187 a,Non puto existimare te ambitione nobis labi,quippe de mortuis. Tusc.188 b,quid de nostris ambitionibus? Quid de cupiditate honorum loquar? Offic. 17 b, Miserrima est omnino ambitio , honorumq; cõtentio. pro Mur.141 a,Hæc siue ambitio est , siue liberalitas , &c.I.A. 234 b,L.Cæsar comitia & ambitionem introduxit in senatum.pro Mil. 109 b , Scio enim quàm timida sit ambitio, quantaq; & quàm solicita cupiditas consularus. In Sal.27 a , Non dico hanc popularem ambitionẽ,sed illam perniciosam contra leges. At.14 b, Me ambitio quædam ad bonorum studium duxit.At.1 a,Domitius,in quo uno maximè ambitio nostra nititur.Q.Fr.291 b , Præsertim cum mores ad nimiam ambitionem incubuerint .

Ambitiose.Ep.35 b,Cum in isto genere multo etiam ambitiosius facere soleam,quã honos meus & dignitas postulat. Atti.238 a , Petiuit à me , ut eius orationem ne ambitiosè corrigerent .

Ambitiosvs,a,um . At.16 a,Illæ ambitiosæ nostræ fucosæ amicitiæ sunt in quodam splendore forensi. In Sal.273 a, honoribus petẽdis nimis ambitiosus.pro Mur.128 b , Ambitiosius imperator. Qu.Fr.300 a , Ne fortè me in Græcum tam ambitiosum factum esse mirere.pro Fla.155 a,Quid ambitiosius, ut omnes nos quotidie persaluet .

Ambitvs,tus.de corporeis rebus.conuersio, circuitus,orbis. Top.222 b , Qu.fœnola id solum esse ambitus ẽdium dixit,quantum parietis cõmunis tegendi causa tectum proiceretur.de Vn.200 b,Cum se octo ambitus confectis suis cursibus ad idem caput retulerint.de N.35 b,Sellarum rotundi ambitus.de.Vn.a,secundus supra terram ambitus.de Vniuers.199 b , Sic animus extremitatem cœli à supremo regione rotundo ambitu circumiecit .

Ambitvs , ambitio , ambitionis crimen . pro Murçna 124 b, M.Cicero legis ambitus lator.Qu.Frat. 312 a,S.C.factum est de ambitu in Afranij sententiam . pro Clu.41 a, Iudicium ambitus.de Or.118 a,Raro illud datur,ut possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atq; largitione seiungere. Ep.175 b,Sed his ambitus extrac, ut omnia primè.pro & totam Lamiæ petitionẽ mihi sustinendam putem. Qu. Fr.316 b,Ambitus redit immanis,nunquam fuit par .

Ambitvs , ta , tum.ambitione & prensatione delinitus . pro Planc.Non enim comitijs iudicat semper populus,sed donetur plerunque gratia , cedit precibus , facit eos à quibus est maximè ambitus.

Ambitvs , orationis seu uerborum circuitus. de Ora.

Ille quasi uerborum ambitus : sic enim has orationis conuersiones Græci uocant.de Cla.179 a, Comprehensio & ambitus ille uerborum , si sic periodum appelari placet.de Or.161 b,Circuitus & quasi orbis uerborum.Or.200 a,Arguti certiq; & circumscripti uerborum ambitus. Or.113 a, Meæ aures perfecto completoque uerborum ambitu gaudent.I.Periodus .

Ambo,orum.uterque,duo.de D.95 a,Quorum amborum generum una ratio est.At.89 b, Sumus enim ambo curiosi.de Cla.171 b, De ipsius Scipionis & Lælij ingenio ea iam est laus,ut plurimum tribuatur ambobus.At.131 b , Epistolæ duæ prid.Cal.ambæ datæ. de N.61 b,Idem obtutus amborũ oculorum.Ep.132 a,Hos igitur ambos tibi commendo. Ep.64 b,Quos ego ambos unice diligo.ad Heren.35 b,Horum amborum generum exẽpla subijciemus. Or.198 b,Vicinus amborum,in neutro excellens , utriusque particeps .

Ambracia,urbs.I.P.99 a,Ambraciæ sedens . & ad Brutum : Ambraciam ducere equites per Thessaliam Bruti.

Ambraciota. Tuscul.166 a, Callimachi quidem epigramma, in Ambraciotam Cleombrotum est .

Ambrosia,siæ.herba & cibus deorum . de Orat.130 b,Præsertim cùm ita dicat ipse , ut ambrosia alendus esse uideatur . Tuscul.161 b , Non enim ambrosia aut nectare deos lætari arbitror.

Ambvlatio , onis.ipsa ambulandi actio . de Orat. 87 a,Postero autẽ die cùm illi maiores natu fatis quiesseant,in ambulationem uentum esse dicebat , cũ Sceuolã duob. spatijs tribus ue factis dixisse,&c.de Fin.114 a, Constituimus inter nos, ut ambulationem in Academia coficeremus . Att. 24 b , Sed hæc ambulationibus compitalitijs reseruemus .

Ambvlatio , locus & spacium ad inambulandum , ambulacrum,ut Plaut.& Plin.uocant.pro Do.137 b,Ibi enim postis est,ubi aditus templi est, & ualuæ ambulationis.Attic. 60 b,& 61 a,Nostram ambulationem uelim,cùm poteris, inuisas.Qu. Fr. 318 a,Nihili ei restabat balnearia & ambulationem & auiarium.Qu.Fr.319 a,Edera conuestiuit quã basim uillæ, qua intercolumnia ambulationis .

Ambvlativncvla,læ At.214 b,& Ep.24 b .

Ambvlo , as. uado,eo,iter facio , deambulo, inambulo,contẽdo,decurro,peruolo,pedibus peragro,uel obeo.Att.137 a , Si enim rectè ambulauit is qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit.de Fin.88 a,Xerxes tantis classibus Hellespontò iuncto Athoque perfosso maria ambulauit,terramq; nauigauit.& ibid.Xerxes maria pedibus pera grans,classibus montes. de Or.114 a , Ambulare in sole. Att.98 a,Sed ut philosophi ambulãt,has tibi redditum iri putabã prius.Att.132 a,Eo aũt modo ambulat Cæsar,ut timeã ne citius ad Brũdusiũ , quã opus sit,accesserit.pro Qu. 14 b, Triduo septingenta milia passuum ambulare.de Cla. 182 a , Adolescens delicatus in littore ambulans . de Or. 155 a,M. Manlium nos etiam uidimus transuerso ambulantem foro.Aca.13 b , Ambulare cum aliquo.& de Fin.89 b,

Ambvro,ris.circumuro.pro Mil.118 b , Vt Clodius sine exequijs amburetur .

Ambvstvs,a,um.I.V.90 a,Hic sociorum ambustus incendio tamen euolauit.p Dom.236 a,& de Ar. 224 a,Qui ambustas fortunarum mearum reliquias domos suas comportarent.pro Sest.Herculis corpus ambustum . pro Mil.103 b, Huius ambusti tribuni p. illæ intermortuæ conciones .

Amentatvs,a,um . amentis , id est , loris ligatum , ad acrius iaculandum & feriendum. de Or.102 a , Amentatas hastas ab aliquo accipere, & eas oratoris lacertis uiribusque torquere . & de Cla.189 b , Vt hastæ uelitibus amentatæ traduntur,sic argumenta,&c.

Amens,tis.mente motus , perturbatus . pro Sex. Rosc. 25 a, Pater igitur amet,qui odisset filium siue causã.Ora. 219 a, Incurristi amens in columnas.I. A.201 b,Homo amentissimus atque omnibus consilijs præceps ac deuius. I.P.83 b, Cùm tu ò uecors atque amẽs complexus es illud funestum animal,&c.pro Flac. 166 a , Quem posthac tam amentem fore putatis? qui, &c.

Amentia,tiæ.Tusc.192 a , Amentia est animi affectio lumine mentis carens.I. C.106 b , Mens sana consligit cũ amẽtia.Antequam.195 b,Ego inimicorum amentiæ paucorum omnium salutis causa decedam. de Arusp. 254 a,Hanc ob

amentiam arreptus est unus ex patricijs,eui , &c.

Ameria,oppidum,& municipium . pro S.R.21.

Amerinvs,na,num. pro S.R.21 .

Amica,cæ.I.A. 171 b , Mater amicã filij tanquã nurũ sequebatur.At.164 b,Hic tamẽ Citherida secum lectica apertã portat,altera uxorem,septẽ præterea coniunctæ lecticæ amicarũ . de Di.138 a,Alcibiades amicæ amictus amiculo.

Amica,beneuolè.Offi.19 a,Viuere simpliciter, fideliter,uitæq; hoium amicè.I.V.59 b, Familiarissimè & amicissimè uiuere cũ aliquo.de Fi. 59 b , Amice & beneuole fecisti.de Am.97 a,& pro Plan.274 b,Tu autem, quod mihi tantum tribuis,&c.facis amicè.Par.232 a,Vt amicè, ut intelligenter,ut attente audiamus .

Amicio,cis.uestio,operio.de Cla.169 b , M.Popilius,ut erat lana amictus,ita uenit in concionem.I.A. 176 a , Cæsar amictus toga purpurea.de Or.154 b,Hippias gloriatus ẽ palliũ quo amictus, saccos quibus indutus esset,se manu sua cõfecisse.I.C.109 a.Velis amicti , non togis.I.P.93 a, Hæc toga qua sum amictus.de D.218 a, Alcibiades paulo antè interitũ uisus est in somnis amicæ amictus amiculo.

Amicitia,tiæ.beneuolentię cõiunctio,familiaritas , necessitudo.Am.uoluĩtas erga aliquẽ, rerum bonarum illius ipsius causã, quẽ diligit, cũ eius pari uoluntate,2.de In.Am. nihil aliud est , nisi omnium diuinarum humanarumq; rerum cum beneuolentia & charitate summa consentio,Læl. Amicitia,uirtutum adiutrix à natura data est, nõ uitiorum comes,Læl.Amicitia in quo cernatur,Partit.Nihil est tam naturæ aptum, tam conueniens ad res secundas uel aduersas,quã amicitia, Læl.Amicitia hoc præstat propinquitati, quòd ex propinquitate beneuolentia tolli potest,ex amicitia nõ potest,Læl.Amicitia tua mihi ampla ẽ.3.Fã.Amicitia claudicare uidetur,1.de Fin.Si amicitia uertate colitur, qui amicum prodit, uanus sit necesse est,pro Qu.Amicitia per se colenda est,1.de Leg.Amicitia santissimè colenda, 10 Fam.Amicitia nostra quæ summis officijs ab utroq; culta est,15 . Fam. Amicicia cum uoluptate connectitur. 1.de Finib.Amicitia Consularis,pro Domo sua.Amicitia utrum propter imbecillitatem atque inopiam desiderata . Læl. Vera amicitia mihi ditior & affluentior uidetẽ esse in Læl. Mihi cum uiris fortibus , qui Censores proximè fuerunt , ambobus est amicitia,pro Cluent.Amicitia inter ingratos esse non potest , pro Planc. Amicitia nisi in bonis esse non potest, Læl.Amicitia sine uirtute nullo modo esse potest . Læl.Exardescit amicitia,in Læl.Experienda amicitia,2.de Inuent.Amicitia & secundas res splendidiores facit, & ad uersas partiẽs,communicansq; leuiores,Læl.Amicitia firma & perpetua,de Pet.Consul. Charitas & amicitia hominum gratuita est , 1.de N.de.Est;q; ea iacũdissima amicitia quam similitudo morum coniugauit, Offi.1. Amicitia ex amore nominata est , Læl.Amicitia orta mihi uidetur à natura potius,quàm ab indigẽtia,in Læl. Amicitia permanet usq; ad extremũ uitæ diẽ,in Læl.Am.tota uertate perpendit,Læl.Am.præcurrit iudiciũ,in Lęl.Pyladea amicitia,2. de Fin.quæsita amicitia utilitatis causã,2.de Fi.Am.remissior esse debet,& liberior & dulcior, & ad omnẽ comitate facilitatẽq; procliuior,in Læl.Serpit amicitia nescio quomodo per omniũ uicã,in Læl.Hic multis ualuit uetus amicitia,quam tu,&c.Ep.12.& 38 b. Cõciliatrix amicitiæ,uirtutis opinio , in Læl. Condimentum amicitiæ haudquaquam mediocre, suauitas sermonum atq; morum , in Læl. Amicitiæ finis quid sit,2.de Inuent . Amicitiæ fons à natura cõstitutus,bonorum inter bonos beneuolentia,in Læl. Amicitiæ fores aperiãtur,15.Fa. Amicitiæ gloria excellẽs Lælius in Læl.Habenas amicitiæ habere laxissimas , quas uel adducas quum uelis,uel remittas,in Læl.Amicitiæ initia ex parentibus repetere,6.Fam.Bithinici.Institutionem amicitiæ omnino nõ posse reperiri,1.de Fin. Deserere ius amicitię.in Læl. Nã cũ amicitiæ ius sit i eo,ut unus quasi animus fiat ex pluribus:qui fieri poterit sine in uno quidem quoq; unus animus erit,idemq; semper, sed uatius cõmutabilis,multiplex,in Læl.Pro iure amicitiæ nostræ à te peto, 10.ad At.Cæsaris.Pro nostra beneuolẽtia,p eodem dixerat paulo antè. Vetus est lex illa iustæ ueræq; amicitiæ,quæ mihi iãdiu cũ illo est, ut idem amici sem per uelint : nec est ullum certius amicitiæ iunculum , quàm consensus & so-

est una ex omnibus quæ sese moueat, neque nata est certè, & æterna est. de N. 65 a, Quærit apud Xenophontem Socrates, unde animam arripuerimus, si nullus fuerit in mundo deus. Tuf. 152 a, Animus anima continetur. pro S. R. 45 a, Is tibi omnia sua præter animam tradidit. I. C. 122 b, Præterea de uestra uita, de coniugum uestrarum ac liberorum anima, hodierno die iudicandum est. pro Sest. 21 a, Si P. Sestius animam, quam uix retinuit, edidisset. Epist. 238 a, Vos meæ charissimæ animæ, quàm sæpissimè ad me scribite. Ep. 239 a, Considerandum uobis etiam atque etiam animæ meæ diligenter puto, quid faciatis. In Ar. Hæc augens animi uitali flamine mulcet. Tuf. 152 a, Nam & agere animam, efflare dicimus. Ar. 119 a, In unius hominis quotannis periculosè ægrotantis anima positas nostras omnes spes habemus. pro Qu. R. 48 b, Eodem tempore & gestum & animam ageres. pro Mil. 111 a, Amittere animam: id est, mori. Ad Her. 38 a, Efflare animam, id est, mori. Ep. 123 a, Agere animam: id est, mori. I. V. 264 a, Reliqua est causa, quæ non delata ad me, sed in anima sensuq; meo penitus affixa atque insita est.

Animula. Epistol. 50 b, In animula unius mulierculæ iactura.

Animadversio, onis. consideratio, attentio, notatio. de Orato. 112 a, Excitanda est animaduersio & diligentia, ut ne, &c. Or. 216 a, Nec enim effugere possemus animaduersionem, si semper ijsdem pedibus uteremur. de Or. 112 a, Atque hoc totum est, siue artis, siue animaduersionis, siue consuetudinis, nosse regiones, &c. Or. 215 a, Notatio naturæ atque animaduersio peperit artem. pro Cecin. 291 b, Quid ad actoris notionem & animaduersionem ages. pro Ar. 188 b, Tamen hanc animaduersionem humanissimam ac liberalissimam iudicaretis.

Animaduersio, pœna, castigatio. Off. 74 b, Notationes animaduersionesq; censorũ. Ar. 182 a, In aliaduersione pœnaq; esse duriorem. Off. 18 a, Omnis animaduersio & castigatio contumelia uacare debet. Ep. 66 a, Meam animaduersionem & supplicium. de Fin. 56 a, Continere aliquem metu animaduersionis. I. A. 153 b, Animaduersio Dolabellæ in sceleratos seruos. pro Cl. 44 a, Animaduersio uitiorum. Ep. 66 a, Meam animaduersionem & supplicium, quo usurus etiam in eum quem cepissem, remitto tibi. I. A. 164 a, Comprehensio sontium mea, animaduersio senatus fuit. pro S. R. 28 b, Animaduersionis paternæ metus.

Animadversor, oris. Off. 19 b, Sic nos si acres & diligentes iudices esse uolumus, animaduersoresque uitiorum, magna intelligemus sæpe ex paruis.

Animadverto, tis. noto, animum aduerto, attẽdo, animum attendo, exaudio, deprehendo, sentio, intelligo. de N. 2 b, Sin autem dij non possunt nos iuuare, nec uolunt, nec curant omnino, nec quod agamus animaduertunt, quid est, &c. I. C. 291 b, Quid est Catilina? quid attendis? quid animaduertis horum silentium? Ep. 182 a, Dignitas tua facit, ut animaduertatur quicquid facias. & 33 a, Animaduerti enim & didici ex tuis literis, te, &c. Att. 88 b, Deinde me obsecras amantissimè, ne obliuiscar uigilare, & ut animaduertam quæ fiant. de Am. 101 a, Quod quidem quale sit, etiam in bestijs animaduerti potest. de Or. 94 a, Hæc ab hominib. callidis, à peritis animaduersa ac notata sunt. de N. 4 b, Quin adsint, cognoscant, animaduertant, & 78 a, Nonne animaduertis? de Or. 95 a, Oratoris peccatum, si quod est animaduersum, stultitiæ peccatum uidetur. Ar. 130 b, Etiam illud pro tua prudentia debes animaduertere, quot cohortes, &c. Qu. de Pet. 210 a, Cum uident unum esse aliquem, qui hæc officia maximè aduertat. Epist. 130 b, Quãobrem quid aut ille sperare possit, aut tu, animum aduerte pro tua prudentia.

Animadvertere, punire, castigare. I. V. 120 b, Tu qui instituerasin eos animaduertere, qui perperam iudicassent. I. V. 77 b, Atque ea sunt animaduertenda peccata, quæ difficillimè præcauentur. I. C. 163 b, & Ep. 60 b, Crudeliter animaduertere in aliquem. I. V. 85 a, Cum ille non daret, animaduertit genus animaduersionis uidete.

Animal, lis. animans.) (. inanimatus, inanimus. Animal & inanimum hoc maxime discrepant, quod inanimum nihil agit, animal agit aliquid, Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. Inanimatum est omne, quod motu agitatur exterius: quod autem animal est, id motu cietur interiore de Som. 131 b. Cum hoc animal tam sit canorum sua sponte, de Diuinatione. 120 b. Id est, gallus, Homo, diuinum animal, de Fi. 73 b. Siue animal, siue è terra editum, de Nat. deor. 2. Mortale igitur omne animal & dissolubile, & diuiduum sit necesse est, de Nat. 65 b. Feci iter per eius possessionem, in qua animal nullum reliquum est, ad Att 87 b. Ex tot generibus nullum est animal, præter hominem, quod habeat notitiam aliquam, de Leg. 160 b. Nullum animal, quod sanguinem habet, sine corde esse potest, Diuin. lib. 1. Animal nullum sempiternum, 3. de Nat. deor. Omne animal naturam patribilem habet. 3. de Nat. d. or. Omne animal simul ut ortum est, & seipsum, & omnes partes suas diligit, de Fin. lib. 2, Omne animal ut uiuit, ita utitur motu sui corporis, de Diuinatione 105 b. Animal prouidum & sagax homo, 1. de Legib. Vt animal quod uidemus esse illi animali quod senectus ad æternitatis imitationem simillimum, de Vniuers. Charybdim dico, quæ si fuit, fuit animal uiuum, in Ant. 173 b. Quomodo non potest animal ullum non appetere id, quod accommodatum ad naturam appareat, sic non potest obiectam rem perspicuam non approbare, Acad. quæst. ed. lib. 2. Animal unum aspectabile, in quo alia omnia animalia continentur, mundus, de Vniuers. Erit enim persuasum, etiam solem, lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse: quod quædam animalia intelligentia per omnia permeet & transeat, 4. Acad. Animal esse mundum hoc intelligens, & diuina prouidentia constitutum, de Vniuers. Si mentem istam quasi animal aliquod esse uoluerit, de Nat. deor. Cum tu complexus es illud funestum animal, ex nefarijs stupris concretum, in Pis. 84 b. Cùm autem in locis semen insedit, rapit omnem ferè cibum ad sese, eoque septum fingit animal, de Nat. 51 b. Omni animali illud, quod appetit, positum est in eo, quod naturæ est accommodatum, de Fin. lib. 5. Consul ille, quem ego in hoc animali inuenire non possem, in Pis. 83 b. In omni animali est appetitio & declinatio naturalis, 3. de Nat. deor. Alij summum bonum in eo genere ponunt, quod sit extra nostram potestatem, tanquam de animali aliquo loquantur, de Fin. 114 b. Iam uetò alia animalia gradiendo, alia serpendo, ad pastum accedunt, de Nat. 50 b. Animalia habent suos impetus, & rerum appetitus, Off. 35 b. Animaliũ alia fugunt, alia carpunt, alia uorant, alia mandunt cibum, 2. de Nat. deor. Omnium animalium commune est secundum naturam uiuere, de Fin. lib. 5. Animalium genera quatuor, de Vniuers. Quot formas animalium mens in speciemrum intuens poterat cernere, totidem & tales in hoc mundo secum cogitauit effingere, de Vniuers. Animalia & animantes frustra appellare censuit Dicæarchus, Tusculan. quæst. lib. 1.

Animalis, le. spirabilis, aereus. de Inuent. 62 b, Vt mutã in simulachrum ex animali exemplo ueritas transferretur, de N. 66 a, Natura animantis uel terrena, uel ignea, uel animalis, uel humida. Tusc. 156 b, Reliquæ duæ partes sunt ignea, altera animalis, &c. & ibid. Siue illi sint animales, id est, spirabiles, siue igneæ, &c. de D. 136 a, Euiscerata inanima cum animali sono. de Vniu. 20 a, Corpora colligata tum culis animalibus. de Nat. 44 a, Principio enim terra fita in media parte mundi, circumfusa undique est hac animali spirabilique natura, cui nomen est aer. Sunt qui animabili hoc loco probent, pro eo unde anima aut spirabili, unde spiritus ducitur.

Animans, tis. animal. Aristot. dubitat, omnino deus animans nec ne sit, de Natu. 9 b. Animans est igitur mundus, cum posque rationis, de Nat. deorum. Quæ autem animans natura, nihil curans? de Nat. deo. 1. Animantem legem effingit Zeno, de Natu. d. 1. Nihil quod uiuit generare ex se potest animantem, compotemque rationis, de Natu. deor. 2. Qui mundum ipsum animantem sapientemque esse dixerunt, de Natu. deor. 1. A quo enim animante omnes reliquæ contineri uelle, animantes, hunc ea forma figurauit, quæ una omnes reliquæ formæ concluduntur, de Vniuers. Animantes qui animo ceruuntur, & ratione intelliguntur, de Vniuers. Animantes mulcæ insectantes odoris intolerabili fœditate depellunt, 2. de Nat. deor. Animantes oriuntur quos & uiuos alatis, & cõsumptos sinu recipiatis, de Vniuers. Animantes aspiratione aeris sustinentur, 2. de Nat. d. Nam quum cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit, 1. de Legib. Deinde ut requirant atque appetant aliquas alias animantes, ad quas se applicent, in Lælio. Animantia diuina sunt infixa cœlo sidera, ob eamque causam suis sedibus inhærent, & perpetuo manent, de Vniuers. Animantia omnia sunt in quædam genera partita aut inchoata. de Vniu. Animantium genera quatuor, quorum unum diuinum atque cœleste, alterum pennigerum & aereum, aquatile tertium terrestre quartum, de Vni. 201 b. Commune animantium omnium est coniunctionis appetitus, procreandi causa, & cura quædam eorum quæ procreata sunt, Offic. 1. Animantium generi omni à natura tributum est, ut se, uitam, corpusque tueatur, declineatque ea quæ nocitura uideantur, omniaque, quæ sint ad uiuendum necessaria, acquirat & paret, Offi. 1. Animantium hoc natura commune est, ut habeant libidinem procreandi, Offic. 1. Animantium uarius ortus, de Nat. deor. 2. Animantium aliæ corijs rectæ, aliæ uillis uestitæ, aliæ spinis hirsutæ, 2. de Nat. deor. Animantibus quantam custodiam conseruandi sui ingenuit natura, 2. de Nat. deor.

Animatio, onis. de Vniuers. 201 a, Diuinæ animationis speciem maximè faciebat. ex igne. Cœlum intelligit, seu æthera.

Animatus, a. um. affectus, affectus animo, incensus. I. V. 235 a, Ciuitatem ut abs te affecta sit, ita in te esse animatam ut demus. Tusc. 159 b, Animatum est, quod motu cietur interiore & suo. de Som. 128 a, Stellæ diuinis animatæ mentibus. Ep. 180 b, Si aliter essem animatus, nunquam quod facere negarem. Epi. 240 b, Intelligebam socios infirmè animatos esse. de Amic. 107 a, Vt quemadmodum in se quisque sic in amicum sit animatus. I. A. 223 a, Qui quanquam afflictus luctu non adest, tamen sic animati esse debetis, ut si ille adesset. Antequam. 196 a, Sic enim ab initio fui animatus, ut me reip. procreatum putarem. Postquam. 198 a, Hoc si animo in uos liberosque uestros fui, ut, &c. Antequam. 197 b, Erga uos omni tempore optimè fui animatus. de Ar. 244 b, Is in me fuit eodem animo, quo etiam eius familiaris Catilina, si uicisset fuisset. Episto. 84 a, Pompeius animatus melius quàm paratus. de Oratore 127 b, Ita animati homines sunt, ut nihil ad eorum mentes oratione flectendas proficere possemus.

Animo, as. de Dom. 127 a, Perinde utcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari. de D. 107 b, Quicquid est hoc, omnia animat, format, alit, auget, de N. 23 a, Atomi formare, figurare, colorare, animare non possunt.

Animose. In Ant. 192 a, Animosè & fortiter facere aliquid. Offi. 19 a. Hæc præscripta seruantem licet magnificè, grauiter, animoseq; uiuere.

Animosus, a, um. plenus animi, plenus roboris, non timidus. pro Mil. 119 b, Vir fortis & animosus. Tusc. 152 a, Nã & animosus & bene animatos dicimus. de Sen. 92 a, Senectus animosior est quàm adolescentia, & fortior.

Animus, mi. mens, anima, sensus. Quid sit animus, aut ubi, aut unde, magna dissensio est, Tuscul. quæst. lib. 1. Animus, est mens sine corpore ullo, ut dixit Xenocrates, Acad. 31 b. Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terrã, locum diuinæ naturæ æternitatique contrarium; de Senect. Animus est qui uiget, qui sentit, qui meminit, qui præuidet & moderatur, & mouet id corpus, cui præpositus est, de Som. 130 b, Animus unus ex omnibus, rationis, contentionisque sempiternarum rerum & sub intelligentiam cadentium compos & particeps: quo nihil ab optimo genitore melius procreatum: quippe qui ex eadem uinctus, alteraque natura, adiuncta materia temperatione trium partium, proportione compacta, se ipse conuersans, cùm materiam mutabilem arripuisset, & cùm rursus indiuiduam atque simplicem, per quam omnis moueatur, discernitque quid sit eiusdem generis, & quid alterius, & cætera diiudicat, quid cuique rei sit maximè aptum, quid quoque loco aut modo, aut tempore contingat, quæq; distinctio sic inter e[illegible] gignantur, & ea quæ semper sint eadem, de Vn. No[illegible] Solum animus à factis, sed aures quoque à commemoratione abhorreant, 16. Fam. Ciceronis filii. Animus à medio profectus, extremitatem cœli à suprema regione rotundo ambitu circumiecit; seseque ipse uersans, diuinæ sempiternæ sapientisque uitæ induxit exordium, de Vniuers. Animus à se ipse dissidens, secumque discordans, de Fin. 1. Animus ab anima dictus, Tusc. quæst. lib. 1. Animus ab iracundia antè occupatur, quàm prouidere ratio potuit ne occuparetur, 1. ad Qu. Fr. Nostris animus accessit, hostibus timor iniectus est, ad Atticum, 78 b. Animus accipit quæ uidemus, Tuscul. quæst. lib. 5. Acer & præsens animus, 2 de Or. Animus æger (ut ait Ennius) semper erat, neque pati, neque perpeti potest; cupere nunquam desinit, Tusculan. quæst. lib. 3. animus ægritudine ac perturbationibus reliquis omnibus uacuus, perfectè atque absolutè beatos efficit, Tuscul. q. lib. 4. Animus æquus, pro Rosc. Amer. Animus seipsum semper mouet, atque iccirco non est natus, sed æternus, Tusc. q. lib. 1. Animus afflictus & fractus, 12. ad Att. Animus semper agit aliquid, neque ulla conditione quietem sempiternam potest pati, de Fin. lib. 1. Scire enim uis quo uno animo alitur, 12. ad Att. Animus altus, de Fin. 138 b. Animus altissimus, & gloriæ cupidus, Offic. 1. Amplus animus, & excelsus, & patiens incommodorum, 1. de Inue. Animus angustus, Offici. 1. Angustus atque demissus animus, in Pisonem. Animus anxius & solicitus, Ep. 57 b. Apertus & simplex animus, ad Lentulum, lib. 1. Animus calidior est, uel potius ardentior, quàm est aer terræ proximus, Tuscul. q. lib. 1. Vt oculus, sic animus sese non uidens, alia cernit, Tuscul. quæst. lib. 1. Animus nulla nisi noua aut admirabili re commouetur, 3 ad Heren. Animus concitatus abstractusque ab integra certaque ratione, non constãtiam solam amittit, uerumetiam sanitatem, Tulculan. quæst. lib. 4. Animus consularis, 10. Fam. Animus aurium nuntio naturalem in se continet uocum omnium mensionem, Orat. Quemadmodum oculus conturbatus non est probè affectus ad suum munus fungendum: sic conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum, Tuf. quæst. lib. 3. Animus corruptus largitionibus, ad Brut. 9. in Ep. Bruti. Animus currens, 6. ad Atti. Animus cũ ad sui simile penetrauit, in eo nulla re egens aletur, & sustentabitur iisdem rebus, quibus astra, Tuscul. quæst. lib. 1. Animus cùm multum corpori præstet, obseruetur que, ut casto corpore ad deos adeatur, multo est in animis in seruandum magis. Animi labes nec diuturnitate uanescere, nec manibus ulla eluì potest, 2. de Le. Animus cùm superauit regionem aeris crassi, naturamque sui similem contigit & agnouit, ignibus insistit, & finem altius se efferendi facit, Tusc. q. lib. 1. Animus cùm languore corporis, nec membris uti, nec sensibus potest, incidit in uisa uaria & incerta, ex reliquis inhærentibus earum rerum, quas uigilans gesserit aut cogitarit, Diuin. lib. 2. Quòd si cui simul animus cum re concidit, Tuscul. quæst. lib. 3. Hominibus animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ uos sidera stellasque uocatis, de Sõn. 129 b, Animus de se ipse cum iudicat cùm id ipsum, quo iudicat, ægrotet, Tuscul. quæst. lib. 3. Animus opinionibus maloque more (id est, usu & consuetudine uitæ) delinitus, Tuscul. quæst. lib. 5. Animus desertus languore corporis, Diuin. lib. 2. Animus, ut Euripides audet dicere, deus est, Tuscul. q. lib. 1, Animus diuinus est, Tuscul. quæst. lib. 1. Animus diuinus, corpore liberatus, Tuscul. q. lib. 1. Animus appropinquante morte, multò est diuinior. Diuin. li. 1. Animus in duas partes diuisus, alteram rationis participem, alteram expertem, Tuscul. quæst. lib. 4. Animus effœminatus, Tuscul. q. lib. 4. Animus ocultorum effugit obtutum, de Vniuers. Animus sensum omnem effugit oculorum, de Vniuers. 63. Ardor mundi animus est, de Nat. deor. 2. Animus est in cursu, 15 ad Atti. Quanquam animus est præsens, tamen uoluntas me deficit, 1. ad Att. Animus rerum bonarum expectatione erigitur, 2. de Leg 29. Animus ex quo animal dicitur, de Nat. 66 b, Animus exanclatus, Tuscul. q. lib. 2. Id est, exaustus ærumnis. Quorum aut ingenio, aut uirtute animus excellit, Tuscul. quæst. lib. 1. Animus excelsus atque inuictus, Offic. 1. Animus excelsus & magnificus, Offic. 1. Animus expectat quidnam, &c. 15 ad Att. Animus corporis expers Xenocrati, & antiquis philosophis, Acad. q. ed.

q.ed.2.lib.1.Animus festinat,2. Philip. Animus prudentia consilioque fidens, Offic.1. Animus firmus & grauis,9. Fam. animus fortis & magnus duabus rebus maximè cernitur: quarum una est in despicientia rerum externarum, altera in rebus magnis & utilibus, sed vehementer arduis gerendis. Offici.1. Tusculan.quæst.lib.2. Animus fortis & magnanimus in homine non perfecto nec sapiente feruentior plerunque est, Offic.1. quoniam feruorem fortitudinis Aristoteles.3. Ethic. excessum facit, ὑπερβολὴν: Fractus animus,ad Len.lib.1.Epi. Animus fractus & abiectus, Parad. Generatus à deo animus, 1 de Diuinat. Animus tres partes habet, ut Plaroni placuit,rationis, iræ,cupiditatis. Acad. quæst. ed. 1. lib.2.eas Plato λόγον, θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν uocat. Animus, harmonia,secundum Aristoxenum,Tusc.q.lib.1. Animus hominis diues, nõ arca appellari solet,Parad. Animus hominis habet memoriam, & eam infinitam rerum innumerabilum. Tusc.q.lib.1. Animus hominis nunquam naturaliter diuinat,nisi cùm ita solutus est & uacuus, ut ei plane nihil sit cum corpore, Diuin. li.1. Animus hominis quibus rebus beatus fiat, 1.de Legib. Cur animus hominis quicquam ignoraret, si esset deus?de Nat.deor.1. Animus hominis, si nihil esset in eo, nisi ut per eum uiueremus, esset nobis cum bestijs plantisque commnis,Tusc.quæst.li.1.Bestię enim & plantæ animam uegetatiuam seu uitalem habent,per quam uiuunt. Animus hominis si nihil haberet, nisi ut appeteret aut refugeret, id ei esset commune cum bestijs Tuscu.q.lib.1.Nam & bestiæ appetunt quæ sunt bona, & refugiunt contraria. Animus hominibus datus est ex illis sempiternis ignibus,quæ sidera & stellæ uocantur,Som.Scip.Animus humanus decerptus ex mente diuina, cum alio nullo,nisi cum ipso Deo,si hoc fas est dictu,comparari potest, Tusc.quæst.lib.5. Animus humanus sic,ut natura cœlestis, & terra uacat & humore, Tusc. quæst.li.1.Animus humanus si est excultus, & si eius acies ita curata est, ut ne cæcetur terroribus, sit perfecta mens, id est,absoluta ratio,quæ est idem quod uirtus, Tuscu.lib.5. Humilis atq; imbecillis animus,de Fin.5 9.b. Humilis animus,& pertinax,ad Marcel. 4.77.a.contraria,animus imbecillus,atque anilis, Diuinat. lib.2.Animus imbecillus, remissusque, Diuinat.lib.2.Animus ieiunus, uel angustus, 14 Philipp.Animus in corpore inclusus,Tusc.quæst.lib.1. Animus in corpore tãquam alienæ domi. Tusc.q.lib.1 propria enim eius sedes,est cœlum.Animus est in hortis, At. lib.1 2.Animus in partes duas distributus est, quarum altera rationis est particeps,altera expers, Tusc.q.lib.1 Ex hoc ille animus in prælijs paratus ad uulnera,Tusc.q.lib.2. Animus ad inuentionẽ facilius incedet,2 de Inuent. 152. Animus furore diuino incitatus, Di.2.Animus inflatus & tumens, Tusc.q.lib.3,Animus infixus in patriæ charitate, ad Bru.Animus se inijciens & intendens in immensum,de N. d.1 Animus intentus,Tuscu.q.lib.4 Vt onera conpletis corporibus facilius feruntur,remissius opprimũt:simillimè animus intentione sua depellit pressum omnem ponderũ, remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere,Tusc. q.li.2 Si animus una cum corpore interit,nullus in eo sensus remanet, ipse enim nusquam est,Tusc.q.lib.1.Animus, iudex omnium, Tusc.q.lib.1.Animus iunctus ex anima tenui.id est,aere,& ardore solis temperato,Tusc.q.lib.1.Animus iuxta Empedoclem est cordi suffusus sanguis, Tusc. quæst.lib.1.Animus leuis & calidus, Tusc.q.lib.1.Animus magnus elatusque,humanasque res despiciens, Offic.1. Animus magnus erectusque,de Fin.lib.5.Animus magnus & excelsus,Off.3.30. Lentulo,li.1.Animus magnus & fortis,At.lib.5.Animus mollis, demissus, humilis,eneruatus, languens, Tusc.185 b.Animus mollis & ad accipiendam & ad deponendam offensionem, 1.Atti.Animus mundi, Acad.q.ed.2.li.1.Vult & Plato in Timæo mundum esse animantem,& omnium qui sub aspectum cadunt,animantium perfectissimum.Animus mundi omnium rerum quę sunt ei subiectæ quasi prudentia quædam,procurãs cœlestia ac humana,secundum Academicos.Aca.q.ed.2.li.1.Animus nec secerni,nec diuidi, nec discerpi,nec distrahi pôt,nec interire igitur, Tusc.q.li.1.Cum præsertim ipse quoq; animus non inane nescio quid sit, sed in quodam genere corporis, de Fi.li.4.Animus,numerus,secũm Xenocratẽ,Tusc.q.lib.1.

Aius paratus ad periculũ,si sua cupiditate,non utilitate cõi impellitur, audaciæ potius nomen habeat,q̃ fortitudinis, Offic.1.Animus paruus, Offic.1.Animus parrius,pro Ros. Amer.Animus latè longeq; peregrinatur,de Na.d.1.Animus perturbatus,Tuſ.q.lib.3.Vt qui è Leucade se præcipitauerit,sustinere se, cùm uelit non poteſt: ſic animus perturbatus & incitatus nec cohibere se poteſt, nec quo loco uult,insistere omnino,Tusc.quæst.lib.4.Promptus animus & alacris ad defendendam Rempub. ad Appium Pulchri lib.3. Vt optima quisq; ualetudine affectus poteſt uideri alius, ut natura ad aliquem morbum proclciuior: ſic animus alius ad alia uitia propensior,Tuſcu.q.li.4.Animus pusillus 2.Fam.Animus pijs omnib.retinendus eſt in custodia corporis,nec iniussu eius, à quo ille est nobis datus, ex hominum uita migrandum est.Somn.Scip. Animus robustus & excelsus,de Finib. lib.1.Animus qui est in aliquo morbo, nõ magis est sanus,quã id corpus,quod in morbo est,Tuſ. quæst.li.3.Illud quidem fic habeto, nisi sanatus animus fit, quod sine philosophia fieri non poteſt finem miseriarum nullum fore, Tuſcul.lib.3.Animus ſapientis ita ſemper eſt affectus,ut ratione optimè utatur,Tusc.q.lib.3. Animus ſapientis nunquam eſt perturbatus,Tusc,quæſ.lib.3.Animus ſapientis ſemper uacat uitio, nunquam turgeſcit,nunquam tumet,Tusc.q.lib.3.Animus faucius,1.ad At.Vt ipsum mundum ex quadam parte mortalem ipsedeus æternus, ſic fragile corpus animus ſempiternus mouet, Somn.Scip.Animus, ſomno ſeuocatus à ſocietate & contagione corporis meminit præteritorum, præſentia cernit,futura prouidet, Diu.li.1 Animus ſi eſt horum quatuor generum,ex quibus omnia conſtare dicuntur, (id eſt elementorum)ex inflammata anima cõſtat,atque iccirco ſuperiora capeſſat,neceſſe eſt,Tusc,quæſt.lib.1.Animus ſi ſit numerus,ut ſenſit Xenocrates:uel ἐντελέχεια, ut Ariſtoteles, multo integrior ac purior eſt, quãm genus, ut animalis, longiſsimeque à terra ſe efferet, Tusc. q.lib.1. Animus ſiue anima ſit,id eſt, ſpiritalis & aerius, ſiue ignis diuinus ẽ.Tuſ.q.li.1.Quo animus ſpectat,& quo res nocat,8. ad At. Etenim animus eius uultu,flagitia paritetib.tegebãtur,pro Seſt.7.b.Animus tenerior,5.Fam.Tranquiliſsimus animus, Atti.li.7,Animus turpificatus, Off.3 Animus tuus mihi magis patuit, quãm domus,14.ad At.in Ep.ad Antonium. Animus uacans corpore,Tuſ.q.li.1.Animus ſenſibus & curis uacuus,Diu.li.1. Animus natura inſiſtens,agitatione & motu nunquam uacuus eſſe poteſt. Diu.li.1.2.Animus Zenoni Stoico ignis uidetur,Tuſ..q.lib.1.Animi eſt omnis actio,3.de Orat.Adiuuaria,uehemens, plena animi,plena ſpiritus,plena doloris plena uerietatis, de Or.215.b.Ad animi æquitatẽ extollere.6.Fam.Aliquantum animi nobis attuliſſe,7.ad At.Animi altitudo,cui opponitur,Humilis animus,3.Fa.Amplitudo animi, & quaſi quædã exaggeratio quam altiſsima.2. Tusc.Animi appetitus,ratione reguntur,de N.deor.2.Animi auxilium non ut in corporis morbis petẽdum eſt foris, Tuſ.q.li.3.Animi bona ab Academicis in naturam & mores diuidebãtur,Aca.q.ed.2.li.1.Animi bona dicebant Academici, quæ eſſent ad comprehendendam animi uirtutem idonea.Aca.q.ed.2.li.1.Animi cauſa,7.Fam.Animi leniendi & ſanandi cauſa, 12.ad At. Et qui illud animi cauſã fecerit,hũc prędę cauſa quid facturum putatis?.Phil.Sed planè animi ſui cauſa ludos nobis idiotis relinquet,in Pil. Animi celeritas,Tuſ.q.lib.1.Animi & corporis inter ſe cõparatio,Tuſ.q.li.4.Animi cõcitationis,1 .ad Qu.Frat.Omnem animi conformationem,cęteri philoſophi motum animi nominant:uos aduentum in animos & introitum imaginum dicitis,de Nat.deor.1.Ait me animi conſcientia de ſuſpicari,13.ad Att.In omnib.Officijs perſequendis animi eſt adhibenda contentio,Tuſ. quæſt.li.2.Animi creatio uel de à deo facta, de Vni.Animi defectio,3.ad At.Animi domus,cœlũ,Tuſ.q.lib.1 Animi egeſtas,in Pil. Animi firmitas,12.ad At.Firmitudo grauitaſq; animi ad Luceium,li.1. Animi fortis & conſtantis eſt non perturbari in rebus aſperis,nec tumultuantem de gradu deijci, ſed preſenti animo uti & conſilio,nec à ratione diſcedere.Offic.1.Animi fortis magnique ducendum eſt,ea quæ eximia pleriſque & pręclara uidentur,praua ducere,Offic.1.Grauitas & altitudo animi, ad Nigi. Figulum.lib.4.Animi hoſtilis in rẽpub,ad

Brut.8.in ep.Bruti.Imago animi,uultus eſt:indices, oculi, 3.de Or. Animi mei'impetus,10.Fam. Plãci.Omni animi impetu,dolori & iracundiæ pareat, 2.ad At. Magis quodã animi impetu uti,quã cogitatione, 11.ad Atticum, Animi ingenium, 2. ad Her. 1. de Inuent. Animi ingenui eſt, cui multum debeas,ei plurimum uelle debere, 2.Fam.Animi intelligentia, quid aut qualis ſit difficilis. Tuſ.q.lib.1.Animi labor,13.Fam.Quos ego noui languoris animi effœminatiſsimi plenos,16.Fam.Qu.Ciceronis. Animi & laus honeſta & utiuperatio uehemens eſt, 2.de Inuent.Locos animi, ſtomachus ubi habitabat,olim concaluit,4. ad At.Qui magni animi eſt,eum neceſſe eſt eſſe inuictum,Tusc.queſt. lib.3.Magni animi fuit non eſſe ſupplicem uictori,4.Fam. Animi magnitudo, Ac.qu.ed.1.lib.2.66. Tusc.quæſt.lib.1. Magnitudinem animi tui nec unquam inflectas cuiusquã iniuri 2,1.Ep.Homo maximi animi,pro Fõteio.Animi moderatio definita, 1.ad Her.Animi & plures & perniciosiores morbi quãm corporis,Tuſ.q.lib.3.Animi motus & cogitatio,3. de Na.d.Id eſt,ratio. Animi motus qui ratiõe exerit,iuſtè uixerit: qui autem his ſe dederit,iniuſtè,de Vni. Animi motum & dolorẽ tenere in ſua poteſtate,1.ad Qu. Fratrẽ.Munus animi eſt,rõne bene uti,Tuſc. q.li.3. Animi propria natura atq; uis,eſt motu cieri interiore & ſuo,Tuſ. q.li.1.In animi notione reponere tanquam in ueſtigio,de Nat. deorum, 1.Artes in quibus animi libera quædã obletatio quęritur, de Or. 94 b. Plena animi & terroris oratio, de Cl.180 b. Animi pars in qua feritas quędam eſt, atque agreſtis immanitas. Diui.lib. 1. Græci θυμὸν ſeu θυμοειδὲς uocant. Animi pars, in qua irarum exiſtit ardor. Diuin. li. 1. Animi pars quæ mentis & conſilij eſt, Diuin. lib. Græci νοῦν καὶ λόγον uocant. Animi pars quæ mentis & rationis particeps eſt, Diuin.lib.1. Græci λογιστικὸν μέρος uocant. Animi pars, quæ uoluptate alitur, Diu. lib. 1. ἐπιθυμητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς Græcis dicitur. Animi pars rationis atque intelligentię particeps,tum maximè uiget,cum plurimum abeſt à corpore, Diu. lib.1. Animi partes duæ temerariæ, Diu. lib. 1. nempe θυμὸς καὶ ἐπιθυμία. Animi partes duæ, quarum altera ſenſum,motum & appetitum habet: altera, rationis atque intelligentiæ eſt particeps, de diu. 95.b.Animi autem & eius animi partes, quæ princeps eſt,quæque mens nominatur,plures ſunt uirtutes: ſed duo prima generа unum, &c.de Fin.133 b. Animi pendeo uehementer,8. Fam. Cælij. Animi te pendere,quam rationem fim allatus illi,11 ad Att. Frequentius abſolute ponitur hæc locutio.Animi permotiones,1. de Ora. Animi propoſitio,2.de Inuent. Animi bene conſtituti proprium eſt, & lætari bonis rebus,& dolere contrarijs, Læl. Quid animi mihi in nauigãdo cenſes forte?10. ad At.Animi ſedes naturalis,Tuſ. q.li.1.Animi ſedem & locum in corde eſſe dixerũt Stoici: in cerebro,Pythagoras,& eum ſecutus Plato. Tuſc.q.li.1. Animi remiſsio ac diſſolutio, cui opponitur altitudo animi,5.Fami.Animi res,3.ad Her.Nerui atque robur animi, Torquato,lib.6.Incredibili robore animi ſeptus, pro Miſ. Animi robuſti eſt, magnæq; conſtantiæ, ea quæ uidentur acerba,ita ferre,ut nihil à ſtatu naturæ diſcedas, nihil à dignitate ſapientis, Offic.1.In animi ſecuritate uitam beatã ponimus,de Nat. d.1. Hæc ego pro me ipſo & animi mei ſenſu ac dolore pronuncio,pro S. R. Ex animi cui ſententia, 2 de Or. Sunt enim quædam animi ſimilitudines cum corporib.Tusc.quæſt.lib.2.Vt maris tranquillitas intelligitur,nulla ne minima quidem aura fluctus commouente:ſic animi quietus & placatus ſtatus cernitur, cũ perturbatio nulla eſt,qua moueri queat,Tusc.queſt.lib.5.Tantum animi habuit ad audaciam, ut dicere in concione non dubitaret,5 Verr. Si quantam habent ad maledicendum licentiã, tantum haberent ad ementiendum animi,pro Font.282 b. Tantum animi habuiſſet in uestro Domitio,8.Fam.Cęlij. Declaratio animi tui quem haberes, de Repub.10. Fam. Animi turpitudo uitijs ipſis facillime pcipitur,1 de Leg. Animi in Cicerone uis magna, Orat. Singularis eſt quædã natura atque uis animi, ſe iuncta ab his uſitatis notiſque naturis.(ſcilicet terrena.humida,aerea & ignea) Tusc.q.li.1. Animi atque ingenij mei uires omnes profudi,1.ad At.Animi virtutes quatuor, 3. ad Her. Pro animi mei uolunta-

te,5.Fam.Animo adeſſe,8 Philipp.Animo diuinitatem dedit Alcme Crotonitates, de Nat.deor. 1. Animo exculto nihil agreſte,nihil inhumanum eſt.12.ad Att.Animo meo fixa perpetuo manebũt, 10.Fam. Lepidi. Animo & oratio, ni moderari.1. ad Qu. Frat. Animo alicuius ſupplicare, p. Font.Animum à conſuetudine oculorum abducere, difficillimum eſt,3.de Nat.deor.Animum tamẽ à ſolicitudine abducerent,4.Fam.Non ad animum,ſed ad uultum ipſum reficiendum,12.ad Att. Animũ ad ſeipſum aduocare,ſecũ eſſe cogere,maximè à corpore abducere, Tuſ.q.li.1. Animũ Ariſtoteles appellat ἐντελέχειαν nouo noie,Tuſ.quæſt. lib.1.Animum mundi Academici deum appellant, Acad. quæſt.edit. 2.lib.2.Animum attendere,3. I. V.Neceſſe eſt animum perſpicuis cedere, ut lancem in libra ponderib. impoſitis deprimi,Aca.qu.ed.1.lib.2.37.Amiqum deus ut in medio mũdi collocauit, ita per totum tetendit. de Vni. Vt animum ſapientis commoueri & conturbari negarent, Acad.quæſ.ed.1.li.2.Animum ne contrahas aut demittas, 1.ad Qu. Frat.3.Animo contendere, 12.ad Att.Animum debere, 1.Fam.Animum defigere,& intendere in rem aliquam, Aca.quæſt.ed. 1. li.2.Animum illis non copias deſuiſſe, 7. V.Qui animum à corpore diſcedere cenſent, alij ſtatim diſsipari, ut Democritici & Epicurei:alij diu permanere,ut Stoici:alij ſemper: ut platonici,Tuſ.q.li.1.Animum diuinum, corpore liberatum, cogitatione complecti, non poſſumus,Tuſ.q.li.1.Animum erigere,& contrahere, ſeu demittere,contraria,1.ad Qu. Frat.Animum eſſe deũ, ſeu diuinum probatur.Tuſ.qu.li.1.Animum deum eſſe Pythagoras conſuit per naturam rerum omnem intentum & commeantem, ex quo animi noſtri carperentur, de Na.deor.1.Nihil omnino eſſe animum, & hoc eſſe nomen totum inane, ſenſit Dicæarchus, Tuſc. q.li.1.Animum noſtrũ eſſe licet non appareat,nec cernatur, pro Mil.118.b.Ibi argumenta id probãtia. Animum cum corpore extingui sũt, qui cenſent:quales ſunt Epicurei, Tuſ.quæſt.li.1.Animum procreator mundi Deus ex ſua mente & diuinitate genuiſſet,tum denique omnis quod erat concretum atque corporeum ſubſternebat animo,interiusq; faciebat, de Vniuerſ. Si eundem in cæterorum periculis haberemus animum, quem in noſtris difficultatibus, Antequam. Animum habeas & ſpem bonã,1.ad Qu.Frat. Maiorem etiam animũ, quãm unquam habuiſſem, daret, Ep. 13.b.Animũ habere, ad audaciam,5.In Verr.Alienum animum habere ab re aliqua, de Amicit. Habere fortem animum,ad Qu. Ligarii, lib. 6. Tamen tribus tantis exercitibus proprijs Reip. ualentibus magnum animum habere debebas,quem & ſemper habuiſti, 11.Fam. D. Brutũ. Nec tam animum me quã ſtomachum non habere arbitrantur, 15. ad At. Animum mundi haud tum denique,cùm corpus ei effecit,inchoauit, deus: deus enim & ortu & uirtute antiquiorem genuit animum, eumque ut dominum atque imperantem obedientiæ præſecit corpori,de Vn.Antonius induxit animum ſibi licere,quod uellet,ad Att.228 b. Tu quoque animum inducas,ſi ſit aliqua Reſp. in ea te eſſe oportere, ad Marcellum. li.4.Qui potuit animum inducere, ut exhæredaret filium, pro S.R.27.b Animum uel animam inеſſe in homine, & in beſtia,negauit Dicæarchus, Tuſc.lib. 1. Animũ aliquò intendere,2.in Verr,Defigere & intendere animum in aliquam rem,Acad q.12.b.Animum laudo, conſilium reprehendo,9.ad At.Licet etiam mortalem animum iudicantẽ, æterna moliri, non gloriæ cupiditate, quam ſenſurus non ſit ſed uirrutis, quam neceſſariò gloria conſequatur, Tuſc. quæſt.lib.1.Animũ mutare difficile eſt, 1.ad Qu. Frat. Animum alicui offendere, 4.ad Att. Animũ placare & mitigare, 10. Philip. Animum tuũ promptum & alacrem perſpexi ad defendendam Rempu. Ep.43.b.Quorum quidem ãnimum tu non perſpexiſti ſolùm quum de me ageres, ſed etiam cõfirmaſti atque tenuiſti,ad Lentulum, li.1. Animũ ponere in aliqua re facienda, 1.ad. Qu. Frat. Deus animũ nt dominum atque Imperatorem obediẽti prefecit corpori,de Vni.198 b.Præſtare animum,ad Lentulum, li 1.Cùm nihil erit præter animum,nulla res obiecta impediet, quominus percipiat quale quidque ſit, Tuſ.q.li.1.Animum ar matum retinere, pro Marcel. Animũ à corpore ſecernere,

nec quicquam aliud est, quàm emori discere, Tusc. quæst. lib.1. Cùm animum à negotio omni seuocamus, nihil aliud agimus, quàm animum ad se ipsum aduocamus, secum esse cogimus, maximeque à corpore abducimus, Tusc.qu.li.1. Animum spirabilem sumpsimus ab aere eo, quē spiritu ducimus, de Nat.deor.2. Quum eius animum ad persequēdū non negligentia traderet, sed cōscientia sceleris auaritiæq; frænaret, 5. Ver. Animum uacuū ad res difficiles scribendas afferam, 12 ad Att. Nō enim dum eram uobiscum, animum meum uidebatis, sed ex ijs rebus, quas gerebam, intellegebatis, de Sen.83.b. Animum & uidere & audire, nō eas partes quæ quasi fenestræ sūt animi (ut sunt oculi & aures) Tuf.q.li.1. Animum, antequam corpus intrauit, in rerum cognitione uiguisse, Tusc.qu.li.1. Sententia Socratis apud Platonem in Phædone, Animū uincere, 12.ad Ar.Animemi, Terentiæ. Ab animo tanquam ab oculis caliginem dispellere, Tuf.qu.li.1. Ab animo tuo quicquid agitur, id agitur à te, Tuf. qu.li.1. Ex quo intelligi potest, animo illos abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu, non uolunta te fuisse populares.7. Philip. Abiectiore animo me futurū, quum Respub. maiorem etiā mihi animum, quàm unquā habuissem, daret, ad Lent. li.11. Acri & attento animo intueri, 1. de Fin. Facile & æquo animo carere re aliqua, Ep. 55.b. Æquo animo facere aliquid, ad Qu.Frat. 296.b, Aequo animo ferre aliquid, Tuf.qu.li.1. Interea quidem cum musis nos delectabimus animo æquo, imò uero etiam gaudenti ac libenti, ad Att.25.b. Agitare aliquid animo, ad Torquatū, li. 6. Id est, cogitare. In eum locum sæpe profectus alacri animo & erecto, &c. Cat. Animo meo ab suis rationibus alienissimo, 10. ad At. Qui altiore animo sūt, capessunt Rempub. honorib. impe rijsq; adipiscendis, 5. de Fin. Facillimè ad res iniustas impellitur, ut quisq; altissimo est animo, & gloriæ cupido, Offic.1. Quare bono animo es, uideo enim, &c. Att. lib. 5 Quicquid animo cernimus, id omne oritur à sensib. de Fin.li.1. Animo rem cernere, Acad. q.ed.1.li.2. de artib. dictum, quas Græci θεωρητικὰς uocant. Qui animo cernuntur, & ratione intelligiuntur animantes, de Vni. Animo certo & confirmato, pro Quin. Animo perturbatiore aliquid cogitare, 6. Fam. quæ animo complectimur, non minus nostra sunt, quàm quæ oculis intuemur. 5. Fam. Comprehendere aliquid animo, 1. de N.d. Animo comprehēdere & tenere, Acad. q.ed.1.li.2. Animo comprehensum atque percepta habere, Ac.q.ed.1.li.2. Animo confectus, 14 Fam. Animo multis modis uarijsque delectari licet, etiam si nō adhibeatur aspectus, Tuf.q.li.5. Huic discendi querendique diuinæ delectationi toto se animo dedidissent, 5. Tuf. Ita disident à nobis animo ac uoluntate, 7. V. Animo distentus, 3. ad. Qu. Frat. Animo diuino in homine influente atq; effluente ambitus illigabant, de Vni. Amare aliquem ex animo, ad Qu.Frat.293 b, Cuius tibi negotia ita commendo, ut maiore studio, magis ue ex animo commendare non possim, Ep.299. b.16. ad Atti. 46. Cùm constemus ex animo & corpore, Tuf.q.li.3. Equidem dicam ex animo quod sentio, In Pis.97 b. Ex animo uereque diligi, 9. Fam. Ex animo tuo effluam, 7. Fam. Ex animo exire hoc mihi non potest, 3. de Nat. d. Hos tu homines, ut ex animo, atq; ut ex illa summa uoluntate tui studiosi sint, laborato, de Petit. Si ue ex animo id fit, siue simulatè, 2. de Nat.d. Si quidē animo excelso & alto, & uirtutibus exaggerato sumus, Parad. Animo excelso magnoq; despicere aliquid, Off. 2. Animo excubare, 9. ad At. Animo fidenti gradiad mortem, Tuf. q.li.1. Animo fractus & debilitatus, 12 ad At. Animo fracto & demisso fuisse, 1. Fam. Postea totam Italiam fac ut in animo ac memoria distributam comprehensamque habeas, de Pet. 209. b. Deus intelligentiam in animo, animum cōclusit in corpore, de Vni. , 96. b. Dicis tibi in animo esse alio tempore persequi, in V.93. b. Habeo in animo pecuniam Prætori dare, I.V. 122. b. Pater istum exhæredare in animo habebat, pro S.R.33 b. Rogaui ut diceret, quid haberet in animo, ad At. 124 b. Cum tribuni haberent in animo de præsidio Consulū designatorum referre, Ep. 176. b. Quid enim in animo habuerim, cum Lernus discesset à me, ex literis, quas ei dedi potuisti cognoscere, Ep.154 b. Lucē ium scito consulatum habere in animo statim petere, ad At.15. b. In animo meo insculptas habere, Ac.q.ed.1.lib.2. In animo meo inest nescio, quid, quo me plus hic locus delectet, 2. de Legib. Animo incitari, 1. ad Qu. Frat. Animo inflammato aliquid concupiscere, Tuf.q. li.4. Animo inique aliquid sustinere, 1. ad Qu. Frat. Negat satis esse, quid boni, num sit, aut quid malum, sensū iudicari, sed animo etiam ac ratione intelligi posse, li.1. de Fin. Animo in quo sunt omnia, iubet lex castè ad eos adire, 2. de Legib. Animo liberoti prolixoque aliquid facere, 16. ad At. Magno ac forti animo rem agere, Att. li. 8. Nimis es penè animo molli, Tuf. q.li.2. Ex Pacuuio. Animo ita paratus ire quo Resp. uocat, 10. Fam. Planci. Consul ipse paruo animo & paruo, 11. ad At. Animo periniquo patiebar te à me digredi, 12. Fam. In animo perturbato, sicut in corpore, sanitas esse non potest, Tuf. quæst. li.3. Animo & sensib. præditos mundus, de N.deor.1. Animo nihil præstantius, neque diuinius, Parad. Animo relaxari, 2. Philip. Animo sedatiore scripsi, 8. ad At. Animo & præterita & futura sentimus, de Finib.1. Sine animo miles, At.li.1. Animo soluto scribere, 9. ad At. Sed uelim hæc aliquando animo solutiore. 11. ad Att. Stabili animo & firmo & magno, 3. de Finib. Sic habeo statutum cū animo ac deliberatum, I.V. 178. b. Quare meo quidem animo nihilominus eloquentiæ studendum. 1. de Inuent. Gratulario tua mihi est probatissima, quòd ab optimo est animo, Ep. 55. b. Nos quo animo inter nos sumus, eē nolle, 9. Fam. Quòd certior fieri uis, quo quisque in me animo sit, neminē alieno intellexi, ad At. 178. b. Quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus, Ep. 18. b. Alacrem esse animo, ad Lucetium, li.5. Tamen ex illa inuestigatione naturæ consequi uolebat, ut esset bono animo, 5. de Finib. Quare hoc animo in nos esse debebis, ut ætas nostra in amore conquiescat tuo, Ep. 18. b. Et quidem prodest, inquis, mihi in eo esse animo, de Fin. 81. b. Animo elato esse. Tusc. quæst. li.1. Erectiorem animo esse, At. li.11. Animo esse frāctiorem, 11 ad At. Quod quibus adhuc non fatis est perspectum, ij mihi nolle magis hoc animo non esse, quàm non intelligere uidētur, ad Appium, li.3. Magno fortique animo esse, ad Qu. Ligarium, li.6, Animo mobili esse in aliquē, 5. Fam. 1. in Ep. Qu. Metelli. Animo mobili esse, & animo fabili contrario, 5. Fam. Perclusō & abiecto esse animo, At. li.3. Animo tranquillo esse, Cato. Animo iam hęc tenemus comprehensa, Ac.q.ed.1.lib.2. Teneriore animo mihi uidebare, ad Mescinum, lib.5. Toto animo dedere se alicui rei, Tuf.250 b. Animo tremere, 1. ad Qu Frat. Plura ad animo uacuo scribam, 3. ad Qu. Frat. Animo uacuo audire aliquem, & magno studio, Acad.q.ed.1.lib.2. Animo tenere opus est, ut corpore posis, 16. Famil. Nihil animo tenere locius, Tuf. quæst. lib. 1. Non modò uiderat animo res obscuras, de N.deo. 1. Animo ipso animū uidere, Tuf. quæst. lib.1. Animo uidere, & oculis cernere, 6. Fam. Animo aliquid, uidere, ut faciunt dormientes, Acad. q.ed.1.li.2. Nihil enim animo uidere poterāt, Tuf.q.lib.1. Acta enim res est animo uirili, consilio puerili, ad Att.14. Animi sēpiū mouent, ergo æterni, Tusc.q. lib.1. Animi altissimi, Tusc. q.lib. 1. Animi bestiarum sunt rationis expertes. Tusc. qu. lib.1. Animi quib. rebus consilientur, 2. de Orat. Vt agri non omnes frugiferi sunt qui colunturʼ: sic animi non omnes culti fructum ferunt, Tuf.quæst.li.2. Animi hominum semper fuerunt, futurique sunt, 1. de Diuinat. Animi imbecilles, Acad. q.ed.2.lib.1. Animi, quo maior est in eis præstantia & diuinior, eo maiore indigent diligentia, Tusc. quæst. li.4. Ne si interirent quidem animi, quicquam mali esse in morte, Tusc. quæst. li.1. Ipsi animi magni refert quali in corpore locati sint: Multa enim è corpore existūt, quē acuant mentem, multa quæ obtundant, Tusc. quæst. li.1. Et corpora quidem defatigatione ingrauescunt, animi in exercendo leuantur, de Sen. 84.b. Si animi mortales fuerint, tantus interitus est in morte, ut ne minima quidem suspicio sensus relinquatur, Tuscul.q.lib.1. Animi cum corpore permisti, Diuin.lib.1. Animi quibus rebus pellantur sæpe uehementius, Diuin.lib.1. Vt animi relaxati sint, 11. Fam. Animi ualentes, Tusc. quæst. lib.4. Id est, bene constituti ac sani, qui nulla perturbatione tentari possunt, qualis est animus sapientis. Animi per se ipsos uiuentes, Tuf. q.lib.1. Animorum æternitas cur nonnullis uideatur incredibilis, Tuf.quæst.lib.1. Animorum æternitas quo argumento probetur, pro C.Rab. Cum de animorum æternitate dicitur, de mente dicitur, quæ omni turbido motu semper uacet, non de partibus ijs, in quibus ægritudines, iræ, libidinesque uersantur, Tuscul.quæst.lib.1. Animorum commutatio, 16 ad Att. Animorum dicta, 14. ad. Att. Illud animorum corpori umque dissimile est, quod animi ualentes, morbo tentari non possunt, corpora possunt, Tusc.quæst.lib.4. De animorum immortalitate Plato eadem dicit, 2. de Leg. Animorū magnus est motus factus, 5. Fam. animorum omnes morbi & perturbationes ex aspernatione rationis eueniunt. Tuf. quæst.lib.4. Sed sumendum tempus est non minus in animorum morbis, quàm in corporum, Tuscul.quæst.lib.3. Genus humanum sparsum in terras atque satum, diuino auctū est animorum munere, de Legib.160.b. Animorum parem numerum fideribus distribuit deus, & singulos adiunxit adsingula, de Vniuers. Animorum nulla in terris origo inuenirī potest, Tusc.q.lib.1. Animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum consideratio contemplatioque naturæ. Acad. quæst. ed.1.li.2. Animorum remissio maximè efficitur sermone familiari, 9. Famil. Animorum è corpore excedentium duas esse uitas, duplicesque cursus dissenſuit Socrates, Tuſ.q.lib.1. Animorum uis duplex est: una pars in appetitu posita est, quæ ὁρμὴ Græcè, quæ hominem huc atque illuc rapit: altera in ratione, qua docet & explanat quid faciendum fugiendumque, Offi.1. Animorum est ea uis atque natura ut uigeant uigilantes nullo aduentitio pulsu, sed suo motu, incredibili quadā celeritate, de Diuin. 137.b. Naturis quæ sine animis sunt, locus est proprius, de Nat. deor. 1. Animos abstinere, 2 I. V. Hæc opinor sunt in libris. quos tu laudando animos mihi addidisti, 7. ad At. Quæ ciuitas in Asia, quæ non modò unius Imperatoris aut Legati, sed unius Tribuni militum animos ac spem capere potest? pro Lege Manil. Remittant spiritus, comprimant animos, sedent arrogantiam, pro Flac. 157. b. Aduersantur enim primùm quòd parum defigunt animos & intendunt in ea quæ perspicua sunt, 4. Acad. Victi debilitantur, animosque demittunt. de Finib. 125. b. Efferre animos insolentia dominatus, pro Dom. sua. Animos ad audiendum ereximus, Acad.q.ed.1.lib.2. Quæ cura exuscitat etiam animos, & maiores ad rem gerendam facit, Offic.3.b. Animos, siue dissipentur procul à terris, siue permaneant & conseruent habitum suum, necesse est ad cœlum ferri, Tuſ.quæſt.lib.1. Animos, siue animales sint, id est, spirabiles, siue ignei in sublime ferri perspicuum est, Tusc.q.lib.1. Ab altero non nisi alienos animos habemus, Læ. Ex uniuersa mente diuina delibatos animos habemus, de Seneſt. 93 b. Das ne aut manere animos post mortem, aut morte ipsa interire? Tuſ. qu.lib.1. Nosse alicuius animos ac spiritus, pro Cluent. Animos omnium occuparat desperatio rerum eius. 11. ad Att. Animos permanere arbitramur consensu omnium nationum, Tuſ.quæſt.lib.1. Animos optimorum hominum irritabiles & eosdem placabiles, 1. ad Att. Posse animos, cum è corporibus excesserint, in cœlum quasi in domicilium suū peruenire, Tuſ.q.lib.1. Infra lunam nihil est nisi mortale & caducum, præter animos generi hominum munere deorum datos, de Somn. 128. b. Alij dicunt animos hominum sensusque morte restingui: alij autem eos tum maximè, cum è corpore excesserint, sentire ac uigere, pro Sest. 13. b. Alicuius animos atque impetus retardare, I. V. Animos deos esse dicit Plato in Timæo & in Legibus, de Nat. deor. 1. Animos omnium hominum immortales esse, sed fortium, bonorumque diuinos, 2. de Legib. Animos esse mortales, qui sus rationibus probet Panætius, Tusc. quæst. lib. 1. Animis cadere, 6 Fam. Ab animis cōsuetudine imbutis, de Nat. d. 1. Ex animis conatur euellere cognitionem deorum, de Nat. deor. 1. Idque in maximis ingenijs, altissimisque animis & existit maximè, & apparet facillimè. 1. Tusculan. In animis doctissimi illi ueteres inesse quiddam cœleste & diuinum putauerunt, de Finib. lib. 2. In animis hominum, deorum notionem impresit ipsa natura, de Natu. deor. 1. In animis imprimentur, Acad. q.ed.2. lib. 1. Nihil est in animis mixtum aut concretum, Tusc. q. lib. 1. In solis animis motum, qui sua sponte fit, ponit Plato, de Nat. deor. 2. Est in animis omnium ferè natura molle quiddam, demissum, humile, eneruatum, quodam modo & lāguidum, Tuſcul.quæſt.lib.2. In maximis animis splendidissimisque ingenijs plerunque existunt honoris, imperij, potentiæ, gloriæ cupiditates, Offic. 1. Sed est naturale in animis tenerum quiddam atque molle, quod ægritudine, quasi tempestate, quatiatur, Tuſcul.quæſt.lib.3. Animis nihil admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex, Tuſcul.quæſt.lib.1. Animis & armis infestus & inimicus, 10. Philip. Animis tanquam oculis, totam licet lustrare terram, 2. de Nat. deor. Nosmetipsi, qui animis mouemur & sensibus, de N.d.2. Videte Iudices, & prospicite animis quid futurum sit, in V. 197 b. Animis stare, 5 ad Atticum. Intelligentiam in animo, animum cōclusit in corpore. Acad. 71 a, Animus est mens sine ullo corpore, ut dixit Xenocrates. de Vniuers. 198 b, Deus animum ut dominum atque imperatorem obediendi præfecit corpori. de Som. 130 b, Animus est, qui uiget, qui sentit, qui meminit, qui præuidet, qui regit & moderatur, & mouet id corpus, cui præpositus est. de Diu. 137 a, Animorum est ea uis atque natura, ut uigeant uigilantes, nullo aduentitio pulsu, sed suo motu, incredibili quadam celeritate. de Nat. 7 b, Animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem. Tusculan. 162 a, Animus, ut Euripides ait, deus est. Acad. 44 b, Animus mundi, quem deum appellant. de Diuin. 93 b, Cum est animus seuocatus à societate & contagione corporis, tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prouidet. de Nat. 29 b, Animum illum spirabilem sumpsimus ab aere eo, quem spiritu ducimus. pro Mil. 118 a, Animum nostrum esse licet nō apparear, nec cernatur. & ibidem, argumēta id probantia. de Sen. 83 b, Non enim dum eram uobiscum, animum meum uidebatis, sed ex ijs rebus quas gerebam intelligebatis. de Diuin. 197 b, Animi hominum semper fuerūt, futuriq; sunt. de Fin. 133 a, Animi autem & eius animi partis, quæ princeps est, quæq; mēs nominatur, plures sūt uirtutes, sed duo prima genera: unum, earum quæ ingenerantur suapte natura, appellanturq; non uoluntariæ, ut docilitas, memoria: alterum, earum quæ in uoluntate positæ sunt, ut prudentia, temperantia, &c. de Sen. 93 a, Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram locum diuinæ naturę æternitatiq; contrarium. de Nat. 9 b, Totius naturæ mens atq; animus. de Som. 128 a, Hominibus animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ uos sidera stellasq; uocatis. de Sen. 93 a, Ex uniuersa mente diuina delibatos animos habemus. de Legibus 160 b, Genus humanum sparsum in terras atq; satum, diuino auctum est animorum munere. & ibid. Animum esse ingeneratum à Deo. Diuin. 95 a, Animi partes duæ: quarum altera sensum, motum, & appetitum habet: altera rationis atq; intelligentiæ est particeps. de Diuin. 93 a, Animi partes duę: una, quę mentis ac rationis particeps est: altera, in qua feritas quædam est atq; agrestis immanitas. de Diuin. 93 b, Tum euenient duabus animi temerariis partibus compresis, ut illa tertia pars rationis & mētis eluceat. & ibidem, Ea pars animi quæ uoluptate alitur. & ibid. Ea pars animi, qua irarum existit ardor. de Som. 128 b, Infra lunam nihil est nisi mortale & caducum, præter animos generi hominum munere deorum datos. Octau. 33 a, Si non cum corpore sensus omnis uno atq; eodem consumptus est igni. de Or. 121 a, Omnia quæ sunt in rerū natura celeriter anino cōprehendere. pro Sest. 13 b, Alij dicunt animos hominū sensusq; morte restingui, alii autem eos tum maximè cum è corpore excesserint, sentire ac uigere. de Na. 66 b, Animus ex quo animal dicitur. Tuſ. 152 a, Animus ab anima dictus est. pro Sest. 7 b, Etenim animus eius uultu, flagitia parietibus tegebantur. de Or. 163 b, Imago animi uultus est, indices oculi: Item, Mens, & animus, & consilium, & sententia ciuitatis, posita est in legibus. Offic. 3 b, Quæ cura exuscitat etiam animos, & maiores ad rē gerēdam facit. In Verr. 60 a, Animos atq; impetus alicuius retardare. pro Flac. 157 b, Remittant spiritus comprimant animos, sedent arrogātiā. pro Clu. 40 a, Noratis animos eius, & spiritus tribunitios. pro Dom. 241 b, Quanquā insolentia dominatūs extulerat

extulerat animos. Attic. 78 a, Nostris animus accessit, hostibus timor iniectus est. Attic. 100 b, Hæc opinor sunt in his libris, quos tu laudando animos mihi addidisti. Attic. 112 b, Labieni aduentu noster Cn. multo animi plus habet de Orat. 215 a, Actio uaria, uehemens, plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena ueritatis. de Clar. 180, Plena animi & terroris oratio. pro Fon. 282 a, Si quantam habent ad maledicendum licentiam, tantum haberent ad ementiendum animi. Atti. 236 b, Acta enim res est animo uirili, consilio puerili. At. 124 b, Rogaui ut diceret, quid haberet in animo. In Ver. 138 b, Iraq; uno genere, opinor, circumscribere habetis in animo genus hoc oratorũ, &c. de Pet. 209 b, Postea totam Italiam fac ut in animo ac memoria distributam comprehensamq; habeas. antequam. 194 a, Si eundem in cæterorum periculis haberemus animum, quem in nostris difficultatibus. pro S.R. 40 a, Hæc ego pro me ipso & animi mei sensu ac dolore pronuncio. Epistol. 299 b, Cuius tibi negocia ita commendo, ut maiore studio magis ue ex animo commendare non possim. I.A. 237 b, Aliquis ex animo amicus uereq; beneuolus ac fidelis cuipiam. Ep. 157 a, Confiteor imprudentia me lapsum, si unquam Lepido ex animo credidissem. Qu. de Pet. 207 b, Hos tu homines ut ex animo atq; ut ex illa summa uoluntate tui studiosi sint, laborato. & ibid. Ex animo agere. Qu. Fratr. 293 b, Amare aliquẽ ex animo. Nat. 59 b, Siue ex animo id fiat, siue simulate. Epistol. 135 b, Me ex animo uereq; arbitror diligi. I. P. 97 a, Equidem dicam ex animo quod sentio. Tuscul. 250 b, Toto animo dedere se alicui rei. Offi. 73 b, Quod ex animi tui sententia iurauerit. Attic. 75 b, Erat mihi in animo proficisci ad exercitum. In Verr. 93 b, Dicis tibi in animo esse alio tempore persequi. pro S.R. 26 b, Pater istum exhẽredare in animo habebat. pro S.R. 33 b, Sed in animo est leuiter transire. de Nat. 30 a, Vt mihi est in animo facere. Attic. 15 b, Luceium scito consulatum habere in animo statim petere. In Verr. 122 b, Habeo in animo pecuniam præstare. Epi. 170 b, Cũ tribuni haberent in animo de præsidio cõsulum designatorũ referre. Epi. 154 a, Quid in animo habuerim, cũ Lernus discessit à me, ex literis quas ei dedi, potuisti cognoscere. Item, considerate cũ uestris aãs, circũspicite cũm uestris mẽtibus. I. Cum. In. Ver. 97 a, Videte iudices & ꝓspicite animis quid futurum sit. In. Cat. 102 b, Perspicite quæso diligenter quæ dicã, & ea penitus animis uestris mẽtibusque mandate. In Ver. 153 b, Considerate cum uestris animis uos metipsi. In Verr. 178 a, Sic habeo statutum cum animo ac deliberatũ. de Am. 101 a, Ab altero non alienos animos habemus. de Sen. 84 a, Et corpora quidem defatigatione ingrauescunt, animi autem se exercendo leuantur. I. P. 93 b, Sed planè animi sui causa ludos nobis idiotis relinquet. de Orat. 94 b, Artes in quibus animi libera quædam oblectatio quæritur. In An. 12 b, Qui illud animi causa fecerit. pro Sex. Rosc. 40 b, Habet etiã animi causa rus amœnum. Att. 130 b, Te animo magno ac forti istam rem agere existimo. Epist. 91 a, Fac animo magno fortiq; sis. Epistol. 57 b, Te hortor & obsecro, animo ut maximo sis. At. 168 a, Quòd me audis erectiorem esse animo, quid putas? Epist. 90 b, Fac habeas fortem animum. Epistol. 153 a, Hoc animo esse debes ut nihil huc reijcias. Epistol. 178 b, Magnum animum habere debes. Epistol. 18 b, Quare hoc animo in nos esse debebis, ut ætas nostra in amore conquiescat tuo. Epistol. 18 b, Qua propter eo animo simus inter nos quo semper fuimus Ep. 34 a, Nescio quo animo sitis inter uos. Ep. 39 a, Multi sunt, qui nos, quo animo inter nos sumus, esse uolent. Ad Atticum. 178 a, Quod certior fieri uis, quo quisq; in me animo sit, neminem alieno intellexi. de In. 61 a, Animus amplus, & excelsus, & patiẽs incommodorum. Attic. 7 b, Consul ipse paruo animo & prauo. Epistol. 16 a, Animus magnus & excelsus. & ibidem, Animus apertus & simplex. de Fini. 96 a, Aliquis stabili & firmo & magno animo. Epistol. 69 b, Firmitudo grauitasq; animi. Epistol. 57 a, Grauitas & altitudo animi. Orat. 116 b, Animus acer & præsens. Epistol. 16 a, Magnitudo animi. Tusc. 189 b, Amplitudo & quasi quædã exaggeratio quàm altissima animi. de Finib. 138 b, Animus altus. Tuscul. 155 a, Altissimus animus. de Finib. 138 b, Qui altiore animo sunt. de Fini. 59 b. Humilis atque imbecillus animus.)(. robustus, excelsus

Tusc. 185. Animus mollis, demissus, humilis, eneruatus, languens. Episto. 77 b, Verum enim scribam, teneriore mihi animo uidebare. Epist. 77 b, Sed planè animus, qui dubitat rebus fortisan fuerit infirmior, desperatis confirmatus est. Epistol. 78 b, Cadere animis. de Finib. 125 a, Victi debilitantur, animosq; demittunt. de Orat. 110 b, Remissio animi. Episto. 52 b, Animus humils.)(. Animus pertinax. Ad. 40 a, Sum animo perculso & abiecto. Ep. 57 b, Animus acrius & solicitus. Epist. 43 b, Animum tuum promptum, alacrem perspexi ad defendendã Rempub. Epi. 55 b, Iste æquo animo carere aliqua re. Attic. 25 a, Interea quidem cum amusis nos delectabimus animo æquo, imo uero gaudenti ac libenti. Qu. Fr. 296 b, Aequo animo facere aliquid.)(. iniquo animo facere aliquid. Epistol. 68 a, & Aequo animo mori. Epistol. 55 b, Gratulatio tua mihi probatissima, quòd ab optimo est animo. Episto. 69 a, Acres animo fumus, ut & cæteri, &c. de Fin. 60 b, Acri & tento animo intueri aliquid. Acad. 12 b, Defigere & intendere animum in aliquam rem. Ep. 73 b, Complecti aliquid animo de Nat. 75 b, Comprehendere aliquid animo. Epist. 53 b, Vt quod ego facio, tu quoq; animum inducas, si fieri qua Respub. in ea re esse oportere. de Diuin. 117 b, Tu istum animum induces causam hãc defendere? Att. 228 b, Antonius induxit animum sibi licere, quod uellet. pro S.R. 8 a, Qui potuit animum inducere, ut exhæredaret filium, &c. Clar. 65 b, Angor animo. At. 122 a, & 77 b, Pendeo animo. Epistol. 78 a, Agitare animo de reliqua re id est, cogitare. Epistol. 146 a, Omni animi impetu facere aliquid. Epistol. 13 b, Cum Resp. maiorem etiam mihi animum, quàm quam habuissem, daret. de Finib. 81 a, Et quidem prodest, inquis, mihi in eo esse animo. Epist. 10 b, Reipub. eum animum eamq; uoluntatem, quam debemus præstare. Epistol. 13 a, Quorum quidem animum tu non perspexisti solum, sed etiam confirmasti atq; tenuisti.

Annales, lium. memoria publica, monumenta uetustatis, nalium monumenta. de Orat. 113 a, Erat enim historia, nihil aliud nisi annalium confectio, cuius rei memoriæ publicæ retinendæ causa, res omnes singulorum annorum dabat literis Pont. Max. & ibid. de annalibus multa. pro Mur. 127 b, Iraq; non ex sermone hominum recenti, sed annalium uetustate eruenda est memoria nobilitatis. pro Rab. 93 a, Istę omnes & suppliciorum & uerborum, dignitates nõ ex memoria uestra & patrum uestrorum, sed annalium monumentis, atq; ex regum commentariis quæsiuit. pro Dom. 230 a, Vt annales pop. Rom. & monumenta uetustatis loquuntur. de Leg. 157 a, Annales Pontificum Maximorum, quibus nihil potest esse iucundius. Epist. 4 b, Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet, quia enumeratione fastorum.

Annalis, se. I. A. 203 b, Legibus annalibus nũ grandiores ætatem ad consulatum constituebant, ad olescentiæ tempus ætatem uerebantur. I. A. 203 b, Maiores nostri leges annales non habebant. de Leg. 185 a, Cõsules ciuitatẽ annalibus ge seruanto. de Or. 203 a, Lex annalis: id est, quæ annorum numerũ prefiniebat ad capiendos magistratus. Atti. 191 b, Scriptum est in tuo annali. de Clar. 169 b, Ennius in suo annali.

An ne, an. pro Cor. 66 a, An ne de uobis trahere spolia fortis ratis licebit? de hostibus non licebit. I. An.

Annecto, ctis. agglutino. de Nat. 53 a, Stomachus ad lingua annectitur. de In. 81 b, Funiculus à puppi religatus scapho annexam trahebat. de In. 48 a, Separatum est, quod non ipsa causa ductum est, nec sicut aliquod membrum annexum orationi. & Top. 225 a.

Annellvs, li. annulus paruus. de Finib. 125 a, Epicurus ne ginem non modò in tabulis, sed etiam in poculis, & in annellis habebant. ex Nonio.

Anniversarivs, a, um. quod singulis recurrit annis. I. V. 219 b, Mercurius sacris anniuersariis apud Tyndaritanos summa religione colebatur. I. V. 215 a, Syracusani feliciores dies anniuersarios agunt. de Ar. 251 a, & I. V. 230 a, Quinquatrificia gẽtilia anniuersaria factitarunt. Att. 16 b, Sacra anniuersaria. de N. 45 b, Impetus cœli constantissimè conspiciens uicissitudines anniuersarias.

Annicerii philosophi ab Aristippo, Off. 75 b.

Nominatio, onis. Græcè παρονομασία, ut nobilior, mobilior. de Or. 132 b, & ad Her. 30 b.

Annona, nę. res frumentaria, aut alia res quæ ad annum reponitur. pro Pom. 13 b, Repentè uilitas annonæ; ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est. de D. 110 b, Annona in macello cara est. Epist. 237 a, Fundo Arpinati bene poteris uti cum familia urbana, si annona caprior fuerit. I.V. 199 a, Annona preciũ non habet. pro Dom. 246 b, Frugum inopia.)(. Frugum copia. pro Dom. 216 a, Subito illo die carissimam annonam nec opinata uilitas consecuta est. pro Dom. 215 b, Difficultas annonæ summa, inopia rei frumentariæ. pro Dom. 215 a, Cum ingraueret annona, ut iam planè inopia ac fames non caritas timeretur. pro Mil. 115 a, Leuare annonã. pro Dom. 216 a, Aduentu meo uilitas futura est. & ibid. Commutata est annona. pro Do. 216 a, Annona in meo reditu facta erat durior.

Notare, notare, obseruare. Columella & Nonius ex Oeconomico Xenophontis, quem Cicero è Græco uertit, sed desideratur.

Anvlarivs, rij. opifex annulorum. Acad. 21 b, An tibi erit quærendus annullarius aliquis? quoniam gallinarium inuenisti.

Anvlvs, li. I.V. 108 a, Annulus aureus scribæ tui me deterret. Academ. 21 b, Sit in eiusmodi cera centum sigilla hoc annulo impressero. Qu. Fr. 292 a, Sit annulus tuus non minister alienæ uoluntatis, sed testis tuæ. Off. 9 b, Foribus aperis hominis mortui uidit corpus, annulumq; aureum in digito, quem ut detraxit ipse induit. & ibi. Cum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo uidebatur.

Annymero, as. in aliquorum numero pono, in eundem numerum refero. de Cla. 183 a, His duobus annumerabatur nemo tertius. pro S.R. 33 a, Verum forsitan in grege annumerer. de Di. 109 a, Atque his libris anumerandi sunt sex de Rep. de N. 1 a, Qui uero deos eẽ dixerũt, tãta fuit in uetate constituti, ut eorũ molestũ sit annumerare sniãs. de Opt. 244 a, Verba nõ ma annumerare lectori putaui oportere, sed tanquã appendere. I. V. 63 b, Annumerare & reddere pecuniã alicui. & 137 b, Annumerare pecuniã alicui. de In. 58 a, Si infirmum aliquod annumeratum dicemus.

Annvncio, as. denuncio. At. 185 b, Eiq; interea salutem annunciabis, itemq; Pyliæ.

Annvo, is. nutu capitis assentio. I.V. 196 a, Hoc mihi significasse & annuisse uisus est. de Or. 135 a, Id quoque toto capite annuit. de N. 23 b, Annuere te uideo. pro Qu. 3 b, Simulatq; sibi hic annuisset, numeratum se dicebat. I. C. 133 a, Tum ostẽdi tabulas Lentulo, & quæsiui cognoscẽre ne signum? annuit. I. A. 247 a, Si annuerit? næ ego istam sapientiam non audiam.

Annvs, n i. Magnus annus qui tum efficitur cum solis & lunæ, & quinque errantium ad eandem inter se comparationẽ cõfectis omnium spacijs, est facta conuersio, de N. d. 36 b. Annus perfectus & absolutus perfecto numero temporis tum completur: deniq; cùm se octo ambitus confectis suis curbibus ad idem caput retulerunt, cumq; eos permensus est idem & semper sui similis orbis, de uniuers. Annus iudicialis, Brut. Annus uertens uerè appellari potest tum, cùm ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierunt, eandemq; totius cœli descriptionem, longis siderum uallis retulerint, Somn. Scip. Apparuisse nomen deorum intra finem anni uertentis, 13. Philipp. Anni primus mensis apud Aegyptos, 3. de Nat. deor. Anni tempus, pro tempestate, 16. Fam. Anni tempore duro, 10. ad Attic. cui opponit æstatem. Anni tempora quomodo ex solis inflexione fiant, de Nat. 2. Addere annum labori, ad Qu. fra. lib. 10 Quartum annum ago & octagesimum, de Senect. 83 b. Annum homines populariter tãtũmodo solis, id est unius astri reditu metiũtur, Som. Scipion. Annum petitionis suæ non obiertũt, 10. Famil. Quinto autem anno exeunte ad Syracusas occidit, 1. de D. Hoc grauissimo & pestilentissimo anno, Epist. 72 b, Anno uertente sine controuersia uerbum ullum facis, pro Quinto, 7 b, In hoc anno, non solet addi in hoc interdicto, 15. Fam. Ni anni decem interfuerint, nequis eundem magistratum capito, 3. de Legib. Nõdum cẽ cum & decem anni sunt, cum, &c. Of. 2. Anni multi sunt,

cùm, & 15. Fam. Babylonij CCCCLXX. milia annorum, ut ipsi dicunt, monumentis comprehẽsa tenent, de Diuin 88 b. Agere annos, de Se. Annos multos nihil aliud cõmẽtaris, 7. Fam. Annos habere, 4. ad At. Iam annos uiginti habere, pro Ce. Annos decem peditum & equitum polliceri, 9. ad. At. Annis legitimis eum curules magistratus perfaciilè cepisse, 13. At.

Annvvs, a, um. quod unius anni spacio continetur. Att. 95 a, Nos annuum tẽpus propè iam emeritum habeamus. At. 68 a, Vt hoc desiderium nostrum plus fit annuum. de Leg. 173 b, Idq; ne committi possit, ad eam rationem cursus annuos sacerdotes finiũcto. pro Flac. 165 a, Annui temporis criminatio. de In. 51 a, Annuum spacium At. 245 b, Sic. annuum tempus conficitur. de In. 54 a, Et annuæ commutationes quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt.

Anqviro, ris. inquiro, quæro. de Or. li. 1. Omnes enim artis loci anquirentibus nobis, omniq; acie ingenij contemplantibus, ostẽdunt se. de Fato, Inqua quid ualeat id quod geri possit, anquiritur.

Ansa, sæ. manubrium, aut id quo uas aut aliud manu capi teneriq; solet. hinc per trãslationem occasio dicitur. de Am. 107 b, Quin etiam necesse erit cupere, ut quàm sæpissime peccet amicus, quo plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum. pro Cecin. 288 a, Iste hac sextula se ansam retinere omnium controuersiarum putat. pro Plan. 277 a, Si locus habet reprehensionis ansam aliquam, nescio cur &c.

Ansancti, in Hirpinis populi. de D. 97 a.

Anser, ris. pro S.R. 29 b, Anseribus cibaria publicè locãtur, & canes aluntur in Capitolio, ut significent, si fures uenerint. & I.A. 248 a, Anseres de Falerno depellantur. id est, Anser poeta, cui Antonius Falernum donauerat.

Antandrivs, a, um. ab Antandro insula, 300 a.

Antaxon. Tusc. 162 b, Ora australis ignota nobis, quam uocant Græci αὐτάξονα.

Ante, antea, præ, pro, à fronte, ob, in conspectu positus, ante hoc tempus, ante id tempus, ante hunc diem, plus. pro S.R. 20 b, ut non modo clam, uerùm etiam hic in foro, ante tribunal tuum M. Fanni, ante pedes uestros iudices, inter ipsa subsellia cædes futurę sint. & ibi. Ne hic ibidẽ ante oculos uestros trucidetur. pro Mil. 106 b, Clodius ante suum fundum Miloni insidias collocauit. de D. 96 b, Cum Sylla in agro Nolano immolaret ante prætorium, tum ante oppidum Nolam Samnitum castra cepit. I.V. 246 b, Hi ne in freto ante sua tecta & domus nauigarent, precio abs te iusfœderis emerunt. At. 234 a, Id ipsum quod me mones, quatriduo ante cogitaram. de In. 64 a, Ille multo ante lucem surrexit. de Fin. 71 a, Vt qui asoti esse uelint, philosophi ante fiãt. Ep. 35 b, Mandauiq; utriq; eorum, ut antè ad me ex current. & alibi: Multum interesse mihi est uisum inter eũ qui tum erat, & qui anno antè fuerat. Tusc. 196 b, Quæ ueniẽtia lõgè antè uideris. Postquam 199 a, C. Marius tertius ante me cõsularis subijt, &c. At. 111 b, De quibus ante ad te falsum scripserã. I.A. 202 b, Vt ei triennium ante legitimum tẽpus petere liceat. I.V. 99 b, Minutius mortuus est ante istum prætorem. I.V. 68 a, Qui, dum hic quæ opus essent, compararet, causam interea ante eum diceret. Att. 133 b, Crucior, quòd eum quem ante me diligo, uideo in consulatu quid uis potius esse, quàm Cos. de N. 38 a, ut Fides, ut mens, quas in Capitolio dedicatas uidemus proximè à M. Aemilio, antè autem ab Atilio Calatino erat Fides cõsecrata. de Fin. 132 b, Vt si aut manibus ingrediatur quis, aut non antè sed retro, fugere plane se ipse uideatur. de Orat. 101 a, Omnia enim sunt posita ante oculos. I.V. 249 a, Hominem nostis, qui ducem prędonum ceperit, quã libenter eum palam ante oculos omnium esse patiatur, ad Her. 5 a, At in senatum, aut ante Imperatorem, & in consilium talis causa potest uenire, de L. 175 Religio in fundi uillæque cõspectu posita: idest, lucus ante fundum uillãq; positus.

Antea, antehac, ante hoc tempus, superioribus diebus, superioribus temporibus. At. 102 b, Posthac neque hercule antea negligentes fuimus. At. 244 a, Quod ad te antea, atque adeo prius scripsi (sic enim mauis ad scribẽdum tibi uerè dicere) fecisti me acriorem. De In. 66 a, Si integer antea fuisti

fuisse demõstrabitur. Ep. 5. b, Nactusq; tempus hoc magis idoneum, quam unquam antea, ita sum cum illo locutus, &c. Epist. 34. a, Quin nisi ego successor essem, quem tu cuperes uidere, te antequam tibi successum esset, decessurum fuisse.

ANTEACTVS, a, um. superior, de In. 66 b, Ex anteacta uita face re iudicium, &c. & I. V. act. 5. & pro Marcel.

ANTECANIS, nis. procyon. de Nat. 48. b. l. Procyon.

ANTECAPIO, pis. de Nat. 10 b, Antecapta animo rei quædam informatio, Græcè προλήψις.

ANTECEDENS, tis. præcurrens, antegrediens, antegressus, præpositus, antepositus, primum.) (. quod consequitur. de Fat. 145 a, Omnia quæ fiant, fieri causis antecedentibus, & ibid. Voluntatis nostræ non esse causas externas & antecedentes. de Orat. 130 a, Ex ijs rebus quæ quodammodo affectæ sunt ad id de quo quæritur, alia ex antecedentibus appellantur, alia ex consequentibus, alia ex repugnãtibus. de Inuent. 70 b, Obseruantia, per quam ætate, aut sapiẽtia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reuereamur. de Fat. 143 a, Si quod primum in connexo est, necessarium est sit etiam quod consequitur necessarium. de Fat. 141 b, Causæ naturales & antecedẽtes. de I. 82 b. Homines aliqua di gnitate antecedentes. Oct. 329 b, Et quæ non insequẽs hora antecedente calamitosior pop. Ro. illuxit? de Cla. 171 b, Sed inter hos paululum ætate his antecedens Galba, eloquentia præstitit. de Cla. 174 a, M. Pennus Paulum Gracchum ætate antecedens.

ANTECEDO, dis. anteeo, præeo, præcurro, prægredior, antegredior, anteuerto. Top. 228 b, Si huic rei illa antecedit, huic nõ antecedit. Top. 225 a, Quicquid antecedit quanq; rem, id cohæret cum re necessario. de Fat. 147 a, Nõ sic causa intelligi debet, ut quod cuique antecedat, id & causa sit, sed quod cuiq; efficienter antecedat. de Fat. 149 a, In omnibus quæcũque fiunt, uerisimile est causam antecedere. Ep. 174 a, Antecedere aliquẽ ætate. Biduo me Antonius antecessit. At. 124 a, Põpeius expeditus antecesserat legiones. Acad. 39 b, Ea res longè cæteris antecedit. de Vniuer. 199 a, Septima, quæ septem & uiginti partibus antecederet primæ. de In. 58 a, Si id quod sequitur, nõ uideatur necessariò cum eo quod antecessit, cohærere. In Ver. 232 a, Incipit iloqui, qui & autoritate & ætate, &, ut mihi uisum est, usu rerum antecedebat Timarchides.

ANTECELLO, is. excello, præsto, antesto. I. V. 150 a, Hæc causa magnitudine iniuriæ criminib. cæteris antecellit. I. V. 227 b, In ea sunt ædes sacræ cumplures, sed duæ quæ lõgè cæteris antecellunt. de In. 43 a, Præclarum mihi quidãm uidetur adeptus is, qui qua re homines bestijs præstent, ea in re hominibus ipsis antecellat. de N. 55 b, Sẽsus hominũ multò antecellit sensibus bestiarum. ad Her. 15 b, Inferiores, qui omnibus his rebus antecellunt. pro Muren. 130 b, Dicendi consuetudo longè & multum isti uestræ exercitationi ad honorem antecellit. pro Mur. 119 a, Summa dignitas est in ijs qui militari laude antecellunt. pro Mur. 133 a, Vir humanitatate, sapientia, integritate antecellens. de Sẽ. 90 b, Vt quisq; ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet. de D. 99 a, Chaldæi in Syria cognitione astrorum antecellunt. pro Arc. 186 a, Antecellere omnibus ingenij gloria.

ANTECEPTVS, a, ;um. de N. 10 b, Lege Anticipatio.

ANTECESSIO, onis. præcursio, progressio. Of. 3. Homo autẽ qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit, principia & causas rerum uidet, earũque progressus quasi antecessiones non ignorat. Top. 225 a, Tripartitò igitur distribuitur locus hic, in consecutionem, antecessionem, & repugnantiam.

ANTEDICO, cis. prædico, anteprædico. de D. 113 a, Hæc, qui antedicunt, quam rationem sequantur, uides. I. A. 158 a, & 157 b, Atque ego hoc dico de futuris, quod est augurũ, antedicere ea quæ uitari possunt. I. A. 206 b, Itaque quod paulo antè feci in senatu, faciam apud uos, testificor, denũcio, anteprædico.

ANTEEO, is. antecedo. contra Rul. 85 b, Lictores prætoribus anteibant cum fascibus duobus. Tuscu. 149 a, Cato qui hos ætate anteibat. I. A. 221 a, Seruius ætate illis anteibat, sapientia omnibus. de Fin. 149 b, Præstantiam animi omnibus bonis corporis anteire dicimus. de Fa. 149 a, Si illis sententiam assensiones non sine uiso antecedente fieri. alia ratio est: sed si concedũt anteire uisa, &c. uide ne idem dicit. de Cla. 185 b, Consules, qui omnes intelligentia anteibant. Tusc. 124 a, Fortunam ipsam anteibo fortunis meis. pro Syl. 161 a, Nec se æquales tui propter istam causam abs te anteiri putant. Off. 40 a, Qui anteire cæteros uirtute putantur.

ANTEFERO, fers, antepono, præpono, præripio. Partit. 229 b, Deinde ista tua studia uel maximis meis occupationibus anteferrem libenter. Epist. 83 b, Vel iniquissimam pacem iustissimo bello anteferre. pro Cor. 64 a, Quis dubitare de toto iure pacis & belli omnib. iurisperitissimis imperatores nostros anteferre? cont. Rul. 67 a, Vos qui me anteuoleritis nobilitati. Ep. 74 b, Tamen ita existimes uelim, mihi antelaturum fuisse, si ad me uenisses, uoluntatem tuam eõdem modo meo. de Pro. 74 b, Cum ipse cæteris omnibus esset omni honore antelatus. pro Syl. 184 b, Vt nemo ei se honore anteferret. Epi. 29 b, Præsertim cum sine cuiusquam reprehensione, legatis quæstorem posis anteferre. Epi. 112, Bibuli fortunam, quam ille afflictam putat, omnium triumphis uictorijsq; antefero. Epi. 72 b, Certè nos quod est dies allatura, id cõsilio anteferre debemus. Ora. 198 b, Sed ego idem, qui, &c. recordor longè omnibus unũ anteferre Demosthenem. Quin. Fra. 306 b, Comitia iudicijs anteferre. At. 96 b, Qui solet anteferre puero sororis tuæ filio, de Cl. 180 a, Anteferre se alicui.

ANTEGREDIOR, ris. prægredior, antecedo, anteuerto. de N. 36 b, Lucifer latinè dicitur, cum antegredior solemicũ subsequitur autem hesperos. de Fat. 144 b, Quod si ita est, omnia quæ fiunt, causis fiunt antegressis. & ibid. a, Causæ fortuitò antegressæ. & de Diu. 85 b, Iisdem signis antegressis. Offic. 19 a, Id tum apparet cum antegressa est honestas.

ANTEHAC, antea. Epist. 197 a, Atque antehac sperare quidem licebat, nunc etiam illud ereptum est. Epistol. 7 b, Simul quod uideo, non ut antehac putabam, nouitati esse inuisum meæ.

ANTELVCANVS, a, um. quod ante lucem fit. Ep. 245 a, Ex ante lucano tempore usq; ad horam diei decimam. Tusc. 218 b, Qui dolere se aiebat, si quãdo opificum antelucana uictus esset industria. I. C. 109 a, Antelucanæ cœnæ.

ANTEMERIDIANVS, a, um. quod ante meridiem fit.) (. Pomeridianus. At. 211 b, Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi, nunc respondebo uespertinis. de Orat. 144 b, Antemeridianus sermo. L. Pomeridianus.

ANTENNA, æ. transuersum in naui lignum ad malum, cui uelum alligatur. de Or. 159 b, Quid tã in nauigio necessariũ quàm prora? quàm puppis? quàm antennæ? quàm uela? malij? &c.

ANTEOCCVPATIO, onis. Rhetorica exornatio est, alia ab occupatiõe. de Or. 162 a, Erroris inductio, in hilaritatem impulsio, anteoccupatio, &c.

ANTEOCCVPO, as. præoccupo. Orat. 209 b, Vt anteoccuperem quod putat opponi. de eadem anteoccupatione loquitur.

ANTEPONO, nis. præpono, præfero, priorem duco: antefero, præstabilius puto, primas omniũ alicui do, aliquid primũ & summum habeo. At. 14 b, Vera quidẽ laude probitatis, neq; me tibi, neq; quenquã antepono. Qu. Frat. 300 b, Sit illi anteponis, ualde magnum facis de Orat. 93 a, Et lõgè Academiæ illi & Lycæo tuũ hoc suburbanum antepono. Tusc. 203 b, Cuius iudicium longè antepono tuo. Ep. 5. a, Ea te sapientia esse iudico, ut meum consilium non antepõnã tuo. Ep. 36 a, Nec mehercule aliter uidi existimare Cn. Pompeium, quem omnibus qui unquam fuerunt, uel P. Lentulum, quem mihi ipsi antepono. de Cl. 188 a, Hanc autem gloriam, testimoniumque Cæsaris, tuæ quidem supplicationi non solum, sed triumphis multorum antepono. In Vat. Nemo se anteponet, quo minus reus fiat. de Sen. 79 a, Offic. 17 b, Non ponebat enim rumores ante salutem.

ANTEQVAM, priusquam. Att. 75 a, Antequam aliquo loco consedero, literas à me non habebis, Att. 26 b, Equidem antequam tuas legi literas, in hominem ire cupiebam. pro Do. 241 b, Præsertim illo magistro, qui cogeretur docere, antequàm ipse didicisset. I. V. 246 a, Nunquam in Sicilia frumentum publicè est emptum, antequam ille hoc præclarũ consiliũ dedit, ut, &c. de Or. 156 a, Neq; defatigabor antequàm perceperõ, &c. I. V. 136 b, Neque in hac re solum fuit eiusmodi, sed antequàm ego in Siciliam ueni, in maximis rebus ac plurimis. Para. 124 b, Nunquã eris diues, ante quàm tibi tantum ex tuis possessionibus reficiatur, ut tueri sex legiones posis. Ep. 102 a, Sin nostri oblitus es, dabo operã ut istuc neniã, antequàm planè ex animo tuo effluo. I. A. 244 a, Cui fui semper amicus antequàm ille reip. est factus inimicus. Qu. Fr. 301 b, Ne quid de bonis quæ L. Octauij fuissent, diminuerent. antequàm Cn. Fundanio pecuniã soluissent. pro Milon. 121 b, Vtinam, dij immortales, ut P. Clodius uiueret antequàm hoc spectaculum uiderem. I. A. 218 b, Dixitque se non antea renunciaturum senatui, nisi prius sibi respondisset quid facturus esset, quàm ex illa circunscriptione excederet.

ANTEROS, Veneris & Martis filius. de D. 71 a, & b, Tertius Cupido quidem est Anteros. & de N. lib. 3.

ANTESIGNANVS, ni. primipilus, miles qui ante signũ in acie collocatur. I. A. 174 a, & 196 b, Fueras in acie Pharsalica antesignanus. Antesignanos iudices constituere.

ANTESTO, as. præsto, antecello, excello. de In. 62 b, Crotoniatæ quondam omnibus corporis uiribus & dignitatibus antestiterunt.

ANTEVERTO, tis. præuerto, antecedo. de Am. 98 b, Atq; id ipsum cum tecum agere conarer, Fãnius anteuertit. pro Mil. 1102, Vidit, necesse est Miloni proficisci Lanuuium, illo ipso quo profectus est die, itaq; anteuertit. de Nat. 36 b, Stella tum anteuertens solem, tum sũsequens.

ANTICIPATIO, onis. Græcè πρόλεψις. de N. 10 b, Quis non habet sine doctrina anticipationem quandam deorum? id est, anteceptam animo rei quandam informationem, &c. l. Prænotio.

ANTICIPO, as. anteoccupo, anteuerto. At. 132 a, Dices, quid igitur proficis? qui anticipes eius rei molestiam, quam tri duo sciturus sis: de N. 16 a, Ita est informatum, anticipatumq; mentibus nostris.

Ἀντινομία, contraria lex. l. Lex.

ANTILIBANVS, mons. Att. 31 b.

ANTIOCHIA, æ. urbs. 244 b.

ANTIOCHI, philosophi ab Antiocho. Acad. 18 a.

ANTIPODES, dum. Acad. 31 a, Antipodes è regione nobis, è contraria parte terræ aduersis uestigijs stant contra uestigia, quos Antipodas uocatis. de Som. 129 b. Sed eorũ partim obliquos, partim uersos, partim etiam aduersos stare nobis. & ibidem, Qui aduersa nobis urgent uestigia.

ANTIQVITAS, tis. uetustas. de L. 175 a, Antiquitas proximè accedit ad deos. Item. In exemplis autoritatem habet antiquitas. de D. 123, Errabat enim multis in rebus antiquitas, quam uel usu iam, uel doctrina, uel uetustate immutatam uidemus. ad Her. 24 b, Non omnia antiquitati concedenda esse. pro Font. 292 b, Generis antiquitas ex clarissimo municipio profecta. Antequàm 197. a, Generis antiquitas. Or. 211 b, A quibusdam serio iam emendatur antiquitas, qui, &c. de Or. 146 b, Quo magis antiquitatem eorum sermo retinere uideatur. pro P. R. 127 a, P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus nostris uirtutis, antiquitatis, prudentiæ. de Ora. 121. a, Plurima in XII. tabulis antiquitatis effigies.

ANTIQVIOR, us. carior, melior, potior. Ep. 178 b, Si in aduentu tuo bellum confici potest, nihil sit antiquius. Attic. 192 a, Me id multo magis mouet, quod mihi est sanctius & antiquius. Attic. 101 b, Ne dubitaris, quin quod honestius, id mihi futurum sit antiquius. Qu. Fr. 294 b, Quod tibi & antiquissimum esse, & ab initio fuisse, omnium sermone celebratum est. Attic. 37 a, Nihil mihi antiquius amicitia nostra est. de D. 124 b, Antiquiorem Deiotaro fuisse laudem & gloriam, quàm regnum & possessiones suas. Epist. 170 a, Nec quicquam habui antiquius, quàm ut Pansam statim conuenirem. Attic. 187 b, De Tullia mea tibi antiquissimum esse uideo. Qu. Fr. 306 b, Is iudiciorum causam suscepit, antiquissimamque se habiturum dixit. de Inuent. 55 b, Hoc trophæo nihil carius, nihil antiquius habere conuenit. Attic. 160 b, Naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. At. 238 b, Id quidem sic suscepturum est mihi, ut nihil sim habiturus antiquius. ad Her. 32 a, At salus antiquior est militũ, quàm impedimẽtorũ. Ep. 166 a, Nihil antiquius cõmuni salute iudicaui. de In. 57 a, Qui pauperes sũt ijs antiquior officio pecunia est. I. A. 247 a, Nihil uita antiquius existimare, omnia posteriora libertate ducere.

ANTIQVO, as. abrogo. de Leg. 191 b, Vos demum, ut uideo, legem antiquatis sine tabella. Attic. 9 b, Et populum ut rogationem antiquaret, rogabant. Att. 8 a, Pisõ operam dat, ut ea rogatio, &c. & de religione antiquetur. Offic. 48 b, Philippus legem agrariam tulit, quam tamen antiquari passus est.

ANTIQVVS, a, um. priscus, uetus, credulus, simplex, probus.) (. Recens. I. V. 87 a, Homines antiqua & obsoleta sunt. Att. 142 b, Igitur antiquissimæ cuiq; epistolæ primũ respondebo. Qu. F. 319 a, Antiquior dies in tuis erat ascripta literis. pro Rab. 95 b, Causam suscepisti antiquiorem memoria tua. de Vn. 198 b, Animus & ortu & uirtute est antiquior corpore. de Am. 101 a, Antiquior & pulchrior & magis à natura profecta causa amicitiæ. de Cl. 182 a, Sed multo tamen antiquior & horridior ille quàm Scipiõ. pro S. R. 12 b, Homines antiqui qui, ex sua natura cæteros fingerent, crediderunt. pro S. R. 23 a, In qua muliere uestigia antiqui officij remanent. pro Cl. 33 b, Homines ex uetere illa disciplina iudiciorum.

ANTISTES, tis. primarius unius templi sacerdos. pro Do. 234 a, Vos qui estis antistites ceremoniarum & sacrorum, autorem habetis & magistratum publicæ religionis. de Ar. 246 b, Antistites sacrorum. de D. 131 b, Cum antistitibus agamus, ut proferant, &c. pro Dom. 213 a, Alij antistites deorum immortalium, alij interpretes religionum requirendi. de Or. 102 a, Eum quærimus, qui sit eius artis antistes, cuius esse Deus putatur.

ANTISTITA, tæ. I. V. 223 b, & 226 b, Cereris sacerdotes atque illius fani antistitæ. Sic enim legendum est, non antistites, autore Gellio & Prisciano. Significat eneim fœminam sacerdotem.

ANTISTHENES, nis. de Or. 148 b, Ab Antisthene, qui patientiam & duriciam in Socratico sermone adamauit Cynici.

ANTITHETON. Orat. 213 a, Græci ἀντίθετα nominant, cum contrarijs contraria opponuntur. Id quod scis prodest nihil, id quod nescis obest.

ANTIVM, oppidum. Att. 244 a, Hinc Antiates. ibid. 26 a,

ANTONIANVS, a, um. Ep. lib. 12. Antoniatæ leges. in Epistola Lentuli, & eodẽ libro, Antoniaũ latrocinium, I. V. Antoniana uetus dicendi ratio. sed id de Antonio illo Oratore.

ANTONIASTER, ab Antonio per contemptum factum nomẽ, ut ab olea oleaster, ut à pyro pyraster. Pro Vareno citante Prisciano.

ANTRONIANVS, a, um. Att. li. 1. Antroniana domus.

ANVS, ani. Ep. 140 a, Anum appellas alio nomine, cur non suo potius? ima excrementorum uia.

ANVS, anus. uetula mulier. Tusc. 214 b, Quæ est anus tam delira, quæ ista timeat? de D. 137 b, An tu censes ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somnijs crederet?

ANXIETAS, tis. procliuitas ad angorem. Tusc. 214 b, Ex quo in alijs anxietas, unde anxij: in alijs iracundia dicitur, quæ ab ira differt. Est; aliud, iracundum esse, aliud iratum: ut differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxij, qui anguntur aliquando, neque anxij semper anguntur, ut inter ebrietatem & ebriositatem intereſt.

ANXIFER, a, um. quod anxietatem afferr. de D. 85 a, Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas. Tusc. 179 b, Anxiferi uertices.

ANXITVDO, nis, anxietas. de Rep. lib. 2 Quartaque anxitudo prona ad luctum & mœrens, semperque ipsa se solicitans. ex Non.

ANXIVS, a, um. qui natura procliuior est ad angorem. Tuscul. 214 b, Non omnes anxij sunt qui angũtur aliquando, nec anxij semper anguntur. Tuscul. 216 a, Aegritudo anxia atque acerba. de Sen. 90 b, At sunt morosi, & anxij, & iracundi, & difficiles senes. At. 38 a, Solicitus & anxius amor. de Fin. 76 a, Anxio et solicito animo esse. Off. 15 a, Si quidem nec anxij futuri, & cum grauitate constantiaque uicturi.

Aonivm, oppidum. Att. 82 a.

Apamea, eæ. oppidum. At. 76 b. & Ep. lib. 2. Casij.

Apamensis. Att. 82 a, 30 a.

Apamevs, a, um. aliàs Apianus. Ep. 39.

Apage, & apagete. abigentis uox, & fastidientis aliquid. Epist. 66 a, De Catilio nescio quid ad me scripsisti deprecationis diligentissimæ, apagete cum nostro Sexto Seruilio.

Apenninvs, ni. mons Italiam interfecans. I. A. 244 b, Num idem in Apennini tramitibus potero facere? Ep. 172 b, Antonius Apennino alpibusq; se tenet. I. C. 109 b.

Aper, pri. sylueſter porcus. I. V. 222 b, Aiebãt in labores Hercules non minus hunc immanissimum Verrem, quàm illum aprum Erymanthiũ referri oportere. Tusc. 219 b, Iratum ne Herculem censes conflixisse cum Erymanthio apro?

Aperio, ris. patefacio, palàm facio, illustro, aditum facio, emergo, refero, diduco, diuarico, resigno. de. D. 96 a, & 122 b, In tẽplo Herculis ualuæ clausæ repagulis subitò seipsæ aperuerunt. de N. 54 b, Palpebræ aptissimæ & ad claudẽdas pupillas & ad aperiẽdas. pro Cl. 31. a, Quæ in diutur na obscuritate latuerũt, si aperiã, ut ea cernere oculis uidea mini. At. 74 a, Epistolã aperui, legi. At. 7 b, & 112 a, & rursus At. 166 a, Aperire literas. & ib. Resignatæ literæ. de. N. 36 b, Stella cum delitescens, tum rursum se aperiens, & 36 a, Tum occultari, tum aperiri. de Fi. 68 a, Apériendum est igitur quid sit uoluptas, aliter enim explicari quod quæritur non potest. Off. 26 a, Verentur ne si quo casu euenerit, ut corporis partes quędam aperiantur, aspiciantur non decorè. I. A. 275 a, Cum mulier fleret uberius, is caput aperuit, in collum inuasit. de Fin. 55 a, Altera occulta quædã & quasi inuoluta aperiuntur, altera prompta & aperta indicantur. Offic. 44 b, Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita referenda, ut pateat omnib. Epi. 137 b, Dionysius Corinthi dicitur ludum aperuisse. Ep. 88 b, Tibi uirtus tua reditum ad tuos aperuit. At. 279 a, Nec in senatu sceleratissi morum consiliorum fontes aperire dubitaui. pro S. R. 39 a, Id quod postea aperietur. Anteq. 194 a, Aperuerunt non fortes eẽ se amicos, li, &c. ad Her. 25 b, & 16 a, Aperire fontes penitus abscõditos. I. A. 262 a, Si de clementia, qua in alios usi sumus, aperiemus. Item: Multus apertus cursus ad laudem. Tusc. 146 b, Multo studiosius philosophiæ fontes aperiemus. de Or. 91 b, Carneades uerò multo uberimus ipsi dem de rebus loquebatur, non quo aperiret sententiam suam (hic enim mos patrius Academiæ, aduersari semper omnibus in disputando) sed, &c.

Aperire, exponere, se ad solutionem paratum esse, ostendere. Atti. 68 a, De Oppio factũ est ut uolui, & maximè quod DCCC. aperuisti. Itẽ 70 b, De Oppio benè curasti, quod ei DCCC, exposuisti.

Apertè, planè, non obscurè, non dissimulanter, rectè.) (. Circuitione, ex insidijs, tectè. I. V. 69 b, Apertè palamque dicere aliquid. pro Qu. R. 52 a, Planius & apertius dicam. de Fin. 67 a, Planè & apertè loqui. I. V. 140 b, Apertissimè & planissimè explicare quidpiam. de Or. 137 a, Ponere aliquid apertè falsum. de Cl. 190 a, Numeri nõ apertè, sed dissimulanter conclusi. Orat. 200 a, Non ex insidijs, sed apertè & palam facere aliquid. pro Pl. 226 a, Sed eum ipsum dolorem hic tulit paulo apertius. Attic. 227 b, Lætitiam apertissimè tulimus omnes. Attic. 276 b, Quæ uerba apertè indicant posse rationem haberi etiam non præsentis. Atti. 9 a, Et tamen ab illo apertè, tectè, quicquid est datum, libenter accepi.

Apertvs, a, um. patens, manifestus, planus, ante oculos positus.)(. Obscurus, occultus, insidiosus. de D. 80 a, Assyrij cœlum ex omni parte patens atque apertum intuentur. I. C. 104 a, Cum illum ex occultis insidijs in apertum latrocinium coniecimus. Pro Pomp. 17 b, Multas simultates, partim obscuras, partim apertas suscepi. pro Mur. 136 a, Atque illè, ut semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit. Pro Cl. 27 a Nemo unquam apertior in iudicium adductus est. de Nat. 26 b, Nihil potest esse tam apertum, tamque perspicuum. Attic. 120 a, Apertus dolor.)(. Hebes dolor. de Am. 114 a, Apertum pectus, ut dicitur, uidere & ostendere. Ep. 3 b, Quod iam omnibus est apertum. Par. 116 b, In apertũ referre aliquod opus: id est, edere. pro Cec. 285 b, Causa aperta & simplex. de In. 48 b, Aperta & lucida narratio. I. V. 209 b, Statuerunt se nihil ex clausum neq; tam reconditum posse habere, quod nõ istius cupiditati apertissimum promptissimumq; esset. pro S. R. 24 b, Vnum hoc sumo, quod mihi apertum tuum scelus, resq; manifesta dat. Or. 218 b, Dochimus iteratus nulnera apertum, & nimis insignem facit.

Apex, cis. de Se. 90 a, Apex senectutis est autoritas. i. summa dignitas. nam apex cuiusque rei fastigium significat. dol. 156 b, Nec dubito quin ab aquila Tarquino apicem impositum putent. id est, diadema, regis insigne.

Aphractvm, cti. & Apractus, cti. genus nauigij, quo Rhodij utebantur. At. 74 b, Nauigauimus tardius propter aphractorum Rhodiorum imbecillitatem. At. 97 a, Aphractis ut ceteris; lõgis nauibus tranquillitatem aucupaturi erimus. Att. 96 b, Detraxit uiginti ipsos dies etiam aphractus Rhodiorum. L. Dicrorum.

Apianilegati. Ep. 35 a.

Ἀπειρία. L. infinitio.

Apis, pis. Offic. 31 a, Apum examina nõ fingendorum fauorum causa congregantur, sed cum congregabilia natura sint, fingunt fauos. Tusc. 186 b, Cum liquescimus flumine mollitia, apis aculeũ sine clamore ferre non possimus. de Arus. 249 b, & de D. 95 b, Si examen apũ ludis insecuisse uenisse. Officior. 35 a, Apes quorum opere efficitur aliquid ad hominum usum atque uitam.

Apici. pro adipisci. Ep. 51 a, Sulpicij. & de Leg. 166 b, Apiscendi causa. At. Maris apiscendi causa.

Apis, de Nat. 17 b, Apis ille sanctus Aegyptiorum bos.

Ἀπόδειξις, demonstratio. l. Argumentum & demonstratio.

Apodyterivm, rij. locus ubi balnearium ingressuri expoliabant. Qu. Fr. 318 a, In balnearijs assa, in alterum i podyterij angulum promoui. Qu. Fr. 319 a, Iam ἀποδυτήριον nihil alius.

Apollinares ludi, idest Apollini dicati. At. 34 a, & Philipp. 10.

Apollo, inis. de N. 39 b, Iam Apollinis nomen est Græcũ, quem solem esse uolũt. & 71 a, Apollinum antiquissimus. & ibid. de Apollinibus multis. I. V. 228 a, Apollo Thesmotes, uel Temnites. pro Fon. 280 a, Hæ sunt nationes, quæ quõdam Delphos usque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terræ uexandum profectæ sunt.

Apollonia, niæ. urbs Macedoniæ. Attic. 273 b, Epist. 217 a.

Apolloniensis, se. pro Flac. 161 a, At. 301 b.

Apolloniates, Diogenes. de N. 8 a, I. P. 98 a.

Apollonicensis, Att. 75 a. Appollonicensem Xenonem commendaui.

Apollonivs, nij. de Or. 91 a, 95 b.

Apologvs, gi. fabula in qua bruta animalia inducuntur loquentia. de Orat. 133 b, Ad hoc genus adscribuntur etiam narrationes apologorum. de In. 47 b, & ad Her. 2 b, Ab aliqua re iam parta incipere, quæ uel apologum, uel fabulã, uel aliquam contineat irrisionem.

Ἀποφατικὰ. l. Negans.

Apophthegma, tis. l. Dictum. Ep. 135 b, Sic audio Cæsarem cum uolumina iam confecerit ἀποφθεγμάτων.

Apoproegmenon, id est reiectum.)(. Proegmenon, id est præpositum. de Fi. 93 a. l. Reiectus.

Apotheca, cæ. taberna, uel potius cella uiuaria. In Verr. 3 a, Cum omnium domos, apothecas, naueisq; furacissime scrutarere. I. A. 173 a, Apothecæ totæ hominibus nequissimis condonabantur.

Apparate. At. 222 a, Itaque edit & bibit ἀδεῶς, & iucunde opiparè sanè & apparatè. De Cæsare hoc dicit Cicero.

Apparatio, onis.)(. Inapparatio, onis, Offi. 44 b, Magnificentia & apparatio popularium munerum. ad Her. 3 a, Genus est narrationis. quod intercurrit nonnunquam ab iudei, aut criminationis, aut alicuius apparationis, uel laudationis causa.

Apparatvs, a, um. pro Sest. 25 a, & I. A. 159 b, Qui ludos apparatissimos magnificentissimosque fecit ad Herentum. Quod nimium apparatis uerbis cõpositum est. de In. 44 b, Domus omnibus rebus instructa & apparata: ad Her.

Vt non apparata oratio uideatur.

Apparatvs, tus. apparatio, instrumentum magnificentia. Of. 7 a, Delectant etiam magnifici apparatus, uitæq; cultus cũ elegantia & copia. Or. 204 b, Apparatus epularum à magnificentia recedens. de Som. 126 b, Post autem regio apparatu accepti, &c. In uat. 35 a. Omitto festũ diem argento, ueste, omni apparatu ornatuque uisendo. I. A. 179 b, Quid prandiorũ apparatus proferam? Ep. 95 a, Apparatus. n. spectatio tollebat omnẽ hilaritatẽ. d' Cl. 186 b, Præcepta, quę maiorem habent apparatum. de N. 6 a, Omnis totius orbis designatio & apparatus. d' Or. 104 b, Dixit Qu. Mutius mo re suo, nullo apparatu purè & dilucidè.

Appareo, es. uideor, compareo, adsum, exto, existo, constat, eluceo, emineo, in conspectu relinqui, in conspectu esse, speciem offero. speciem præ me fero, speciem habeo, in conspectum me do. de D. 122 a, Anguis ille, qui Syllæ apparuit immolanti. Ep. 16 a, Cum equites Antonij apparuissent. pro S. R. 38 b, Quod quo studiosius ab ipsis opprimitur & absconditur, eo magis eminet & apparet. de Clar. 171 b, Itaq; exaruerunt uix iam ut appareant. pro Clu. 48 b, Quid cæteri, quos apparere huic quæstioni uideo, uolũt? pro Syl. 167 b, An uerò in quibus subsellijs hæc ornamenta reip. uiderem, in his me apparere nollem? pro Fl. 152 a, Nulla uspiam prædonum nauis apparuit. Epi. 74 b, Quid rectum sit apparet, quid expediat incertum est. de N. 9 b, Ita fit ut deus ille nusquam prorsus appareat. de Clar. 137 b, Aulus Porcinna fuit, ut apparet ex orationibus scriptor sanè bonus. Or. 204 b, Idq; apparet ex genere & granditate uerborum. Item: aliquid manifestè deprehensum apparere. Epist. 15 a, Illud odium omne repentè aparuit. pro Fla. 155 a, Siue hoc Romæ confictum est, ut apparet: siue missum domo est, ut dicitur. de N. 19 b, Hoc siquis quærat unde habemus, apparet quod à terra sumpsimus. Epistol. 52 b, De quo quid sentiam nihil attinet dicere, cum apparet ipse quid fecerim. de Orat. 91 a, Tamen apparet atque extat, utrum simus earum rerum rudes, an didicerimus. de Ora. 88 a, Quid in Numa Pompilio? num quod eloquẽtiæ uestigium apparet? Attic. 288 a, Tamen illud apparebit, uerba rebus esse contraria. de D. 137 a, Equus in quo uehebar, mecum unà demersus, rursus aparuit. I. A. 189 a, Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum. Parad. 116 b, Quoniam illud maiorum uigiliarum opus in tuo nomine aparuit. de Finib. 95 a, Membra nobis ita data sunt, ut ad quandam rationem uiuendi data esse appareant.

Apparitio, onis. pro officio apparitoris. Ep. 223 b, Quod in longa eius apparitione singularem eius fidem abstinentiamq; cognoui.

Apparitor, oris. fatelles, stipator, minister. I. V. 160 b, Mittit ad eum Venerios, id est, apparitores à prætore assignatos. Qu. F. 292 a, Si lictor non suæ, sed tuæ leuitatis apparitor. I. A. 176 b, Quis unquam apparior tam humilis, tam abiectus.

Apparo, as. cõparo, paro. I. V. 210 a, Ornare & apparare cõuiuium, p Pomp. 11 a, Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineunte uere suscepit, media æstate confecit. Quint. Frat. 309 a, Crimina quæ in Sestium apparabantur. I. A. 205 a, Facilius apparabitis ea, quę necessitas flagitat. pro Mil. 106 b, Qui iter illud ad cædem fadiẽdam apparasset. Qu. Fra. 327 b, Is ludos apparat magnificentissimos, sic inquam, ut nemo sumptuosiores. ad Heren. 1 b, Animus iudicis constituitur uel apparatur ad audiendum. & 7 b, Nun quid apparauit: id est, parauit.

Appellatio, onis. compellatio. pro R. P. 124 b, Qua appellatione litium? in qua Posthumi mentio facta nulla est. de Clar. 188 b, Lenis appellatio literarum, id est, pronunciatio. pro Dom. 239 a, Regum appellationes uenales erant. pro Qu. 12 a, Videtur ne intercessisse appellatio Tribunorum?

Appellator, oris. In Ver. 234 a, Nihil ægrius factum multo labore meo, quàm ut manus ab illo appellatore abstinerentur.

Appello, as. nomino, nuncupo, usurpo, dico, perhibeo uoco, inuoco, debitum peto, compello, alloquor, aliquem nomine affari. de N. 70 b, Hunc Aegyptij Thoyt appellant. de Vn. 201 b, Iupiter, Iuno, & reliqui quos fratres inter se agnatosq; usurpare & appellare uidemus. pro Cec. 295 b, Seruos non numero distingunt, sed appellant uno familiæ nomine. & ibid. De liberis quisquis est, procuratoris nomine appellatur. Epist. 29 b, Accedit etiam molesta hæc pompa lictorum meorum, nomenque imperij quo appellor. I. A. 252 a, O Spartace: quem enim te potius appellem? Epist. 140 a, appellare rem suo nomine. de Vn. 200 b, Cæterorum autem fiderum ambitus ignorantes homines præter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter se numero commetiuntur. Tusc. 232 b, 233 a, Ex maiore parte unaquæque res appellari spectariq; debet, pro Clu. 32 a, Tum appellat hilari uultu hominem Balbus, ut blandissimè potest, Quid tu, inquit, Pacete? Quint. Fr. 312 b, Tu ut me & appelles, interpelles, & colloquare, & obloquare uelim. I. A. 246 b, Salutare benignè, comiter appellare unũquenque de Leg. 191 b, Ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet. Off. 42 b, Appellare milites blãdo sermone antequam. 195 a, Vos ego appello, quorum de me maxima est potestas. de Or. 126 b. Cum ego illum crebrò appellans collegam ei suum commendarem. de In. 72 a, Appellare nomen alicuius identidem. In A. 158 b, Te autem M. Antoni absentem appello, non ne, &c. pro Cl. 31 a, Te appello Oppianice, te T. Acti, audere negare, &c. pro Mur. 143 b, Te appello Cato, non ne prospicis? &c. I. V. 195 b, C. Marcelle te appello, num? &c. pro Pomp. 5 b, Appellare aliquem superbius. contra Rul. 58 b, Appellare aliquem asperius. I. V. 178 b, Appellare aliquem uerbo graniore. de Orat. 105 a, Vt enim tristem Galba uidit, nomine appellauit. & Acad. 4 b, Me autem nomine appellabat. Attic. 77 a, Deiotarus filius, qui rex ab senatu appellatus est. Attic. 77 a, Qui rex ab senatu est appellatus. Epist. 23 b, Ita uictoria iusta imperator appellatus apud Issum. Epist. 3 a, Quod tum dicendo, tum singulis appellandis rogandisque perspexeram. Epist. 61 a, Is cum agere cœpisset, tertio quoque uerbo orationis suę me appellabat. Epistol. 15 a, Quidam homines, & ijdem illi, quos sæpe nutu significationeque appello: pro Flac. 166 b, Qui etiam me uultu appellat ac repetit etiam. &c. Epist. 84 a, Cæsar nunquam nisi honorificentissimè Pompeium appellat. Epist. 255 a, Tu mi Treboni, quo tolerabilius feramus igniculum desiderij tui, crebis nos literis appellato. de Leg. 164 a, Quæ si appellare audent impii, quo tandem studio colentur à bonis? pro Fla. 146 b, Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? I. V. 274 b, Vos etiam imploro atq; appello sanctissimæ deæ. pro S. R. 31 a, Te nũc appello P. Scipio, meministi ne? &c. pro Q. 17 b, Sin, &c. quid agendum est? qui deus appellandus est? cuius hominis fides imploranda est? pro R. P. 124 a, Neminem unquam quò ea pecunia peruenisset causam dixisse, qui in æstimandis litibus appellatus non esset. In litibus autem nemo appellabatur, nisi ex testium dictis &c. pro Quint. 18 a, Ab omni magistratu agitatus, quẽ præter te appellet, habet neminem. pro Cec. 295 a, Aedes, quæ in lege non appellantur. Offic. 18 a, Caendum est neijsdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem. pro Cl. 21 a, Hæc omnia nisi perspexeritis in causa, temerè à nobis illam appellari putatote. I. A. 174 a, Appellatus es de pecunia, quam pro sectione debebas. Attic. 78 b, De Attiliano nomine scripsi ad Philotimum, ne appellaret Messalam. contra Rul. 86 b. A me petere quod debeo, me ipsum appellare debetis. Attic. 189 b, Cocceium uelim appelles, quod enim dixerat non fecit. pro Qu. 7 a, Cum tibi quotidie potestas fuisset admonendi, uerbum nullum facis: biennio iam confecto fere appellas. Epi. 266 b, Dolobellæ procuratores fac ut admoneantur. appellabis etiam Appiam. Attic. 6 a, Tulliola tibi diem dat, sponsorem appellat. Attic. 5 a, Tulliola tuum munusculum flagitat, me sponsorem appellat. de Cla. 166 b, Videor enim iam te ausurus esse appellare, quoniam, &c. At. 161 a, Possumus enim ut sponsores appellemus, procuratores introducere. pro Quint. 11 b, Cuius procurator à prætore ad Tribunos appellare ausus sit. I. V. 233 b, Atque adeò cum iam discessio facta esset, prætor appellatur. & ibi. Quis igitur prætorem appellat? qui quæstor istius fuerat Cæ-

cilius.I. V.35 b, Appellasti Tribunos plebis, ne causam diceres. pro Planc. 246 a, Appellaui populũ, tribubus me sub misi. pro Qu. 5 a, Appellãtur Tribuni, à quibus cũ esset certum auxilium petitum, tamen, &c. de Cl. 176 b, Nam de sono uocis & suauitate appellandarum literarum, quoniam filium cognouisti, noli expectare quid dicam.

Appello, lis. applico. I. V. 85 b, Cum Persæ mille numero naium classem ad Delum appulissent. & 248 b, Appellitur nauis Syracusas, & 244 b, Nauis appulsa Veliam est. & 250 a, Quos in Siciliam appulsos eē nauigijs dicebat, & 224 a, & 265 b, Classe ad eum locum appulsa. Att. 210 a, Cum ad uillam nostram nauis appelleretur. de Or. 122 b, Timidè tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad Philosophiam appulisti. pro Rab. 95 b, Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos S. Titij afflictam nauem uideres. de D. 89 b, Visus est in somnis pastor ad me appellere.

Appendicvla, læ. corollariũ. pro R.P. 123 b, Est enim hæc causa, quo ea pecunia peruenerit, quasi quædam appendicula causæ iudicatæ atque damnatæ.

Appendix, cis. additamentum, corollarium. In Hort. Vidit enim quod uidendum fuit, appendicem animi esse corpus.

Appendo, dis. pendo, annecto, l. Appensus. I. V. 212 b, L. Piso aurifici palam appendit aurum. pro S. R. 42 b, Omnia sua tibi concessit, adnumerauit, appendit. I. A. 178 b, Tanti acerui nummorum apud istum construuntur, ut iam appendantur non numerentur pecuniæ. de Opt. 244, Nõn uerba me annumerare lectori putaui oportere, sed tãquam appendere.

Appensvs, a, um. Tusc. 240 a, Gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit.

Appetens, tis. auidus, cupidus. pro Pom. 5 a, Quoniam semper appetentes gloriæ præter cæteras gentes atque auidi laudis fuistis. de Am. 105 b, Nihil est tam appetens similium sui, nihil rapacius quàm natura. de Or. 125 a, Gratus animus non appetens, non auidus. Tusc. 187 b, Studiosissimus apperentissimusque honestatis. contra Rul. 70 a, Homo cupidus atque appetens.

Appetentia, tiæ. Tusc. 212 b, Libido efficit, effrenatam appetentiam.

Appetitio, onis. Græcè ὁρμὴ,)(. Declinatio. de Fin. 95 a, & 117 a, Appetitio animi, quæ Græcè ὁρμὴ dicitur. Off. 36 b, Appetitiones, quas Græci ὁρμὰς nominant, obedientes efficere rationi. de N. 37 b, Natura mundi habet motus uoluntarios appetitionesque, quas Græci ὁρμὰς dicunt. Tusc. lib. 4. Eiusmodi appetitionem Stoici βούλησιν appellant, nos appellamus uoluntatem. Off. 3. b, Huic ueri uidendi cupiditati adiuncta est appetitio quædam principatus. de N. 69 a, Appetitio & declinatio naturalis in animali. Off. 59 a, Detractio & appetitio alieni. de Diuin. 90 a, Ei magi dixerunt, ex triplici appetitione solis XXX annos Cyrum regnaturum esse portendi.

Appetitvs, a, um. tentatus, expetitus, uexatus. l. Appeto. pro Qu. 18 a, Quintius è fundo ornatissimo deiectus, ignominijs omnibus appetitus, nihil alienum tamen uita superiore commisit. pro S.R. 23 a, Vita eius sæpe ferro insidijsque appetita.

Appetitvs, tus. appetitio apperentia, impetus, ὁρμὴ. de N. 50 a, Natura dedit belluis & sensum & appetitum, ut altero conatum haberent ad naturales pastus capessendos, altero secernerent pestifera à salutarib. de N. 31 b, Natura belluis dedit sensum & motum, & cũ quodam appetitu ac cessum ad res salutares. & ibid. Ratio qua reguntur animi appetitus. Offic. 20 b, Duplex est uis animorum atque naturæ. una pars in appetitu posita est, quæ est ὁρμὴ græcè, quæ hominem huc & illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendumque sit. ita fit ut ratio præsit, appetitus uerè obtemperet. Offic. 26 b, Motus animorum duplices sunt, alteri cogitationis, alteri appetitus. Cogitatio in uero exquirendo maximè uersatur, appetitus impellit ad agendum. de D. 95 a, Pars animi, quæ sensum, quæ motum, quæ appetitum habet. Offic. 35. a, Animalia quæ habent suos motus & rerum appetitus. & 21 b, Si quis est paulo erectior, occultat & dissimulat appetitũ uoluptatis. Off. 20. Appetitus rationi sũt subiecti lege naturæ. & ibid. Efficiendum est ut appetitus rationi obediant. & 26 b, Appetitum rationi obedientem præbeamus. & 3 a, Commune animantium omnium est coniunctionis appetitus. & 21 a, Contrahere & sedare omnes appetitus.

Appeto, tis, requiro, expeto, ascisco, apprehẽdere conor.)(. Declino, depello, aspernor. I. V. 218 b, Non alienam mihi laudem appeto. contra Rul. 78 a, Nihil sibi appetit præsiduè Pompeius. I. V. 226 a, In hac partitione ornatus non plus victoria Marcelli populo Rom. Appetiuit, quã humanitas reseruauit. pro Sest. 15 b, Ea sibi ille non colendi, sed uiolãdi causa appetierat. de Na. 52 a, Animalia mouẽtur, sentire, & appetere possunt. & 66 a, appetuntur quæ secundum naturã sunt, declinantur cõtraria. pro S.R. 26 b, Suos agros studiosè colebant, nõ alienos cupidè appetebãt. de Or. 154 b, Multũ illi de præclarissimis artibus sibi appetierũt. cõtra Rul. 85 a, Nõne arbitramini paucis annis fuisse consulũ nomẽ appetituros? Off. 7 b, Cũ utriq; separatim locutus est, ne cupidè quid agerent, nec appeterẽt, atq; ne regredi quàm progredi malẽt. de Am. 111 a, Deinde requirunt atq; appetunt ad quas eisdẽ generis se applicent animantes. Att. 125 a, Genus illud Syllani regni iampridẽ appetitur, multis qui una sunt cupientibus, de L. 180 b, Quid est quod ad Ius põtificium ciuile appetatis? At. 273 b, Qui ex Asia fugere dicebatur, Europam conatur appetere. I. A. 167 a, Hunc uel ipsi parietes affari atq; appetere uidentur. pro Syl. 182 b, Graue si appetimus aliquid, &c. I. A. 194 a, Hoc nõ modò non recuso, sed appeto etiam atq; deposco. de Ar. 245 a, Is inimicitias non solum suscipit propter salutem meam, sed etiam appetiuit. de Fin. 44 b, 55 a, Omne animal simulatq; natum est, uoluptatem appetit, eaque gaudet ut summo bono, dolorem aspernatur ut summum malum, & quãtum potest à se repellit. pro Mil. 121 a, Ego inimicitias potentium pro te appetiui. de D. 126 a, Puer lactẽs, mammam appetens. de D. 90 a, Is ter solem frustra appetiuit manibus, cum se cõuoluens ille elaberetur. de N. 46 a, Mare terram appetens litoribus cludit. pro D. 115 b, A quibus ille se lapidibus appetitum & percussum esse dixit. pro Plan. 174 b, Vitam meã inimicorum modestia nõ esse appetitam. pro S.R. 23 a, Filij uita infesta sæpe ferro atq; insidijs appetita. I. P. 94 a, Hic non fugit eius amicitiã cum esset præsertim appetitus. de Sen. 90 a, Salutari, apperi, decedi, assurgi, &c. pro Dom. 233 b, M. Manlius regnum appetisse est iudicatus. pro D. 233 a, Sp. Melij regnum appetentis domus est complanata. pro Milon. 115 a, Sp. Melius in suspicionem incidit regni appetendi. de Sen. 892, Appetere & occupare regnum. I. A. 182 a, Qui propter suspicionem regni appetẽdi sunt necati. & ibi. In regnum appetentum impetum fecerunt.

Appingo, gis. Attic. 27 b, Epistolam superiorem restituo nobis, & appinge aliquid nouũ: id est, adde, adiunge.

Appivs, Claudius Cæcus pacem Pyrrhi diremit, aquam adduxit, uiam muniuit, pro Cæl. 44 b.

Appias, appiados. ab Appio. Ep. 30 b.

Appietas, atis. Ep. 36 a, Vllam Appietatem, aut Lentulitatem ualere apud me plus, quàm ornamenta uirtutis existimas: id est, ullam Appij aut Lentuli nobilitatem.

Applavditvr, impersonale. pro Sest. 25 a, Cui generi ciuium maximè applauditur.

Applavsvs, us. fauor popularis de D. 130 a, Ennius, qui magno applausu loquitur, assentiente populo, &c.

Applicatio, onis, adiunctio animi. de Am. 101 a, A natura mihi uidetur potius, quàm ab indigentia orta amicitia, applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quam cogitatione, quantũ illa. &c. de Or. 99 b, Ius applicationis.

Applico, as. applicui & applicaui, confero, adiungo, appello. Offic. 23 b, Itaque se alij ad philosophiam ad ius ciuile applicant. Acad. 16 b, Ad hanc potissimum philosophiam me Applicaui. de Fi. 72 b, Voluptas nõ potest ad honestatem applicari. de Or. 113 b, Qui ad scribẽdam historiam maximè se applicauerunt. de In. 67 a, Ante remorit, quòd in itinere se tam familialiter applicauerit. de Cla. 194 a, Meque ad Molonẽ applicaui. pro Clu. 31 b, & 27 a, Oppianicus se ad Staleni familiaritatem applicauit. I. V. 109 a, Sicilia se ad amicitiam fidem populi Rom. applicuit.

plicuit. de Amic. 105 b, Applicare & adiungere se ad uirtutem. de Fat. 148 a, Chrysippus mediũ se fieri uoluit, sed applicat se ad eos potius, qui, &c. Ep. 43 b, Omnes uires ciuitatis ad se Pompeij ductum applicauerunt. de Fini. 113 b, Omne animal applicatum est ad se diligendum, & ad id quod in eo est optimum. de Am. 102 a, Quam qui appetũt, applicant sese & propius admouẽt. de Am. 111 a, Deinde requirunt atq; impetunt, ad quas se applicent eiusdem generis animantes. I. A. 165 b, Ille ad eam ripam quam constituerat, non ad contrariam nauim applicuisset. ad Her. 13 a, Fortuna nihil cernit, quò sese applicet. de In. 8: b, Nautæ nauim ad eum applicauerunt. de Ora. 99 b, Cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset. Tusc. 243 b, Indi cum ad flammam se applicuerint, fine gemitu aduruntur.

Applicatvs, a, um. de In. 50 b, Occupatio uehemens ad aliquem rem magnã cum uoluntate applicata. & de Fi. 113 b. l. Applico.

Appono, is. affingo, adscribo, addo. I. P. 95 a, Aristarchus, qui notam apponebat ad malum uersum. Epist. 205 a, Reliquis epistolis tantum faciam, ut notam apponam eam, quæ mihi tecum cõuenit. de In. 63 b, Caupo alterius gladium pro pe appositum è uagina eduxit. I. V. 105 a, Omnes illę columnæ machina apposita, nulla impensa detectæ. Bru. 91 b, Nec signum tuum in epistola, nec dies appositus est. I. V. 241 a, Reticulumq; ad nares sibi apponebat plenum rosæ. Off. 64 a, Non licitatorem uenditor, nec qui cõtra se licetur, emptor apponet. I. V. 91 a, Accusator apponitur ciuis Rom. & 113 b, Verres calumniatores apponebat. I. A. 165 a, Apponere sibi, prequaricatorem. I. V. 104 b, Apponere mã cupem in locatione. I. V. 211 a, Argentum illi cæterum purum apposuerat, ne purus ipse relinqueretur. Tusc. 246 a, & 226 a, Xenocrates adduxit legatos ad cœnam in academiam, ijs apposuit tantum quod satis esset, nullo apparatu. I. V. 211 a, Is cœnam isti dabat, apposuit patellam in qua sigilla erant egregia. Att. 87 a, Quid te in uasis fictilibus appositurum putem? At. 224 b, Hæc ad te scripsi apposita secũda mensa. Epi. 136 b, Volo enim uidere animum, qui mihi audeat ista quæ scribis, apponere.

Apporto, as. affero. I. V. 87 b, I. P. Seruilius ornamenta hostiũ populo Rom. apportauit. I. V. 191 a, Apportare frumẽtum ad difficillima loca. I. V. 261 b, Quæ non ab hostib. uictis capta & apportata sit. Offic. 30 b, Mercatura magna & copiosa multa undiq; apportans, &c. de Sen. 82 a, Ex Cæcilio. Senectus apportat secum multa uitia.

Apposite, aptè, accommodate. de In. 43 a, Dicere appositè ad persuasionem. & ibi. Curare appositè ad sanandum.

Appositio, onis. Parad. 117 a, Sed hæc uideri possunt obscuriora, cum suae appositione exemplorum lentius disputantur.

Appositvs, a, um. aptus, accommodatus, propinquus, finitimus. de D. 97 a, Noctu lumine apposito nutrix animaduertit puerum, &c. de In. 82 b, 83 a, Propter se fugienda sunt etiam illa, quæ propinqua uidentur ac finitima esse, absunt autem longissimè, quod genus fidentiæ cõtrarium est diffidentiæ: audacia autem non contrarium, sed appositũ ac propinquũ est. de In. 76 a, Loci appositi ad premij quæstionẽ. de In. 77 a, Si quid ad id appositum fit, quod nos interpretemur. ad Her. 39 a, Forma apposita ad dignitatem. I. V. 82 a, Mensęs tres ad dicendum maximè appositos mihi eripuistis. Att. 45 a, Locus minimè appositus ad tolerandam calamitatem. I. V. 229 b, Operarius appositior ad deferenda, quàm ad auferenda signa. & 257 b, Homo bene, appositus ad istius audaciam. At. 123 a, Cætera apposita tibi mandabo. Q. F. 307 a, Habet quiddam Sardinia appositum ad relationem præteritæ memoriæ.

Apprehendo, is. arripio, appeto. de N. 50 a, Vites clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. pro Q. 18 a, Ipsius S. Nævij lachrymans manum apprehendit. de N. 12 b, Atomi cohærescunt inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur. Attic. 160 b, Necesse est istum apprehendere historias. de Orat. 148 a, Ex Socratis disputationibus uarijs, alius aliud reprehendit. pro Cl. 28 a, Quicquid ego apprehenderam, statim accusator extorquebat è manibus.

Apprime, ualde multum, perquàm. de Fin. 97 a, Id apprimè rectissime dicitur.

Approbatio, onis comprobatio. de Cl. 181 a, Id uulgi assensu & populari approbatione iudicari solet. Aca. 10 b, Nũc de assensione atq; approbatione quam Græci συγκατάθεσιν uocant, pauca dicemus. Tusc. 175 b, Effectus eloquentiæ est audientium approbatio. de Cl. 189 b, præsertim tãtis plausibus, tanta approbatione infirmorum. Of. 20 a, & 29 a, Sic hoc decorum mouet approbationem eorum, quibus cũ uiuitur. de In. 55 a, Approbatio est, per quam id quod breuiter expositum est, rationibus affirmatũ probabilius & apertius fit.

Approbator, oris, autor, comprobator. Attic. 256 a, Quam uis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti. Item: Cn. Pompeius qui uoluit me sui facti, sui iudicij, sui beneficij & esse prædicatorem & autorem.

Approbo, as. cõprobo, laudo, autoritatem alicui rei tribuo, fidem alicui rei tribuo, ascisco. Acad. 24 a. Hoc negas & te nosse, nec approbare, nec improbare. Q. F. 324 b, Ego meũ consilium uehementer approbo. pro Ar. 190 b, Milites magno illud clamore approbauerunt. Q. F. 306 b, Approbare sentẽtiam alicuius. pro Sest. 19 b, Cn. Pompeius approbauit ac laudauit sententiã Cottæ. I. P. 80 b, Populus meum iusiurandum una uoce & consensu approbauit, pro Deiot. 149 a, Si hoc à tanta autoritate approbatum fuerit. At. 97 a, Id etiam uidebatur approbare quod erat in extremo, fabriculã tum te habẽtem scripsisse, &c. de Fi. 96 a, Quo posito & omnium consensu approbato illud assumitur. Ep. 15 a, Dijs hominibusq; approbãtibus. At. 95 b, Id quidem, inquis, dij approbent ita uelim. Ep. 26 a, Quod actum est, dij approbent. I. V. Act. 1. Non uereor, ne hoc meum officium P. Seruilio iudici non approbem.

Appromitto, is. Attic. 68 a, De Oppio factum est, ut uolui, & maximè quod DXX appromisisti, alias, aperuisti: & rectius.

Appropero, as. propero. Atti. 58 b, Luciumq; ut approperet, adhortabor. pro Mil. 110 a, Quem diẽ ille nisi ad cogitatũ facinus approperaret, nunquam reliquisset. Q. F. 313 a, Adduc, si me amas, Marium, se approperate.

Appropinqvatio, onis. de Sen. 91 a, Appropinquatio mortis. de Fin. 132 a,

Appropinqvo, as. accedo, aduento, propè accedo, propius accedo, proximè accedo, propè sum, propius sum, adsum, propè adsum, propius adsum, uicinus sum ad faciendum quid, admoueo, propius admoueo, impendeo, pedem cõfero ut aiũt, subsum.)(. longè absum. Q. F. 327 a, Sed eius rei maturitas nondum uenit, & tamen iam appropinquat. I. C. 106 b, Quibus ego confido impendere fatum aliquid, aut instare iã planè, uit certè iam appropinquare. & 115 a, Totius urbis occasus appropinquat. Epi. 20 a, Sed tamen cum appropinquare tuus aduentus putaretur, magnitudo rei fecit, ut, &c. & 52 a, Quanquam sperabam tuum aduentum (sic enim audiebam) appropinquare. pro Clu. 58 a, Cùm appropinquare huius iudicium ei nũciatum esset. de Fin. 131 b, Quis est enim, cui mors cùm appropinquet, nõ refugiat, &c. de Fini. 120 b, Propius esse eos ad respirandum, qui ad summam iam aquam appropinquant. de Finib. 200 a, Nec catulus ille, qui iam appropinquat ut uideat, plus cernit, quam is qui modò est natus. I. A. 193 a, Illi pœna, libertas nobis appropinquat Cæsar. 44 a, Hos item alij ex primis proximis nauibus cùm conspexissent, subsecuti hostibus appropinquarunt.

Appvlsvs. us. de N. 7 a, Pars terræ appulsu solis exarsit.)(. longinquo solis abscessu obriguit, de N. 56 b, Vt omnes ictus omnesq; nimios & frigoris & caloris appulsus sentire possimus. de N. 59 b, Tactus omnes appulsus nimios & frigoris & caloris sentit. de D. 94 a, Tribus modis deorum appulsu homines somniant.

Applicatio, onis. Attic. 108 b, Vnam mehercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo sole malim, quàm omnia istiusmodi regna. de Se. 89 a, Calescere uel apricatione uel igni.

Apricor, aris. ad solem maneo. Tuscul. 247 a, b, Diogenes Alexandro roganti ut diceret, si quid sibi opus esset:

Nunc quidē paululum, inquit, à sole abfis, offecerat uidelicet apricanti.

Apricvs, a, um. ad solem apertus. Epist. o. 263 b, Helluo nequisimus HS.CC. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa. Part. 233 a, Locus apricus.)(. locus opacus.

Apri 1115, is. l. Mensis.

Aptē, appositē, accommodatè congruenter. de Finibus 100 a, Vt si cothurni laus illa esset, ad pedem aptè cōuenire. de Or. 163 b, Oculi sunt quorum tum intentione, tum remissione, motus animorum significemus aptè cū genere ipso orationis. Part. 232 a, Dicere aliquid ad tempus aptè. Offi. 29 b, Facilè iudicabimus quid eorū aptè fiat, quidq; ab officio naturaq; discrepet. de Or. 96 b, Loqui ad rerum dignitatem aptè & quasi decore. Or. 218 b, & 220 a, Aptè numerosēq; dicere de Orat. 146 a, Vt ad id quodcunq; agetur, aptè congruenterque dicamus.

Apto, as. de Or. 157 b, Hoc uerbum est ad id aptatum, quod antè dixerat. id est, accommodatum.

Aptvs, a, um. accōmodatus, appositus, cōuenies, congruens, quod decet, constitutus, habilis, idoneus, consentaneus. I. V. 135 b, Reperiebam hunc ad istius libidines natum atque aptum fuisse. de Orat. 93 a, Cùm te unum ex omnibus ad dicendum maximè natum aptumque cognossem. Par. 234 b, actio congruens & apta ad animos permouendos. de Op. 244 a, Verba apta ad nostram consuetudinem. Attt. 101 a, Vir minimè aptus ad docendum. pro Mil. 114 b, Simulatio apta ad tempus. Attic. 147 b, Ad eam rationem existimabam saris aptam esse naturam & personam meam. Orat. 216 a, Pæan minime est aptus ad uersum. de Nat. 54 b, Palpebræ aptissimæ factę & ad claudēdas pupillas & ad aperiendas. pro Mil. 111 a, Vtri locus ad insidias aptior fuerit. de N. 76 b, Cum id pallium esse aptum ad omne anni tempus diceret. Tuscul. 149 a, Non eruditus, sed tamen aptus ad dicendum. de Ora. 85 a, Explicatio apta ad id quod requiris. de Ora. 105 a, Calceis Sicyonijs non uterer, quamuis essent habiles atque apti ad pedem. de D. 127 a, Prædicere ad quam quisque maximè rem aptus futurus sit. Epist. 53 b, Qui locus ad exulandum est aptissimus. de Am. 99 a, Nihil est tam aptum, tam conueniens ad res uel secundas uel aduersas, quàm amicitia. de N. 35 a, Epicurus homo nō aptissimus ad iocandum. & 34 a, Ossa commissuras habent & ad stabilitatem aptas, & ad artus finiendos accōmodatas. de Fin. 116 b, Initia apta & accommodata ad naturam. Epist. 34 a, Et si ille aduentus ad multas res mihi minus erat aptus. de Fin. 107 a, Ita nati sumus, ut communiter ad uirtutem apti simus. Part. 228 b, Omnes illi loci, quos supra diximus, ad plerasque sunt, sed alij ad alias quæstiones aptiores. Qu. Fr. 305 b, Quod certè & ad honestatem, & ad effugiēdos dolores fuit aptissimū. Tuf. 193 b, Animus conturbatus non est aptus ad exequendum munus suum. Tusc. 167 a, Cùm id non habeas quod tibi nec usū nec natura aptum sit, non careas, etiam si sentias te non habere. Off. 20 b, Neque enim solum corporis qui ad naturam apti sunt, sed multo etiam magis animi motus probandi, qui item ad naturam accommodati sunt. de Cl. 185 a, Aptior enim Palicanus aurib. imperitorum. & 195 b, Hæc genera dicendi aptiora sunt adolescentib. Atti. 196 a, Huic meo cōsilio nihil est isto loco aptius. Of. 3 b, Quod uerum simplexq; est, id est naturæ hominis aptissimum. Ar. 41 a, Aut enim huic ætati hoc maximè aptum est, aut ijs reb. si quas dignas laude gessimus, hoc in primis consentaneum. Or. 203 b, Decere quasi aptum esse consentaneumq; tempori & personæ. I. A. 188 a, In sortitione prouinciarū, quę cuique apta erat, ea cuiq; obuenit. Of. 16 a, Nec histrionibus concedendū est, ut his hæc apta sint, nobis dissoluta. de Or. 169 a, Hunc ille numerum clausulis aptum putat. In Sal. 275 a, Cylones nulla in parte castris apti. de Or. 162 b, Nunc quid aptum sit. i. quid maximè deceat in oratione, uidemus. de Se. 78 b, Aptissima sunt omnino arma senectutis artes exercitationesq; uirtutum. Att. 217 a, Nihil fieri potest nec commodius nec aptius quàm ut scribis. Offi. 29 a, Ordo est compositio rerum aptis & accommodatis locis. Of. 26 a, Quemadmodum in oratione constante, sic in uita omnia sunt apta, & inter se conuenientia. de L. 167 b, Ex natura uiuere summum bonū est. id est, uita modica & aptā uirtute perfrui. de Or. 147 b, Ij sunt in eo genere laudandi laudis, quod ego aptum & congruens nominem. Para. 126 b, Vita quę omni gestu moderatior, & omni uersu aptior esse debet. de Or. 96 a, Neminem nec motu corporis, nec ipso habitu atque forma aptiorem uidi.

Aptvs. cohærens, connexus, coniunctus. de N. 60 a, Balbus multa dixit etiam si minus uera, tamen apta inter se & cohærentia. In A. Orbes uincti inter se, & nodis cœlestibus apti. pro Cec. 295 a, Non ex uerbis aptum pendere ius. de Fi. 147 a, Si ea causa nō ex ęternis causis apta dicatur. Tusc. 235 b, Nam cui uiro ex seipso apta sunt omnia quæ ad beatè uiuendum ferunt, nec suspensa aliorū aut bono casu, aut contrario, pendere ex alterius euentis, & errare coguntur. huic, &c. de O. 113 b, Thucydides uerbis aptus & pressus. Par. 242 a, Tanta series artis est, sic inter se sunt pleraquę connexa & apta, ut, &c. Par. ad. 118 b, Is beatissimus est, qui est totus aptus ex sese, qui in se uno sua ponit omnia. de Fi. 118 a, Est apud illos ordo rerum conseruatus, & omnia inter se apta & connexa. de In. 67 a, Hæc & illa inter se apta sunt. Ora. 220 a, Facilius est apta dissoluere, quàm dissipata connectere. de Vn. 202 b, Qui rectè uixerit, ad illud astrum, quo cum aptus fuerit, reuertetur. Et ibid. 197 b, Qua ex cōiunctione cœlum ita aptum est, ut sub aspectum & tactum cadat.

Apvd, propè. ad Attic. 131 a, Cæsar apud Corfinium castra posuit. de In. 78 a, Hostes propè muros castra habent. Attic. 150 a, Ad murum castra posui. Epist. 244 a, Apud oppidum Cybistra castra feci. & ibid. Ad Cybistra quinque dies commoratus sum. & alibi, Curio fuit ad me sanè diu. contra Rul. 62 a, Agri in Hispania apud Carthaginem nouam. de Or. 109 b, Cum etiam tum Crassus in lecto esset, & apud eum Sulpitius sederet? Epist. 15 b, Crassus cum mihi condixisset, cœnauit apud me in mei generi Crassipedis hortis. At. 67 b, Si me amas apud me cum tuis maneas. Attic. 71 a, Pompeius a me petierat ut secum sē apud se essem quotidie. Epist. 3 a, Eo die casu apud Pompeium cœnaui. Attic. 60 b, Malo tecum apud te ambulare, quàm cum eo, quo cum uideo esse ambulandum. de Orat. 103 a, M. uerò Scaurus, quem non longè ruri apud se esse audio, iam credo huc ueniet. apud se, id est, domi suæ. Epist. 229 a, Apud eum sic Ephesi fui, quotiescunque fui, tāquam domi meæ. pro Sest. 12 a, Eiusq; uitæ à me insidias apud me domi positas esse dixerunt. de Leg. 178 a, Alexander in Cilicia deposuisse apud solē in delubro pecuniam dicitur. Qu. Fr. 318 a, Apud herum rectè erat. Attic. 4 b, Apud matrem rectè est. & ibidem, Apud te est, ut uolumus. Tusc. 150 a, Triceps apud inferos Cerberus. At. 96 b, Vt cōfectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates possim relinquere. de Inuent. 52 a, Impijs apud inferos pœnas esse preparatas. de Dom. 90 b, Apud Agathoclem scriptum in historia est, ut &c. de Fi. 131 a, Vt ille apud Terentium, qui decreuit, &c. de Fi. 74 b, Apud cęteros philosophos qui quęsiuit aliquid tacet. de Orat. 100 a, Quæsitum est apud maiores nostros nū, &c. de Off. 61 a, Vt Petronius apud patres nostros, Papius nuper. pro Mur. 142 a, Fuit eodem ex studio uir eruditus apud patres nostros Quin. Tubero. pro Dom. 233 b, Vt apud posteros nostros cōiurationis autor fuisse uideatur. Offi. 12 a, Non compellar præmijs, quæ apud me minimū ualent. Attic. 142 b, Plus apud me ualere beneficij gratiam, quàm iniuriæ dolorem uolo. pro S.R. 19 b, Qui apud me & amicitia, & beneficijs, & dignitate plurimū possunt. pro R.P. 129 a, Tum subinuisum apud maleuolos Posthumi nomen. de Or. 92 b, Apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere. Attic. 54 a, Secuta est contentio de domo nostra, diximus apud pontifices. de In. 7 a, Thebani accusantur apud Amphictyones. I. A. 196 b, Apud iudicem pro reo dicere. de Orat. 147 b, In ea causa quam ille contra me apud centumuiros pro fratrib. Cossis dixit. de Orat. 129 b, Nulla unquam apud populum grauior oratio. I. V. 118 b, Facere uerba apud senatum. de Cl. 171 b, Cum eo ipso anno contra Seruium Galbam ad populum summa contentione dixisset. de Cl. 169 b, Dicitur etiam C. Flaminius ad populum ualuisse disserendo. pro Quin. 1 b, Si apud hoc consilium ex opibus, non ex

ex uetustate causa pendetur. I. V. 211 a, Eupolemus, qui nūc apud exercitum cum L. Lucullo est. Attic. 245 a, Is tibi apud me gratias egit. pro Sest. 4 b, Cōuētus ille huic apud me P. Sestio maximas gratias egit. Att. 39 b, Cum aliquem apud te laudaro tuorum familiarium, uolam illum scire ex te, me id fecisse. At. 12 a, Non enim mihi uideor insolenter gloriari, cum de me apud te loquor, in ea præsertim epistola quam nolo alijs legi. At. 83 b, Lucius quæritur apud me per literas, esse, &c.

Apvlia, liæ. Att. 120 A, Apulia inanissima pars Italiæ. de D. 100 b, Apulia maximis terræmotibus conquassata est. I. C. 105 b, Video cui Apulia sit attributa.

Apvlvs, la. pro Cl. 23 a, 59 a.

Aqva, æquæ. humor, gelidus riuus. Aqua Albana deductæ ad utilitatem agri suburbani, 2. de Diuinat. Aqua conclusa facilè corrumpitur. de Nat. 2. Aqua frigoribus congelaciat niue prunaq; concrescit, a de Nat. d. 2. Aqua & terra in medium locum mundi grauitate feruntur & pondere, Tusc q. lib. 1. Aqua ex terra oritur, & contra, 2. de Nat. d. Dicit ille quidem multa multis locis: sed aqua hæret, ut aiunt, 3. Off. Vide Chil. Erasmi. In hac causa mihi aqua hæret, ad Quin. frat. lib. 2. Aqua iugis. Diuin. lib. 2. Aqua quam ij ducebant nō longè à uilla, 3. ad Qu. fr. Aqua nigra Anaxagoræ, Academ. q. ed. 1. lib. 2. Aqua turbida, & cadaueribus inquinata, Tuscu. q. lib. 5. Vos quoque signa uidetis aquai dulcis alumnæ, 1. de Diu. Aquæ admixtum esse calorē, primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio, de Nat. d. 2. Colligere uberiorem aquam, 3. ad Quint. frat. A quam dixit esse initium rerum Thales Milesius, de Natura deor. 1. Ducere aquam per fundum alterius. pro Quint. 318 b, Aquam calidam ex puteis iugibus trahi, & id maximè fieri hybernis temporibus, de Na. deo. 2. Ignis in aquam coniectus continuò restinguitur, pro Quint. 47 b, Aquam bellè fluentem uidi. 3. ad Qu. fra. De aqua per fundum eius ducēda rogabo, 3. ad Qu. frat. Aqua & igni nobis interdicatur, 11 Fam. 1. in Epi. D. Bruti. Aqua madidus, 2. ad Qu. frat. Aqua denique prohiberentur milites nostri, 12. Fam. Lentuli. Non aqua, non igni (ut aiūt) pluribus locis utimur, quàm amicitia, Læl. Aquæ Arpinates, aquæ marinæ, aquæ calidæ, 1. ad Atti. Ille tenet & scit ut hostium copiæ, ut aquæ pluuiæ arceantur, pro Muræna 19 a, in Top. Aquæ Puteolanæ, in An. 216 b, Ex aquarum respiratione & uapore fit aer, de Na. de. 220. Motu eius caloris qui aquis continetur. Ad quas uenire, pro Plan. Aquis alia dulcibus, alia marini, 3. de Natu. deorum. Quò utamur quasi aquis tentatis, sic amicitijs, Læl.

Aqvaeductvs, us. ductus aquæ, tubus, euripus. de L. 169 a, Ductus uerò aquarū, quos isti tubos & euripos, uocāt, quis non irriserit? Att, 205 a, De aquęductu probè fecisti. Off. 35 b, Adde ductus aquarum, &c. pro Cec. 299 a, Aquæ ductus, haustus, iter, actus.

Aqva intercvs, tis. Off. 70 b, Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem: id est, ad hydropem curandam.

Aqvarivs, ria, rium. In Vat. 31 a, Cum tibi aquaria prouincia sorte obtigisset, id est, aquarum & aquæductuum cura.

Aqvarivs, substantiuum, significat aquarum & aquæductuū curatorem, qui Plinio aquilex dicitur. Epist. 115 b, Nisi ego cum tabernarijs & aquarijs pugnarem, ueternus ciuitatem occupasset.

Aqvarivs. signum cæleste, uir fundes aquas. In Ar. Egelidum riuum fundens aquarius. de N. 48 a, Capiti equi proximat aquarij dextra, totusq; deinceps Aquarius.

Aqvatilis, læ. natans, aquarum incola, ut bestiæ aquatiles. de Nat. 22 a, & 50 b, Bestiæ aquatiles, quæ in terra gignuntur. & 56 b, Bestiæ terrenæ, aquatiles, & uolatiles.

Aqvatio, onis. Officior. 63 b, Hic aquatio, hac uilla isti carere non possunt.

Aqvila, læ. ales nuncius Iouis. de D. 138 a, Cursor ad interpretem detulit, aquilam se in somnis uisum esse factum. ac ille, uicisti asta enim auiuolat nulla uehementius. de D. 85 b, Deiotarus ex uitiere iam constituto reuertit, aquilæ admonitus uolatu. X. 102 a, Hic Iouis altisoni subitò pennata satelles, &c. Epist. 162 b, Aquilæ duæ, signa sexaginta sunt relata Antonij. I. C. 102 a, A quo etiam aquilam illam argenteam scio esse præmissam. I. A. 263 a, Cum Hircius ipse aquilam quartæ legionis inferret. & 243 a, Atq; hic idem Iltro Italiæ cùm aquilæ primipili aureos nummos daret, de meis bonis se dare dixit.

Aqvilea, æ, urbs. I. V. 362.

Aqvilo, onis. septentrionalis mundi pars, & uentus ex ea flans. de L. 156 b, Orithiam Aquilo sustulit. de Som. 129 b, In aquilonis austriue partibus. I. V. 125 a, Spelūca cōuersa ad aquilonem infinita altitudine. de N. 31 a, Aquilōibus & reliquis frigoribus durescit humor.

Aqvilonaris, re. de Natur. d. 36 a, Regio aquilonaris.)(. Australis.

Aqvinvm. ni. urbs. I. A. 180 b.

Aqvinates, atium. pro Cl. 58 a. I. A. 180 b.

Aqvvla, læ. exigua aqua. de Or. 87 a, Platanus, quæ mihi uidetur non tam ipsa aquula quæ describitur, quàm Platonis oratione creuisse. & 123 b. I. Seclusus.

Ara, aræ. altare, focus, puluinar. de Diu. 123 a, Ex eo Aio loquenti ara in noua uia consecrata est. & 101 a, pro D. 204 b, Licinia uirgo uestalis aram & æditulam sub saxo sacro dedicauit. de Ar. 50 a, Qui sacerdotem ab ipsis aris puluinaribusq; detraxisti. pro Fl. 163 a, Is si aram tenens iurare, crederet nemo. de N. 64 b, Quod uos cum facere non potestis, tanquam in aram confugitis ad Deum. & 68 b, Aras de lubraq; hecates in Græcia uidimus. pro Quint. Rof. 50 a, Erotes sicut in aram confugit in huius domum. Epist. 245 a, Castra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri. Postq. 206 a, Qui nisi in aram Tribunatus confugisset, iam prætoris effugere non potuisset. I. A. 246 b, Eaq; extructio, quæ fit ad memoriam æternitatis, ara uirtutis. de Nat. deo. 79 a, Pro aris focisq; certare. Antequam. 197 b, Innocens ab aris focisq; proiectus.

Ara, sidus cœleste. de Na. 48 b, Aram, quam flatu permulcet spiritus austri.

Arabia, æ. regio. At. 147 a.

Arabs, bis, Arabes & Phryges & Cilices cantus auium & uocalatus notauerunt. & qua occasione, Diuin. lib. 1. Arabes & Phryges & Cilices pastu pecudum maximè usi, Diuin. li. 1. Arabum, Phrygum, Lycaonum, Cilicum, nationes, uatum seu augurum nomina cū disciplina ad tempora Ciceronis retinuerunt, 2. de Leg.

Arabarchis: id est, Pompeius. At. 32 b, Velim è Theophane expiscere, quonam in me animo sit Arabarches.

Araneola, læ. de N. 50 b, Vt in araneolis aliæ quasi rete texunt, aliæ ex inopinato obseruant.

Aratevs, a, um, ab Arato astronomo. pe D. 111 a, Nostra quædam Aratea, &c.

Aratio, onis. I. V. 199 b, Arationes tota Sicilia desertas atque à dominis relictas esse cognoscitis. & 193 a, Tusc. 245 a, Aratio fructuosa. I. A. 181 b, Arationes glandiferæ, & fructuosæ.

Arator, oris. colonus, bubulcus. I. A. 187 b, Ex aratore oratorē fieri. I. V. 99 b, Coloni populi Romani atq; aratores in agros suos reuertantur.

Aratrvm, tri. contra Rul. 79 b, Quod solum tam exile & macrum est, quod aratro perstringi non possit. I. A. 179 b, Vt aratrum circumduceret, cuius quidem uomere portum Caiętę perstrinxisti. pro S. R. 26 a, Cùm ab aratro arcessebantur qui consules fierent. de N. 58 a, Boum uires ad aratra extrahenda.

Aratvs, ti. de Or. 90 b. I. Astrologia.

Arbiter, tri. præsens, testis, disceptator domesticus, honoraria amici opera. Offic. 74 b, Pomponius surrexit de lectulo, remotisque arbitris ad se illum iussit uenire. Ad Her. 7 b, Spes cælandi quæritur ex conscijs, arbitris, adiutoribus, &c. contra Rul. 77 a, Decemuiri uestra uectigalia non modò ne nobis quidem arbitris, sed ne præconē quidem teste uendent. Atti. 246 a, Loca ab arbitris remota. I. V. 252 a, Locus amœnus & arbitris remotus. I. V. 274 a, Castor & Pollux legum iudiciorumque arbitri & testes, celeberrimo in loco prætori locati. Top. 224 a, Adigere arbitrum bis. Epi. 215 a, Sic enim præscripsimus ijs, quibus ea negocia mandauimus, ut omnibus in rebus, quæ in aliquam controuersiam uocarentur te arbitro, & quod

commodo tuo fieri posit, te disceptatore uterentur. Tusc. 251 b, Quorum controuersiam solebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades. Off. 7 b, Quin. Fabius Labeo arbiter Nolanis & Neapolitanis de finibus agri à senatu datus. de L. 166 b, Sed ego planè uellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Xenonem datum. Attic. 237 b, Antonius arbitrum me statuebat non modo huius rei, sed totius consulatus sui. pro Sex. Ros. 37 b, Damnatus per arbitrum, & rem restituit, & honestatem omnem amitit. pro Cecin. 288 b, Is nomine hæredis arbitrum hercisciundæ familiæ postulauit. pro Quin. R. 46 b, Quis in hac rem fuit arbiter? Offic. 65 a, Itaque Calphurnius arbitrum illum adegit, quicquid sibi de ea re facere oporteret ex fide bona. alias, ad arbitrum. pro Quint. R. 46 b, De arbitro & arbitrio, & compromisso, multa præclara dicũtur.

Arbitratvs, tus. uoluntas. de Or. 93 b, Qui mihi nunc quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? de Fin. 64 a, Quæ mihi facultas, ut id meo arbitratu facerem, antè hoc tempus nunquam est data. de Fin. 106 b, Quo loco nisi iniquum postulo, respondeat arbitratu meo. de Am. 96 a, Quas sententias in hoc libro exposui meo arbitratu. At. 251 a, Ego literas ipsius arbitratu dabo, eæ te ne moueant. Ep. 95 b, Quæro causas omneis aliquando uiuendi arbitratu meo. Qu. Fra. 316 a, Tribunitij cand. d'ti compromiserunt. HS. CCCC in singulos apud M. Caronem depositis petere eius arbitratu, ut qui contra fecisset, ab eo condemneretur. de In. 50 b, Apud quos, quo more, cuius arbitratu sit educatus. Attic. 153 a, Veni igitur & age de pace, meo ne, inquam, arbitratu? an tibi, inquit, ego præscribam? contra Rul. 79 a, Cum summam tantæ pecuniæ nullo teste, sibi ipse suo arbitratu & sua uoluntate fecisset.

Arbitrivm, trij. arbitratus, uoluntas, libido amicum & honorarium iudicium, aut disceptatio, aut sententia arbitri. I. V. 72 a, Ad nostrum arbitrium libidinemque aduersariorum minas eludemus. I. V. 255 a, H c Heracleo ad arbitrium suum nauigauit. I. V. 269 b, Secundum arbitrium tuum testes dabo. pro Mur. 128 a, Ad aliorum arbitrium uiuere, non ad suum. In Vat. 34 a, Cum Vectius ad arbitrium tuum perorasset. de Ora. 115 a, Mentes iudicum ad arbitrium suum mouere posse. de Fin. 50 a, Quid Epicurei? num desistunt de ijsdem, de quibus ab Epicuro scriptum est, ad arbitrium suum scribere? Ora. 199 a, Ad aliciuius arbitrium & nutum, totum se fingere & accommodare. Epist. 94 b, Delectationes, quas tibi ipsi ad arbitrium tuum compares. & ad Herenn. 22 a, Et in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari. Attic. 275 a, Quod senatus nondum censuit, id arroganter non præiudico, nec ad arbitrium meum retoco. Epi. 177 a, Omnia ad arbitriũ unius collata sunt. de Fin. 52 b, Ipsa declinatio ad libidinem fingitur. Parad. 122 b, Animus fractus & abiectus, & arbitrio carens suo. Attic. 115 b, Sed uideo quorum arbitrio sit acturus. de Orat. 94 a, Res ab opinionis arbitrio seiunctæ scientia comprehensæ. I. V. 242 b, Maximas res arbitrio multitudinis agi. Iura omnia nutu atque arbitrio alicuius gubernari. I. A. 206 a, Antonius in sua potestate nunquam fuit, nihil unquam arbitrio suo fecit, semper eò tractus quò rapuit libido. pro S. R. 40, Iouis nutu & arbitrio omnia regi. pro Do. 214 b, Puto arbitrio suo quenque timere oportere. Attic. 243 b, Eius orationes custodiendæ & proferendæ arbitrium tuum sit. At. 825 a, b, Antonius postulat esse arbitrium suum de Repub. Att. 6 a, Tametsi iactat ille quidem illud suum arbitrium. pro Quint. R. 46 b, Aliud est iudicium, aliud arbitrium: iudicium est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. & ibid. de iudicio & arbitrio multa. Offic. 64 a, & Topic. 226 b, In arbitrio rei uxoriæ melius, æquius in fiducia, inter bonos benè agier, &c. pro Qu. Roscio 49 b, Cur non arbitrum pro socio adegeris, Quint. Roscium quæro. alias, arbitrium. pro Quin. 2 b, Quasi ij qui magna fide societatem gererẽt, arbitrium pro socio condemnari poslerẽt. I. P. 84 a, Eodem in templo arbitria non mei solum, sed patriæ funeris absti listi id est, præmia. Postquàm. 208 a, Nondum palàm factum erat concidisse rempub. cum tibi arbitria funeris solebantur, pro Dom. 232 b, Vidi, prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris. de

Fat. 144 a, Qui introducunt causarum seriem sempiternã, hi mentem hominis uoluntate libera spoliant, necessitate fati deuincunt. Voluntate libera, id est, ut alij dicunt, libero arbitrio. de Fat. 141 b, Non enim si alij ad alia propẽsiores sunt propter causas naturales & antecedentes, idcirco etiam nostrarum uoluntatum & appetitionum sunt causæ naturales & antecedentes: nã nihil esset in nostra potestate, si res ita se haberet. Hæc pauca uerba idcirco addidi, quod ad liberam uoluntatem pertinent.

Arbitror, aris. cẽseo. Quin. Fr. 306 b, Ego quod ad me attinet, idemque arbitror cæteros, idcirco taceo, quod, &c. Attic. 273 a, Quinque cohortibus quid se nam facturum arbitratur? Att. 273 a, Non soleo mi Brute (quod tibi notum esse arbitror) temerè affirmare de altero. pro Clu. 55 a, Tamẽ (ut arbitror) autoritate aduocatorum adducti in ueritate manserunt. de D. 81 a, Atque hæc, ut ego arbitror uetereres rerum magis euentis moniti, quàm ratione docti putauerunt.

Arbor, ris. de Orat. 159 b, In arboribus trunci, rami, folia, &c. de Sen. 81 b, Serere arbores, quæ alteri seculo prosint. de Senect. 89 b, Multæ istarum arborum mea manu sunt satæ. de Finib. 133 b, Itaque & uiuere uitem & mori dicimus, arboremque & nouellam & uetulam, & uigere & senescere. Att. 239 b, Excisa est arbor, non euulsa: atque quàm fructicetur uides. de Sen. 89 b, Proceritates arborum & directi in quincuncem ordines. de Diui. 115 a, Arbores simul cum luna senescentes tempestiuè cædi, quia tum exiccatæ sint. pro Rab. 92 b, Da mihi ex ista arbore, quos feram furculos. pro Rab. 92 b, Caput obnubito, arbori infelici suspendito. de D. 83 b, Ne hoc quidem quæro cur hæc arbor una ter floreat, aut cur arandi maturitatem ad signum floris admouerit est, lentiscus. pro Fl. 145 b, Homo Phryx qui arborem fici nunquam uiderat.

Arbvstvm, sti. arbores mulræ ad fructum consitæ. de Senect. 88 a, Segetibus, pratis, uineis, arbustis, res rusticæ lætæ sũt. In Ara. Arbusta ornata tegmine foliorum. de Diuinat. 90 b, Tum uisam belluam, quacunque incederet, omnia arbusta, uirgulta, tecta peruertere.

Arca, cæ. armarium, capsa. de Diuin. 126 a, Eorum iussu ex illa olea, arcam esse factam. Top. 221 a, Argentum in arca positum. & p Dom. 225 b. Parad. 124 b, Animus hominis diues, non arca appellari solet, pro Milone 113 a, Serui in arcas coniciuntur, ne quis cum eis colloqui possit. Attic. 8 a, Quicquid eius generis habebis, ne dubites mittere, & arcæ nostræ confidito. de Ora. 134 b, Cato percussus ab eo qui arcam ferebat.

Arcadia, æ. regio. de N. 70 a.

Arcades, dum. de N. 70 b

Arcano, pro arcanè dictum hoc loco esse, testis est Charisius. Attic. 255 a, Lege arcanò hoc etiam modo usurpatum à Cæsare de bello ciuili, lib. 1. Domitius arcanò cum paucis familiaribus suis colloquitur. Alij legunt, In Arcano: ut de uilia intelligamus.

Arcanvm, uilla. Att. 68. Prandimus in Arcano.

Arcanvs, a, um. commissus, oculus, de Fin. 82 b, Qui cum ioca, seria, ut dicitur, qui cum arcana, qui cum occulta omnia.

Arceo, ces, arcui. prohibeo, propulso, cohibeo, defendo, pello, coerceo, contineo. I. C. 104 a, Tum tu Iupiter, hunc ab urbis mœnibus arcebis. pro Mur. 129 a, Ille scit, ut hostium copiæ, tu ut aquæ pluuiæ arceantur. Offic. 25 a, Adolescẽtia à libidinibus arcenda est. I. A. 231 a, Brutus inuadentem in Asiam à progressu arcuit, à reditu refrenauit. I. A. 201 b, Brutus illum non ut cõsulem recepit, sed ut hostem arcuit. I. A. 180 2, Omnes te illis sedib. arcebunt. de Ar. 244 b, Videbam illum non posse arceri ocij finibus, sed erepturum aliquando. Tusculan. 167 a, Non L. Brutus arcens cum reditu tyrannum, quem ipse expulerat. de L. 164 a, Natura non pœna debet arcere homines ab iniuria. Tusculan. 185 b, Ergo hos quidem, ut famulos uinculis & custodia arceamus. de L. 174 b, Cur paupertatem, sumptu ad sacra adhibito, deorum aditu arceamus? de Somn. 128 a, Orbis extimus arcens & continens cæteros. de Nat. 3 b, Aluus arcet & continet illud quod accipit. Top. 22 a, Si aliqua pluuia in urbe nocet, quoniam res tota magis agrorum

agrorum est, aquæ pluuiæ arcẽdæ adijcere nõ possis arbitrum. & ibid. Aqua pluuia nocens iubetur ab arbitro coerceri. de Natu. 52 a, Nos flumina arcemus, dirigimus, auertimus.

Arcera, arceræ. plaustrum rusticum undique tectum & munitum, quasi arca quædam magna uestimentis instrata, qua nimis ægri aut senes portari cubantes solebãt. uocabulum ex XII tabulis sumptum. uide Gellium & Nouium.

Arcessio, fis. uoco, aduoco, accerso. Qu. Fr. 318 b, Chilonẽ arcessiueram Venafro. Postquã. 210 a, Quo dies nos P. Lẽtulus comitijs cẽturiatis arcessiuit in patriam. pro S. R. 31 a, Arcessiuit aliquem, at quando? de Ora. 132 b, Cauendum est, ne Arcessitum dictum putetur.

Arcesso, fis. pro S. R. 26 a, Cum ab aratro arcessebantur, qui consules fierent. pro Do. 214 a, Cum P. Lentulus, Qu. Metellus me arcesserent in senatum, non uenirem? Attic. 225 a, Pelopem ad te arcesse. Attic. 224 a, Interea narrat eadem, Basum arcessi, Casium expectari. de Ora. 119 a, A capite quod uelimus arcessere, & unde omnia manant uidere. Top. 224 a, Non erit necesse id usque à capite arcessere. Off. 43 b, Arcessere aliquem in iudicium capitis. pro Deio. 149 b, Arcessere aliquem capitis. pro Rab. 96 a, Deinde non intelligis quos eodem crimine in summũ capitis periculum arcessit. pro Flac. 149 a, Vt, hũc hoc iudicio arcesseret.

Archetypvs, pi. prima forma exemplar. Attic. 252 b, Archetypus crebris locis inculcatus & refectus.

Archilochivs, a, um. Attic. 36 a, Archilochia edicta Bibuli.

Archilochvs, chi. poeta Iambis faciendis nobilissimus, uerum acerbitate in lacerandis hominibus præter modum præditus fuit. Idcirco Hòra. in Poetica arte, inquit, Archilochum proprio rabies armauit Iambo. Hinc. Bibuli edicta, Cicero Archilochia uocat, id est, felle, acerbitate, & maledictis tincta. Att. 258 b, Mihi ut Aristophani Archilochi Iambus, sic epistola longissima quæque optima uidetur.

Archimedes, dis. mathematicus nobilissimus fuit, cuius eruditissima opera diu ab omnibus desiderata, nuper primum ab Heruagio typographo Basiliensi, græcè & latinè, una cum explicatione, præclare edita sunt. Tusc. 161 b, & de Fin. 157 a.

Archipirata, tæ. princeps piratarum. Off. 41 a, Ille autem qui archipirata dicitur, nisi æqualiter prædam dispertiat, aut occiditur à socijs, aut reliquitur. Postquàm. 206 b, Cũ a latron: archipirata productus esset. I. V. 24 b, Omnes sic habet persuasum, istum clàm à piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse.

Architector, aris. fabricor. de Fin. 75 b, An quod illa callida est? ut optimè possit architectari uoluptates? ad Her. 22 a, Mens potest in ea regione situm loci cuiusdam ad suũ arbitrium fabricari & architectari.

Architectvra,ræ. architectandi ars. Off. 30 b, Quibus autem artibus aut prudentia maior inest, aut non mediocris utilitas quæritur, ut medicina, architectura, &c. hę sunt his quorum ordini conueniunt honestæ.

Architectvs, cti. princeps architectandi, machinator. de Nat. 15 b, Maliædificij dominus glorians se architectum non habuisse. de Ora. 90 a, Philo architectus, qui Athenienſibus armamentarium fecit. Ep. 129 a, Si quis adhibere uolet non modò ut architectos, uerum etiam ut fabros ad ædificandam Remp. pro Mil. 115 b, Qui cum architectis & decempedis uillas multorum hortosque peragrauit. At. 223 b, Torumbus bellus esse dicitur architectus. pro S. R. 40 b, Scio omnium architectum & machinatorum unum esse Chrysogonum. Epist. 102 b, Cyrus architectus. Attic. 25 a, Vectius. de Cl. 175 a, Stoici sunt architecti penè uerborum. de Fi. 55 b, Epicurus inuentor ueritatis, & quasi architectus beatæ uitæ. pro Ciu. 29 b, Princeps & architectus alicuius sceleris. pro Dom. 223 a, Architecti operum.

Archonte. id est. imperante. de Fat. 144 a.

Arcitenens, tis, sagittarius. In Arat.

Arcte, ritè. de D. 101 a, Arctè complecti aliquem. de D. 93 a, Arctè & grauiter dormire. de Fat. 146 b, Hæc

arctius astringi ratio non potest. de In. 63 b, Arctius dormire. Para. 118 a, Illud tamen arctè tenent, accurateque defendunt.

Arctophylax, cis. ursæ custos. de Nat. 47 b, & in Arato Arctophilax uulgo qui dicitur esse Bootes, Quod quasi temone adiunctam præ se quatit Arctum.

Arctos, ursæ signum. de Nat. 46 b, Circum polum ἄρκτοις duæ feruntur nunquam occidenter, altera Cynosura, altera Helice. In Ara. 388 a, Arctos minor.

Arctvrvs, ri. de Nat. 47 b, Booti subter præcordia fixa uidetur Stella micans radijs, arcturus nomine claro.

Arctatvs, ta. pro R. P. 120 a, Nauis arctata.

Arctvs, a, um. Orat. 218 b, Nec tamen hæc ita sunt arcta & astricta, ut ea cum uelimus laxare, neque amus. de Nat. 31 a, Terra densior calorem continet arctius. de Som. 126 b, Arctus somnus me complexus est. in Verr. 78 b, Arctioribus laqueis teneri. Attic. 89 b, Vincula amoris arctissima. Off. 37 b, & 74 b, Cuius societas arctissimum uinculũ est, magis arbitrari, &c.

Arcvlanvm, uel Aculanum. uilla. Att. 252.

Arcvla, læ. parua arca, capsula. de Offic. 38 a, Dionysius præmittebat de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres. Attic. 21 a, Meus liber totum Isocratis μυροθήκιον, & omneis eius discipulorum arculas consumpsit.

Arcvs, cus. iaculandi instrumentum. de Senect. 84 b, Appius animum intentum tanquam arcum habebat. pro Sest. 6 a, Fuerat ille animus, &c. tanquam intentus arcus, in me unum. Arcus, Iris & Thaumantias poetis. de N. 69 b, Cur arcus species non in deorum numero reponitur? est enim pulcra, & ob eam causam, quia speciem habeat admirabilem, Thaumante dicitur esse nata. & ibid. Arcus ipse ex nubibus efficitur quodammodo coloratus.

Ardeas, tis. ab Ardea urbe. de Natur. d. 68 b, In agro Ardeati.

Ardens, tis. inflammatus, flagrans. Attic. 226 a, Matri ardentes in eum literas ad me misit. Or. 209 a, Nisi ardens ad eum peruenieret oratio. I. A. 192 a, Antonius ardens odio uestri. de Or. 154 b, Græci ardentes his studijs. pro S. R. 33 a, Qui ardens auaritia fertur, &c. Qu. Fr. 315 b, & de Fi. 77 b, Ardenti studio facere aliquid. I. A. 179 a, Amore ardens, &c. I. A. 193 b, Ardens & erectus ad libertatem recuperandam.

Ardenter, cupere aliquid. Tusc. 217 a.

Ardentivs, aduerbium. Tusc. 231 b.

Ardeo, es. flagro, conflagro, deflagro. de D. 105 b, Caput arsisse Seruio Tullio dormienti, quæ historia non prodidit? pro Do. 225 b, Domus ardebat in palatio, nõ fortuitò, sed oblato incẽdio. Att. 34 b, Is ardet dolore & ira noster Pompeius. de Or. 125 b, Tu mihi non solum incendere iudices, sed ipse ardere uideris. In. Verr. 234 b, Cum spumas ageret in ore, arderẽt oculi. Ar. 95 a, Cum arderet Syria bello. Ep. 46 a, Orbem terrarum distributis imperijs ardere bello. Ior. Orat. 200 a, Vna Gallia communi non ardet incendio. In Verr. 132 b, Verres ardebat amore illius hospitæ. pro Cæ. 45 a, Nunc enim mihi animus ardet, & meum cor, cumulatur ira. ex Cæcilio. I. P. 91 b, Ardere cupiditate alicuius rei. Attic. 269 a, Ardeo studio historiæ. Qu. Fr. 302 b, Nostra antiqua manus bonorum ardet, & studio nostri atque amore. Qu. Fr. 316 b, Res ardet inuidia. At. 138 b, Non angor, sed ardeo dolore. pro Mil. 109 a, Omnia tum in illum odia ciuium ardebant desiderio mei. de L. 178 b, Vidimus eos ardentes tum cupiditate, tum metu, tum conscientia. de Finib. 67 a, Nunc demum mihi animus ardet. Tuscul. 217 a, Nec scienter quid appetẽs ardeat desiderio. de Finibus 147 a, Is cum arderet podagræ dolorib. mane quæso, inquit, &c.

Ardor, oris. flagrantia, calor. de N. 34 a, Astra, quæ oriuntur in ardore cœlesti, qui æther uel cœlum nominatur. Anteq. 192 b, Ne omnes ardore flammæ conflagraretis, mei capitis periculo non dubitaui prouidere. de D. 84 a, Concursus grauis stellarum ardore micantis. de Som. 120 b, Solis ardore terreri. de Fat. 147 a, Ignis est causa ardoris de D. 117 a, Si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. de Se. 88 a, Vna uestita pani-

pinis,

pinis, nimios ſolis deſcendit ardores, I.C.115 a, Omitto uiſas iam nocturno tempore faces, ardoremq; cœli, fulminũ iactus, &c. pro Cor. 65 a, Iſte imperatorius ardor oculorũ. de Diuin. 97 b, In Aeſopo ſæpe uidi tantum ardorem uultuum atq; motuum, ut, &c. pro Cęl. 48 b, Impetus animi, cupiditas uincendi, ardor mentis ad gloriam. Or. 206 b, Nec uerò hic unus erat ardor in nobis, ut hoc modo omnia dicremus. Brut. 91 b, Repreſsi impetum, ardoremq; reſtinxi. de Fi. 58 a, Omnium cupiditatum ardore reſtincto. de Cl. 173 a, Ardor animi conſedit. de Or. 96 a, & Off. 10 a, Studium & ardor quidam amoris, ſine quo, &c.

Arduvs, a, um. moleſtus, laborioſus, difficilis. In Verr. 211 b, Oppidum difficili aſcenſu atq; arduo. Ora. 203 b, Magnum opus & arduum. Orat. 199 b, Magnum opus omnino & arduum Brute conamur, ſed nihil difficile amanti puto. de In. 58 a, Hoc lõgi tẽporis, & magnæ arduæq; cogitationis indiget. de In. 82 b, de L. 163 b, Res arduæ & difficiles.

Area, reæ. locus ſine ædificio in urbe, area: in rure, ages appellatur. Area tamen etiam ruri dicitur, ubi frumenta excutiuntur. At. 54 a, Pontifices ſi religionem ſuſtulerint, areã pulchram habebimus. Par. 125 b, Aeſtimatores prata & areas quaſdam magni æſtimant, &c. I.V. 151 b, Vt neque in ſegetibus, neq; in areis, neq; in horreis orator poſſet fraudare Decumanũ. Qu. Fra. 310 a, A puero tuo ut diſcefsi, in aream tuam ueni. I.V. 155 a, Exoritur edictum ne quis frumentum de area tolleret. Et Ep. 138 b. Nos iam ex areis tũ tum habebimus, ut Valerium tuum uocare ſæpius audeamus. At. 153 a, Area ſcelerum, id eſt, copia.

Arena, nę. cõtra Rul. 80 b, Arenã aliquã aut paludes emere.

Arenariae, arum. arenæ fodinæ. pro Clu. 25 a, Arenariæ quædam extra portam exquilinam.

Areopagites, tæ. Areopagitæ ſenatores erant Athenis & iudices cauſarum capitaliũ. I.A. 197 a, Si Lyſiades citatus iudex non reſponderit, excuſeturq; Areopagites eſſe, &c. Off. 15 b, Solonis conſilium, quo primũ conſtituit Areopagitas. pro Cor. 60 b, Vidi nonnullos noſtros ciues in numero iudicum atq; Areopagitarum, certa tribu, certo numero. Ep. 20 a, Decretum illud Areopagitarum, quem ἀναμνηματισμὸν illi uocãt. At. 62 a, Ex quo intellectũ eſt, treis ἀρεοπαγίτας totam Rempublicam flocci non facere. Att. 74 a, Non enim dubitabat Zeno, quin ab Areopagitis inuito Memmio impetrari non poſſet. Attic. 11 b, Præclari Areopagitæ.

Arepagvs, gi. Martis uicus Athenis, ubi curia & forum Areopagitarum. de N. 40 b, Athenienſium Rempublicam regi conſilio Areopagi. de D. 91 b, Sophocles aſcendit in Areopagum, detulit rem: Areopagitæ comprehendi iubẽt eum, qui, &c. Off. 15 b, Et Themiſtocles quidem nihil dixit, in quo ipſe Areopagum adiuuerit. At. 74 a, Patro meum egit, ut peterem à ueſtro Areopago, ἀναμνηματισμὸν tolerent, quem Polycharmo prætore fecerant. Att. 9 a, Senatus ἀρεῖος πάγος.

Aresco, ſcis. uiri ditatem amitto. Parad. 234 b. Et de In. 62 a, Citò areſcit lachryma, præſertim in alienis malis. ad Heren. 16 a, Commiſerationem breuem eſſe oportet, nihil enim lachryma citius areſcit.

Aretivm, urbs. Ep. 261 a, de N. 96 b.

Aretini, orum. pro Cec. 303 b.

Argentaria, argentariorum munus. pro Ce. 287 a, M. Fulcinius qui Romę argentariã nõ ignobilem fecit. In Verr. 269, Qui argentariam Rhegij maximam fecit. In Verr. 267 b, Herennius, quem ille argentariam Lepti feciſſe dicit. pro Cec. Argentariam diſſoluere.

Argentarivs, rij. qui argentariam facit. trapezita. pro Ce. 288 a, Cuius rei putat iſte rationem reddi non poſſe, quod ipſe tabulas auerteritſe. autem habere argentarij tabulas, in quib. ſibi expenſa pecunia lata ſit, acceptaq; relata, &c. ad Heren. 9 b, Quod argentario obtuleris expenſum, a ſocio eius rectè repetere poſsis. Octau. 331 a, Auguſti auus fuit argentarius, adſtipulator pater.

Argentevs, a, um. de Pro. 69 b, Ita gentes hæ, ut pace uterentur, uim argenteam dederunt præclaro imperatori noſtro. I.C. 102 a, Aquila argentea.

Argentevm flumen. Ep. 166 b, Lepidi.

Argentvm, ti. Argentum οἰχέται, in Piſon. Argentum cœlatum. Partit. Quum eſſent triclinia ſtrata, argentumq; expoſitum in ædibus, 6 Verr. Quoniam argẽtum omne mulieri legatum eſt, non poteſt ei pecunia, quæ numerata domi relicta eſt, non eſſe legata. Topic. 222 b, Argentum plenum artis, Tuſc. qu. li. 5. Argentum ſignaretur, 13 Fam. Argenti ſcrupulum ullum eſſe in illa inſula, 4. ad Att. Erat ei nauis plena iuuentutis formoſiſsimæ, plena argenti facti atq; ſignati, multa cum ſtragula ueſte, 7. Ver.

Argilla, læ. terra tenax. I.P. 92 b, Hic Homulus ex argilla & luto fictus.

Argiletvm, ti. oppidum. Att. 196 a.

Argiletanvs, a, um. At. 10 a.

Arginvsae, ſarum. inſulæ. de Off. 17 a.

Argivvs, a, um. Græcus. de Cla. 196 a, Argiuus orator de Nat. 17 b, & Tuſ. li. 1. Argiui delecti uiri.

Argo, nauis Argonautarum. in Arat. Sic conuerſa uetus ſuper æthera uertitur Argo. ad Her. 12 b, Nauis, quæ nunc nominatur nomine Argo, qua uecti Argiui delecti uiri, petebant illam pellem inauratam arietis, &c.

Argolicvs, ca, cum. In Ar. Argolica nauis. de D. 121 b.

Argonavta, tæ. de Orat. 99 a, Nauis Argonautarum. & de N. 43 b, Argonautis & naui eorum.

Ἀργὸς λόγος Lege Ignauus.

Argvmentatio, onis. ratio, argumentum, inuenti artificiũ expolitio. Par. 233 b, Argumentationem quærere uideris, quæ eſt argumenti explicatio. de In. 56 b, Argumentatio nomine uno res duas ſignificat, ideo quid & inuentum aliquam in rem probabile aut neceſſarium, argumentatio uocatur, & eius inuẽti artificioſa expoſitio. de Ora. 124 b, Loci ex quib. omnis argumentatio ad omnem diſputationem inuenitur. de In. 51 b, Argumentatio eſt inuentum ex aliquo genere, rem aliquam aut probabilẽ oſtendens, aut neceſſariè demonſtrans. pro S.R. 31 a, Etiam ne in tam perſpicuis rebus argumentatio quærẽda, aut coniectura capienda eſt? de Fin. 126 b, Peripatetici multa non modo probabili argumentatione, ſed etiam neceſſaria mathematicorum ratione concluſerunt. ad Heren. 6 b, Argumẽtationes, quas Græci ἐπιχειρήματα appellant. de Inuent. 53 b, Si extremum concedetur, concludenda eſt argumentatio.

Argvmentor, aris. argumentis oſtendo uel probo, argumentis uel coniecturis proſequor. de Nat. 61 a, Rem minimè dubiam argumentando dubiam facis. de Nat. 61 b, Neque ego in cauſis, ſi quid eſt uidens, argumentari ſoleo. I.V. 131 b, Quid porrò argumenter, qua de re dubitare nemo poſsit. pro Cl. 31 a, Atque ego illa non argumentabor, quę ſunt grauia uehemẽter, cum corrupiſſe, qui, &c. pro Dom. 217 b, Cum etiam es argumentatus amoris hoc eſſe ſignũ, cum nominibus tantum uteretur, neque ſcriberet Proconſul. Tribun. plebis. de Cl. 190 b, Cum eſſet argumentatus quantum res ferebat, hoc ipſum etiam poſui pro argumẽto, quod ille cum indicia mortis ſuæ ſe comperiſſe manifeſto diceret, tam ſolutè egiſſet, tam leniter, &c. de In. 78 b, Argumentari de uoluptate aliculus: id eſt, argumentis uel argumentãdo oſtendere. de Fin. 90 a, Argumentari de qua re de Fin. 55 a, Sed & argumentandum & accurãdũ ſerendum, & rationibus cõquiſitis de uoluptate & dolore diſputandum. Att. 44 a, Tu quidem ſedulò argumentaris, quid ſit ſperandum. In Verr. 106 b, Nónne argumentamur quò iſta pecunia peruenerit? ad Her. 8 a, Et præterea ſicere ri falſi ſoleant eſſe, argumentabimur hunc eſſe uerum. pro Mil. 110 a, Sed quid ego argumentor? quid plura diſputo? ad Heren. 35 a, Quare ſi teſtem, præterquam quid ſciaſ, aut audierit, argumentari & coniectura proſequi patieris, ius accuſatoris cum iuris teſtimonij commiſcebis.

Argvmentvm, ti. indicium, quaſi rei nota, periocha. Topi. 221 b, Argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem. Parad. 230 a, Argumentum eſt probabile inuentum ad faciendam fidem. Ac. 8 a, Argumenti concluſio, quæ eſt, Grece ἀπόδειξις ita definitur, ratio quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit. de Na. 61 b, Multis & grauibus argumẽtis deos eſſe doces. & ibidem: Affers omnia argumẽta cur dij ſint. Acad. 45 a, Pòſt argumentis & quaſi rerum notis utebantur ad probandum. In Verr. 69 b, Quæ res pertenui nobis argumento indicioque patefacta eſt. In Verr. 112 a, Atque ut intelligatis, &c. certiſsimum accipite argumentum. In Verr. 145 b, Si argumento eſt Mamertinos deditſe, &c. quia, ſit argumento gratis conſtare naui, quia, &c. Epiſtol. 32 b, Quod ego met multis iam argumentis antea iudicaram. Tuſcul. 167 a, Hoc prémendum etiam atque etiam eſt argumentum. Tuſcul. 193 a, Stoici qui breuiter aſtringere ſolent argumenta. de Ora. 92 a, Ea Menedemus exemplis magis, quam argumentis conabatur refellere. de Diuina. 114 a, Argumentis & rationibus oportet quare quicque ita ſit docere, non euentis. de Or. 123 b, Ex coniunctis argumenta ducere, pro Cæ. 31 b, & 42 a, Argumentis agemus, & ſignis omni luce clarioribus crimina reſellemus. pro Qu. R. 52 a, Eſt hoc primum, & ex conditione iuris, & ex conſuetudine cautionis grauiſsimum & firmiſsimum argumentũ. pro Cæl. 39 a, Quis non poſsit iſti ætati quam uelit petulanter etiam, ſi ſine ulla ſuſpicione, at non ſine argumento maledicere. I.A. 168 a, Quod autem, &c. id magno argumento ſit, me in utroque fuiſſe, mo deratum: de Nat. 105 a, Quod ne dubitare poſsimus, maximo eſt argumento, quod nuper contigit, &c. pro S.R. 30 b, Hoc mihi maximo argumento ad huius innocentiam poterat eſſe. Of fic. 31 a, Idque hoc argumento confirmari poteſt, quod &c. pro Quin. 7 a, Satis eſt argumenti, nihil eſſe debitum Nævio. Off. 50 b, Tabulæ uerò nouæ quidhabent argumenti? niſi ut tu fundum habeas, ego non habeam pecuniam? de Cl. 100 a, Excogitare argumenta firma ad probandum. pro Cæl. 52 a, Scire uelim quid habeat argumenti iſta manumiſsio. I.C. 113 b, Certiſsima argumenta atque indicia ſceleris. de Or. 128 b, Argumentum ſimul atque poſitum eſt, arripitur. & ib. Argumẽtum ratio ipſa confirmat, &c. Par. 116 a, Dilatare argumentum. pro R.P. 128 a. Omnia ab his nummorum argumenta nota ſunt. de L. 171 b, Argumentis docere aliquid. Ar. 17 b, Nullam à me epiſtolam ad te ſine abſque argumẽto ac ſententia uenire. At. 167 a, Seruius mihi dabit argumentum ad te epiſtolæ. Ep. 265 b, Scribis ad me, ut mihi naſcatur epiſtolæ argumentum. At. 140 b, Argumentum ad ſcribendum mihi iam deeſt. At. 144 b, Hoc neſcio quid nullo argumento propoſito ſcribere inſtitui. At. 213 b, Quid enim aliud argumentum epiſtolæ noſtræ niſi collatio fuit? At. 240 a, At inquies, ὑφαιρεῖσθαι aliquod: non recuſo id quidem, ſed & componendum argumentum eſt, & ſcribendi expectandum tempus maturius. de D. li. 2 Statim initio, librorum Ciceronis argumẽta. Qu. Fr. 317 b, Te ὑποθέσειν ſcribendi egregiam habere uideo. & 313 a, Nam res ipſa, & is dies quo tu es profectus nihil mihi ad ſcribendum argumenti ſanè dabat. & ibi. b, Nec tamen habuiſſem ſcribendi nunc quidem ullũ argumentum niſi tuas accepiſſem. At. 163 b, Egeo argumento epiſtolarum. de Ar. 245 a, Cuius concionis primum uniuerſum argumentum, ſententiamque audite. At. 131 b. Et ſi nunc quidem quod ſcriberem nihil erat. At. 131 b, Nec nouam iam reperio ſcribendi ullam ſententiam. & 204 a, Si de epiſtola certiorem me feceris, dederis mihi quod ad te ſcribam: Argumentum comicia fabula ſine tragica. de In. 48 a, Argumentum eſt ficta res, quæ tamen fieri potuit. de N. 12 b, Tragici poetæ cum explicare argumenti exitum non poſſunt, confugiunt ad deos. Ep. 67 b, Si uno in argumento unaque in perſona mens tota uerſabitur: Argumenta pro ſignis & emblematis. I.V. 220 a, Ex ebore diligentiſsimè perfecta argumẽta erant in ualuis.

Argvo, is. accuſo, inſimulo. I.V. 63 b, Pericles autor iniuriæ illius fuiſſe arguebatur. ad Her. 15 a, Vt ſi quis quem arguat hominem occidiſſe, &c. I.A. 167 b, Tantum dico te gaudere, feciſſe non arguo. pro S.R. 24 b, Occidiſſe patrem Sex. Roſcius arguitur. de Fi. 55 b, Is filium, Macedonium legatis accuſantibus, quòd pecunias prætorem in prouincia ceſſe arguerent, cauſam apud ſe dicere iuſsit. I.V. 113 b, Amplius HS. decies accepiſſe te arguo contra leges. Par. 119 b, Quod non licet, id hoc uno tenetur, ſi arguitur non licere. de Fi. 73 b, Quos niſi arguimus, uera laus deferenda eſt. pro Cec. 285 a, Non dubitauit id ipſum quod arguitur confiteri. pro S.R. 31 a, Multa ſunt falſa Iudices, quæ tamẽ argui ſuſpiciosè poſſent. pro S.R. 32 a. De quibus cum uerbo arguis, uerbo ſatis eſt negare, & 38 b, Seruos ipſos neq; arguo, neque purgo. pro Rab. 96 b, An non intelligis quales uiros mortuos ſummi ſceleris arguas? pro Cæ. 37 b, Arguere aliquem alicuius facinoris. I.V. 244 b, Nunc non modo te hoc crimine non arguo, ſed ne illa quidem communi uituperatione reprehendo. de In. 66 b, Negare oportebit de uita eius & morib. quæri, ſed de eo crimine, quo de arguatur. ad Her. 14 a, Hoc tametſi rei arguendæ cauſa fa poteſt ſine malicia dici, tamen, &c. ad Her. 22 b, Vt ſi accuſator dixerit, ab reo hominem ueneno necatum, & hæreditatis cauſa factum arguerit.

Argvs, gi. homo, ſeu potius monſtrum centum oculis (ut in fabulis eſt) prædictum. de N. 70 b, Mercurius, qui argum dicitur interemiſſe.

Argvte. pro Cæ. 41 b, Si mihi acutè arguteque reſponderit. de Cl. 195 a, Breuiter arguteque incluſo aduerſario laxare iudicum animos. de Or. 110 a, & Aca. 40 a, De rebus diſſimilibus argutiſsimè diſputare. de Cl. 169 a, Acutè arguteq; conijcere aliquid. Or. 205 b, Callidè arguteque dicere.

Argvtiae, arum. acumen, elegantia. de Cl. 179 b, Huius orationes multum argutiarum & urbanitatis habebant. Orat. 296 b, Argutiæ & acumen Hyperidis. Orat. 202 a, Nulla mollitia ceruicum, nulle argutię digitorum. de Am. 104 b. Sed nihil eſt, quod illi non perſequantur ſuis argutijs.

Argvtvlvs, a, um. Att. 208 b, Perfeci ſanè argutulos libros ad Varronem.

Argvtvs, a, um. habens aliquid argutiarum, celeriter mobilis, acutus, acer, elegans. de Orat. 132 a, Ex ambiguo dicta uel argutiſsima putantur. I.P. 94 b, Poema facit ita feſtiuũ, concinnum, elegans, ut nihil fieri poſsit argutius. de Clar. 170 a, Quis in ſententijs argutior? in docendo diſſerendoque ſubtilior? de Or. 143 a, Sententiæ delectandi quaſi argutæ. de D. 114 a, Gallinaceum fel, ſunt enim qui uel argutiſsima hæc exta eſſe dicunt. de L. 161 a, Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti ſimus, loquũtur. de Or. 163 b, Manus minus arguta digitis ſubſequens, uerba non exprimens. Ar. 94 b, Literæ quàm argutiſsimæ. Ep. 111 b, Vereor ne tibi arguta nimium hæc ſedulitas uideatur.

Aridvs, a, um. exiccatus, tenuis. de D. 115 a, Puleium aridum floreſcere dicitur ipſo brumali die. de Fa. 141 b, Exiccatus atque aridus.) (. Pituitoſus, & quaſi redundans. I.P. 100 b, Folia arida. pro S.R. 30 b, In ruſticis moribus, in uictu aridos, in hac horrida incultaque uita. de Or. 123 a, Genus ſermonis exile, aridum, conciſum, minutum.) (. Liquidum, fuſum, profluens. pro Qu. 17 b, Vita horrida atque arida mihi cordi eſt.

Aries, tis. animal notum, ſignum cœleſte, & bellica machina ad euertendos muros. de N. 48 a, Exin contortis aries cum cornib. hæret. Or. 212 b, Auratus aries Colchorum. & de D. 89 b, ad Her. 12 a, Pellis inaurata arietis. Off. 8 a, Quam uis murum aries percuſſerit.

Arietinvs, a, um. ad Her. 22 b, Teſticuli arietini.

Arieto, as, cornibus impeto. de Diu. 89 a, Deinde eius germanum cornibus conuitier in me arietare, Accij poetæ.

Arivminvm, ni. urbs. Quint. Fr. 315 a, Epiſtola ex Ariminio data. I.V. 83 b.

Ariminenses. I.V. 83 b, pro Cec. 304 b.

Ariolatio, onis. diuinationis genus. de D. 94 b, Superſtitioſæ ariolationes Accij.

Ariolor, aris. de D. 108 a, Nec eos, qui quæſtus cauſa ariolantur, agnoſco. At. 125 a, προθεσπιζω igitur noſter Attice, non ariolans ut illa, cui nemo credidit, ſed coniectura proſpiciens iam iamque maiora.

Ariolvs, lib. de Nat. 12 b, Aruſpices, augures, arioli, uates, coniectores, &c. de D. 80 b, Ariolorum & uatum furibũdæ prædictiones. ad Heren. 39 b, Iſte qui diuitias ſuas iactat, ſicut Gallus è Phrygia, aut ariolus quiſpiam, &c.

Arion. Tuſ. 189 b, Eijce te de naui, præſto eſt qui excipiat delphinus, ut Arionem Methymnæum.

Arista, ſtæ. quæ ut acus tenuis è grani gluma eminet. de Sẽ. 88 a, Viriditas herbeſcens cum è uaginis emerſerit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, & contra auium minorum morſum munitur uallo ariſtarum.

Aristaeus, ſtæi. de N. 58 b, Quid Ariſtęus? qui oliuæ inuentor dicitur, Apollinis filius. I.V. 230 a, Ariſtæus Liberi filius, olei inuentor.

Aristarchus, chi. I. Criticus. I.P. 95 a, Quoniam te non Ariſtarchum, ſed Phalarim grammaticum habemus, qui non

non notam apponas ad malum uersum, sed poetam armis prosequare. At.9 a, Orationes quarum tu Aristarcus es. Id est, iudex, censor. Ep. lib. 3 a, Aristarchus Homeri uersus esse negabat, quos non probabat.

Aristides, dis. pro Sest. 27 a, & de Off. 69 b, Aristides, qui unus omnium iustissimus fuisse traditur.

Aristippus. passim uoluptatis defensor.

Aristippeus, a, um. de Fin. 68 a, Illud Aristippeum, &c.

Aristocratia, tiæ. optimatum Respublica. Att. 9 a, Totum hunc locum, quem in aristocratia ego uariè meis orationibus soleo pingere, de flamma, de ferro, &c. ualde grauiter pertexuit.

Aristogiton, nis. Tusc. 174 a, Harmodius & Aristogiton.

Aristolochia, chiæ. herba. de Diuin. 83 b, Quid aristolochia ad morsus serpentum possit, quæ nomen ex inuentore reperit, rem ipsam inuentor ex somnio. de D. 118 a, Scammoneam aristolochiamq; radicem.

Aristoneus, a, um. ab Aristone philosopho. de Fin. 115 a, In Aristonea uitia incidemus.

Aristophanes, nis. facetissimus poeta ueteris comœdiæ. de Leg. 177 a.

Aristophaneus, a, um. Orat. 215 b, Ita factus est anapæstus is, qui aristophaneus nominatur.

Aristoteles, lis. Aristoteles Alexandro doctor accitus, 3. de Orator. Aristoteles Isocrati aduersatus infensissimè. Orato. Aristoteles ait omnes ingeniosos melancholicos esse, Tusculan. quæstion. lib. 1. Aristoteles optimus autor, Or. Aristoteles quintam quandam naturam, præter quatuor elementa, censet esse, è qua fit mens, Tuscul. quæstio. lib. 1. nempe æthera. Aristoteles eos qui ualetudinis uitio furerent, & melancholici dicerentur, censebat aliquid habere in animis præsagiens atque diuinum, Diuin. lib. 1. Aristoteles Isocratis æmulatione, totam penè formam disciplinæ suæ commutauit, 3. de Or. Rerum cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit, 3. de Or. Aristoteles uirtutis usum cum uitæ perfectæ prosperitate coniunxit, de Fin. lib. 2. Aristoteles, cùm motus esset Isocratis rhetoris gloria, dicere etiam cœpit, adolescentes docere & prudentiam cum eloquentia iungere, Tusc. q. lib. 1. Aristoteles artem dicendi despiciebat. 2. de Orat. Aristoteles & Theophrastus cum philosophia etiam dicendi præcepta coniunxerunt, Diuin. lib. 2. Aristoteles & Theophrastus cum academia uetere re congruente, genere docendi paulum differentes, 1. de Leg. Flumen orationis aureum fundens Aristoteles, 4. Aca. Aristoteles in thesi adolescentes exercuit, Or. Aristoteles philosophis ipsis ignotus, Topic. Aristoteles illustrauit omnem hunc ciuilem in disputando locum, 3. de Legib. Aristoteles artem Rhetoricam plurimum iuuit, 1. de Inu. 11. Aristoteles Isocratem ipsum orationis ornatu lacessiuit, Orat. Aristoteles primus species seu ideas labefactauit, Acad. q. edit. 2. lib. 1. Aristoteles, magister Aristoxeni. Tusc. q. lib. 1. Aristoteles, Peripateticorum princeps, excepto Platone, de Fin. lib. 5. Aristoteles persecutus est animantium omnium ortus, uictus, figuras, de Fin. lib. 5. Aristoteles ingenij abundantia præditit, Aca. qu. ed. 2. lib. 1. Aristoteles longè omnibus (Platonem semper excipio) præstans & ingenio & diligentia. Tusc. q. lib. 1. Aristoteles utriusque partis dialecticæ princeps, Top. Aristoteles pæana ut optimum probat, à quo dissentio, Or. 218 b, Aristoteles quæ in gruibus animaduerterit, 2. de Nat. d. 94. Aristoteles cœlum diuersum à quatuor elementis ratus est, Aca. q. ed. 2. lib. 1. Aristoteles is, quem maximè admiror, proposuit quosdam locos ex quibus omnis argumentatio inueniretur, de Orat. 122 & 123, & 155 b, Aristoteles sensit mundum nunquam esse ortum, Aca. q. ed. 1. lib. 1. Aristoteles in philosophia propè singularis, Acad. qu. ed. 1. lib. 2. Aristoteles Rhetoricæ plurima ornamenta atque adiumenta subministrauit, 1. de Inuent. Aristoteles Stagirites, & Xenocrates Chalcedonius præstantissimo studio atque doctrina, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Aristoteles differendi plurima præcepta tradidit, Or. Aristoteles acie mentis omnium rerum uim naturasq; uiderat, 2. de Or. Aristoteles singulari uir ingenio, & penè diuino, Diuinat. lib. 1. Aristoteles uir summo ingenio, scientiæ copia, Tusc. qu. lib. 1. Aristoteles & Theophrastus excellentes uiri, cùm subtilitate, tum copia, Diu. lib. 2. Aristoteles animum ἠνδελεχείαν uocat nouo nomine, quasi quandam continuatam motionem & perennem. Tusc. qu. lib. 1. Aristoteles usus est consuetudine de omnibus rebus in contrarias partes differendi, Tuscu. q. lib. 2. Aristoteles in singulis eorum librorum, quos ἐξωτερικοὺς uocat, procemij usus, 4. ad At. Aristoteles uult in oratione nõ uersum, sed numerum esse, Orat. Aristotelis cõdiscipulus Xenocratis, de Nat. deor. 125. Aristotelis discipulus Alexander, 13. ad Att. Aristotelis dicendi copia & suauitas incredibilis, in Top. Aristotelis dictum de Isocrate, 3. de Orat. Sedecula quam sub Aristotelis imagine, habes, 4. ad Att. Aristotelis laus, 2. de Inuent. 1. de Or. Aristotelis laus in eo quod scripsit de motu astrorũ, de Nat. deor. 2. Aristotelis libri Rhetorici, 2. de Or. Aristotelis loci communes, ibidem. Aristotelis magister Plato, de Nat. deor. 1. Aristotelis ratio dialogorum scribẽdorũ. 13. ad At. Aristotelis uaria de Dei diffinitione sententia ex tertio de Philosophia libro repetita, de N. deor. 1. Sententiæ & opiniones Aristotelis, Ac. 44 b, Aristotelis Topica, Top. Absurdũ esse Aristoteli uideretur in ea parte quæ sit ad gignenda animalia aptissima, animal gigni nullum putare, de N. deor. 2. Aut ipsum Aristotelem, quo profecto nihil est acutius, nihil politius, Aca. q. ed. 1. li. 2. Aristotelem non deterruit à scribendo Platonis amplicudo, Or. Ab Aristotele de singulis rebus in utramq; partem dicendi exercitario est instituta, de Fin. li. 5. Qui erãt cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, Aca. q. ed. 2. li 1. Eodẽ modo de Aristotele & Isocrate iudico, quorũ uterq; suo studio delectatus, cõtempsit alterum, Off. 17. Quis omnũ doctior? quis acutior? quis in reb. uel inueniendis, uel iudicandis acrior Aristotele? Orat. 213 b, Aristotele nemo necuosior in scribendo, Brut.

Aristotelius, a, um. de Or. 149 b, Vobis hæc Carneadia, aut illa Aristotelia uis comprehendenda est. ib. 150 a.

Aritia, æ, oppidum, in Rul. 85 b.

Aritinus, a, um. I. A. 186 a.

Arithmetica, orum. ars numerorum. At. 227 b, Vestorius homo remotus à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatus, hominem pecuniæ deditum notat. Par. 236 b.

Arma, orum. ferrum, ferramenta, telum. Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum, pro Cecin. Arma, membra militis, Tusc. q. li. 2. Arma iudiciorum & legũ, de Arusp. resp. Parua sunt foris arma, nisi est consiliũ domi, Off. 107. Cedant arma togæ, cõcedat laurea linguæ, Offic. 1. Arma senectutis, artes exercitationesq; uirtutũ, de Senect. Arma ac tela pro bello, 3. de Or. Armũ, pro armorũ, Or. Armorũ exitus semper incertis: nunc uerò in alterâ partẽ magis timendi, 7. ad At. Armorũ officina, in Piso. ubi arma fiũt. Armorũ ista & uictoriæ sunt facta, non Cæsaris, 6. Fam. Armis faciendis præesse, in Piso. Arma abijcere, 10. ad At. Ad arma alicuius se conferre, 2. Phil. Ad arma ijt ciuitas, 8. Fam. Cælij, in Verr. Ad arma rem spectare, 14. Fam. 1. id est. bellũ impedere. O fides, quæ potest esse maior fides, quã fraudare creditores? domo profugere? propter æs alienũ uenire ad arma? 6. Philip. Cum ex Senatusconsulto Consules ad arma uocauissent, pro Rabirio 94 b. Capere arma pro salute cõmuni, pro C. Rabi. Cõtra arma uerbis bellũ gerere, 12. Fã. Tum cõtra te dedit arma hic ordo cõsulibus, in Ant. 170 b. Dare arma alicui, ut cũ bene armato pugnet, Att. li. 7. Inspicere arma militis, ut probemus armatũ, pro Cec. Silenteles inter arma, prò Mil. Ille arma misit, cornua, tubas, fulces, pro Sylla 170 b. Portare arma, pro Sest. 10 b. id est, esse cũ telo. Sumere arma ciuilia, 2. Tuf. Arma sumere imparatũ, Tusc. q. li. 1. Quid tã necessariũ, quã tenere semper arma, quibus uel tectus ipse esse possis, uel prouocare improbos uel te ulcisci lacessitus? 1. de Or. Armis cum hoste certare, non uenenis, Off. 3. Decertare armis, At. li. 7. Sentio omnia faciẽda, ne armis decernatur, ad At. 105 b. Discedere ab armis, 8. Philip. Armis disceptari, 8. ad At. Armis omnũ fœlicior toga tua. 12. Fã. Cæsi. In armis esse, pro Lig. Armis inuestus & inimicus, 10. Philip. Armis cõditione positis, aut defatigatiõe obiectis, aut uictoria detractis, 6. Fam. Armis suis me texit, 5. Fam. Armis & castris tẽtata res est, Off. 4. Armis prudentiæ causas tueri atque defendere, 1. de Or. Si nudus es, da iugulum; si tectus Vulcanijs armis id est, fortitudine,

titudine, resiste, 2. Tusc.

Armamentarium, tij, nauale, locus ubi armamenta, armaq; seruãtur. pro Rab. 94 a, Ex ædificijs armamentarijsq; publicis arma populo Romano C. Mario consule distribuẽte dãtur. de Or. 90 a, Philo architectus, qui Athenienſibus armamentarium fecit. de Ar. 251 a, Armamentarium telluris.

Armamenta, torum. omnis generis instrumenta, ut nauis, plaustri, belli. in Arat. Omnia cautè Armamenta locans tuto labere per undas.

Armarium, rij. in quo uestes, stragulæ & alia profana seruantur. In Auto. 205 b, Minus clarum putauit forè quod de armario, quãm quod de sacrario esset ablatum. pro Cl. 55 b, Cùm esset in ædibus armarium, in quo sciret esse nummorum aliquantum, ipse armarij fundum execuit, &c. pro Cęl. 48 a, Aurum ex armario tuo promere ausa es.

Armatura,ræ. armandi genus & forma. Attic. 87 a, Deiotarus habet cohortes quadringẽtarias nostra armatura. I. A. 227 a, Nostri sunt equites, nostra leuis armatura. de Cl. 177 a, Equites, pẽdites, leuis armatura. Ep. 95 a, Armatura uaria peditatus & equitatus in aliqua pugna. ad Her. 34 a, Nec tam facilè ex Italia armatura transalpina depulsa est. de D. 118 a, Sed hoc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima excursio, nũc cominus agamus. Ep. 142 a, Cõtra equitẽ Parthum negãt ullam armaturã meliorem inueniri.

Armatus, a, um. pro Cecin. 296 b, Armatos eos uerè possumus appellari, qui scutis telisq; parati ornatiq; sunt. & ibi. Sed perinde ualebit quasi armatissimi fuerint. pro D. 241 b, Et erat incredibili armatus audacia. I. A. 213 b, At uerò parati, armati animis iam esse debemus. contra Rul. 83 b, Vrbs ipsa natura ac loco succincta portubus, armata muris.

Armenia, æ. regio.

Armenius, a, um. At. 26 b, pro Pomp. 8 a.

Armentum, ti. maiorum bestiarum grex. Atti. 196 a, Pecudes, quæ depulsæ sui generis sequuntur greges, ut bos, armenta, &c. Item: Antonius cædit greges armentorum, reliquique pecoris, quotcunque nactus est.

Armiger, ri. qui arma domini sui gerit. pro Do. 215 b, Sergius armiger Catilinæ. stipator tui corporis, signifer seditionis. Epi. li. 7. Quòd hæc pennigero non armigero in corpore tela exerceantur.

Armillae, militaria ornamẽta è leuo brachio pendẽtia. de Rep. li. 4 autore Prisciano, Armillę, quæ brachialia uocanẽ.

Armipotens, tis. Antequã. 196 b, Tritonia armipotens, &c.

Armo, as.)(. Nudo. Atti. 119 b, Arma, quæ a d me missuri eratis, ijs censeo armetis milites, quos uobiscum habetis. pro Mil. 114 b, Si Capitolinæ cohortes contra Milonis impetum armatæ sunt. pro Plan. 277 b, Egentes in locupletes armabantur. Ep. 85 b, Quod te ad omnia summum atque excelens ingenium armauit. pro Mil. 101 b, Temeritatem cõcitatæ multitudinis autoritate publica armare. pro Cec. 291 a, Multitudinem hominum cogere, armare, instruere. & 285 a, Conuocare & armare homines. pro Cl. 58 a, Armare accusatorem omnibus rebus. pro Do. 213 a, Perditos magistratus sceleratorum ciuium præsidio nudare, uel eosdem deorum immortalium religione armare.

Aro, as. aratro perstringo. contra Rullum 78 b, Ager, qui aratiaut coli possit, non qui aratus aut cultus sit. de D. 83 a, Lentiscus, Ter fruges fundens, tria tempora monstrat aranti. de D. 118 b, Terram arare & sulcum altius imprimere. de Or. 120 b, Ager non semel aratus, sed nouatus & iteratus, quo meliores fœtus possit & grandiores edere. I. V. 172 a, Fieri non poterat ut plus quãm decem medimna ex iugere ararent.

Arpinum, ni. opp. At. 27 b.

Arpinas, tis. contra Rul. 88 a, Meus paternus fundus Arpinas. & Att. 249 b, In quo flexus est ad iter Arpinas.

Arpi, orum. opp. At. 136 b.

Arrepo, pis. I. V. 183 b, Sensim & moderate arrepere ad amicitiam alicuius.

Arreptitius, a, um. reptius, Sal. in Cic. 270 b. Ab arrepo, siue adrepo, id est, irrepo, & latenter subeo, si uera lectio est. nam hic locus uariè legitur. I. Reptitius.

Arrideo, des, placeo, rideo, applaudo.)(. Derideo. Attic. 210 a, Inhibere illud tuum quod ualde mihi arriserat, uehementer displicet. de Opt. 243 b, Aut adhibiti deridean-

tur, nam si arrideantur, esset idipsum Atticorum, de Nat. 5 b, & de Orat. 96 a, Tum ille arridens, inquit, &c. de Som. 127 b, Hic leniter arridens Scipio, Quæso, inquit, &c. Tuscul. 240 a, Cùm arrisisset adolescens, utrunque iussit interfici.

Arrisio, onis. ad Her. 2 b.

Arripio, pis. apprehendo, per uim adduco. I. P. 97 b, Macedones socios nostros in seruitutem adduxerunt, familias arripuerunt, pecus abegerunt. pro Clu. 36 b, Iunius ad quæstionem arreptus est. de Orat. 98 a, Si quemcunque patrem familias arripuissetis ex aliquo circulo, eadem uobis percontantibus respondisset. Orat. 212 b, & pro Milo. 103 a, Est enim hæc non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus: sed ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus. de Finib. 90 b, Arripere uerba de foro. Attic. 111 a, Nisi fortè hic sermone aliquo arrepto pro mandatis abusus est. pro Mur. 126 b, Arripere maledictum ex triuio. pro Flac. 150 a, Libenter arripere facultatem lædendi, quæcunque detur. pro Quint. R. 50 a, Celeriter arripere quod doceatur. pro Mur. 139 a, Hæc Homo ingeniosissimus M. Cato autoribus eruditissimis inductus arripuit, neque disputandi causã, ut magna pars, sed ita uiuendi. de Senect. 82 a, Literas Græcas senex didici, quas quidem sic auide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. de Natur. 58 b, Illud uerò, quod uterque uestrum fortasse arripiet ad reprehendendum, mihi uel maximè probatur. de Natu. 65 a, Quærit apud Xenophontem Socrates, unde animam arripuerimus, si nulla erat in mundo. pro Dom. 215 b, Hinc pacis hostem causam arrepturum fuisse ad incendia, cædes, rapinas, nolo suspicemini, nisi, &c. de Finib. 93 a, Tibi aliquid ex mea responsione arripere cupienti non respondebo ad singulare. pro Sest. 18 b, Qui cognomen sibi ex aliorum imaginibus arripuit. Acad. 9 a, Itaque mensalia uisa sic arripit, ut his statim utatur: aliqua sic recondit, è quibus memoria oritur. de Diuin. 113 b, Genus diuinandi naturale, quod animus arripere, aut excipere extrinsecus ex diuinitate. de Ar. 254 a, Arreptus est unus ex patricijs, cui, &c. Offic. 59 a, Quare error hominum non proborum, cum aliquid quod utile uisum est arripuit, id continuo secernit ab honesto. de Orat. 128 b, Argumentum simulatque positum est arripitur. & 107 a, Vox & gestus subito sumi & alicunde arripi non potest. de Finib. 83 a, Maximus dolor, qui simulatque arripuit, interficit. Epist. 67 b, Sed ad properationem meam quiddam interest non te expectare, donec ad locum uenias, at statim causam illam totam & tempus arripere.

Arrodo, dis. rodo, circumrodo. pro Sest. 19 a, Vt illa ex uepreculis extracta nitedula rempub. conaretur arrodere.

Arrogans, tis. insolens. pro Fon. 281 a, Inducimaro isti minaci atque arroganti. pro Dom. 119 b, Quid enim est tam arrogans, quãm de religione pontificum collegium docere conari? de Ar. 247 a, b, Nec uereor ne hæc mea uestrorum beneficiorum prædicatio non grata potius, quãm arrogans uideatur. I. A. 228 a, Quorum si essent arrogantes non possem ferre sententiam. pro Mur. 143 a, Audite consulem iudices, nihil dicam arrogantius: tantum dicam, totos dies ac noctes de Repub. cogitantem,

Arroganter, Attic. 96 a, Ad me autem contumaciter, arroganter, ἀκοινωνήτως solet scribere, de In. 63 a, Ne cui rei temere atque arroganter assentiamus. pro Lig. 142 a, Si nemo imperauit, arroganter peto. Attic. 275 a, Id non arroganter præiudico, neque reuoco ad arbitrium meum. Offic. 1 a, Nec hoc dictum arroganter existimari uelim.

Arrogantia, tiæ. superbia, insolentia, intolerantia, fastidium, contumacia. Quint. Fratr. 236 b, Et illud γνῶθι σεαυτόν, noli putare ad arrogantiam minuendam solùm esse dictum, uerùm etiam ut bona nostra norimus. de In. 91 a, In superbiam & arrogantiam odium concitatur. & 51 b, Ex arrogantia odium, ex insolentia arrogantia oritur. pro Qu. Rosc. 52 a, Dic, aude, est tuæ contumaciæ, arrogantiæ, uitæque uniuersæ uox. Orator. 209 a, Dicerem perfectum, si ita existimarem, nec in ueritate crimen arrogantiæ extimescerem. de Cla. 191 a, Vir grauis,

uis, sine arrogantia, & sine segnitia uerecundus. pro Mure. 136 a, Sermo arrogantiæ plenus. pro cluent. 40 a, Quàm grauis & intolerabilis arrogãtia. de Orator. 106 b, & 99 a, Qui eius art is arrogãtia quasi difficillima sit, subnixi ambulant. ad Her. 1 a, Quas ob res illa, quæ Græci inanis arrogantię causa sibi assumpserũt reliquimus. & 2 a, Si nostrum officium sine arrogantia laudabimus.

Arrogo, as. postulo, assumo, uẽdico, sumo, tribuo, ascisco.)(. Derogo. de Cl. 192 a, Est enim faceti hominis cùm d̃ sapiẽtia disceptetur, hanc sibi ipsum detrãhere, eis tribuere illu dentem, qui eam sibi arrogant. pro S.R. 33 a, Neq; ego non possum, non enim tantum mihi derogo, tametsi nihil arrogo, ut te copiosius, quàm me putẽ posse dicere. pro Qu. 10 a, Quoniã tu tibi id arrogas & concedi postulas. pro Plan. 272 a, Nõ uereor ne mihi aliquid uidear arrogasse, si d̃ quę stura mea dixero. pro Plan. 259 a, Mihi non sumo tantum iudices, neque arrogo, ut, &c. Ep. 46 a, Ego tibi tantum tribuo quantum mihi fortasse arrogo. Acad. 28 b, Tu cùm id plenissimum temeritatis esse dicas, tantum tibi arrogas, ut exponas disciplinam sapientiæ, &c.

Ἀρρᾶγμα. Vide Aegrotatio.

Ars, tis. artificium, ratio faciẽdi, facultas, præcepta, uirtus, doctrina, scientia, studiũ, disciplina, uia, manus, opera.)(. Inertia. de Orato. 92 b, Ars est, quæ cognitis penitusque perspectis & in unum exitũ spectantibus & nunquàm fallentibus rebus continetur. & 111 a, Res mihi uidetur esse, in quiꝰ facultate præclara, arte mediocris. ars enim earum rerum est quæ sciuntur: oratoris autem actio opinionibus, non scientia continetur. ad Heren. 1 b, Ars est præceptio, quæ dat certam uiam rationemq; faciendi. de Finib. 100 b, Artes efficiũtur ex cognitionibus comprehẽsionibusq; rerum. de Cl. 189 a, Ars dat rationes certas & præcepta faciendi aliquid, quæ habent ordinem, & quasdam errare in faciendo non patientes uias. Acad. 7 a, Ars ex multis animi perceptionibus constat. de Or. 94 a, Ars definitur ex rebus penitus perspectis planèq; cognitis, atq; ab opinionis arbitrio seiunctis, sciẽtiasq; comprehensis. Or. 215 a, Notatio naturæ & animaduersio peperit artem. de Orat. 161 a, Artem à natura proficisci. Officior. 34 a, Nullam dicere maximarum rerum esse artem, cùm minimarum sine arte nulla sit, hominum est parum cõsideratè loquentium. de Nat. 27 a, Artis maximè proprium est, creare & gignere. de D. 85 b, An medicina ars non putanda est? quam tamen multa fallunt, & gubernatores falluntur. de Fin. 130 a, Omnes artes in aliqua sciẽtia uersantur. & 108 b, Ars est dux certior quam natura. & 57 b, Gubernatoris ars bene nauigandi rationem habet. de Orat. 100 b, Nihil est, quod ad artem redigi possit, nisi ille prius, qui illa tenet, quorum artem instituere uult, habet illam scientiam, ut ex ijs rebus quarũ ars nondum sit, artem efficere possit. de Or. 119 b, Hæc omnia artem & præcepta requirunt. & 112 b, Non omnia, quę cunq; loquimur, mihi uidentur ad artem & ad præcepta esse reuocanda. pro Cæ. 49 a, Vir illa humanitate præditus, illis studijs, artibus, atq; doctrinã. Quint. fra. 295 b, Studia & artes quæ sunt nobis Græciæ monimentis disciplinisq; traditæ. de Orat. 154 b, Artes quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ cõtinẽtur, Geometrica, Musica, literarum cognitio, & poetarum. Ep. 48 a, Artes ingenuæ. pro Arch. 186 a, Erat tum Italia plena Græcarum artium & disciplinarum, studiaq; hæc in Latio colebantur, & hic Romæ, &c. Off. 34 a, Si est aliqua disciplina uirtutis. i. ars. Colere bonas artes, & colere disciplinam Stoicam. l. Colo. pro Arc. 187 b, Homo mediocris. & aut nulla, aut humili aliqua arte præditus, Epistol. 97 b, Habere scientiam magnarum artium. Offic. 30 b, Opifices omnes in sordida arte uersantur. de Diuin. 85 b, Ars gubernandi, scientia imperatorũ, ratio atq; prudentia reip. gerendæ. de Orat. 85 b, Recondita in arte & multiplici subtiliq; uersari. & 145 a, Vna fingẽdi est ars, in qua. &c. & ib. Vna est ars ratioq; picturæ. de Orat. 122 a, Ad inueniendum in dicendo hæc tria sunt: acumen, deinde ratio quam licet (si uolumus) appellemus artem, tertium dilligentia. & ibid. Atq; hoc totum est siue artis, siue animaduersionis, siue consuetudinis, nosse regiones intra quas, &c. de Fin. 123 b, Omnibus artib. uolumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuiq; artificio præsunt, debent habere. de In. 42 a, Hæc res, quæ uocatur eloquentia, siue ars, siue studium, siue exercitatio, quædam siue facultas à natura profecta. Or. 201 b, Versus ille, qui uetat artẽ pudere proloqui, quam factites. Facere argentariam, facere nauicularam, facere præconium, facere aruspicinam, exercere medicinam, facere mercaturam, facere topiariam: hæc & alia huiusmodi multa apud Ciceronem reperiuntur, quæ locis suis posita sunt: id est, in suis uocabulis. & item hoc quod sequitur: M. Brutus accusationem factitauit, de Cla. 176 a. Itẽ de Orat. 123 a, Tradere artem differendi & dare præcepta. Ep. 95 b, Libenter mehercule artẽ definerem. Acad. 7 a, Artium aliud eiusmodi genus est, ut tãtummodo animo rem cernat, aliud ut moliatur aliquid & faciat. & ibi. Artes quarum omne opus est in faciendo & agendo. & ibid. Quid enim est quod arte effici possit, nisi is qui artem tractabit, multa perceperit? pro Ar. 190 a, b, Nam nisi Ilias extitisset illa, idem tumulus qui corpus obruerat, nomen etiam obruisset. Part. 233 a, Animi quemadmodũ affecti sint uirtutibus, uitijs, artibus, inertijs spectantur. de Sen. 78 b, Aptissima sunt omnino arma senectutis, artes exercitationesq; uirtutum. Offic. 35 a, Inanimata pleraq; sunt hominum effecta operis, quæ non haberemus, nisi manus & ars accederẽt: neque enim ualetudinis curatio, neq; nauigatio, neq; agricultura sine hominum opera ulla esse potuisset. Tusc. 219 b, Leon quæsiuit ex eo, qua maximè arte confideret. Ep. 104 b, Nulla ars literis, sine doctore & interprete percipi potest.

Arsinoa, æ. urbs. I. P. 99 a.

Artemitanvs, na, num. Attic. 18 a.

Artata. pro R. P. 129 a. aliàs, arctata, & melius.

Arteria, riæ. de Nat. 53 a, Aspera arteria (sic enim à medicis appellatur) hostium habet adiũctum linguæ radicibus, paulò suprà quàm ad linguam stomachus annectitur, eaque ad pulmones usq; pertinet, excipitque animam eam, quæ ducta sit spiritu, eandemque à pulmonibus respirat & reddit. ad Her. 29 a, Nam læduntur arteriæ, si antequam leni uoce permulsæ sunt, acri clamore compleantur. & ibi. Recreatur enim uox spiritu & arteriæ reticendo acquiescunt. I. Vena.

Artemisia. Mausoli Carię regis uxor, quæ nobile illud Halicarnassi fecit sepulchrum. Tusc. 206 b.

Arthriticvs, a, um. qui ex pedibus laborat & articulorum dolores habet. Epi. 141 a.

Articvlatim. separatim, seorsim. de L. 173 a, Quæ fuse olim disputabantur ac liberè, ea nũc articulatim distinctęque dicuntur. de N. 73 a, Membraq; articulatim diuidit, id est, per singulos articulos.

Articvlate. Atti. 95 a, Valebis igitur, & puellæ salutemãr ticulatè dices: id est, diserte, distinctè, clarè.

Articvlvs, li. nodus in corpore & membro etiam orationis. At. 4 a, Terẽtia magnos articulorum dolores habet. de Sen. 88 a, Ineunte uere in utribus existit tanquam ad articulos sarmentorum, ea quæ gemma dicitur. de Or. 141 b, Verba, quæ quasi articuli connectunt membra orationis. & 160 a, Oratio articulis membrisq; distincta. de N. 17 a, Nauus in articulo pueri delectat Alcæum. pro Qu. 3 b, Tũ iste, qui hunc in summas angustias adducẽtum putaret, ut eum suis cõditionibus in ipso articulo temporis astringeret, afsem sese negat datturum: id est, puncto & momento rei gerendæ. ad Her. 27 a, Oratio fluctuans & dissoluta, quæ sine neruis & articulis fluctuat huc & illuc. Or. 202 a, Ad numerum articulus cadens. ad Her. 39 a, Articulus dicitur, cùm singula uerba interuallis distinguuntur, cæsa oratione.

Artifex, cis. opifex, artis sciens & peritus. pro Murẽa 139 a, Vt aiunt in Græcis artificibus eos aulædos esse, qui citharœdi fieri non potuerunt. Acad. lib. 2. Artificem, non fortuito, sed quem præcepta & comprehensa tenere uidemus, appellamus, & ibi. Artificem ab inscio non est distinguere, si artem subtraxeris. Ep. 68 b, Atq; illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant: id est, Apelles & Lysippus. I. V. 200 b, Nimirũ didici etiam artificum nomina: id est, eorum, qui statuas fecerant. Orat. 212 b, Consuetudo artifex suauitatis. de Or. 87 a, Græci dicendi artifices & doctores. Orat. 213 b, Theodectes politus scriptor atq; artifex. pro Ar. 187 b, Scenicus artifex: id est histrio. de Fin. 89 a, Artifex callidus comparãdarum uoluptatum. Qu. de Pet. 212 a, C. Cotta in ambitione artifex dicere solebat, se, &c. de Vn. 195 b, Artifex mundi: id est, Deus. pro Quint. 14 a, Ne quid mihi eiusmodi accideret, cùm contra talem artificem dicturus essem, uerebar.

Artificiose. de Nat. 37 a, Quod in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere.

Artificiosvs, a, um. habens artem. de Natura 37 a, Ipsius uerò mũdi natura non artificiosa solùm, sed plane artifex, &c. de Na. 57 a, Zeno ita naturã definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum, ad gignẽdum progredientem uia. & ibid. Natura, id est, ut dixi, ignis artificiosus, magister artium reliquarum. de Nat. 54 a, Artificiosum & diuinum opus. de Fin. 67 a, Mathematici de re artificiosa loquuntur. de D. 95 b, & 103 a, & 113 b, Ea genera diuinandi artificiosa dicuntur. Item, Artificiosa præsensio.)(. naturalis diuinatio.

Artificivm, cij. ars, opus, opera. In Verr. 214 a, Offic. 30 a Iam de artificijs & quæstibus qui liberales habendi, qui sordidi sint, hoc ferè accepimus. de Orat. 95 b, Atqui uide, inquit, in artificio & opera quàm tenui & leui quãto plus ad hibeatur diligentiæ, quàm, &c. pro S. Rosc. 26 a, Obliuiisci artificium. de Ora. 116 a, Cõponere artificium de iure ciuili. Aca. 9 a, Natura maximo quasi artificio fabricata est primũ animal omne, &c. de Fin. 123 b, Qui cuiq; artificio præsunt, eam quæ communis appellatur prudentia, debent habere. de Fin. 60 b, Ne opifices quidẽ tueri fua artificia possent, nisi, &c. Acad. 26 a, Quo enim spectat illud? cum artificia tolli quereris à nobis, nisi ut opifices concitentur. Epi. 135 a, Non iam satis est consilio pugnare, artificium quoddam excogitandum est. pro S. R. 26 a, Non tu in isto artificio accusatorio callidior es quàm hic in suo. pro Plan. 263 b, Vicinitas non fallax non erudita artificio simulationis. de Orat. 97 a, Non esse eloquentia ex artificio, sed artificiũ ex eloquentia natum. de Orat. 92 b, Artificium dicendi. Attic. 64 a, Reliqui libri τεχνολογίαν habent. de Orat. 123 a, Suspicio artificij imminuit oratoris autoritatem & orationis fidem. In Verr. 216 b, Simulachrum singulari opera artificioq; perfectũ. In Ver. 210 b, Hæc omnia antiquo opere & summo artificio facta, & summa arte. 224 b, In Verr. 210 a, Vt intelligatis hominem artificij cupidum non argẽti fuisse, & 209 b, Hydria preclaro opere. 323 a, Galeæ celatæ opere Corinthio.

Artolaganvs, ni. panis genus delicati, qualia sunt liba, seu placentæ. Epist. 138 b, Discendæ tibi sunt sportellæ & artolagani tui.

Artvs, tus. membrum. de Finib. 84 a, Quos dij immortales ille, cùm omnes artus ardere uiderentur cruciatus perferebat? Tusc. 188 a, Cùm audiuisset eum grauiter esse ægrum, quòd uehementer eius artus laborarent. de Cla. 184 a, Cn. Octauius qui multis medicamentis erat propter dolorem artuum delibutus. de Ora. 95 a, Et tota mente, atque omnibus artubus contremisco. de Natur. 56 a, Digitorum molles cõmissuræ & artus. Quint. de Pet. 211 a, Nerui atq; artus sapientiæ sunt, non tenere credere. de Diuin. 88 b, Excita cum tremulis anus attulit artubu lumen.

Aruspex, cis. extipex. de Natur. 12 b, Aruspices, augures, arioli, uates, coniectores, &c. de Diuinat. 114 a, Persuaderi igitur cuiquam potest, ea quæ significari dicuntur extis, cognita esse ab aruspicibus obseruatiõe diuturna? I. C. 115 a, Cum aruspices ex tota Hetruria conuenissent, totius urbis atq; imperij occasiũ appropinquare dixerunt.

Aruspicina, næ. diuinationis genus, Hetruscorum disciplina, ars extispicum. de Diuinat. 114 a, Vt ordiar ab aruspicina, quam ego reipublicæ communisq; religionis causa colendam cẽseo. Epi. 91 b, Cum qui hodie aruspicinam facerent, in senatu Romæ lagerentur. de D. 118 b, De ortu aruspicinæ & de Tage.

Aruspicinvs, a, um. de Diuinat. 95 b, Quod Hetruscorum declarant, & aruspicini, & fulgurales, & rituales libri.

Aruvm, ui. campus, ager. Orat. 212 b, Fragifera & ferta arua Asię. Ennij. de N. 25 a.

Arx, cis. castellum receptaculum. de Orato. 134 a, Tarento amisso arcem tamẽ Liuius Salinator retinuit. de Sen. 79 a, Salinator amisso oppido fugerat in arcẽ. I. P. 97 b, Qui cũ oppido desperassent, munire arcem cœperunt. de Leg. 156 a, Nisi fortè Athenæ tuæ solæ sempiternam in arce oleam tenere potuerunt. Parad. 116 b, Non enim tale est ut in arce poni possit, quasi illa Minerua Phidiæ. pro Syl. 182 a, Munite communem arcem bonorũ, obstruite perfugia improborum. Antequam. 195 b, Arcem urbis ab incendio liberaui. I. P. 81 b, Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum ueterum Catilinæ militum, castellũ forensis latrocinij. pro Lig. 140 b, Africa omnium prouinciarum arx. cõtra Rul. 64 a, & I. C. 120 b, Hoc templum Iouis Opt. Max. atq; hæc urbs arx omnium gentium. pro Clu. 51 a, In arce legis præsidia defensionis suæ constituere.

As, asis. libra, siue libella, põdo, numus quidam exiguus, res tota, ut hæreditas, quam postea in asis parte diuidunt. Offic. 45 b, M. Seius in charitate annonæ asse modium populo dedit. pro Quin. 3 b, Tum iste assem sese negat daturum. pro Qu. Ro. 53 a, Dic HS. CCCL III dedisse, qui assem modium dedit. pro Cecin. 288 a, Facit heredem ex deunce & semiuncia Cecinam, ex duabus sextulis M. Fulcinium, Eburcio sextulam aspergit. Epistol. 217 a, Testamento, quod Antistius Romæ fecerat, hæret ex parte dimidia & tertia Capito est: in sextante sunt hi, qui, &c. Vide Budæũ de Asse, & Georgium agricolam.

Ascendo, dis. scando. Epistol. 245 a, Expedito exercitu ita noctu iter feci, ut ad III, Idus Octobris cum lucesceret, iã Amanum ascenderem. Attic. 13 a, Ascenderem in castellũ. de Finibus 80 a, Ascendere in concionem. Tusc. 163 b, Is ita locutus est, ut non ad mortem trudi, uerum in cœlum uideretur ascendere. pro D. 228 a, Quibus tanquam gradibus mihi uideor in cœlum ascendisse. pro Milo. 120 b, Gloria cuius gradibus homines uidentur in cœlum ascendere. de Am. 112 b, Si quis cœlum ascendisset. &c. Acad. 37 a, Nos ad nauiculas nostras ascendimus. In. Verr. 211 b, Ascẽdit in oppidum Archagatus. de Orat. 117 b, Lex peregrinum uetat in murum ascendere. & 59 b, Sol sensim ascendens in diuersam partem. pro S. R. 52 a, Crescere, ascendere, sua uirtute in altiorem locum peruenire. pro Clu. 40 b, In altiorem locum ascẽdere. & 49 b, Altiorem gradũ dignitatis assequi. de Diuin. 92 b, Eodem equo aduersam ascẽdit ripam. pro Mure. 137 a, Ex continuis honoribus familiæ maiorumq; suorum, unum ascendere gradum dignitatis conatus est: de Cla. 191 a, Is ascendens gradibus magistratuum ad summam amplitudinem peruenit. Offic. 46 a, Non solùm ut ne affligantur, sed etiam ut ad altiorem gradum ascendant. Orat. 228 b, Ornatus ille admirabilis propter quem ascendit in tantum honorem eloquẽtia. de Clar. 187 a, Ascẽdere ad honores. de Sen. 83 a, b, Cùm ingressus iter pedib. fit, in equum omnino non ascendere. pro Cluẽt. 49 b, In summũ locum ciuitatis ascẽdere. Part. 230 b, Aut à minoribus ad maiora ascendimus. de Or. 164 a, In omni uoce est quidam medium, sed suum cuique uoci: hinc gradatim ascẽdere uocem utile & suaue est. At. 275 b, Timeo de consulatu, ne Cæsar tuus altius se ascendisse putet decretis tuis, quàm inde si consul factus fit, descensurum. & 54 b, Tũ subitò ille in concionem ascendit.

Ascensvs, sus. pro Dom. 224 a. Homines audaces ab eius tẽpli aditu atq; accensu repulisti. In Ver. 211 b, Ipse in oppidum accedere noluit, quod erat difficili ascensu atq; arduo. de Ar. 253 b, Atq; hic ei gradus ad rempublicam, hic primus est aditus & ascensus ad popularem iactationem. de Legib. 185 a, Ollisque ad honoris ampliori gradum is primus accensus esto. de Ora. 108 a, Neque is consistens in loco, sed inambulans, atque ascensu ingrediens arduo.

Ascia, asciæ. dolabra, instrumentum quo ligna dolantur, & poliuntur. de Leg. 182 a, Hoc plus, inquit, ne facito rogũ ascia ne polito.

Ascisco, scis, iui, itum. ascribo, approbo, expeto, adiungo, assumo, attribuo, accerso.)(. reprobo, declio de N. 27 a, Hos augures ne ipsæ quidẽ fabulæ asciuissent, si res omnino repudiarent. In Ve. 204 b, Asciuerunt sibi illud oppidum piratæ. de Leg. 173 b, Alterum quod interpretatur fatidicorum effata incognita, cum senatus populusq; asciuerit. de Amic. 105 b, Bonos boni diligunt ascisciũtq; sibi, quasi pro pinquitate coniunctos. pro Dom. 232 b, Neque istam mihi ascisco

ascisco sapientiam, quam nonnulli in me requirebant. de Orat.92 a, Eos expertes esse illius prudentiæ quam sibi ascisceret. pro Dom. 232 a, Nihil unquam de me dixi sublatius asciscendæ laudis causa. I.C. 106 a, Omnes perditos ad hoc incredibile sceleris fœdus asciuit. pro Arch. 186 a, aliquem non modò non segregandum, cũ sit ciuis, à numero ciuiũ, sed etiam si non esset, asciscendum esse. pro Cor. 59 a, Innumerabiles aliæ leges sunt latæ: quæ Latini uoluerunt, asciuerunt. pro Dom. 251 b, Sed tamen ego mihi sororem uirginem ascisco, tu sororem tuam uirginem esse non fuisti. I.P. 85 a, Me patronum unum asciuerant. pro Cor. 60 a, Omnes mutare ciuitatem possunt, modò ascisceantur ab ea ciuitate. de Ar. 250 a, Sacratista ascita ex Phrygia fuerũt. de Clar. 183 b, Idcirco hanc consuetudinẽ libenter asciuimus de L. 162 b, Id. n. ut suauitate delectãs, sic ab errore mentis tãquã salutare aliquid ascisceitur, similiq; inscitia mors fugitur, uita expetitur. Ar. 286 a, Qui Tyrãni nomẽ asciuit sibi. de Clar. 189 b, Is quæ clarorum uirorum esset, non dubitabat ascisceré. de Finib. 105 a, Minimè uero probatur huic disciplinæ, de qua loquor, aut amicitiam aut iustitiam propter utilitatẽ ascisci aut probari. & 128 a, Alij censent primum ascitum doloris uacuitatem, primum declinatum dolorem. & 53 a, Natura ipsa, ut ait Epicurus, ascisciť & reprobat, id est, uoluptatem & dolorem. Epist. 66 a. Viginti oppida sunt Damaspiæ antiqua quę ipsis sibi asciuerunt, amplius sexaginta. Or. 19 a, Asciuerũt aptum suis auribus optimum quod dam dictionis genus.

Ascitvs, ta, tum. In Ver. 274 b, Sacra Cereris à Græcia ascita & accepta. de Nat. 93 b, Illa, quæ natura prima sunt ascita, natura diligimus. Item, Amitti ciuitatem Romanã, alia ascita. Cor. Nep. in uita Ar. ibi. Vt appareret in eo natiuum quendam leporem esse, non ascitum.

Asclepiades medicus & amicus L. Crassi oratoris. de Orat. 90 a.

Ascribo, bis. attribuo, adiungo, assigno, ascisco. de Na. 78 a, Bonos exitus bonorũ ascribimus attribuimusq; sine ulla ratione dijs immortalibus. Ar. 232 b, & Epist. 133 a, Gaudeo quòd uulgo hominum opinio socium me ascribat tuis laudib. pro R. P. 122 b, Ascribe ad iudiciũ tuum meam quoque sententiam. de Opt. 224 a, Qui Thucydidem laudauit, ascribet tuæ nostram sententiã. Qu. Fr. 292 a, Hunc ad tuũ numerum libenter ascribito. de Orat. 133 b, Et ad hoc genus ascribamus etiam narratiões apologorum. I.A. 167 a, Tu uerò ascribe me talem in numerum. Tusc. 240 b, Vtinã ego tertius uobis amicus ascriberer. I.A. 261 a, Tyrannus petuit ut se in amicitiam tertiũ ascriberent. pro Arch. 187 a, Archias Heraclię ascriptus est. & ibidẽ b, Pręsertim cum in alijs ciuitatibus fuerit ascriptus. & 186 b, Qui fœderatis ciuitatibus ascripti essent. de Aru. 157 a, In certã sedem ciuitatis ascribimur. pro Dom. 236 b, Hic nõ est ausus nomẽ suum emptioni illi ascribere. I. A. 207 b, Altera statua ab equitibus Rom. equo publico, qui item ascribunt patrono. Att. 90 a, Quid ad Statium ascripserit, nescio. pro Cor. 58 b, Ascribere pœnam fœderatis. de Leg. 171 b, Ostenderũt ea se scripturos atq; laturos, quib' ascriptis suscepturisq; beate uiuerẽt, de Diu. 86 a. Ar illud minimè fuit auguris q; ascripsit, ob eã causam populũ Rom. calamitatem cepisse.

Ascriptivs, a, um. ascriptus. de Natur. 67 a, Quosdam quasi nouos & ascriptitios ciues in cœlum receptos fuisse.

Ascriptor, oris. Postquàm. 210 a, Itaque is fuit non modò salutis defensor, uerùm etiã ascriptor dignitatis meæ. Post quàm. 206 a, Cùm eum in me restituendo autorem fuisse ascriptoremque uideatis. pro Dom. 223 a, Ille nouitius Ligur uenalis ascriptor tuus & subscriptor.

Ascriptvs, a, um. pro Archia. 187 a, Qui eũ ascriptum Heracliensem dicunt. Item ibidem: Heracliæ ascriptum esse: id est, ciuem esse.

Ascvlvm, li. urbs. pro Cl. 11 b, de Cl. 179 b.

Ascvlanvs, a, um de Cl. 179 b, pro Font. 282 b.

Asellvs, li. At. 13 a, Asellus onustus auro.

Asia, siæ. pro Flac. 159 b, Asia uestra constat ex Phrygia, Misia, Caria, Lydia, & ibidem: Asiæ ora maritima. contra Rul. 74 a: Pergamum, Smyrna, Trallis, Ephesus, Miletus, Cizicus, tota deniq; Asia. pro Fl. 162 a, Cùm Asiam prouinciam consularĩ imperio obtineres. Atti. 82 a, Ipse in Asiam profectus sum Tharso Non. Ian. & ibi de Asia Attic.

Asianvs, na. At. 15 b, & pro Fla.

Asiaticvs, a, um. de Clar. 195 b, Genera Asiaticæ orationis duo sunt, &c. pro Pom. 7 b, Asiaticæ pecuniæ. de Cl. 169 a, Asiatici oratores non contemnendi quidem, nec celeritate, nec copia, sed parum pręsi & nimis redundantes. Orator. 199 a, Inclinatę ululantiq; uoce Asiatico more canere. de Oratore 146 b, de Asiaticis & Articis.

Asinvs, ni. de Nat. 58 a, Longum est mulorum persequi utilitates & asinorum. In Piso. 95 a, Quid, nũc te asine literas doceam? non opus est uerbis sed fustibus.

Ἀσώματον, sine corpore, expers corporis. L. Deus.

Asotvs, prodigus, effusus. de Finib. 69 a, Atqui reperiemus asotos, ita non religiosos ut edant de patella. de Finib. 69 b, Asoti mundi elegantes optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, uenatione. de Na. 75 b, Posse asotos ex Arisuppi, acerbos è Zenonis scola exire.

Aspectabilis, le. quod sub sensum oculorum cadit, quod uisibile dicunt. de Vn. 197 a, Corporeum & spectabile inque tractabile omne necesse est esse quod natum est. & 196 b, Deus animal unum aspectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit.

Aspecto, as. intueor, aspicio. pro Pl. 280 b, Quid me aspectas? quid mea promissa reperis?

Aspectvs, ctus. pręsentia, conspectus, quod uisum appellant. de Natur. 54 b, Oculi aspectum, quo uolunt, facilè contorquent. de Pro. 77 a, Referre aspectum aliquò. de Orat. 141 b, Omnes res quæ sub aspectum ueniunt. Officior. 3 b, Quę aspectu sentiunt. de Vn. 197 b, Qua ex coniunctione cœlum ira aptum est, ut sub aspectum & tactum cadat. ad Heren. 7 b, Aut denique nunquid aliquo sensu perceptum sit, aspectu, auditu, tactu, &c. de Natur. 58 a, pomorum iucundus nõ gustatus solùm, sed odoratus etiam & aspectus. I.A. 174 a, Auctionis uerò aspectus miserabilis. de Orat. 141 b, Res cæcæ, & ab aspectus iudicio remotæ. Orat. 219 b, Res ad aspectum pulcra. pro Syl. 181 a, Hominum aspectum lũcemq; uitare. pro Cec. 293 b, Aspectus armatorum ad uim faciendã ualet, incursus & impetus nõ ualebit? de Ar. 245 b, Qui sacra bonæ deæ aspectu uirili uiolauit. I.C. 120 b, Versatur ante oculos aspectus Cethegi, & furor in nostra cæde bacchantis. I.C. 100 b, Alicuius aspectum præsentiãque uitare. & ibidẽ: Carere me aspectu ciuiũ malo. Tuscul. 163 b, Cùm acriter oculis deficierẽ solẽ inuuerẽtur, ut aspectum omnino amitterent. de Diuin. 127 b, Illi orbes, qui aspectum nostrum definiũt. Epist. 54 b, Noli rempublicam multis claris uiris orbatam priuare etiam aspectu tuo. pro Archia, 188 a, Ex literis aliquid in aspectum lucemq; proferre. ad Her. 21 a, In contentione per distributionem acti & defixo aspectu uti oportet. Epistol. 157 a, Adducere copias in aspectum hostium. Quint. de Pet. 205 a, Vt eaque in re dispersa atque infinita uiderentur esse, ratione & distributione sub uno aspectu ponerentur. Attic. 101 b, Et literis tuis hãc primo aspectu uoluptatem cœpi, quod &c. de Orat. 151 b, Quæ primo aspectu nos ceperunt. de Clar. 182 b, Non assidens & attente audiens, sed uno aspectu & præteriẽs sæpe iudicat. de Clar. 166 a, Eorum aspectu omnis cura consedit. de Natu. 44 a, Primo aspectu inanimum quiddam se putat uidere, post autem, &c. I.V. 227 b, Signa urbis communitus & præclarus ad aspectum.

Aspellor, leris. Tusc. 180 a, Sed longè à læto numine aspellor Iouis: id est, expellor, arceor, Poetæ.

Aspendvm, oppidum. I.V. 86 b.

Aspendivs, citharistes. I.V. 86 b.

Asper, a, um. scaber, durus, habens aliquid asperitatis. Ea enim aspera propriè sunt, quorum partes alię eminent, alię que superantur.) (. lenis, leuis. de Finib. 72 b. Sensus iudicat dulce, amarum, lene, asperum, propè, lõge. &c. Part. 233 a, In locis spectatur, leues an asperi, salubres an pestilẽtes. de Fin. 128 a, Homo asper & durus oratione & moribus: pro Pl. 267 a, Homo natura asper & omnibus iniquus. de Cl. 176 a, Licinius asper, maledicus, genere toto paulo seruidior atque cõmotior. pro Mur. 138 b, Accessit his tot, dicẽtrina non moderata nec mitis, sed paulo asperior. ac dicerior. pro Cor. 59 a, In periculis & asperis temporibus Or. 298 b, Aspera, tristis, & horrida oratio.

Asperè. de Orat. 104 b, M. Cato apud populum Romanum asperè & uehementer est locutus. Quint. Fr. 311 b, Marcellinus Pompeium nimis asperè tractat. Atti. 151 b, Asperius quàm tui patiantur mores de Dionysio scripsisti. Epist. 5 b, Acerbè & asperè accusare aliquem. pro Pl. 266 a, Maledicta in aliquem asperè & ferociter & libere dicta. pro Plan. 265 b, Asperius, inquit, locutus est, &c. imò fortasse liberius.

Aspergo, gis. respergo. de Natur. 77 b, Hostiam immolare noluit, ne aram sanguine aspergeret. In Verrẽ 37 a, Miloni nonnullam laudationẽ tua labeculam aspergis. In Vat. 32 a, Ne qua ex tua summa indignitate, labes illius dignitati aspergatur. Epistol. 84 a, Eodem fonte se haustum intelligit laudes suas, è quo sit leuiter aspersus. pro Cæl. 42 a, Qui istius facti non modo suspicione, sed ne in famia quidem est aspersus. pro Cecin. 288 a, Ebutio sextulam aspergit: id est, hæredem fecit ex sextula. pro Planc. 265 a, Hunc tu uitæ splendorem maculis aspergis istis? Epistol. 27 b, Hæc aspersi, ut scires me tamen in stomacho solere ridere. de Orato. 131 a, Quod tamen est mendaciũculis aspergendum. Orato. 204 b, Huic generi orationis aspergentur etiam sales. Quint Frat. 312 b, Nunc mihi iucunditatis plena epistola, hoc aspergit molestiæ, quod, &c. pro Cluen. 32 a, Atque etiam ipse conditor totius negocij guttam aspergit huic Bulbo. pro Mur. 140 a, Si illius comitatem facilitatemque tuæ grauitati & seueritati asperseris. pro Cor. 66 b, Idcirco illa in omni parte orationis sua arte aspergi uidebatis. de Diuin. 85 a, Aspersa temerè pigmenta in tabula, oris lineamenta effingere possunt fortuita. In Antonium, 177 b, Senatus consulta quasi fuligine aspersa. ad Her. 39 b, Quem ore attingere, dentibus insecare, lingua aspergere possit.

Asperitas, tis. salebra. de Nat. 45 b, Saxorum asperitates, impendentium montium altitudines. I.A. 221 a, Asperitas uiarum. de Or. 85 a, In his uel asperitatibus rerum, uel angustijs temporis obsequar studijs nostris. de Or. 128 a, Oratio in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur.

Asperna tio, onis. contemptus, contemptio. Tusculan. 215 b, Perturbationes animi ex aspernatione rationis euenunt.

Aspernor, aris. respuo, refuto, recuso, repudio, reijcio, fugio, abhorreo, pro R. P. 129 b, Quam uirtutem non modò aspernari ac refutare, sed etiam complecti & augere debetis. pro Cl. 27 a, Seruus sermonem Fabricij non est aspernatus. de Or. 122 b, Philosophiam hæc ciuitas nunquam aspernata est. I. V. 226 b, Quas illorum querimonias nolite per deos immortales aspernari, nolite contemnere ac negligere. de Or. 152 a, Gustatus, quod ualde dulce est, aspernatur ac respuit. Att. 113 b, Quanquam non asperno Trebatij literas. Attic. 288 a, Cicero seruitutem honorificam modò non aspernatur. & 243 b, Cassius frumentariam rem aspernabatur. Quin. Fr. 314 a, Iocos autem illius de sua egestate ne sis aspernatus. pro S. R. 44 a, Hanc proscriptionem nisi hoc iudicia à uobis reijcitis & aspernamini, uidete per deos, &c. pro Sest. 9 b, Is nunquam ausus esset equitum Romanorum preces aspernari. pro Cluent. 58 b, Cuius furorem deos immortales à suis aris aspernatos esse confido. de Far. 149 b, Dicere aliquid quod omnium mentes aspernentur ac respuant. I. P. 89 b, Nemo ciuis est, qui uos non oculis fugiat, aurib. respuat, animo aspernetur, recordatione denique ipsa' consulatus tui perhorrescat. Ep. 18 a, & 54 b. & 67 b, Præsertim si in eo genere studium meum non aspernabere. Tusc. 246 a, Quos cum tristiores uidisset, XXX minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem uideretur. de Finib. 71 a, Appetere uoluptatem.) (. aspernari dolorem. Attic. 217 b, Vtrum apertè hominem asperner ac respuam, ἡσυχολιαῖς ἀπάταις. de Fin. 52 a, Et tamen à philosopho, si afferat eloquentiam, non aspernerẽ: si non habeat, non admodum flagitem. L. Maleficus.

Aspersio, onis. respersio. de L. 174 b, Nam illud uel aspersione aquæ uel dierum numero tollitur. & de D. 85 a, Aspersione fortuita.

Aspicio, cis. conspicio, tueor intueor, contueor, aspecto, in aliquem oculos conijcio, alicuius in uultu habitant oculi mei, obtutum in aliqua re figo. de Or. 98 a, Sic euolauit oratio, ut eius uim & incitationem aspexerim, uestigia ingressumque non uiderim. & ibid. Sed eam cum contẽplari cuperem, uix aspiciendi potestas fuit. pro S. R. 28 a, Propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit. de Clar. 165 b, Tanquam ad aspiciendam lucem esse reuocatũ. de Orat. 154 a, Hoc cernes, si modò aspexeris. I.C. 113 b, Illi inter se furtim nonnunquam aspiciebant. pro Syl. 181 a, Aspicite, ipsum contuemini os. de Arusp. 243 b, Sed uecors repentè sine uoce constitit: deinde respexit, & simul ad Ca. Lentulum Cos. aspexit, concidit, in curiæ penè limine. de D. 95 a, Respexitque, & equum alacrem lætus aspexit. de Ar. 245 b, Sacra, quæ uiri oculis ne imprudentis quidem aspici fas est. I.A. 175 a, Ac etiam aspicis me, & quidem ut uideris iratus. aspicere ad aliquẽ, Contueri ad cœlum.

Aspiratio, onis, afflatus, exhalatio, halitus. de D. 97 a, Quæ omnia fiunt, & ex cœli uarietate, & ex dispari aspiratione terrarum. de N. 42 b, Animantes autem aspiratione aeris sustinentur. alias, à aspiratione. de D. 107 b, Vt eius cœli aspiratio grauis & pestilẽs futura sit. Or. 242 a. I.H. Maiores nusquã nisi in uocali, aspiratione utebãtur.

Aspiro, as. accedo, peruenio, nitor, oculum adijcio, faueo. I.V. 57 b, Nemo ad alienam causam inuitis ijs, quorum negocium est, accedere aut aspirare debet. I.V. 105 a, Quid enim quisquam ad meam pecuniam me inuito aspirat? I.P. 81 a, Cum tu non modò ad eum Ciceronem, cui, &c. nunquam aspirasti, sed omnibus consilijs, quæ ad me opprimendum parabantur interfuisti. ad Her. 34 b, Magno se prædicat auxilio fuisse, quia paululum in rebus difficilimis aspirauit. Tusc. 230 b, Hæc in oculeum coniijciuntur, quò non aspirat uita beata. Tusc. 233 b, Occupauiinquit, re fortuna, atque cepi, omnesque adytus uiatos interclusi, ut ad me aspirare non posses. Epist. 100 a, Subiouí deo tibi, ultrò te etiam accersitum ab eo, ad quem cæteri propter eius occupationem aspirare non possunt. I. V. 124 b, Quando iste nisi februario mense aspirabit in curiam? de Cl. 172 a, Ex bellica laude aspirare ad Africa num nemo potest. pro Syl. 177 a, Quis tum dicit in campum aspirasse Syllam? Ora. 209 b, Sed hęc ad eam laudem, quam quærimus, aspirare non possunt. pro Qu. 17 a, Dixit Romæ domũ fuisse, quo iste ne aspirauit quidem. pro Cec. 292 b, Si mihi antè occurratur, ne non modo intrare, uerum etiam aspicere aut aspirare possim. de N. 53 b, Pulmones tum se contrahunt aspirantes, tum spiritu dilatant.

Aspis, dis. serpens exiguus perniciosissimus. pro R. P. 126 a, Demetrius aspide ad corpus admota, uita est priuatus. & de N. 69 a, Item: Si scieris aspidem occultè latere uspiam, & uelle imprudentem super eam assidere, cuius mors tibi emolumentum factura sit, improbè feceris, nisi monueris ne assideat. de Fin. 77 a.

Ἀσπονδος, Saturnus, id est immitis, Att. 220 b.

Asporto, as. Parad. 117 a, Cæteri ita fugiebãt, ut multa de suis rebus asportarent. I. V. 226 a, Is hoc signum auellendum asportandumq; curauit. I. V. 86 b, Signa plostris euecta asportataque. L. Deportare.

Asportatio, onis. I. V. 226 a.

Assa, orum. cella in balnearijs ubi tantum sudant, non etiam lauant: idcirco Seneca sudatoria uocat. l. Balnearia.

Assecla, assecłæ assectator. At. 93 b, & In Verr. 154 b, Qui potentissimorum contumaciã nõ tuli, ferrẽ huius assecłæ? de Diu. 125 a, Cæsar Troginorum tetrarchiã Deiotaro eripuit, & assecłę suo Pergameno nescio cui dedit. In Sal. 275 b, Tu omniũ mensarum assecla. I. V. 89 a, Legatorũ assecłæ.

Assectatio, onis. pro Mur. 140 b, Tenues homines, &c. habent hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem. Qu. de Pet. 210 a, Sed quoniam assectationis mentio facta est, id quoq; curandum est, ut, &c.

Assectator, oris, assecla. pro Cor. 68 a, Cum ducib. ipsis non cum comitatu assectatoribusque confligant. I. V. 114 a, Quidam assectator ex numero amicorum. Qu. de Pet 210 b, Tertia est ex hoc genere assidua assectatorum copia. & ibi. Ipsi tecum assidue sint.

Assector, aris. de Orat. 105 b, Cum ædilitatem P. Crassus peteret, eumque Seruius Gallba affectaretur, &c.

Assensio, nis. assensus, approbatio, plausus, applausus. de Cl. 174 b, Orationis genus exile, nec satis populari assensioni accommodatum. Acad. 10 b, Nunc assensione atque approbatione, quàm Græci συγκατάθεσιν uocant, pauca dicemus. de Cl. 192 a, Crebræ assensiones, multæ admirationes. de Inu. 52 b, Inductio est oratio, quæ rebus non dubijs captat assensionem eius qui cum instituta est. & ibi. Iudicatum est, res assensione aliquorum comprobata. de Fat. 148 b, Assensio fieri non potest, nisi commota uiso. & ibi. Assensio fieri non potest nulla ui extrinsecus excitata. & ibi. a, Appetitum sequitur assensio & actio. & ibi. de assensionibus multa.

Assensor, oris. Ep. 93 a, Quotidie commemorabam te unũ in tanto exercitu mihi fuisse assensorem. ad Her. 23 a.

Assensvs, a, um. Acad. 35 a, Sapiens multa sequitur probabilia, non comprehensa, neque percepta, neque assensa, sed similia ueri.

Assensvs, fus. assensio, approbatio. Assensum à certis & illustrioribus cohibere, Academ. quæst. edit. 1. lib. 2. Assensum retinere, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Quare qui aut usum, aut assensum tollit, is omnem actionem tollit è uita, 4. Acad. Præsertim quum ipsi dicatis sapientem in furore sustinere se ab omni assensu, quia nulla in uisis distinctio appareat, 4. Acad. Assensu suo comprobare aliquid, Academ. quæst. edit. 1. li. 2. Quod ni ita esset, qui potuisset assensis omnium dicere Ennius, Aspice hoc sublime, candens, quem inuocant omnes, Iouem, 2. de Nat. d. Vulgi assensu, & populari approbatione iudicari soler, 2. de Cl. Orat. assensus lubricos sustinere, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Assensus sustinere sapientem dupliciter dicitur, Academ. quæst. ed. 1. lib. 2. Obsistere uisis, assensusque suos firmè sustinere, 3. de Finib.

Assentatio, onis. adulatio, blandiciæ, blanda uanitas, blandum mendacium. pro Cl. 24 b, Is se blanditijs & assentationibus in Asinij consuetudinem penitus immersit. Atti. 213 b, Quàm enim turpis est assentatio? cum uiuere ipsum turpe sit nobis. Qu. Fr. 293 a, Græci diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi. & pro Fl. 162 b, Blanditiæ apertæ. de Am. 114 b, Semper auget assentatio id quod is cuius ad uoluntatẽ dicitur, uult esse magnũm. de Am. 107 b, Beneuolentiam ciuium blanditijs & assentationibus colligere turpe est. & 113 a, Assentatio uitiorum adiutrix procul amoueatur.

Assentatiuncvla, læ. Ep. 68 b, Ac non uereor ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam uidear.

Assentator, oris. ad uoluntatem dicens. Offic. 18 b, Cauendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures. & 9 b, Perniciosus assentator. de Am. 113 b, Assentator ad alterius nõ modo sensum ac uoluntatem sed etiam uultum atque nutum conuertitur. Tusculan. 249 b, Quidam ex eius assentatoribus Damocles, &c. Officior. 46 a, Assentatores populi, multitudinisque leuitatem uoluptate quasi titilantes. I. P. 94 b, Græculus assentator. de Orator. 153 b, & Topic. 228 a, An aliquid interfit inter assentatorem & amicum. pro Cecin. 287 b, Assentator mulierum.

Assentatorie. Qu. Frat. 316 b, Dubitare te non assentatorie, sed fraternè ueto.

Assentio, tis. assertione approbo, assentior, cum aliquo sentio, concedo. Att. 142 b, Assentio tibi, ut in Formiano potissimum commorer. Ep. 2 b, Nam aduertebatur Pompeij familiares assentire Volcatio. de Diu. 130 a, Ennius, qui magno applausu loquitur assentiẽte populo. & 81 b, Omnibus in rebus temeritas in assentiendo, errorque turpis est. Off. 4 b, Cauendum est, ne his rebus temere assentiamus. ad Brut. 90 b, Acerbissimè tulit senatus, assensum esse mihi de Planco. Epistol. 3 a, Bibulo assensum est de tribus legatis.

Assentior, ris. assentio, conuenio, probo, blandè mentior, cum aliquo sentio, plaudo, audio, in sententiam alicuius eo uel discedo, uel discessionem facio. de Or. 103 b, Tibi senatus breuiter impoliteque dicenti maximis est de rebus assensus. Att. 261 b, Is in Casca mihi ualde assensus est. pro Cor. 67 b, Neque me dissensioni meæ pristinæ putaui potius assentiri, quàm præsentibus reipub. temporibus & concordiæ conuenire. de Orator. 95 a, Illud uero quod à te dictum est, esse permulta, &c. ualde tibi assentior. de Nat. 72 a, De quibus habeo ipse quid sentiam, non habeo autem quid tibi assentiar. de Or. 160 a, Nam quæ ego illud assentio Theophrasto, &c. & 87 b, Tum ille cætera, inquit, assentior Crasso. Atric. 229 a, Timet mihi, assentitur omnia, & 110 a, Item, De Venoniani sebus tibi assentior. & 99 b, Catoni assensus est Fauonius. & Epist. 25 b, Epist. 2 b, Huic assentiuntur reliqui consulares. Atric. 101 b, Habet enim res deliberationem, etsi ex magna parte tibi assentior. Acad. 17 b, Vicio sum est assentiri quicquam falsum.

Assentor, aris. adulor, blandior. de Cl. 192 b, Hæc germana ironia est, cur ita sentiam non dicam, ne me tibi assentari putes. Epist. 132 a, Et tibi assentantur tanditu dum adulatio. de Am. 124 a, Qui ipse sibi assentatur. Attic. 123 b, Non sum ueritus, ne uiderer assentari, cui tali in re libentissime ad pedes abiecissem. Acad. 12 a, Vt nihil nobis assentari esse uideamur. de Or. 119 b, Dicam enim non reuereor assentandi suspicionem. de Am. 113 b, Postremò imperauit egomet mihi assentari omnia.

Assequor, ris. consequor, nanciscor. de N. 67 a, Ratio ne uiuimur ad eam rem, ut apertis obscura assequamur. pro Planc. 27 b, Eosdem sumus honorum gradus, quos illi assecuti. Postquàm 199 a, Vestros denique honores, quos eramus gradatim singulos assecuti. I. P. 79 b, Assequi omnes magistratus sine repulsa. de Amicit. 101 b, Vt amicitia sit, per quam quisque assequatur, quod quisque desideret. de Ar. 247 b, Nemo illorum prudentiam non dicit assequi, sed quanta fuerit perspicere potest. Epistol. 8 a, Itaque omnia quæ ne per populum quidẽ sine seditione se assequi arbitrabantur, per senatum consecuti sunt. & 81 a, Beneuolentiam tuam erga me imitor, merita nõ assequor. pro Planc. 278 b, Nunquam ego mortem potius, quàm immortalitate assecutos putaui. de L. 157 b, Quem imitaris, nunquam assequere. de Or. 96 a, Quod neque precib. umquam, nec insidiando, nec speculando assequi potui. Ar. 40 b, 41 a, Ad te quid scribam, nescio: si enim es Romæ, iam me assequi non potes: sin es in uia, cum eris me assecutus, coram agemus. ad Her. 30 b, Vt lõgitudo aut plenitudo hirum, multitudinem alterius assequatur & exæquet. de N. 36 a, Augescantque & pubescant, maturitatemq; assequantur. Off. 22 b, Nihil sequere, quod assequi nequeas. Tuscul. 168 b, Senectus nos in cursu à tergo insequens, nec opinantes afferuta est. Ar. 186 b, Non assequor, ut scribam quod æquo animo legas. Attic. 227 b, & de D. 111 a, Coniectura uel suspicione assequi aliquid. I. V. 145 a, Assequor παθητικῶν. Item: Nihil horum inuestigari, nihil assequitur. de Am. 99 a, Hos uiros bonos appellandos putemus, qui assequuntur quantum homines possunt. de In. 74 b, Vt essent non qui scriptum suum recitarent, &c. sed qui cogitationem assequi possent.

Assero, seris. affirmo, uendico. Offic. 63 a, Qui proscribunt uillam (ut ipsi asserunt) benè ædificatam. ad Her. 17 b, Vt paulò antè cum de cursoribus afferebamus. pro Fl. 154 b, Cum in causa liberali, eum qui asserebatur, cognatum suum esse diceret.

Assertio, onis. Acad. 47 a, Academici censent nihil oportere, neque profiteri, neque affirmare quenquã, neque assertione approbare, & c. l. Præcurro & Sustineo.

Asservio, seruis. seruio. Tusculan. 187 a, Qui uolunt exclamare maius, toto corpore contentioni uocis asseruiunt.

Asservo, as. adseruo, seruo. I. V. 159 b, Tum iste temperat, dum res iudicaretur, hominem ut asseruarent: cum iudicatum fit, ad se adducant. pro Arch. 187 a, Cũ Appij tabulæ negligentius asseruatæ dicerentur. I. C. 101 a, Domi meæ te asseruari rogasti. I. V. 251 b, Asseruari priuatis custodijs. Assessio, nis. Epistol. 181 a, Oblitum me te putas, qua celeritate ad me Tarento aduolaris? quæ tua fuerit assessio, oratio, confirmatio, &c.

Assessor, oris. quasi secundarius iudex, qui iuris adiendi causa principi iudici assidet. de Diui. 100 a, Iudex dæmonij regibus suis augurem assessorem dederunt. pro Cl. 39 a, Sedere propriè dicuntur iudices cum ius dicunt. unde Assessores.

Asseveranter. affirmatè. At. 247 b, Qu. Cicero ualde asseueranter cum eo locutus est. Acad. 16 a, Hæc Antiochus ferre, & Alexandriæ tum, & multis annis post, multo etiam asseuerantius in Syria.

Asseveratio, nis. Attic. 212 a, Omni asseueratione tibi affirmo, quod mihi credas uelim, maiori offensioni esse, quã delectationi possessiunculas meas.

Assevero. as. affirmo. de N. 44 b, Iti quemadmodum asseuerant ex corpusculis mundum esse perfectum? Acad. 10 a, Nemo ulla de re potest contendere neque asseuerare, sine aliqua eius rei, &c. certa & propria nota. I. V. 121 a, Asseuerat se eius rei in primis actionẽ esse daturum. de Cl. 183 b, Magni interest coràm uidere quemadmodum aduersarius de quaque re asseueret. pro Cluen. 32 b, Is pulchrè asseuerat, se, &c. I. V. 113 b, Vtrum asseuerat in hoc, an tentat? de Clar. 192 b, Bella ironia, si iocaremur: sin asseueramus, uide, &c. Orat. 220 b, Hoc meum iudiciũ de quo hoc libro tantopere asseuerauì. Att. 167 b, Asseuerare aliquid firmissimè. I. A. 175 b, Idque se facturum asseuerauit.

Assideo, des. assisto, propè sedeo. In Ver. 125 b, Sthenius est is qui nobis assidet, Thermitanus. 232 a, Nos rogatu magistratus assedimus. I. P. 96 b, Cum Cn. Põpeius. P. Lentulo frequens assideret. Ar. 8 b, Mihique ut assedit, dixit, &c. Att. 83 a, Assident, subducunt ad nummum, conuenit. In Catilin. 100 b, Consulares simul atque assedisti, partem istam subsellioruin uacuam reliquerunt. de Diuinat. 110 a, Tum in bibliotheca, quæ in Lycæo est, assedimus. de Orat. 129 b, & pro Clu. 47 a, In Tiburti forte assedimus ego & M. filius. pro Sext. Rosc. 28 a, Perorauit aliquando assedit, surrexi ego. Orat. 208 b, Curio cum cœpisset respondere, subito assedit. in Verr. 258 b, Cum lachrymans in carcere mater noctes diesque assideret. de Or. 93 b, Irrisi semper eorum hominum impudentiam, qui cum in schola assedissent, ex magna hominum frequentia dicere iuberent, siquis, &c. pro Planc. 264 b, Macedones huius repentino periculo commoti huic assident, id est assistunt. de Clar. 182 b, Itaque intelligens dicendi existimator, non assidens & attente audiens, sed uno aspectu & præteriens de oratore sæpe iudicat. de Finibus 77 a, Si scieris impruden tem super aspidem assidere uelle, improbè feceris nisi monueris.

Assido, dis. cõsido, consedeo, sedeo. Acad. 41 b, Et simul assidamus, inquam, si uidetur. & ibi paulo infrà: Quæ cum sũt dicta, in conspectu consedimus omnes.

Assidve, continenter, usque assiduus, totos dies, quotidie, omni tempore, dies atque noctes, diem & noctem nullo puncto temporis intermisso. de Clar. 194 b, Assiduissime mecum fuit Dionysius Magnes. Ep. 71 a, Literæ credo quibus assidue utor. pro Mil. 119 a, Voces quas audio assiduè, & quibus adsum quotidie. Postq. 198 b, Sic omnia desiderata magis, quàm assidnè percepta delectant. ad Her. 41 b, Vt frequenter & assiduè consequamur artis rationem. de D. 96 a, Gallos gallinaceos sic assidue cantare cœpisse, ut nihil intermitterent.

Assiduitas, atis. perseuerantia, opera quotidiana. de Natura deor. 45 a, Sed assiduitate quotidiana, & consuetudine ocolorum assuescunt animi. Quint. de Pet. 205 b, Quotidiana amicorum assiduitas & frequentia. Attic. 31 a, Terentiæ pergrata est assiduitas tua diligentia. ad Quintum Frat. 304 b, Hortensius summa assiduitate me insidiosissimè tractauit. pro Deiotar. 151 a, Eandemque assiduitatem tibi præbuit postridie. Attic. 97 b, Medici assiduitas, & tota domus omni genere diligens. & 254 a, Quintus assiduitate orationis meæ commutatus est totus. pro Sext. Rosc. 43 b, Ipse assiduitate, consilio autoritate, diligentia perfecit, ut &c. & 44 b, Assiduitate malorum sensum omnem humanitatis amisimus. pro Cor. 56 a, Talis eius in rempub. nostram labor, assiduitas, dimicatio. Off. 48 b, Propter ærarij tenuitatem assiduitatemque bellorum tributum conferre. pro Mur. 128 b, Assiduitatis & operarum harum quotidianarum putat esse consulatum. Epist. 266 b, & 99 b, Noli committere ut excusatione potius expleas officium scribendi, quàm assiduitate literarum. Epist. 99 a, Et quo consilio profectus es, id assiduitate & uirtute consequere. Ad Herennium 27 b, Et si uitabimus eiusdem literæ nimiam assiduitatem.

Assidvvs, à, um. quotidianus, frequens, continuus, diligens. At. 59 b, Audiui Romæ esse hominem, & suis se assiduum. Ep. 156 b, Frater meus in febriculam incidit assiduam. de Sen. 89 a, Bonus assiduus dominus. de Or. 97 a, Assidua & diligens scriptura, pro S. R. 21 a, Cum hic filius assiduus in prædijs esset. pro Cæl. 239 a, Cæsius fuit assiduus mecum. de Pet. 210 b, Ipsi tecum assidui sint. de Or. 148 a, Homines labore assiduo & quotidiano assueti. pro Plan. 263 a, Non enim tribum Tarentinam, sed solidam & robustam, & assiduam frequentiam præbuerunt. pro Cl. 20 b, Quotidianæ querimoniæ, assiduus fletus. pro S. R. 29 b, Hæ sunt impijs assiduæ furiæ. & 26 b, Hic ruri assiduus semper uixit. & 25 b, Qui filios suos agricolas assiduos esse cupiunt. de Or. 123 b, Magistri assidui uno opere eandem incudem diem noctemq; tundentes. Top. 221 b, Locuples enim assiduus, ut ait Aelius, appellatus est, ab ære dando. de Cl. 166 a, Flagitator non molestus, sed assiduus tamen & acer.

Assignatio, onis. attributio. Epistol. 207 a, Cæsar Syllanas uenditiones & assignationes ratas esse uoluit, contra Rullum 82 b, In Antonium 193 a, & 208 a, Assignatio agrorum.

Assigno, as. attribuo, tribuo, ascribo. I. V. 260 b, Hoc quoque attendite, apparitores à prætore assignatos habuisse decumanũ. Ep. 177 a, Æqualiter aut sorte agros legionibus assignari puto oportere. pro Do. 236, Inferiorem ædium partem assignauit suæ genti Clodiæ. Att. 48 b, Mihique ex agro tuo tantum assignes, quantum corpore meo occupari potest. de Som. 128 a, Ne manus humanum assignatum adeò defugisse uideamini. I. P. 98 b, Quid per tuum seruilũ ordines assignati? contra Rul. 64 a, Assignare agros colonis. I. A. 168 b, Duo millia iugerum agri Leontini Sex. Clodio assignasti. I. A. 205 a, Hisque militibus agros ita darẽt, assignarent, ut quibus militibus amplissimè dati assignati essent. contra Rul. 88 b, Quis assignauit? quis dedit? quis concessit præter Syllam? Quint. Fr. 305 a, Amabo te: ne hoc sceleri meo potius quàm imprudentiæ assignes At. 157 b, Quoquo modo uero se res habeat, nihil assignabis, nec patruo, nec patri. Epist. 85 b, De quo quicquid detrahas, nec esse est aut infirmitati, aut inuidiæ assignetur. Pro R. P. 126 a, Nec uerò id homini tum quisquam, sed tempori assignandum putauit ad Heren. 9 a, Hoc nostris occupationibus assignare debebis. At. 89 b, ὀνομαμία si pertorquet est, tibi assignato, te enim sequor συνεδεύσοντα. de Clar. 171 a, Hæc si minus apta uidentur huic sermoni Brute, Attico assigna. Epist. 154 a, Hoc omne assignatum iri pertinaciæ meæ uidebam.

Assilio, lis. aggredior. de Orat. 128 b, Nec assiliendum statim est ad illud genus.

Assimilis, le. similis. de N. 53 b, In pulmonibus inest raritas, quædam & assimilis spongiæ mollitudo.

Assimilo, las. similem facio, confero. de In. 51 a, Simile autem ex specie comparabili, aut ex conferenda atq; assimilanda natura iudicatur.

Assimvlo, as. simulo. Offic. 71 b, Vlysses furere assimulauit. pro Cæl. 40 a, Is multos fortes uiros specie quadam assimulatæ uirtutis tenebat. pro Cluen. 25 a, Exitum huius assimulatæ familiaritatis cognoscite. I. V. 147 a, Literæ lituræque omnes assimulatæ, expressæ de tabulis in libros transferuntur.

Assimvtatio, onis. ad Her. 36 a.

Assisto, stis. assideo. In Verr. 89 b, Seruis suis imperat Rubrius, ut ianuam clauderẽt, & ipsi ad fores assisterent. Tusc. 169 b, Accede nate, assiste, aspice, &c. pro Arch. 190 a, Alexander cum in Sycheo ad Achillis tumulum astitisset, o fortunate, inquit, adolescens, &c. de Leg. 171 a, Vt contra omnes hostium copias unus in ponte assisteret.

Assoleo, les. solo. de Amic. 96 b, Cũ in hortos D. Bruti cõmentandi causa (ut assolet) uenissemus. I. A. 176 a, Deinde (ut assolet) suffragia. de In. 77 b, Deinde quæ assolent. de Nat. hib. 2. Senatus ad quos assoleret, referendum censuit.

Assorvm, uel ut quidã legunt, Asserum. oppidũ. I. V. 222 b.

Assorinvs, uel Asserinus, ager in Sicilia. I.V. 222 b.

Assvefacio, cis. usu doceo. Epist. 57 a, Itaque orbus ijs rebus omnibus, quibus & natura me & uoluntas & consuetudo assuefecerat, cùm cæteris, tum ipsi mihi displiceo. de Cl. 175 b, Arma quę tractare cœperam, & quibus me assuefeceram. de Pro. 75 b, Cæsar cęteras nationes imperio Romano parere assuefecit.

Assvefio, fis. de Orat. 146 a, Quorum sermone assuefacti qui erunt, ne cupientes quidem potuerunt non latinè loqui. de Cla. 184. Curionis patrio instituto puto sermone assuefacta domus. I. C. 106 a, Aliquis scelerum exercitatione assuefactus.

Assvesco, scis. consuetudinem exercitationemque capio. Acad. 15 a, Si tu internosces, si assueueris. de Finibus 125 a, Vt fremitum assuesceret uoce uincere. de N. 46 a, Sed asi ductate quotidiana & consuetudine oculorum assuescunt animi. Epist. 141 a, Ego seruo & seruabo (sic enim assueui). Platonis uerecundiam.

Assvetvs, a, um. suetus, assuefactus. pro Planc. 263 b, Vicinitas nô assueta mendacijs de Ora. 148 a, Homines labore assiduo & quotidiano assueti.

Assvmo, mis. accipio, arrogo, attribuo. de Orat. 99 a Neque illum iure ciuili satis illi arti facere posse, nisi dicendi copiam assumpsisset. Ep. 197 a, Equidem aliquantum iã etiam noctis assumo. de Or. 123 b, Argumenta aut ex sua sumi ui, aut assumi foris. Top. 221 b, Alij loci in eo ipso de quo agitur hærent, alij assumuntur extrinsecus. de Or. 203 b, Si quis in aliqua arte excellens, aliam quoque artem sibi assumperit. Or. 217 b, Genus autem hoc orationis neque totum assumendum est ad causas forenses, neque omnino repudiandum. At. 34 b, Ego apud improbos meam retinuissem inuidiam, alienam assumpsissem de Fin. 55 b, Cũ nihil impedit, quo minus, &c. omnis ualuptas assumenda est omnis dolor depellendus. pro Mur. 131 b, Quam laudẽ ille, Africa oppressa, cognomine ipso præ se ferebat, eandẽ hic sibi ex Asiæ nomine assumpsit. Offi. 30 b, Illinc assumes quæ ad hunc locum pertinebunt. Offic. 56 b, Quod alteri detrahat, sibi assumat. pro Syll. 183 b, Dico illud, quod in his causis non authoritati assumo, sed pudori meo. de Ora. 89 b, Orator tractationem orationis sibi assumet pro Plan. 271 a, Vt eorum reprehensionem uos uestræ prudentiæ assumere, meæ modestiæ remittere debetis. pro Cor. 66 a, Sacra Cæreris assumpta de Græcia, id est, accepta. I. Ascitus. Part. 232 a, Assumpta uerba. Offic. 1 b, Si id mihi assumo, uideor id meo iure quodammodo uendicare. Epist. 14 a, Neque uerò ego mihi postea quiequam assumpsi, neque hodie assumo; quod quenquam maleuolentissimum iure possit offendere. pro Syll. 183 b, Ego uerò mihi nil assumo, sed, &c. de D. 130 a, Sed cùm bis sumpsit, quod uoluit, id tamen assumit, quod concedi non potest. & b, Deinde assumunt: Sed autem dij, &c. de D. 131 a, Assumit autem Chrysippus hoc modo: Sunt autem dij, &c.

Assvmptio, onis. de Diuin. 131 a, Sed demus tibi istas duas sumptiones, &c. Assumptio tamen, quam πρόλημψιν Græci uocant, non dabitur. de In. 55 b, Assumptio est per quam id quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur.

Assvmptivvs, a, um. ad Her. 5 a, de In. 45 a, 70 b, 71 a, Iuridicialis partes sunt duæ, quarum alteram absolutam, alteram assumptiuam nominamus. Assumptiua, quid sit, ibidẽ. Assumptiua pars est cũ pro se defensio infirma est, sed assumpta extranea re comprobatur.

Assvrgo, gis. honoris causa surgo. de In. 52 b, Vt maioribus natu assurgatur, ut supplicum misereatur. in P. 85 a, Nemo tibi in curiam uenientis amplius assurrexit. & de Sen. 70 a, Salutari, appeti, decedi, assurgi, &c.

Assvs, a, um. torridus, aridus, squalidus. Attic. 187 b, Pro isto asso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo, à te nitidum solem unctumque repetemus.

Assiria, æ, regio. de Fin. 87 a.

Assyrii, orum. de D. 80 a.

Ast. Attic. 13 b, Tu crebras à nobis literas expectat: ast plures ipse mittit. de L. 185 b, Ast si quando, &c. ibidem sæpe. Attic. 94 b, Hoc tu indaga, ut foles: ast hoc magis, &c. Ast autem Cic. apud Priscianum.

Astarte, quarta Venus uocatur. de N. 71 a.

Asteria, riæ. soror Latonæ. de N. 68 a.

Asto, as. In Cic. 118 b, Neque ille, qui expectans huius exitum diei astat in conspectu meo gener. pro Mar. 136 a, Nõ est astantibus omnibus necesse dicere. Postquam 102 a, Astante & audiente Italia tota. de Ar. 264 a, Maxima frequentia ciuium astante.

Astrictvs, a, um. Orat. 218 b, Nec tamen hæc ita sunt arcta & astricta, ut ea cum uelimus, laxare nequeamus. Acad. 3 a, Nam cæteri ante tenentur astricti, quàm quid esset optimum iudicare potuerũt. pro Syl. 18 b, Homines astricti tanto scelere. I. P. 100 a, Quis nõ eos pari scelere astrictos arbitretur? de Cla. 19 a, Dialectica quasi contracta & astricta eloquentia putanda est. & 196 a, Verborum astricta cõprehensio. de Nat. 5 b, Non adiutor huic ueni, sed auditor & quidem æquus, libero iudicio, nulla eiusmodi astrictus necessitate, ut mihi uelim nolim, sit certa quædam tuenda sententia. de Or. 90 b, Poeta numeris astrictior, uerborum autem licentia liberior. & 159 b, Numerus astrictus, (non merus solutus. de Orat. 170 b, Histrio astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum.

Astricte, aduerbium. de Orat. 160 a.

Oratio non stricte, sed remissius numerosa.

Astringo, is. alligo, obligo, contraho. Attic. 159 a, Quicquid ego astrinxi, ille relaxat. de N. 53 b, Aliuus cum astringitur tum relaxatur. Attic. 89 b, Tantum abest, ut ex eo, quo astricti sumus laxari aliquid uelim, ut, &c. de Vn. 170 a, Vinculorum id est aptissimum, quod ex se atque de ijs quæ astringit, quàm maximè unum efficit. I. P. 86 a, Quorum mens erat oppressa præmio, lingua astricta mercede. Para. 116 b, Voluptates quib. maximè astricti sunt. Att. 192 b, Quod per se negligeret eas leges, quibus est astrictus. de Cla. 168, A quo est disciplina Lacedæmoniorum astricta legibus. de Pro. 76 a, Sed tamen una astras, uel præmijs, uel armis, uel legibus, potest totam Galliam sempiternis uinculis astringere. pro Plan. 275 a, Et huius tanti officij seruitutem astringam testimonio sempiterno. de Fat. 214 b, Hæc arctius astringi ratio non potest. Tusc. 193 a, Stoici, qui breuiter astringere argumenta solet. de L. 180 a, Tribus modis astringi sacris hæreditatem. & 179 b, Quærunt enim qui astringãtur sacris. pro Se. 24 b, Astringi scelere. I. A. 193 a, Is magno scelere se astringeret. Of. 47 b, Astringere homines beneficijs. de Or. 195 a, Astringere orationem numeris. I. V. Quis est hic, qui ad statuam astrictus est? pro Qu. 3 b, Aliquam suis conditionibus in ipso articulo temporis astringere.

Astringens, tis. particip. de N. lib. 2. Astringentibus se, uel relaxantibus intestinis.

Astrologia, giæ. astrorum scientia. de D. 80 a, Chaldæi diuturna obseruatione sideum scientia putantur effecisse, ut prædici posset, quid cuique euenturũ, & quo quisque fato natus esset. de D. 126 b, Eudoxus in astrologia facilè princeps scribit, Chaldæis in prædictione & notatione cuiusque uitæ ex natali die minimè esse credendum. de Or. 90 b, Constat inter doctos, hominem ignarum astrologiæ ornatissimis atque optimis uersib. Aratum de cœlo stellisque scripsisse. de Sen. 87 a, Mori uidebamus in studio dimetiendi penè cœli atque terræ, Gallum familiarem patris tui Scipio. & ibid. Quàm delectabatur cum defectiones solis & lunæ multo nobis antè pdiceret. de Sen. 87 a, In astrologia C. Sulpitium audiuimus. Offic. 4 b, Pro. astrologia diuinante. de N. 49 b, De stella Saturni, & Martis, & Iouis.

Astrologvs, gi. Chaldæus interpres astrorum. de D. 99 a, Chaldæi in Syria cognitione astrorum antecellunt. de D. 98 a, Quid astrologus? cur stella Iouis aut Veneris cõiuncta cum luna ad ortus puerorum salutaris sit? Saturni Martiue contraria? I. V. 134 b, Iste nouus astrologus, qui non tam cœli rationem quàm cælati argẽti ducit. de D. 111 b, Solis defectiones, itemque lunæ prædicũtur in multos annos ab ijs, qui siderum cursus & motus numeris persequũtur. & 112 a, Iidem uident, quo in signo quæq; errantium stellarum quoq; tempore futura sit, qui exortus quoq; die alicuius signi, aut qui occasus futurus sit. de D. 8 b, Astrologorum prædictiones. de D. 126 a, Astrologorum prædictiones describere, uerbum est astrologorum præcipuum. I. Describo.

Astrvm, stri. sidus, stella. de D. 99 a, Chaldæi in Syria cognitione astrorum antecellunt. de Som. 130 a, Homines tãtummodo annum solis, id est unius astri reditum metiũtur. Tusc. 171. Et astra suspeximus, tum ea quæ sunt infixa certis locis, tum illa non re, sed uocabulo errantia. de Vn. 202 a, Has igitur ob causas nata astra sunt. I. V. 241 a, Notare initium ueris non ab aliquo astro. Att. 36 a, Ex astris cadere. Acad. 44 a. & 46 a, Quintum genus è quo astra sunt. de N. 40 a, In aere autem astra uolutur, quæ se & nixu suo conglobata continent, & forma ipsa figuraque sua momẽta sustentant.

Astvra, æ. urbs. At. 200 a. Ep. 92 b.

Astvrco, onis. ad Her. 39 b, Aut asturconi locus ante ostium detur. Est autem equus ab Asturia Hispaniæ oppido.

Astvs, stus. astutia. Offic. 65 b, Quorsum hæc? ut intelligas non placuisse maioribus nostris astus, aliàs Astutos.

Astvte, calli tè. Q. Fr. 399 b, Nihil nec temerè dicere, nec astutè reticere debeo. Attic. 129 a, Astutè nihil sũ acturus.

Astvtia, æ. pro Clu. 56 b, Quod si aut confidens astutia, aut calli ta esset audacia, uix ullo obsisti modo posset. de Finib. 132 a, Quibus abest ad præcauendum intelligendi astutia. 3 Off. 65 b, Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias.

Astvtvs, a, um. callidus, uafer, ueterator, ueteratorius, malitiosus. Of. 63 a, Homo uersutus, obscurus, astutus, fallax, maliciosus, callidus, ueterator, uafer.) (. apertus, simplex, &c. Or. 202 b, Nihil atrox, nihil mirabile, nihil astutum, &c. Ep. 38 a, Quod siquis me astutiorem fingit, quid potest esse incallidius quàm, &c. pro Mur. 125 b, Id esset hominis & astuti & ingrati.

Asty, uel astv, urbem significat, hocque nomine olim omnes ciuitates Græcie uocabantur, ut Diodorus scribit. Verùm per excellentiam quandam, Athenæ & Alexandria, ut Stephanus testatur, sic appellatæ uetustis temporibus fuerunt, non secus quàm urbis nomine, Roma intelligebatur. Cicero autem Athenas intelligit, in quam ciuitatem Theseus innumeros mortales conuocauit. ut est apud Plutarchũ. de L. 170 a. Vt nostri Attici, priusquàm Theseus eosdem migrare ex agris, & in Astu quod appellatur, omnes se conferre iussit, & Sunij erant ijdem & Atticis: sic nos & eam patriam ducimus ubi nati, & illam qua excepti sumus. Terentius quoque, In astu uenit, inquit.

Astypalea, æ. insula una Cycladum. de N. 68 b.

Asylvm, li. locus profugij. I. V. 93 b.

At, sed, atqui, uerum. Attic. 108 b, Non est in parietibus resp. at in aris & focis. Att. 73 a, At uero post hac frustra potius dabo, quàm si recte dari poterunt, committam ut non dem. de N. 77 b. Nemo quod bonus uir esset, gratias dijs egit unquam, an quod diues, quod honoratus. Epistol. 68 b, Ad properationem meam quiddam interest, non exspectare, donec, &c. at statim causam illam totam arripere I. V. 192 b, Si non bonam, at aliquam rationem afferre. Ep. 83 a, Animum tuum, & si non sapientissimi, at amicissimi hominis authoritate cõfirmandum puto. pro Dom. 239 b, Esses omnia si minus re, at uerbis consecutus. I. V. 249 b, Si minus supplicio affici, at custodiri oportebat. de Or. 114 b, Si minus ut separatim de his rebus respondeat, at certè ut in causa prudenter possit intexere. Epi. 84 a, Cæsar nunquam nisi honorificentissimè Pompeiũ appellat, at in eius persona multa fecit asperius: armorum ista & uictoriæ sunt facta, non Cęlaris. & ibi. At nos quemadmodum est cõplexus? de Fin. 81 a, At enim sequor utilitatem, manebit ergo amicitia tamdiu, quàmdiu sequetur utilitas. de Nat. 77 a, At enim minora dij negligunt, &c. Sic enim dicitis quasi ego, & cætera. de N. 65 a, At enim quæris apud Xenophontem Socrates, unde animam arripuerimus, si nulla fuerit in mundo: & ego quæro unde orationem, unde numeros, unde cantus. Epist. 140 a, At hodie penis in obscœnis est. & ibidem: At uero Piso ille Frugi quæritur, &c. de Orat. 88 a, Atque is non accurata quadam orationis copia reip. saluti fuit: at uero eius filij diserti, &c. ciuitatem dissipauerunt. de N. 77 b, At uero aut honoribus aucti, aut re familiari, &c. tum dijs gratias agimus, tum nihil nostræ laudi assumptum arbitramur. de In. 68 b, At enim qui patria potestate tribunitiam potestatem infirmat, minuit imaiestatem. id est, etenim. I. V. 58 a, At enim solum id est, ut me Siculi maximè uelint, alterum illud credo obscurũ est, à quo Verres minimè se accusari uelit. In Verr. 111 b, At enim istum soli Siculi persequuntur, ciues Rom. qui in Silicia negociantur, defendunt, diligunt.

Athamanvm, gens. I. P. 100 b.

Atavvs, ui. pro Cęlio 44 a, Pater, auus, proauus, atauus.

Atedivs, tectum nomen: id est, Cæsar. Attico libro 12. 186 b.

Atella, læ. urbs. contra Rul. 83 a.

Atellanivs, a, um. de D. 113 b, Totum omnino fatum etiã A tellanio uersu iure mihi irrisum esse uidetur.

At enim, uerùm enim. I. At.

Ater, a, um. niger ut carbo. Tuscul. 250 a, Democritus alba & atra discernere non poterat. Qu. Frat. 314 a, Risi niuem atram. I. A. 168 a, Qui albus aterue fueris ignorans fratris filium præterijt. Tusc. 191 b, Acrabilis. Nubes atræ. In Arat.

Athenæ, arum. de Orat. 86 a, Vt omittam illas omnium doctrinarum inuentrices Athenas, in quibus summa dicendi uis & inuenta est & perfecta. de Or. 146 b. Domicilium tantum in illa urbe remanet studiorum. de Cl. 196 b, Ea urbs, quæ domus est semper habita doctrinæ. & 159 b, Athenienses, quæ gens lonum habetur. Ora. 199 a, Athenienses semper fuit prudens syncerumque iudicium, de quorum urbis possessione propter pulchritudinem etiam inter deos certamen proditum est: quæ uetustate ea est, ut ipsa ex sese suos ciues genuisse dicatur, ut eorum eadem terra parens, altrix, patria dicatur: autoritate autem tanta est, ut iam fractum propè ac debilitatum Græciæ nomen huius urbis laude nitatur.

Athenienses, se. Atticus. pro Flac. 159 a, Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur. pro Flac. Athenienses olim sones habiti. Orat. 199 a, Athenienssum in loquendo prudens semper syncerumque iudicium.

Atheos, sine deo. de N. 14 a, Diagoras atheos qui dictus est: posteaque Theodorus, nonne aperte deorum naturam sustulerunt? ibid. 78 a.

Athleta, tæ. ad luctationem, certamenq; institutus. de Sen. 82 b, Cum Milo iam senex esset, athletasque se in curriculo exercentes uideret, aspexisse lacertos suos dicitur: illachrymansque dixisse, At hi quidem iam mortui sunt. & ibid. Nec enim ex te unquam es nobilitatus, sed ex lateribus & lacertis tuis. Tuscul. 183 b, & 287 a, Subduc cibum athletæ, &c. Or. 219 b, Athletæ & gladiatores, &c.

Athos, mons. de Finibus 88 a, Hellesponto iuncto, Athoque perfosso.

Atina, næ. oppidum. pro Plan. 265 a.

Atinas, tis. pro Planc. 263 a, & de Diuinat. 93 a, Campus Atinas.

Atlanticvs, a, um. de Som. 129 b, Atlanticum mare, quod magnum, quod oceanum appellatis in terris.

Atlas, antis. mons in Mauritania, & uiri nomen. Tuf. 229 b, Atlas sustinere cœlum traditur. & pro Sest. 7.

Atomvs, mi. indiuiduum corpusculum. de Fi. 52 a. Ille atomos, quas appellat, id est, corpora indiuida propter soliditatem censet in infinito inani, in quo, &c. ita ferri ut concursionibus inter se cohærescant, ex quo efficiantur ea quæ sint, quęque cernantur omnia: eumque motum atomorum nullo à principio, sed ex æterno tempore intelligi conuenire. de N. 12 b, Infinita uis innumerabilium atomorum, quæ interiecto inani cohærescant inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur, ex quo efficiuntur omnia. de N. 14 a, Abuteris ad omnia atomorum regno, & licentia. de N. 44 b, Miror esse quenquam qui sibi persuadeat corpora quædã solida, atque indiuidua ui & grauitate ferri mundumque effici ornatissimum, &c. Aca. 40 a, De corpusculorum (id enim appellat atomos) cõcursione fortuita loqui. de Fat. 145 a, Democritus autor atomorum, accipere maluit necessitate omnia fieri, quàm à corporibus indiuiduis naturales motus auellere.

ATQVE ETIAM, & uerò. Leg. Verò.

ATQVE. & uerò, &. de D. 122 a, Is à constantia atque à mente, atque à se ipse discessit. pro Fla. 146 a, In maximis periculis huius urbis atque imperij grauissimo atque acerbissimo reip. casu, socio atque auditore consiliorum, periculorumq; meorum, &c. pro Mur. 143 a, Qui ab illo in speculis atq; insidijs relicti, in capite atque in cruciib. nostris relicti fuerunt. I. C. 114 a, Atque illud, quod faciēdum primum fuit factum atque transactum est. de Or. 93 b, Atq; inquit Sulpitius, hoc primum ex te quærimus, &c. de N. 71 b, Atque hæc quidem atque eiusmodi, ex uetere Græciæ fama colecta sunt, de L. 188 a, Atque ut C. Flaminium, atque ea quæ prisca sunt, relinquam, quid, &c.

ATQVE, pro quàm. I. V. 100 b, Iste aliter atque ut dixerat, decreuit. Tuscu. 206 b, Qui suos casus aliter ferunt, atque ut alijs autore ipsi fuerunt. Attic. 277 a, Hoc ad officium meum æquè atque ad ullam aliam rem pertinet. Attic. 24 a, Hoc non dissimile est atq; in Solonium. pro Dom. 223 b, Hoc unū & idem uidetur esse, atque id quod de meipso nominatim tulisti. I. C. 215 a, Simulachrum Iouis contra atq; ante fuerat, ad orientem conuersum. de L. 172 b, In alijs rebus uersor atque tu. de Ora. 132 a, Vim uerbi in aliud atque cæteri accipiant posse ducere. de Or. 153 b, Sed paulo secus à me atque ab illo perfecta sunt. de Som. 128 b, Stellæ errantes uersantur retro, contrario motu atq; cœlum.

ATQVE, pro ut. de In. 71 a, In hanc argumentationes ex ijsdē locis sumendæ sunt, atq; in causam negociale. & cum præcedit æquè pro tam, illud atque, quàm uel ut significat. de N. 68 b, Hi coluntur æquè atque illi. pro Do. 219 a, Pompeius æquè ut unusquisque uestrum, pro salute mea laborauit.

ATQVE ADEO. I. V. 109 a, Atque adeo antequam de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi uidentur esse dicenda de dignitate, &c. Antequam. 104 b, Atq; adeo, cum hæc omnia omnib. sint acerba, tum uero nobis intoleranda. I. V. 65 b, Hoc institui atque adeo institutum referri molestè ferunt. Ar. 15 b, Ego princeps in adiutoribus atque adeo secūdus fui. pro Plan. 191 a, Insector, posco, atq; adeo flagito crimē. pro S. R. 23 a, Hoc consilio atq; adeo hac amentia impulsi, &c. pro S. R. 35 a, Quæ si prodierit atq; adeo cum prodierit, scio enim proditurum esse, & audiet, &c.

ATQVI, sed, sed enim, etenim. de Orat. 147 b, Atqui uides, inquit, Antoni &c. I. V. 137 b, Quid uero, modum haberi nullum placet, atqui habeatur necesse est. pro Planc. 176 a, Atqui eum cum uides, quo me tandem animo in te esse putas? Ep. 83 a, Atqui utebar familiarissimè Cæsare, Pompeium faciebā plurimi. Epi. 140 a, Aqui hoc Zenoni placuit; &c. pro Mil. 111 b, Atqui excelso loco superiorem se fore putabat Milo. de N. 29 b, Atqui certè nihil melius est mundo. Ar. 105 a, Atqui certè ille agere debuit.

ATRAMENTVM, ti. Epist. 139 b, Iam pater eius accusatus à M. Antonio, futorio atramēto absolutus putatur. Q. F. 316 a, Calamo & atramento temperato, charta dentata res agetur. de Natur. 51 b, Atramenti effusione sepiæ se tutantur.

ATRATVS, a, um. funebri uestimento indutus, funestus.)(. albatus. In Vat. 35 a, Cedo, quis unquam cœnauit atratus? id est, cum toga pulla. de D. 160 a, Quid, quod fluuius atratus sanguine fluxit?

ATRIDAE, Agamemnon, & Menelaus. ad Her. 22 b.

ATRIENSIS, se. seruus cui atrij cura mandabatur. I. P. 94 a, Idem coquus, idem atriensis. & Parad. 122 b, Serui atrienses.

ATRIOLVM, li. atrium minus. I. Atrium. Qu. F. 318 a, Quo loco in porticu quæ scribere aiunt, ut atriolum fiat, mihi ut est magis placebat. & Ar. 5 b.

ATRIVM, trij. primus intra ædes aditus. Qu. Fr. 318 a, Atriolū non ferre solet, nisi in ijs ædificijs fieri, in quibus est artiū maius. cōtra Rul. 62 a, Vt in atrijs auctionarijs potius quam in triuijs aut in compitis auctionētur. pro Q. 4 a, b, N. quius suos necessarios ab atrijs Licinijs, & à faucibus macelli corrogat.

ATROCITAS, tis. pro Quin. 9 b, Rei atrocitas necessitudinis nomine leuatur. de In. 68 a, Locus communis, per quem ipsius facti atrocitas aut indignitas, aut omnino culpa cum indignatione augeatur. Aca. 34 b, Atrocitas ista, quo modo in academiam irruperit, nescio. Quin. Fr. 300 b, Hæ literæ cum dicuntur, indiuidiosam atrocitatem habent. ad Heren. 7 b, Augere atrocitatem peccati. I. C. 120 b, Ego quod in hac causa uehementior fum, non atrocitate animi moueor, sed singulari quadam humanitate & misericordia.

ATROCITER, crudeliter. I. V. 268 b, Nimis atrociter minitari cuipiam. Or. 202 a, Contenta uoce atrociter dicere. pro Mil. 105 b, Atrociter ferre de aliquo.

ATROX, cis. habens atrocitatem, crudelis, atro horrendoque aspectu. pro S. R. 28 b, Res scelesta, atrox, nefaria. de Cl. 172 a, Consules de re atrociori magnaque quærere. de Or. 127 a, Genus orationis uehemens & atrox.)(. lenitatis & mansuetudinis. pro Mar. 134 a, Atrox suspicio

ATTALICVS, ca. ut Attalica Sicilia. I. V. 205 b, Attalici agri, contra Rul. 76 a.

ATTALENSIS, se. ibidem. Item 61 b.

ATTAMEN, uerùntamen. Epist. 105 b, Attamen isthæc ipsa, quæ te emisse scribis, non solum rata mihi erunt, sed etiā grata. Ep. 107 b, Attamen ne mirere unde hoc acciderit, lex sumptuaria, &c. Or. 198 b, Quem si imitare atq; exprimere non possumus, attamen qualis esse debeat, poterimus fortasse dicere. de Or. 144 a, Atq; ei si nequaquā parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritā gratiam rē ferre. de Cla. 166 a, Si non pari, at grato tamen numero.

ATTELLANVS, a, um. ab Attella Campaniæ oppido histriones dicti, unde Attellanæ & Attalaniæ fabulæ. Epist. 136 b, Quando tu secundum Oenomaum Accij, nō ut olim solebas Attellanum, sed ut nunc fit, Mimum introduxisti.

ATTENDO, dis. animaduerto, animum attendo, noto, diligenter percipio, attento animo summaq; cum benignitate audio, mentem aureque erigo, silentium orationi alicuius tribuo, animum & mentem adhibeo, aures ad alicuius uocem admoueo, attentum animum ad decoris conseruationem teneo, adsum animo.)(. Alias res ago. de In. 64 a, Hoc autem in horum locorum expositione oportebit attendere, non omnes, &c. 67 a, de In. 52 b, Si diligenter attendimus, hæc apta inter se intelligemus. & 84 a, bis, Postremo attendendum est, num, &c. de In. 43 b, Hermagoras quid dicat non attendit. Ep. Ego quia curo, attendoque id tibi, affirmo te, &c. de Fin. 126 a, Attende quæso Brute, satis ne, &c. pro Milon. 106 a, Rem gestam uobis dum breuiter expono, quæso diligenter attendite. pro Plan. 280 a, Audi audi atque attende Laterensis. de Fin. 92 a, Attendes igitur, ut soles. Epi. 80 a, Si attendas, quod facis, intelliges, &c. Ep. 36 a, Nihil errabis, si paulo diligentius attenderis ut intelligas, &c. Tusc. 224 a, Hæc lætitia quàm turpis sit, satis est diligenter attendentem penitus uidere. I. A. 212 a, Quæ tria dum explico, peto à uobis P. C. ut eadem benignitate, qua soletis, uerba mea audiatis. pro Sest 9 b, Et si me attentissimis animis summa cum benignitate auditis, tamē, &c. I. C 102 b, Percipite quæso diligenter quæ dicam, & ea penitus animis uestris mentibusquē mandate. pro Syll. 172 a, Erigite mentes aureque uestras, & me de muidiosis reb. ut ille putat, dicentem attendite. I. V. 128 b, Attendite quæso & uidete, &c. pro Arch. 186 a, Quoniam me in hac re tam diligenter attenditis. Part. 240 b, Excitare animos ut attendant. I. V. 62 a, Quid in dicendo posis nunquam satis attendi. de Orato. 157 a, Non æquè quid dicant, nisi admodum attendi, intelligo. I. V. 81 b, Quis non magnopere attendit suus quàm? hoc quidem genere causarum, ubi, &c. Epistola 13 a, Sed attende quæso, quæ sint consecuta. de Finibus 8 b, Attendere aliquem studiosè. de Orat. 132 b, Attendere & aucupari uerba oportebit. de In. 57 a, Quæ pertinent ad dicendum, ea nos melius quàm ceteri attendimus. Ep. 173 b, Attendere te uolo, quæ in manibus sunt. Orat. 215 b, Sed non attendimus, neq; exaudimus nosmetipsos. I. A. 166 a, Sed stuporem hominis attendite. I. V. 266 a, Quod iste neque attendere unquam, nec intelligere potuit. pro Qu. 14 b, Quod abs te quæso, ut diligenter attendas. pro R. P. 125 a, ut cùm lex aliqua recitaretur, primum uersum attenderet, si, &c. de Oratio. 98 a, Imò id me hercule, inquit, ipsum attendo. de In. 46 b, Humile Genus causæ, quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendendum uidetur. de Orat. 160 b, Nam ipsus, æquè prima, & media & extrema pars attendit pro Qu. 11 b, Cum attendo qua prudentia sit Hortensius, non admirror, &c. Off. 45 a, Sed cum attenderint ueniam necessitati dari, non mirabuntur, &c. I. A. 244 b, Animus tamē erit solicitus, ut nihil posit de officijs legationis attendere. Att. 249 a, Parua res est, sed tu bene attendisti. Off. 58 b, Sed si animum attenderis, turpitudinem uideas. I. V. 81 b, Quo tempore igitur aures iudex animumq; attenderet? cōtra Rul. 75 b, Sed attendite animos ad ea quæ sequuntur.

ATTENTE, silentiò, attento animo, benignè, diligenter, clementer. de Or. 108 a, Itaq; nos raucos sæpe attentissimè audiri uideo. pro S. P. 20, Vos oro ut attentè bonaq; cum uenia uerba mea audiatis. Part. 232 b, Intelligenter autē ut audiamur, & attentè à rebus ipsis ordiendū est. pro Cl. 19 a, Quæ so ut me benigne attenteq; audiatis. & 30 b, A uobis benignè attentèq; audior. I. A. 160 a, Et sum à uobis benignè & diligenter auditus. pro Cl. 51 a, Agit enim sic causam T. Actius, &c. uos attenditis & auditis silentio. pro Do. 219 b, Vestra in me attentè audiendo benignitas prouexit oratio nem meam. I. A. 152 b, Alterum peto à uobis, ut pro me dicentem benigne, alterum ipse efficiam, ut contra illum cum dicam, attente audiatis. de Cla. 182 b, Assidens & attente audiens.

ATTENTIO, onis. de Or. 122 a, Cura, attentio, animi cogitatio, uigilantia, assiduitas, labor, uno diligentiæ uerbo continentur.

ATTENTO, as. tento, pertento. pro Sest. 4 b, Quam urbem ab illa scelerata manu attētari suspicabamur. de Ar. 247 a, Cū ea attēterentur eius lingua, cuius antea manu euersa sunt. I. V. 135 b, Omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, attentare. Orato. 217 a, Compositæ orationis insidijs fidem auditoris attentare. de Orat. 153 a, Melius fuerat præterire quàm attentatum deferere. Posteq. 202 a, L. Hellius suam classem attentatam magno cum suo periculo pene sensit.

ATTENTVS, a, um. diligens, diligentiam adhibens. I. V. 102 a, Qui in re aduentitia & hæreditaria tam diligens & attentus esset. & 268 b, Vt uarietate criminum uos attentos tenerem. ad Her. 27 b, Tenere auditorem attentum. de N. 60 a, Præbebo me tibi uicissim attentum cōtra Stoicos auditorem. de Or. 138 b, Attentum commonent Græci, ut principio faciamus iudicem. ad Her. 1 b, Facere auditores attētos. de Or. 116 a, Vt eum qui audiat, beneuolū nobis faciamus, & docilē & attentū. Of. 26 b, Si attentos animos ad decoris conseruationē tenebimus. de D. 131 b, Id certè magis est attenti animi quàm furentis. Or. 216 a, Attento animo excipere aliquid. de Or. 144 a, Omne illud meridianū tempus Crassum in acerrima & attentissima cogitatione posuisse. pro S. R. 25 a, Attēta & rusticana uita. pro Qu. 2 b, Paterfamilias prudens & attentus.

ATTENVATE. de Cla. 182 b, Attenuatè pressē; dicere.

ATTENVATIO, onis. ad Her. 6 b, Defensoris narratio simplicē & dilucidam expositionem debet habere cum attenuatione suspicionis. Ibidem 20 b.

ATTENVATVS, a, um. de Cla. 191 a, Oratio nimia religione attenuata. ad Heren. 26 a, Attenuata est, quæ demissa usque ad usitatissimam puri sermonis consuetudinem. I. Acclamatio.

ATTENVO, as. imminuo, demitto, deprimo. pro Pom. 9 b, Bellum expectationi Pompeij attenuatum atque imminutum est. ad Her. 17 a, Vt hæc attenuentur, quæ supra demonstrauimus. Amplificare, ibidem.

ATTESTOR, aris. testor, testem facio. pro Mil. 114 b, Te Magne tamen attestaretur, &c. pro Sylla, De his tantum dicam quod satis est, attestante memoria omnium, neminem esse, qui, &c.

ATTEXO, xis. adiungo, applico. de Vniuers. 222 a, Vos autem ad id quod erit immortalem, partem attexitote mortalem.

ATTICE. Atticorum more. de Op. 244 a, Bene dicere est Attice dicere.

ATTICISMVS, mi. elegantia linguæ Atticæ. Atic. 66 a, Et ille latinus ἀτθικισμὸς ex interuallo regustandus.

ATTICVS, a, um. Orat. 198 b, 199 a, Demosthenes, quo ne Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas. de Cla. 179 b, Huius orationes tantū argutiarū, tantum exēplorū, tantum urbanitatis habent, ut penè Attico stylo scriptæ esse uideantur. de Or. 146 b, Suauitas sermonis Atticorum & Romanorū propria. de Cl. 170 b, Ea subtilitas, quam Attica appellant. Or. 199 a, Atticorum est inculte & horridè dicere, modo id eleganter enucleateq; fiat. & ibi. Atticorum aures teretes & religiosæ. de N. 19 b, Scito sermone Attico loqui.

ATTILIVS, lij. pro S. R. 26 a.

ATTINEO, es. I. Attinet. Or. 211 b, Quamq; attinendi magni dominatus fiēt. ad Her. 1 a, Græci scriptores ne parum multa scisse uiderentur, ea conquisiuerunt, quæ nihil attinebāt, ut ars difficilior cognitu putaretur.

ATTINET, bat. pertinet, oportet, attingit. de In. 73 a, Iudiciū de ea re fieri nihil attinuit. de Fat. 141 a, Quid igitur attinet inculcare fatum. de Finib. 119 a, Si autem eos nō probabat, quid attinuit cum his, quibus cum re conueniebat, uerbis discrepare? pro Qu. 11 a, Neque quenquam attinebat id recusare, quod, &c. Ep. 52 b, De quo quid sentiam nihil attinet dicere. Attic. 191 a, Ea re non uenit, quia nihil attinuit. de Am. 303 b, Nam hoc quidem in talibus uiris quid attinet dicere: si contendissent, scio impetraturum non fuisse. Of. 22 b, Neq; enim naturæ attinet repugnare, nec quicquam sequi, quod assequi nequeas. Epist. 261 a, Vrbem relinquimus, quàm sapienter, nihil attinet disputare. de Fin. 114 b, & pro S. R. 29 a, Hoc ad me nihil attinet: si igitur illa cultura uitium in uite insit ipsa, cætera credo uelit, quæ ad colendā uitem attinebant. Qu. Fra. 306 b, Ego quod ad me attinet, item q; arbitror cæteros, iccirco taceo, &c. Attic. 260 b, Caninium perdidi hominem quod ad me attinet, non ingratum. & 77 a, Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus reruncius insumatur in quenquam. I. V. 111 b, Alio loco, ut se tota res habeat, quod ad eam ciuitatem attinet, demonstrabitur. Ep. 3 b, Quod ad popularem rationem attinet, hoc uidemur esse consecuti, ut ne quid agi, &c.

ATTINGO, gis. tango. Ar. 79 a, & Ep. 244 a, Cappadociæ pars, quæ Cilicia attingit. I. P. 87 b, Macedonia, quæ tantis barbarorum gentibus attingitur. Att. 22 b, Attingere cœlū digito. de Leg. 107 b, Nullum hoc frigidius flumen attigi, eū ad multa accesserim. Ep. 28 b, De præda mea nec attigi, nec tacturus est quisquā. Qu. Fr. 292 a, Quæ res ad officium imperij tui pertinebunt, de his rebus serui nihil attingant. de Or. 92 a, Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent. pro Cæl. 43 a, Qui primorib. labris aliquid gustāt, & extremis (ut dicitur) digitis attingunt. pro Arc. 189 a, Si ipsi hæc neq; attingere, neq; sensu nostro gustare possemus. de Ar. 245 a, Voce tantum attigi legum initium & iudicij, cōsedit ille, &. Cr. 200 b, Isocrates præstat omnibus, qui unquā orationes attigerunt. pro Arc. 191 a, Nam quas res nos gessimus, attigit hic uersibus, & inchoauit: quibus auditis, &c. ad perficiendum hortatus sum. pro Cec. 294 a, Si ad uerbum rem uolumus attingere. de In. 60 a, Singillatim unamquamq; rem attingere. pro Dom. 235 a, Nemo fuit qui rem ullam de meis bonis attigerit. de Or. 123 b, Ab eo quod rem attingat, plures sunt argumētorum sedes. Off. 4 b, Primus ille locus qui maximè naturam attingit humanam. & 16 a, Quanquam hæc res non solum ex domestica est ratione, attingit enim & bellicam. de Or. 108 b, Opinio fuit L. Crassum non plus attigisse doctrinæ quàm, &c. de Leg. 169 b, Sed nimirum me alia quoq; causa delectat, quæ te nō attingit. de Or. 91 b, Ego qui ferò ac leuiter Græcas literas attigi, tamen, &c. & ibi. Si illa quæ ego non attigi, accesserint: id est, artes & studia. de Leg. 171 b, Quæ uon magis legis nomen attingunt, quàm si, &c. id est, non magis sunt leges, &c. Ep. 42 b, Ne qua me illius tēporis inuidia attingeret. Aca. 35 b, Et quæcunq; res eum sic attinget, ut sit uisum illud probabile, neque illa re impeditum, mouebitur. de Or. 127 a, Sic quid esset illud perquam breuiter perstrinxi atque attigi. Ep. 19 b. Et hoc quicquid attigi non feci inflammandi tui causa, sed, &c. Ar. 21 a, Strictim attingere aliquem librum. Epist. 14 a, Atque hanc quidem ille causam sibi ait non attingendæ reipublicæ fuisse. Attic. 37 a, Rempublicam nos ulla ex parte attingimus. & 147 b, Nec sumptis armis belli ullam partem attigi. Epistola 64 b, Vt primum attigi forum. pro Sestio 18 a,

Qui aliquam partem in meo lectu sceleris Clodiani attigisset. Ar.147 b, Si qua de Pompeio nostro tuendo cura te attigit. Off.48 b, Eorum autem ipsorum partim eiusmodi sunt, ut ad uniuersos ciues pertineat, partim singulos haud attingant. de Fin.130 a, Cum autem procesit paulum, & quatenus quidque se attingat, ad seque pertineat, perspicere cœpit, tum, &c. Epist.43 a, De ambitu uerò quid interest, inquies, an de maiestate? ad rem nihil, alterum enim non attigisti, alteram auxisti. I.V.252 b, Ciuitates, quæ officijs, fide, uetustate, & etiam cognatione populi Rom. nomen attingût. Qu.F.290 b, Publicanis nos summa necessitudine attingunt. I.V.113 b, Is me cognatione maximè attingit. Atti.39 a, Deinde quos in senatu ne tenuissima quidem suspicione attigerat, nominauit. Ep.206 a, Qui te aliqua necessitudine attingunt. de Fin.72 a, Sed ne suspicione quidem possum attingere.

Attingens, tis. Tusc.lib. 1. Mento summam aquam attingens. L. Stomachus.

Attraho, his. allicio, inuito, allecto, adduco. I.V.109 a, Ea me ad hoc negocium prouincia attraxit. Ar.288 a, Cum id malũ, quod uitare potueris, ultrò accersas atque attrahas. in Sal.174 a, Sallustius bis ad iudicis subsellia attractus ex trema fortuna stetit. de Am.105 a, Similitudo illicit atque attrahit ad amicitiam. Att.155 a, Puto te attractum iri, si de pace agetur.

Attrectatus, tus. Tus. 186 a, Nam attrectatu & quassu sæuum amplificatis dolorem. Poetæ.

Attrecto, as. sæpe tracto & tango, & quasi manibus tero. de Ar.250 a, Libri, quos tu cõtaminatis manibus attrectas. pro Plan.265 a, Aspicitur, nõ attrectatur: procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur. pro Cæl.41 b, Quidam dixerunt uxores suas redeuntes à cœna attrectatas esse à Cælio.

Attribuo, is. ascribo, tribuo, assigno, confero, conijcio, refero, addico, uendico, ascisco, destino, affingo. de N.78 a, At nonnunquam bonos exitus habeat boni, eos quidem ascribimus attribuimusque sine ulla ratiõe dijs immortalibus. de Sen.77 b, Qui si eruditius uidebitur disputare quàm cõsueuit, attributo literis Græcis, quarum, &c. I.V.257 a, ut alijs causam calamitatis attribueret, quæ omnis propter auaritiam ipsius accidisset. de Or.110 a, Hoc tu si cupidius factum existimas, Cæsari attribues: si familiarius, utrique nostrũ. de In.43 b, Eas sicut aliquas prauas res oratori attribuere magna amẽtia uidetur. pro S.R.20 b, Timor, quẽ mihi natura pudorque meus attribuit. Ep.29 a, Quod mihi cum illo commune erat, sibi soli attribuit. & 37 b, Si autem hoc genere delectaris, ut quæ tibi in mentem ueniant, alijs attribuas, genus sermonis inducis in amicitiam minimè liberale. & I.A. 195 b, Antonius mihi pecuniam attribuit. Att.204 b, Videbis ut tantum attribuatur, quantum debetur. & 195 b, Velim aliquando puerum uisas, eique de mancipijs, quæ tibi uidebitur, attribuas. & 196 a, Pueros attribue ei quot & quos uidebitur. Q.Fr.296 b, Insulæ, quæ erant ab Sylla Rhodijs attributę. de In.60 b, Attribuere orationem alicui rei: id est, inducere aliquam rem loquentem. I.C.105 b, Video cui Apulia fit attributa, qui habeat Heturiam. I.P.98 a, Sestertium centies & octogies ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti. & I.A. 224 a, Quantique locarint, tantam pecuniam redemptori soluendam attribuendamque curẽt. pro Fon.278 b, Ne cupido testi, autoritas attributa uideatur. pro Sest.18 a, Quæ negocij publici procuratio cogitari potuit, quæ non esset attributa atque descripta? de In.50 a. Omnes res argumentando confirmantur aut ex eo quod personis, aut ex eo quod negocijs est attributum. ac personis has res attributas putamus, nomẽ, natura, uictus, &c. & ibi. b. Negocijs, quę sunt attributa, partim, &c.

Attributus, assignatus. hinc Attributi dicebantur, quos creditoribus exigendos assignabant. Attic. 211 b, Attributos quod appelles, ualde probo.

Attributio, nis. assignatio. Ar.244 a, Brutus scripsit sese de attributione omnia summa fecisse. & 251 a, Ait enim attributionem in Idus, &c. & 253 a, Et attributio est mihi nominum ignota. de In.50 b, Ex his etiam attributionibus cõsideratur, facer an profanus, publicus an priuatus, alienus an ipsius, de quo agitur, locus sit, an fuerit.

Attritus, a, um. comminutus, consumptus, usuq; deterior factus & attenuatus. I. V. 222 a, Mentum simulachri Herculis paulo attritius.

Attero, de Cl.169 a, At uerò extra Græciam magna dicendi studia fuerunt. pro Mar.132 b, At uerò hęc tua iustitia, &c.

Avare, auidè, parcè, restrictè. Postquam.207 a, Intemperans non in auarè cœptis, sed porrò intermissis uoluptatibus.

Avaritia, tiæ. sordes, inhumanitas, auiditas. Tus.214 b, Est autem auaritia opinatio uehemens de pecunia, quasi ualde expetenda sit, inhærens & penitus insita. ad Her.32 a, Auaritia est iniuriosa appetitio alienorũ. Of.49 b, Nullum uitium est tetrius quàm auaritia, præsertim in principibus & rẽpubl. gubernãtibus. de Leg. lib. 1. Auaritia nihil fœdius. I. Senilis. de Ora.124 a, Auaritiam si collere uultis, mater eius est tollenda luxuries. pro S.R.30 b, In urbe luxuries creatur, ex luxuria auaritia existat necesse est, ex auaritia erumpit audacia. pro Quin.4 b, Nullum est officium tam sanctum atque solẽne, quod non auaritia commiuere atque uiolare soleat. I.P.98 a, Quid auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata est summam nunc explicem? pro Quin. Si hæc tecum duo uerba fecisses, quid ago? respirasset cupiditas atque auaritia paululum. Off.20 b, Ad diuitias plerique inflammati auiditate rapiuntur. pro Dom.225 b, Cum omnium locupletũ bona spe & auaritia deuorasses. de Fin. 98 a, Quis unquam fuit auaritia tam ardenti? aut tam effrenatis cupiditatibus? de Ora.121 a, Quod alieni appetens, de auaritia, &c. de Finib.123. Nec enim omnes auaritias, ut æquè auaritias esse diximus, sequitur etiam ut æquas esse dicamus.

Avarus, a, um. alieni appetens, qui omnia in pecunia ponit, sui nimium tenax, auidus, tenax, parcus, restrictus. de Or. 133 b, Cornelius homo, ut existimabatur, auarus & furax. In Vat.36 b, Vatinius in Tribunatu gratis nihil fecit, qui omnia in pecunia posuit. I.V. Homo auarissimus. & ibidẽ, Auariores magistratus.

Av. uidetur Cicero præpositionem facere. Orat.212 a, Quid si etiam abfugit, turpe uisum est? & abfer noluerunt? auferre maluerunt? quæ præpositio, præter hæc duo uerba nullo alio uerbo reperitur.

Avceps, cupis. uenator. de Orat.105 b, Leguleius quidã præcoactionum, cantor formularum, auceps syllabarum.

Avctio, onis. publica uenditio, in qua precium augetur. ad At.186 b, Ac uereor ne iste iam auctionem nullam faciat. & ib. Emptio ob hastam. in C. Ver. 118 a, Auctio facta est. pro Qu.3 a, Auctionem in Gallia se facturum esse proscribit, p Cec. 287 a Cum esset auctio hæreditaria constituta. pro S.R.22 a, Bona alicuius auctione constituta uendere cont. Rul.62 a, Constituere auctionem. & 79 b, Tabula uetrariæ auctionis, in qua scriptum fuisse aiunt, Iugera CC. in quib. oliuetum fieri potest. pro Pl.266 a, Cum ille rogasset Granium quid tristis esset, an quod auctiones essent: imò uerò, inquit, quod legiones. I.A. 174 a, Auctionis miserabilis aspectus, uestis Pompeij: & 196 b, Mulier auctionem prouinciarum faciebat. Epist.164 b, Circulator quidã auctionum notissimus. In Verr.202 a, Facere auctionem. pro Quint.3 b, Vendere auctionem. Sectores & coactores in auctionibus. I. Sector & Coactor.

Avctionarius, a, um. l. Auctionor. In Cat.108 a, Meo beneficio tabulæ non nouæ proferentur, uerùm auctionariæ.

Avctionor, aris. auctionem facio, auctione uendo, per præconem uendo, sub præcone subijcio. contra Rul.62 a, Vtrum atrijs auctionarijs potius quàm in triuijs, aut in compitis auctionentur. & 76 b, Rullus hasta posita cũ suis formosis finitoribus auctionans. pro Deio.148 a, Deiotarus auctionatus est, seseque expoliare maluit, quàm tibi pecuniam non subministrare. pro Qu.3.a, Ibi tum uir optimus Quintium deterret ne auctionetur. & 4 a, Ait se auctionatum esse in Gallia.

Avctus, a, um. cumulatus, ornatus, amplificatus, exaggeratus. Att.2 a, Filiolo me auctum scit. & 273 a, Auctus Antonij beneficio sum. ad Qu.Fr.327 b, Hircius auctus foreni detur. pro Cl.26 b, Mulier aucta pecuniaiid est ditior facta, propter hæreditatem sibi relictam. de N.97 b, At uerò horum noribus aucti, aut re familiari, tum dijs gratias agimus. & 152 a, Hæc tanta præda auctus mancipijs, argento, uestę locupletatus, cæpit, &c. pro S.Ro.20 a, Vt spolijs Sex. Roscij hoc iudicio ornati auctique discedant. de Fin.67 a, Tanta lætitia auctus sum ut mihi non constem.

Avcvpium, pij. auium captatio, & uenatio, atque etiam aliarum rerum. de Finib.69 b, Asoti, mundi, elegantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, uenatione. &c. Orat. 216 a, Si minimè animaduertetur delectatiõis aucupium. & 204 b, Ne elaborata concinnitas & quoddam aucupium delectationis manifesto deprehensum appareat. pro Cec. 297 b, Tum aucupia uerborum & literarum tendiculas in inuidiam uocant. de Senect. 89 a, Tum conditiora facit hæc superuacanei operis aucupium atque uenatio.

Avcvpor, aris. capto, consector, obseruo, quæro, uenor. Att. 97 a, Nos longis nauibus tranquillitates aucupaturi eramus. pro Cec.294 b, Leguleij aucupes syllabarũ. I. Auceps. Si uerba inter uos aucupabimur. de Or.131 b, Attendere & aucupari uerba oportebit. de Fi.79 b, Præcipitisque ut errantem aliorum opinionem aucupemur. de Or.111 b, Ars dicendi opiniones hominum & sæpe errores aucupatur. ad Her.24 b, Venari laudem modestiæ. Ep.68 b, Ac nõ uereor ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam uidear. In P.9 b, Leuitatis est inanem aucupari rumorem, & omneis umbras etiam falsæ gloriæ consectari. pro Clu. 39 a, Imperitorum hominum rumusculos aucupari. Orat. 201 b, Delectationem aliquam dicendo aucupari. pro Sex. Rosc. 22 b, Cum præsertim tam multi occupationem eius obseruent, tempusque aucupentur. pro Sest.25 a, Non fuit tam insollens in dicendo, ut omni ex genere orationẽ aucuper. pro Flacc.16 b, Cur epistolis sororis, & matris imbecilliratem aucupatur? de Or.114 a, Non ego utilitatem aliquam ad dicendum aucupãs, horum libros lego. ad Her. 4 b, Cum res sine propria lege uenit in iudicũ, quæ tamen ab alijs legibus similitudinem aucupatur. & 9 a.

Avdacia, cię. confidentia, impudentia, ceruices, addere animos alicui. de In.83 b, Audacia non contrarium est fidentiæ, sed appositum ac propinquum, & tamẽ uitium est. pro Cec.285 a, Audacia & confidentia idem. Part. 237 a, Fortitudinem audacia imitatur. Off.15 a, Animus paratus ad periculum si sua cupiditate non utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habet quàm fortitudinis. In Verr.124 a, Vir incredibili importunitate & audacia. & 118 a, Nostis os hominis, nostis audaciam. I.A. 148 a, Audacia ad omne facinus. pro Lig.140 b, Vide quid licentiæ Cæsar nobis tua liberalitas det, uel potius audaciæ. pro Syl.181 b, Perspicite quantas audacias, quàm incredibiles furores: &c. pro Dom.241. Quanquam & insolentia domi natus extulerat animos, & erat incredibili armatus audacia. In Catilin.106 a, Non mediocres hominum libidines, inhumanę audaciæ atque intolerandæ. pro Cluent. 56 b, Quod si aut confidens astutia, aut callida esset audacia, uix ullo obsisti mõ posset. pro Fl.153 b, Audacia & impudentia fretus id dicit, &c. de Inuen.42 b, Temeritas & audacia stultorum, & improborum.

Avdacivs. Or. 216 b, Poetæ transferunt tum crebrius tum audacius.

Avdacissimvs. Orat.208 b, A nobis, homo audacissimus Catilina in Senatu accusatus, obmutuit.

Avdacter, fidenter. de Cl.186 a, Is ad dicendum ueniebat magis audacter quàm peritè. Or.199 a, Post paulatim incedens exultabat audacius, in bonam partem. Br.91 a, Et quidem audacter dicebam, &c. id est, in bonam partem. I. V.135 b, Quamuis audacter, quamuis impudẽter. pro Fõ. 276 a, Audacter hoc dico, non temerè confirmo. pro Sex. R.25 b, Omnia non modò dicere, uerùm etiam libenter, audacter, libereque dicere.

Avdax, cis. confidens, proiectus ad audendum, cuius eminet audacia. Quint.39 b, Vatinius homo petulans & audax. & de Inuent.42 b, Temerarius & audax homo. In Catil.196 a, Audax ad facinus. pro Cluen.21 a, Audax mulier. de Oratore.124 a, Si causa nemini, & tu sẽper audax, quid est quod de facinore dubitare possumus. de Natur.55 b, Audax.)(. Timidus. de Fin.61 b, Alij audacesque & proterui.

Avdeo, es. non dubito. pro Lig.38 a, Vide quæso Tubero, ut qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarii non audeam confiteri At.91 b, Ausus es hoc ex ore tuo, Ennius inquit, me rogare? de Cl.166 a, Non ego tibi repromittere istuc quidem ausus sim. pro Pomp.8 b, Itaque tantum uictus efficere potuit, quantum incolumis nunquam est ausus optare. pro Mom.6 a, Imperatorem à nobis certum deposcere, neque audent, neque id facere summo fine periculo posse arbitrantur. Atti.284 b, uerba tua recognosce, & aude negare, seruientis aduersus regem istas esse preces. Orator.213 b, Nos ausi reserare.

Avdiens, tis. auditor, obediens. Ora.202 a, Itaque ille perfectus utcunq; se affectum uideri, & animum audiẽtis mouere uolet, ita certum uocis admouebit sonum. de Cl.190 b, inflammare animos audientium. & 172 b, Ad animos audientium promouendos. in Ver.94 b, Sunt illi quidẽ dicto audientes, &c. I.V.203 b, & 253 a, Respondit dicto audiẽtem fuisse Prætoris. de Diu.136 b, Istæ imagines ita nobis dicto audientes sunt, ut simulatque uelimus accurrant.

Avdientia, tiæ. audiendi attentio. I. V. 61 a, Maximam audientiã orationi meæ improbitas illius factura est. de Sen. 83 b, Facitq; persæpe sibi audientiam diserti senis compratoratio & mitis. ad Her. 41 a, Illi præco faciebat audientiã. de Orat.138 b, Facere sibi audientiam.

Avdio, is. auribus accipio, exaudio, excipio, sentio, aures meas alicui do, aures alicui patefacio, de aliquo memoriã accipio, auditionem accipio, ad aures meas uenit uel peruenit, fama & auditione accipio, auditor sum, operando, aures meæ sonum alicuius rei capiunt. ad At.115 a, De malis nostris tu prius audis quàm nos. ad Att. 273 b, Quod non prius exercitum tuum Apollonia mouisti, quàm de Antonij fuga audisti. pro S.R 40 b, Vnde uix ter in anno audire nũcium possunt. de N.79 a, Audit igitur mens diuina etiã de singulis. Ep.137 a, De isto periculo nihil audiui. & 150 a, De pręclio facto audiui. Ep.103 b, Ego te de reb' illis nõ audiam. ad Attic.77 a, Etsi hoc te ex alijs audire malo. & 113 a, Audire de aliqua re. & in Verr.221 b, & pro Cluent. 20 a, Acad.2 a, Lucullus delectabatur lectione librorum, de quibus audiebat. pro L. Flacc.164 a, Nemo illorum iudicum clarissimis uiris accusantibus, audiẽdum sibi de ambitu putauit. ad Attic. 135 a, Audi igitur ad omnes: id est, literas. & de Orat.155 a, Audiui de socero meo: id est, à socero meo. & de Clar.173 a, Audiui ista de maioribus natu, id est, à maioribus natu. I.P.88 a, In quo dij immortales meas preces audierunt. Qu.Fr.305 a, Quod precarer Deos nisi meas preces audire desiisset. Ep.21 a, Nunquam labere, si te audies. & ib. b, Tecum loquere, te adhibe in consilium, te audi, tibi obtempera. I.A.247 a, Nę ego istam sapientiam nõ audiam. I.P.88 a, Græci, &c. quos utinam ita audires, ut erant audiendi: sed audis in præsepibus, audis in stupris, audis in cibo & uino. de Na.12 b, Tanta imbuerer superstitione, si te audire uellem, ut aruspices mihi essent colendi. & 59 b, Tu Cotta si me audias, eandem causam agas. ad Attic.98 b, At uellẽ, à principio te audisse amicissimè admonentem. Ep.172 b, Si me Cæsar audisset, &c. de Or.135 a, Potest fieri, inquit, ut omnino quod te audisse dicis, nũquam audieris. & 121 a, Ex Crasso audiui, cum diceret, sibi certum esse, &c. & 110 a, Valde sum cupidus, te in illa longiore ac perpetua oratione audiendi, &c. pro S.R. 20 a, Quapropter uos oro, ut attentè bonaque cum uenia uerba mea audiatis. pro Clu.19 a, Causa quæ iam per octo annos ex contraria parte auditur. Epist.139 a, Veniunt etiam, qui me audiunt, quasi doctũ hominem. Academ.5 b, Qui mihi operam dant. de Fat.140 b, Te proponere aliquid, ad quod audiam, uolo, de Nat.d.9 b, Cleantes Zenonem audiuit, id est, Zenonis discipulus fuit, &c. Off. 1 a, Audire aliquem: id est, esse discipulum alicuius. cont. Rul. 89 b, Quæ data, uendita, patior, audio, quid deinde? I.V. 249 b, Panormi igitur? audio. & ib. Lilibeũ fortasse? uideo. Tusc.161 b, Nec Homerum audio, qui Ganimedem à dijs raptum ait, id est, nec Homero assentior. de Leg.166 a, Vt bene audiant, & rumorem bonum colligant, erubescunt. Attic.84 b, Qui me idcirco putant bene audire uelle ut ille malè audiat. de Finib.102 a, Est hominis ingenui, uelle bene audire ab omnibus. Tuscul.205 b, Erat, surdaster M. Crassus, sed aliud molestius. quod malè audiebat. I.V.100 b, Ne gratis in prouincia malè audires. Of.71 b, Quid enim

auditurum putas fuisse Vlyssem, si in illa simulatione perse uerasset? qui cùm maximas res gessisset in bello, tamẽ hæc audiuit ab Aiace. Orato. 135 a, Cùm lęgisset testis Siluis Pisonem, quod se in eum audisse dixisset, potest fieri, inquit &c. id est, qui ei maledicerent.

AVDITIO, onis. auditus, sermo dispersus, rumor. pro Pl. 271 a, Nolite fictis auditionibus, nec disseminato dispersoque sermoni credere. de Fin. 134 b, Homines fabularũ auditione ducuntur I. V. 224 a, Expete aliquid sola auditione. Ep. 112 a, Romam cùm uenissem, tenuẽ quidem auditionẽ de ea re accepi. de Or. 120 a, Auditio & cogitatio, quæ studio & diligentia præcurrit ætatem. de N. 45 a, Accipere aliqd fama & auditione.

AVDITOR, oris. qui audit, audiens, discipulus, is apud quem agitur. de Natu. 9 b, Perseus Zenonis auditor. de Fi. 137 b, Demetrius Theophrasti auditor. de Nat. 60 b, Præbeo me tibi uicissim attentum contra Stoicos auditorem. Or. 199 a. Oratorum eloquentiæ moderatrix est auditorum prudẽtia. & 208 a, Ordiri, &c. in quo aut concilietur auditor, aut erigatur. de Or. 103 b, eorum qui audiunt mentes inflammare. de Cl. 181 a, Audiẽs multitudo. & ibid. b, Si Platonẽ unum auditorem haberet Demosthenes. pro Do. 226 a, Ille ne auditor quidem suæ gloriæ, ego etiam spectator meæ laudis esse potuissem. de Clar. 182 b, Præstat etiãm illi dictus auditor indocto, quòd, &c. & 181 b, & Or. 208 a, & 217 a.

AVDITVS, a, um. pro Cor. 58 a, Virtus audita.)(. Virtus præsens, experta atq; perspecta.

AVDITVS, tus. sensus audiendi, auditio. de N. 55 a, Auditus autem semper patet. eius enim sensui, etiam dormientes egemus, à quo cùm sonus est acceptus, etiam à somno excitamur. ad Her. 77 b, Nũquid aliquo sensu perceptum sit, aspectu, auditu, tactu, odore, gustatu. de Som. 129 a, Sensus audiendi habes. Offi. 7 b, Labeo, seu quis alius, nihil enim præter auditum habeo. pro Marc. 132 b. Hoc non perinde intelligi auditu potest, atque ego ipse cogitans sentio.

AVELLO, lis. abstraho, aufero. I. V. 216 a, Hoc iste signum auellendum asportandumq; curauit. de Se. 92 a. Poma ex arboribus, si cruda sunt, ui auelluntur: si matura, decidunt. pro Fon. 283 b, Auellere atq; abstrahere filium de matris complexu. pro Do. 242 b, Vt perpetuum dolorem aulsus à meis sustinerem. de Orator. 144 b, Aulsum a cæteris. L. Emblema, & sigillum.

AVENA, næ. frumẽti genus. de Fin. 146 a, Si auenam in segete uspiam uideris.

AVENTINVS MONS, pro Mur. 127 a.

AVEO, es. cupio, auiditas alicuius rei me tenet. Att. 10 a, Vale de aueo scire quid agas. de Fi. 74 b, Cum uacui curis etiam quid in cœlo fiat, scire auemus. Ar. 33 a, Intellexi quàm suspenso animo scire aueres quid esset noui. Tusc. 173 a, Aueo enim audire quicquid est. Ar. 55 b, & de D. 82 a, Auere te certò scio quid hic agatur.

AVERNVS, ni. Tusculan. 155 b, Inde in uicinia nostra Auerni lacus.

AVERRVNCO, as. amputo, tollo, prohibeo, auerto. Att. 135 b, Contra igitur? dij, inquis, auerruncent.

AVERSOR, aris. refugio, recuso, terga do, me auerto aliò. I. V. 146 b, Cùm manifesta res esset, quærere incepimus de Carpinatio, quis nam esset is Verrutius. hærere homo, auersari, rubere. pro Cl. 55 a, Auersari aduocati, etiam uix ferre posse. sic est legendum, non aduersarij: est enim infinitus, pro imperfecto indicatiui, ut Grammatici loquuntur.

AVERSOR, oris. qui aliò aliquid auertit. I. V. 266 b, Verres ille auersor pecuniæ publicæ.

AVERSVS, a, um. qui tergà dat, alienus. de Orat. 132 b, Aduersus & auersus impudicus es. Epist. 162 a, Auersos hostes agredi. & 244 b, Cum uiderem copias à Cappadocia auersas. Tusc. 216 a, Motus auersi à ratione. Attic. 284 b, Deos auersos esse à salute populi Rom. Att. 172 b, Ille auersissimo à me animo est. Item, quidam ita à rep. sunt auersi, ut huic se hosti fauere præ se ferant. pro Ar. 189 b, Nemo est tam auersus à Musis, qui, &c. I. C. 115 a, Auersus à uero. de Dom. 86 b, Auersa aui soluere. de Orat. 163 b, Tauriscus quidam dicere solebat, eum esse actorem auersum, qui in agendo contuens aliquid pronunciaret. Att. 164 b, Nihil ego uidi tam ἀληθοποίκτον, tam auersum à suis.

AVERTO, tis. oculos remoueo, abduco. Att. 133 b, Nisi se totũ etiam atq; etiam à sermone nostro auertisset Balbus. I. A. 202 a, Lepidus Antonio diadema Cæsari imponẽte se auertit. pro Cor. 57 a, Ex illis fuit nemo, qui remoueret oculos, & se totum auerteret, ne, &c. de Am. 96 b, Tu uelim à me animum parumper auertas, Lælio loqui ipsum putes. I. A. 192 a, Cæsar Antonij furorem à pernicie reip. auertit. Ar. 256 b, Ego ueiò austro miras gratias ago, qui me à tanta infamia auerterit. de N. 21 b, Ibes auertunt pestem ab Aegypto. pro Cec. 291 b, Armis repellere, fugare, auertere aliquem. de Nat. 54 b, Architecti auertunt ab oculis dominorum ea quæ, &c. Orat. 209 b, Vt ab eo quod agitur, auertaãs. I. V. 83 a, Is auersa pecunia publica, aufugit. I. V. 78 a, Hic in quæstura pecuniam publicam Cn. Carboni Cos. datam auertit. & 184 b, Frumentum auersum à repub. abreptum ab aratoribus. I. A. 241 a, Antonius HS septies millies pecuniæ publicæ auertit. Ep. 199 b, Ne patiare Erotem hæreditatem Turianam auertere. pro Mur. 134 b, Hæc populi opinionem à spe adipiscendi auertunt. Att. 144 b, Sic me illius fugæ deformitas auert it ab amore. pro Flac. 160 b, A iudicibus oratio auertitur, uox in coronã turbamque effunditur. Ar. 274 a. Et certè nisi is Antoniũ ab urbe auertisset, perijssent omnia. & 285 à, Puer qui à ceruicibus nostris auertisset Antonium. & 279 b, Sin aliter fuerit (quod dij omen auertant) reipub. uicem dolebo. In An. 193 a, O dij immortales auertite & detestamini quæso hoc omen. & 232 a, Atque hoc quidem detestabile omẽ auertat Iupiter. Epistol. 186 a, Quod dij omen auertant. pro Sest. 18 a, Qui mentem optimi uiri fictis terroribus à defensione meæ salutis auerterant. Off. 68 b, Auertere aliquem ab errore. Epistol. 78 a, Auertere cogitationem à miseriis. de Natur. 63 a, Cum me ad respondendum compararim, repẽte auertas orationẽ. & 57 a, Nos flumina arcemus, dirigimus, auertimus, aliàs aduertimus. I A. 208 b, Auertere conatus alicuius à republica. & 226 a, Auertere legiones ab aliquo. & ibidem: Adducere.

AVFERO, fers. eripio, abripio, auerto, adimo, tollo, abduco, detraho, remoueo, præcido, obtineo. de Am. 112 b, Solitudo aufert fructum uoluptatum. I. V. 207 a, Ab hac abaci uasa omnia abstulit. pro S. R. 22 a, Multa palãm domũ suam auferebat, plura clãm de medio remouebat. I. V. 57 b, Quod unaquaque re beneficio populi Rom. iuris habebam, id tu mihi eripuisti atq; abstulisti. de Or. 133 b, Non pecuniam conseruasse dico, sed tanquam nudus nuces legeret, in uentrem abstulisse. de Off. 54 a, Oris pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat. Ar. 207 b, Academiã ab hominibus nobilissimis abstuli, transtuliq; ad nostrum sodalem. pro Quin. 3 b, Quintius à Scapulis paucos dies auferit. Orat. 105 b, Auferre responsum ab aliquo, Attic. 258 b, A Varrone adhuc ἐρρωλέσθαι illud nõ abstuli. pro Dom. 217 b. Clodius pecunias consulares abstulit à senatu. Ar. 261 b, Audiuimus Cæsarem, uerba fecimus pro Buthrotijs, liberalissimum decretum abstulimus, quod obsignatum est ab amplissimis uiris. I. V. 80 a, Auferre laudem ex aliqua re. pro Mil. 113 b, Secum auferre gloriam sempiternam. I. V. 72 a, Hi ludi XV. dies auferent. pro Quint. 5 b, Vnde eo plus opis auferet, quò minus attulisset gratiæ. Quin. Fr. 524 a, b, Si is cum eo comparatus uideretur, auriculam fortasse mordicus abstulisset. Ar. 150 a, Atticæ confirmes, me mi aimè totum amorem ab ea mecum abstulisse. de L. 191 a, Cui ne reditus quidem ad bonos, salutem à bonis potuit auferre. Ep. 21 a, Ne te auferãt aliorum cõsilia, pro Quint. 15 b, Auferre, & abducere aliquid. Or. 217 b, Detrahere, auferre, tollere. pro Quint. R. 51 b, Auferre aliquid ab aliquo. Ar. 85 b, Scaptio omnem pecuniam ex edicto meo auferendi potestas fuit. & 93 a, Sed quid potuit queri is, qui auferre pecuniam cùm potuit, noluit? I. V. 80 a, Vt alcẽdies, defensoribus istius nõ inodò spem uictoriæ, sed etiam uoluntatem defensionis auferret. & 259 b, Ne cum sensit doloris aliquo aut cruciatu spiritus auferatur.

AVFVGIO, gis. fugio. Epist. 232 b, Dionysius cùm multos libros surripuisset, nec se impunè laturum putaret, aufugit. de Nat. 48 a, Andromeda aufugiens aspectum mœstã parentis.

AVGEO, es. maius facio, amplifico, addo, accessionem facio, exaggero, cumulo, multiplico, oratione orno, uerbis, extollo, oratione, exaggero. pro Flac. 152 a, Minuis, inquit, gloriam Pompeij, imò tu ages molestiam. Off. 1 a, Quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis. contra Rul. 80 a, Augere aliquem diuitijs & locupletare fortunis. pro S. R. 16 b, Quibus rebus illi & agris, & urbibus rempub. & hoc imperiũ auxerũt. de Ar. 257 a, Hi ne honore augẽtur, monemur. postquam. 204 a, Dij quorũ beneficio & hæc tenuimus, & cæteris rebus ancti sumus. I. C. 122 b, Deorum benignitate auctas exaggeratasq; fortunas nox una penè deleuit. de Na. 46 a, Aer humorem colligẽs, terram auget imbribus. de Fato. 140 b, Nec ea quæ nunc tracto minuũt, sed augẽt potius illam facultatem. de Fat. 140 a, Sed decet augẽtem linguam latinam appellare moralem. & Att. 801 a, Augeri honore. Off. 37 a, Quę homines homini tribuunt ad eum augendum atq; honestãdum. de Ar. 257 a, Sequi illud, ne deterioribus repulsisq; honos augeatur. pro Plan. 263 b, Tota illa regio se huius honore ornari, se dignitate augeri arbitrabatur. I. A. 361 a, Idem dies nõ modò me in quisima inuidia liberauit, sed etiam celeberrima populi Rom. gratulatione auxit. & 238 a, Hos ueròò non tueri, sed augere commodis debeo & 223 b, Augeatur isto etiam honore Sulpicius. de Ar. 257 b, Eodẽ tempore suscipimur in lucem, & hoc cœlesti spiritu augemur. de Se. 30 b, Quibus non modò non orbatur, sed etiam augetur senectus. de Fi. 67 a, Tanta lætitia auctus sum, ut mihi non constem. Ar. 273 a, Auctus Antonij beneficio sum. de Am. 102 a, Auxit beneuolentiam consuetudo. de Clar. 166 a, Vt impendijs etiam augere possimus largitatem tui muneris. Ar. 183 a, Epistolæ tuæ auxerunt mihi dolorem. & 167 b, Hæc nõ antmum eius augent, sed timorem. In Verr. 136 a, Nam locupletissimi cuiusq; census extenuarant, tenuissimi auxerãt. de Cla. 168 b, Rem augere laudando.)(. uituperando rursus affligere. Epistol. 103 a, Te non modò tuendum mihi, sed etiam augendum atq; ornandum putaui. de Orat. 92 b, Qui mirabilius & magnificentius augere posset & ornare quæ uellet. Or. 201 b, Cumulatè augere aliquod munus. Off. 48 a, Neque enim uerbis auget suum munus, si quo fortè fangitur, sed etiam extenuat. Quint. Frat. 219 b, Cęsaris in nos amorem quibuscũque poterimus rebus augebimus. de L. 160 a, Genus humanum sparsum in terras atq; satum, diuino auctum est animorum munere. Ac. 44 a, Augere linguam copia uerborum. pro R. P. 128 b, Augere rem bonis & honestis rationibus. Ep. 226 a, Magnum beneficium tuũ magno cumulo auxeris. de Fin. 57 a, Augere & amplificare liquid. & Or. 208 b, Augere & amplificare res. & ad Her. 7 b, Augere peccati atrocitatem. Part. 231 b, Augere alterum, minuere seipsum. In Ara. Nam quorum stirpes tellus amplexa prehendit, Hæc augens anima uitali flamine mulcet.

AVGESCO, scis. adaugesco. de Se. 88 a, Vua & succo terræ & calore solis augesit. de Nat. 31 a, Semina. temperatione caloris oriuntur & augescunt. & 36 a, Multa, quibus animantes alantur, augescantq; & pubescant.

AVGVR, ris. interpres auguriorum. Ille in Clodio ad optãdo augur, ad Ar. 120 b. Romulus non solùm auspicatò urbem condidit, sed etiam ipse optimus augur fuisse traditur, de Diuin. 80 b. Quare quum ut augures & astrologi solẽt, ego quoq; augur publicus, &c. ad A. Cecinam. 6 Fam. Augur quæ iniusta, nefasta, uitiosa, dira defixerit, irrita infectaque sunto, 2. de Leg. Augurque quum esset, dicere ausus est, optimis auspicijs ei geri, quæ pro Reipublicæ salute gerentur, de Senẽct. Augurem à duobus ex collegio, nec amplius, nominari licebat, 2. Philipp. Augurem olim Romæ cooptari non licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus, 3. Famil. Augures, Poles, Melampus, Mopsus, Amphiarau, al Cchas, Helenus, 2. de L. Quique augures agent rem diuelli, quique populare auspicium præmonento, 2. de Legib. Augures nunciationem solùm, habebãt, 2. Philip. Cur auspijcis augures præsunt. de Natur. deor. 186. pro Dom. sua. Augures diuorum prouidẽto, cœlique fulgura regionibus ratis temperanto, urbemque & agros & templa liberata & efflata habento, 2. de Legib. Augures publici, interpretes Iouis Optimi Maximi, signis & auspicijs postea uidento, disciplinam tenẽto, 2. de Leg. Nos augures, qui Iouis Optimi Maximi interpretes, internũcijq; constituti sumus. 13. Philip. Quid iuriscõsulti? quid põtifices? quid augures, de Se. 77. Augures Sacerdotes uineta, uirgetaq; & salutem populi auguranto, 2. de L. Augurum ars & uetustate; & negligẽtia iam euanuit, 2. de Leg. Ad Augurum collegium acta magistratuum deferri solita. 2. Philip. Augurum disciplina cuiusmodi, 6 Famil. Hoc dico de futuris, quod ẽ augurum antè dicere ea, quæ uitari possunt, in Ant. 158 b, Augurum est seruare de cœlo, pro D. 221 b. Augurum ius maximum & præstantissimum in Repub. cũ est authoritati coniunctum, 2. de Legibus. Augurum ius posse à summis imperijs & potestatibus comitia tollere, consilia uel instituta dimittere, uel habita rescindere, ut res suscepta diri matur, si unus augur alio die dixeris, posse decernere ut magistratu se abdicent Consules, cum populo, cum plebe agendi ius dare aut nõ dare, legem, si non iure rogata est, tollere, nihil domi, nihil foris per magistratum gestum sine eorum authoritate posse cuiquam probari, 2 de L. Libri augurum reconditi, pro Dom. 121 b. Agurum prædictis multa incredibiliter uera cecidisse, 2. de L. Auguribus qui non paruerit, capitale esto, 2. de L. Auguribus Reges Romani sunt usi, Diuin. lib. 1.

AVGVRALIS, le. de Clar. 189 b, Vir auguralis, ut uir consularis. libri augurales de Diuin. 95 b, Epistol. 32 b, 43 b, Augurale ius, & Auguralis cœna.

AVGVRATIO, onis auspicium. diuinatio. de D. 122 a, Quæ tandem ista auguratio est ex passeribus, &c.

AVGVRATVS, a, um. auspicatus. In Vat. 33 b, In illo augurato templo ac loco.

AVGVRATVS, tus. augurium, auspicium. in Vat. 33 a, Ne diutius loquar de auguratu tuo. de D. 86, Lituus insigne auguratus. & 87 a, Scientia auguratus.

AVGVRIVM, rij. auspicium, authoritas rei benè gerendæ. de Ar. 247 b, Rerum benè gerendarum authoritates augurio continentur. de Diuin. 87 a, Ille augurio acto posse respondit. Offic. 65 a, Cum in arce augurium augures acturi essẽt. in Vat. 33 a, An quia semper tua sic egisses aspicia, fueris auguria dissoluturus? I. A. 177 a, O mea semper frustra uerissima auguria rerum futurarum. de Diuin. 80 b, Volatibus auium cantibusq; declarari res futuras. & 102 a, Addubitato salutis augurio. Episto. 83 b, Constitui apud te authoritatem augurij & diuinationis meæ. Tuscul. 155 a, Sed nescio quomodo inhęret in mẽtibus quasi seculorum quoddam augurium futurorum.

AVGVRIVS, a, um. auguralis. siue Auguriũ, ri. pro Auguratu. Epistol. 39 b, Cùm ipsam cognitionem iuris augurij consequi cupio, tum, &c. de Sen. 79 b. Scientia iuris augurandi. alias, augurij.

AVGVRO, as. diuino. de Diuin. 90 a, Nam quod ad dexterã cœpit cursum ab læua signum præpotens, pulcherrimè auguratum est, rem Romanam publicam summam fore. de Natur. 58 b, Aues quasdam rerum augurãdarum causa esse natas. de Legibus. 173 b, Sacerdotes uineta, & uirgeta, & salutem populi Romani auguranto.

AVGVRARE. ad Caluum. & de Rep. Nonius.

AVGVROR, aris. augurium ago, auspicium ago, diuino, auspicor. de Diuin. 99 a, Chalchas ex passerũ numero belli Troiani annos auguratus est. & 86 a, Ille igitur mihi uideretur uere augurari. nam nostri quidem magistratus auspicijs utuntur coactis. Tusc. 169 a, Eiq; qui uenenum præbuerat, mortem uere est auguratus. de Senect. 79 b, Scientia iuris augurandi. de diuin. 94 a, & 95 b, Idq; euenit appropinquante morte, ut animi futura augurẽtur. Ora. 200 b, Sed quid de Isocrate augurer, libet dicere. Ar. 152 a, Rectè auguraris de me (bene enim tibi cognitus sum.) pro Murẽna 239 b, Quãtũ ego opinione auguror. de Orat. 92 b, Ego quãtũ auguror coniectura, non despero fore, &c. & Att. 18 a, Quantum cõiectura auguramur. in Verr. 112 a, Cum ex nomine istius quid in prouincia facturus esset, perridiculi homines augurabantur. Epistol. 83 b, Non igitur ex alitis uolatu, nec ex cantu sinistro oscinis, ut in nostra disciplina est, nec ex tripudijs solistimis, aut somnijs tibi auguror: sed habeo alia signa, quę obseruem &c. de Am. 104 a, De Gracchi autem tribunatu quid exspectem, non libet augurari.

Avgvste, de Natur. d. 70 a, Augustè & sanctè uenerari deos. & 83 a, Augustè sanctèque consecrare aliquê. de Clar. 172 a, Aut quod de religione dici possit augustius.

Avgvstvs, a, ûm. sanctus. de Natur. d. 24 b, Omitto Eleusinã sanctam illam & augustam. pro Dom. 241 a, Locus augustus: id est, saxum sacrum. Tusc. 235 b, Ex hoc Platonis sancto augustoq; fonte nostra omnis manabit oratio. Attic. 183 b, Ipsum augustum audies.

Avia, uiæ. mater patris uel matris. ad Ar. 248 b, Cuius ab auia mater Deã manibus esset accepta.

Aviarivm, rij. locus, ubi aues domi nutriũtur. Qu. Fr. 318 a, Nihil restabat pter balnearia, & ambulationẽ, & auiariũ.

Avida, cupidè. Att. 258 a, Auidè expecto literas tuas. & 27 b, de Se. 82 a, Literas græcas sic auidè arripui, quasi diuturnã sitim explere cupiẽs. & ibi. Auidè appetere aliquid. & At. 220 b, Auidè sum affectus de Fano. I. A. 258 b, Ea res, quam auidissimè ciuitas expectat.

Aviditas, tis. cupiditas, desiderium. de Se. 86 b, Senectus mihi sermonis auiditatem auxit, potionis & cibi sustulit. Qu. Fr. 299 a, Me quædam tenet infinita in te auiditas gloriæ. de Finib. 91 a, Erat. in M. Catone inexhausta auiditas legẽdi, nec satirari poterat. Par. 124 a, Auiditas pecuniæ. I. A. 198 a, Huius mẽdicitas auiditati cõiũcta in fortunas nostras imminebat. Off. 40 b, Ad diuitias pleriq; inflammati auiditate rapiuntur.

Avidvs, a, um. ualde appetens, auarus, cupidus. pro Pomp. 5 a, Quoniam semper appetentes gloriæ præter cæteras gentes, atq; auidi laudis fuistis. pro Mar. 135 a, Auidissimus gloriæ. de Orat. 96 a, Non enim sumus nimis auidi, ista tua mediocri eloquentia contenti sumus. & 125 a, Animus nõ appetens, nõ auidus. pro Qu. Ros. 48 a b, Liberalis auidũ fraudasse dicitur. Ora. 206 a, Demosthenes, nõ semper impleat aures meas, ita sunt auidę & capaces, & sæpe aliquid immensum infinitumq; desiderant. de Se. 85 a, Vuoluptatis auidæ libidines, effrenatæ ad potiũdum incitantur. In Anton. 183 b, Mea festinatio non solum uictoriæ auida est, sed etiam celeritatis. & 198 b, Antonius ualde auidus in pecunijs locupletum.

Avis. uis. de D. 138 a, Ista enim aui uolat nulla uehemẽtius. de N. 58 b, Aues quædam & alites, & oscines, ut nostri augures appellant. ad Her. 30 b, Auiũ dulcedo ducit ad auiũ. Epistol. 108 b, Quod quasi auem albam uidentur bene sentientem ciuem uidere. de D. 86 b, Auersa aui soluere.

Avivs, a, um, quod aui fuit, contra Rul. 8 b, Paterne atque auitæ possessiones. I. V. 68 b, Res patria & auita. Tusc. 157 b, Patria & auita philosophia. Ep. 219 a, Auitum mihi hospitium est cum Lysone.

Avivm, ij. ubi nulla est uia. ad Her. 30 b, Auium dulcedo ducit ad auium.

Avla, læ. atrium, regia. pro Dom. 225 b, In fundum uicini cõsulis non instrumentum aut ornamentum aulæ, sed etiam arbores transferebantur. Epist. 224 b, Rex omni authoritate aulæ communita regnum cum dignitate obtinuit.

Avlœdvs, di. tibicen. pro Mur. 130 b, Vt aiunt in Græcis artificibus, eos aulædos esse, qui citharœdi fieri non potuerint. auletas esse, habent exemplaria emendatiora.

Avlaevm, lei. aulæ ornamentum, peripetasma, peristroma, stragula. pro Cæl. 51 a, Deinde scabella concrepant, auleũ tollitur.

Avlis, dis. oppidum & portus in Bœotia, in quo cõtra Troiam Græci coniurarunt. Tusc. 174 a, de Diuin. 121 b.

Avoco, as. Traduco, abstraho.) (. Voco. de Sen. 80 a, Senectus auocat à rebus agendis. & ibi. Senectus abstrahit à rebus agendis. de Ar. 247 a, Literæ, quæ nostros animos deterrẽt atq; auocant à religione. Ep. 50 b, Ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam auoca. I. A. 156 a, Ego nihil prætermisi, quin Pompeium à Cæsaris coniunctione auocarem. 182 a, Si te laus allicere ad rectè faciendum non poreſt, ne metus quidem à fœdisimis factis poteſt auocare. de L. 171 a, Lex uim habet ad rectè facta uocandi, & à peccatis auocandi. pro Ar. 188 a, A nullis me unquãm tempore, nullius ut commodum aut ocũ meum abstraxit, aut uoluptas auocauit, aut deniq; somnus retardauit. pro Cor. 67 a, Auocare aliquem ab aliqua contentione, à discordijs. Or. 201 a, A proprijs personis & temporibus auocare controuersiam. pro. S. R. 332 a, Mammæi quos iam ætas à pręlijs auocabat. & de D. 103 a, Qui se à corpore auocent. de Fi. 49 b, Auocare aliquem à philosophia. Ac. 41 b, Auocare philosophiam à rebus occultis. de Socrate.

Avocatio, onis. Tusc. 197 b, Auocatio à cogitãda molestia.) (. Reuocatio ad contemplandas uoluptates.

Avolo, as. At. 145 a, Experiat certè ut hinc auolem. de. D. 116 a, Cor enim potuit subito nescio quo auolare.

Avra,ræ. lenior uẽtorum flatus, fauor. In Arat. Et clinata magis paulò est aquilonis ad auras. & ibid. Nisi ara subitis auris nubem diduxerit. de arusp. 254 a, Sulpitium lõgius quã uoluit popularis aura prouexit. pro Sest. 24 a, Quem neq; periculi tempestas, nec honoris aura potuit unquã de suo cursu dimouere. pro Mur. 132 a, Totam opinionem patriæ nonnunquam commutat aura rumoris.

Avratvs, a, um. inauratus. Orat. 212 b, Auratus aries Colchorum ad Her. 12 a, Pellis inaurata arieris. Postq. 210 b, Currus auratus. Par. 125 b, Aurata tecta in uillis. Acad. lib. 2. Auratus arcus.

Avrelia via romae. I. C. 105 b.

Avrelivm tribvnal. pro Sest. 10 a.

Avrelii gradvs. pro Clu. 37 a, pro Flac. 160 a.

Avreolvs, a, um. Acad. 34 a, Est enim non magnus, uerũm aureolus libellus. & de Natur. 68 a, Aureola oratiuncula.

Avrevs, a, um ex auro pulcher. I. A 176 b, Sedebat in rostris Cæsar. in sella aurea, coronatus. pro S. R. 39 a, Venio nunc ad illud nomen aureum Chrysogoni. Oct. 330 b, Cũ tematris tuæ partum aureum esse dixi. I. A. 243 a, Aureus nummus. de N. li. 2. Illo aureo genere, ut poetæ loquuntur.

Avricvla, læ. quod circum foramen auris eminet. Qu. Fra. 316 a, Ita me, & esse, & fore auricula infima scito molliorem. ad Her. 27 a, Cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas uersarẽtur. Qu. Fr. 324 a, Auriculam fortasse mordicus abstulisset.

Avrifer, a, um. ferens aurum. Tusc. 179 b, Aurifera arbor, poetæ.

Avrifex, cis. In Verr. 212 b, Cum uellet sibi anulũ facere, aurificem iussit uocari. de Orator. 123 a, Aurificis statera.

Auriga, gæ. curruum rector, signum cœleste. de Natu. 47 b, Auriga sub læua geminorum obductus parte feretur.

Avriger, a, um. de D. 121 b, Aurigeris diuum placantes numina tauris. Poetæ.

Avris, ris. pars capitis, qua uocem haurimus, accipimus, audimus. de N. 54 b, Aures cum solum recipere debeant, qui natura in sublime fertur, rectè in altis corporum partibus collocatæ sunt. Orat. 211. a, Graues sententiæ incondiijs uerbis elatæ offendunt aures: quorum est iudicium superbissimum. ad Her. 31 b, Aurium sensus fastidiosissimus. In Verr. 18 a, Erigere aures & attẽdere animum. pro Fõ. 278 Vnum est enim & simplex aurium iudicium, & promiscuẽ, & communiter stultis ac sapientibus à natura datum. pro Plan. 273 a, Populus Rom. aures hebetiores, oculos acres & acutos habet. I. A. 219 a, Hæc uos nõ dico aio ferre, sed auribꝰ accipere potuistis? Epist. 37 a, Si cuius aures ad hãc disputationem patent. I. A. 261 a, Mea aures semper omnium præceptis & monitis patuerunt. de Orat. 103 b, Est boni oratoris multa auribus accepisse. Quint. Frat. 294 b, Regum aures patere debent querelis omnium. cõtra Rul. 87 b, Complecti sunt animi auresq; omnium, me, &c. pro Syl. 169 a, Vix ad meas aures istius suspicionis fama peruenit. pro Arch. 160 b, Vt etiam malis poetis aures suas dederet. Antequãm. 194 b, Aequi auditores adhibebuntur, aures non obtusæ criminatione, sed uacuæ præbebuntur. pro Clu. 31 a, Profecto nihil à me dicetur, quod non dignum uestris studijs atq; auribus esse uideatur. de Orat. 95 a, Qui nihil poteſt dignum hominum auribus efficere atq; edere. & 140 b, Hæc enim ferunt aures hominũ. Oct. 329 b, Deos frustra appello, quorum auris atq; animus à nobis abhorret. At. 3 b, Dare aures suas alicui. Orat. 199 a, Atticorum aures teretes & religiosæ. de Op. 244 a, Qui teretes aures habent, intelligensq; iudicium. de Cla. 175 b, Tritæ nostrorum hominum aures intelligẽsq; iudicium. de Fin. 79 a, Admouere aliquem ad aurem. Epistol. 194 a, Dare auribus, id est, adulari. prouerbium, Trebonij.

Avrora, ræ. diluculũ. in Ar. Humida non sese uestris aurora querelis Ocyus ostendet, clari præuuncia solis. de Diuin. 83 a, Cum primum gelidos rores aurora remittit.

Avrvm, ri. metallum fuluum, & præstantissimum. Aurum & argentum in urbibus & priuatim, & in fanis, inuidiosa res est, 2 de Leg. Aurum cælatum, Tusculq. quæst. lib. 5. Parad. χρυσὸν εἰρ ατμένον Græci uocant. Mitto aurum coronariũ quod te diutissimè torsit, quum modò uelles, modo nolles, in Pis. Quasi aurũ igne, sic beneuolentia fidelis periculo aliquo perspici possit, 9. Fam. Pergami nõ multum auri ratio constat, aurum in ærario est, pro Flac. Cognosce alias quæstiones, auri Tolosani, coniurationis Iugurthinæ, 3. de Natdeor. Auri argentique reconditæ uenæ, 2. de Nat. d. Non enim aurum habere præclarum sibi uideri duxit, sed eis, qui haberent aurum, imperare. de Senect. Mallem auro, argento, ære essent, 7. Famil. Lacuna in auro, 12 ad Att. Castella in quæ auro onustus asellus posset ascendere, 1. ad Att. Ex auro coronario, quod neque consumptum in monimento, neque in ærarium relatum sit, id ad Decemuiros referri iubet, 1. de Leg. Agr.

Avscvltator, oris. Par. 230 b, Nam aut auscultator est modò, qui audit, ut disceptator, &c.

Avscvlto, as. aures ad alicuius uocem admoueo. de D. 170 b, Nam istis, &c. magis audiendum quãm auscultandum cẽseo. p S. R. 35 b, Mihi auscultaſ, uide, &c. Att. 170 a, Καρυ-κάϊος, uidetur subauscultare quæ loquor. de Or. 122 b. Subauscultando quid narretur attendere. Top. 227 b, Bonis uiris subauscultantibus.

Arvspex, cis. qui, uolatibus auium inspiciendis futura prædicit. de D. 89 a, Aruspices nuptiarum. Att. 26 b, Latores & aruspices legis curiatæ.

Avspicato, bono auspicio, captato.) (. Vitiò. de D. 80 b, Romulus auspicato urbem condidit. de D. 85 b, Deiotarus nihil unquam nisi auspicatò gerit. de Nat. 28 a, Ego non iustis? qui & consul rogaui, & augur, & auspicatò? pro Mureena. 124 a, Illo die quo auspicato renunciaui, &c.

Avspicatvs, a, um. auguratus. pro Rab. 92 b, Qui in campo Martio comitijs centuriatis, auspicato in loco, crucem defigi iubes.

Avspicivm, cij. ab aspiciendis auibus augurium. de Se. 79 a, Optimis auspicijs ea geri quæ pro reipub. salute gerantur: quæ contra rempublicam fierent, contra auspicia geri. de D. 80 b, Nihil publicè sine auspicijs, nec domi, nec militię gerebatur. de Leg. 173 b, Agere auspicium publicum. de Diuin. 86 a, Auspicia, quæ alicui secunda euenerunt. Att. 120 a, Ille legibus C. Metelli contra auspicia ferendis. pro Cl. 20 b, Nubit genero socrus nullis auspicijs, nullis autoribus. de Diuin. 86 b, Appius Censor. P. Aetheum notauit, quod emẽtium auspicia subscripserit: sed ueram fuisse obnunciationem, exitus approbauit. In Vat. 31 b, Auspicia, quibus hæc urbs condita est, quibus omnis respublica atq; imperium tenetur. & 33 a, An quia tua semper sic egisses auspicia, fueris, auguria dissoluturus. & 36 b, Omnes cum te uiderint, tanquam auspicium malum detestantur. de Diuin. 117 b, Fulmen optimum auspicium habetur, si sinistrũ fuerit. & ibidem. Comitiorum solum uitium est fulmen. & 124 a, Fulmen sinistrum auspicium optimum habemus ad omnes res, præterquam ad comitia. & ibidem b, Augures præcipiunt, ne iuge auspicium obueniat, ut iumenta iubeãt disiungere. & ibid. Ex acuminibus quod totum auspicium militare est, M. Marcellus totũ omisit. & 123 b, Hæc auspicia quibus utimur, siue tripudio, siue de cœlo, simulachra sunt auspiciorum, auspicia nullo modo. & 124 b, Prætores & proconsules auspicia non habent, itaq; nec amnes transeunt auspicatò, nec tripudio auspicantur. & 125 a, Alijs à dextra, alijs à læua datum est auib. ut ratum auspicium faciant. & 124 b, Auspicio, quæ ipsi ad Pompeium proficiscẽti facta sunt. & ibi. Efficere ut ne fieri posſit auspicium. contra Rul. 72 b, Iubet auspicij coloniarũ deducendarũ causa decemuiros habere pullarios. pro Mur. 124 a, Illa solennis comitiorum precatio consularibus auspicijs consecrata. Post. 206 b, Tribunus plebis legem tulit ne auspicijs obtẽperaretur, ne obnũciare concilio aut comitijs liceret. & de Ar. 255 a, Leges Iuliæ contra auspicia latæ. Att. 13 a, Bono auspicio facere aliquid.) (. uitio nauigare. de Diuin. 86 a, Auersa aui soluere. I. Auis.

Avspicor, aris. de cœlo seruo, auspicium ago. de Natur. 28 a, Gracchus cum pomerium transiret, auspicari est oblitus. de Di. 124 b, Prætores auspicia non habent, itaque nec amnes trãseunt auspicatò, nec tripudio auspicantur. de Diuin. 96 b, C. Flaminius cum tripudio auspicaretur, pullarius diem prælij committendi differebat.

Avster, stri. uentus à meridie flans. At. 100 a, Ita bellè nobis flauit ab Epeiro lenissimus auster, & mitis. At. 255 b, Reiectus sum austro uehementi ad eãdem Leocupetram. de Sõ. 129 b, In Aquilonis austri ue partibus. de D. 120 b, Et humor allapsus extrinsecus, ut in tectorijs uidemus austro, poteſt sudorem imitari.

Avstere, durè, duriter, seuerè. pro Mur. 141 b, Agit mecum austerè & stoice Cato.

Avstervs, a, um. I. P. 95 a, Fortasse austerior & grauior esse potuisset. de Or. 152 a, Austerus homo, id est, nimium seuerus & acerbus. pro Cæl. 44 a, Agere illo austero more & modo. de Or. 152 b, Suauitas austera & solida.) (. Suauitas dulcis, decocta.

Avstralis, lis. quæ in meridie est regio. de Natur. 36 a, Aquilonaris regio.) (. australis regio. & de Som. 129 b, & in Arato.

Avt, uel. I. P. 100 a, Res ipsa aut me ipsum, aut alium quempiam, aut inuitabit, aut dehortabitur. I. V. 218 a, Quem tibi aut hominem, &c. aut uerò Deũ auxilio futurum putas? de Or. 87 b, Cætera, inquit, assentior Crasso, ne aut de C. Lælij, aut de huius genere, aut arte, aut gloria detrahamus. de Se. 89 a, Quid de pratorum uiriditate, aut arborum ordinibus, aut uinearum oliuetorumque specie dicam?

Avtem, sed, &, quidem, porrò, uerò. de Or. 90 b, 91 a, Poeta numeris astrictior paulò uerborum autem licẽtia liberior multis uerò ornandi generibus focius ac penè par: in hoc quidem certè propè idẽ, nullis ut numeris, &c. de Leg. 160 b, Est igitur prima societas, &c. inter quos autem ratio, &c. inter quos porrò est, &c. si uerò ijsdem imperijs, &c. de Diuin. 132 b, Crœsus hostium uim sese peruersurum putauit, peruertit autem suam. pro Cl. 53 a, Quæ deinde interceptio poculi? cur non deintegro autem datum? I. V. 68 b, Vt ea restitui nullo modo posſit, uix autem aliquantum recreari posse uideatur. de Leg. 162 b, Tum illud effici, quod iubsdam incredibile uideatur, fit autem necessarium, ut nihil sese plusquãm alterum diligat. pro Cec. 288 a, Cum pecunia Cęsennię ex illa hæreditate deberetur, eam porrò in prædijs collocari maximè expediret: esset autem prædia, quæ mulieri maximè conuenirent, ea uenirent, liceretur is, quem, &c. de Natur. 13 a, Sed elatus studio, uereor ne longior fuerim: erat autem difficile rem tantam inchoatã relinquere. I. V. 159 a, Cur non in media oratione mea consurgitis ac discedeitis: uultis autem istorum audacias aliqua ex parte resecare? definire, dubitare utrum, &c. Ep. 265 b, Ego hic cesso, quia ipse nihil scribo, lego autem libentissimè. & 67 a, Sed quia uidebam ciuilis belli istoriam iam penè à te esse perfectam. dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri, deesse mihi nolui, quin te admonerem. & 55 a, Sed cum leuiora non multo essent, quæ audirentur, quãm quæ uiderentur, suspicarer autem multum interesse reip. &c. putauit te de ea re esse admonendum. & 58 a, Neq; enim tu iseres, qui, qui sis nescias, &c. neq; autẽ ego sum ita demens, ut, &c. de Or. 94 b, Sed sunt quidam ita lingua hæsitantes, ut, &c. sunt autem quidam ita habiles, ut, &c. Attic. 147 a, Pridie autem apud me Crassippes fuerat, qui se, &c. attende autem in primo membro epistolæ positum.

Avthepsa, sæ. uas. Ab αὐτοέψω, qd sua sponte coquat, suppositis in inferiore fundo (duos enim fundos habuisse uideatur) carbonibus accensis, ibiq; conclusis. Sunt qui uas illud esse autument, quod passim in mensis patinis supponimus, ne cibi è iure refrigerentur. pro S. R. 40 b, Domus referta uasis Corinthijs & Deliacis: in quibus est authepsa illa, quam tanto precio nuper mercatus est, ut qui prętereuntes precium enumerari audiebant, fundum uenire arbitrarentur.

Avtor, ris. suasor, ipulsor, hortator, machinator, architectus, adiutor, monitor, cõsiliarius, magister, dux, præfectus, princeps, effector: præceptor, laudator, signifer, testis, ascriptor. Att. 147 b, Senatui cùm primũ potui pacis autor fui. & ibidem:

dem: Eo tempore non modo ipse autor dignitatis tuæ fui, uerum etiam cæteris autor ad te adiuuandum. & 225 b, Ea ratio ædificandi initur, consiliario quidem & autore Vestorio. & 279 b, Nam illi magnopere autor fui, ne differret tempus petitionis suæ. & 145 b, Ego quidem non sum autor, si Pompeius Italiam relinquat, te quoq; profugere. & 242 b, Sed autor nõ sum, ut te urbi cõmitas. & 246 b, Hircius mihi ut absim uehemẽter autor est. Epistol. 86 a, A me consilium petis, qui sim tibi autor in Sicilia ne subsidas, an proficiscare, &c. & 17 b Ego tibi sum autor, ut quibus rebus possis, eum tibi ordinem reconcilies. de Leg. 166 b, Tibi magnopere autor sum, ut aliquando, &c. Postquàm. 260 a, Cum enim in me restituendo autorem ascriptoremque fuisse uideatis. pro Dom. 219 a, Hic mihi grauissim' autor ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adiutor ad rem perficiendam fuit. de Ar. 247 b, Habeo autores & magistros religionum colendarum maiores nostros, qui, &c. pro Plan. 265 b, Crassus maximarum societatum autor, plurimarum magister. Attic. 120 a, Ille legibus contra auspicia ferẽdis autor. & 132 a, Non mihi satis idonei sunt autores ij qui à te probantur. de Orat. 147 b, Quare omnes istos me autore deridere. & 122 b, Quos tu cum haberes autores, miror cur, &c. & 135 a, Non uereor ne quis iam in isto genere me leuiorẽ putet, quoniam quidem tu Fabricios mihi autores protulisti. de Cla. 176 a, C. Licinius diligẽtia & uirtute animi atque uita bonus autor in senatu. pro Fla. 135 b, Præclarus iste autor suę ciuitatis: id est, qui testis eam uituperat. Epist. 183 b, Autor alicuius interficiendi. pro Flac. 157 a, Hunc habẽt autorem Trailiani doloris sui, & autorem querelarum. I.A. 165 b, Autor ad faciẽdum aliquid. Postquàm. 201 a, Qui rerum mearum gestarum autores, testes, laudatoresq; fuerũt. & 200 b, Cũ duo Consules empti, pactione prouinciarum autores se inimicia Reipublicæ tradidissent. pro Mur. 139 a, Hæc M. Cato autoribus eruditissimis inductus arripuit. Att. 225 a, Id certis autoribus comperi. Orat. 197 b, Non solùm intelligendi, sed etiam dicẽdi grauissimus autor & magister Plato. de Clar. 169 b, M. Cethegus, cuius eloquẽtiæ est autor, & idoneus quidem, mea sententia Quint. Ennius. Offic. 75 a, Polybius bonus autor in primis scribit, &c. Officio. 71 b, Apud Homerum optimum autorem, talis de Vlysse nulla suspicio est. Orat. 216 a, Aristoteles autor optimus. Att. 166 a, & 167 b, Autor luculentus, id est exploratus, certus. & 190 b, Habeo nonnullos ex ijs, quos nunc lectito autores, qui dicant fieri id oportere. pro Mur. 131 a, Vt aut ingeniosus poeta, & autor ualde bonus. de Ora. 163 a, Orationem eandem aliam esse putari autore mutato. & 168 b, Te rerũ Romanarum autorem laudare possum religiosissimum. & 160 a, Cum differendo par esse non posset, ad autores confugit. Or. 213 b, Isocrates orationis ornandæ autor locupletissimus. Atti. 119 a, Quasi locupletior mihi sit quærendus autor quàm Socrates. Item, Ille Plato, quem ego autorẽ uehemẽter sequor. de N. 4 a, Non enim tam autores in disputando quàm rationis momenta quęrẽda sunt. Att. 103 a, Cæcilius malus autor latinitatis. pro Fõ. 277 a, Quis est ex eo numero, qui uobis autor placeat? eo nos iam laudatore & teste utemur. de Cla. 168 b, Thucydides autor locuples. I.V. 166 b, Habes autorem idoneum. de Cla. 165 a, b, Cum appius Cæcus de plebe consulem nõ accipiebat, M. Curius patres antè autores fieri coegit. Att. 279 a, In hoc honore extraordinario nemo magistratus autor extitit. pro Flac. 157 b, Siluerunt principes, neq; ipsius decreti ac testimonij autores esse uoluerunt. Top. 224 b, Soluere pupillo tutore autore. pro Cecin. 278 b, Quod mulier sine tutore autore promiserit, non deberi. pro Cecin. 195 a, Actio in autorem præsentem. & 290 a, P. Cæsennius autor fundi, non tam autoritate graui, quàm corpore. de Ora. 126 a, Neq; actor sum alienæ personæ, sed autor meæ. & 101 a, Multi ingenio sibi autore dignitatem perpererunt. At. 44 a, Quidam boni nuncij non optimis tamen autoribus. & 118 b, Autor reipublicæ. Epist. 146 b, Præbere se autorem, principem, & ducem senatui. Or. 102 b, Definirem hunc reip. & rectorem publici consilij autorem esse habendum. Itẽ Cn. Pompeius, qui uoluit me fui facti, fui iudicij, sui beneficij esse & prædicatorem & auctorẽ. de Cl. 174 a, Autor legis.)

(. Dissuasor. Off. 74 a, Atque huius deditionis ipse suasor & autor fuit. Part. 238 b, Non enim supplex ut ad iudicem uenit orator, sed hortator atq; autor. Laudare autores, de Or. 106 b, & de Cla. 168 b, Id est, nominatim citare, uel nominare. de Fin. 128 b, Fruendi rebus his, quas, &c. princeps Carneades, non ille quidem auctor, sed defensor disserendi causa fuit. Aca. 2 a, b, Ego cum grẽcas literas M. Catonem in senecture didicisse acceperim, nullum iam græcarum literarum autorem requiro. Attic. 90 a, Cum mihi autor placeret, erat enim ἱστορικώτατος, & uixerat in Peloponneso, admirabar tamen, &c.

Avtoramentvm, ti. obligatio & nexus. Offic. 30 b, Est enim in mercenarijs ipsa merces autoramentum seruitutis.

Avtoritas, tis. pondus, momentum, testimonium, existimatio, uis, fides, ius.)(. persona leuis. I.V. 123 b, Existimatio atque autoritas nominis populi Romani, imminuta. de D. 93 b, Hunc ergo antepones Platoni qui ut rationem non redderet, autoritate tamen hos minutos philosophos uincere. de N. 61 b, Tu autoritates omnes contemnis, ratione pugnas. de N. 4 a, Autoritas sine ratione plerunque obest. de Clar. 196 b, Id autoritatis habet parum. Officio. 39 b, Iustitia sine prudentia satis habet autoritatis. de Sen. 90 a, Senectus honorata maximam habet autoritatem de Di. 81 a, Pythagoras diuinationem magnam autoritatẽ tribuit. & ibid. Dicæarchus ijsdem rebus fidem tribuit. Epistol. 2 b, Nos in causa eo minorem autoritatem habemus, quòd tibi debemus. & Att. 118 a, Quam enim ille autoritatem habeat in hac causa. de D. 31 b, & 132 a, Autoritatem nullam debemus nec fidem commentitijs rebus adiungere. Ep. 6 b, Nostra defensio dignitatis tuæ propter magnitudinem beneficij tui plerique officijs maiorem autoritatem habere uidetur, quam sententiæ. de Nat. 78 b, Stoici poetis deferunt autoritatem. de Nat. 77 a, Inuita hoc loco uersatur oratio? uidetur enim autoritatem afferre peccandi. de Sen. 90 a, Non cani, non rugæ repentè authoritatem afferre possunt. pro Deiot. 149 b, Si hoc à tanta autoritate fuerit approbatum. de Sen. 90 a, Apex senectutis est autoritas. Attic. 146 b, Peducei autoritas multum apud me ualet. Attic. 242 a, Peducei autoritas magna quidem apud me, & in primis grauis. I. A. 215 a, Quam igitur municipijs ad excludendum Antonium authoritatem damus? Offic. 18 b, Hisq; etiam maior quam ante tribuẽda est autoritas. I. A. 186 a, Vt præstantissimis ducibus à nobis detur authoritas. de D. 137 a, Neminem cognoui qui maiore authoritatẽ nihil diceret. I.A. 236 a, Opus est nobis homine, qui habeat authoritatem, nomen, &c. de Sen. 77 b, Vt maiorem authoritatem haberet oratio. I.A. 243 b, Lentonis Cæsennij Septemuiralis authoritas. pro Font. 278 b, Ne cupido testi authoritas attributa uideatur. de Sen. 77 b, Ne parum authoritatis esset in fabula. Ost. 74 a, Vtilitatis species falsa ab honestatis authoritate superata est. de Sen. 84 b, Appius tenebat nõ modò authoritatem, sed etiam imperium in suos. de D. 87 a, Gracchus auspiciorum authoritatem confessione errati sui comprobauit. & ibi. Aruspicum disciplinæ magna accessit authoritas. & ibi. b, Sors contemnẽda non est, si authoritatem habet uetustatis. pro Cor. 61 a, Authoritate & exemplo alicuius facere aliquid. At. 124 a, Tua autem authoritas uehementius mouet. pro Cor. 67 b, Si mea authoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet. de At. 254 b, Et eo fecisse authore se dicebat, cuius authoritatis neminem posset pœnitere. de Orat. 101 a. Bibliothecas omnium philosophorum unus mihi uiderur. XII. Tabularum libellus, & authoritatis pondere, & utilitatis ubertate superare. & ibi. Autoritate nutuq; legum docemur coercere omnes cupiditates. de Sen. 90 a, Quorum non in sententia solum, sed etiam in natu residebat authoritas. Orat. 208 a, Hoc & authoritatem orationi affert & fidem. de Orat. 131 a, Suspicio artificij imminuit & oratoris autoritatem, & orationis fidem. pro Flac. 150 b, Nunc uero quam habere autoritatem, aut quam fidẽ possunt. & 159 a, Habere autoritatem apud aliquem. Att. 154 b, Eius igitur mihi uiuit autoritas, & filius eodem est apud me pondere. & 123 b, Quò plus in suadendo autoritatis haberem. & 262 b, Non dubitabam, quin consulum literæ apud te plurimum autoritatis haberent. Orat. 213 a, Habet autem ut in ætatibus autoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas. pro Syl. 168 b, Nec testimonio fidem tribui conuenit, nec defensioni autoritatem. pro S. R. 45 b, Non eandem uim & autoritatem habẽt aduersaria quàm tabulæ. pro Quint. Rosc. 45 b, Quod apud omnes leue atq; infirmum est, id apud iudicem graue & sãctum esse dicetur? pro Flac. 148 a, Huius rei quæ sit uis, quę autoritas, quod pondus, ignorant. pro Pom. 73 b, Tametsi cognoscis authoritates contrarias clarissimorum uirorũ tamen omissis autoritatibus, ipsa re & ratione possumus exquirere ueritatẽ. Tusc. 153 b, Autoritas ad aliquid probãdum & solet & debet ualere plurimum. ad Her. 24 b, Quod si illorum autoritate remota, tes omnes uolent cum re compare, intelligẽt, &c. & ibi. De autoritate & uetustate autorum. pro Mur. 140 a, Tolle mihi è causa nomen Catonis, remoue ac prætermitte autoritatem, cõgredere mecum cri minib. ipsis. pro Mur. 140 a, Si autoritatibus hãc causam cõfirmãdi putatis, est nobis autor uir bellorum peritissimus, &c. pro Pom. 12 a, De quo homine uos, id quod maximè facit autoritatem, tanta & tam præclara iudicia fecistis. pro Flac. 154 b, & pro Mur. 145 b, Quia de tabulis publicis recitat, quæ in accusatoris potestate fuerunt, non debet habere autoritatem. pro Ar. 187 a, Tabulæ, quæ solæ obtinent publicarum tabularum autoritatem. Anteq. 195 a, Nemo tam perdita autoritate, tam facinorosa uita inuẽtus est, qui, &c. & ibi. Qui neq; tanta ualetis autoritate, neq; , &c. pro Do. 236 b, Posterat enim autoritatem in uno, quæ in his omnibus. pro Dom. 237 a, Autoritas propter cõiunctionẽ affinitatis minor est putanda. pro S. R. 18 b, Vir in quo sum ma autoritas est & amplitudo. de In. 60 b, Grauissima autoritas. de Or. 122 b, Vir autoritate grauis, gloria clarus. contra Rul. 75 a, Homines autoritate tenui. Epist. 67 a, Autoritas testimonij tui. At. 106 a, Tanta autoritate dux, tanta audacia. Attic. 173 a, Habere pondus, id est, autoritatem. de Cl. 174 b, Esse in aliquo numero. de Or. 162 b, Esse in nullo numero. Ep. 6 b, De autoritate & sua alicuius scribere aliquid. i. ex autoritate. Ep. 54 a, Ex autoritate alicuius gerere magistratũ. I.A. 201 b, Cæsar nõdum interposita autoritate uestra, suo consilio atq; iudicio Antonij ut hostem arcuit. Epistol. 7 a, Offensionem esse periculosam propter interpositam autoritatem, religionemq; uideo. Epistol. 3 a, De his rebus, pridie quàm hæc scripsi, senatus autoritas grauissima intercesserat. Offic. 74 a, Sine autoritate senatus facere aliquid. Itẽ, Iniussu senatus facere aliquid. pro Cec. 299 a, Rata autoritas harum rerum à iure ciuili sumitur. Offic. 8 b, Aduersus hostem æterna autoritas. I.V. 67 b, Legationes cum publicis autoritatibus ac testimonijs uenerunt. item, In tabellis nihil erat autoritatis. I.V. 33 b, In rostris, quò autoritatis exquirendæ causa cæteri Tribuni plebis principes ciuitatis ducere consueuerunt. pro A. Cecin. 295 a, Lex usum & autoritatem fundi iubet esse biẽnium. Top. 222 b, Vsus autoritas fundi biennium est. Quæ autem extrinsecus assumuntur, ea maximè ex autoritate dicuntur. item: Iurisperitorum autoritas. item Top. 227 a, Ad faciendam enim fidem autoritas quæritur. & ibi de autoritate multa præclara. de Ar. 246 b, & 247 a, Multæ sunt domus in hac urbe iu re optimo, sed tamen iure priuato, iure autoritatis, iure mãcipij, &c. Epistol. 6 b, 7 a, Eaq; quæ de ea reductione scripta autoritas tantam uim habet ut, &c. & 118 b, Siquis huic se natusfõsulto intercessisset, autoritas perscriberetur. de Orator. 143 a, Et eundem, id quod in autoritatibus perscriptis extat, scribendo affuisse.

Avtoror, aris. militiæ sacramento obligor. Epistol. 164 b, Quia cùm depressus in ludum bis gratis depugnasset, autorari sese nolebat, & ad populum confugerat. aliàs, & quidem melius, autore.

Avtomedon, ontis. pro S.R. 35 a, Automedontem illum sui sceleris acerbissimi, nefariæq; uictoriæ nuncium.

Avtvmnalis, le. in Arat. Antumnale lumen.)(. Vernum'.

Avtvmnvs, ni. Partit. 233 a, Vt hyems, uer, æstas, autumnus.

Avtvmo, as. opinor, censeo, puto. Orat. 213 a, Bene quam meritam esse autumas, dicis male mereri. Top. 225 b.

Avvncvlvs, culi. matris meæ frater. de Orat. 140 a, P. Tubero Africanum auunculum laudauit. & de Fin. 91 a, de Clar. 194 b, Drusus tuus magnus auunculus.

Avvs, ui. patris & matris pater. p Murena. 120 a, Proauus L. Murenæ & auus Prætores fuerunt. & pro Deiotaro 149 a, Idem auiæ frater, aut patris, matris ue auunculus.

Avxiliarivs, a, um. Epist. 165 a, Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi Asinij Pollionis. de Pro. 72 a, Res in Sardinia à propræto re una cohorte auxiliaria gesta.

Avxilivm, lij. subsidium, præsidium, adiumentum, opis adminiculum, numen, telum. de Orat. 127 a, Nihil mihi ad existimationem turpius, quàm si is, qui alienissimis a me saluti existimarer fuisse, sodali meo auxilium ferre non posim. Or. 210 a, Petere auxilium ab aliquo. de Fat. 144 a, & pro Qu. 5 a, Petere præsidium ab aliquo. I.C. 108 b, Deos immortales nobis contra tantam uim auxilium esse laturos. I.V. 110 b, Ferre opem & auxiliũ alicui. & pro Dom. 218 b, Academicarum quæstionum 22 b, Ferre auxilium. pro S. R. 37 b, Auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicauit. pro Cor. 95 a, Qui nostros dũces auxilio laboris, commeatus, periculo suo iuuerit. Antequam. 196 b, In meis miseriis diuinum aliquod auxilium & numẽ ostendit. I.A. 236 a, Nõ ut ex ea acie auxilium haberemus, sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum. Parad. 124 b, Magna equitum ac peditum auxilia. pro Deiot. 48 a, Et imperatoribus nostris auxilia mitteret. ad Her. 2 a, Esse auxilio alicui. Epistol. 56 b, In quo debebat esse, aut promissio auxilij alicuius, aut consolatio doloris tui. pro Rab. 91 a, Dij quorum opẽ & auxilio hæc respub. gubernatur.

Avxilior, aris. adiuuo, suffragor, opitulor, opem auxiliumque fero, auxilio sum, auxilio succurro, subsidio eo uel uenio, præsto sum, subuenio, auxilium fero, subleuo, adsum, præsidium fero, adiumento sum, subsidio sum, præsidio sum, fidẽ dexteramq; porrigo, subsidio proficiscor, alicui dextram tẽdo, meumq; illi præsidium polliceor. Ep. 62 a, Auxiliari cuipiam. & ad Her. 32 b, Nihil Numantinis uires corporis auxiliatæ sunt.

Αὔξησις, id est, amplificatio. Or. 208 b, Tum sunt maximè luminosę & quasi actuosæ partes duæ: quarum alteram in uniuersi generis quæstione pono, quam (ut suprà dixi) Græci appellant θέσιν: alteram in augẽdis amplificandisq; rebus, quæ ab eisdem αὔξησις est nominata.

Αξία. I. Aestimatio.

Axia. castellum. pro Cec. 288 b.

Axilla, læ. locus super brachium concauus. Inde Pub. Seruil. Ala factus est. Orat. 211 a, Quomodo enim uester Axilla Ala factus est, nisi fuga literæ uastioris?

Axioma, tis. de Fat. 140 a, Enũciationes, quę Græci ἀξιώματα uocant. de Natur. 25 a, Epicurus totum hoc aut est, aut nõ, negauit esse necessarium. Nempe fundamentum dialecticæ est, quicquid enuncietur, id autem appellatur ἀξίωμα, quod est quasi effatum, aut uerum esse, aut falsum. I. Pronũciatum.

Axis, xis. linea quædam per mundi centrum ducta, circum quam mundus ipse perpẽtuo cõuertitur. de Nat. 201 b, Terra altrix nostra, quæ trãsiecto axe sustinetur, & Acad. 31 a, terrã circum axem conuerti. In Ara. Hosce æquo spacio de uinctos sustinet axis. de Nat. 12 a, Versari circum axem cœli admirabili celeritate.

B A



Abylon, onis. urbs Chaldææ gentis caput, in Syria. de D. 90 a, Alexander Babylone est mortuus. pro Dom. 225 b. Alteri Syriã, Babylonem, Persas tradidisti.

Babylonivs, a, um. de Diuinat. 128 b, Ibidem 81 a, Tusc. 210 a.

Bacca, cæ. fructus arborum, quales sunt corni, oleæ. de Di. 111 b, Agricola cum florem oleæ uidet, baccam quoque se uidere putat. Tuscul. 154 b, Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam. de Di. 161 a, Quæ frugibus atque baccis terræ fœtu profunduntur & 102 a, Nec fruges terræ, bacca ue arborum dedisset, uisi, &c. de Senec. 78 a, Baccæ arborum terræque

ræque fruges.

Bacchar,atum. signa Thracum mulierum bacchantium, à quibus Orpheus discerptus legitur. Epistol. 106 a, Bacchis verò ubi est apud me locus? at pulchellæ sunt, noui optimè, &c. & Ep. li. 7. Bacchas istas cum Musis Metelli comparas.

Bacchanalia,orum. Bacchi sacra. 177 a, Senatus autoritas de bacchanalibus, &c.

Bacchatio,onis. In Verrem. 82 b, Nocturnę bacchationes & uigiliæ.

Bacchor,aris. furo, insanio. de Clar. 190 b, Eos quorũ altior oratio actioq; esset ardentior, furere & bacchari arbitrabatur. In Catil. 102 b, Hic tu quibus gaudijs exultabis, quãta in uoluptate bacchabere. 120 b, Versatur ante oculos aspectus Cethegi, & furor in uestra cæde bacchantis.

Bacchvs, chi. Liber. pro Flac. 156 a, Euchius, Bromius, Nysius, Baccus, Liber. de N. 38 a, Sine Cerere & Libero friget Venus. l. Liber.

Bacillvm, li. baculus & uirga quædam. de D. 86 b, Lituus, id est. incuruum & leuiter à summo inflexum bacillum. de Finib. 71 b, Vt bacillum aliud est inflexum & incuruatum de industria, aliud ita natum. ad Atticum 193 a, Quos ego cum bacillis in turbam conieci. contra Rul. a, Lictores non cum bacillis, sed cum fascibus anteibant. I. V. 264 b, Bacillo oculos alicuius tundere.

Bacchis Bœotius, uates. de Di. 87 b.

Baiae,arum. oppidum. pro Cæl. 43 a, Qui unguenta sumpserit, qui Baias uiderit. pro Cæl. 44 b, & Att. 222 a, Conuiuia Baijs acta, comessationes. Item 228 a.

Baianvs, na. Att. 225 a, Baiana negocia.

Baivlvs, li. operarius, appositus ad ferenda onera. de Orat. 112 a, Remigem aliquem aut baiulum nobis oratorem descriptseras. Tusc. 207 b, Nihil inter Alcibiadem summo loco natum, & quemuis baiulum interesset. de Cla. 188 a, Operarij autem aut baiuli deesse non possunt. Parad. 120 a, Operarij & baiuli.

Balbvs, a, um. lingua hæsitans, cuius lingua inhæret ita ut ægrè loqui possit. de Orat. 109 a, Demosthenes ita balbus fuit, ut Rhetoricæ primam literam non posset dicere. Epi. 23 a, Balbus enim sum, quod non putaram. & ibi. Sed balbi non sumus.

Balbvtio,tis. lingua hæsito. (. Apertè & clara uoce loquor. Tusc. 243 a, Academici balbutire definãt aliquando, aperteq; & clara uoce audeant dicere, &c. de Di. 81 a, Epicurus balbutiens de Natura deorum. Aca. 35 a, Sed ille noster est planè. ut suprà dixi, Stoicus perpauca balbutiens.

Baleares. insulæ. At. 186 a.

Balearicvs, ca. de D. 81 a.

Balearis: id est, Balearicus. pro Sex. R. 43 a.

Balista, stæ. arcus magnus, cum ansa seu manubrio. Tuscul. 187 a, Balistę lapidum & reliqua tormenta telorum eo graiores ictus habent, quo sunt contenta & adducta uehementius.

Balneae,arum. Balnea erant bina ædificia coniuncta, alterum ubi uiri, alterum ubi mulieres publicè lauabantur: autor Varro. pro S. R. 21 b, Occidũtur ad balneas Palatinas redeuntes à cœna Roscius. ad Herenn. 27 a, Nam ut fortè hic in balneas uenit, cœpit, postquam perfusus est, defricari. de Orat. 120 a, Quãm multa de balneis, quas nuper ille uendiderat, dixit. & ibidem: Modò enim existit de balneis. pro Cæl. 50 b, Balneæ xeniæ. & ibid. Balneæ publicæ.

Balnearia,orum. Idem in uilla. Quin. Frat. 318 a, Nihil restabat præter balnearia, & ambulationem, & auiarium. & ibidem, In balnearijs assa in alterum apodyterij angulum promoui. At. 214 b.

Balneator,oris. balnearum præfectus. pro Cæl. 51 a, Mulier familiaris facta erat balneatori. In Ant. 152 a, Balneator temperans.

Balnevm, siue Balineum, nei. lauatio, ubi quisq; priuatim domi suæ lauabatur. At. 24 b, Balneum calefieri iubebo. At. 246 b, Cùm è balneo exissem, accepi literas tuas. pro Deiot. 146 b. Huc te è balneo, priusquam accumberes ducere uolebat. At. 222 a, Cæsar inde ambulauit in litore, post hæc in balneum.

Balo,as. balare est, ouis uocem emittere. de Diuin. 89 a, Rex ipse Priamus, &c. exsacrificabat hostijs balantibus, Ennij.

Bambalio,onis. Philipp. 3. Tuæ cõiugis bonæ fœminę atque locupletis quidem certè, Bambalio quidam pater, homo nullo numero: nihil illo contemptius, qui propter hæsitantiam linguæ stuporemq; cordis, cognomen ex contumelia traxit. Locus est ex Notatione.

Barba,æ. Tusc. 239 b, Regiæ uirgines ut tonsiticulę tondebant barbam, & capillum patris. de N. 76 b, Dionysius Asculapij barbam auream demi iussit. contra Rul. 68 b, Aliquis capillatior quàm antè barbaq; maiore. de Fin. 94 a, Iris mammæ atq; barba.

Barbare, inquinatè. Tusc. 177 b, Vt si Grammaticum se professus quispiam, barbarè loquatur.

Barbari,riæ. barbaries, I. P. 83 a, Quod nulla in barbaria quisquam tyrannus fecit. pro Cor. 65 a, C. Cæs. inuecerat quandam barbariam ex Gadjtanorum moribus disciplinaque deleuit. de Or. 94 b, Hæc turba & barbaria forensis locum uel uitiosissimis oratoribus. pro Font. 283 a, Illi inimani ac intolerandæ barbariæ resistamus. de Fi. 126 b, Quę ciuitas non Græciæ solùm, sed etiam barbariæ. de Fin. 71 a, A quo non solum Italia, & Græcia, sed etiam omnis barbaria commota est.

Barbaricvs, ca, cum. Tusc. 166 b, 200 a, poetæ.

Barbaries, ei. Barbaria. de Nat. 17 b, Aegypti & Syri, & ferè cuncta barbaries. de Cla. 188 b, Omnes tum ferè, quinec extra urbem hanc uixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat, rectè loquebantur.

Barbarismvs, mi. ad Herẽn. 27 b, Barbarismus est cùm uerbum aliquod uiciosè effertur.

Barbarvs, a, um. immanis, incultus, agrestis, indoctus. (. Humanus, doctus. pro Mur. 132 a, Gętes immanitate barbaræ. pro Fon. 280 a, Immanis ac barbara consuetudo hominum immolandorum. pro Mil. 108 a, Serui agrestes & barbari. de D. 80 a, Gens humana atq; docta. (. Immanis atq; barbara. de Finib. 120 b, Antiqui illi quasi barbari, ut nos de nostris solemus dicere. I. V. 226 b, Neq; tam barbari linguæ & natione illi, quàm tu natura & moribus. Att. 174 b, Antilijs barbaris fallacissimæ gentis non esse Rempub. defendendam. de Na. 28 a, Vos Tusci ac barbari. I. C. 166 a, Allobroges barbari. Acad. 39 b, De Amafanio & Rabirio indoctis & barbaris scriptoribus. Tuscul. 176 a, Contra barbaros philosophos.

Barbatvlvs, a, um. Attic. 9 a, Concursabant barbatuli iuuenes. Par. 123 a, Barbatulus mululus.

Barbatvs, a, um. de Natur. 17 b, & 76 b, Iupiter barbatus. Apollo imberbis. I. C. 109 a, Imberbis. (. bene barbatus. pro Mur. 130 a, Hæc iam tum apud illos barbatos ridicula credo uidebantur. pro Cæl. 44 a, Aliquis ex barbatis illis barba illa horrida, quam in statuis antiquis uidemus. pro Sest. 6 b, Barbati illi ueteres. Attic. 22 a, Mulus barbatus.

Barbvla, læ. pro Cæl. 44 a, Vnus ex barbatis illis non hic barbula, qua ista delectatur, sed, &c.

Bardvs, a, um. stupidus, hebes, tardus. de Fat. 242 a, Zopyrus physiognomon stupidum. Socratem esse dixit & bardum.

Bargilaetae, populus. Ep. 224 b,

Baro, onis, mulier fuit philosophię studiosa, autore Suida; ex qua interdũ Cicero philosophos effœminatos & molles, Barones appellat. Epist. 143 a, Ille Baro te putabat quæsitum, unum cœlum esse, an innumerabilia. Videtur etiam stultum & stupidum significate. de Fin. 80 b, Hæc cùm loqueris, nos Barones stupemus: tu uidelicet tecum ipse rides. Item de D. 138 a, Huic equidẽ Antipho. Baro, inquit, uictum te esse non uides. At. 74 a, Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia posui.

Basilica, cæ. Attic. 66 b, Paulus in medio foro basilicam extuxit ijsdem antiquis columnis. in Verr. 201 a, Qui foris basilicas ornarent. & 266 a, Forum plenum & basilicas uidemus. pro Murena 141 b, Si uno basilicæ spacio honestamur. Attic. 30 b, Basilicam habeo non uillã frequentia frontemianam. Locus amplus & publicus in urbe.

Basis, sis. In Ver. 149 a, Videmus in basi statuarum maximis literis incisum a communi Sicilia datas. I. A. 224 a, bis. Vel que consules eam basim statuamq; faciendam locent. I. P. 99 b, Vt esset, quod in basi trophæorum incidi inscribiq; iuberet. I. V. 141 a, Statua ablata, basim tamẽ in foro manere

uoluerunt. Tusc. 241 a, Quò cùm patefactus esset aditus in aduersam basim, accessimus. I. V. 217 a, Hæc statua erat posita Segestæ sanè excelsa in basi. de Nat. 51 a, Basis trianguli, quam grues efficiunt. Qu. Frat. 319 a, Edera conuestiuit basim uillæ.

Batao, is. Epist. 140 b, Batuit, inquit, impudenter: depsit multo impudentius.

Bavli, orum. locus in littore Neapolitano. Epist. 111 a, Ego qui scirem Qu. Pompeium Baulis embæneticam facere: id est, nauicularium. l. Embænetica. Aca. 3 b, 31 b.

Beatitas, tis. beatitudo. de N. 20 a. L. Beatitudo.

Beatitvdo, nis. beatitas. de N. 20 a, At. ista siue beatitas, siue beatitudo dicenda sit (utrunque omnino durum, sed usu molienda nobis uerba sunt) uerũm ea, quæcunque est, cur aut in solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquã mentem æternam figura membrisque corporis uacuam cadere non potest? nihil aliud dicis, nisi nunquam uidi solem, aut mundum beatum, quod, &c.

Beatvs, a, um. cui bene est. Beatus, iuxta Metrodorum est, cum corpus bene Constitutum sit, & sit exploratum ita futurum, de Fi. li. 2. Beatus est nemo qui ex lege uiuit, ut nomodò impunè, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit, 1. Philip. 1. de Fin. 6. Verr. pro Cæl. Nã qui beatus est, non intelligo quid requirat ut sit beatior: si est enim quod desit, ne beatus quidem est, Tusc. q. li. 5. Opto ut beatus sis, 10. ad At. Id est, omnia tibi prosperè eueniant. Volumus enim eum qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atq; munitum, nõ ut paruo metu præditus sit, sed ut nullo, Tusc. q. li. 5. Beatus esse in maximarum rerũ timore nemo potest, de Fni. li. 2. Mihi enim non uidebatur quisquã esse beatus posse. cum in malis esset, Tusc. li. 5. Beatus esse sine uirtute, nemo potest, de Nat. d. 1. Vnde tu, qui modò, ne paternam quidem domum redimere potueris, repentè tanquam somnio beatus, hortos precio sissimos, &c. parauerisẽ in Salust. Moderatori ciuitatis beata ciuiũ uita proposita est, ad At. 124 b. Ex quo illorũ beata mors uidetur, & horum uita laudibus, de Ami. Beatum, si modo sit ali quid esse beatum, id totum positum est in potestate sapientis, de Fin. li. 2. Si omne beatũ est, cui nihil deest, & quod in suo genere expletum arq; cumulatum est, idq; uirtutis est proprium: certè omnes uirtutis compotes beati sunt, Tusc. quæst. li. 5. Quod beatũ & immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiquã negotium, de Nat. d. 1. Epicuri dictũ Quo (honesto) detracto, quid poterit beatum intelligi? Tuscul. quæst. li. 5. Nomen beati lõgè & latè patet, Tusc. q. li. 5. Nec ullã alta huic uerbo, cum beatũ dicimus, subiecta notio est, nisi secretis malis omnibus cumulata bonorũ complexio. Tusc. quæst. lib. 5. His tuã grauibus concitationibus, tamq; ipsis inter se dissentientibus, atq; distractis (ægritudine uidelicet, metu, lætitia gestiente & libidine) quem uacuum, solutum, liberum uideris, hunc dubitabis beatum dicere? Tusc. q. li. 5. Beatum ex bonis, quæ sola honesta sunt, efficiendum, Tusc. quæ. li. 5. Beatam uitam in animi securitate, & in omnium uacatione munerum ponimus, de Nat. d. 1. Nos beatam uitam non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus, 2. de Fin. Zeno in una uirtute positam beatã uitam putat. Quid Antiochus? Etiam inquit beatam, sed non beatissimam, Acad. q. ed. 2. li. 1. Ex beato miser, misera bile est, Partit. In libera & in beata ciuitate uiximus, Messenio, li. 6. 21. 11. a, Beati dicuntur, qui sunt in bonis, nullo adiuncto malo, Tusc. q. li. 5. Crotoniatæ quondam quum florerẽt omnibus copijs, & in Italia quum in primis beati nominarentur, 2. de Inuent. Sint florentes, sint beati, de Som. 127 b. Sic Contrà illi beati, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, nullę libidines incitant, nullæ futiles lætitiæ languidis liquefaciũt uoluptatibus, Tusc. q. li. 5. Beati qui honorati sunt, uidẽtur propter honestatis, & gloriæ similicudinem miseri, qui inglorij, 1. de Leg. Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, quiq; in se uno sua ponit ómnia, in Parad. Duodecquadraginta Dionysius tyrannus annos fuit opulentissimæ & beatissimæ ciuitatis, 3. de Natur. deo. Beatissimum aliquem uelle, 1. ad Quint. Frat. hoc est, nihil ex eius cõmodis detrahere. Beatissimi, & minus miseri, 5. Fam. Profectò nihil est aliud bene beateque uiuere, nisi honestè & rectè uiuere, & in Parad. Acad. q. ed. 2. lib. 1. Beatè uiuere, idem quod apud Grecos εὖ καὶ καλῶς ζῆν. Beatè uiuere in una uirtute positum est, iuxta Stoicos, Tusc. q. li. 2. Quid potest ad beate uiuendũ deesse ei, quem fortitudo ab ægritudine & à metu uindicet, temperantia tum à libidine auocet, tũ insolenti alacritate gestire non sinat? Tusc. quæst. lib. 5. Quoniam igitur, omnis summa philosophiæ ad beatè uiuendum refertur, &c. 2. de Fin.

Belgae, populi in tertia Galliæ parte. pro Font. 279 b.

Belvs, id est Hercules quintus, in India natus, de Natur. 60 a.

Bellator, oris, bellicosus homo, de Clar. 189 b, Is minus uehemens orator, quàm bellator fuit. & pro Cor. 66 a, Tuscul. 218 a, Nec uerò de bellatoribus solum disputant. Att. 128 b, Ecquæ pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia.

Bellatrix, cis. Tusc. 220, Ista bellatrix iracundia.

Belle, bene, Quint. Frat. 317 b, Aqua non longè à uilla bellè sanè fluens. Attic. 89 b, Sumus enim ambo bellę curiosi. Attic. 24 a, Hermathena tua posita ita bellè est, ut totum gymnasium ἐρμαθηνα esse uideatur. de Orat. 152 a, Bene, & præclarè quamuis sæpe dicatur, bellè & festiuè nimium sæpe nolo. de Diuinit. 122 a, Hæc non tam admirabilia sunt, quàm coniecta bellè. Epistol. 259 a, Bellissimè nauigauimus. & 238 a, Bellissimè mecum esse poteritis. Attic. 65 a, Hæc quomodo fers? bellè Hercule. Attic. 216 a, Horum ego uix attigi penulam, tamen remanserunt, cecidit bellè.

Bellicosvs, a, um. Epist. 67 a, Dalmatæ semper habiti sunt bellicosi. & de Pro. 75 b, Gentes bellicosæ.

Bellicossissimvs, ma. pro Pomp.

Bellicvm, ci. cantus ad arma uocãs. I. A. 210 a, Atque ijdem bellicum me cecinisse dicunt, Or. 200 b, Thucidides incitatior fertur, & de bellicis rebus, canit quodam modo bellicum. pro Mur. 131 a, Simulatque motus aliquis nouus bellicum canere cœpit.

Bellicvs, a, um. militaris. de Clar. 172 a, Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest. de D. 124 a, Rem bellicam administrare. de Nat. 58 b, Vt exerceamur in uallando ad similitudinem bellicæ disciplinæ. pro Murena 129 a, Virtus bellica. Officior. 73 b, Ius bellicum hosti seruandum.

Belligero, as. bello, bellum uel bella gero. Postq. 202 a, Quoniam nobis cum fortuna belligerãdum fuit. pro Fõt. 281 a, C. Marius, qui isti par in belligerando esse possit. ad Her. 27 a, Belligerare cum hostibus.

Bellipotens, tis. bellator de Di. 132 b, Aeacidæ bellipotẽtes sunt magis, quàm sapientipotentes. Enij.

Bello, as, belligero, bellum gero. pro Arch. 191 a, Fuluius, qui cum Aetolis bellauit. de Senect. 78 a, & Offi. 16 b, Gigantum more bellare cum dijs. I. V. 216 b, Cum illa ciuitas cum Pœnis suo nomine ac sua sponte bellaret. I. A. 231 b, Cum hoste hoc bellãdum est. pro Pom. 10 a, Longè à domo bellare.

Bellovaci, pop. in Belgis. Ep. 112 a.

Bellva, æ. bestia. Bellua fera & immanis, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Vt tetra & immanis bellua, fugienda ægritudo, 4. Tuscul. quæst. Bellua uasta & immanis, Diuin. li. 1. Bellua uastifica, Tusc. q. lib. 2. Belluæ impuræ furor multis inflammatus furoribus, 3. de Leg. Sic ista in figura hominis feritas & immanitas belluæ a communi tamen humanitate corporis segregande est, 3. Offi. Est quæ dam illi belluæ cum humano genere societas, id est elephanto, Epi. 95 b. Sed quid ego hospitij iura in hac tam immani bellua commemoro? 7. Verr. Cum homine enim crudeli nobis res est, an cum fera atq; immani bellua? 7, Verr. Quinetiã de illo homine quæri solebas, quid te facturum de bellua putas? 8. Philip. Belluæ ad saxa natiuis testibus adhærentes, 2. de Leg. Nemo potest disparia genera (in mari) partim submersarum, partim fluitantium & innatantium, 2. de Nat. deo. Ea genera belluarum quæ in rubro mari India ve gignantur. de Nat. deor. 1. Belluarum nomine appellare singulas stellas, ut caprã, ut lupam, ut taurum, ut leonem, 3. de Nat. deo. Elephanto, belluarum nulla prudentior, de bestijs loquor, de Nat. d. 1. Belluas multas in numero deorum reponebãt Barbari, 3.

de Nat. d. Belluis sensum & appetitum natura cur dederit, 2. de Nat. deorum.

Bellvm, li. duellum, Mars, belli contentio, certamen belli, tempus belli, arma. Nam ut duellum bellum, & duis bis, sic Duellium eum, qui Pœnos classe deuicit, Bellum nominauerunt, cùm superiores appellati essent semper Duellij, Orat. Bellum ita suscipiatur, ut nihil aliud nisi pax quæsita uideatur, Offic. 1. sic Plato de Leg. 1. οὐ τὰν νομοθέτης ἐπαχρίθης, εἰ μὴ χάριν εἰρήνης τὰ πολέμου νομοθετεῖ μᾶλλον, ἢ τῶν πολεμικῶν ἕνεκα τοῦ τῆς εἰρήνης. Bellum aliquando sine tumultu, at sine bello tumultus nunquam, 8. Philip. Nam quum quadriennio post in Siciliam uenissem, sic mihi affecta uisa est, ut hæ terræ solent, in quibus bellum acerbum, diuturnumq; uersatum est, 5. Ver. Cum omnibus improbis æternum bellum esse susceptũ, pro Sylla. Bellum affectum, & ut uere dicam, penè confectum uidemus, de Prou. 73 b, Bellum ἄσπονδον, 9. ad Attic. Quod bellum commotum à Scapula, ita postea confirmatum est à Pompeio, ut nulla ratione ab illa miseria se eripere posset, Dolabellæ 9. Deinde bellum crudele & exitiosum suscipi à Pompeio intelligebam, At. lib. 9. Bellum gestum in Hispaniam, 10 Fam. Planci. Bellum domesticum, triste, ac turbulentum, Diui. li. 1. Durissimum bellum, pro Corn. Balbo. Video enim quantum id bellum, & quàm pestiferũ futurum sit, At. li. 8. Bellum intestinum, 2 in Catil. 46 a. pro domestico. Bellum iustum cum hoste, in Catil. Ex quo intelligi potest, nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum antè sit & indictũ, Off. 1. Bellum merum loqui, 9. ad Att. Bellum mortiferum, Tusculan. q. li. 3. Quasi naturale bellum est miluo cum coruo. 2. de N. deor. Bellum nefarium. Diuin. lib. 1. Bellum occultum mihi indixit, 8. Fam. 36. in Ep. Cæli. Bellum Octauianum, de Na. d. 2. Bellum oppressum, 10. Fam. Plãci. Bellum quod ab opinione plerunq; & fama gubernatur, 1. Philipp. Bellum renatum, 11. Fam. Bellum nõ restinctum, sed etiam inflammatum, 11. Fam. 20. Sertorianum bellum à Senatu priuato datũ est, 11. Philip. Teterrimum & periculosissimum bellũ, Planc. 10. Belli apparatus, Ac. q. ed. 1. li. 2. παρασκευὴ τοῦ πολέμου Græci uocant. Communem martem belliq; casum nimium timens, pro Sest. 5. b. Belli celeritatem morabit. 5. Philip. Belli certamem, 10. Fam. Plãci. Antiochum illum magnum, maiores nostri magna belli contentione terra mariq; superatum intra montem Taurum regnare iusserunt. pro Sest. Incertos exitus esse belli, martemq; communem, in Antonium 227 b. Belli me expertem fuisse, 8. ad At. Tum uerò est ratus se posse, quoniam togatum domestici belli extinctorẽ nefario scelere fœdasset, illum etiam, illum externorum bellorum, hostiũque uictorẽ affligere, de Arusp. respon. Belli ciuilis historia L. Luceio scripta, 5. Fam. Belli ciuilis intia inuitum suscipere, extrema non libentes persequi, 4. Fam. Belli instrumenta, Acad. q. ed. 2. li. 2. Belli ius, in quo & suscipiẽdo, & gerẽdo, & deponẽdo ius ut plurimum ualet, & fides, 2. de Leg. pro. Cornel. Balbo. Belli reliquiæ extinguẽdæ. 1. Fam. Qui reliquias huius belli oppresserit, eum totius belli cõfectorem fore, Planc. 10. De reliquis rebus, quæ essent propriæ belli administrandi, &c. 2. de D. 114 a. 1. de Or. Belli ciuilis tubã appellabant Axiũ Balbum, 6. Fam. Bello Ligustico Q. Maximus dedicauit tẽplum Honoris & Virtutis, de N. d. 2. Quod nũquam bello ciuili interfuisset, gloriari solitus Qu. Hortensius, 2. Fam. Ad bellum denunciandum legatos miserat Senatus. 12. Fam. 52. Vbi ad bellum & castra uentum sit, 8. Fam. Cæli. Idem cũ Theutonis bellũ administraret, &c. pro Leg. Manil. Administrare bellum cum aliquo, pro Pomp. 15. b, Id est, gerere bellum cõtra aliquẽ. Verebar ne cui obtrectatorum uiderer & nimium pertinaciter Lepido offensus, & meã patientia etiam alere bellũ, Plancus Ciceroni. lib. 10. Ferro bellum terra & mari comparat, 10. ad At. Bellum cõficere. in Piso. Deinde quum ab ea sententia Pompeius ualde abhorreret, suadere institui ut bellũ duceret, Mario lib. 7. Tum ad te scribam plura, si erit bellum, ad At. 113 b. Bellum extinguere, 10. Fam. Plãci. Si fugitiui bellum in Sicilia facerent, I. V. 259 b. Bellum facere alicui, in Catil. 66. pro Mil. 113 b, Bellum gerimus, sed nõ pari conditione, contra arma uerbis, 12. Fam. Nihil

turpius, quàm cum eo bellum gerere, qui cum familiariter uixerit, Læl. Populus Romanus Crasso consuli bellum gerendum dedit, 11. Philip. Bellum habet nescio quod suscepeum Cõsulatus cum Tribunatu, pro Leg. Agr. In bellum confugere, 4. ad Art. Quos quum haberes authores Antonii, miror cur philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuuianus, ꝓpe bellum indixeris, 2. de Or. Indicere bellum nefarium, pro Deiot. Nisi publicè satisfactum sit ei, ciuitati bellum indici atq; inferri solere, 3. Verr. Sed quid ego uestrã crudelitatem, expromo, quã in ipsum me ac meos adhibuistis, qui parietibus, qui tectis, qui colũnis ac postibus meis horrificum quoddãm & nefarium, omnium imbutum odio bellum intulistis? pro Domo sua. Inferre bellum contra patriam, in Anto. 170 b, Bellum in prouinciã inferre, 15. Vrbs quæ facere arq; instruere bellum posit, pro Leg. Agrar. Inter bellum & pacem medium nihil, 8. Philipp. Mouere bellum, ad At. 152 b, Bellum, discordiam, cupiditatẽ, cæteraq; generis eiusdem, ad Deum reuocat Parmenides de Nat. d. 1. Bellum sustinere, 16. Fam. Bello arderet Syria, 6. ad Att. 4. Fam. Bello Latinorum, &c. cum Octauio, Mamilio. Tusculano filio dimicaret, &c. de Nat. d. 2. Bello deprauatum totam Italiam, 7. ad Att. In bello mouendo summa fuit apud priscos Romanos obseruatio, Off. 1. In Bello pudor est maximè priculosus, 10. Fam. 47 in Ep. Planci. In bello tirubari solet, 12. Fam. Persequi aliquem bello, ad Brut. 9 b. Bello profligato ac pene sublato renouatum bellum gerere conamur, 12 Fam. Bello Punico secundo exercitus Pop. Roma. ad lacum Trasimenum interijt, Diuin. lib. 2. Bello gloriã quærere, Off. 1. Bello uti, 7. ad. At. Bella, quibus Reip. salus continetur, de Nat. de. 2. Bella ciuilia nunquam deerunt, si clementes esse uoluerimus, ad Brut. Iraq; eorum cõsilio sæpe aut non suscepta, aut cõfecta bella fuerunt: nonnunquam etiam illata, Offic. 1. Bella domestica & externa, de Sene. Bella, quibus imperij gloria propagata est, minus acerbè gerenda sunt, Off. 1. Bella hostilia & externa. 5. Fam. Bella suscipienda sunt ob eã causam, ut ne iniuria in pace uiuatur, Offic. 1. Bellorum ciuilium exitus quales, 12. Fam. Bellorũ omnium exitus incerti, 6. Fam. Bellorũ uictor. de Arusp. respon. Tum enim nostri duces bella gerere incipiunt, &c. de N. d. 2. Si tanta bella legisset quanta gessit & cõfecit, &c. omnia iura belli perdiscere ac nosse potuisset, pro Corn. Bal. Thucydides res gestas & bella narrat & prælia, Orat. 199 b. Bellis prælijs; dij non cureruntt. 2. de Nat. deo. In bellis ciuilibus nihil miserius uictoria, 4. Famil.

Bellvs, 2, um. bonus & urbanus, festiuus, lepidus. Attic. 77 a. Illum pueris locum bellissimũ esse duximus. At. 94 b, Pyliæ & puellæ Ceciliæ bellissimæ salutẽ dicas. Episto. 237 a, Cicero bellissimus tibi salutẽ dicit. Att. 209 b, Theatrũ quidem sane, bellum habuisti. At. 65 a, Recordor quàm bella paulisper nobis gubernantibus ciuitas fuerit. Att. 72 b, Hæc ipsa fero equidem fronte ac uultu bellis, sed angoscentimis sensibus. de Ora. 106 b, Quam sit bellum, cauere malum, nemo ignorat. Ep. 1 26 a, Mihi in mentem uenit bellũ esse, aliquò exire. At. 2. a, Durius accipere hoc mihi uisũ est quàm uellem, quàm homines belli solent. At. lib. 15. Bella iuris licentia. de Legib. lib. 1. Successere huic belli, Clodius, Asellio, &c. ad Heren. lib. 4. Belli montes. Epistol. lib. 15. Gratissimæ & bellæ literæ. Attic. lib. 10. Satis bella affert. id est quæ placent. de Orator. lib. 1. Bellissimum subsidium, Epistol. lib. 16. Bellus, pro bene habitus, & ex morbo confirmatus.

Bene, probè, præclarè, ualde commodè, ratione, (bona ratione.) (Mala ratione. ad Herenn. 38 b, Attic. 205 a, Quod reliquos hæredes conuenisti, fecisti planè benè. Attic. 216 a, Othonem quod speras posse uinci sanè bene narras. In Antonium 212 a, Respublica bene & feliciter gesta: Offi. 63 a, Domus bene & ratione ædificata. Ep. 9 b, Rem te uale de bene gessisse rumor erat. pro Qu. 2. b, Res rustica sane bene culta. Attic. 105 a, Hoc enim ipsũ bene fecit, quã, &c. Att. 194 a, Bene fecit Silius qui trãsegerit. de Fin. 93 a, Bene facis, quòd me adiuuas. At. 102 a, De animo meo erga rempublicã, bene facis quòd nõ dubitas. contra Rul. 77 b, Adolescens non minus bene nummatus, quàm bene capillatus. Bene factus homo à Deo, de Vn. 283. Bene uestitus de

de Fin. 145, Bene ædificatus. Offic. 83 a, Bene constitutus, & 105. Bene culeus, & 89 b, Bene scriptus, & 62. Bene institutus, & 78. Bene tractus. Attic. 25 2. Bene firmus. In Antonium 108 a, Bene moratus. pro Milo. 120 b, Bene sanus. pro Sest. 7. Bene existimãs. de Ora. 138. Bene olens. Acad. 6. Bene sentens. de Am. 104. pro Dom. 220 b, Imberbis adolescẽtulus, bene ualens ac meritus. de Diuin. 116 a, Quę autem inconstantia deorum est, ut primis minentur exitis bene promitãt secundis? I. A. 208 b, Itaque Senatum suã sponte bene firmum, firmiorem uestra authoritate fecistis. Parad. 119 a, Improbo nemini bene esse potest. de Orat. 141 a, Habetis sermonem bene longum. de Clar. 171 a, Fabius literarũ & antiquitatis bene peritus. Atti. 224 a, A Cicerone mihi literæ sanè πεπυκνωμέναι, & bene lõgæ. & 9 b, Puer bene sibi fidens. In Verr. 143 a, Is bene penitus in istius familiaritatem se dedit. Epistol. 67 a, Antonius habet inermes bene inultos Epistol. 67 b, Qui semel uerecundiæ fines transiuerit, eum bene & nauiter oportet esse imprudentem. Tuscul. 184 b, Sed si est tantus dolor, quantus Philoctetæ, bene planè manus mihi quidem uidetur. I. V. 62 a, In clamando uideo eum esse bene robustum. Attic. 60 a, & 168 b. Bene manè hæc scripsi. pro Murena 140 b, Cum bene magna caterua. de Leg. 175 a, Bene uerò, quòd fides cõfectatur manu. pro Quint. 14 b, Bene agis, quàm longè est hinc in saltum uestrum Gallicanũ? pro Quint. Ros. 50 b, Næui te rogo D C C. milliã passuum, optime. & ibidẽ: Tuum negocium gessisti bene. & ibidẽ: Preclarè suum negocium gessit Ros. in Verr. 179 a, Bene agis Alba: pro Murena 127 a, Bene habet, iacta sunt fundamẽta defensionis. de Clar. 174 a, Is per bene Latinè loqui putabatur. Attic. 152 a, Recte auguratis de me, bene enim tibi cognitus sũ. & Epistol. 151 b, Bene audire. & malè audire. I. Audio. Bene pascere, bene uestire. Off. 51. Catonis.

Benedico. de Opt. 244 a, Benedicere, est Atticè dicere. & de Orat. 86 b, Professio benedicendi. de Orat. 109 a, Benedicere, quod est scienter & peritè, & ornatè dicere.

Benedicere alicui. pro Sest. 28. Cui benedixit unquam bono.

Benedictvm, cti. de Nat. 75 b, Benedicta male interpretati. de Cla. 195 a, Philosophia mater omnium benefactorum, beneque dictorum.

Benefacio, cis. beneficio afficio, benigne facio, beneficium tribuo uel do, bene uel optimè mereor, orno, beneficijs or no, bene promereor, beneficium confero, beneficio complector. de Inuen. 61 b, & 62 a, Ab ijs, quibus benefecerimus, malè tractari.

Benefactvm, cti. rectè factum, honestè factum, uirtus. Offi. 46 a, Benefacta malè locata, malfacta arbitror. En. Tuscu. 189 a, Omnia enim benefacta in luce se collocari uolunt. Att. 286 b, Benefacta pro debitis exigimus. de Senec. 78 b, Multorum benefactorum recordatio iucundissima est. Parad. 119 b, Benefacta rectè facta sunt.

Beneficentia, tiæ. liberalitas, benignitas. de Nat. 25 a, Quid est melius aut præstantius bonitate & beneficentia, de Orat. 140 a, Virtutes in quadam comitate & beneficentia positæ. idem de Offi. 5 a.

Beneficentissimvs. de Nat. 38 b, 39 a. Iupiter optimus, id est, beneficentissimus.

Beneficivm, cij. benefactum, benignitas, liberalitas, meritum, promeritum, officium, gratia, munus. Atti. 162 a, Pũpeius, qui tibi ut beneficium daret, prius iniuriam fecit. Attic. 133 b, & 162 a, Cæsar maximum beneficium te sibi dedisse putabit, si te huc reijcis. Antequam. 192 b, Beneficia, quæ singulis ciuibus priuatimque dantur. Atti. 277 b, Nec coniunctiori dare beneficium potes. Att. 229 b, & Epistol. 92 b, Dare beneficium alicui. & accipere beneficium ab aliquo. Att. 141 a, Pompeius, à quo tantum beneficium te accepisse prædicas. pro Cor. 62 b, Tribuere beneficiũ. In Antonium 156 a, Multa beneficia alicui tributa & data. Offi. 10 b, Dare beneficium, reddere beneficium, collocare beneficium, deferre beneficium. & 10 a, Conferre beneficiũ in aliquem. pro Sest. 13 b, Quod a me beneficium haberetis cũm pro uobis, ea quæ mihi utilia essent reliquissem? de Natur. 74 a, Eos beneficium à patribus nullum habere. Attic. 285 a, An hoc pro beneficio est habendum, quod se

quàm Antonium esse maluerit? Officior. 48 a, Melius apud bonos quàm apud fortunatos beneficiũ collocari puto. & 47 b, In collocandis beneficijs mores hominum, non fortunam sequi conuenit. Epistol. 110 a, Bene collocare beneficium. In Verr. 136 a, & pro Muræna 130 b, Collocare beneficiũ. Offic. 46 a, Benefacta malè locata, malefacta arbitror. pro Syl. 171 b, Ego tantis à me beneficijs in republica positis, si, &c. de Am. 114 a, Ea lege cooptatio collegiorum ad populi beneficium transferebatur. pro Murena, 149 b, Homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi, aut proferendi beneficij locum. Promereri officium. I. Promeror. Epistol. 215 a, bene ponere beneficium apud aliquem. & 223 b, Ponere beneficium apud gratos homines. Postquam. 203 a, Vlciscendæ iniuriæ facilior ratio est, quàm beneficij remunerandi. contra Rul. 63 a. Non enim unus afficitur beneficio, sed unus priuatur iniuria. Epistol. 153 a, Et rempublicam diuino beneficio afficeris. pro Pomp. 17 b, Ego hoc honore præditus, tantis uestris beneficijs affectus, statui, &c. Postquam 198 a, Beneficio diuino immortalique uestro. In Antonium 177 a, Ne qua post idus Martias immunitatis tabula, ne ue cuiusquã beneficij figeretur. pro Plan. 266 b, Complecti aliquem beneficio: id est, afficere pro Cæl. 38 b, Meum erga te beneficium tueri debeo. Attic. 85 b, Ornare ciuitatem beneficijs. Postqu. 200 b, Quem ego maximis beneficijs ornauieram. Epistol. 10 a, Qui tuis maximis beneficijs ornatus in te posimum fractam illam uim suam contulit. I. V. 114 a, Hoc illis in beneficij loco deferendum est. Epistol. 16 a, Dare aliquid alicui pro beneficio. I. V. 172 b, Atque hoc in beneficij loco petitum est ab Apronio. & 191 b, Qui benignitate adducti per beneficium, & gratiam ciuitatibus concesserunt, ut nummos pro frumento darent. In Verr. 172 b, Hoc uix ab illo in summo beneficio impetratum est. & ibi. Beneficij gratiæque causa concedere aliquid. In Verr. 191 a, In beneficij, & gratiæ loco petere aliquid. & 246 b, Beneficium, ut dicitur, trabali clauo figere. contra Rul. 78 a, Beneficio isto legis & benignitate decem uirali nihil utor. pro Plan. 256 a, Cui sum obstrictus memoria beneficij sempiterna. In Catilin. 123 a, Hostes alienigenæ beneficio se obligatos putant. Epistol. 214 b, Hagesiaretus magnis meis beneficijs ornatus, & memor & gratus fuit. contra Rul. 70 a, Gratus ac memor beneficij. pro Plã. 259 a, Multa extant in me tua merita. de Amici. 109 b, Officia meminisse debet is in quem collocata sunt, non commemorare qui contulit. pro Arch. 187 b, Archias in beneficijs ad ærarium delatus est a L. Lucullo prætore & consule. de Natur. 73 b, Multi deorum beneficio peruersè utuntur. de Fin. 89 a, Si tuam ob causam cuiquam commodes, beneficium illud habendum non est, sed fœneratio. Epistol. 20 a, & b, Neque enim sum ueritus, ne sustinere tua in me uel innumerabilia beneficia non possum, cum præsertim considerem, nullam esse gratiam, quam uel non capere animus meus accipiendo, uel remunerando cumulandoque illustrare posit. Epist. 58 b, Quibus pro meis immortalibus beneficijs charissima mea salus esse debebat. 122 a, Qui me odisse, quia magna nihil debebat beneficia, cœpit, & cum homo auarus, ut ea solueret, sibi imperare non posset, occultum bellum mihi indixit.

Beneficvs, a, um. benigné faciens, benignus. de Nat. deor. 25 a, Ne homines quidem censetis, nisi imbecilli essent, futuros beneficos & benignos fuisse? & 38 b. de Le. 166 a, Beneficus ẽ, qui nõ sui, sed alterius causã benignè facit. de Natu. deor. 39 a, Iupiter optimus, id est beneficentissimus. Officiorum 9 b, Qui gratificantur cuipiam, quod obsit, &c. nõ beneficij, neque liberales, sed perniciosi assentatores iudicandi sunt. de Diuinat. 197 b, & 129 b, Dij sunt benefici, generique hominum amici. pro Milo. 105 a, Beneficus & salutaris ciuis. Offi. 39 a, Benefica uoluntate mouetur, etiam si res fortè non suppetat.

Benemerens, tis. beneficus. Anteq. 139 a, Opitulari benemerentibus.

Benemereor, ris. beneficio afficio, beneficium colloco. Episto. 53 b, Libenterque ei sum testimonio, omnibusque ero, qui benemerentur. & 146 a, De repub. bene mereri, de Cl. 188 a, Benè de nomine ac dignitate populi Ro. me-

ritum esse existimare debemus, de Am. 102 b, Propensio resq; ad bene merendũ, quàm ad reposcendum simus. pro Plan. 176 a, Ciues de patria benemerentes. Off. 30 a, Benè de rep. sentientes, ac benemeritos aut merentes colere debemus.

Benemeritvs, a, um.)(. Maleritus. Anteq. 195 a, Igitur ex ciuitate bene meritus de rep. ciuis exturbatur.

Beneventvm, urbs. I. V. 84 a.

Beneventanvs, ibidem.

Benevole, amicè. de Am. 112 b, Et hæc accipienda amicè, cum beneuolè fiunt. Epist. 213 a, Præsto esse alicui fideliter & beneuolè. de Finib. 56 a, Amicè & beneuolè fecisti.

Benevolentia, æ. gratii, bona gratia. studium, charitas.)(. Odium, offensio. Off. 10. a, De beneuolentia autem, quam quis habeat erga nos, primum illud est in officio, ut ei plurimum attribuamus à quo plurimum diligimur. de Opt. 244 b, Atque ita prædicaretur eum donati uirtutis ergò beneuolentiæq; quam erga populum Atheniensem haberet. Post 202 a, Mihi in uestris commodis augendis grata animi beneuolentia defutura non est. Epi. 9 b, Mea in te pietas, quod enim dicam beneuolentiam ? cũ illud ipsum nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse uideatur. Att. 170 b, Omnem spem habeo in tua erga me mihi perpetuissima beneuolentia, quam si his temporibus miseris & extremis præstiteris, hæc pericula fortius feram. Ep. 55. b, Præstare beneuolentiam alicui. Off. 64 a, Tribuere gratiam alicui, id est beneuolentiam. Of. 37 a, Malus custos diuturnitatis metus, contraq; beneuolentia fidelis est, uel ad perpetuitatem. Att. 78 a, Exercitus ad beneuolentiam erga nos consentiens. ad Herenn. 2 a, A persona nostra beneuolentiam contrahemus, si, &c. de Ora. 125. a, Multum ualet ad uincendum animos eorum, apud quos agitur conciliari quàm maximè ad beneuolentiam. Off. 39 a, Beneuolentia beneficijs capitur maximè. & ibi. b, Benfica uoluntate beneuolentia mouetur, etiam si res forte non suppetat. Ep. 4 b, Vt & meami & cæterorum erga te fidem & beneuolentiam absens experire. & 6 a, Tuam erga me beneuolentiam facilè perspexi. pro Sest. 4 a, Sed beneuolentiam & charitatem illius necessitudinis mors filiæ non ademit. At. 262 b, Hoc pro coniunctione & beneuolentia nostra mihi sumpsi. Off. 42 b, Oratio benigna multitudinis animos ad beneuolentiam allicere. de Or. 126 a, Hæc omnia ualde beneuolentiam conciliant. Ep. 36 b, Suscipere & conseruare beneuolentiam. Att. 86 a, Reportare beneuolentiam omnium ex prouincia. Epistol. 40 b, Nauare beneuolentiam suam in aliquam. I. A. 161 a, Gratia non uirtutis specie, sed ætatis flore collecta, id est beneuolentia. pro Pomp. 17 a, Nec Pompeij gratiam mihi per hanc causam conciliari putoto: id est, beneuolentiam. & ibid. Nec mihi bonam gratiã quæro.

Benevolentior, Ep. 225 b, Nam beneuolentior quàm semper fui, esse nõ possum. Epist. 25 a, Beneuolẽtior tibi quàm fuerim, nihilo sum factus.

Benevolvs, a, um. amans, inclinatione animi in aliquem pro pendens. I. Propendeo. Orat. 116 a, Iubent exordiri ita, ut eum qui audiat, beneuolum nobis faciamus & docilem & attentum. de In. 46 b, Si eum beneuolum, docilem & attentũ fecerit. & pro Cl. 55 a, Seruus domino beneuolus. de Or. 138 a, Iudices beneuolos beneq; existimantes efficere. Anteq. 197 b, Beneuolus huic ciuitati ab hoste proijcitur in exilium. de In. 82 b, Beneuolus patriæ. Ep. 72 b, Existimabam officio me esse functum beneuolentissimi atque amicissimi, quem me tibi & fuisse semper existimes uelim, & futurũ esse confidas. ad Heren. 2 a, Beneuolus auditor.

Benignè, comiter, liberaliter. In A. 246 b, Salutare benigne, comiter appellare unũquenque. I. V. 60 a, Quæ cum Quæstore suo benignissimè cõmunicauit. Att. 40 b, Adhuc in uitamur benignè. pro Flac. 157 b, ista ciuitas neque seuerè Flaccũ oppugnauit, neq; benignè defendit. Off. 9 b, & Epi. 216 a, & 228 a, Benigne facere alicui: id est, cõferre beneficium in aliquem. Officior. 43 b, Nam aut opera benignè fit indigentibus, aut pecunia. pro Corn. 62 b, Benignè, nõ gratuatè, comiter quidem certè, non communiter conuenit. pro Cluent. 16 a, Benignè attenteq; audire. pro Deiot. 150 b, Deiotarus dicere est solitus, benignè sibi à populo Romano esse factum. In Verr. 192 b, Frumentum in quit, abs te emere oportet, optimè. modium denario, benignè ac liberaliter. Epistol. 57 a, Nunc P. Nigidio ne benignè quidem polliceri possum.

Benignitas, tis. liberalitas, benificentia, clementia, cõitas, humanitas. de Fi. 140 b, Iustitiæ adiunctæ sunt pietas, bõnitas, liberalitas, benignitas, comitas. pro Quint. 85 b, Num deum immortalium benignitate omnium fortunæ sunt certæ. Epistol. 203 b, Deorum immortalium benignitate. pro Cecin. 286 b, Veruntamen nos uestræ benignitati pareremus, id est uestræ clemẽtiæ. pro Dom. 219 b, Vestra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationẽ meam. pro Sest. 9 b, Et si me attentissimis animis summa cũ benignitate auditis, tamen, &c. Att. 55 b, Amicorum benignitas exhausta est: id est, liberalitas. in V. 191 b, Qui benignitate adducti per beneficium concesserunt, ut nummos pro frumento darent. de Nat. 52 b, Sed illa quanta benignitas naturæ ? quæ tam multa ad uescendum gignit ?

Benignvs, a, um. liberalis, blandus, comis. Benignus ad commodãdum, 6. In Verr. 191 b. Benignus liberalis ne qui dicitur, officium non fructum sequitur, 1. de Leg. Oratione benigna multitudinis animos allicere, 2. Off. 42 b, Comes, benigni, faciles, suaues homines, pro Cor. Bal. Sed nescio quo modo facilius in honore benigni, quã in uictoria grati reperimur; ad Brut. 283 a. Ne homines quidem censeis, nisi imbecilli essent, futuros beneficos & benignos fuisse, 1. de Natura deorum. 25 a. Quanquam omnia nec benigna, nec copiosa cognorant, 2. Famil. Qui benigniores esse uoluunt quàm res patitur, peccant. de Off. lib. 1.

Beroa, æ. I. P. 98 b, In oppidum Beroam refugisti.

Bes, octo unciẽ. Att. 63 b, Fœnus ex triente factum erat bessibus.

Bessi, orum. populi. I. P. 97 b.

Bessica gens. I. P. 97 b.

Bestia, æ. bellua. nomen bestiæ etiam piscibus & conchijs conueniri. Bellua, & bestiola. Bestia mõstrosissima, Diuin. lib. 2. Sed quæ potest homini esse polito delectatio, quum aut homo imbecillis à ualentissima bestia laniatur, aut pretiosa bestia uenabulo trãsuerberatur? 7. Fam. Pro bestia de anibitu dixi, ad Quint. Fra. Canes tamẽ bestiæ sunt, &c. pro Sex. Rosc. 27 b. Bestiæ aquatiles, ut crocodili, fluuiatiles; testudines, de Nat. deor. 50 b. Bestiæ in perturbationes non incidunt, Tuscul. quæst. lib. 4. Mutæ bestiæ penè loquuntur magistra ac duce natura, 1. de Finibus. Aliæ bestiæ sunt nantes, aliæ uolucres, serpentes quædam gradientes, Tusculan. 235 b. Quid bestiæ ? non pro suo partu ita propugnant, ut uulnera excipiant ? nullos impetus, nullos ictus ne formident? Tusculan. quæst. lib. 5. Bestiæ quæ alius generis bestijs uescuntur, 2. de Natur. deor. 92. Bestiæ, ut quicquid obiectum est, quod modò à natura non sit alienum, eo contentæ, non quærunt amplius, Tusculan. quæst. lib. 5. Ad bestiarum auxilium confugere, 9. Fam. Bestiarum quæque suũ tenens munus, quum in disparis animantis uitam transire non possit, manet in lege naturæ, Tusc. quæst. lib. 5. Bestiarum aria genera, uel cicurum uel ferarum, 2. de Nat. deorum. Bestijs sensum & motum dedit natura, & cum quodã appetitu accessum ad res salutares, & à pestiferis recessimus, de Nat. deor. 2. Bestijs obijcere, 10. Famil. Pollionis. Quid, quòd populari illi sacerdoti excentos ad bestias amicos sociosq; misisti ? in Pisonem. Namque alias bestias nantes, aquarum incolas esse uoluit (natura,) alias uolucres cœlo frui libero, serpentes quasdam, quasdam esse gradientes: earum ipsarum partim soliuagas, partim congregatas: immanes alias, quasdam autem cicures, nonnulas abditas, terras rectas, Tusc. q. lib. 5. Bestias quasdam esse, in quibus insit aliquid simile uirtutis, de Fin. lib. 5. De bestijs quibusdam firmiores uideas esse apud Aegyptios ac Syros opiniones, de Nat. deo. 1. Hoc apparet in bestijs, uolucribus, agrestibus, natantibus, suibus, cicuribus, feris, de Amicit. 111 b. In bestijs quanta ratio appareat ad perpetuam conseruationem earum generis, 2. Nat. deor.

Bestiola minima, 2. de Nat. deo. 108. Dissimilimę bestiolæ cõmuniter cibũ quærũt: id est, pinna & squilla. de Na. 50 b.

Bestiarivs, rij. qui cum bestijs pugnabat in publicis ludis. Qu. Fr. 311 a, Nam ille uindex gladiatorum & bestiariorum, emerat de Cosconio bestiarios, nec sine ijs armatis unquam in publico fuerat. In Vat. 37 a, Gladiatoribus & bestiarijs Rempu. obsidere. pro Sest. primum do, inquit, bestiarios, lex est scripta de gladiatoribus. Festiuè.

Beta, tæ. holus hortensorium lenissimum. Epist. 107 b, Beta & malua.

Bias, antis. de Am. 107 b, Bias, qui sapiens habitus est unus è septem.

Bibliotheca, æ. tam libros, quàm librorum locum significat. abdo me in bibliothecam, ad Curium libro 7. Dionysius seruus meus, qui meã bibliotheca multorum nummorum tractauit, quũ multos libros furripuisser, &c. ad Sulpicium, libro 13. Offendes designationem Tyrannionis, bibliothecam mirificam librorum meorũ, 4. ad Atticum. Bibliothecam tuam caue cuiquam despondeas, quamuis acrẽ amatorem inueneris, Atti. Bibliotheca alicuius pasci, 4. ad Atticum, De bibliotheca tua supplenda, libris commutandis, Latinis comparandis ualde uelim ista cõfici, ad Quintum fratrem, lib. 3. Si hortum in bibliotheca habes, nihil deerit, Epist. Quum, &c. satisq; ambulatum uideretur, tũ in bibliotheca quæ in Lyceo est, assidemus, 2. de Diuinat. Bibliothecas omnes duodecim tabulæ superant, 1. de Or. 96. Ne Bibliothecis quidẽ Græcis egebimus, Tusculan. quæst. lib. 2.

Bibo, bis. poto, perpoto, poculum exhaurio, uinum exaurio, haurio, forbeo. I. A. 232 b, Quid enim non forbere animo? quid nõ haurire cogitatione ? cuius sanguinem non bibere censet is? Tusc. 247 a, Darius, cum aquam turbidam bibisset, negauit unquam se bibisse iucundius. & 251 a, Lex quæ in Græcorũ cõuiuijs obtinet, Aut bibat, inquit, aut abeat. I. P. 84 a, Cõuiuium in quo nemo potest dicere, utrum iste plus biberit, an uomuerit, an effuderit. In Ant. 180 a, Ab horo tertia bibebatur, ludebatur, uomebatur. pro Flac. 163 b, Nam iste totã Asiam magnitudine poculorum, bibendoq; superauit. At. 222 a, Itaque & edit, & bibit ἀδεῶς & iucundè. Tusc. 247 a, Nunquam sitiens biberat, nec esuriens ederat. de Sen. 86 b, Me uerò & magisteria delectant à maioribus instituta, & is sermo qui à summo adhibetur magistro in poculo. de Cla. 168 a, Excipere sanguinẽ patera. de Na. 75 b, Vinum meracius sumere.

Biceps, tis. de D. 105 b, Si puella nata biceps esset.

Bicorpor, ris. Tusculan. 179 b, Hęc bicorporem afflixit manum. poetæ.

Bidis, oppidum est tenue sanè, nõ longè à Syracusis, in Sicilia. I. V. 119 b, Hinc Bidini & bidentes, ibidem.

Biduvm, dui. duorum dierum spacium. de N. 45 a, Tantæ tenebræ quondam eruptione Aetnæorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur, ut per biduum nemo homi nem homo agnosceret. Atti. 132 a, Romæ nihil auditur nouũ, nec in his locis, quæ à Brũdusio absũt proprius quàm tu biduum aut triduum. & 76 a, Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui. & 67 a, Ab castris aberam bidui. & 132 a.

Biennivm, ij pro Cec. 295 a, Lex usum & autoritatem fundi iubet esse biennium. In Anton. 195 b, Tribuni Pleb. tulerunt de prouincijs contra acta Cæsaris, ille biẽnij, iste sexennij.

Bifariam, bipartitò. de Vni. 200 b, Aliqua bifariam contrariè simul procedẽtia. Tusc. 193 b, Cumq; is motus aut boni aut mali opinione citetur, bifariã quatuor perturbationes distributæ sunt.

Biformatvs, a, um. Tusc. 179 a, Hos non biformato impetu centaurus ictus corpori infixit meo. poetæ.

Bilis, lis. de Nat. 53 b, Ab eo cibo cum est secreta bilis, hiq; humores, qui ex renibus profundunt, reliqua se in sanguinem uertunt. Tusc. 192 b, Quasi uerò atrabili solum mens, ac nõ sæpe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore. moueatur. Tusc. 160 a, Sanguis, bilis, pituita, ossa, nerui, &c. Tuscul. 213 b, Cum pituita redundat aut bilis in corpore. Attic. 26 b, Si (ut scribis) bilem id commouet.

Bimestris, stre. duorum mensium, bimensis. Epist. 159 a, Cõsulatus bimestris, Planci.

Bimvs, a, um. duorum annorum. Epistol. 38 b, Hortensiumq; roges, ut de hac quoque sententia bima decedat, qua mihi nihil potest esse inimicius. & 158 a, Legio bima Planci.

Binvs, ũ. ternus uel trinus, quaternus, quinus, &c. I. V. 135 a, Describebat Censores binos in singulas ciuitates Timarchides. I. V. 135 a, Vt dies XLV inter binos ludos tolerentur. & 172 b, Terna medimna, aut quaterna, aut quina singula iugera exigere. & 185 a, Binæ centesimæ. & 190 b, Quaternis denarijs. & 187 a, HS. quinos denos. & 190 b, Quaternis HS. tritici modium æstimauit. & 192 b, Quaternos HS. quos mihi senatus decreuit, ego habebo. I. V. 133 a, Pueri annorum septum septenumq; denũ. id est, XVI & XVII annorũ. de N. 35 b, Bis, Bina quid sint, Epicurus non didicit. de L. 185 b, Bini cẽsores sunto. & 187 a, Cum deni Tribuni crearentur. contra Rul. 83 a, Et eo in duodena describit in singulos homines iugera. & ibi. Et unicuique uestrum, ubi constitat, bini pedes assignentur. pro Cor. 64 b, Vt in singulis colonijs ternos ciues Ro. facere posset, I. P. 94 a, Græci stipati, quini in lectulis, sæpe plures. Att. 181 a, Tullia mea uenit ad me mihiq; literas reddidit trias. I. P. 100 b, Nulla trinis æstiuis gratulatio. de Cl. 196 b, Non ne cernimus uix singulis ætatibus binos oratores laudabiles constitisse ? Or. 218 a, O M. Drusum, patrem appello, hæc quidẽ duo binis pedibus incisum, & ibi. Hæc item membra ternis pedibus. pro Font. 178 b, Senos uel quaternos denarios exigere. Parad. 125 b, Capit ille ex suis prædijs sexcẽta HS. ego centena ex meis. I. V. 248 a, Verres certo precio sexcẽtenos nummos nautarum missione constituit. de Or. 108 a, Demosthenes una contentione uerborum, binas cõtentiones uocis & remissiones continebat. Epi. 95 a, Binæ uenationes per dies quinque magnificæ. Att. 86 b, Per binos tabellarios misi Romam literas. Epist. 165 a, b, Binos tabellarios in duas naues imposui. I. V. 245 a, Cn. Pompeius cum P. Vectio inter bina castra collocatus est. Atti. 111 b, Põpeius distribuit binos singulis patribus familiarum. de Orato. 161 b, Terna aut bina aut singula etiam uerba dicebant. de Som. 127 b, Cũ ætas tua septenos octies solis anfractus conuerterit. In Ver. 192 b, Tu mihi octenos HS. dato. I. V. 246 b, Verum etiam quo plus darent quàm poterant, ex sexagena milia modum addidisti. Epist. 140 b, Cum loquimur terni, nihil flagitij dicimus: at cum bini, obscœnũ est: Græcis quidem inquies.

Bipartior, iris. i duas partes distribuo, seu partior. I. C. 111 b, Atq; ibi omnes proximis uillis ita bipartiti fuerũt, ut Tybris & pons interesset.

Bipartito, dupliciter, bifariã. (. singulari modo, simpliciter. pro Flac. 152 a, Bipartitò classis distributa fuit, ut, &c. I. A. 227 a, Equitatus, qui in Græciã ducebatur bipartitò. alter, &c. alterum, &c.

Bipartitvs, a, um. Postquam 201 b, Cuius oratio quemadmodum accepi, fuit tripartita: primũ, &c. tum. &c. deniq; ad extremum, &c. ad Heren. 11 b, Argumẽtatio tripartita, quadripartita, quinquepartita. & Officiorum 53 b, Diuisio tripartita. & Orat. 203 b, Tripartita uarietas.

Bipedalis, le. duorum pedum longitudine. de Finibus 5 a, Sol Epicuro bipedalis uidetur.

Bipes, dis. quod duos habet pedes. de Nat. 20 a, Quid obstat quo minus sit beatus, si non sit bipes. pro Do. 223 a, Omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimus.

Birenis, mis. nauis, quæ remorum duos ordines continet. I. V. 246 a, Ne hæc biremis ascriberetur, &c.

Bis, ter, quater, &c. In Verr. 247 b, In una ciuitate bis improbus fuisti, cum, &c. In Antonium. 216 b, In quo bis falleris, primum quòd &c. deinde, quòd, &c. Ep. 134 a, De quo tu mihi antea scripseras bis eodem exemplo. Item: Isq; ludos apparat magnificentissimos, stultè his terq; uel quia, &c. uel quia, &c. uel quia, &c. de Som. 227 a, Cum ætas tua septenos octies solis anfractus conuerterit. de N. 35 b, Bis bina quid sint Epicurus nõ didicit. Or. 221 a, Nam ut duel lum bellum, & duis, bis, sic, &c. I. A. Quinquies.

Bithynia, æ. regio. In Verr. 241 a, Bithyniæ reges lectica octophoro gestari soliti.

Bithynicvs, ca. Ep. 207 a. de Cla.

Βιβάμμα, l. Detrimentum.

Blande, comiter. Atti. 251 b, Amabo te mi Attice, uidef-

ne quam blandè? pro Qu.R.53 Appellare aliquem blandissimè. de Or.94 a, Petere aliquid blandius.

BLANDENONA, æ. oppidum Att. 315 b.

BLANDENIVS, a. Qu.Fr.300 a.

BLANDIBOQVENTIA, æ. de Nat. 72 b, Nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia? poetæ.

BLANDIMENTVM, ti. blanditia. pro Cæl.46 a, Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita uirtus connitueret.245 b, Nec eam minimis blandimentis corrupta deseret.

BLANDIOR, diris. amplexor. Acad.25 a, Video quàm suauiter uoluptas sensibus blandiatur. de Am.114 b, Qui aduersando assentatur, & litigare se simulàs blanditur. de Orat.92 a, b, Ita nati sumus, ut & blandiri, & simpliciter insinuare possimus. Quint. Frat.313 b, Mirificè mihi blandituR Appius. pro Flac.163 b, Cur matri blanditur? cur epistolis & sororis & matris imbecillitatem aucupatur?

BLANDITIA, æ. assentatio. (. Minæ. pro Pla.265 a. Facilis est illa occursatio & Blanditia popularis. Quin. de Pet.212 a, Ea desiderat blanditiam, ast iuditatem benignitatē. de Am.107 b, Beneuolentiam ciuium blāditijs & assentationibus colligere turpe est. pro Clu.24 b, Is se blanditijs & assentationibus in illius consuetudinem penitus immersit. Off.66 b, Malitiosis blāditijs officiorum, non ueritate, sed simulatione quærere hæreditates. de Fi.35 b, Blanditijs præsentium uoluptatum deliniti atq; corrupti, nō pronident. Qu. Fr.300 a, Elicere aliquem blanditijs ad iudicium. I.V.161 b, Sermo inquinatissimus & blanditiæ flagitiosæ. Att.19 a, exprimere nummulos ab aliquo blanditijs.

BLANDVS, a, um benignus, comis. Attic.186 a, Vnum te puto minus blandum esse quàm me. Item: Scis me minimè esse blandum, itaque minus aliquādo dico quàm sentio. Off.42 b, Milites blando appellādo sermone delinere. I.A.213 b, Ne blanda aut supplici oratione fallamur. de D.89 a, Vocare aliquem blanda uoce.

BOEOTIA, æ. regio. pro Flac.156 b.

BOEOTIVS, a, um, de D.77 a, Bacchis Bœotius.

BONA, orum. cōmoda, fortunę, res possessiones. pro Sex. Ros. 21 a, & 22 a, Hæc bona emuntur H S. duobus milibus nūmum. pro D.218 a, Imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis. pro Cec.292 a, Ad incertum reuocari bona, fortunas possessionesque omnium. I.V.99 a, Patres sua bona cum filijs partiūtur. Top.222 a, Mulier cui uir bonorū suorum usumfructum legauit. Att.280 b, Bonis publicatis eandem calamitatem subirent liberi.

BONA DEA. Mater Idæa, Cybele, Matuta. de Arch.245 b, Sacra Bonæ deæ, quæ uiri oculis ue imprudentis quidē aspici fas est. p Mil.118 a, Sacrarium Bonæ deæ. de Ar.246 a, & 252 a, Sacrificium bonæ deæ, quod fiebat pro Salute populi Rom.

BONA fortunæ. dea apud Siculos. I.V.202 a.

BONITAS, tis. probitas, integritas, uirtus, fertilitas, ubertas, cum de agris loquimur. (. Malitia. de Am.101 a, Sed ea dem bonitas ad multitudinem pertinet. non est enim inhumana uirtus, neque superba. de Fi.140 b, Iustitiæ adiunctæ sunt pietas, bonitas, &c. de H.25 a, Quid est melius aut præstantius bonitate & benificientia? de F.104 a, Nec iustitiæ ullus esset nec bonitati locus. de N.37 b, Id non sine diuina bonitate erga homines fieri arbitrantur. Off.24 a, Nōnulli siue felicitate quadam, siue bonitate naturæ, siue parentum disciplina rectam uitæ secuti sunt uiam. Postq.209 a, Magnam uim naturę bonitas habet. contra Rul.89 b, Socer huius uir multum bonus est, neque ego nunc de illius bonitate disputo. Or.212 b, Quare bonitate potius nostrorum uerborum utamur, quàm splēdore Græcorum. & 202 a, Ac uocis quidem bonitas optanda est. pro S.R.29 a, Bonitas prędiorum. contra Rul.74 b, Bonitas agrorum. Ep.204 a, Eorum fortunas tuæ fidei, iustitiæ, bonitatiq; commendo. pro Dom.224 b, An eam causam probare non poteram? cuius tanta bonitas est, ut ea ipsa se p se probarit. Att.265 a, Sūma bonitas & æquitas causæ. Atti.141 b, Hoc mihi Cæsar sua concesit bonitate. pro Dom.235 a, Vir singulari bonitate & modestia prædītus. de Offic.46 a, Summi cuiusque bonitas commune perfugium est omnium. Officior.2 a, Si non interdum naturæ bonitate uincatur. pro Quint. R.49 b, Scilicet hō liberalis, & dissolutus, & bonitate affluēs. de muent.76 b, Petere sibi præmium laboris alieni, aut bonitatis deorum. Off.67 b, Cum fidem alicuius bonitatemq; laudant dignum esse dicunt, qui cum in tenebris mices. Officio.54 b, Officia, quæ & ingenij bonitate, & progressione discendi multi assequuntur. de Orat.140 a, Bonitas & moderatio.)(. superbia & libido. de Nat.77 a, Is uti se deorū bonitate uelle dicebat, id est liberalitate.

BONONIA, æ. urbs Italiæ. Ep.185 b, 173 a, Bruti.

BONONIENSIS, se. de Claris Orat.179 b, C. Rusticellus Bononiensis.

BONVS, probus, præstabilis, salutaris, frugi, integer, iustus. Primum, quod uidetur esse bonus, nemo igitur potior, ad Atticum.91 b. Bonus author, 12. ad Atticum, bonus calamus, 2. ad Quintum fratrem. Bonus dominus Antonius, ad Brutum. Bruti Bonus & assiduus dominus, de Senectut. Valde bonus homo, ad Attic.12. Bonus in aliquem, 10. ad Atticum. Poeta bonus. ad Qu.Fr.lib.1. Bonus re aut spe, pro Domo sua. Bonus uir, Acad.q.edi.1. lib.2. Sit igitur sanè bonus uir, Attic.lib.7. Multum bonus uir, pro Lege Agr.3. Vir bonus qui sit, describitur multis, Officior.67 b. Vir bonus, & simplicis ueritatis amicus, Of. 13 b. Bonus uir minimè est qui ad suū commodum refert, quæcunq; agit, 1. de Leg. Bona actio, Acad.q.ed.2.li.1. Bona causa, pro Sest. Tusculano emptor nemo fuit: si conditio ualde bona fierit, fortassè non omittam, ad Qu.Fr.li.1. Bona de Domitio, præclara de Afranio fama est, Att.lib.7 Memoria bona, At.lib.8. Bona ratio, p Fla. Postremò copiæ cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona deniq; spes cum omnium rerum desperatione confligit, 2. in Catil. Boni augeris est meminisse maximis Reipub. temporibus præsto esse debere, louiq; Opt. Max. se cōsiliarium atq; administrum datum, ut sibi eos, quos in auspicio esse iusserit, cœliq; partes sibi definitas se se traditas: è quibus sæpe opē referre possit, 3. de Leg. Boni haudquadam est dissoluere ratione uinctum, de Vn. Aequi boniq; facere aliquid, ad At.305 b. In Bonæ fidei iudicijs locorum à causis magnus usus, Top. Nec enim cuiquā bono mali quicquam euenire potest, nec uiuo, nec mortuo nec unquam eius res à dijs immortalibus negligētur. Tuf. q.li.1. Bonā beneuolentiam hominum & fidem perspicere potui, 13. Fam. Quam deam iste idcirco bonam dicit, quod in tāto sibi scelere ignouerit, de Ar.252 b, Bonam gratiam quærere, pro L. Manil. Bonam mentem mihi sentio iracundia & amore ablatam, 8. Fam. Cæli. Aiebat bonam partem sermonis in hunc diem esse dilatam. 2. de Orat. Bonam rem impedire melius, quàm cōcedi malæ, 3. de Leg. Ergo in his adolescentibus bonā spem esse dicemus, & magnam indolem, 2. de Finib. Redeamus ad nostros de quibus tu bonam spem te significas habere, Att. lib. 15. Quid mihi ad defendendū dediti bone accusator? pro Sex. Rosc. Bone custos, defensorq; prouinciæ, 7. Verr. Bono aīo te iussisse esse, &c. 1. de Diui. Cōsilio bono aliquid facere, 1. Offic. Proficiscatur Puteolos stadia triginta, pbo nauigio, bono gubernatore ac tranquilitate. 4 Acade. Bono Lepido me esse usurum, 10. Fami. Planci. Id est, amico & beneuolo. De die tantū uideto, & idipsum bono modo, Attic. li.13. Αμφοτέρα autem illam, quam tu soles dicere, bono modo desidero, si prosus ut aduenientem excipiā libenter, ad Quint. Fratr. lib.2. Quod idem in delectu consules obseruant, ut primus miles fiat bono nomine, 1 de Diuinat. Bono nomine centesimis contentus erat, 5. ad Attic. Illa quæ à bono poeta dicta est flexanima oratio, de Oratore 125 b, Ecquis unquam ex tam amplo statu, in tam bona causa, tantis facultatibus ingenij, &c. Attic. lib.3. Vi opprimi in bona causa est melius, quàm malè cedere, 3. de Legib. Bona fide in gratiam redire, 3. Famil. Bona aut denique aliqua Re pub. 5. Fam. Id est bene constituta. Bona & certa tempestate, 2. ad Qu. frat. bona uenia me audies, de Nat. deor. 1. pro Ros. Amer. 4. honoris præfatio. Quare frater, bona tua omnia dixerim, ista sententia, &c. 3 de Leg. Nisi uero (bona uenia huius optimi uiri dixerimus Scæuolæ) tu libellis aut præceptis, &c. 1. de Orat. Omnes boni semper beati. Tusc. quæst. lib.5. Boni uiri qui appellandi Læl. Boni uiri omnes iosam æquitatem & ius ipsum amant, nec est uiri boni errare,

re, & diligere quod per se non sit diligendum, 1. de Legib. Boni uiri ut simus, si non ipso honesto mouemur, sed utilitate aliqua atq; fructu, callidi sumus, non boni, 1. de Legib. Bonæ gratiæ, pro Mur. Bonæ & firmæ legiones, 11. Famil. D. Bruti. Valde bonæ res, 15. ad Atti. Id est, in bono statu. Prædes igitur homines sunt fideiussores, quorum res bona prædia nunc uno nomine dicuntur, 3. Verr. Bona tempora, pro Domo sua. Bonorum nō dicam, qui nescio an ulli sint, &c. 4. ad Att. Bonorum, id est lautorum & locupletum, Vrbem uideo refertam fore, 8. ad At. Bonorum ordines & genera quærenda sunt, 7. ad Att, Bonos nullos noui, ibid. Bonarum rerum expectatione animus erigitur, 2. de Leg. Bonis ac sapientibus à principio innascitur ratio, de Nat. deo, 2. Bonis inter bonos quasi necessaria est beneuolentia, Læl. Bonis uiris quid iuris reliquit tribunatus C. Gracchi, 3. de Legi. 1. Optimatibus, senatorib. Ita prorsus existimo bonos beatos, improbos miseros, Tuscu. quæst. lib.5, Socratis est apud Platonem in Gorgia. Populum inflammare in improbos, aut incitatum in bonos mitigare, de Ora.102 b. In ter bonos bene agier, fiduciæ formula, 7. Fam. Inter bonos bene agier, iudiciorum quorundam formula, Top. Inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione, Off.3. Nisi intuitum illud in animis haberemus, omnes bonos interitu suorum quàm grauissimè mœrere oportere, Tuscu. quæst. li.3. Consules duos bonos quidem, sed duntaxat bonos amisimus, ad Brut. Bona dicta tenere sapiens uix potest, 2. de Orat. A bonis uacuum forum, Post. redit. in Senatu. In bonis omnia, quæ summa sunt, iure laudantur, de Claris Orat. 272 b. Vbi illa consuetudo in bonis prædibus prædijsque uendendis omnium Consulum, Censorum, Prętorum, Quęstorum denique? ut optima conditione sitis, cuia res sit cuium periculum? 3. Verr. Bona prædia dicuntur bonis satisfactionibus obnoxia, siue sint in mancipijs, siue in pecunia numerata. Nunquam ego hæc in bonis rebus numerāda, duxi, Parad. 116 b. Initijs bonis orsus tribunatus, in Bruto. Quōd me in forum uocas, eò uocas, unde etiam bonis meis rebus fugiebam, ad Atti. lib.12. Id est prosperis. Bonis aut perditis rebus, 12. Fami. Si sapiens adulterinos nummos accepit imprudens pro bonis, 3. Offic. Ita bonis uiribus esse in extremo tempore ætatis, ut adolescentiam non requireret, de Senect. Bonum definiuit Diogenes, id quod esset natura absolutum, de Finib. lib.3. Quod bonum est, id nō quiuis habere potest. Tuscu. quæst. lib.5. Bonum crescendi accessionem nullam habet, de Finib. lib.3. Excellens bonum. pro Marcell. Bonum efficiens, ποιητικὸν dicitur, quod honestas actiones affert & efficit, de Finib. lib.3. Quicquid est quod bonum sit, id expetendum est, Tusculan. quæst. lib.5. Quod bonum, id honestum, Tusculan. quæst. lib.5. Quod bonum, id utile, Officior.3. Bonum ipsum non est in opinionibus, sed in natura: quod ni ita esset, beati quoque opinione essent. 1. de Leg. Bonum literarum, 15. Famil. 38, id est commodum uel utilitas. Bonum mentis est uirtus, Tuscu. quæst. lib.5. Bonum naturale, pro Cælio. Nihil bonum, nisi naturæ primis bonis, aut omnibus, aut maximis frui, ut Carneades contra Stoicos disserebat, Tusculan. quæst. lib.5. Nihil bonum nisi quod honestum, iuxta Stoicos, Tusc. quæst. lib.2. Ibidem, libr.5. ad Attic.8. Nihil bonum, nisi uacuitas doloris, ut Hieronymus, Tusculan. quæst. lib.5. Nihil bonū, nisi uirtus, secundum Aristonem Chium & Zenonem, Academ. quæst. ed.1. lib.2. Nihil bonum, nisi uoluptas, ut Epicurus, Tusculan. quæst. lib.5. Nihil bonum, quod non eum, qui id possidet, meliorem facit, Parad. Bonum non est de quo non is qui id habeat, honestè possit gloriari, Parad. Atque hæc certè non ita se haberent, nisi omne bonum in una honestate consisteret, Tusculan. quæst. lib.5. Bonum omne laudabile, Tusculan. quæst. lib.5. Bonum in eo positum est, ut naturæ cōsentiat. de Finib. li.3. Omne bonum lætabile est: quod autem lætabile, id prædicādum & præ se ferendum: quod tale autem, id etiam gloriosum: si uerò gloriosum, certè laudabile: quod autem laudabile, profectò etiam honestum: quod bonum igitur, id honestum, Tuscula. q.lib. 5. At facilè cerneres naturalē quoddam stirpis bonum, degenerauisse uitio depraualæ uoluntatis, in Bruto. Quamobrem simul obiecta species cuiuspiam est, quod bonum uideatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura, Tuscuæst. lib.4. Id solum bonum est, quod rectum & honestū, & cum uirtute est, Parad. Bonum solum quod honestū, ut Zenonis eiusq; auditori Aristoni placuit, Tusculan. quæst. li.5. Summum bonum est, quod ipsum nullam aliam ad rem, ad id autem res referuntur omnes, de Finib. lib.1. Summum hominis bonū iuxta Stoicos positū est in eo, quod ὁμολογίαν ipsi, hoc est, conuenientiam uocant, de Finib. lib.3. Summū bonum in cognitione & scientia ponit Herillus, Aca. quęs. ed.1. lib.2. Summum bonum in corpore & uoluptate uidetur Epicuro, Tuscula. quæst. lib.3. Summum bonum si ignoretur, uiuendi rationem ignorari necesse est, de Finib. libr. 5. Nec tamen tantum in statuenda Lepidi statua factum est mali, quantum in euertenda boni, ad Brutum. At uerò aut honoribus aucti, aut re familiari, aut si aliquid quippiam nacti sumus fortuiti boni, aut depulimus mali, tum dijs gratias agimus, tum nihil nostræ laudi assumptum arbitramur, 3. de Natura deorum. Nimium boni est, cui nihil est mali, de Fin.73 b. Vt quisque boni est maximè particeps, ita & laudabilis maximè, Parad. Summi boni diffinitione omnis ratio uitæ continetur, de qua qui dissident, de omni ratione uitæ dissident, Acad. quæst. ed.1. lib.2. Cui bono fuerit, 2. Philipp. Bonum Academici antiqui, quod secundum naturam esset, quo in uita iuuaremur, esse decreuerunt: Zeno, nisi quod honestum esset, nihil putauit bonum, 1. de Legib. Qui summum bonum sic instituit, ut nihil habeat cum uirtute coniunctum, idque suis commodis, non honestate metitur: hic si sibi ipse consentiat, & non interdum naturæ bonitate uincatur, neque amicitiam colere possit, nec iustitiam, nec liberalitatem, Officior.1. Bono mentis fruendum est, si beati esse uolumus. Tuscula. quæst. lib.5. Bono nil melius, Parad. Bono philosophię nullum optabilius, de Vni. De summo bono qui dissentit, de tota philosophiæ ratione dissentit. de Finib. lib.5. Dissensio de summo bono malo que, 1. de Legib. Summo bono in philosophia constituto, constituta sunt omnia, de Finib. lib.5. Eò ipso bono tuo quo delectatur, 6. Familiar. Id est, ijs dotibus animi. Bono suo opus facere, 3. in Verr. Atqui nisi stabili & fixo permanente bono, beatus esse nemo potest. Tusculan. quæst. lib.5. Id quum nō accidit, utemur bono literarum, & eadem ferè absentes, quæ si coram essemus, consequemur, ad Cassium li. 15. Quædam animi & corporis in quibusdam non tam naturæ, quam beatæ uitæ adiuncta sunt, Acad.q.edit.2, lib.1. Bona animi ab Academicis in naturam & mores diuidebātur: hoc est, in uirtutes quæ suapte natura ingenerantur, & in uoluntarias, quæ exercitatione acquirunt, Academi. quæst. edit.2. lib.1. Bona corporis alia in toto, alia in partibus secundum Academicos, Acad, quæst. edit.2. lib.1. Bona corporis complent quidem beatissimam uitam, sed ita ut sine illis posit beata uita existere, de Finib. lib.5. Bona præterita sapientes grata recordatione renouata delectāt, de Finibus libr.1. Non sunt igitur ea bona dicenda, quibus abundantem licet esse miserrimum, Tusculan. lib.5. Bona maxima sunt, quæ in' ipso animo, atque in ipsa uirtute uersantur, Acad. quęs. ed.2. lib.1. Bona si ex dissimilibus mixta erunt, honestum ex his effici nihil poterit, Tusculan. quæs. libr.5. Natura omnes ea quæ bona uidentur, sequuntur, fugiunt q; contraria, Tusculan. quæst. lib.4. Bonorum alia τελικὰ, id est, ad ultimum pertinentia: alia autem efficientia, quæ Græci πολιτικὰ, alia utrunque, de Fin. lib.3. Bonorum diuisio, Partit. Bonorum finis ad quem referunt, & cuius causa sunt facienda omnia, 1 de Legibus. Bonorum malorumque fines constituere, Academ. quęs. edit.1. libr.2. Omnium bonorum fons in corpore, iuxta Epicureos, Acad. ed. 1. lib.2. Bonorum & malorum genera, Part. Bonorum tria genera, maxima animi, secunda corporis, extrema tertia, ut Peripatetici, nec multo ueteres Academici secus, Tuscu. lib. 5. Quid sit extremum, quid ultimum bonorū, 1. de Fi. Quomodoque bona natura appetimus, sic à malis natura declinamus, Tusc. quæst. lib.4. Bona animi ponebant Academici, quæ essent ad comprehendendam animi uirtutem idonea, Acad. q.ed.2. lib.1. In bonis animi tanta præstantia est, ut ab his corporis & extrēma obscurentur, Tuscu. q.lib.5. Zenoni, præter honestum nihil est in bonis. Acade. q.edit.1. li.2. Bonis corporis & fortunæ uitam beatam compleri negant Stoici, Tusculan. quæst. lib.5. Neque enim sunt isti au-

diendi qui uirtutem duram, & quasi ferream esse quandam uolunt: quę, &c. ut bonis amici quasi diffundatur, & incommodis contrahatur, de Amic. Magnis enim illi & diuinis bonis hanc licentiam assequebantur, 1. Offic. Quod si ita est (id est, si uita beata ex sui, similibus partibus effici debet) ex bonis quæ sola honesta sunt, efficiendum est beatum, Tuscul. quæst. lib. 5. Vt in malis opinatis tolerabilia, sic in bonis fed tiora sunt efficienda ea, quæ magna & læta bilia dicuntur, Tusculan. quæst. lib. 4. Sine bonis corporis & fortunæ uitam beatam nullam esse putant Peripatetici: aut si sit beata, beatissimam esse negant. Tus. quæst. lib. 5.

Bootes, tæ, ti. de Nat. 47. b, Septentriones autem sequitur Arctophylax uulgo qui dicitur esse Bootes. & ib. Booti sub ter præcordia fixa uidetur Stella micans.

Bos, bouis. Bos opimus, Diuin. lib. 1. Bos sanctus, Aegypriorum Apis, de Nat. deor. 1. Bos armenta sequitur, 7. ad Att. Boui citellas imponere, 5. ad Attic. Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris sustineret bouę uiuum, de Senect. 83. b. Boues mollipedes, Diuin. lib. 1. Boues & equi, ibes, accipitres, aliæque belluæ à barbaris in numero deorum reponebantur, 3. de Nat. deor. Boum ceruices naturæ ad iugum, & uires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, 2. de Nat. deor. Boum terga declarant non esse ad onus accipiendum figurata, 2. de Natu. deor. Boum uiscera uesci scelus habebatur, tempore aurei seculi, 2. de Nat. deor. Bobus ab illo aureo genere uis nunquam ulla afferebatur, 2. de Natur. deor. Quid de bubus loquar? 2. de Natura deorum.

Bosphorvs, ri. pro Mu. 132. b, Angustum est fretum ad Mæotim paludem, Cimmerius Bosphorus dicitur.

Bosphoranvs, a, um. pro Pomp. 5. b, Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simulauit.

Bovilla pugna, Att. 74. b.

Bovillanvs, na.

Bovianvs, na. pro Clu. 59. a.

Brachatvs, a, um. pro Font. 280. b, Galli sagati brachatique. & I. P. 91. a, O brachatę cognationis dedecus quemadmodum uenisti? Ep. 134. b, Brachatæ & transalpinæ nationes. Braccha genus uestis erat, qua utebantur Galli transalpini. unde Bracchati, & Gallia Bracchata, pro transalpina dicta.

Brachalia. l. Armillæ.

Brachivm, chij. cubitus. de Orat. 131. a, Cum extento brachio paululum etiam de gestu addidit. pro Cæl. 39. b, Nobis olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga cõstitutus, ut exercitatione ludoque campestri, tunicati uterentur. de Or. 232. a, Excusauit uespa, quod eum brachium fregisse diceret. Att. 22. b, Obiurgare aliquę molli brachio. At. 64. b, Agere aliquid leui brachio. Consules qui illud leui brachio egissent, rem ad senatum detulerunt. ad Her. 21. a, bis. In contentione per distributionem, celeri proiectione brachij uti oportet, &c. Orat. 202. a, Brachij proiectio in contentionibus, contractio in remissis.

Brassica, cæ. de N. 50. a, l. Caulis.

Breve, pro breui, seu breuiter. pro Sest. Breue dicam. Att. lib. 6. & in Sallust. Breue faciam.

Brevi, breuiter, paucis uerbis, propediem, in breui, breui tempore, exiguo tempore, paucis diebus, paucis annis. Att. 130. b, Cæsar magnas copias breui habiturus est. & ib. Breui tempore. & 138. a, Eo. 184. b, Resp. breui tẽpore ius suũ recuperabit. Ep. 89. a, Nec ullo modo diuulgandum est de te iam esse perfectum, sed erit perbreui. pro Cec. 303. a, Id tametsi extra causam est, percurram tamen breui. de Sen. 89. a, Breui expediam. Parad. 1 22. b, Illud breui cõficiendũ est, &c. pro Sest. 23 a, Sed genus uniuersum breui circumscribi & definiri potest. Item. Hæc si quis existimat à me posse exponi tam breui, uehementer errat. de Or. 110 b, Nunc complectar, quod proposui breui. de Or. 119 b, Quid in utramque parrem mihi in mentem ueniat, explicabo breui. Epist. 36 b, Vt tuis literis breui responderem. de Or. 225 a, Ad ea quæ requiris, breui respondebo. ad Her. 32 a, Transitio uocatur, quæ cùm ostendit breuiter quod dictum sit, proponit item breui quod consequatur.

Breviloqvens, tis. Attic. 114 b, Breuiloquentem iam me tempus ipsum facit.

Breviloqventia, tiæ. de Rep. teste Gellio.

Brevis, uis. paruus, pusillus, contractus, concisus, angustus, exiguus, præcisus.)(. Longus, productus, procerus. de Am. 115 b, Omnia breuia tolerabilia esse debent, etiam si magna. de Or. 138 b, Breuis est L. Crassi oratio. pro Sest. 5. a, Longum est dicere, sed hoc breue dicam, si M. Petreij uiri rus. &c. In Sal. 227 b, Iam dabo operam, quàm maximè potero ut breue id faciam. de Orat. 16 a, Aliquid contractio, ne breuius fieri, aut productione longius. pro Ar. 1 192. a, In hoc tam exiguo uitæ curriculo & tam breui. de Inuen. 84. b, Ac multos imitatio decipit breuitatis, ut cùm se breues putent esse, longissimi sint. de Cl. 179 a, Ambitus uerborum contractus & breuis. Or. 212 a, Inclytus dicimus breui prima litera, insanus producta. de Or. 160 a, Syllaba breuis.)(. Longa, producta. de Or. 96 b, Quædam breuia, sed magna cum exercitatione præcepta gustarem. Oct. 336 b, O miseram & in breui tam celerem, & tam uariam reipub. commutationem.

Brevitas, tis. contractio, paruitas. Breuitas, exornatio est, res ipsis tantummodo uerbis necessarijs expedita, &c. ad Her. 41 a, de Or. 138 b, Breuitas appellanda est cum uerbum nullum redundat, uel cùm tantũ uerborum est, quãtũ necesse est. de In. 48 b, Multos imitatio decipit breuitatis, ut cum se breues putent esse, longissimi sint. de Leg. 194. a, Breuitas non modò senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in sententia. Or. 219 a, Contractio & breuitas diguitatem non haber. de Orat. 161 b, Distinctè concisa breuitas. At. 5 b, Breuitate tẽporis tam pauca cogor scribere. de Cla. 169 b, Breuitas autem laus est in aliqua parte dicendi, in uniuersa eloquentia laudem non habet. Or. 213 b, Iudicium longitudinum & breuitatum in sonis. & 215 b, Breuitate & celeritate syllabarum uerba procliuius labuntur. de Clar. 170 b, Concisæ sententiæ, & non satis apertę, cùm breuitate, tum nimio acumine. Orat. 217 b, Breuitas pedis.)(. Proceritas pedum. de Leg. 173 a, Eum igitur moremqũ breuitate, si potero, consequar. Or. 218 b, Breuitas ambitus.)(. Longitudo ambitus. Att. 15 b, Breuitas diei. & de Or. 146 a, Angustiæ temporis.

Breviter, exiguè, leuiter, strictim, summatim, breui, cum breuitate, ἐν ἐπιτομῇ, paucis uerbis.)(. Productè, pluribus uerbis. de Or. 93 b, Nõ grauabor breuiter meo more, quidquaque de re sentiam, dicere ad Heren. 2 a, Si summam eam breuiter exponemus. Orat. 201 b, Breuiter summatimque describere aliquid. ad Heren. 62 a, Breuiter & absolutè cõplecti aliquid. Ep. 36 b, Quod ego ad te breuius scribo. de D. 65 a, Exposui quàm breuissimè potui oracula, &c. de Nat. 26 a, Agam quàm breuissimè potero. pro Cec. 288 a, Vt in pauca conferam. pro Cæl. 40 b, Vide quàm paucas spondeam. pro Cluent. 45 a. Hæc pluribus uerbis dicerem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea.

Britannia, niæ. Anglia, Albion, regio nota. ad Quint. Frat. 517 a, O iucundas mihi tuas de Britannia literas. Nat. 43 b.

Britannicvs, a, um. Epist. 99 b, Ego uestras Britannicas literas expecto. de Natura deor. 64 b, Aestus maritimi Britannici.

Bromivs, mij. Bacchus. l. Bacchus, & Liber.

Brvma, mæ. brumale tempus, brumalis dies, hyems.)(. Aestas, solsticium. de Nat. 30 a, Solis accessum discessumqũ brumis solsticijsque fieri. de D. 115 a, Musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri, & puleium aridum floresceret ipso brumali die.

Brvmalis, le.)(. Solsticialis. de Vniu. 200 a, Astra per colum penetrantia, solsticialis se & brumali reuocationem conuertunt. de N. 66 b, Solsticialis orbis, itẽque brumalis. de Or. 159 b, Sol accedens ad brumale signum. de Fa. 140 b, Vt in brumali die nati. In Arat. Sol brumali flectens contorquet tempore currum.

Brvndvsivm, sij. urbs. Att. 41 a.

Brvndvsinvs, na. fæpe.

Brvtii, orum. Italiæ populi. pro Cec. 195 a.

Brvtinvs, a, um. ad Att. 282 b, Consilia Brutina, id est, Bruti.

Brvtvs, a, um. ad Heren. 13 a, Fortuna bruta, Pacuuij. & Horatij terram brutam dixit.

Brvtvs, ti. Tusculan. 209 a, L. Brutus patriam liberauit, prius clarus

clarus autor nobilitatis tuæ.

Bvbvlcvs, ci. boum custos. de Di. 92 a, Hoc somnio commotus manè bubulco præsto ad portam fuit. & 19 a.

Bvccæ, æ. os ipsum, & interior malarum pars concaua. Postquam. 206 b, Consul processit grauibus oculis, fluentibus buccis. & I. P. 84. b, Fluentes pulsatæque buccæ. de Orat. 133 b, Gallus pictus sub nodis distortus, eiecta lingua, buccis fluentibus. At. 108 a, Tu ad me crebro scribe, vel quod in buccam venerit. At. 7 a, & 225 a, Si nullam rem habebis, quod in buccam uenerit, scribito. Att. 186 a, Cum coràm sumus & garrimus quicquid in buccam uenit. At. 154 a, Quicquid uenerit in mentem scribas.

Bvccina, æ. tuba belli. pro Mur. 128 b, Te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitar. In Ver. 222 b, Signum buccina datur.

Bvccinator, oris. præco, tubicen. Epistol. 264 b, Quod polliceris te fore buccinatorem existimationis meæ, firmo animo id facias licet. Cic. filij.

Bvccvla, æ. I. V. 131 b, Mironis buccula ex ære. & de D. 90 b, Buccula ex auro id est, uitula, seu iuuenca.

Bvlevterivm, rij. locus Syracusis ubi erat curia. I. V. 1192.

Βούλησις. l. Appetitio. l. Voluntas.

Bvlienses, populus est. I. P. 100 b.

Bvllionis. idem pop. 221 b.

Bvlla, læ. in Ver. 107 a, Bullam in toga prætexta erat ornamentum pueritiæ in cordis figuram formatum. 107 a, Pupillus cum toga prætexta fine bulla. Bullæ pro clauis quibus valuæ ornantur. I. V. Indicium atque insigne fortunæ. I. V. 229 a, Verres bullas omnes aureas ex valuis non dubitauit auferre.

Bvstvarivs, a, um. I. P. 83 b, Si mihi cum illo bustuario gladiatore & tecum & cum collega tuo decertandum fuisset.

Bvstvm, sti. locus vbi aliquis combustus est, sepulchrum, monumentum. Tusculan. 148 a, Qui incidi iussit in busto, hæc habui, quæ edi. de Le. 183 a, Pœna est, si quis bustum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum violarit. I. A. 153 b, Cum ijdem bustum in foro facerent, qui illam insepultam sepulturam effecerant. I. P. 82 b, Quorũ ego furori nisi restitissem, in Catilinæ busto mactatus essem. I. P. 81 b, Cum templum illud fuit te consule bustum legum omnium. pro D. 240 a, Vt in viri etiam spirantis caput bustum suis manibus imponeret. pro Dom. 235, Signum de busto meretricis ablatum isti dedit. I. P. 81 a, Cum tu interim bustum reipublic. &c. Attic. 107 a, L. Quinctius ad bustum Basilij vulneratus & despoliatus est.

Bvthrotvm, oppidum. Att. 26 a, & 59 a, & Ep. 237 a.

Bvthrotivs, a. At. 226 a, Item 230 b.

Byzantivm, tij. urbs. pro Dom. 223 b.

Byzantivs, a, um. Orat. 200 b. Theodorus Byzantius. de Pro. 70 a, Vrbem Byzantiorũ vobis atque huic imperio fidelissimam, & ibidem, Byzantiorum virgines se ad libidinẽ Romanorũ militum effugiendam, in puteos abiecerunt.

C A



Litera post S posita legitur sic. S. C. & significat Senatusconsultũ. In numeris C, valet centum. Condemnandi quoque nota fuit, hancq; intellexit Cicero pro S. R. illis verbis: Sed si ego hos bene noui, literam illam cui vos vsque eo inimici estis, vt etiam eas omnes oderitis, ita vehemẽter ad caput affigent, vt postea neminem alium, nisi fortunas uestras accusare possitis.

Cachinnatio, onis. solutior risus. Tus. 224 a, Si ridere concessum est, utiuperetur cachinnatio. & ad Her. 20 b.

Cachinnor, aris. solutus ridere. I. V. 161 a, Ridere conuiuæ, cachinnari ipse Appronius.

Cachinnvs, ni. risus solutior. de Fat. 142 a, In quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse. de Cla. 184 a, Curio in agendo cachinnos irridentium commouebat.

Κακία. l. Malitia. l. Vitium.

Cadaver, ris. mortuum corpus. pro Mil. 108 a, Cadauer P. Clodij semiustulatum. Tusculan. 247 a, Aqua turbida & cadaueribus inquinata. Epist. 50 a, Cum uno loco tot oppidorum cadauera proiecta iaceant. Sulpitij. I. P. 83 a, Ab hoc eiecto cadauere quicquam mihi opis expectabam? & 97 a, Abiectum hoc cadauer. &c.

Cadvo, dis. concido, labor, delabor, decido, corruo, præcipito, accidit, euenit, conuenit. Oft. 16 a, De manibus audacissimorum ciuium delapsa arma ceciderunt: Or. 205 b, Si quãdo minus succedet, magnum tamen periculum non adibit: altè enim cadere non potest. Or. 205 b, Isque in lubrico minimè versabitur, & si semel constiterit, nunquam cadet. Off. 15 a, Quia si quid aduersi euenisset, cam grauiter cadere non possunt. pro Mur. 138 b, Noluerunt illi ita quẽquã cadere in iudicio, ut nimijs aduersarij uiribus abiectus uideretur. pro Dom. 140 a, Sed tibi cum oculi, vultus, uerba cecidissent. de Ar. 253 a, Vt si tanta ciuitas cadat, quod dij omen obruant. Or. 216 a, Verba melius in syllabas longiores cadunt. & 219 b, Et in spondeos cadit. Or. 202 a, Articulus ad numerum cadens. de Ar. 258 a, Autoritas principum cecidit. Off. 42 a, Tua laus pariter cum rep. cecidit. Ep. 78 b, Non debemus ita cadere animis, quasi, &c. At. 119 a, Cadendum est in vnius potestatem. Or. 215 a, Pedes qui maximè cadunt in orationẽ. & 197 a, Quæ sub oculos non cadunt. I. V. 276 b, Sub populi Ro. imperium ditionemque ceciderunt. de Off. 68 a, Cadit ergo in bonum uirum, mentiri emolumenti sui causã. pro Syl. 181 a, Non cadit in hãc uiram ista suspicio. de Ar. 252 a, Multi sunt in quos huius maleficij suspicio cadat. Or. 205 b, In idem genus orationis uerborum cadũt lumina omnia, & 200 a, Neque in unã formam cadunt omnia. de Orato. 109 a, Quæcunque in disceptationem cadere possunt. Off. 2 a, Id quod in deliberationem cadit. Off. 55 b, Quod in nostram intelligentiam cadit, conseruãdum est nobis. de Ar. 256 a, Habent Hetrusci certa nomina, quæ in id genus ciuium cadere possunt. & 257 a, In eum cadit hoc uerbũ maximè, qui &c. pro Cæl. 52 b, Nihil est, quod in eiusmodi mulierem non cadere uideatur. de D. 87 b, Sortes eductæ in rem aptè cadere possunt diuinitus. Ep. 30 a, Verebar ne id ita caderet, quod nũc etiam uereor. de Leg. 176 b, Augurũ responsis multis multa incredibiliter uera cecidisse. Attic. 40 a, Nihil mihi optatius cadere potuit. At. 52 a, Hæcres quemadmodum ceciderit, scire uelim. At. 41 b, Sanè ita cadebat ut uellem. de Or. 110 a, Sed hoc cecidit mihi peropportunè. Ep. 112 b, Quod melius caderet, nõ uidi. I. V. 67 a, Verum hoc adhuc percommodè cadit. Ep. 74 a, Aliter cecidit res ac putabã. & 88 b, Aliter cecidit res atque opinabar. Qu. F. 303 a, A te mihi omnia semper honesta & iucunda ceciderunt, à me tibi luctus, mœror, &c. At. 216 a, Horũ ego uix attigi penulam, remanserunt tamen, cecidit bellè. At. 120 b, Quoquo modo ea res huic quidem cecidit. pro Quin. 9 a, Nil tibi iure incommodi cadere potest. pro Mil. 117 b, Si minus fortissimi uiri uirtus ciuibus grata cecidisset. Ep. 241 a, Quid casurum sit incertum est. Ar. 15 b, Verebar quorsum id casurum esset. de Cl. 177 b, Sed ita cadebat ut alter, &c. id est, eueniebat. de Or. 93 a, Insperãti mihi sed ualde optãti, cecidit, ut, &c. i. euenit. Ep. lib. 6. ad Torquatum, Cadere animis. de Am. nec debilitari animos, aut cadere patitur. de Or. lib. 1. de Fin. lib. 1. & pro Mur. Causa cadere de Fato, Ex equo cadere. Part. Cadere ex bona fortuna. de Leg. 181 a, Ne in offensionem Athenienium caderem. de Or. 160 a, Quib. hi tres heroi pedes in principia continuandorũ uerborum satis decorè cadunt. de In. 51 a, Signum est, quod sub sensum aliquem cadit, & ibidem: Res quæ sub eandem rationem cadunt. Or. 203 a, Quicquid est, quod sub aurium mensuram aliquam cadit. de Nat. 6 b, Quod ne in cogitationem quidem cadit. de Fin. 103 a, Hæc sub iudicium sapientis cadunt.

Caducevm, cei. Mercurij uirga & sceptrum, qua bella diriminntur. de Or. 102 a, Eum quærimus, qui non tam caduceo quàm nomine oratoris ornatus, incolumis possit inter hostium tela uersari.

Caducvs, a, um. fragilis, mobilis, mortalis, falsus, incertus. de Som. 128 b, Infra lunam nihil est nisi mortale & caducum. de Or. 206 a, de Sen. 88 a Vitis, quæ natura caduca est, nisi fulta sit, ad terram fertur. pro Dom. 143 a, Caduca semper & mobilia hæc esse duxi. I. A. 193 b, Omnia alia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia, uirtus est una altissimis defixa radicibus, &c. de Am. 111 a, Res humanæ fragiles, caducæque

cæque sunt. I.A.226 b, Hæreditates caducæ. de Nat. 21 a, Corpus caducum & infirmum. de Leg. 160 b, Corpus fragile & caducum . de Fin. 82 b, Quod fragile & caducum sit. de Or. 153 a, possessio quasi caduca & uacua. de Am. 99 b, Illa autem caduca & incerta . Quasi uietum & caducum. l. Vietum. de Of. 48. b, Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt.

Caecatvs, a, um. obcæcatus, lumine priuatus. de Clar. 189 a, Rabida & celeritate cæcata oratio. Tusc. 163 b, Aliquis cæcatus uitijs.

Caecilivs. pro S.R. 25 b.

Caecilianvs, na. Tusc. 202 b.

Caetitas, tis. priuatio sensus oculorum. Tusc. 250 a, Ascle piadem ferunt, cum quidam quæreret, quid ei cæcitas attulisset, respondisse, ut puero uno esset comitatior. & 249 b, Horribilis ista cæcitas, &c. pro Dom. 234 b, Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conuersa. de Ar. 252 b, An tibi luminis obesset cæcitas plusquam libidinis. pro Do. 239 a, In furore animi & cæcitate : id est, furore & amentia.

Caeco, as. excæco, cæcũ facio uel efficio , perdo oculos, oculis priuo. Tus. 239 a , Animi acies cæcatur erroribus. I.A. 193 a , Sed spes rapiendi cæcat animos eorum, pro D. 225 a , Non enim te arbitror supellectilis meæ cupiditate esse cæcatum . de Fin. 145 a , Democritus oculis se priuasse dicitur . pro Sest. 27 a , Qui largitione cæcarunt mentes imperitorum.

Caecvs , a , um. oculis captus , amens, furens. de Amic. 106 b, Non solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerunq; efficit cæcos quos complexa est. I.A. 148 a , Quis hoc uidet, quod fortuna, quæ dicitur cæca, uidit ? pro D. 234 b, Quem unquam audisti tuorum cũ sacrificium Bonæ deæ fieret , interfuisse ? neminem , ne illum quidem qui cęcus factus est. de Fin. 121 a, Catuli qui iam desperuerunt, cæci æquè ut hi qui modo nati. pro Plan. 260 b, Sed ego cæcum me & præcipitem ferri confitear in causa , ũ . &c. I.P. 92 a, Cupiditate cæca rapi. pro Cl. 59 b, Mater , quam cæcam crudelitate & scelere ferri uidetis. pro Quint. 15 a, Aliquem cæcum cupiditate atque auaritia esse. de Inuent. 42 a, Cæca & temeraria cupiditas. pro S.R. 35 a, Ipsos cæcos reddit cupiditas & auaritia. pro Sest. 6 b, Ille cæcus atque amens furore. & de Ar. 255 a , Cæcus amentia. contra Rul. 73 a, Cur hoc tam est obscurum atque cæcum? de Or. 141 a, Res cæcæ & ad aspectus iudicio remotæ . pro Mil. 111 a, Cæca nox. pro Lig. Timor cæcus. Ep. li. 12. Cæcum tempus seruitutis. Ep. li. 6. Cæca suspicio. de D. li. 2. Quod temere fit cæco casu, & uosubilitate fortunæ. de Fin. lib. 1. Cæco impetu in alios incurrere . contra Rul. Obscura spe & cęca expectatione pẽdere. At. li. 11 Cęci fuimus in ea re.

Caedes, dis. occisio. Epistol. 58 a, Bellum ex altera parte cædem ostentat, ex altera seruitutem. Epi. 184 a, Cædem gladiator quærit. pro S.R. 31 a, Qui in cæde atque ex cæde uiuunt. pro Mil. 118 b , Clodius multorum priuatorum cædes effecit. & 103 b, Cædem, qua P. Clodius occissus esset, contra remp. esse factã. pro S.R. 20 b, Cædes indignissimę maximæque factæ sunt. de Cla. 172 a, Cùm in sylua sua facta cædes esset, &c. pro Cec. 293 a, Tu uim negabis esse factam, si cædes & occisio facta non erit? Anteq. 195 b, Neq; patiar ut cædes ciuium inter se fiat. pro Syll. 180 b, Facere cædem uicinorum. de Pro. 75 a, Conducere aliquem ad cędem faciendam. pro Plan. 278 a, A seruis cædem fieri Senatus, Reip. exitiosum fuisse. Att. 246 b, Mihi res spectare ad cædem uidetur.

Caedo, dis, cecidi, cæsum. tundo, uerbero, occido. I.A. 218 b, Cum enim seruj publici loris cæciderunt. & 252 a, Quos Antoni', in conuiuio loris cędi iubebat. Anteq. 195 b, Seruj ad supplicium cæsi uerberibus trahũtur. I.V. 164 b, Cædere aliquẽ uirgis. & de Di. 62 a. I.V. 90 a, Cędere ianuam saxis. de Di. 126 a, Cædere silicem. I.V. 106 a, Lapis aliquis cædendus & asportandus fuit. I.A. 189 b, Antonius cædit greges armentorum. At. 79 a, Hic ad III. Id. Octob. magnũ hostium numerum cæcidimus. pro Mil. 104 a, Ille dies, in quo T. Graccus est cæsus. de D. 126 b , Qui robur illud cæcidit, dolauit, inscripsit. de D. 115 a, Arbores simul cum luna senescentes tempestiuè cædi, quia tum exiccatæ sint. de

Leg. 158 a, Roscius i senectute numeros in cãtu cæciderat.

Caelebs. l. Cœlebs.

Caelo , as. occulto , obscurè fero.)(. Indico. in Ver. 249 a, Quamobrem iste pirata cælatus est ? de Nat. 16 a , Nec tu me cælas, ut Pythagoras solebat alienos. Ep. 61 a, Existima re debes te maximis de rebus à fratre esse cælatũ. Ep. 105 b, Bassus noster me de hoc libro cælauit. pro Cl. 57 b, Non est profecto de ueneno illa cælata mater. At. 167 b, Iam cælandum magis de nostro consilio , quem ad diẽ uiderentur. Or. 219 b, O uirum simplicem, qui nos nihil cælat. Aca. 19 b, Vnum tamen illud non cælant. contra Rul. 68 a, Cum militariter me in eorum sermonem insinuarem ac daremę cælabar, excludebar. Qu. Fr. 317 b, Sed heus tu, cælarium deor à te, pro Syl. 174 b, Credo iudices cælatum esse Cassiũ de Sylla uno. Ac. 15 b , Aut cur cælaris quasi turpe aliquid, sententiam uestram ? Attic. 239 a, Saufeium peto, cælemus, ego nunquam indicabo. Qu. F. 326 a, Sed tamen indicabo tibi, quod in primis te cælatum uolebam. Off. 59 a, In omni deliberatione, & cælandi & occultandi spes remouenda est. Aca. 39 a , Nec tamen istum cessare , sed cælare quæ scribat existimo. Off. 59 b , Si omnes deos hominesque cælare possimus, nihil tamen iniustè faciendum est. pro Deiot. 147 a, Si te palàm interemisset, deos quidem nunquam cælare potuisset, homines uerò fortasse cælasset.

Caelvm. l. Cœlum.

Caementvm, ti. lapides rudes & fracti, quibus ædificia consurgunt. pro Mil. 115 b, Repente lintribus in eam insulam, materiam, calcem & cæmẽta conuexit. Qu. F. 329 b , Quid si cæmentum non haberem, deturbem ędificium? de D. 145 a , Num hæc in latere aut in cæmento ex quib. effecta est, ualere potuit. pro Do. 215 b, Nec illi cæmentis ac tegulis meorum tectorum se famem suam expleturos putauerunt.

Caepto, as. incipio. de Fin. 130 a.

Caerimonia. l. Cerimonia.

Caervleus. color cœli, cærulus, cumatilis. de Natu. 17 b, Oculos cæruleos esse Neptuni.

Caervlvs, a, um. de Diuin. 89 a , Ad cœli cærula templa. & in Arat. Cærula astra.

Caervla. id est , maria. de Fin. 136 b, Poetæ. l . Transtuebor.

Caesar, ris. de Cl. 188 a, De Cæsare ita iudico, illum, omnium ferè oratorum Latinè loqui elegantissimè, & ib. Cæsar de ratione Latinè loquendi accuratissimè scripsit ad Ciceronem. At. 124 a, Sed hoc τέρας horribili uigilantia , celeritate, diligentia est plenum. i. Cæsar. de D. 113 a , Cęsar in curia Pompeiana occisus est. Tusc. 239 a, C. Cæsar à Cinna interfectus, &c. & L. Cæsar eodem tempore.

Caesarianvs, a, um. At. 258 a. Cæsarariana celeritas.

Caesena. urbs.*

Caesim. incisim. Orat. 219 a, Membratim adhuc , deinde cæsim diximus, &c.

Caesivs, a, um. cæruleus, glaucus color , quales sunt felium oculi . de N. 17 b , Cæsios oculos Mineruæ . ad Her. 39 b, Hominem cæsium.

Caestvs, stus. Tusculan. 183 b, Pugiles cæstibus contusi ut ingemiscunt quidem. Genus est claue ex corio & plumbo.

Caesvs, a, um. I.A. 258 b, Exercitum hostium cæsum fusumque cognoui. Att. 277 a , Hostes cæsos fugatosq; esse. pro Cl. 58 b, Hostię cæsæ. At. 77 b, Ne quid inter cęsa & porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur. Prou. 1. In ipso articulo discessus mei. sumpta est similitudo à sacrificijs , cum inter cæsa exta & porrecta, sinistri quid acciderit , ne litari possit. uerebatur enim Cicero, ne quo tẽpore ex prouincia Cilicia profecturus esset , eo tẽpore eiusmodi quid accideret, ne posset discedere.

Caeter, a, um. reliquus, alius. Qu. de Pet. 208 a, Sed hoc nomẽ amicorum in petitione latius patet , quàm in cæteris uita. Attic. Cætera in re. At. 90 b, Iam cætera iurisdictio, non imperita, nec demes , cum admirabili facilitate. cõtra Rul. 63 a, Tu Rulle, missos enim facio cæteros. I.V. 109 b, Quũ Calidius eques Ro. cum cæteris Siculis. de In. 62 a, Iam & cæteras tabulas complures pinxit, & Helenæ se pingere finitiũ lacrum uelle dixit. de In. 73 b, Et id signis confirmandum huiusmodi, ex cætera diligẽtia, ex ante factis, &c. I.V. 81 a, Argentum illi cęterum appositum erat. de In. 53 a , Si uestes & cæterum ornamentum habeat. Epist. 49 a , Cęteri & cæ

tera eiusmodi sunt, ut &c. de Fin. 64 b, Apud cæteros autẽ philosophos, qui quæsiuit aliquid tacet . de Fin. 54 a , De cætero uellem equidem ut ipse doctrinis esset instructior, aut ne deterruisset alios à studijs . de Inu. 51 a, Molestia, amor & cætera quæ in simili genere uersantur. contra Rul. 73 b, Sed attendite animos ad ea quæ sequũtur, hunc quasi gradum quẽdam atque aditum ad cætera iactum intelligetis. de Orat. 121 b, Si mihi filius gignitur, isque prius moritur, & cætera, & 132 b, Agas asellum, & cætera. Top. 223 a, Et cætera. At. 34 a, Itemque cætera. Or. 20 a, Et quæ sequũtur. id est, & cætera . Off. 2 b, Et quæ sunt generis eiusdẽ. & 3 a, Vt alia eiusdem generis. Et Top. 224 b, Et cætera generis eiusdem . Off. 12 b , Et si quid eiusmodi. Tuscul. 214 b, Et si qua sunt similia. de Fin. 140 b , Benignitas, comitas, quæque sunt generis eiusdem. Attic. 231 a , O loca cætera, quàm ualdè expetenda , interpellãtium autem multitudine penè fugienda. id est, in cæteris rebus. Quint. Frat. 315 a, Ego me in Cumano & Pompeiano, præterquàm quod si ne te, cæterum satis commodè oblectabar. id est, in cęteris rebus. de N. li. 1. Non solum enim poeta suauis , uerumetiã cætera doctus sapiensque traditur.

Caeteroqvin, uel cæteroqui, alioquin . Orat. 104 b, Illam autem concinnitatem adhibet quidem hic subtilis , quem nisi quod solum , cæteroquin recte quidam uocant Atticũ. de N. 13 b, Sed Simonidem arbitror : non enim poeta solum suauis, uerùm etiam cæteroqui doctus, sapiensque traditur. Eo. 92 b, Ar. 186 a.

Caetervm, sed. Attic. 130 a, Cæterum quis non? i. impetrabit. Attic. 18 b, Cæterum nequicquam periit ille, &c. Ep. 92 b. Cæterum is mihi quidem locus non displicet .

Caicvs, flauius. p Flac. 161 a, Lõgè est à Tiberi ad Caicũ.

Caieta, tæ. urbs à nutrice Aeneæ sic dicta. pro Pompeio 10 a, Portus Caietæ celeberrimus & plenissimus nauium.

Caia, iæ. prænomen honorificum & frequens Romanarum mulierum . fertur enim Caia Cæciliam, Tarquinij Prisci regis uxorem, optimam lanificam fuisse: & ideo institutum fuit , ut nouæ nuptæ, ante ianuam mariti interrogatæ quænam uocarentur, Caiam esse se dicerent . pro Murena 130 a, Vt quia in alicuius libris exempli causa id nomen inueuerant, putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias uocari.

Calamister, stri. acus quædam , qua calfacta capilli intorquentur, & ornatus accercitur. Orat. 204 a, Remouebitur omnis ornatus, quasi margaritarum, ne calamistri quidem adhibebuntur. Post. 207 b, Frons calamistri notata uestigijs. de Cla. 189 a, Cæsar ineptis fortasse gratum fecit, qui uolunt illa calamistris inurere.

Calamistatvs , a, um. calamistris inustus. pro Sest. 6. b, Calamistrata coma. & Postquã. 207 a, Calamistratus saltator.

Calamitas, tis. miseria, ærumna, pernicies , aduersa uel incommoda fortuna, incõmoda res, offensio. pro Pom. 6 b, Hæc uobis prouincia non modò à calamitate , sed etiam à metu calamitatis est defendenda . ad Attic. 177 a , Nemo maiorem calamitatem morte Pansæ accepit. I. A. 212 b, Resp. nullam calamitatem accipere potest, sine culpa senatus. Att. 42 a, præparauit, ne quid absens acciperet calamitatis . pro Pom. 12 b , Accepta in Ponto calamitate ex eo prælio, hostium opes animique creuerunt. I.C. 99 b. Quanquam uidebam perniciem meam cum magna calamitate reip. esse coniunctam. de D. 86 b, Ob eã causam pop. Rom. maximam calamitatem cepit.

Calamitosvs, a, um. ærumnosus, calamitate affectus. Octa. 329 b, Quæ non insequens hora antecedente calamitosior pop. Rom. illuxit? Tusc. 227 b, Miseri affecti, ærumnosi, calamitosi. Epist. 131 b, Aliquis magis fortuna quàm culpa calamitosius. At. 118 a, Flagitiosa & calamitosa fuga. de Or. 130 b, Calamitosus homo. I.V. 96 a , Calamitosissimũ bellum. pro Cl. Calamitosa fama. pro Leg. Agr. Or. 2. Calamitosus ager. cœlo ac loco. I.V. act. 3. Tẽpestas calamitosa. de Fin. lib. 5. Calamitosum ocium.

Calamitose, de Offic. lib. 3 . Nam quod aiunt minima de malis, id est, ut turpiter potius quàm calamitosè, an est ullum maius malum turpitudine?

Calamvs, mi. frutex aquaticus ad Scribendum aptus. Attic. 96 b, Cum instituissem ad te scribere, calamũque sumpsissem, &c. Qu. F. 316 a , Calamo & atramentò temperato, charta etiam dentata res agetur.

Calantica , æ. tegmen capitis muliebre. Cic. in Clodium apud Nonium: Tunc cum uincirentur pedes fascijs, cum calanticam capiti accommodares, &c.

Calatia, æ. oppid. At. 257 a .

Calata, æ. idem. I. V. 169 b, Pro Sest. 19 a.

Calatinvs, ni. l. V. 169 b, Eo. 219 b. l. P. 82 a.

Calchas, uates. de N. 27 a, 98.

Calcar, ris. equi stimulus, quod ad calcem alligatur equitis. Attic. 85 a, Adscribit etiam & quasi calcar admouet, intercessitiet se pro ijs mignam pecuniam. de Orat. 146 a, Dicebat Isocrates , doctor singularis , se calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis uti solere. Att. 86 b, alter frenis eget, alter calcaribus. de Cla. 183 a , Alteri se calcaria adhibere, alteri frenos.

Calceamentvm, ti. Tusc. 246 a, Mihi amictui est Scyticum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra.

Calceatvs, a, ũ. pro Cæl. 50 b, Homines calceati & uestiti .

Calceolvs, li. de Natu. 17 b, Sospita , cum pelle caprina & calceolis repandis.

Calcevs, cei. pedum uestitus & tegmen ex corio, de Oratore 105 a. Si mihi calceos Sicyonios attulisses , non uterer , quàuis essent habiles & apti ad pedem . In Antoniũ 175 a, Rediui cũ calceis & toga, nullis nec caligis, nec lacerna.

Calcitro, as. calce percutio. pro Cæl. 45 a, eum habere tuis copijs deuinctum non potes, calcitrat, respuit.

Calcvlvs, li. lapillus , ratio. de Orato. 180 a, Demosthenes coniectis in os calculis summa uoce uersus multos uno spiritu pronunciabat . de Fin. 77 a, Voluptatem nec calculis subductis prælium ineunt. Att. 129 a, Quare nunc ad illos calculos reuertamur , quos tum abiecimus . de Am. 107 a, Hoc est quidem rimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare amicitiam , ut par sit ratio acceptorum & datorum.

Calefacio, cis. calfacio. ad Quintum Fratrem 322 a, Eodẽ die Gilbiniũ ad populũ luculenter calefecerat Memmius .

Calefio, fis. ad Herenn. 20 a, Fauces calefiunt , & arteriæ cõplentur .

Calendae, arum. Quint. Fra. 325 a, Hæc scripsi ad octauum Calend. Nouemb. At. 4 b, Ad V III Ca. Decembris , De Calendis , Nonis , & Idibus, & earũ locutionibus abundè uide Lilij Gregorij Gyraldi Ferrariensis , de Annis &c. libellum .

Caleo, les. calidus sum . de Sene. 88 a, Vna uestita pamplinis , nec modico tepore calet , & nimios solis defendit ardores . ad Her. 28 b, In re frigidissima cales , in feruentissima friges . de Finib. 55 a, Sentiri hoc putat, ut calere ignem, niuem esse albam. pro Planc. 270 b, Illud uerò crimen de nummis, quos , &c. caluit re recenti , nunc in causa refrixit. de Cla. 186 a , Cn. Lentulus calebat in agendo. I. V. 89 b, Posteaquam satis calere res Rubrio uisa est, At. 65 b, Itaq; iudicia calent. In Sal. 272 a, His uitijs & meæ & uestræ iam aures calent .

Calesco, scis. calidus fio , calfio . de Senect. 89 a, Vbi enim potest illa ætas æquè calefcere uel aprieatione uel ignis? de N. 54 a, Anima quæ spiritu in pulmones ducitur , calescit ab ipso spiritu.

Calesivm. opp. contra Rul. 65 b. I.A. 245 a,

Calenvs, na. Ep. 132 a.

Calefacio, cis. Epistol. 263 b, Calface hominem , & 115 b, Si Parthi uos nihil calfaciunt , nos nihil frigore frigescimus. Cælij. At. 24 b, Balneum calfieri iubebo.

Calidvs, a, um. de Natur. 30 b, Omne quod est calidum & igneum, cietur & agitatur motu suo. Tusc. 157 a, Calidior est enim, uel potius ardentior animus, quàm hic aer, &c.

Caligae, arum. tibiarum tegumentum. Att. 24 a, Mihi eius caligæ ut fasciæ cretatæ non placebant.

Caliginosvs, a, um. obscurus, caligine tectus. de D. 107 a, Si obscurior & quasi caliginosa stella fuerit. Tusculan. 161 a, Nebulosum & caliginosum cœlum. & 157 a, Cœlum humidum & caliginosum est, propter exhalationes terræ.

Caligo, as. In Arat. Atque aram tenui cãligans uestiet umbra. & ibid. iterum poetæ.

Caligo, nis. tenebræ . Postquam. 205 a, Ex superioris anni caligine & tenebris lucem in Repub. respicere cœpistis .

pro

pro Plane.279 b, Vide núc caliginem temporum illorum. contra Rul.74 b, Nunc tetris tenebris & caligine eò se peruenturos putant. I.A.240 a, Quod uidebam equidem, sed quasi per caliginem perstrinxerat aciem animi Brutij salus. & ibid. Discussa est illa caligo, quam, &c. Item in Arat. Ali quid obscura caligine tectum.

Calix, cis. poculum. I.P.94 a, Toreuma nullum, maximi cali ces, ne contemnere suos uideretur. Tusc.200 a, Huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat?

Calleo, es. scientiam habeo, arte quadam præditus sum. pro Cor.61 b, Ignosco tibi, si neque Pœnorum iura calles, neque, &c. Ep.50 a, In illis reb. exercitatus animus callere iã debet. I.A.162 a, In quo scientiam habes quæstiosam.

Callide, astutè, non incallidè, cautè. Or.205 b. Callidè argu teque dicere. de Or. li. 1. Callidè & peritè. pro Cl. Calidiusi mè dicere. pro Fl.150 b, Callidè accessit.

Calliditas, tis. malitia, astutia. Par.236 b, Prudentiam ma litia imitatur. Of.75 a, Fuit igitur stulta calliditas peruersa imitata prudentiam. Offic.13 a, Plato inquit scientiam quæ est remota à iustitia, calliditatem potius, quàm sapientiam appellandam. de Ar.248 a. Pœni calliditate ualent. Parc. 242 a, Genus eiusmodi calliditatis & calumniæ retrahatur in odium iudicis.

Callidus, a, um, astutus, uersutus, uafer, malitiosus, peritus, eruditus artificio simulationis ueteratorius, ueterator, non incallidus. I.V.155 a, Deinde in hoc homo luteus etiam callidus & ueterator esse uult. de N.64 b, Chrysippus homo sine dubio uersutus & callidus. callidos uoco quorum tanquam manus opere, sic animus usu concalluit. de Fin.75 b, An quod illa callida est? ut optimè posit architectari uoluptates. Of.7 b, Nimis callida & malitiosa iuris interpretatio. Of.22 a, Callidum & uersutum factum Solonis. pro Cl.56 b, Qui ad fraudem callidi sunt.

Calliope, es. una Musarũ, à uocis bonitate dicta. Att. 24 b. Hæc mihi cum eo libro, in quo, &c. Calliope ipsa perscripserit, non opinor esse dubitandum, quin semper, &c.

Callipedes, æ. tragœdus quidam. Attic.207 b, Biennium præterijt, cum ille Callipedes assiduo cursu cubitum nullum processerit.

Callis, is. semita. pro Se.5 b, Italiæ callis. aliàs caulas.

Callum, li. cutis usu facta dẽsior. Tusc.246 a, Mihi calceamen tum est solorum callum. & 182 b, Et ipse labor quasi callũ quoddam obducit dolori. Tusc.127 a, Consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo.

Calones. militum ministri. de N.62 a.

Calor, ris. ardor, nimius solis ardor, tepor. Att.216 b, Vitandi caloris causa Lanuuij tres horas acquieui. de Nat. 30 b, Omnia quæ alantur & crescant, continere in se uim caloris, sine qua neque ali possent, neque crescere. & 52 b, Si est calor, à sole se opponunt. & ibi. Etesiarum flatu nimij temperantur calores. de Vni.203 b, Causæ quæ uim habeant calo ris & frigoris. de Or.108 a, Nunc Scæuola paulum requiescet, dum se calor frangat, & nos ipsi quoniam id temporis est, ualetudini demus operam. Qu.F.317 a, Scio nun quam me à caussis districtiorem fuisse, atque id anni tempo re grauissimo, & caloribus maximis. & ibi. b, Ego ex maximis caloribus (non enim meminimus maiores) in Arpinati summa cum amœnitate fluminis refeci ludorum diebus. de Sen.88 a, Vua uestita pampinis, nec modico tepore calet, & nimios solis defendit ardores. & ibid. Vua & succo terrę & calore solis augescit. Of.35 a, Tecta quibus & frigorum uis pelleretur, & calorum molestiæ sedarentur.

Calpe, pes. promontorium in Aphrica. Ep.164 a.

Calvitium, tij. caluæ nuditas, cùm sine capillo est caput. Tusc.204 a, Perinde stultissimus rex in luctu capillũ sibi euellebat, quasi caluitio mœror leuaretur.

Calvmnia, æ. iniusta uexatio & fraudulenta interpretatio. Part.242 a, Genus eiusmodi calliditatis & calumniæ retrahatur in odium iudicis. pro Ce.296 b, Aequitatis, iudicium cum erit, caue in ista tam frigida tamq; ieiuna calumnia delitescas. pro Milo.115 b, Qui calumnia litium fundos alienos petebat. I.V.122 a, A quo HS C M. per calumniam ma litiamq; petita sunt. Qu.F.294 b, Illa acerrima ministra prę torum auaritiæ calumnia. pro Clu.35 b, Nec fine ignominia calumniæ relinquere accusationẽ poterat. & 52 b, Hic nobis Patronis calumniam fortasse nõ effugiet. de Fa. 146 b, Itaque premebat alio modo, nec ullam adhibebat calumniam. pro Do.220 b. Illud in primis ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. & ibid. Quę maior calumnia, quàm imberbem adolescentulum dicere filium senatorem pop. Rom. sibi uelle adoptare? pro Do.223 a, Accusare propter calumnia metum non est ausus. Sal. in Cic. 271 a, Qui uerò nihil poterat, is erat calumniæ proximus. Ep.4 a, Res ab aduersarijs nostris extracta est uarijs calumnijs. & 2 a, Senatus religionis calumniam, non religione, sed maleuolentia comprobat. Off.7 b, Existunt etiam iniuriæ sæpe calumnia quadam & nimis callida & malitiosa in iuris interpretatione. Aca.17 a, In minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coerceatur. Epi.117 a, Nam de diuinatione Appius cum calumniam iurasset, contendere ausus nõ est, Pylioq; cessit. item iurare calumniam uulgò dicitur, iurare de calumnia, quod fit ante litem contestata. Ep.116 b, C. Sempronius Rufus calumniam maximo plausu tulit, quod is, &c. Atti.56 b, Metellus calumnia dicendi tempus exemit. in Sal.272 b, Sed est quædam calumnia, quam non sequitur nostrum testante animo suo fert de eo, qui falsum crimen bonis obiectat. I. C.105 a, * Tongilius, quem amare in prætexta calumnia cœperat.

Calvmniator, ris. malitiosus interpres, qui falsum crimen objicit bonis. pro Cec.297 b, Scriptum sequi calumniatoris est. & I.V.81 b, Calumniatores de sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent. & 112 b, Etenim erat eiusmodi causa, ut ipse prætor cum quæreret calumniatorem, paulò tamen consideratorem reperire non posset. pro Quin.16 b, Aliquis calumniator atque improbus.

Calvmnior, aris. calumniam adhibeo, uexo, malitia ago. pro Qu.12 a, Tacet res in controuersijs, isto calumniante biennium. Post.210 a, Meque etiam si diutius calumniatur redire iussistis. pro S.R.27 a, Is apertè iudificari ac calumniari sciens uidetur. Epi.129 a, Nam quòd antea te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. Ep.126 b, Sed ut iumniabar ipse me, putabam, &c. ad Her.7 b, Defensoris locus est, cum accusatorem calumniari criminatur.

Calx, cis. pars posterior pedis, finis rei cuiusque. In Ver.159 b, & pro Syl.180 b, Ibi cum pugnis & calcibus conscissus esset, promisit, &c. ad Her.41 a, Huc subselliũ quoddã calce premens dextra pedem defringit. Tuscul.243 b, Certant pugnis & calcibus.

Calx, pro fine, & meta. Tusc.151 a, Nunc uideo calcẽ ad quem decursum est. i. finem. De rep. teste Seneca, Epist. lib. 19. Epistola 109. Quoniam sumus ab ipsa calce, eius interpellatione reuocati. ubi obseruandum est, ipsa calce genere fœminino, scriptum, quod & Seneca testatur. de Se.94 b, Nec uerò uelim quasi decurso spacio a calce ad carceres reuocari. de Am.115 a, Quibus cum tanquãm è carceribus emissus, cum ijsdem ad calcẽ (ut dicitur) peruenire possit.

Calx, pro cocto lapide. pro Mil.115 b, Repentè in eam insulam materiam, calcem & cæmenta conuexit.

Calypso. Officio.23 a, Quàm multa passus est Vlysses in illo errore diuturno, cũ mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt) inseruiret, &c.

Camellvs, li, de Nat.50 b, Camelli adiuuantur præceritate collorum.

Camera, æ. testudo, fornix, tectum incuruum. Q.F.318 a, Basilimenta rectè fieri uidebantur, cameras quasdam non probaui, mutarique iussi.

Camerinvm, urbs. At.130 a,

Camers, tis pro Syl.177 a. & pro Cor.64 b, In agro Camerti, Piceno, uel Gallo.

Camertinvs, a. pro Cor. Balb.64 a, Camertinum fœdus.

Caminvs, ni. Epist.100 a, Valde metuo, ne frigeas in hybernis, quamobrem camino luculento utendum censeo.

Campania, niæ. regio pro R.92 a, Cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ, singulari uolũtate Campaniæ uicinitatis ornetur?

Campanus, a, um. contra Rul.64 b, Superbia nata Capuæ esse ex Campanorum fastidio uidetur.

Campester, stris, stre. pro Cæl.39 b, Vt exercitatione luditorum campestri tunicati uteremur.

Campus

Campvs, pi. ager, saltus planities. contra Rul.85 b, Agros nostros cum suis, optimis atque uberibus campis conferendos scilicet non putabunt. de D.99 b, Babylonij in camporum patentibus æquoribus habitantes. & ibid. Cilices campos & montes hyeme & æstate peragrant. de Nat. 45 b, Impendentium montium altitudines, immensitatesque camporum. & 58 b, Spatia frugifera & immensa camporũ. I.A.187 b, Is campi Leontini duo millia iugerum immunia possidet. de D.92 b, Cum in nulla quadam campi Atinatis maneres. pro Murena 128 a, Nullum nobis sors campũ dedit, in quo excurrere uirtus cognosciq; posset. Pro Cec. 301 a, Et me ex hoc (ut ita dicam) campo æquitatis ad istas uerborum angustias reuocas. I.A.261 a, Magnus est in rep. campus, ut sapiẽter dicere solebat Crassus, multis apertus cursus ad laudem. Acad.28 a, Cum sit campus in quo exultare posit oratio, cur eam in tãtas angustias cõpellimus? Off.13 a, Hinc Rhetorum campus de Marathone, Salamina, &c. At.75 b, Non habet satis magnum campum ille tibi nõ ignotus cursus animi mei. de Or.149 b, Ex ingenti quodam immensoque campo in exiguum sanè gyrum oratorẽ compellitis. de Orato.154 a, In hoc tanto tamq; immenso campo licet oratori uagari liberè. pro Rab.92 b, Qui in campo Martio comitijs centuriatis auspicato in loco crucem defigi iubes. Qu.Fr.307 a, In campo Martio comitia consules habebant.

Cancelli, orum. septa quædam è lignis modicis interuallis cõnexis, quibus scenæ & tribunalia, & fenestræ muniebantur. pro Sest.25 b, Tantus est ex fori cancellis plausus excitatus. pro Qu.6 a, Si extra hos cancellos egrediar, quos mihi ipse circundedi. I.V.178 a, Satisne uobis prætori improbo circundati cancelli uidentur in prouincia, imò uerò in sella ac tribunali? de Orato.89 b, Quasi certarum rerum forensibus cancellis circumscripta scientia.

Cancer, cri. aquaticum animal, & cœleste signum. In Ara. Et claro colluces lumine cancer, In quo consistens conuertit curriculum sol.

Candavia, æ. regio, Attic.177 a, Ex castris ad imam Candauiam. Att.41 b.

Candelabvm, bri. in quo infigitur candela ad prælucendũ. I.V.154 b, Iam non quæro unde tot candelabra, sed, &c. & 213 b, Lecti ærati & candelabra ænea. & 214 a, Candelabrum & gemmis clarissimis & opere mirabili perfectum.

Candens, tis. igneus, accensus, candore fulgens. Offic.37 b, Dionysius candente carbone sibi adurebat capillũ. In Ara. Candens circus: id est, orbis lacteus, uel circulus lacteus. ad Her.38 b.

Candidatorius, a, um. At.1 b, In omni munere candidatorio fungendo.

Candidatus, a, um. candida ueste indutus, quales erant Romæ qui magistratum petebant. pro Mur.134 b, Non placet mihi inquisitio candidati prænuncia repulsæ. Qu.Fr. 316 b, Tribunitij candidati. pro Mur.137 b. Prætorius candidatus & consularis. de Pet. A candidato aliquid petere. pro Mur. Nec candidatis ista benignitas adimenda est. Att. 6 a, Scito nihil tam exercitum esse nunc Romæ quàm candidatos. Att.1 b, Nemo est enim ex ijs qui nunc petunt, qui si in nostrum annum reciderit, firmior candidatus fore uideatur. I.P.91 a, Officiosissima natio candidatorum.

Candide, sincere, purè, benignè. Episto.115 b, Cauendum tibi erit, ne parum simpliciter & candidè posuisse inimicitias uideare. Cælij.

Candidvlus, a, um. Tuscul.237 b, Candiduli dentes, uenusti oculi, &c.

Candidus, a, um, albus, purus, sincerus. Orat.201 b, Purum quoddam & candidum genus dicendi.

Candor. oris. de Nat.33 b, Solis candor illustrior est quàm ullus ignis. de Som.128 a, Circulus lacteus splendissimo candore inter flammas relucens. In Arat. Lacteus hic nimio fulgens candore notatur. de N.16 a, Ille fusus & candore mixtus rubor. pro Cæl.45 b, Candor huius re perpulit, &c. Tusc.162 a, Cum uidemus speciem candoremq; cœli. Or.104 a, Fucati uerò medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur.

Canephoræ, arum. uirgines Cereris sacerdotes, quæ cistas binas ferebãt opertas, quarum in altera flores erant, quibus uer: in altera spicas, quibus æstas significabatur. hinc μανηφόραι, i. canistriferæ uocabantur. I.V.201 a, Erant ænea duo præterea signa, non maxima, uerum eximia uenustate, uirginali habitu atque uestitu: quæ manibus sublatis facra quædam more Athenienfium uirginum reposita, in capitibus sustinebant, Canephoræ ipsæ uocabantur.

Canesco, scis. senesco, inueterasco. de Leg.156 a, Eaq; quercus de fratris mei Mario canescet seculis innumerabilibus de Cl.165 b, Cum oratio iam nostra canesceret, haberetq; suam quandam maturitatem & quasi senectutem.

Cani, orum. albi senectute capilli. de Senect.90 a, Non cani, non rugæ repentè autoritatem afferre possunt.

Canicvla, æ. stella quæ & Sirius dicitur, in ore canis cœlestis. de Diuin.127 b, In his locis post solstitium canicula exoritur, apud Troglodytas ante solstitium. de Diuin.107 b, Cei ortum caniculæ diligenter quotannis solẽt seruare. de Nat.64 b, Rationem & orationem canicula non habet.

Canis, nis. de Na.58 a, Canum fida custodia, amans dominorum adulatio, odium in externos, incredibilis ad uestigandum sagacitas narium, alacritas in uenando. pro S.R.27 b, Canes publicè aluntur in Capitolio, ut significent si fures uenerint. Alij canes & latrare & mordere possunt. ibid. Canes acres. de D.lib.1. Canes fagaces. pro S. R.33 a, Nihil mali est, canes ibi quàm plurimos esse, ubi permulti obseruandi multaq; seruanda sunt. In Verr.206 b, Canis uenaticus. de L.162 a, Aegyptij canem & felem ut deos colunt.

Canistrvm, stri. fiscina, cista uiminea. Att.87 a, Lancibus & splendissimis canistris nos soles pascere.

Canicies, ei. Oct.330 a, O turpem exectæ dementique ætate canicium.

Cannæ, arum. locus Tusc.167 a.

Cannensis, se. de Clar.156 b, Cannensis pugna. pro S.R. 33 a.

Cano, nis. sono, cãto, cantus edo, uaticinor. de Do.120 a, Galli uicti filere solent, canere uictores. & 124 a, Si canere uelim, uel uoce uel fidibus. de Orat.139 b, Tibicen sine tibijs canere non potest. de Ora.199 a, Inclinata ululantiq; uoce more Asiatico canere. de Cl.170 b, Carmina quæ apud Homerum in Phæacum epulis canuntur. de Nat.62 a, Ad harmoniam canere mundũ Pythagoras existimat. & 30 a, Tibiæ modulatè canentes, & fidiculæ numerosè sonantes. de D.86 b, Lituus, quo canitur. I.V.170 b, Cum in eis conuiuijs symphonia canere maximisq; poculis ministraretur de Leg.lib.2. Canendi sonis uarijs, nihil tam facile in animos teneros ac molles influit. Orat.100 b, Thucydides rebus bellicis canit quodam modo bellicum. de Orat.141 a, Cum cecinisset id carnem, quod in eum scripserat, Tusc. 149 a, Epaminundas fidibus præclare cecinisse dicit, & 148 b, Est in Originibus, solitos esse in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum hominum uirtutib. Tus.177 b. Aut si absurdè canat is, qui se haberi uelit musicum. I. A. 241 a, Canere receptui. I.V.86 b, Intus canere, prouerbiũ. contra R.80 a, Atque hoc carmen isti non uobis, sed sibi intus canit. i. ad suam utilitatem refert. de Cl.181 a, Tibicen Antigenidas dixit discipulo sanè frigenti ad populum, Mihi cane & musis. I.C.112 a, Vt hæc quæ nunc fiunt, canere dij immortales uideretur, id est, uaticinari.

Canens, tis. I. A. Orat.12. Receptui canente Senatu. de N lib.2. Canentes tibiæ.

Canon, onis. regula. Epi.163 a, Sed heus tu, qui κανὼν esse meorum scriptorum soles.

Canopitæ, arum. qui Canopum insulam, ad ostium Nili incolunt.

Canorvs, a, um. ad cantum inflexus, clarus. de D.120 a, Gallus est animal canorum sua sponte. de C.186 a, Vox suauis & canora. de Sen.82 b, Omnio canorũ illud in uoce splẽdescit in senectute. Off.27 a, Sine contentione uox nec languens, nec canora. de Orat.145 a, Profluens quiddam habuit Carbo & canorum. de Cla.174. Canorus orator & uobilis. Vox Canora.) (. Vox fusca. Ac.6 b, Hoc dulce, canorum illud, hoc bene olens.

Canterius, rij. equus castratus. de Nat.62 a, Eos tu canterijs albis obuiam Vacieno uenisse existimas? Ep.128 a, Potes mulo isto, quem tibi reliquum dicis esse, quando canterium comedisti, Romam peruehi.

Cantharis,

CANTHARIS, idis. uermis quidam uiridis grauiter olens, & qui sumptus interimat. Epistol. 339 b, Caius, accusante L. Crasso, cantharidas sumpsisse dicitur. Tuscul. 251 a, Theodorus Lysimacho mortē minitanti: Magnum uerò, inquit, effecisti, si cantharidis uim consecutus es.

CANTICVM, ci. actus comediæ, & pars liberior, & lasciuior cantus. Epistol. 140 a, Fortè nosti canticum. Ora. 202 a, Est etiam in dicendo quidam cantus obscurior, non hic è Phrygia & Caria Rhetorum epilogus, penè canticum, si dille quem, &c. de Diuin. 131 b, Cantibus, aliàs Canticis.

CANTILENA, æ. cantio. Attic. 19 a, Vt crebrò mihi insusurret Epicharmus cantilenam illā suam, vīæ &c. i. esto sobrius. de Or. 93 b, & 15 b, Qui non Græci alicuius loquacitatem fine usu, neque ex schoris cantilenam requirunt. Ep. 177 a, Totam istam cantilenam ex hoc pendunt, ut quam plurimum lucrificiant.

CANTIO, nis. carmen ueneficum. de Cla. 184 a, idq; ueneficijs & cantionibus Ticiniæ factum esse dicebat. l. Veneficium.

CANTIVNCVLA, æ. de Fin. 136 b, Cantiunculis irretitus.

CANTITO, as. de Cl. 171 a, Carmina in epulis esse cantitata à singulis conuiuis de clarorum uirorū laudibus, in Originibus scriptum reliquit Cato.

CANTO, as. cano, cantus edo uel fundo. de Oratore 134 b, Quid ploras pater? mirum ni canteui. condemnatus sum. I.C. 100 a, Pueri lepidi & delicati, qui cantare & psallere didicerunt. Qu. Fr. 314 a, Iampridem, ut scis, istum canto Cæsarem. de Diuin. 120 a, Cur ante lucem galli cantant. & 96 a, Galli gallinacei canere cœperunt.

CANTOR, ris. de Orato. 205 b. Leguleius quidam præco actionum cantor, formularum, auceps syllabarum. & in Vat.

CANTVS, tus. symphonia, uocis inflexio. pro S.R. 41 a, Cantu uocum, neruorum & tibiarum tota uicinitas personabat. Ac. 6 b, Oculi pictura tenentur, aures cantibus. pro Mur. 128 b, Te gallorum, illum bucinarum cantus exuscitat. de de L. 299 b, Plato ait musicorum cantibus mutatis mutari ciuitatum status. de Diuin. 103 b, Qui sono quodam uocū & Prhygijs cātibus incitātur. de Leg. 182 b, Ad cantus & ad tibicinem persequi laudes clarorum uirorum. Tuf. 148 b, Neruorum uocumq; cantus. Orat. 202 a, Est etiam in dicendo quidam cantus obscurior, &c. de Orat. 111 b, Quis cantus moderatæ orationis pronunciatione durior inuenirī potest? quod carmen artificiosa uerborum conclusione aptius? Tuf. 248 a, b, Tibicines, ijq; qui fidibus utuntur, suo non multitudinis arbitrio cantus numerosq; moderantur. de Orato. 152 a, Quanto molliores sunt & delicatiores in cantu flexiones & falsæ uoculæ, quàm certæ & seueræ? pro Arch. 189 a, Bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atque consistunt. de Som. 129 a, Quod docti homines neruis imitati atque cantibus aperuere sibi reditum ad hunc locum. pro Cæl. 44 b, Accusatores cantus & symphonias iactant. de D. 97 a, Sæpe uocum grauitate & cātibus pelluntur animi uehementius. & 83 a, Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus de Ora. 107 b, Solet Roscius dicere, se quo plus sibi ætatis accederet, eo tardioris tibicinis modos & cātus remissiores esse facturum. I.V. 242 a, Cātus symphonia. pro Mur. 128 b, Cantus buccinæ.

CANVS, a, um. albus, candidus. de D. 82 b, Saxaq; cana salis niueo spumata liquore. & in Arat. Nec metuūt canos minitanti murmure fluctus.

CANVSIVM, ij. op. Att. 134 b,

CAPACITAS, tis. spacium capiendi. Tuf. 161. a, Vtrum capacitatem enim in animo putamus esse? Tusc. 161 a, Qui enim fundus, aut quæ talis animi figura intelligi potest? aut quæ tanta omnino capacitas?

CAPAX, cis. quod aliquid capere potest, capio. Orat. 206 a, Demosthenes non semper implet aures meas, ita sunt auidæ & capaces, & semper aliquid immensum infinitūque desiderant. Att. 274 a, Tanta multitudo quantū capit urbs nostra. I.P. 84 b, Non capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit leuitas ista, non egestas animi, non infirmiras ingenij sustinet tantam personam, tam grauem, tam seueram. Atti. 286 a, Tot anni quot ista ætas recipit. pro Syl. 181 a, In hac uita tanto sceleri locus non est. pro Syl. 180 b, Persona P. Syllæ non suscipit crimen tantorum facinorum. & 181 b, Non cadit in hanc uitam, in hunc hominem ista suspicio.

CAPEDO, nis. uas quo utebantur antiqui in sacris deorum. Par. 117 a, Capedines ac fictiles urnulæ.

CAPEDVNCVLA, æ. parua capedo. de Nat. 68 a, Capedunculis, quas Numa reliquit.

CAPELLA, æ. capra. I.V. 129 a.

CAPENAS, atis. ager Capenas. I.V. 114 b, Epi. 137.

CAPENA, porta. Att. 534.

CAPESSO, sis. capio, peto. de Nat. 495 a, Partes terræ undique medium locum capessentes nituntur æqualiter. de N. 50 a, Partes corporis ad pastum capessendum conficiendumq; & Att. 162 b, Meliram igitur, opinor, capessemus I. A. 211 b, Ecquod principium putatis libertatis capessendæ? Tusc. 157 a, Is autem animus, superiora capessat necesse est, & ibi. Nihil habent hæc duo genera proni, supera semper petunt. Att. 257 a, Istuc ad remp. capessendam uenio. de Orato. 118 b. & 153 a, Vt eidem Carboni Trib. pl alia tum ad te rempub. capessenti P. Africanus responderat. Epi. 36 a, Sit ne sapienti capessenda res? de D. 89 a, Post illa germana soror errare uidebar, Tardaque uestigare, & quærere to, neque posse Corde capessere. de Rep. li. 4. reste Augustus Ciuit. dei, li. 2. cap. 10. Aeschines ciuis Athenienfis, uir eloquentissimus, cum adolescens tragœdias actitauisset, Rempub. capessiuit.

CAPILLATVS, a, um. contra R. 68 b, Aliquis corpore inculto atque horrido capillatior quàm antè, barbaque maiore. Att. 77 b, Adolescens non minus bene nummatus, quàm bene capillatus.

CAPILLVS, li. capitis pilus. in P. 84 b, Erant illi compti capilli & madentes cincinnorum fimbriæ. pro S. R. 41 a, Capillus cōpositus & delibutus. pro Sest. 6 b, Capillus horridus.

CAPIO, is. cepi, captum. comprehendo, fero, prehendo, decipio. in Verr. 78 a, Probabo Verrem cōtra leges peculiū cepisse. pro R. 97 a, Nemo tam fuit pubes, quin arma cepe rit. Epistol. 66 b, Sex oppida ui oppugnando cepi. I. Cit. 2 a, Belli duces captos iam, & comprehensos tenetis. Attic. 120 a, Inuitè cepi Capuam, non quo, &c. Antequam. 196 a, Mors quæ ob rempublicam capitur. de Orat. 362 a, Non fugiendi hostis, sed capiendi loci causa cedere. Episto. 177 a, Scitè, & commodè capere tempus adeundi ad aliquem. pro Pl. 259 a, Capiebam animo non mediocrem uoluptatem, quod, &c. de Sen. 88 b, Laertes leniens desideriū quod capiebat ex filio, & Att. 230 a, Lætitia quam oculis cepi in sto interitu tyranni. Epistol. 145 b, Ex literis tuis cepi fructum duplicem, mihique, &c. & 15 a, b, Cum se maximum fructum cepisse diceret ex libertate mea. Atti. 3 a. Multo maiorem fructum ex populi Roma. existimatione illo dānato cepimus, quàm ex ipsius, si absolutus esset gratia cepissemus. contra Rul. 77 b, Vix iam uidetur locus esse, qui tantos aceruos pecuniæ capiat. I. A. 182 a, Illi eam gloriam consecuti sunt, quæ uix cœlo capi posse uideatur. I. C. 109 a, Sunt ita multi ut eos capere carcer non possit. pro Mil. 118 b, Capere eius amentiam ciuitas non poterat. Att. 216 b, Vrbs ei parum magna uisa, quæ etiam ipsum capere potuerit. pro Pomp. 16 b, Quæ ciuitas est in Asia, quæ unius Tribuni militum animos ac spiritus capere possit? de Cla. 180 b, Aliquis in capiendo aduersario uersutus. Orat. 203 b, Philosophi docendi causa, nō capiendi loquuntur. Aca. 17 a, Decipi, falli, capi. idem de Orat. 90 a, Cum obsignes tabellas clientis tui, quibus id fit scriptum, quo ille capitur, ego tibi ullam causam maiorem committendam Putem? pro Ce. 301 a, Aequitatem rei uerbi laqueo capi non oportet. Orat. 213 a, Adhibere insidias ad capiendas aures. Offi. 12 b, Capere consuetudinem & exercitationem faciendi aliquid. de Orat. 160 b, Sæpe capienda membrū minutioribus oratio est. Offi. 55 a, Inest in his aliquid pro bi, quod capiat ignaros. pro Cl. 20 b, Ea animum adolescentis pellexit, his omnibus rebus, quibus illa ætas capi acidēlī niri pōt. I.V. 75 b, Si Glabrionis patris uim & acrimoniam ceperis ad resistendum hominibus audacissimis. de Diuin. 5 b, Capere documentum ex aliquo. l. Documentū. Nec tamen di satietas capere poterat. I.A. 189 a, Aliquādo patriæ animū uirtutemq; capiamus. Offi. 8 a, Qui nationes deuictas bello in fidem cepissent. pro Pomp. 15 b, Antequam magistratum per leges capere licuisset. de Leg. 185 a, Eundem magistratum, ni interfuerint decem anni, ne quis capiō.

I.C. 98 a, Decreuit senatus ut Consules uiderent, nequid resp. detrimenti caperet. I.A. 177 b, Tātum te cepisse odiū regni uidebatur. de Or. 129 b, Captus sum misericordia. & pro Q. 18 a, Vt aliquando misericordiam caperet aliquā ætatis suæ. de N. 11 b, In eas imagines mentem intentam infixamq; nostram intelligentiam capere quid sit deus. pro Mar. 131 b, Quæ tam magna sunt ut ea uix cuiusquam mens aut cogitatio capere possit. Offi. 11 b, Sequuntur fratrum coniunctiones, post consobrinorum sobrinorumq;, qui cum una in domo iam capi non possint, in alias domos tanquā in colonias exeunt. de A. 101 a, Qui ob amicitiam summa fide constantiaq; seruatam maximam gloriam cepe rit. Ep. 206 a, Nulla est gratia, quam uel non capere animus meus accipiendo, uel remunerando cumulando; illustrare possit.

CAPITAL, lis. capitale, uetustum uerbum. de Leg. 174 a, Quiq; non parueri, capital esto.

CAPITALIS, le. perniciosus, crimen quo aut libertatis, aut ciuitatis amissio sequeretur. In A. 192 a, Capitalem & pestiferum à Brundusio M. Antonij reditum timebamus. Offic. 30 b, Capitalis omnino oratio est ad ēquationem bonorū pertinens. Off. 9 a, Totius iniustitiæ nulla capitalior est, quam eorum, qui &c. de Cl. 176 b, In iudicium capitis aliquem uocare. in Verr. 127 b, Facere aliquem reum rei capitalis. pro Ce. 289 b, Aliquē rei capitalis esse damnatum. pro Dom. 229 a, & pro Sest. 21 b. Qui erant rerum capitalium condemnati. de Sen. 85 b, Qui in uinculis essent damnati rei capitalis. I.V. 121 b, Sopater rei capitalis accusatus. pro R. 96 b, Rabirius fraudem capitalem admisit. de Orat. 105 b, Erat enim Athenis reo damnato, si fraus capitalis esset, quasi pœnæ æstimatio. de L. 185 a, Vincula sontium seruanto, capitalia iudicanto. de In. 74 a, Lacedæmonijs lex erat, ut capitale esset nisi, &c. de N. 4 b, Facinora, capitalia. Qu. F. 314 b, Capitalis creber, acutus Thucydides. Off. 68 b, Capitalis Eteocles, qui, &c. i. sceleratus. I.A. 200 b, Capitalis homo. I.C. 105 a, Hostis tam capitalis. de Am. 95 b, Odio capitali ab aliquo dissidere. I.V. 122 b, & 257 b, Rerum capitalium quæstiones. de Orato. 118 a, Si ex crimine causa constat, ut facinoris.

CAPITIS diminutio est prioris status mutatio. Top. Si ea mulier testamentum fecit quæ se capite nunquam diminuit. i. quæ per coniugium nunquam uiri conuenit in manum. pro Dom. 220 a.

CAPITINVS, na. pro Sylla.

CAPITO, nis. nimis magno capite dicti sunt. de Natura. 17 a, Sili, Flacci, Frontones, Capitones.

CAPITOLINVS, a, um. pro Do. 242 b, Iupiter Capitolinus. & pro R. 97 a, Cliuus Capitolinus. Qu. Fr. 312 a, Capitolini & Mercuriales.

CAPITOLIVM, lij. templum ac sedes Iouis Opt. Max. in cliuo. Ante 298 b, Dij deæq; immortales, qui excellente tumulto ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam. contra R. 64 a, Hoc templum Iouis Opt. Max. atque hæc arx omnium gentium. I.V. 216 a, Capitolium flamma consumptum. Item Aca. Cum ambo ad senatum in Capitolio starent.

CAPITVLVM, li. de Leg. 100 a, Nec uerò ferent, si audierint te primum capitulum optimum prodidisse. aliàs, caput libri optimi.

CAPPADOCIA, æ. regio Ponti. Ep. 244 a, & pro Pon. 5 a.

CAPPADOX, cis. Postquam 207 a. Cappadocem modo abreptum de grege uenalium diceres.

CAPRA, æ. de Am. 108 a, Capras & oues quot quisque habet dicere posse, quot amicos habeat non posse dicere. de N. 51 b, Capræ in Creta ferè cum sunt confixæ uenenatis sagittis, dictamum quærunt. de N. 47 b, At capra læuum humerum claro obtinet.

CAPRICORNVS, ni. brumale signum. in Arat. Quem cum perpetuo uestiuit lumine Titan, Brumali flectens contorquet tempore currum, Hoc caue te ponto studeas committere mense. de Or. 48 a, Corpore semifero magno Capricornus in orbe.

CAPRINVS, a, um. ut pellis caprina. de N. 17 b.

CAPSA, æ. arca. in Verr. 62 b, Si te semel ad meas capsas admisero.

CAPSIS. id est, cape si uis. Orat. 211 a, Iā in uno uerbo capsis, tria uerba sunt.

CAPTATIO, uerborum aucupium, & pugna uerborum, logomachia. Part. 273 a, Et illam disputandi prudentia n, con certatio captatioq; uerborum imitatur.

CAPTIO, onis. deceptio, argutia, sophisma. Acad. 12 b, Maiore quadam opus est uel arte, uel diligentia, ne ab ijs quę clara sit ipsa per se, quasi præstigijs quibusdam & captionibus depellamur. de D. 116 b, Cur igitur uos inducitis in eas captiones, quas nunquam explicetis? de Fat. 416 b, Omnes istius generis captiones eodem modo refelluntur. de Fin. 67 b, Captiones dialecticę. de Cl. 182 a, Quanta esset in uerbis captio, si, &c. Att. 168 a, Omnes captiones in omni sententia occurrunt.

CAPTIOSVS, a, um. Acad. 12 b, Alterum est quod fallacibus & captiosis interrogationibus circumscripti & decepti quidam, cum eas dissoluere non possunt, desciscunt à uericate. Acad. 13 a, Stoici captiosissimo genere interrogationis utūtur. pro Quint. Ros. 53 b, Quo nihil captiosius neque indignius dici potest. & 49 b, O captiosam societatem. de Fini. 53 a, Epicurus non qua uia captiosa soluantur, ambigua distinguantur, ostendit.

CAPTIOSE, uafrè, argutè. Aca. 22 b, Captiosè interrogare.

CAPTIVNCVLA, æ. Att. 241 b, Videtur obijsse legationem, & omnis captiunculas pertimescere.

CAPTIVVS, a, um. uinctus, captus. Att. 274 b, Hoc S. C. ad tuos siue captiuos, siue deditios pertinet. de Natur. 76 b, Plures captiuos acerbè quàm prædones necari. ad Heren. 16 b, Redimere captiuos ab hostibus. Offi. 46 a, Redimere captiuos è seruitute. Epistol. 66 b, Ducere aliquem captiuū in triumpho. I.A. 220 a, Diutius seruitutem perpessi sumus, quàm captiui frugi & diligentes solent. Offic. 9. a, Pyrrhi sententia de captiuis reddendis.

CAPTO, as. allicio, aucupor, obseruo, consector, però. de Ar. 256 b, Dilsidēt principes, captatur occasio. Aca. 23 b, Quid enim ad illum, qui te captare uult, utrum tacentem irretiat an loquentem? de In. 25 b, Inductio, quæ rebus non dubijs captat assensionem eius, qui, &c. Epistol. 157 a, b, Lepidus desperato aduentu meo, quem non mediocriter captabat, se cum Antonio coniunxit. de In. 81 a, Captare aliquem alicuo emolumento, i. allicere. In Antonium. 176 b, At etiam misericordiam captabas. de Orat. 111 b, Captare uoluntates hominum. i. quasi aucupari, aliàs. Excipere. de In. 68 a, Captare misericordiam. I.P. 92 b, Captare plausus. Epist. 169 a, Captare nomen imperatorium. ad Heren. 2 a, Captare beneuolentiam à persona aduersariorum. Tuf. 178 a, Captare risus.

CAPTVS, a, um. deceptus, comprehensus, priuatus. Att. 138 a, Planè intercluſi captiq; sumus. Epistol. 112 b, Mihi uisus sum captus esse. pro Do. 218 a, Oppressa captaq; rep. pro Clu. 20 a, Socrus, generi cōtrà quàm fas erat, amore capta. de D. 110 a, Si oculis captus sis, ut Tiresias fuit. pro R. 94 b, Q. Scæuola mācus & membris omnib. captus ac debilis. Tusc. 251 a, Vt idem, oculis & aurib. captus sit. I.V. 223 b, Tametsi ne oculis quidem captus in hanc fraudem tam sceleratam decidisti. de A. 111 a, & Ac. 14 a, Tam dedecet, quàm delirare & mente captum esse. Of. 65 b, Vti ne propter te captus fraudatus ue sim. in An. 240 b, Pansa eodem captus errore quo nos.

CAPTVS, tus. ingenium, natura. Tusculan. 189 a, Græci homines non satis animosi, prudentes. ut est captus hominum satis hostem aspicere non possunt.

CAPVA, æ. urbs. contra Rul. 64 b, Luxuries Annibalē Capuæ corrupit. Postq. 207 b, Capua, in qua urbe domicilium quōdam superbiæ fuit. I.A. 240 b, Capua, quæ his temporibus altera Roma est.

COPVLVS, li. manubrium gladij. de Fat. 141 a, Philippus hasce in capulo quadrigulas uitare monebatur, quasi uerò capulo sit occisus.

CAPVT, is. principale in animali corpore membrum, Iocus principalis, in libro aliquo & oratione, quod præcipuum, & summum & optimum est in quauis re, origo, & initiū, uita, salus. de Se. 83 b, Masanissa nullo imbre, nullo frigore adduci potest, ut capite operto sit. I.A. 231 b, Post autem ceruicib. caput abscidit, idq; fixum gestari iussit in pilo. cō

tra Rul.69 a, A primo capite legis usq; ad extremum repe rio nihil aliud cogitatum,&c.cõtra Rul.71 b,Qui quod se cundo capite scriptũ est,non meminit in tertio.Post.205 a, Cum caput meæ proscriptioni recitaretur,de Orat. 129 a, Capita de republica in duabus orationibus contraria inter sese.Epi.37 a,Caput est quod pertinet ad minuendos sumptus ciuitatum.& 36 b , Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo prætereũda sunt.Acad. 25 b, Ex uno Epicuri capite,altero uestro, perceptio & comprehen sio tollitur,quod est caput Epicuri:ẽ ullum sensibus uisum falsum est,nihil percipi potest , quod uestrũ, sunt falsa sensus uisa.de Cl. 179 a, Quod ex quibusdam capitibus exposi tis nec explicatis intelligi potest.& ibi.a, Illa uerò cẽsoria contra Cn. Domitium non est oratio , sed quasi capita rerum & orationis commentarium paulo plenius.At. 258 b, Ad Caluum scripsi,ut ad me τὰ κεφάλαια mitteret.de Ora. 139 b, Ad consilium de republica dandum, caput est nosse rempublicam.de Am.104 b , Caput esse ad beatè uiuendũ, securitatem,&c.de In.64 b, In hoc loco caput illud erit ac cusatori, si demonstrare poterit, &c.secundarium,si,&c.& 84 a, Atque in hoc loco mihi caput illud uidet esse,ut uæ ramus, &c.de Ora.92 a , Caput enim esse arbitrabatur ora toris,ut & ipsis, apud quos ageret,talis, qualẽ se ipse opta re uideretur. I.A.175 a, Caput autem literarum, sibi cũ illa Mima nihil posthac futurum. Ep. 35 b , An tibi obuiam non prodirem?primum Appio Claudio? deinde Imperato ri? deinde more maiorum ? deinde,quod caput est,amico? At. 14 b , Et id quod caput est nobis inter nos nostra uitia sunt toleranda.& 26 a.Et quod caput est,mihi quæuis satis iusta causa cessandi est.At.211 a, Valdè probo hominem. domum,facultates,quod caput est, ipsum nõ noui.Et quod maximè rem continet.l. Contineo.pro Pl.271 a, Si quid si ne capite manabit & cuius autor non extet. de Orat. 88 b, Iam ab illo fonte & capite Socrate,&c.pro Flac.155 a,Ca put est omnium Græcorum cõcitandorum Heraclides ille Tennites. de Orat. 109 a, Capitis nostri sæpe accidere potest ut causæ uertentur in iure. & ibid. Quam possumus re perire ex omnibus rebus ciuilibus causam contentionẽq; maiorem,quàm de ordine,de ciuitate,de libertate,de capi te hominis consularis?de Cla.168 b,Causa capitis.de Ora. 105 a, Socratis responsa sic exarserunt iudices , ut capitis hominem innocentissimum cõdemnarent.& 104 a, Socra tem in iudicio capitis pro se dixisse.pro Dom. 220 a,Nihil de capite ciuis aut de bonis sine iudicio detrahi potest.pro Quin.Frat.47 b, Iudicia summæ existimationis & penè di cam capitis.de Cl. 176 b,In iudicium capitis aliquem uocare.I V.128 b , Cum uerò abs te tui capitis causa peteret, hominesq; certos domo misisset,ne tum quidem, &c.i.tuæ existimationis & salutis. Of.73 b , Vt si prædonibus pactũ pro capite precium non attuleris.pro Quin.1 b, Ego,qui caput alterius,famam,fortunasq; defendo .Ep.109 b, Nec caput,nec pedes.l.Pes.

Capvt, sũma frumenti decumani præcipua. In Verr.78 a,& 173 b,Verres aliquot nominibus de capite,quantum commodum fuerit frumenti Decumanis detraxit.& 166 a,In il lo reprehenditur quòd ex ea pecunia remiserit quam ipse quæsierat:tibi concedetur, qui de capite uectigalium P.R. remisisti.

Carbasevs, a, um. Carbasus , lini optimi genus: unde uela carbasea,& carbasa dicta.in Verr.241 b, Tabernacula carbaseis intenta uelis.& 252 a.

Carbo, onis.Of.37 b , Dionysius candente carbone sibi adu rebat capillum.

Carbvncvlvs , li. ad Heren. 25 b, Ipse ad uicinos cum testa ambulans carbunculos corrogaret.

Carcer , is. cuniculus, uincula, locus in quo asseruantur rei. I.C.101 a,b,Non longè à carcere atq; à uinculis abest qui sæpissimè iam dignum custodia iudicat.pro Syl.180 b,Ad il lius pœnã carcer ædificarus esse uidet . in Ver.240 a , Cur carcer ædificatus?i.C.110 b , Carcer uindex nefariorũ scelerum. & 121 a , Cum filium eius impuberẽ ligatũ a prætore missum in carcerem,necãdum esse dixit. At.38 b, Vectius, quòd confessus est, cum telo fuisse,in carcerem cõiectus est.Tus.164 a, Nec tamẽ illa uincula carceris ruperit. & 169 a, Conijci in carcerem. Q.F.302 b,Is hominem cõ prehendit, & in custodiam Ephesi tradidit: sed in publicũ, sed in pistrinum , non satis intelligere potuimus . in Verr. 249 b,Dare aliquem in custodiam.& 285 a,Includi in custodias.& 249 b,Contrudi in carcerem.&251 a , Condi in carcerem.& 251 b,Duci in carcerem.pro Pl.295 b, Emitti è carcere.pro R.P.128 b,Pertuli custodiam,uidi in uinculis familiares meos , mors ob oculos sæpe uersata est . Pro loco unde emittũtur equi ad cursum.de Sen.94 b , Nec uerò uelim quasi decurso spacio à calce ad carceres reuocari. de Am.115 a, Quibus cũ tanquam è carceribus emissus ci ijsdem ad calcem(ut dicitur)peruenire possis.ad Her. 24 b , Quasi si qnis ad Olympiacũ uenerit cursum , & steterit ut mittatur,impudentesq; illos dicat esse, qui currere cœperint,ipse intra carcerem stet,&narret alijs quomodo Iadas aut Boius cum Sicyonijs cursitarint.de Cl.180 a,Nec in quadrigis,qui uix è carceribus exierit, cum,&c.

Cardiacvs,ci.de Nat.97 b , Nec cardiacis hoc tribuendum est,nec phreneticis:id est, ijs qui ore uentriculi affectiũt, qui morbus cardiacus dicitur.

Cardo,nis.de N. 46 b , Extremusq; adeò duplice de cardine uertex Dicitur esse polus.

Care,magno precio,nimiò.At. 286 b , Va lde carè æstimare aliquid.pro Dom.286 b, Emit domũ penè dimidio carius quàm æstimabat.

Carео,es.uaco,uacuus sum,deficior,deseror.)(. Abũdo,po tior,fruor.Tusc.167 a,Carere igitur hoc significat egere eo,quod habere uelis.inest enim uelle in carendo:nisi cũ sic tanquã in febri dicitur alia quadam notione uerbi:Di citur enim alio modo etiam carere, cum aliquid non habeas,& non habere te sentias,etiam si id facile patiare:carere enim in malo non dicitur, non enim esset dolendum,di citur illud bono carere, quo est malum, sed ne uiuus quidẽ bono caret,si eo non indiget:sed in uiuo intelligi tamen po test regno carere . dici autem hoc in te satis subtilitèr non potest, posset in Tarquinio, cum regno esset expulsus:at in mortuo ne intelligi quidem potest . carere enim sentientis est,nec sensus in mortuo , ne carere quidem igitur in mortuo est .de Sen.87 a, Quanquam non caret is,qui nõ desideratde Fi.36 b,Cum omni dolore caret.Ep.262.a, Aegypta mihi nunciauit , te planè febri carere, & bellè habere.pro Mil.105 a,Caruit foro postea Pompeius,caruit senatu,&c. 153 b, Ego meo Ciceroni quoniã Roma caremus, Arpinitogam puram dedi.Acad.1 a, Magnũ ingeniũ Lucullũ,&c. caruit omnino rebus urbanis. pro Rab.96 b,Quid iam illa C.Mario nocere possunt?quoniam sensu & uita caret?Ora. 211 b,Quãm chara sint qui post carendo intelligunt.Post quam.198 b,Amicitiæ quid haberent uoluptatis , carendo magis intellexi quàm fruendo.Att.22 a,Neque nos te fruimur,& tu nobis cares.Offi.20 b, Appetitus omni perturbatione animi carere debent . & ibidem Omnis actio uacare debet temeritate.de Vn.204 a, Causæ uacantes prudentia. I.C. 118 a , Non denique hæc fella curulis unquam uacua mortis periculo fuit.pro Lig.137 b, Ergo hæc duo tempora carẽt crimine. & ibidẽ Adhuc Q. Ligarius omni culpa uacat.Tusc.163 b, Non dico carere sensu,sed carendum esse . & 171 b , Non ipsa saxa magis sensu omni uacabant, quàm ille,&c.

Caria,æ.regio.Orat.109 a,Caria,Phrygia,& Mysia.pro Pl. 160 a,Prouerbium,Si quid cum periculo experiri uelis,in Caria id potissimum esse faciendum.

Carina , æ.nauis dorsum,nauis pars ima , seu uenter nauis. Orat. 159 b, In nauigio latera,carinæ,prora,puppis.

Carinæ,arum.locus Romę.Parad.125 b,M.Manlius habuit ædiculas in Carinis.& Q.F.309 a,de Ar.255 b,Cum diceret uelle se in Carinis ædificare alteram porticum, quæ palatio responderet.

Caritas,tis.inopia frumenti.Offic.45 b, M.Seius in caritate annonæ asse modium populo dedit.In Verr.197 a,Bienio prouinciam obtinui,cum alter annus in uilitate, alter in summa caritate fuerit.& 157 a,Cum alter annus in uilitate, alter in summa caritate fuerit.Off.62 a , In Rhodiorũ inopia & famæ summaq; annonæ caritate.In Verr. 246 b, Caritas annonæ.)(.Vilitas annonæ.đ Ar.251 a,Caritas annonæ sterilitas agrorum,inopia frugum.pro Põ.12 a,Repente uilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est . pro Dom.215 b, Erat igitur præsens caritas & futura fames . In Verr.197 , Aut uberiora cibaria facta sunt caritate . pro Dom.215 b , Caritas, difficultas annonæ, summa inopia rei frumentariæ.Att.144 a, Nunc omnia ista iacere puto propter nummorum caritatem.pro Dom.216,Annona in meo reditu facta erat durior.

Carmen,nis.uersus,Argumentũ carmine tractatum. de Am. 100 a, Empedocles quidem carminibus Græcis uaticinatum ferunt , quæ.&c pro Ar.191 a , Aditus cẽplorum carminibus exornauit . Tuscul.161 b,Poeta graue plenumque carmen non sine cœlesti aliquo mentis instinctu fundit.de Diuin.135 b,Non esse autem carmen illud furentis, ipsum poema declarat.Epistol.16 b, Scripsi etiam carmina quædam,&c.de Cl.271 a , Illa carmina,quæ multis seculis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis conuiuis, de clarorum uirorum laudibus,scriptũ reliquit Cato.Aca. 21 b, Simul iosta uit cibicen à perito carmen agnoscitur.i. Antiopa comædia uel tragœdia.đ Claris 170 b,Quod ex eis carminibus intelligi potest , quæ apud Homerum in Phæacum epulis canuntur.de Or.141 a,bis.Cum Simonides cecinisset id carmen , quod in Scopam scripsisset, &c. pro R. P. Hoelius carminibus poetarũ celebratur.de Or. 111 b,Quod carmen artificiosa uerborum cõstructione aptius?& 161 a,Quorum illa summa uis carminibus est aptior & cantibus.l.numerorum & uocum.Acad.40 b,Facere poema.Tusc.209 b,Condere carmina. contra Rul.80 a, Atq; hoc carmen iste non uobis, sed sibi intus canit . de O. 106 b,Vt torum illud uti lingua nuncuparat , non in XII. tabul.s , sed in magistri carmina scriptum uideretur . pro Rab.92 b, Lictor,colliga manus,&c.Tarquinij superbissimi ac crudelissimi ista sunt cruciatus carmina. pro Murena,130 a , Prætor interea ne pulchrum fac ac beatum putaret,atq; aliquid ipse sua sponte loqueretur,ei quoq; carmen compositum est. pro Cæl. 41 a , Ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret.de Fin. 135 a,Sunt enim prima elementa naturæ, quibus auctis uirtutis quasi carmen efficitur .

Carmentalis.l.Flamen.

Carneades,is. de Orat. 149 a, Diuina quadam celeritate ingenij dicendiq; copia Carneades.de Or. 123 b,Carneadis uis incredibilis dicendi . de Diuin. 119 a, Num ergo opus est ad hæc refellenda Carneade?& Acad.5 b,Carneades XC uixit annos.de Orat.122 b, De Carneade , Critolao & Diogene , qui ab Athenienſibus legati , Romam uenerunt .

Carneadevs,dea.Aca.37 a,de Fin.128 a .

Carneadivs,dia de Orat.149 b.

Carnifex,cis.tortor,lictor.in Verr.77 b,Non ficarium,sed crudelissimũ carnificem in iudicium adduximus.de Arusp. 251 b, Quales ipsum carnifices habere putamus?qui medicis suis non ad salutem,sed ad necem utatur?I.P.81 b,Hæc sunt ò carnifex in gremio sepulta cõsulatus tui.I.A.232 a, Ponite ante oculos carnificem tortoremq; Samarium.pro Qu.9 a,Quò bonorum emptores conueniunt,ut carnifices ad reliquias uitæ lacerandas & distrahendas.I.V.259 a,Setius carnifex Verris.

Carnificina , æ . supplicij& cruciatus locus , cruciatus ipse, & crudelitas . Tuscul. 243 b , Aegyptiorum imbutæ mentes prauitatis erroribus , quam uis carnificinam prius subierint , quàm ibim, aut felem , aut aspidem, aut canem uiolent . Tuscul.196 a , Cùm omnis perturbatio misera est , tunc carnificina est ægritudo . pro Sest. 26 a, Non ea est medicina , sed carnificina , atque crudelitas.

Caro,nis . in Pis. 94 a,Mensa extructa non conchylijs aut piscibus,sed multa carne subrancida.pro Pl. 263 a , Quibus è municipijs uix iam, qui carnem Latinis petant inueniuntur.I.P.83 a,Caro putida.

Carpo,pis,eligo,fingo.pro Cluen. 44 a,Non animaduertes in omnes?sed carpes ut uelis?& paucos ex multis ad ignominiam sortiere ? pro Cl.44 b , In multorum peccato,carpi paucos ad supplicium non oportet . pro Sest.25 a, Non sum tam insolens in dicẽdo, ut omni ex genere orationem aucuper, & omnes undique flosculos carpam ac delibẽ.de Or.110 b ,Vel passim licet carpentem & colligentem undiq; repleri ista iuris ciuilis scientia . pro Cor.67 a , Quimore hominum inuident , in conuicijs rodunt , in circuitis uellicant , non illo inimico , sed hoc maledico dente carpunt.Quint. Frat.308 a, Pompeius carpebatur a Bibulo . Ep.180 b , Capere aliquem , id est obtrectare . Parad. 118 b,Cum corpus Reguli carperetur , carpi ipse certè nõ potuit : hic tum carperetur , & Capi habent ueteres codices .

Carthaginensis , se . contra Rull.85 a, Carthaginenses fraudulenti & mendaces, &c.

Cathago , nis. contra Rul.92 a , Agri in Hispania apud Carthaginem nouam . 76 a, Carthago uetus in Africa .

Carthago,Iouis.filia.de Nat. 68 a.

Cartonvm,oppidum.Att.201 b .

Carvncvla , æ . caro . de Diui. 119 a, Caruncula uitulina.

Carvs,a,um.non uilis.de D.120 b,Aut si Epicuri de uoluptate liber corrosus esset,putarem annonam in macello cariorem fore.pro D.216 a, Subitò illo die carissimam annonam nec opinata uilitas consecuta est .

Carica,cæ.fici genus.de Di.126 a, Quidam in portu caricas Cauno aduectas uendens, cauneas clamitabat .

Casa,æ.tugurij,& domus rustica,& uilis.Tusc.247 a, Ptolemæo peragranti aegyptũ,comitibus non secutis cibarius in casa panis datus est.Epi.163 b,Helluo nequissimus HS. CC.dabat nullo aprico horto,nullo emissario, nulla macelria,nulla casa.

Cascvs,a, um.senex,uetus.Tusc.153 b,Illud erat insitum priscis illis,quos cascos Ennius appellat .

Caseus , ei . de Sene.80 a, Villa abundat lacte,caseo, melle .

Cassilinvm,ni.oppidum.I.A.180 a,de In 83 b.

Cassandra,uates de D. 98 a.

Cassilinensis, nense. de In.38 b .

Cassia,æ . uia media urbe Roma ad Mutinam,inter superũ & inferum mare. I.A.175 a.l.Via .

Cassianvs,a,um.à Cassio iudice seuero.l.Cassius.pro Mil. 107 b,Iraq; illud Cassianum,cui bono fuerit in his personis ualeat.I.A.167 a,Si quis usurpet illud Cassianum . cui bono fuerit.

Cassinvm,oppidum.I.A.259 .

Cassinas , atis . à Cassiuo . contra Rul.79 a,& I.A 180 a.

Cassiope,es.portus.Ep.259 b .

Cassiopea, æ. de Nat.48 a, Obscura specie stellarum Cassiopea .

Cassivs,ij.pro S.R.23 b,L.Cassius ille, quẽ populus Rom. uerissimum & sapientissimum putabat .

Cassvs , a, um . uacuus,inanis,cassus sanguinis , cassus sanguine . de Diuina. 136 a , Terrigenam , tardigradam , domiportam sanguine cassam . de Arat. Cassus luminis. Tuscul.251 a, Cassum quiddam & inanis uocis sono decoratum .

Caste, integrè,purè.de L.173 b,Ad diuos castè adeunto.de Na.1 b,Purè & castè deos uenerari. pro Dom.240 b,Is nihil ritè,nihil castè perfecit.pro Pom.4 a,In amicorum periculis castè integreq; uersari . de Cl. 196 a , Tueamurq; eam,ut adultam uirginem castè.Epist.Fam. lib. 14.Castissimè colere deos.Ar. Religione sua aliquid castissimè tueri .

Castellanvs,a,um.ut triumphus castellanus:Id est , de Castello capto actus. de Cl.188 a .

Castellvm,li.uicus,siue rusticorum domus in agris , clausæ mœnibus.Sunt etiam castella,munitiones ligneæ castrenses,pro uallis erectæ ad arcendos hostes . pro Ce. 288 b, Cecinna ad diem uenit in castellum Axiam. & pro De. 146 b , Cum in castellum Luceium uenisses. Epist.169 b , Multa castella cepi; multa uastaui.Atti.41 a, Castellum natura munitum . & Epist.23 a , Castella munita.de Cl.188 a , Qui Ligurum castella expugnauerunt.I.A. 196 a,Aditus hostium castellis & aggeribus prohibetur . I.P.81 b,Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum ueterum Catilinæ militum, castellum forẽ

sis latrocinij.de D.116 a, Vrbem philosophiæ mihi crede proditis, dum castella defenditis.

CASTIGATIO, nis.obiurgatio, animaduersio.Off.18 a, Omnis & animaduersio & castigatio cõtumelia uacare debet. l. Obiurgatiò, & Releuo.

CASTIGO, as,obiurgo, multo. de Or.100 a, Et quoniam de impudentia dixi, castigemus etiam segnitiem hominum. Tusc.204 b, Pueros, matres & magistri castigare solêt,nec uerbis solùm, sed etiam uerberibus.Off.66 a, Qui non uerbis sunt & disputatione philosophorum, sed uinculis & carcere castigandi.Off.18.a.& 27 b, Qui punit aliquê,aut uerbis castigat. de L.168 b,Castigare improbos. Tusc.228 b, Sed in hoc me ipse castigo. Tusc.168 a, Videsne ut obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor?

CASTIMONIA, niæ.castitas.I.V.214 a, Quæ sacra per summam castimoniam uirorum ac mulierum erant, eadem per istius stuprum esse uiolata. pro Cæl.39 b,& de Leg.174 b, Castè iubet lex adire ad deos, animo scilicet, nec tollit castimoniam corporis.

CASTITAS, tis. castimonia, uirginitas.de Leg.175 b, Vt sentiant mulieres in natura fœminarum omnium Deum castitatem pati.

CASTOR, & Pollux, fratres, dij de D. 96 a, Stellæ aureæ insignia Castoris & Pollucis, pro Mil.119 b,qui cum falcibus ad Castoris cucurrerunt.I.V.274 a. Vosque omnium rerũ forensium,consiliorum maximorum,legum iudiciorumque arbitri & testes celeberrimo in loco prætorij locati Castor & Pollux.

CASTOR.l.Fiber,

CASTRVM, stri. oppidum.Att.122 a, Audiui Cæsarem firmo progressu in Castrum Tarentinum uenisse.

CASTRA, orum.locus ubi exercitus in tentorijs manet,& ipse exercitus.I.V.241 b, Iste nouus imperator pulcherrimo Syracusarum loco statiua sibi castra faciebat,de D.132 a,Castra enim in Thessalia castris collata audiebamus. Att.130 b, Castra propter anni tempus & militum animos facere non possum.I.A.245 a, Cn. Pompeius cum P. Vectio inter bina castra collocutus est. Epistol. 245 a,His rebus ita gestis castra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatridium. Att.150 b, Nos ad portas castra habemus.& 127 a,Cùm Cæsar ad oppidum castra haberet. & 121 a, Cæsar apud Corfinium castra posuit.de In.78.a,Hostes propter muros castra habent.Att.150 a,Ad murũ castra posui.de Diuin.96 b,Cum Aretium uersus castra mouisset. I.A.233 a, Sexa castrorum antea metator,nunc(ut sperat) urbis. Ep. 240 b, Pacorus Euphratem transiuit, & castra posuit Tybæ, & 241 b, Castraque ad Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum,locaui. & 166 b,Itaque continuis itineribus ad forum Vocontiũ ueni, & ultra castra ad flumen argenteum contra Antonianos feci.& 244 a,Castra in Lycaonia apud Iconium feci. & 138 b , In, Epicuri nos aduersarij nostri castra coniecimus.

CASTRENSIS, se.militaris. pro Cæl.29 b, Eadem erat castrensis ratio & militaris.I.C.114 b,Nisi cùm ex domesticis insidijs in castrense latrocinium compulissem.

CASTRO, as.execo, uirilia amputo. castratus, exectus.de Or. 157 b, Nolo morte dici Africani castratam esse rempubl. Ennij.

CASTVLONENSIS, saltus.Ep.163.

CASTVS,a, um.purus, integer,incoruptus. Att.173 b,Pompeius uir integer,castus, & grauis.& ad Her.7 a,de D.105 b, Castus animus & purus.ad Her.29 a, Corpus castum , animus corruptus.pro Fon.280 b,Mens casta & integra.de In. 66 b, Integer & castissimus uir.I.A.186 a, Adolescens castus & modestus,de In.76 b, Præmia uirtutis sancta & casta esse oportet. de Ar.250 a, Fœmina , quæ matronarum castissima putabatur.& ib. Qui castissimos ludos omni flagitio pollueres. pro Cæl.39 a,M. Crassi castissima domus. pro Rab. 92 a, Qui castam concionem sanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Rom.Integrum ius libertatis seruari oportere defendo.de Leg.179 a,Ebur haud satis castum donum Deo.I.A. 247 b,Res familiaris cùm ampla tum casta à cruore ciuili . Tusc.263 b , Qui se integros castosque seruauissent,his,&c. pro Qu.R.48 a,Periurum castus fraudasse dicis.

CASVS, sus. ruina, fortuna,euentus , fors, fors . pro Cæ.46 a, Via lubrica, qua insistere aut ingredi sine casu aliquo aliue prolapsione uix possis.de D.89 b, Deinde eius germanum cornibus connitier in me arietare,eoque ictu me ad casum dari. de D.111 b, Quomodo ergo id quod fit cæco casu,& uolubilitate fortunæ præsentiri potest? de D.228 b,Casus potest imitari ueritatem.& 85 a,Nunquam perfecte ueritatem casus imitatur.& 232 a, Casum præuij omnes timebamus. pro Cl. 33 a, Atque etiam casu tum Stalenus ipse mõ aderat.de Fa.140 a, Id in hac disputatione de fato casuq; dam ne facerem impediuit. pro Sest.15 a,Testium caterusque casum tam horribilem, tam grauem, repentinum non solùm homines , sed tecta urbis ac templa lugerent.de Orat. 126 b, Grauis & miserabilis casus alicuius. Ep.51 a, Velis ut scribis in meo grauissimo casu affuisses.pro Dom.230 a, At uide quid intersit inter illum iniquissimum patris casum,& hanc fortunam conditionemque nostram. de Orat. 140 b, Ferre sapienter casus aduersos.& 128 a, Casus humanarũ miseriarũ uarij sũt. pro Pom.15 a, Maiores nostri semper ad nouos casus temporum nouorum consiliorũ rationes accommodabant.Qu.F.305 b, Si releuare potes communem casum.de Clar.191 a,Ita grauissimo suo casu diuis Alexãdri similis esse uoluit.L.Crassi & multorum Crassorum inuentus est dissimillimus.I.A.209 a, Fuit aliquis fatalis casus,ut ita dicam, quem tulimus, &c.nunc si quis erit, erit uolũtarius.Ep.56 b,Aliorum opibus casus meos sustentabam.de Orat.85 a, Quam spem cùm graues communium temporum,tum uarij nostri casus fefellerunt. de Nat.194, Illud quæro,quæ fuerit tanta fortuna,quis tantus casus; &c. pro S.R.35 a,Ille miseri ignarus casus sui, &c. Antea, 194 a,In nostro euentu aliorum reminiscentes casus;pro Syl.178 b, Eum tamen in hoc casu,quo afficitus iacet, conseruare cupiunt.pro Syl.167 a,Sed quoniam ita tulit casus infestos,ut,&c.ad Her.Hæc res magnum casum habet.Off. 36 b, Hæc igitur fortuna cæreros casus ratiores habet.de Sen .91 a, Aetas illa multò plures quàm nostra mortis casus habet.Ep.156 b, Si casus inciderit, pro uobis mori paratus sum.Att. 248 b, Casus consilium nostri itineris indicabit.I.C.117 a,Vt ea uirtute, non casu gesta esse uideantur.,p Syl.183 b,Aliquid casu magis & felicitate ab aliquo, quàm uirtute & consilio gestum esse.pro Sest.5 a,Cõmunis Mars belliq; casus est incertus.pro Pl.152 b,Casus est,in sapiendo locus,euentus, occasio. de D. 173 b,Nisi ita casu nonnunquam fortè temere concurrerent.Ep.61 a, Quis esset, qui me in consulatu nõ casu potius existimaret quàm consilio fortem fuisse. & 21 a,b,iudicio enim tuo,non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuum.& 207 a, Et casu permulti sunt in ea societate ualde mihi familiares.de Nat.27 a, Idq; euenit non temerè , nec casu; sed quod, &c.de D.112 a,Quid est tandem quod casu fieri fortuna putemus.de D.112 b,Ne in deum quidem caperetur,detur,ut sciat quid casu & fortuitu futurũ sit.Off.43 a, Habere aliquid aliquo casu atque fortuna.pro Pl.166 b,Si certis, nullum crimen est in casu. Att.179 a, Is meliore in casu est quòd iam receptus,&c. Or.212 a,Absurdum erat,ut tantum barbaris casibus græcam literam adhibere ; aut recto casu solum Græcè loqui.& ibi.b, Verba quæ habent casus in exitu similes.ad Her.30 b, Verba quę similiter ipsis casibus efferuntur.de Nat.38 a,Iupiter quasi iunans patet, quem conuersis casibus appellamus à iuuando Iouem.de Or.141 b, Verba immutata casibus.Ep.147 b, Sed cùm in eum casum me fortuna demisisset, ut aut,&c. & 98 a,Casus uerò mirificus quidam interuenit,quasi uel testis opinionis meæ, uel sponsor humanitatis tuæ.

CATACHRESIS,sis. abusio.Att.lib.9.Illa tamen κατάχρησις illius est odiosa, quam penè preterij.I.Abusio.

CATADVPA, duporum.quæ alto nomine cataractæ nominantur,sunt loca ubi nilus se præcipitat ingenti cum sonitu.de Som.Sci.129.a,Sicut ubi Nilus ad illa quæ catadupa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus,ea gens, quę illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus sonitũ audiendi caret.

Καταγραφή.l. Descriptio.

Κατάληπτον.l.Comprehensibilis.

Κατάληψις.l.Comprehensio.

CATAMITVS,ti.Ganymedes,puer meritorius. I.A.175 a, Vt te catamitum præter spem mulier aspiceret,&c.

CATELLA,æ.de Diu.101 a,Erat autem mortua catella eo nomine.

CATERVA,æ.turba.I.P.91 a,Lictores togulas acceperunt,& cateruam imperatori suo nouam præbuerunt.pro Do. 255 b,Cum forum armatis cateruis perditorum hominum possideres.de Orat.100 a,Vagari magna caterua toto foro. & 161 a,Cateruæ atque conuentus hominum.Tus.164 b, Cateruæ uenisse contradicentiũ.I.V. 258 b,Testium cateruas in iudicium tuum esse uenturas.pro S.R.41 a,& pro Mur. 140 b,Magna caterua togatorum.

CATINA VRBS.I.V.146.a Epi.218 a.

CATINENSIS,se.I.V.232 b,Epi.218 a.

CATEGOREMA,tis.Tuscul.213 b, Res,quæ dicuntur de quodam aut quibusdam,quas κατηγορήματα dialectici appellant.

CATENA,æ.in qua aliud ex alio nectitur.I.V.257 a,Iste hominibus innocentibus inijci catenas iubet.& pro Mur.134 a. pro Sest.6 a,Clodius legum sacrarum catenis constrictus. ad Her.36 a , Iste sicut aliqua bestia soluta ex catenis uolitat & uagatur toto foro.

CATENATVS,ta,tum.catena uinctus.lib.4.Epi.Fami.8. Cœlij.Καθῆκον.l.Officium.

CATO,nis.de Cla.175 a,Vnum excipio Catonem,in quo perfectissimo Stoico summam eloquentiam non desideré. & de eo rursus.170 a,& de Amic.96 b,Cato quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis.de Cla.171 b, Cato annos quinque & LXXX.natus,excessit è uita.

CATONIANVS,a,um.ut Catoniana familia.Qu.Fr.311 b.

CATORTHOMA,tis.rectum factum.Off. 2 b, Perfectum autem Officium, rectum opinor uocemus, quod Græci κατόρθωμα.de Fin.99 b,Sic recta(κατόρθωσιν enim ita appello,quoniam rectum factum καθόρθωμα) recta igitur effectio,&c.& 95 a,Quæ autẽ nos aut recta, aut rectè facta dicamus si placet,illi autem appellant κατορθώματα, omnes numeros uirtutis continent.

CATORTHOSIS,sis.recta effectio.de Fin.99 b.l. Catorthoma.

CATVLVS,li.de N.33 b,Chrysippus docet omnia in perfectis & maturis esse meliora,ut in equo quàm in equulo.in cane quàm in catulo,&c.de Fin.121 a,Catuli,qui iam despectui sunt,cæci æquè,ut hi qui modò nati.

CATVS,a,um.cautus,acutus,callidus,prudens.de Leg. 165 a, Prudens &(ut ita dicam)catus.de Ora.101 b, Egregiè cor datus homo catus Aelius Sextus.

CATE,aduerbium.In Arato,Tum tornare catè,cõtortus possidet orbis.

CATVTVS,a,um.l.Cauo.

CAVDA,æ.de Fin.94 a , Cauda pauoni à natura donata est ad ornatum.In Arat.Atque auis ad summam caudam primasque recedit Pinnas.l.Penis.

CAVDINVM PRAELIVM.de Sen.85 b.

CAVDIVM,dij.opp.de Off.74 a.

CAVCASVS,si.mons.Tus.180 a,186 b,243 b, de Diuin.88. de Som.129 b.

CAVEA,æ.septum in quo aues & bestiæ includuntur,& locus ubi populus sedens ludos spectabat. de D.123 b,Auis inclusa cauea.de N.27 b,Cum cauea liberati pulli non pascerentur.ad Here.36 a,Quod si istum liberaueritis,statim sicut è cauea leo missus,aut aliqua teterrima bellua soluta ex catenis uolitabit . de D.123 b , Attulit, inquit,in cauea pullos is qui ex eo nominatur pullarius. Itẽ:Magis delectatur qui in prima cauea spectat,quàm qui in ultima.de Ami.100 b,Qui clamores tota cauea nuper in noua fabula M.Pacuuij?de Leg.177 a,Ludi publici sunt cauea circoq; diuisi.de Ar.249 b,Illi cum ludos facerent , seruos de cauea exire iubebant,cu in alteram seruos immisisti.

CAVEO,es.uito,fugito,cautionem adhibeo,prospicio, consulo,obseruo,uideo,declino.de Orat.136 a,Hoc ego oratori maximè cauendum & prouidendum puto.pro Quin. Ro. 30 b,Quid ita Flauio sibi cauere non uenit in mentem.I.A. 219 a,Caueri uult ijs qui secum sunt,Mustellæ , & Tyroni prospicit.de Clar.166 a,At tibi ego Brute non soluam,nisi prius à te cauero,amplius eo nomine neminem cui petitio sit,periturum de Leg.182 b, Altera lex priuatorum ædificijs;altera sepulchris cauet. Topic. 221 a, Tu mihi meisq; multa sæpe cauisti. Attic. 85 a,Pompeius clementer id fert,fortè cauet usuræ.I.V.105 a.Prædibus & prælijs populo cautum est.contra Rul.62 b, Agri de quibus cautum est fœdere.Off.46 b,In iure cauere & consilio iuuare . pro Do.219 a,Metuere,& cauere aliquem.Epist.8 a,Vt cõsiderares quibus crederes, & quos caueres.& 177 b, Nec metuam quicquam,& omnia cauebo.Postquam.202 b,Nihil credam,& omnia cauebo.Att.169 a, Cætera,quæ quidem consilio prouideri poterunt,cauebũtur.& 258 8,Caleni in teruentum & Caluenæ cauebis.de Ar.249 b , Monere aliquem ut caueat ab aliquo.In Verr.120 a,& in Antonium, 182 b, Cauere ab aliquo.In Antonium,244 b, Qui ab homine nefario non cauerit.de Finib.140 a , Caueré a uenено.Tus.212 a,Declinare à malis.de Orato.106 b, Nam sine cognitione iuris,quàm sit bellum cauere malum , sciré possemus.Epist.85 b,Auges etiam tu mihi timorem, qui in oratore tuo caues tibi per Brutum, & ad excusationem socium quæris.& 28 b,Vt & tibi & populo cautũ sit.& 31 a,Melius ei cauere uolo quàm ipse alijs solet.Item:Cauerat enim ille sibi,ut si tibi prouinciam dedisset, omniũ suorum scelerum adiutorem te præberes.Atti.71.b , Deinde ut Faustæ,cui cautum ille esse uoluisset, ratum esset. de Fini.86 a,Epicurus diligenter cauet & sancit , ut hæredes sui dent,&c.de Inuen.77 b , Amentia est cum hæredi uelis cauere,id abscribere,quo non ascripto nihilominus hæredi caueatur.& 79 a,Ita diligenter perscripta lex est, ita cautũ unaquaque de re:& ita quod oportuit exceptum,ut &c. & ibidem b,Quædam tacitis exceptionibus cauẽtur. pro Cecin.300 b,Nulla res est, quæ aut comprehendi satis,aut caueri,aut excipi possit.de Cla.177 a,Non satis paratus ad cauendum fui.Atti.216 b,Caue facias,inquit, nam ista lex perferretur.Epist.45.a , Caue ne cui suspicionem des fictæ reconciliatæ gratiæ.& 142 a,Sed caue,si me amas, existimes me,&c.& 120 b,Caue enim putes,ullas literas unquã gratiores,quàm tuas in senatu esse recitatas.At.28 2 a,281 b,Caue enim existimes Brute, quanquam es,sed tamẽ,&c. caue putes,quicquam illi,&c.pro Q.14 a,Cauete per deos immortales iudices , ne, &c.& ibid. Videte per deos immortales quem in locum,&c.

CAVERNA,æ.locus in terra caus,antrum , spelunca.de Nat. 56 b,Nos è terræ cauernis ferrum elicimus.& de Di.97 a, In Arat. Dicitur & latè cœli lustrare cauernas.de Na.31 a,Magnam uim caloris,terræ cauernis contineri.Tus.242 a, Vnde terra & quibus librata ponderibus , quibus cauernis maria sustineantur.

CAVILLATIO,onis.iocus,facetiæ,urbanitas , dictum ridiculum.de Orat.128 b,Illa superior cauillatio, hæc dicacitas uocatur.l.Dicacitas.

CAVILLATOR,oris.Att.7 b,Consul ipse paruo animo & pratuo,tantum cauillator genere illo moroso.

CAVILLOR,aris.iocosè ludo,dicta di co.Att.22 a,Iam familiariter cum ipso cauillor etiam ac iocor.apud Non.126. 138.de Nat.76 b,Atque in eo etiam cauillatus est, æstate graue esse aureum amiculum,hyeme frigidum.de Or.154 a,Aut irridẽtes oratorem,ut ille in Gorgia Socrates cauillatur.Qu.F.313 b,Sed præterea togam eius prætextã magno hominum risu cauillatus sum.

CAVLA,æ.stabulum.pro Sest,5.b,Cum Catilina Italiæ caulas pastorũ stabula præclara cepisset.aliàs , Callis, pro calles.

CAVLIS,lis.brasica.de N. 50 a, Vites a caulibus brasicis si propè sati sint, ut à pestiferis & nocentibus refugere dicũtur,nec eos ulla ex parte contingere.

CAVNEAS,pro caue ne eas,fortè dixerunt ueteres.de Diu. 26 a,Quum M.Crassus exercitum Brundusij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas uẽdens,Cauneas calamitabat.Dicemus si placet, monitum ab eo Crassum,caueret ne iret.Ominis exemplum est.

CAVNVS,ni opp.de D. 126 a.

CAVNEVS,ei.ibidem.

CAVNII,orum.populi.Att.296 b.Epi.224 b.

CAVO,as.excauo.de Leg.179 a, Lignum autem quodcunque uoluerit,uno è ligno cauato,itemq; lapideum.

CAVPO,onis.copo,tabernarius.de D.92 b,Cum duo quidam Arcades iter unà facerent , alter ad cauponem diuerterit,

alter ad hospitem. pro Clu. 52 b, A. Binnius quidam copo multorum hospitum de uia Latina, qui sibi ab huius seruis in sua tabella manus allatas esse dixit.

Cavpona, næ. taberna. I. P. 91 a, Tibi solitudo erat pro frequentia, caupona pro oppido.

Cavponor, aris. lucri causa bellum gero, aut aliud quiduis facio. Offi. 9 a, Non cauponantes bellum, sed belligerates. ex Ennio.

Cavponvla, læ. I. A. 257 a, Is deliuit in quadam cauponula.

Cavsa, sæ. caput, origo, fons, radix, principium, seminarium, stirps, effector, pignus, ratio, sequor, nomen, ergò, gratia, res: ut res efficiens, id est, causa efficiens: & incognita re iudicare: id est, incognita causa. Causarum dialecticarum, siue philosophicarum plena & perfecta diuisio. Top. 225 b, Part. 238 a. de Diu. 120 b, Quicquid oritur qualecunq; est, causam habeat à natura necesse est, ut etiam si præter consuetudinem acciderit, præter naturã tamen non posit existere. Orat. 213 a, Iniquum est, quod accidit non agnoscere, si cur id accidat reperire nequeamus, de Fat. 147 a, Causa est, quæ efficit id cuius est causa: ut uulnus mortis, cruditas morbii, gnis ardoris. & ibid. b, Nulla igitur earum causa est, quoniam nullam rẽ suam ui efficit, cuius dicitur causa, nec id sine quo quidpiam non fit, causa est, sed quod cum accessit, id cuius causa est, efficit, necessariò, & 148 b, Causarum aliæ sunt perfectæ & principales, aliæ adiuuantes & proximę. & 149 a, Proxima & cõtinẽs causa mouet assensionem. & ibidem, Causæ antecedentes & necessariæ. de Natur. 1 a, Causam. i. principium philosophiæ esse sciẽtiam. de D. 121 a, Nihil fieri potest sine causa. de Vn. 195 b, Nullis rei causa remota reperiri origo potest. pro S.R. 30 b, Nemo ne nimium quidem maleficium sinẽ causa admittit. pro Mur. 172 a, Tu mihi id arripis, quod necesse est omnium uitiorum esse postremum: relinquis illa, quibus remotis hoc uitium esse non potest. Offi. 3 a, Principia & causæ rerum. Att. 131 b, Causæ euentorum magis mouent quàm ipsa euenta. Acad. 40 a, Quid est enim magnum, cum causas rerum efficiẽtium, sustuleris, de corpusculorũ concursione fortuita loquiũ nostra tu physica nostri, quę cõtineantur ex effectione & ex materia ea, quã fingit & format effectio. I. A. 222 a, Is mortem attulit, qui mortis causa fuit. & 171 a, Vt Helẽa Troianis, sic iste reipublicę, causa belli, causa pestis & exitij fuit. & ibid. Vt igitur in seminibus causa est arborum & stirpium, sic huius luctuosissimi belli causa tu fuisti. & 170 b, Nulla causa cuiquam iusta esse potest contra patriam arma capiendi. Offi. 38 b, Nec unquam bellorum ciuilium semen & causa deerit, dum, &c. pro Cæl. 41 a, Re perietis hanc migrationem huic adolescenti causam omniũ malorum fuisse. Att. 8 a, Vereor ne hæc causa neglecta à bonis, defensa ab improbis magnum in republica malorum causa sit. In Antonium 158 a, Nec erit iustior in senatum non ueniendi morbi causa quàm mortis. Att. 118 a, Tu si tibi eadẽ causa est, me remunerare sanè uelim. & 128 b, Huius autem epistolæ non solum ea causa est, ut ne quis, &c. sed etiam hac iustior, ut, &c. de Diui. 137 a, Hãc credo causam somniandi de illo fuisse. pro Rab. 90 a, Quę mihi iustissima causa ad hunc defendendum esse uisa est, eadẽ uobis ad absoluẽdum debet uideri. & ibidem: Cum omnibus ciuibus in eorum periculis semper iustam mihi causam necessitudinis esse duxi. pro Syl. 177 b, Quę causa cæteros ad facinus impulit, ea Cincio nõ fuit. de Orat. 86 b, Mirari desinamus quæ causa sit eloquentium paucitatis. Attic. 131 a, Lippitudinis meæ signum tibi sit librarij manus, & eadem causa breuitatis. Off. 41 b, Eadem constituendarum legum causa fuit, quæ regũ. de Ami. 97 a, Quod autem non affuisses, ualetudinem respondeo causam, non mœstitiam fuisse. de Fat. 147 b, Hoc enim mõ uiator bene uestitus, cã grassatori fuisse dicetur, cur ab eo spoliaretur. pro Quint. 10 b, Quibus omnibus causa iustissima est cur scire potuerint, nulla cur mentiantur. pro Dom. 213 a, Sin autem rescinduntur erit causa, qua posimus. &c. i. cur uel quemobrem. de Arch. 252 a, Quare autem de his dici suspicer, hæc causa est, quod, &c. ad Herenn. 10 a, Maior annis LX. & cuijmorbus causa est, cognitorem det. In Antonium. 205 b, Causa consulibus de republica referendi fuit, ex eo quòd senatus me autore decreuit, &c. de Finibus 91 b, Causa enim fuit huc ueniendi, ut quosdam hinc libros promerem. & 118 b, Scire cupio, quæ causa sit, cur Zeno descciuerit, &c. de Orat. 95 a, Cuius quidem rei cum causam quærerem, quidnam esset, cur ut in quoque, &c. has causas reperiebã duas, unam quod, &c. altera est, hæc, de qua, &c. & 125 b, Dame nulla causa est cur mentiar. Attic. 196 a, Sed erant causæ, cur hoc tempore istic esse nollem. pro Quint. 10 b, Bo de Romæ si fuit, causæ nihil dico, quin tibi uadimonium promiserit. & 15 b, Nunquid est causæ C. Aquili, quin si longè aliter possedit, quàm prætor edixit, iste ex edicto non possederit? & 5 b, Cum in altera re causæ nihil esset, quin secus iudicaret ipse de se. Epistol. 6 a, Quod si rarius fiet, id erit causæ, quod, &c. & Attic. 244 b, Sed tamen ne mirareris cur, &c. hoc causæ sumpsit, quod, &c. & 130 a, Miror quid causę fuerit, quare consilium mutaris. & 55 a, Dices, quid igitur causæ fuit? dicunt illi quidem pudorem meum, &c. pro Sex. Ros. 19 b, Si præter eam prædam quicquam aliud causæ inueneritis. Epistol. 2 a, In causa hæc sunt, Amyntinius regis legatus apertè pecunia nos oppugnat. Att. 144 b, Puto me hercule id quoq; esse causæ, sed tam, &c. de Ia. 69 b, Atrocitas iniuriarum satis ne causæ sit, quare, &c. pro Sest. 14 b, Nec erit ista causa illi, quare, &c. In Verr. 121 a, Pensum magis in Leontino agro est exigendũ propter hanc causam, quod ipsi Leontini, &c. de Inuen. 55 b, Quam obrem igitur leges seruari oportet, ad eam causam scripta omnia interpretari conuenit. de Clar. 167 a, Dumq; erant uerbis, compressiones rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri. de Alcibiade. Critia, & Theramene loquitur. de Natur. 69 b, Et ob eam causam, quia speciem habeat admirabilem, Thaumante dicitur esse nata. Epistol. 9 a, Hæc ad te ob eam causam maximè scribo, ut meditere, &c. In Verr. 128 b, Quo tempore omnis illa mea festinatio ruit cum periculo capitis, ob eam causam ne tu ex reo eximerere, si, &c. de Inuen. 56 a, Quod uos iudices legibus obtemperare debetis, quid causæ est, quin istum contra legem fecisse iudicetis. de Clar. 1733, Hanc igitur ob causam uidetur Lælij mens spirare etiam in scriptis. de Finib. 80 a, Et cognomen induit nullam aliã ob causam, nisi quod, &c. Attic. 122 a, Hanc epistolam ad me referri uolo, nec ullam aliam ob causam Pollucem suum à pedibus meum Romam misi. Epistol. 25 a, Quid est causæ, cur mihi non in optatis sit complecti hominem? de Orator. 111 b, Si quis animaduerterit quid sit, quare alij melius quàm alij dicãt. Tuscul. 190 a, Quod nam esse Brutæ causæ putem, cur, &c. I. A. 174 a, Quid fuit causæ, cur Cęsarem non sequerere. Attic. 60 a, Quid sit, quod se à me remouit ignoro. Tuscul. 190 a, Quod si natura, &c. haud erat sanè, quod quisquam rationem requireret. In Verr. 73 a, Cognoscet ex me popul. Roma. quid sit quamobrem ne tenuissima quidem suspicio, &c. ibidem. Quid sit quod &c. I. V. 132 a, Venus quæ totam illam accusationem iudiciumque conflaret. & 87 b, Nihil est quod quisquam dubitet de exitio sociorum, &c. de Orator. 100 a, Quod quidẽ certis de causis aliter existimatur. & Atti. 85 b, His de causis credo, &c. Epistol. 75 a, Quanquam iustis de causis rationes deferre properarim. Offi. 30 a, In quibus uidendum est quid quisque sentiat, atque etiam qua de causa quisque sentiat. ad Herẽ. 11 b, Pollicitus sum me daturum causam, qua inductus Vlisses accesserit ad maleficium: id est, allatus. Tuscul. 164 a, Vetat enim Deus iniussu hinc nos suo demigrare: cum uerò causam iustam Deus ipse dederit, næ illi uir sapiens lætus morietur. Ar. 245 b, Gaudeo mihi à toto hoc ostento datam non modò iustam, sed etiam necessariã causam esse dicendi. Epistol. 182 a, Quare habeo gratiam Trebatio, qui mihi dedit causam harum literarum. p Syl. 177 b, Hoc profectus est non modò ob causam, sed etiam causam necessariam. I. A. 170 b, Tu C. Cæsari causam belli contra patriam inferendi dedisti. & ibid. Causa eius belli in persona tua constitit. de Orator. 130 a, Non commitam ut si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi. ad Ami. 112 b, Multæq; causæ suspicionis offensionumq; dãtur. de D. 109 b, Ac mihi quidem explicandæ philosophiæ causam attulit grauis casus ciuitatis. & ibid. Nisi quę causa grauior obstitisset. I. A. 174 a, Ego ad illũ belli ciuilis cau-

sam attuli. de Fin. 40 b, Causam aut probabilem tu quidem affers, aut enim, &c. Att. 170 b, Iustam causam affers, quòd me hoc tempore uidere non polsis: de N. 3. b, Quæ cã nos impulerit ut hæc tam serò literis mandaremus. Epi. 190 b, Nã q̃ huc properent in magistratũ uenire, causam non habent. pro Qu. 16 b, Testes, qui & scirent, & cãm mentiretur non haberent. Off. 42 a, Si quis ab ineunte ætate habet causam celebritatis, &c. Att. 256 b, Reuersionis has speciosas causas habeo, iustas illas quidẽ & magnas, sed nulla iustior quàm quod: &c. Epi. 145 a, In quo, officio tuendo habeo causas plurimas, uel paternæ necessitudinis, uel, &c. Attic. 151 b, Philargyro bene certè causam habuisti, & uera & bonam. pro Cl. 34 b, Modo ne hanc causam habeat ad iniuriam: corrumpendi iudicij causas ille multas & graues habuit, hic nullam. de Fat. 140 a, Cum omnes nouarũ perturbationum causæ quæri uiderentur. I. A. 189 a, Qui cædis & incendiorum causam quæsierit ex funere. de Fin. 131 a, Quare quotiescunq; que dicetur, &c. inteligatur aliquã subesse eiusmodi causam, ut ex eo ipso posit intelligi, sibi quenque esse charum. At. 5 b, Nullam uideo graue subesse causam. pro Syl. 171 a, Sed tamen te pro magnis causis nostræ necessitudinis moneo, &c. pro Do. 2 15 b, His ducibus tu cum in fortunas locupletũ per causam inopũ, repentinos impetus comparares nonne, &c. I. Ver. 265 b, At quæ causa tum subijciebatur ab ipso huius tam nefariẽ crudelitatis? eadem quæ, &c. de D. 139 b, Conferre causas, & quid in quamque sententiam dici possit, expromere. Q. F. 300 a, Certè enim scio te fecisse cũ cã. de D. 96 b, Equus sine causa repentè concidit. de Orat. 231 b, Nos cum causa dicimus ut proficiamus aliquid, illi totũ diem & sine causa. At. 211 a, De Varrone non sine causa, quid tibi placeat, tum diligenter exquiro. Attic. 105 b, Nam id nisi graui de causa non fecisset. I. V. 55 a, Si consilij mei causam rationemq; cognouerit. Off. 14 a, Causa autem & ratio efficiens magnos uiros est in priore. Epi. 67 b, Explicare causas rerũ de Leg. 169 b, Sed nimirum me alia quoq; causa delectat, quia si uerum dicimus, &c. Att. 102 a, Eiusq; rei causam uerè explicas. pro S.R. 25 a, Verisimile non est odio fuisse parenti filiũ sine causis multis, & magnis, & necessarijs. Causa, pro lite, controuersia & iudicio, Top. 227 b. Cautæ, quæ est quæstio definita, à Græcis appellatur ὑπόθεσις. De In. 43 b. Causa est res quæ habet in se controuersiam in dicendo positam cum personarum certarum interpositione. Vide de Ora. 96 b, & 115 b, & 153 a, & Ora. 291 a, & Par. 253 a. Causarum genera tria quæ recipere debet orator, de monstratiuum, deliberatiuum, & iudiciale. Ad Her. 1 a. 2 b, de In. 43 b. 63 b. de Or. 96 b. Top. 228 b. & 235 b. Ep. 132 a, Eam orationem tibi misi: uelim sic legas, ut causam tenuem & inopem nec scriptione magnopere dignam. Offi. 72 b, Regulus tum cum uigilando necabatur, erat in meliore causa, quàm si domi senex remansisset. de Na. 59 b, Tu Cotta si me audias, eandem causam agas. Atti. 102 b, Causam solum illa causa non habet, cæteris rebus abundat. pro L. 138 b, Ligarius habet meliorẽ causam quàm tu. de Ora. 85 a, Vsus, quem ex causis, quas diximus, tot ac tantis consecuti sumus. de Clar. 172 a, Causam pro aliquo accuratè eleganterque dicere. de Orat. 104 b, Nec ornatius causam fuam dici passus est. pro Q. 5 a, Priore loco dicere causam de capite suo. pro Sex. Ro. 28 a, Antea causam publicam nullam dixi. de Clar. 168 b, Nemo unquam melius ullam orauit capitis causam. pro Sest. 6 b, Dicere causam de ambitu: id est, reum esse de ambitu. de Fin. 53 b, Dicere causam apud aliquem iudicem. de Orat. 112 b, Quæ in ciuium causis disceptationibusq; uersantur. de Ora. 127 a, Iudices, apud quos tum iudices causa agebatur. de Ora. 94 b, Multitudo litium ac uarietas causarum. Epi. 4 a, Causam enim frequenti senatu, magna inuidia eorum qui a te causam regiam aliò transferebant, obtinebamus. & 5 b, Itaque Alexandrina causa, quæ nobis adhuc integra est, uidetur ab illo planè esse deposita. & 115 b, Et expectes quemadmodum exeat ex hac causa. Orat. 199 b, Thucydides laudatus est, ut rerum explicator prudẽs, &c. non ut iudicijs uenaret causas. pro R.P. 123 b, Causa iudicata atque damnata. de Orat. 127 a, In illa omni defensione atque causa. & ibid. His duabus partibus omnis est à me illa causa tracta

ta. de Finib. 60 a, Itaque concedo, quod modò dicebas, cedere causæ, si qui è nostris aliter existiment. de Inuen. 69 a, A causa cadit is, qui nõ quemadmodum oportet, agit. Episto. 192 a, Quod si scribere oblitus es, minus multi iam te aduocato causa cadent. de Orat. 89 b, & ad Her. 41 b, Causa cadere. pro Mur. 126 a, Si turpe existimas te aduocato illum ipsum, quem contra ueneris, causa cadere. de Orato. 118 a, Siue ex crimine causa constet ut facinoris, siue ex controuersia ut hæreditatis, siue ex deliberatione ut belli, siue ex persona ut laudis. siue ex disputatione ut de ratione uiuendi. Epist. 254 a, Te abesse mea causa molestè fero, tua gaudeo. & 227 b, Peto à te maiorem in modum, ut honoris mei causa, hac laude Hypsonem affici uelis. de Fini. 56 b, Vt aut uoluptates omittantur, maiorum uoluptatum adipiscendarum causa, aut dolores suscipiantur maiorum dolorum effugiendorum gratia. Antequam. 195 b, Omniũ salutis causa decedam. Epist. 4 b, Nemo est qui nesciat, quominus discessio fieret, per tuos aduersarios esse factum. I. Vat. 30 b, Tu mecharum esse dixisti populo Roman. non tam mea causa quàm reipub. nomine. Epi. 239 a, Dolabellæ causa & cupio & debeo. Att. 245 a, Te rogo ut hoc honoris mei causa suscipias. de Amici. 110 b, Ab amicitia Q. Pompeij meo nomine te remouerat Scipio. idest mea cã. Antequam. 105 b, Neque patiar ut opera mea manus inter uos conferatis. idest, causa mea. Verrina 3, Omem magis patribus conscriptis, quàm causa placuit. & I. V. 4 O causam singularem: ò defensionem miseram. In his duobus locis pro excusatione causa usurpatur.

Cavsidicvs, ci. non satis peritus causæ, patronus. de Orator. 101 b, Non enim causidicum, nescio quem, neque proclamatorem aut rabulam conquirimus, sed &c. Ora. 199 b, Causidicus non ille quidem amplius atque grandis, subtilis & elegans tamen.

Cavsor, ris. causam affero. pro Q. R. 51 b, Nunquid causare, quin ab iudicio abeas turpissimè uictus? de Ora. 242 a, An ætatem afferet? id est, causabitur?

Cavsvla, æ. de Opt. 143 b, Lysias paruarum rerum clausulas scripsit.

Cavte, callidè. pro Cl. 42 a, A me tamen omnia cautè pedetentimq; dicent. de D. 111 a. & de Leg. 180 b, Sed animaduerti Quinte, te cautè ab ijs rebus, quæ sensibus perciperẽtur abducere diuinationem.

Cavtio, onis. prouisio. Off. 9 b, Liberalitas habet multas cautiones. Tuscul. 212 a, A malis natura declinamus. quæ declinatio si cum ratione fit, cautio appellatur. Epistol. 177 b, Quæ cautionem non habent, de ijs non laboro. pro Mar. 134 a, Tua enim cautio nostra cautio est. de Diuina. 119 b, Omnis enim prædictio mali tum probatur, cum ad prædictionem cautio adiungitur. de Amic. 111 a, Omnino horum uitiorum, atque incommodorum summa cautio est, atque una prouisio, ut ne nimis citò diligere incipiãmus. Attic. 19 a, Vt priuatis rebus meis adhibeam quandam cautionem. & 70 b, Chartam tibi deesse mea cautio est. de Orator. 136 b, Neque illa mea cautio atque timiditas in causis negligenda est. pro Flac. 15 2 b, Defendendi facilis est cautio, latibulis occultorum locorum. pro Sest. 6 a, Hunc Pompeius omni cautione, fœdere, execratione deuinxerat, nihil contra me esse factum. pro Font. 276 a, Videte quò descendam iudices, quam longè uidear à consuetudine mea, & cautione ac diligentia discedere. pro Q. Ros. 53 a, Est hoc & ex conditione iuris, & cõsuetudine cautionis firmissimum testimonium. Epi. 103 b, Itaquè quando uestræ cautionis firmæ sunt, Græculam tibi misi cautionem chirographi mei. pro Dom. 239 a, Cautiones fiebant pecuniarũm. Orato. 210 a, Persecutionum, cautionumque præceptio in iure ciuili.

Cavtor, oris. cautor alieni periculi. pro Sest. 6 a.

Cavtvs, a, um. tutus, prouidus, protectus. pro Sex. Ro. 38 a, Is putatur parum cautus prouidusq; fuisse. I. A. 244 a, Vir cautus & prouidus. Q. F. 393 a, Cautus, & diligens. contra Rul. 65 b, Cautus in periculis, nõ timidus in contentionib. I. A. 224 a, Nemo minus timidus, nemo cautior. & 247 b, Sapientia cautioribus utitur consilijs, est omni ratione ꝓtectior. pro S.R. 27 b, In eam partẽ potius peccant, quæ est cautior. pro Cecin. 295 a, Quid? uerbis fari hoc cautum

erat?minimè.pro Cecin.287.a,Vt mulieri res esset cautior, curat, &c.Q.Frat.3.28 a,Te uolo cautum esse in scribendo. Att.265 b,Cauta & moderata liberalitas.

Cavvs,a,um.concauus.de Nat.54 a,Ventriculus, in quê sanguis à iecore per uenam illam cauam influit.

Ce. particula.I.V.61.a, Atque huiusce rei iudicium iam continuò uideo futurũ. & 72 b,Ea cupiditas,qua per hosce annos in quibusdã iudicijs usus es.pro S.R.19 a,Bona patris huiusce Sex.Roscij,de Orat.104 a,Philosophorum autem libros referuet sibi ad huiusmodi Tusculani ocium.pro S.R.36 b,Nullum ius tam sanctum est,quod non eiusce uis atque perfidia uolarit.& ibid.Capito illum acuere,hos fallere:illum identidem monere ut caneret,hisce insidiosè spẽ falsam ostendere,cum illo contra hos inire consilia,horum consilia illi enunciare:cum illo partem suam depacisci,hisce omneis aditus ad Sailam intercludere. de In.84.a, Hasce inter se necesse est comparari idest honestatem & incolumitatem,quas suprà diximus.pro S.R.23 b,Testes in hũc & accusatores huiusce pecunia comparant. de Orat.89 b, Quis nescit maximam uim existere oratoris, in hominum mentibus uel ad iram, aut odium,aut dolorem incitandis? uel ab hisce ijsdem permotionibus ad lenitatem misericordiamque reuocandis? & 91 a,Sic in orationibús,hisce ipsis iudiciorum, concionum,&c.i,de quibus loquimur. Tusce. 185 a, Natura nihil habet præstantius, quàm honestatem, quàm laudem, quàm dignitatem,quàm decus. hisce pluribus nominibus unam rem declarari uolo. Epi.50 a, Hisce temporibus non pessimè cum ijs est actum qui, &c.

Cecrops,pis.Rex uetustissimus Athenis.de Leg.lib.2.Nam & Athenis iam ille mos à Cecrope, ut aiunt,permansit,hoc ius terra humandi.

Cedo.dic,da exhibe.I.V.93 a,b.Cedò,mihi ipsius Verris te testimonium recita.de Clar.192 b,Cedo quæso orationes, sunt enim,& dic.&c.I.V.209b,Cedò tabulas.pro Flac.155 b,Fratres exhibe.I.V.98 b,Cedò mihi leges Atinias.de Diuin.138 b,Cedò tandem, qui sit ordo somniorum? de Sen. 81 a,Cedò, qui rempub. tantam amisistis tam citò. Ar.153 a,Vidisti igitur uirum,ut scripseras?ingemuisti? certe,cedò reliqua. & 259 b, Obuiam mihi fit tabellarius, & ego statim, Cedò inquam, siquid ab Attico.I.V.130 a, Cedò cui Siculo,cùm is reus fieret,ciuisRomanus cognitor factus unquam sit.

Cedo,is. concedo, locum do, decedo, me retraho.de Natur. 42 b,Quacunque mouemur, aer uidetur quasi locum dare, & cedere.pro Milon.120 a,Ego cedam atque abibo.Attic. 79 b,Hostes cedentes ab oppido Cassius insectatus est Epistol.13 b,Metellus,qui & summa uoluntate cesserit,& egregia animi alacritate abfuerit. Attic.115 b, Rectè sic censeo cedendum de oppidis ijs. de Orator.162 b,Aeschines propter ignominiam iudicij cessit Athenis. pro Milon.117 b, Cedere ex ciuitate. Attic.145 b, Si Cu.Italia cedit,in urbẽ redeundum puto. Epistol.168 a,Dandus est locus fortunæ. cedendum ex Italia.de Clar.185 a, Maiores consequi non poterat, & minori necesse erat cedere. Attic.280 a,Cedere precib.alicuius.de Clar.166 b, Tibi ætas nostra cedit, facesque summittit. de Nat.57 a,Vita beata nulla re;nisi immortalitate cedens cœlestibus. de Leg.191 a, Vi opprimi in bona causa melius est,quàm malè cedere.de Orat.136 a, Nõ fugiendi hostis,sed capiendi consilij causa cedere. pro Ce.285 a, Cedere alicui in aliqua re,uel in agẽdo aliquid. Epistol,2 b, Lucilli sententia cedit religioni de exercitu. de Legib.157 b,Te historiã eractante effici potest,ut in hoc etiam genere Græciæ nihil cedamus.Tusc.198 a, Cur succumbis cedisque fortunæ? Parad.122 b,Cui quidem, quæ maximam uim habere dicitur,fortuna ipsa cedit.Tusc.149 a,Deinde ita magnos nostram ad ætatem, ut non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. Attic.282 b,Cedebas enim Brute, cedebas;quoniam Stoici uestri negant fugere sapientis.Ante.193 b,Cedo inuitus de rep.cedo oppressus de fortuna, de dignitate. & 196 a, Nõ illis uictus cedo,sed incolumibus nobis me condono. pro S.R. 38 a, Nam ille lanista iam à gladiatore cessisse uidetur.Epist.53 b,Cedere tempori.I.V.143 a,Ea autem erat fœneratio huiusmodi,ut etiam hic quæstus huic cederet. Oct. 329 a, Cedam tibi in præsentia foro & curia.& ibidem,Cedã urbe,pro Mil.116 a, Cedere alicui possessione hortorum.Attic.228 a,Cedere alicui domo.de Sen.91 b,Horæ quidem cedunt & renouantes & dies. de Clar.165 a,Hortensius è uita cessit.de Inuent. a, Concedere alteri: id est, cedere.

Cedrvs, dri.arbor odorata.Tuscul.200 b,Cedrum incendimus, aliàs hedychroum, quod unguentum est, ad nitidiorem cutem efficiendam.

Celeber, & celebris,bre.quod celebratur, frequentatur, & colitur.ad Heren.Locus quæritur celebris an desertus;Part.223 a,Loci celebres.)(Deserti. pro Pomp.10 a,Portus celeberrimus & plenissimus nauium. pro Arch.184 a, Antiochiæ (nam ibi natus est loco nobili, & celebri quondam urbe)pro Dom.242 b, Vrbis partes celeberrimæ & maximæ. Att.191 b, Nihil uideo,quod tã celebre esse possit.de Diui.88 a,nunquam illud oraculum tam celebre, & tam clarum fuisse, nisi, &c.I.P.87 a,De mea salute P.Lentuli,Cn. Pompeij cæterorumque principum celeberrime, & gratissimæ conciones fuerunt.I.A.261 a,Hic dies mẽ celeberrima populi Romani gratulatione auxit.de Amicit. b,Ex multis diebus,quos in uita celeberrimos lætissimosque uidit, illum clarissimũ fuisse,cum, &c.I.V.160 b,Clara res est tota Sicilia celeberrima atque notissima. & 171 b,Cum in foro celeberrimo, tanta frequentia hoc tibi obiectum esset.

Celebratio, onis.pro Plan.279 b,Nihil ex meis est temporibus,quod minus mea celebratione cõmemoratum sit. prædicatione.pro Syl.181 a, Quæ domus? quæ celebratio quotidiana?quæ familiaris dignitas.Att.250 a, De celebratione ludorum Bruti tibi assentior.

Celebratvs,a,um.frequentatus,diuulgatus.de Clar.194 b, Cùm iam in foro celebratum meum nomen esset.pro Cluent.24 b,Res clara atque omnium sermone celebrata.pro Mur. 127 a,Vir nulla illustri laude celebratus.I. A. 171 a, Inrebus celebratissimis sermone omnium uersor.

Celebritas, tis.hominum cœtus,concursus, nomen, fama, honor,usus.Attic.41 a,Odi celebritatem, fugio homines, lucem aspicere uix possum. Attic.48 b, Celebritas mihi odio est. Attic.45 a, Ego propter uiæ celebritatem nõ commoui me adhuc Thessalonica.& 214 b,Hic locus nunc habet celebritatem maximam.pro Dom.228 a,Nullis unquã comitijs campus Martius tanta celebritate omnis generis hominum floruit. Offic. 53 a,In maxima celebritate atque in oculis omnium uiuere.de Orat. 154 b,Cùm Olympia uenisset in maxima illa quinquennali celebritate ludorum. Item, Consequi celebritatem sermonis hominum.i.famã. Qu. Frat.298 a, Theatrum celebritate refertissimum, magnitudine amplissimum. pro Arch.186 b,Hac tãta celebritate famæ cum esset iam absentibus notus, Romam uenit. Tusc.154 a, Celebritas famæ.Offi.42 a,Si quis ab ineunte ætate habet causam celebritatis, & nominis à patre acceptam.Epi.96 b,Nos hic multitudine & celebritate iudiciorum distinemur. Tusc.220 b,Mercatus, qui haberetur magno ludorum apparatu, totius Græciæ celebritate. de In. 50 b, & Epist. 233 a, Celebritas loci)(.Solitudo loci.I.P. 93 b,Celebritas domestica.pro Cæl.47 b, Sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate,& clarissima luce celebratur.de Leg.183 a,sublata etiam erat celebritas uirorũ & mulierum.pro Mil.118 b, Clodius spoliatus illius supremi diei celebritate.i.Funere & exequijs.

Celebro,as.concelebro, frequento,prædico, facio ;orbi.I. V.89 b, Celebratur omnium sermone lętitiaque commuiium. Attic.19 a,Conuentus,qui initiò celebrabantur,iam diu fieri desierunt. pro Plan.279 a,Laudes C. Cæsaris populi Roman. plurimis iudicijs uideo esse celebratas.pro Arch.189 b, Archias populi Romani laudem gloriamque uerbius celebrauit. & ibid. Cuius ingenio putabat eaque gesserat posse celebrari. & 190 a, Quorum ingenijs hæc celebrantur, ab ijs popul. Romani fama celebratur. pro Dom. 239 a,Seruorum omnium uicatim celebratur tota urbe descriptio. pro Dom.241 b, Hoc delatum tum est ad uos Pontifices,pòst omnium sermone celebratum, quemadmodum iste omnia fecerit, &c. I.A. 223 a, Semper illius uirtutem omniũ mortalium fama celebrabit. de Pro.73 b,Cæsaris literis. fama, nuncij celebrantur aures quotidie mea nõnis nominibus gentium uictarum. pro Sest.27 b, Aliquem illecteris & memoria esse celebratum.de Diui.80 b,Nec unum genus diuinatiõis publicè priuatimque celebratum.& ibi. Noster populus multa genera complexus est.pro R.P.129 b,Hæc laus poetarum carminibus celebratur. pro Sest.24 a,Hæc fama celebrantur. & 26 a,Viæ multitudine legatorum undique missorum celebrabantur. & pro Sest:44 b, Is ideo uiam muniuit, ut tu eam alienis uiris comitata celebrares?I.P.90 b, Qui dies quasi deorum immortalium festi atque solennes sunt aduentu meo celebrati. pro Syll. 167 b, Quorum studio ac dignitate celebrari hoc iudicium & ornari uides.I.P. 86 a, Qui frequentia sua egressum uestrum ornauerunt ac celebrauerunt. pro Flac. 149 a, Ludi quos in palatio nostri maiores fieri celebrarique uoluerunt.I.V.166 b,Ludi Appollinares incredibili. M. Brutihonore celebrati. de Orator.101 b, Qu.Mutij iantua maxima quotidie ciuium frequentia celebratur. de Orator. 153 a, Nunc apud Philonem harum causarũ cognitio exercitatioque celebratur.Quin. Fra.194 b,Quod ita esse constanti fama atque omnium sermone celebratum est. pro Flac.164 a, Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum hominum audacissimorum conuentu epulisque celebratum est.pro Clue.38 a,Quod omnium accusatorum non criminibus,sed uocibus maledictisque celebratum est. pro Flac. 160 a,Quid porrò in Græco sermone tam tritum atque celebratum est,quàm,&c.pro Mu.145 b,Quibus in locis nũcij literæque celebrassent Murenam factum esse consulem. & 142 a, Huius in morte celebranda,grauiter tulit populus Rom. hanc peruersam sapientiam Tuberonis. I.C.116 a, Quamobrem Quirites celebratore illos diescum coniugibus,& liberis uestris:erepti enim ex crudelissimo interitu uicistis.pro Arch.288 a, Celebrari dies festos ludorum. de Fin.86 b, Celebrare memoriam nominis alicuius post mortem.Epistol.67 a,Nomen ut nostrum scriptis illustretur & celebretur tuis.Acad.2 a,Ea ferè sunt & Græcis literis & latinis celebrata.de Inuent.71 a,Summæ uirtutis celebrandæ causa Graij de Graijs æternũ inimicitiarũ monumentum statuerunt.de Pe.212 b,Sed quæ dicta sunt omni superiore oratione,eadem ad celebratum rumorem uenient.de Orat.85 a,Ad eas artes,quibus à pueris dediti fuimus celebrandas,inter nosque recolendas. Att.53 b,Similisque frequentia,& plausus me usque ad Capitolium celebrauit.de Orat.101 b,Senectuti uerò celebrandæ & ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quam iuris interpratatio?pro Mil.120 b,Nos omnin hominum cœtu gratijs agendis,gratulationibus agendis, omni sermone celebramur.pro Ra.122 b.* Quod fermo hominum ad memoriam patrum uirtute celebratur. Item:Natura impellit ut hominum cœtus,& celebrari inter se, & sibi obedire uelit. de Orat.157 a, Tertius ille modus transferendi uerbi latè patet,quem necessitas genuit inopia coacta:post autem delectatio,iucunditasq; celebrauit.pro Mur.241 a,A quibus si domus nostra celebratur,diligenter obseruari uidemur.

Celer,ris.incitatus,uolucer,uelox. de Fin.132 a, Configebat tardus celeres stans uolantes. ex Actio . pro Do.228 a, Videbam celere mihi reditum fore . Orat. 216 b , Mens , qua nihil est celerius. ad Heren.21 a,Si contendemus, per continuationem brachio celeri, mobili uultu utemur. de Orat.116 b,Oratione celeri & concitata dicere . Oct.330 b,Omiseram & in breui tam celerem & tam uariam reipublicę commutationem.de Clar.195 b,Genus dicendi uolucre atque incitatum . & 196 a, Oratio incitata & uibrans . Orat.215 b,Oratio incitata.)(.Oratio tarda.

Celeritas,tis.)(.Tarditas.Tusc.215 b, Velocitas corporis. celeritas appellatur.pro S.R.34 b.Quid hæc tanta festinatio celeritasque significat?de Diui.138 a, Id enim & celeritas significat,& uis equorũ.de Nat.55 b,Palpebræ claudumtur & aperiuntur identidem cum maxima celeritate.& 12 a,Deũ alsiduè uersari circum axem cœli admirabili celeritate.I.A.205 a, Celeritate opus est, qua si essemus usi, bellum nullum haberemus.& 199 b,Legatorum nomẽ ipsum belli celeritatem morabitur Epi.15 b,Adhibere celeritatem in aliqua re.Of.26 b , Cauendum est ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates.Acad.42 b,In pedibus celeritas,uis in manibus.pro Quin.16 b,Tum illam incredibilem celeritatem protuli.Acad. 42 b;Celeritas ad discendum.pro Flac.156 b,Homo uolubilis præcipiti quadam celeritate dicendi.Orat.215 b,Breuitate & celeritate syllabarum uerba procliuius labi.de Clar.184 b,Expedita ac perfluens in dicendo celeritas.de Orat.95 b,Mobilitas linguæ celeritas uerborum.& 72 b, Excitatio eloquendi celeritatem incitat.Att.258 a, Aiunt enim eum Cæsariana uti celeritate.I.A.226 b, Quem nisi in uia quidã retardassent, uolasse eum,non iter fecisse diceres .

Celeriter,citò,breui tempore,maturè.Att.249 b;Ibirum tibi celeriter mittam.Epist.31 a,Quod ut putabamus,celeriter eras facturus.& 131 b.& 43 b,Lætor uirtute alterius principis iampridem iuuentutis,celeriter (ut spero) ciuitatis. de Diui.93 a,Nam illud mihi celeriter nunciatum est. Attic.153 a , Quo quidem non dubito quin istum offenderim, eo maturius agendum est.I.V.169 a,Vt eo celerius ẽ isto trãsigãus,quò maturius ad Aproniũ possimus uenire.

Celeriusculè.ad Her.20 b,Celeriusculè dicere .

Celerrime.de Fin.*.

Celero,as.celeritate utor, celeritatem suscipio .de Vn.201 a,Vnum,quod semper uno modo celeraret.

Celimontana porta.I.P.92 b.

Cella,æ.templum , sacellum, locus ubi aliquid reconditè & asseruatur,ut granũ, uinum,oleum,carnes, & quicquid ad penum pertinet. contra R. 84 a, Capua cella & horreum Campaniæ agri.I.V.59 b,Cum frumentum sibi in cellam imperauisset.& 194 a,Pecunia qua frumentum tibi emeres in cellam.& 109 b,M. Cato sapiens cellam penuariam reipublicæ nostrę nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominauit.& 190 b, Cum ex Sicilia & ex legibus frumẽtum ei in cellam sumere liceret.& iterum 191 a.I.A.173 a, Conchyliatis peristromatis seruorum in cellis lectorstratos uideres.Att.234 a,Cui totam uillam cellamq; tradidi.de Sen.89 a,Sẽper boni & assidui domini referta cellã uinaria,olearia,& penuaria est.To.222 a,Cellis uinarijs & olearijs plenis relictis.I.P.94 a,Pistor domi nullus,nulla cella,pãis & uinum a propola atque decupa. I.A.189 b,Armatos in cella Concordiæ inclusit.& 164 a, Cum in hac cella concordiæ cum gladijs homines collocati stent.

Celsitas,tis.elatio, excelsitas.Offi.66 b , Celsitas animi & magnitudo.aliàs, Excelsitas.ex Nonio.

Celsvs,a,um.sublimis erectus,elatus.de Nat.54 a,Deus homines humo excitatos celsos & erectos constituit.Tuscul. 236 a,Vir celsus & erectus,& omnia quę accidere possunt, parua ducẽs.de Orat. 100 a, Aliquem celsum & erectum uagari huc & illuc.pro Syl.167 b,Celsissima sedes dignitatis.de Diu,82 b,Celso è uertice montis.Orat.202 a,Status celsus & erectus .

Celtiberia,regio.I.A.233 a.

Celtiberi.Tusc.186 a.de Offi.8 b.

Ceminoris,urbs.Epi.245 .

Censeo,es.arbitror, puto , existimo , statuo, decerno,æstimo,censum habeo,æstimationem habeo.Att.165 b , Quid mihi animi in nauigando censes fore?& ibi. Quid duro tẽpore anni actuaria fore censes?de Orator. 142 b,Sed nunc quoniam id temporis est,furgendum censeo.I.C.113 b,Ecquoniam nondum est perscriptum S.C. ex memoria urbis Quirites,quid senatus cẽsuerit exponam.At. 284 b,De cæteris rebus quid senserim quidque censuerim, audisse te arbitror.de Ci.184 b,a,Cum censerem remissione uocis me periculum uitare posse,in Asiam profectus sum. Attic.129 b,Aliter uideo censeri Marcello & cæteris,qui hinc sunt.I. A.221 b,Ego sic interpretor sẽsisse maiores,ut causam mortis censuerint,non genus esse quærendum. & 160 b , De ea re ita censeo,ut C.Pãta,&c.Epi.2 b , Crassus treis legatos decernit,nec excludit Pompeium:censet enim etiam ex ijs qui cũ imperio sunt.I.V.101 c, Consules , si eis uidebitur, primo quoque tempore ad hũc ordinem referant , ita uti de republica fideque sua cẽsuerint.& 236 b , Quinto quoq; anno Sicilia cẽsetur,erat censa prætore Peduceo, quintus annus cum de tempore incidisset,cẽsa denuò est. pro Arc. 187 b, illis cẽsoribus nullã populi partem esse censam & ibid.Eum qui sit census, ita se iam tum gessisse pro ciue .pro Flac.In qua tribu denique ista præda censuisti?& ibid. Voluisti magnum agri modum censere.I. V.75 b , Frequentia,quæ conuenit undique censendi causa . & 98 a, Cum is

unicam filiã haberet, neque sensus esset, &c. Att. 17 b, Ne abscens censeare, curabo edicendum & proponendũ locis omnibus: sub lustrum autem cẽseri Germani negociatoris est de Orat. 100 a, Quæritur, is qui domini uoluntate census sit, si non sit cõditum lustrum, sit ne liber, Parad. 125 a, Si censenda nobis atque æstimanda res sit, utrum pluris æstimabimus pecuniam Pyrrhi, & cæteraran continentiam Fabricij?

CENSOR, oris. qui præest moribus populi, magister morum, præfectus moribus. de Legib. 293 b, Censores apud Romanos, nomophylaces apud Græcos. & ibid. De officio utriusque. pro Clu. 42 a, Hic postea populi Roma. moribus præfuit. de Legib. 185 a, Censores populi ciuitatis, soboles, familias, pecuniasq; censeto: urbis templa, uias, aquas, ærarium, uectigalia tuẽtor: populi partes in tribus distribuunto: exin pecunia ciuitatis ordines partiunto: equitum, peditumque prolem describunto: cælibes esse prohibento: mores populi regunto: probum in senatu ne relinquunto: bini sunto: magistratum quinquennium habento: reliqui magistratus anni sunto, eaque potestas semper esto. pro Cl. 44 b, Cẽsor præfectus moribus, & magister ueteris disciplinę & seueritatis. Epist. 45 b, Cum hæc scribebam, Censorem iam te esse sparabam, eò breuior est hæc epistola, & ut ad uersum magistrum morũ modestior. prò Cæl. 42 b, Is fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister. pro Dom. 239 b, Censor, penes quem maiores nostri iudicium senatui de dignitate esse uoluerũt. pro Cl. 44 a, Quod idem facere censores in delectu dignitatis, & in iudicio ciuium, & in animaduersione. Offic. 75 b, Eosque à censoribus omnibus ignominijs notatos. pro Dom. 338 a, Quint. Metellus C. Attinium ex senatu Censor reiecerat. pro Do. 229 b, Vbi cauisti, ne meo me loco, Censor in Senatu legeret? & 130 a, L. Philippus censor patrem tuum præterijt in recitando senatu. de Orat. 134 a, Africanus Censor militem quendam ignauum notauit ac tribu mouit. pro Clu. 42 a, C. Geta à L. Metello & Cn. Domitio Censoribus ex senatu eiectus est. & ibid. Video igitur iudices animaduertisse Censores in iudices quosdam illius iudicij Iuniani, cum istam ipsam causam subscriberent. & ibi, Atque etiam ipsi inter se Censores sua iudicia tanti esse arbitrantur, ut alter alterius iudicium non modo reprehendat, sed etiam rescindat. ut alter de senatu mouere uelit, alter retineat, & ordine amplissimo dignum existimetur alter in ęrarios referri, ac tribu moueri iubeat, alter uetet. de Orat. 151 b, Putaui esse censoris, ne longius id serperet, prouidere.

CENSORIVS, a, um. de Orator. 142 b, Sed uide ne quid Catulus attulerit religionis, opus hoc censorium est: id autem committere uide quàm sit homini turpe censorio. pro Sest. 15 b, Censoria notatio I.P. 81 a, Magistra cẽsoria. de Pro. 79 a, Censorium iudicium, ac notatio. I.P. 81 b, Iudiciũ ratioque censoria. ibidem, Censoriam potestatem minuere. Quint. Fr. 297 b, In pactionibus faciẽdis nõ legem spectare censoriam, sed commoditatem conficiendi negocij & liberationem molestiæ. pro Clu. 26 a. Tabulæ publicæ censoriæ Larini corruptæ. de Pro. 79 a, Censorium iudicium ac notionem de ciuitate esse sublatam. pro Clu. 42 b, Censoria subscriptio & notatio censoria. pro Cæl. 44 b, Censoria grauitas. pro Clu. 41 b, Censoria animaduersio. & 44 a, 15. Censoriæ seueritatis nota non mureretur. pro Clu. 42 b, censoriæ subscriptiones.

CENSVRA, æ. censoris dignitas. At. 60 a, Sanè uelim scire, nũ censum impediant tribuni diebus initiandis (hic enim est rumor) totaque de censura quid agãt, quid cogitent. de In. 52 b, Gracchus pater, quem pop. Rom. ob id factum, quod insciente collega in censura nihil egisset, post censurã consulem fecit.

CENSVS, a, um.)(. Incensus. pro Ar. 187 b, Eum qui census, ita se iam tum gessisse pro ciue. I. Censeo.

CENSA, censorum. Nonius.

CENSVS, sus, bonorum æstimatio, & ipsa bona. pro Ce. 304 a, Populus cum in censum uenit, hoc iudicat, cum ij qui in seruitute iusta fuerunt, censu liberentur, eum qui cum liber esset, censeri uoluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse. pro Cornel. 55 b, Is furatus esse ciuitatem, genus suum ementitur, irrepsisse in centum dicitur. Item: Scire uelim num censum impediãt tribuni diebus initiandis. I. Censura. pro Fl. 157 a, Homo sine honore, sine existimatiõe, sine censu. pro Cluent. 47 b, Eas se tamen ab eo balneas non ex libris patris, se ex tabulis & ex censu quærere. & 45 b, Cum in equitum, censu C. Licinius Sacerdos prodijsset. In Verr. 1 [illegible] Census qui isto prætore sunt habiti, non seruaturum se Metellus ostendit. 134 a, Siculi ex censu quotannis tributa referunt, & in cẽsu habendo potestas omnis æstimationis habendæ summęque faciendæ censori permittitur. pro Clu. 45 b, Africanus cum esset censor, & in equitum censu, C. Licinius sacerdos prodijsset, clara uoce dixit, se scire illũ uetabis cõceptis peierasse. Para. 125 b, Æstimatio census. pro Arc. 287 b, At census nostros requiris, &c. Item, pro Fl. Iud quæro sint ne ista prædia censui censendo. & ibid. Multa de censu & censoribus. & ærario.

CENTAVRVS, ri. monstrum et homine et tauro conflatum, ex nubis pro Iunone & Ixionis cõgressu. de Nat. 69 b, Nubium una centaurus genuisse dicitur. & in Arat.

CENTENVS, a, um. centum. Parad. 125 b, Centena sexcentia.

CENTESIMAE, usurę dicuntur, cum pro singulis centenis duodena quotannis persoluuntur: quę ideo centesima appellatur, quod in centum mensibus τὸ ἀρχαῖον id est sortem adequat. uel potius quia singulis mẽsibus in fœnus centesimæ sortis pars impenderetur, nimirum à menstrua solutione. Attic. 6 b, Centesima nummum. & Attic. 83 a, Centesimas me obseruaturum, haberem, cũ annatocismi anniuersario, & ibidem, b, Qui centesimis dum annatocismo contẽtus non esset. & ibidem. Nam aut bono nomine centesimis cõtentus erat, aut bono non quaternas centesimas sperabat. & ibidem, Vt centesimæ perpetuo fœnore ducerentur. id est, sine annatocismo. Brut. 289 b, Tributum ex centesima collatum.

CENTIES. Centies, sexagies, & cæteris huius formæ, cum de pecunijs loquimur addendum est, centum millia sciliceet sestertium, nummùm. I.P. 98 a, Nonne HS. centies & octogies ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti. I.A. 168 a, HS. ducenties.

CENTRVM, tri. Tusc. 166 b, Terra in medio mundi sita ad uniuersi cęli complexum, quasi puncti instar obtinet, quod ἀστρον illi uocant. de Nat. 49 a, Omnes partes terræ in medium uergunt: id autem medium infimum in sphæra est. & ibid. Medius terrę locus.

CENTVM. pro Mil. 113 a, Serui centum dies penes accusatorem ferunt.

CENTVMVIRI, orum, decemuiri, centumuiri, & cætera huiusmodi nomina delectorum uirorum sũt, ad aliquod munus obeundum. Nam centumuiri iudices erant rerum capitalium. de Orat. 99 a, Res delata est ad centumuiros. & ibid. b, Quid qua de re inter Marcellos & Claudios cetumuiri iudicarunt.

CENTVMVIRALIS, le de Orat. 99 b, Centumuirale iudicium. & 99 a, Iactare se in causis centumuiralibus.

CENTVRIA, æ. centum homines. erat enim populus Romanus in centurias distributus. I.V. 243 a, Præco qui te toties seniorum iuniorumque centurijs illo honore affici prouinciauerit. de Orat. 133 a, Cum M. Scipio ex centuria sua renunciaret Acidinum consulem, præco ei dixit, die de L. Manlio, &c. I.A. 212 a, de Pet. 109 b, 210 a, & pro Mur. 141 b, Idem centurias equitum fine suffragio esse uoluit. pro Pomp. 4 a, Prætor primus centurijs cunctis renuncia tus fum. de Cl. 186 b, Itaque paucæ centuriæ ad consulatũ defuerunt. pro Do. 142 a, Vobis campus centuriarũq; una uox omniumque, &c. pro Mil. 109 b, Illa augusta centuriarum auspicia. Postq. 310 a, Vt eædem cẽturiæ quæ me consulem fecerant, consulatum meum comprobarent. contra Rul. 72 b, Deinde ornat eum multis, tabernaculis, cẽturijs suppellectili.

CENTVRIATIM, aduerbium. p cẽturias. Pro Flac. 149 a, Tributim & centuriatim descriptis ordinibus.

CENTVRIATVS, a, um. in centurias distributus, descriptus. p Dom. 20 b, Cẽturiata & curiata comitia. & contra Rul. 72 b, De lege centuriata & curiata. de Legib. 193 a, De comitijs centuriatis.

CENTVRIATVS, tus. centurionis munus. p Pomp. 11 a, Imperator, cuius in exercitu ueniant centuriatus atque uenerint. I.P. 98 a, Quid centuriatus palàm uenditos?

CENTVRIARE, in centurias distribuere, centurias conficere. Postq. 200 b, Cũ homines in tribunali Aurelio palàm conscribi, centuriariq; uidissem. Att. 26 b, Varroni quidem di splicet consilium pueri, mihi non. firmas copias habet: Brutum habere potest, & rem gerit palàm, centuriat Capuæ, dinumerat.

CENTVRIO, onis. centuriæ præfectus & dux. pro Mu. 132 a, Nihil tibi ex ista laude centurio, nihil præfectus decerpit. pro Cor. 62 a, L. Martius primipili centurio. &. I.C. 107 a, Manlius iste centurio.

CENTVRIPAE, arum. opp. I.V. 211.

CENTVRIPINVS. I. 122.

CEPHALEDVM. opp. I.V. 134 a.

CEPHALEDITANI. V. 134 b.

CERA, æ. Tusc. 171 b, Persæ mortuos cera circumlitos condũt. de Or. 159 b, Sed uerba nos cum iacentia sustulimus è medio, sicut nobilissimam ceram ad nostrũ arbitrium formamus & fingimus. de Na. 65 b, Si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum, quod commutari non posset. I.V. 95 a, Codicis extrema cera. i. tabularum, & 58 b, Tabella cera cera legitima, nõ illa infami ac nefaria. pro Fla. 154 a, De cera & cresta, quæ uinum in obsignandis literis uetabimus.

CERAMICVS, ci. locus Athenis. id est, Academia. de Fin. 57 a, Statua est in Ceramico Chrysippi. de L. 183. I. Academia.

CERAMIVM, mij. locus. Romæ. At. 54 a.

CERARIVS, rij. qui ceram tractat. uel, Cerarium, rij. pro eo quod ceræ nomine penditur. I. Collybus.

CERATVS, a, um. cera inductum & illitum. I.V. 58 b, Tabella cerata cera legitima, non illa infami ac nefaria.

CERBERASTER, stri. L. Serperaster.

CERBERVS, ri. Tusc. 150 a, Triceps apud inferos Cerberus. de N. 68

CERCOPS, copis. de N. 22 b, Orphicum carmen Pythagorici ferunt cuiusdam fuisse Cercopis.

CEREBRVM, bri. Tusc. 152 a, Alij in cerebro dixerunt animi esse sedem.

CERES, ris. de Nat. 38 a, Fruges Cererem appellamus, uinum autem Liberum. ex quo illud Terentij: Sine Cerere & Libero friget Venus. de Diuinat. 39 b, A gerendis frugibus Ceres tanquam Geres. & 70 a, Geres à gerendo, &c. De sacris Cereris. pro Cornel 66 a, Sacra Cereris &c. In Verr. 223 a, Sacra Cereris per mulieres ac uirgines cõfici solita. de Natura deo. 38 a, Cerere nati Liber & Libera. & 10 a, Terra, quę ceres diceretur.

CEREVS, a, um. ex cera fictum. de N. 65 b, Omne cereum commutari potest. I. Cera. & 15 b, Fingere aliquid in cereis aut fictilibus figuris.

CEREVS, rei. tax cerea. Of. 68 a, Omnib. uicis statuæ factę sũt, ad eas thus & cerei.

CERIMONIA, æ. religio, religio sacrorum, religio pontificum I.V. 274 b, Quorũ sacra maximis, & occultissimis cerimonijs continẽtur. pro Cor. 66 a, Sacra Cereris summa maiores nostri religione confici cerimoniaq; uoluerunt. de In. 70 b, Religionem eam, quæ in metu & cerimonia deorum sit, appellant. & 82 a, Religio est quæ dei curã cerimoniaq; affert. pro Ra. 96 a, L. Flaccus homo in sacerdotio, cerimonijsq; quibus præerat, diligentissimus. pro Do. 219 b, At etiam alio modo sic cõstituturus de religione pontificum, quàm cerimoniarum ius coegerit. de Ar. 247 b, Statas solennesq; cerimonias põtificatu contineri, & 252 a, Sacrificium, quod fit incredibili cerimonia. & 248 b, Omnia solẽnia ludorum omnibus rebus summa cũ cerimonia sunt seruata. I.V. 243 b, Facere ludos maxima cum cerimonia. pro S. R. 37 b, Qui legationis cerimoniã polluerit. contra Rul. 69 b, Domitius, quod per cerimonias populi fieri non poterat, ratione affectus est, ut, &c. & ibid. Quod populus per religionem sacerdotia mandare nõ poterat. de L. 181 a, Hoc summã religionem cerimoniamq; declarat. & 164 a, Cerimoniæ religionesq; in deos. pro Do. 253 a, Sacræ religionis cerimoniæ. Tusc. 153 b, Cerimoniæ sepulchrorum.

CERNO, nis. creui. cretũ. uideo, discerno, specto, æstimo, adeo. de D. 129 b, Quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus. Top. 221 a, Verecundè tu quidem ut omnia, sed tamẽ ut facilè cernerem ad te ardere studio, mecũ, ut tibi illa traderem, egisti. Tusc. 158 a, Ne nũc quidem oculis cernimus, quæ uidemus. Ep. 67 b, Cerno iam animo, quanto omnia uberiora futura sint. I.C. 120 b, Videor mihi uidere, & cerno animo, &c, uersantur ante oculos. đ Or. 157 b, Quę cernere & uidere nõ possimus. de N. 11 b, Cernere animo, uidere mente. Topic. 222 b, Cernere atque intelligere aliquid animo.

CERNERE, discernere, uel spectare. Topic. 227 b, Causa certis personis & locis cernitur. Off. 13 b, Omnino magnus animus duabus rebus maximè cernitur. Part. 236 a, Atque hæ quidem uirtutes cernuntur in agendo, & ibidem b, Temperãtia duobus modis in rebus commodis discernitur. Tusc. 232 b, Res genere non numero cernuntur. de Legib. 166 a, Gratus est, qui in referenda gratia non suum commódum, sed eum ipsum, cui refert gratiam cernit.

CERNERE, adire, uel possidere. At. 172 a, Pridie nonarum ex testamento creui hæreditatem & 188 a, Galeonis hæreditatem creui, ad Her. 41 a, Vt de eo si dicas, qui multas hęreditates adierit, prospice tu, qui plurimum cernis. Atti. 86 b, Is fratris Appij uinorem erga me cum reliqua hæredita te creuit. At. 219 b, & 220 a, Non committẽdum est, ut iniussu meo cernat, &c. bis contra Rul. 74 a, Hereditatem cre uimus. Ep. 133 b, A te autem peto, ut me hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere: id est adire.

CERTAMEN, nis. certatio, contentio, pręlium. de Nat. 79 a, Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen. de Orat. 85 a, Et consulatu deuenimus in medium rerum omnium certamen atque descrimen. Brut. 91 b, Magnum mihi est cum illo certamen. de Di. 100 a, In bello, in quo maius erat certamen & discrimen salutis. pro Fl. 150 a, Qua de re etiam in rer deos certamen fuisse proditum est. de Or. 138 a, Gladiatorium uitę certamen, quod ferro decernitur. Of. 8 b, Cum altero certamen honoris & dignitatis est. de Cla. 195 a, In patrocinio Sicilensi maximè in certamen ueni cum Hortẽsio. Epist. 154 a, Si à certamine belli tam necessarij me remouissem. Aca. 47 a, Instituere sibi certamen cum aliquo. Tusc. 188 b, Descendere in aliquod certamen. de Fin. 79 a, certamen honestũ, disputatio splendida.

CERTATIM. Ep. 167 a, Et si omni tempore summa studia officij mutuo inter nos constiterunt: id est, certatim. pro Sest. 19 b, Cum omnes certatim alius alio grauius atque ornatius de mea salute dixissent. I.A. 182 b, Certatim posthac mihi crede ad hoc opus curretur.

CERTATIO, onis. contentio. pro Q. 12 b, Non fuit mihi par certatio cum illo, & ibid. Tibi cum eo par contentio erat. de Fi. 74 a, Virtuti cum uoluptate certatio est. de L. 185 a, Cum populus iudicasset, per populum mulctæ pœnæ certatio esto. de Am. 102 b, Atq; hæc inter eos sit honesta certatio. de L. 174 a, Quod fine circulo & certatione corporum fiat.

CERTE, scilicet, profectò, certò, sine dubio, sine ulla cõtrouersia. Att. 48 a, Causam nostram Pompeius certè susceptur us est. At. 198 b, Drusus enim certè uendere uult. Qu. Fr. 300 b, Certè enim scio te fecisse cum causa. de Cl. 175 b, & Att. 252 a, Certè enim boni aliquid attulimus, & nocuimus fortasse pro Mar. 131 b, Et certè in armis locorum opportunitas multum ualet. At. 128 b, Nõ certè neque tum peccaui, cùm, &c. neque cùm, &c. đ D. 112 a, Si deus scit, certè illud euenire: sin certè eueniet, nulla fortuna est. pro Sest. 20 a, Num illo die fuerit certè non fuit. Attic. 7 a, Quod te modestè ferre certè scio. Att. 55 b, Certè scio te auere, &. I.V. 76 b, Iste certè statuerat non adesse. pro Fon. 277 b, Quod certè scire potes. &c. At. 255 a, Quod quidem certè enitar. & 195 a, & 288 a, * Certè quidẽ negas te nosse. de Di. 113 a, Certè igitur ignorare melius est. de Natur. 2 a, Alterum profectò potest, &c. alterum certè non potest, &c. Tusc. 134 a, Vbi est animus? certè quidem in te est. Acad. 26 b, Hæc sint falsa sane, inuidiosa certè non sunt. Tusc. 174 a, Homines mortem optare incipiant, uel certè timere desistant. Att. 143 a, Tibi consilium dabimus, quod si non fuerit prudens, at certè ab optima fide proficiscetur. Orat. 210 a, Ad dignitatẽ docere nõ habet, certè si quasi in ludo, sed si, &c. de Orato 61 b, Nobis sit ingenium ut tu putas nõ maximè defuit, doctrina certè & ocium, & hercule studium illud dicendi

cendi acerrimum defuit. I.A. 192 a, Hoc inſperatum omnibus, conſilium, incognitum certè cepit. At. 105 a, Atqui certè ille agere debuit. & 256 a, Et ſi quamuis non fueris impulſor & ſuaſor, approbator certè fuiſti. de Fi. 83 b, Epicurus naturales diuitias dixit parabiles eſſe, φ paruo eſſet natura contenta, certè, niſi uoluptatem tanti æſtimaretis: id eſt, rectè diceret Epicurus, niſi, &c.

Certo, certè. Ep. 57 b, Cætera quæ tibi à multis prompta eſſe certò ſcio, à me ſunt paratiſsima. Att. 38 a, Nam id te cupere certò ſcio. Ep. 81 a, Aliquid iam actum putabam, non quòd ego certò ſciam, ſed quòd haud difficilis erat coniectura. & 78 b, Ab altera te ipſum nunquam timuiſſe certò ſcio. & 131 a, De quo etiam nihil ſcribente me, te non dubitare certò ſcio. At. 73 b, Sed certo uidentur hæc aliquò eruptura. Tuſ. 244 a, Nihil ita expectare quaſi certò futurum.

Certo, as. decerto, contendo, belligero, certamen mihi eſt cum aliquo. de Orat. 99 a, Iudicia in quibus ſæpe non de facto, ſed de æquitate ac iure certatur. de Orat. 115 b, Annibal, qui tot annos cum pop. Roma. de imperio certauit. de Cl. 180 a. Cum aliquo dicacitate certare. Acad. 17 a, Certare cum aliquo pugnaciter de aliqua re. I.C. 108 a, Certare cum uſuris fructibus prædiorum. I.A. 226 b, Qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus utijs cum utroque certabat. Tuſc. 243 b, Adoleſcentium greges Lacedæmone uidimus ipſi incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, morſu.

Certus, a, um. non dubius, non incertus, compertus, notus, exploratus, minimè dubius, definitus, ratus, nihil habēs dubitationis, in quo nulla dubitatio eſſe poteſt, quod manu tenetur, uel in manibus habetur, res erat non in opinione dubia, ſed in præſentia ante oculos propoſito periculo. de N. 62 a, Græci quæ affirmant, certiora eſſe dicunt, quàm quæ apud Sagram. At. 95 a, Cælio adhuc nihil certi habebamus & 81 a, Sed poſthac quæ certa nō erunt, pro certo negato. & 44 a, Ad me obſecro te, ut omnia certa perſcribas. de N. 3 a, Quid quaque de re certi habeas ſcire cupio de Fat. 142 b, Quoniam in Fabio certum ponitur, ortum eſſe eum canicula oriente. Att. 260 a, Omnia igitur uelim explices, & ad me certa mittas. & ibid. Tu mihi de his rebus quæ nouantur, omnia certa, clara. Att. 248 a, Ita eum placaui, & quidē CCCC. M. certa, reliqua in ſpe. Epiſt. 70 a, Non habeo certum, quæ te res hinc retrahat. Atti. 143 b, Certum non habeo, ubi ſis. & 7 b, Neque id ipſum tamen certum habeo. Epiſt. 157 b, Is tamen adhuc uinit, & dicitur uicturus, ſed tamen de hoc mihi parum certum eſt. & 17 a, Mihi non tam de iure certum eſt (quanquam ne id quidem ualde dubium eſt) quàm illud, &c. & 168 b, Quem enim impedimento futurū putas, cum de nobis certum ſit nos quieturos. & 175 a, Hyemē credo adhuc prohibuiſſe, quo minus te certū haberemus. pro Syll. 174 a, Reſpondit ſe neſcire certū. Epiſt. 141 a, Cras ad te fortaſſe, ſed cum certum ſciam, faciam te paulo ante certiorem. Att. 159 a, Pompeium pro certo habemus per Illyricum proficiſci in Galliā. & 193 b, De Orobio opinor, ſed certum neſcio. & 152 a, De aduentu Cæſaris pro certo habebamus. & 276 b, Non nunciabāt quicquam quod pro certo haberemus. de Na. 35 b, Neq; enim mundum pro certo rotundum eſſe dicitis. Att. 152 a, Nunciatum eſt nobis Cæſarem ad VIII Calendarum Capuæ, hoc pro certo putauimus. Epiſ. 79 a, Id futurum, quod euenit, exploratus poſſem promittere. & 124 b, Præterea nunciatum nobis, & pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mortuum. Aliquid manifeſtò comperiſſe & manu tenere. I. Manuteneo. Mihi nō erat explicatum quid agerem. I. Explicatus. de Clar. 165 b, Dicere aliquid pro certo. pro S.R. 23 b, Certum eſt deliberatumq;, quæ ad cauſam pertinere arbitror omnia dicere. de Orat. 121 a, Mihi certum ē a iudicijs cauſiſq; diſcedere. contra Rul. 87 a, Pro certo poſſiceor hoc uobis atque confirmo, & me, &c. Atti. 103 b, Mihi certum eſt ab honeſtiſsima ſententia digitum nuſquam. & 38 b, Mihi certum eſt abire. pro S.R. 32 a, Quod certum eſt non facere. ideſt, deliberatum. Attic. 205 b, Sibi certum eſt Romæ nauare. & 5 a, Mihi abiurare certius eſt quàm de pendere. & 247 a, Certum mihi eſt ad Brutum tranſire. & 5 a, Certius tibi eſt me eſſe hic, quam mihi te iſtic. & 77 a, Habebam paucis diebus certos homines, quibus dare poteram. Epiſt. 6 a, Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, quibus rectè dem, non prætermittam. Qu. Frat. 306 a, Certiſsimus matricida. Att. 248 a, Quem tu illo certiorem nebulonem? pro S. R. 32 a, iam intelliges certum crimen, quibus ſuſpicionibus coarguatur. de Natur. 9 b, Cleanthes æthera certiſsimum diē iudicat. I.V. 56 b. Qualis erat illi tua accuſatio? quæ domeſtici periculi, metu certiſsima & maximè criminis non modò ſuſpicionem, uerum etiam iudicationem ipſam pertimeſcat. pro Seſt. 14 a, Hoc ſummū ſuſpicatiam amoris mei ſignum eſſe debet certiſsimum. I.P. 89 a, Deorum hæ ſunt in impios pœnæ certiſsimæ cōſtituta. Qu. Fr. 307 b, Tu uelim quamprimum bona & certa rēpetenda conſcendas. Pro Q. 2. b, non ita inſtitutus eſt, ut iura ſocietatis, & officia certi patriſfamilias noſſe poſsit. I. A. 226 b, Certi fines Macedoniæ, certiſsima conditio, certiſsimo modo erat etiam illius exercitus: cum Vatinij uerò legionibus quid erat Antonio è de Nat. 45 b, Qui tam certos cœli motus, tam ratos aſtrorum ordines uiderit. Epiſt. 36 b, Primā duo capita epiſtolæ tuæ nihil habent, quod aut definitum ſit aut certum, niſi me, &c. de Na. 64 a, Stellæ curſus certos & conſtantes habent. de. Som. 127 b, His certus eſt in cēlo ac definitus locus. Orato. 216 b, Certa quædam & definita lex. pro Pomp. 5 a, Aguntur certiſsima populi Rom. uectigalia. pro Qu. 6 a Certos mihi fines terminosq; conſtituā, extra quos, &c. & ibid. Totam cauſæ meæ dictionē in certas partes diuidam. Ep. 185 a, Vt Antonio ex ſenatus ſententia certas res nunciarent. pro Mar. 133 b, Certorum hominum ferociam extimeſcens. de Cl. 170 a, Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui, &c. Att. 117 b, Ei ſtatim reſcripſi, hominemq; certum miſi de comitib. meis. pro Do. 218 b, Hæc noſtram coniunctionem certi homines fictis ſermonibus diremerunt, de Ora. 100 a, Certis quibuſdā uerbis diuortii fieri. & 107. b, Aſtrictus certa quadam moderatione pedum & 108 a, Quod quidem certis de cauſis aliter exiſtimatur. de In. 55 a, Certum quiddam & breui exempli cauſa ponit, de Or. 112 b, Infinitum genus quæſtionum.)(. Certū, in quo quid in perſonis, & cōſtituta re, & definita quæritur. & 119 b, Hæc autem requirunt ut certis dicendi luminibus ornetur. pro Q. 5 a, Tribuni à quibus cum eſſet certum auxilii petitum, tamen, &c. de Som. 130 a, Eluuiones terrarū, quas accidere tempore neceſſe eſt. de L. 183 b, Et huic procurationi certum magiſtratum præfecerat. de D. 126 a, Cum uideretur certo in loco ſilicem cædere. & 99 a, Elis in Peloponneſo familias duas certas habet, aruſpicinæ nobilitate præſtantes. de In. 55 a, Sed utraque ſuo loco poſita uim ſuā tanquam propriam & certam obtinet. pro Quin. 14 a, Diſſido iatis animo certo & confirmato me poſſe in hac cauſa conſiſtere. pro Cor. 60 b, Vidi ego quoſdam Athenis numero Iudicum, atque Areopagitarum certa tribu, certo numero. de Or. 146 b, Sunt certa uitia, quæ nemo eſt quin libenter fugiat. Of. 24 a, Implicari aliquo genere curſuq; uinculi. de In. 79 a, Cur in certa uerba iurent, cur certo tempore conueniant, certo diſcedant. de D. 104 b, Certis rebus certa ſigna percurrere. I.V. 134 a, Cephaledi mēſis eſt certus, quo menſe, &c. Att. 136 a, Feceris igitur commodè mihi gratum, ſi me de his rebus, & ſi quid erit aliud, quod ſcire opus ſit, feceris certiorem. & 135 b, Pompeius certiorem me ſui conſilij fecit. & 127 b, Vtinam tui conſilij certior factus eſſem. Br. 92 b, Me uelim de tuis rebus conſiliiſque facias diligētiſsimè certiorem. At. 10 a, Tu quid agas, ubiſis, cuiuſmodi iſtæ res ſint, fac me quàm diligentiſsimè certiorem. At. 10 a, Tu uelim me certiorem facias, quid de meis mandatis egeris, atque etiam quid de negocio tuo.

Cervix, cis. poſterior colli pars, audacia. de Diuin. 136 a, Te ſtudo capite breui, ceruice anguina. I.V. 258 a, Prætorē tu accuſas? frange ceruicem. Ora. 202 a, Nulla mollitia ceruicum, nullæ argutiæ digitorum. I.A. 231 b, Poſt autē ceruicibus caput abſcidit. I.V. 257 b, Cùm iſtius auaritiæ pēdē collo & ceruicibus ſuis ſuſtinerent. de N. 12 b, Itaq; impoſuiſtis in ceruicibus noſtris ſempiternum dominum. pro Mur. 143 a, Qui ab illo in ſpeculis atque inſidijs relicti in capite, atque in ceruicibus noſtris reſtiterunt. de Nat. 58 a, Boum terga non ſunt ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum. Att. 282 a, Puer qui à ceruicibus noſtris auertiſſet Antonium. pro Mil. 116 a, Ego Clodij furores à ceruicibus ueſtris repuli. I.C. 114 b, Nō facilè tantā molem mali à ceruicibus noſtris depuliſſem. pro S.R. 23 b, Dare ceruices alicui. I.A. 202 a, Dandæ ceruices erant crudelitati nefariæ. Anteq. 196 a, Ore oppreſſo ceruices eſſe præbendas. Tuſc. 240 a, Gladium demitti iuſsit, ut impenderet illius beati ceruicibus. 197 b, Legiones ad urbem ad ducere, & eas in ceruicibus noſtris collocare cogitat. ad Her. 21 a, Sin erit in demonſtratione ſermo, paululum cor pus à ceruicibus demittemus, pro D. 242 a, Remp. in hac cauſa ueſtris ceruicibus ſuſtinetis, pro Seſt. 26 b, Qui rāta munia ſuis ceruicibus ſuſtinent. & 22 a, Vt aliquo præſidio caput & ceruices, & iugulum ac latera cutetur. I.V. 178 a, Bene agis, tamen ſi qui erunt tantis ceruicibus recuperato res, qui audeant in prouincia, cum prætor adſit, contra uoluntatem eius iudicare: id eſt, tanta audacia.

Cernicula, æ. I.V. 158, Ceruiculam iactare.

Cerula, æ. cera. Lege Miniatulus.

Cervsatvs, ta. ceruſſa illitus & dealbatus, ſeu fucatus. I.P. 84 b.

Cervvs, ui. Tuſc. 205 à, b, Natura ceruis & cornicibus uitam diuturnam dedit.

Cesenna, æ. urbs. Ep. 267 a.

Cespes, tis. pro Cecin. 266 b, Non eſſe arma ceſpites neque glebas.

Cessatio, nis. Epiſt. 26 b, Sic tu etiam, ſi quid ſcribas non habebis, ſcribito tamen, ne furtum ceſſationis quæſiſſe uidearis. de N. 21 b, Epicurus nihil ceſſatione melius exiſtimat. de Leg. 157 b, Legationē aliquā oratio iſta poſtulat, aut eiuſmodi quampiam ceſſationem liberam atque ociosā. Atti. 3 b, De literarū miſsione ſine cauſa abs te accuſor.

Cessator, ris. Quin. Fr. 326 a, De libris Tyrannio eſt ceſſator, Chryſippo dicam, ſed res operoſa eſt. Qu. Fr. 326 b, Cùm Electrā & Troadam ſcripſeris, ceſſator eſſe noli. Epi. 137 b, Hæc tibi antea non reſcripſi, non quòd ceſſator eſſe ſolerem, præſertim in literis, ſed, &c.

Cessio, onis. à cedo, ceſsi. Top. 223 a, Abalienatio eſt eius rei, quæ mancipi eſt, aut in iure ceſsio, aut, &c.

Cesso, as. nihil ago, uaco, ferior, intermitto, ceſſator ſum, deſiſto, finē facio, deſino, conquieſco, reſpiro, langueo. de Na. 6 a, Iſto tam immenſo ſpacio quæro Balbe cui pronoe ueſtra ceſſauerit. de N. 79 a, Cur tam multos deos ceſſare & nihil agere patitur? de N. 79 a, & 21 b, At pueri etiam cùm ceſſant, exercitatione aliqua delectantur. At 26 a, Denique aliquid aliud extabit, ne tibi planè ceſſaſſe uideamur. Epi. 265 b, Ego hic ceſſo, quia ipſe nihil ſcribo, lego autem libentiſsimē. Q. F. 320 b, Cicero noſter, dum ego adſum, nō ceſſauit apud Rhetorem. Acad. 39 a, Nec tamē iſtum ceſſare, ſed celare quæ ſcribat exiſtimo. Q. F. 325 b, Illos libros ſcribere non ceſſaui, neque ceſſo. de Sen. 79 b, Gorgias centum & ſeptem compleuit annos, nec unquam in ſuo ſtudio & opere ceſſauit. At. 177 a, Ille non ceſſat de nobis detrahere. Q. F. 306 a, Sin, &c. ne ceſſetis me certiorem facere, ut accuram. & 307 a, De ædificatione tua Cyrum urgere nō ceſſo. de Pro. 7 a, Alterum, ſi tabellarij non ceſſarint, neceſſe eſt paucis diebus pœniteat audere.

Cetarivs, rij. qui magnorum piſcium mercaturam exercet. Officior. 30 b, Cetarij, lanij, coqui, fartores, piſcatores, &c.

Cetvs, ti. piſtrix, ingens piſcis, belua marina. de Nat. 48 b, Centaurus Cedit, equi parteis properans ſubiungere cetis. alias, & rectius chelys.

Ceos, uel Ceus, ei. Inſula. At. 74 a.

Cevs, ea. de D. 107 b.

Chalcedonivs, ia. ab urbe Chalcedone. Acad. 42 de Orato. 154.

Chalcidicvs, a. idem de N. 64.

Chaldaei, orū Babylonij, aſtrologi. pro Mur. 129 b, A quibus dies tanquam à Chaldæis petebantur. de D. 80 a, Aſſyrij qua in natione Chaldęi non ex artis, ſed ex gentis uocabulo nominati ſiderum ſcientiam putantur effeciſſe. & 99 a, Chaldæi in Syria cognitione aſtrorum ſolertiaque ingeniorum antecellunt. & 193 b, Chaldæis in prædictione & in notatione cuiuſque uitæ ex natali die credendum non eſſe. Tuſc. 169 a, Chaldæorum promiſſa.

Chaldaicvs, a, um. de Diuin. 126 b, Scilax totū hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiauit.

Chaonia, regio. At. 92.

Character, eris Orator. 209 a, Sed iam ipſa forma reſtat, & character ille qui dicitur. Item. In omni re difficillimū eſt formam, quod χαρακτῆρ Græcè dicitur, exponere, optimi, quòd aliud alijs uidetur optimum. Q. F. 317 b, Dic mihi num aut res, aut χαρακτῆρ, non delectat?

Charitas, tis. amor. de Amic. 111 a, Ipſe ſe quiſque diligit, non ut aliquam à ſe ipſo mercedem exigat charitatis ſuæ, ſed quod per ſe quiſque ſibi charus eſt. de N. 25 b, Hominū charitas & amicitia gratuita eſſe debet. de A. 102 a, Sen ſum diligendi & beneuolentiæ charitatē à natura gigni. de Fi. 59 b, Liberalitas, qua qui utuntur, beneuolentiā ſibi cōciliant, & quod aptiſsimum eſt ad quietē uiuendum, charitatem. de Amic. 101 b, Ea charitas, quæ eſt inter natos & parentes, quæ dirimi niſi deteſtabili ſcelere non pōt. de Am. 109 b, Cùm cogniti ſunt & regum filij inuenti, retinent tamen charitatem in paſtores, quos patres ſuos diu eſſe credidерunt. At. 280 b, Vt charitas liberorum amiciores parentes reip. redderet. de Or. 127 b, Hæc res amorem magis cōciliat, illa uirtutis defenſio charitatem, & 150 b, Parcendum eſt autem maximè charitati hominum, ne temerè in eos dicas, qui diliguntur. pro Seſt. 15 a, Patriam, quæ mihi erat chariſsima, propter ipſius patriæ charitatē reliqui. Off. 12 a, Omnes omnium charitates patria una complexa eſt. pro Seſt. 4 a, Sed beneuolentiam & charitatem illius ne ceſsitudinis mors filiæ non ademit. I.A. 243 b, Nec id fit faſtidio meo, ſed charitate reipublicæ. Epiſtol. 194 a, Filius tuus, cui nos, & charitate & more tuum officium præſtaturos non debes dubitare. de Finibus 59 a, Quid ex eo conſecutus eſt? laudem & charitatem. In Anton. 158 b, Credo uos homines nobiles, &c. charitatem ciuium & gloriam concupiſſe.

Charon, ontis, Inferorum nauta. de N. 68 a.

Charta, æ. chartula, membranula, macrocolum, διφθέρα. Qu. Frat. 316 a, Calamo & arramento temperato charta etiam dentata res agetur. pro Cæl. 46 a, Chartæ quoque, quæ illam priſtinam ſeueritatem continebant, obſoluerunt. Att. 35 a, Iam enim charta ipſa ne nos prodat pertimeſco. & 70 b, Chartam deeſſe mea cautio eſt. Epiſt. 104 a, An hoc ſignificas, nihil fieri? frigere te? chartam quidem ſuppeditari? pro R.P. 129 a, Merces fallaces chartis, linteis, ac uitro delatæ. de Diuinat. 84 b, Voces triſtificas chartis promebat Hetruſcis.

Chartvla, æ. Ep. 104 a.

Charvs, a, um. acceptus, iucundus, antiquus, qui ſuauitatem filij apud aliquem obtinet, in ſinu eſſe. de N. 25 a, Charum ipſum uerbum eſt amoris, ex quo amicitiæ nomen eſt ductum. I.C. 120 b, Comes alicui charus atque iucundus. pro Cl. 60 a, Hic multis charus atque iucundus eſt, de Cl. 165 b, Vir mihi charus atque iucundus. pro Arch. 190 a, Ennius charus fuit Africano. de Or. 137 a, Si in homines charos iucundosque iucundos iuuehare. de Orat. 110 a, Cùm uiderē apud me homines mihi chariſsimos & amiciſsimos. Epiſt. 8 b, Quem in primis amamus charumq; habemus. pro Cor. 67 a, Aliquem diligere charumque habere. Poſt. 104 a, Parentes chariſsimos habere debemus, 142 a, Paucos æquè ac te charos habeo. & 165 a, Omneis ſuos charos habet, imo quidem ſe ipſo chariorem. & 35 a, Pompeius nos amat charosque habet. I.C. 118 b, Frater chariſsimus & amantiſsimus. I.A. 158 a, Dolobella, qui es mihi chariſsimus, de Or. 86 b, Cæterique, quorum gloria nobis dignitasque chara eſt. Epi. 230 a, Mihi tua fama multo antiquior eſt, quàm illa neceſsitudo. pro Syll. 170 b, Quorum alter apud me parentis grauitatem, alter filij ſuauitatem obtinebat. Offi. 12 a, Omnium ſocietatum nulla eſt charior, quàm ea quæ cum re pub. eſt. chari ſunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares: ſed omnes omnium charitates patria una complexa eſt. Offic. 38 b, Atque in has clades incidimus, dum metui quàm chari eſſe & diligi uolumus. de Finib. 131 a, Sibi quē que charum eſſe. & ibid. Qui ſibi chari ſunt, ſeſeque diligunt. & 60 a, Diligi & charum eſſe, iucundum eſt.

Charybdis, dis. locus in mari Siculo, periculoſus nauigantibus, quòd ibi mare fit uorticoſum & præceps. de Aruſpic. 258 a, Quām denique tam immanem charybdim poetæ fingendo exprimere potuerunt? quæ tantos haurire gurgites poſſet?

posset? quantas,&c. I.A.173 a, Quæ Charybdis tam uorax tot res tam citò absorbere potuisset? I.V.265 b, Non Charybdim tam infestam, neque Scyllã nautis fuisse arbitror. de O.157 b, Charybdim bonorũ, uoraginẽ potius dixerim.

Chele, les. Scorpij brachia, in cœlo signum. In Arat. Exin proiectæ claro cum lumine Chelæ. & ibi. Et paucæ Cheles stellæ.

Chelidon, nis. Verris clientula & amica. I.V.act.

Cherronesvs, si. locus Thraciæ & urbs. At.273 b, Quod scribis postea statuisse te ducere excercitum in Cherronesum, &c. facis ex tua dignitate. contra Rul.76 a.

Cherronensis, se. I.P.98.

Chimaera, æ. monstrum cõfictum. de Nat.22 b, Res quæ nũquam esse potuerunt, ut Scylla & Chimæra. Attic.32 a. πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χιμαίρα.

Chirographvm, phi. scriptum manu propria, quæ dicitur. Ep.183 b, Cuius æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus. I.A.162 a, Quo me rette conuinces? an chirographo? at literæ sunt librarij manu. Attic.35 b, Non utar meo chirographo neque signo, si modò erunt eiusmodi literæ, quas in alienum incidere nolim. de Natu.74 b, id quoque L. Labienus fecit, qui chirographum sex primorum imitatus est. Epist o 103 b, Græculam tibi misi cautionem chirographi mei. I.A.565 a, An in commentariolis & chirographis, & libellis acta Cæsaris firma erunt? Ep.155 b, Credidi chirographis eius & affirmationi præsentis Laterensis. & 25 a, Extrema pagella pupugit me tuo chirographo. & 156 a, Laterensis suo chirographo misit mihi literas, in quibus &c. exemplar eius chirographi Titio dedi, ipsa chirographa omnia, & quibus credidi, & ea quibus fidem non habendam putaui, Leucispio dabo perferenda. de Clar.190 b, Chirographa, testificationes, indicia, quæstiones, manifestam rem deferre.

Chirvrgia, æ. Medicinæ pars quæ manu medetur. Atti. 56 a, Diæta curari incipio: Chirurgiæ tedet.

Chivs, ij. insula. I.V.86 & 261.

Chivs, a, um. de Sen.77 b, Aristo Chius.

Chlamydatvs, a, um. ut crepidatus. pro R.P.126 b, L. Sylla imperator chlamydatus.

Chlamys, dis. uestis militaris & regia, paludamentum. pro R.P.126 b, L. Scipionis non solùm cum chlamyde, sed ẽt cum crepidis in Capitolio statuam uidetis. ad Her.38 b, Cicharœdus palla inaurata indutus, cũ chlamyde purpurea coloribus uarijs intexta.

Chorda, æ. neruus. de Orator.163 a, Voces ut chordæ sunt intentæ, quæ ad quenque tactum respondeant. de Natu.56 a, Itaque plectri similem linguam nostri dixere, chordarum dentes.

Choragivm, gij. scenicus apparatus totus, & pompa. Ponitur pro Thrasonica quadam ostentatione. ad Herenn.39 b, Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur.

Chorevs, rei. trocheus. aliàs Chorius pes: est. Orator.217 b, Dichoreus est, cùm duo extremi chorei sunt, idest è singulis longis & breuibus.

Chorvs, ri, corona, multitudo, sodalitũ. pro Mur.136 a, Catilina stipatus choro iuuentutis. Att.225 a, Baiana negocia chorumque illum, de quo scire uis, cum prospexero, tũ scribam. Off. 75 b, Potest esse utile, quod sic huic talium uirtutum choro contrarium. de Fin.54 a, Epicurum penè è philosophorum choro fustuligisti. i. è numero. I.A.197 a, Saltatores, citharistas, totum denique comessationis Antonianæ chorum.

Chryses, æ. amnis Siciliæ. I.V.222 b.

Chrysippvs, pi. philosophus Stoicus. Acad.19 a, Chrysippus qui fulcire putatur porticum Stoicorum.

Chrysippaevs, æ. Acad.24 a.

Cibaria, orum. omnia quibus animantes uescuntur & alũtur. pro S.R.27 b, Anseribus cibaria publicè locãtur, & cranes aluntur in Capitolio. & ibi.b, Cibaria uobis præberi uĩdemus. I.V.11 a, Quæstores liberaliter ex istius cibarijs tractati. & ibid.b, Menstrua cibaria. & 197 a, At uberiora cibaria facta sunt caritate, credo, &c. At.93 b, Vnde, inquit, me iubes petere cibaria? & ibid. Dare cibaria alicui. Ep.76 b, Et existimare debes eo minus ad te, uel de tuis cibarijs, uel de mea liberalitate peruenisse. Tusc.182 b, Ferre plus dimidiati mensis cibaria.

Cibarivs, c, um. Tusculan.247 a, Ptolemæo peragranti Aegyptum comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus est.

Cibvs, bi. esca, pastus, epulæ. de Natura.50 a, Animalia cibũ partim oris hiatu & dentibus ipsis capessunt, partim unguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum, &c. de N.30 b, Cleanthes negat ullum esse cibum tam gratum, quin is die ac nocte concoquatur. de Fi. 78 a, Epicurus utebatur eo cibo, qui & suauissimus esset, & idem facilimus ad concoquendum. de L.183 b, Terra cibos ferre, & uomater cibos suppeditat. de D.93 b, Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba uescerentur, quòd habet inflationem magnam is cibus. & 120 a, In omne corpus diuiso & modificato cibo. aliàs, Mitificato. I.V.260 a, Parentes liberis suis cibum uestitumque introferre prohibentur. de Sen.84 a, Tantum cibi & potionis adhibendum, ut recreiantur uires, non opprimantur. de D.93 a, Nunc onusti cibo & uino perturbata & confusa cernimus. & ibi. Mens immoderato obstupefacta potu atque pastu. pro Mu.141 b, Cato negat uerum esse, allici beneuolentiam cibo. de Fin.56 b, Cùm cibo & potione fames sitisque depulsa est. Epist.257 a, Si posteaquam cibum cepisti, uideris tibi me posse consequi, tuum consilium est.

Cicatrix, cis. signum quod sanato uulnere uel ulcere, haret in corpore. I.A.212 b, Luculentam tamen ipse plagam accepit, ut declarat cicatrix. de In.52 a, Quoniam cicatrix est, fuit uulnus. Tusc.202 a, Nec ille liber uulneribus mederetur, sed cicatricibus. contra Rul.88 a, Ne refricare obductã iam reipub. cicatricem uideret. I.V.236 a, Vt ostederet cicatrices aduersо corpore exceptas. de Orat.139 b, Et iudicibus cicatrices aduersas senis imperatoris ostendere.

Cicero, onis. Cicero, copiæ inuentor ac princeps à Cæsare dictus, Brut. Cicero ad Pompeium accessit, pacis spe adductus, 4 Fam. Exul Thessalonicæ agebat, 1. ad Q.F. Ad Dolabella alienatus, 16. ad At. Sacerdotiũ non appetiuit, cùm posset consequi, 15. Famil. Diodorũ à puero audiuit. Acad.1.li.2. Breuitatis magistro uti cogitat Bruto, 11. Fam. Poema ad Cæsarem composuit, 3. ad Q.Frat. In Oratorem suum contulit, quicquid habuit iudicij in dicendo, 6. Fam. Omnem suam curam atque operam ad philosophiam contulit, 4. Fam. Cum Hortensio coniunctissimus, Brut. Hãc decenties ex amicorum testamentis consequutus, 2. Phil. Iudicia Senatus, Italiæ, gentium denique omnium cõsentiens patriæ consecutus est, 2. de Leg. Vrbis conseruator & parens, 9. ad At. Consul Remp. optimam Attici opinionẽ constituerat, quæ esset in potestate optimorum, 3 de Legib. Ab Hortensio in augurum collegium cooptatus & inauguratus, Brut. Cur ad ciuile bellum profectus, 6. Famil. Cum amis Clodio non restiterit, post Reditum in Senat. Cicero magnam pecuniã Pompeio mutuã dedit, 11. ad At. Gabinii receptũ in gratiã, in iudicio capitis defendit. pro Rabirio Posth. Etiam nõ optimè de se meritos defendebat, rogans aliorum, 7. Famil. Suam περὶ τελείου εὐπαθείας, Bruto respondit, 13. ad At. Custodẽ urbis, oibus suis rebus ereptis ac proditis, uiolari ab impijs passus non est: eamque ex sua domo in ipsius patris domum detulit, 2. de Legibus. Pro Tullio Cottæ dixit, Brut. Ab Aristotele dissenit, Orator. Cicero, bi egregiũ, & ad immortalitatẽ memoriẽ gloriosũ duxerat, nine i eũ mercede ulla tribunũ potuisse reperiri, nisi curuli esse quidẽ licuisset tribuno, 3. de Legibus. A Capanis impetrata statua donatus, in Pisonem Cicero apud Tribunos pl. Sthenij Thermitani causã egit, 4. in Verrẽ. Domũ de Crasso emit, 5. Fam. Domũ ẽdificauit, 4. ad Att. Fœneratores eo obsidione exemit, 5. Fam. Non ex rhetorum officinis, sed medijs Academiæ spacijs orator extitit, Ora. Quanto cum plausu exceptus à populo, ad Brut. Cicero Aedilis, ludos fecit, pro Murẽn. Primus homo nouus Cõsul factus est, contra Rull. 66 b. Prætor primus magna populi iuuantate factus, Brutus. Multò minus in agendo, quàm in scribendo fortis, ad Brut. in Epist. Bruti. Augur fuit, 2. ad Legibus. In Sicilia quæstor fuit, 1. in Verr. Ciceronis studiorum habebat Atticum, 7. Fam. Timidus habebatur à nonnullis, 6. Famil. Discipulos dicendi habuit Hirtium

Hirtium & Dolabellam, 9. Fam. Cæsare dominante quasi ludum habuit, 9. Fam. Villam habuit quæ Catuli fuerat, 4. ad At. Cicero impiger in scribendo, 2. Fam, in calamitatem incidit, quod his credidisset, a quibus nefas putarat esse se decipi, 1. ad Q.Frat. In reipub. noctem incidit, Brut. Institutus à Philone, Antiocho, Diodoro, Posidõio, de Natura deor. 1. A Cæsare inuitatus ut sibi esset legatus, 2. Ad At. Facilis à Cæsare iudicatus, 14. ad Att. Cicero lapsus in uerbo Inhibere, 13. ad Atticum. Legis ambitus lator, i Vat. & pro Murẽn. Legatus in Græciam profiscitur, 14 ad Atti. Legatus Pompeio, 4 ad At. Cicero non multò minor quàm Lælius, 5. Famil. Cicero Prouinciam pro Reipub. salute neglexit, in Catilin. 11. Philippic. Triumphum neglexit, 15. Fam. A Q. Catulo patriæ parẽs nominatus, in Pison. & p Sestio. Augur a Cn. Pompeio & Qu. Hortẽsio nominatus, 2. Phil. Cicero publicanorum ordinem uehementer obseruabat. 4. in Verrem. Cùm primùm licitum est, consulatum petijt & obtinuit. in Rullum. Cicero primus homo nouus Consul factus, contra Rullũ. Cicero a M. Tullio Rege oriundus, de Clar. Or. Tusc. quæst. lib. 1. Equestri loco ortus, contra Rul. In Cn. Pompeij exercitu tyro bello sociali, 12. Philippic. Homo per se cognitus, in Catilina. Veritate, nõ ostentatione popularis, in Rull. Senatus comes, de Aruspic. respons. Initio dicendi grauius commoueri solitus, p Deiotar. & pro Cluent. Nonnunquã de scripto dicere solitus, pro Planc. Cicero. omnium patronus, 6. Fam. in Epist. A. Cecinnæ. Asiam totam cũ summis rhetoribus peragrauit, Brut. Pompeij minus liberali respõso perterritus, 3. ad Atticum. Philosophus, 9 Familia. Sacerdotio amplissimo p̃ditus, 8. ad Attic. Prætor biennio antequã Cos. in Rul. Prætor quæsiuit de pecunijs repetundis. pro Cl. In exilium profiscens, triduo summa cũ gloria dicebatur esse rediturus, 1. Ad Quin. Frat. in Siciliam, in Verrem inquirendi causã, profectus, 3. in Ver. Quatuordecim annis antè, pspexit tẽpestatem eam quæ euersa est Respub. 10. ad Attic. De interitu Cæsaris scripturus putabatur, 12. Fam. Trebonij. Cicero qualis in gerendo consulatu, in Rull. Libros de officijs quando scripserit, 15. ad At. In suis libris de finibus, quibus personis quem sermonem tribuat, 13. ad At. Quicquid dicebat, facetum Trebonio uidebatur, 15. Famil. Quo anno natus, Brut. Quo habitu corporis adolescens fuerit, Brut. Nostet quo modestior est, eò me magis cõmouet, 15. ad Attic. Quo tempore ad causas accesserit, Brut. Quo tẽpore floruit, Brut. Cicero, abiens consulatu magna frequentia domũ reductus, 1. ad Atti. Claustra nobilitatis refregit, pro Mur. Post mortem Hortensij, orbæ eloquentiæ quasi tutor relictus, Brut. ab inani laude & uulgi sermonibus remotus, 15. Fam. Ter Prætor primus centurijs cunctis denunciatus, p Lege Manil. M. Calidij lenitatem orationis reprehendit, Brut. A Bruto reprehensus, quod in honoribus decernẽdis esset nimius, ad Bru. Qua ratione restitutus, 1. Famil. A P. Lentulo Consule comitijs centuriatis in patriam reuocatus, post Redit. in Senat. Cicero ad Brutum de optimo genere dicendi scripsit, 14. ad Atticũ. De consulatu suo librum scripsit, 2. ad Attic. Quæ de optima Repub. sentiret, sex libris antè scripsit, quàm de legibus. Leges autem, de quibus ad eum, quem probauit, ciuitatis statum accommodauit, 3. de Legib. Græcum commentarium de rebus suis scripsit, 1. ad Atti. Marium scripsit, 12. ad Atticum. Permultas orationes scripsit, Ora. Plura scripsit, quam quisquã ex latinis, 1. de Legib. Homines nihil, etiã sciens, familiaritate complecti solitus, 1. ad Qu.F. Facetis mirificè capi solitus, 9. Fam. Maiorẽ partem nihil curare solitus, 8. Famil. Omnia officio metiri solitus, 8. ad Att. etiam à stomacho ridere solitus, 2. Famil. Miseratione admodũ dolenter uti solitus, Ora. Quo sermone in quaq; re uti solitus, 9. Fam. A primo tempore ætatis iuri studuit, neque unquam ita se ad dicendum dedit, ut ius ciuile contemneret, 1. de Legib. Cottã in causã Arretinorum apud Decemuiros superauit, pro Cec. Cos. perduellionis iudicium sustulit. pro C. Rab. Cicero se totum Philoni tradit, Brut. Lachrymis & tristitiæ se tradebat, 5. Famil. in Epist. Luceij. Cicero doctus in forum uenit, Brut. Vindex cõiurationis, 5. Fam. Periculo Reip. uidebat, pro Sest. Vtebat familiarissimè Cæsare, 6. Fa. Vinus gloriola sua perfrui uult, 5. Fam. Ciceroꝗ & Clodij altercatio in

Senatu, 1. ad Atti. Ciceronis anagnostes puer Sositheus, 1. At. Ciceronis animum ex eius libris desiderabat Curius, 7. Famil. Ex Ciceronis area expulsi fabri. 4. ad At. Ciceronis asturia qua Amanentes oppresit, 15. Fa. Ciceronis augurium de belli ciuilis magnitudine. & ad At. Ciceronis aures auidæ & capaces, Or. Ciceronis perpetua de pace authoritas nihil ualuit, Brut. Ciceronis auus singulari uirtute i suo municipio quoad uixit restitit M. Gratidio, cuius in matrimonio sororem auiam nostram habebat, ferenti legẽ tabellariam. quæ quum res esset ad se delata, Scaurus Cõsul, Vtinam, inquit, M. Cicero isto animo atque uirtute in summa Rep. nobiscum uersari, quàm in municipali maluisses, 3. de Leg. Ciceronis bona quàm fœdè à Clodianis direpta, pro. Do. sua. Ab Antonio nõdum uictore cuidam Petisio Vrbinati donata, 12. Philip. Ciceroꝗs casus, funus Reipub. sed iustum & indictum. de prouinc. Conf. Ciceronis causa, quæ incidit in tribun itiam potestatem, nihil habuit cõtentionis cum tribunatu: non enim plebs incitata rebus eius inuidit, sed uincula soluta sunt, & seruitio incitata, adiũcto terrore etiam militari, 3. de Legibus. Ciceroni cum Sulpitio comparatio, Brut. Ciceronis consilium de Pompeij & Cæsaris coniunctione, 6. Fami. Ciceronis Consulatus a, in Piso. Ciceronis Consulatus ad salutem Reipub. fatalis, in Catil. Ciceronis cura de Republica 9. Famil. Ciceronis Oratorij dialogi, 4. ad Attic. Ciceronis dicta & ioci cuiusmodi 7. Fam. Ciceronis facetè dicta ad Cæsarem cum reliquis actis perferebantur, 9. Fami. Ciceronis natalis dies ad III. Non. Ian. 7. ad Attic. Ciceronis diligentia, pro Quin. Ciceronis diligentia in explorandis Catilinæ consilijs, in Catilin. Ciceronis discessu polluta sunt religionũ iura omnia, p ditorum ciuium scelere uexati lares eius familiares, in eorum sedibus exædificatum templũ licentiæ, pulsus a delubris is qui ea seruarat, 2. de Leg. Ciceronis domus in Ceramico, 4. ad At. Ciceronis domus in Palatio & in pulcherrimo urbis loco, p Dom. sua. Prope porticũ Catuli, pro Do. sua. Pecunia publica ex authoritate Senatus ædificata, de Aruspicum. resp. Ciceronis Epistolæ quando edi cœptæ, 16 ad At. Ciceroꝗs militaria facinora, 2. Fa. Ciceronis stomachi & oculorum fastidiũ, 2. Fami. Ciceronis festinatio, ut ad diem Verris iudicio adesset, 4. in Verr. Ciceronis filius quando natus, 1. ad Att. Ciceronis filius Athenis operã dabat literis sub Cratippo 12 Fa. Trebonij. Ciceronis filius cũ Bruto, ad Brut. Cicero F. Legionem a C. Antonio ad Brutum abduxit, 10. Phil. Qu. Ciceronis filius quas literas ad Cæsarẽ miscerit, 10. ad Att. Ciceronis filij errata, 16 Fam. Ciceronis filij. Ciceronis filij laus, 12. Fam. Ciceronis filij literæ, 14. ad Att. Ciceronis filij uita, à Clodianis expetita. pro Do. sua. Ciceronis filia magno ingenio, 1. ad Q.F. Ciceronis præclarè gesta in prouincia, 6. ad Att. Ciceronis cum P. Clodio inimicitiæ, 14. ad Attic. Ciceronis in somnium, quum Asiæ prouinciæ præesset, de Diuinar. lib. 1. Ciceronis magistratu abeuntis iusiurandum, 5. Famili. Ciceronis laudatio Porciæ. itẽ M. Varronis & Lollij laudatio, 13. ad Atticum. Ciceronis liber de luctu minuendo, 12, ad Attic. Ciceronis liber de optimo genere dicendi quãdo scriptus, 12. Famil. Ciceronis arguti libri ad Varronem, 13. ad Attic. Ciceronis libri de Officijs, 16. ad Attic. Ciceronis libri de optimo statu ciuitatis, & optimo ciue, uel de Rep. 3. ad Qu. Fr. Ciceronis tres de oratore libri, 13. ad Atti. Ciceronis libri de Repub. quando scripti, 2. ad Qu. F. 4. ad Att. Ciceronis libri de Repub. quando scripti, 2. ad Qu. F. 4. ad Atticũ. Ciceronis tres libri de temporibus suis uersibus scripti, 1. Fa. Ciceronis politici libri omnibus uigent, 8. Fam. Cælij. Ciceronis lippitudo, 2. ad Qu. Frat. Ciceronis maiores honoris popularis luce caruerunt, in Rul. Ciceronis maledicẽtia, ad Brut. Bruti. Ciceronis necessarij Dyrrachini, ad Brut. Bruti. Ciceroꝗs opera libertas erat in ciuitate, 9 Famil. Cicero. de Bruto & eius eruditione opinio, Orat. Ciceronis opinio de legationibus laudandi causã missis, 3. Familiar. Ciceronis oratio nitorem habet, 13, ad Atticum Ciceronis oratio pro Roscio, plẽna iuuenili redũdantia, Orat. Ciceronis orationes quo tempore scripræ, p Planc. Ciceronis orationes Consulares, 2. ad Atti. Ciceronis pro Scauro & pro Plãcio orationes, 3. ad Quintum F. Ciceronis orationum Aristarchus erat Atticus, 1. ad At.

Ciceronis

Ciceronis organum Senatus, 11. Famil. Ciceronis ociũ nũquã ociosum, ꝑ Planc. Ciceronis pater quãdo decesserit, 1. ad Atti. Ciceronis pater, quũ esset infirma ualetudine, in uilla egit ætatem in literis, 2. de Legib. Ciceronis peccatũ in ornando Octauio, ad Brut. Bruti. Ciceronis quædam φιλοσοφώτερα 13. ad Atticum. Ciceronis progonosti, 2. ad Atticũ. Ciceronis profectio, 11. ad Att. Ciceronis Cõsulis prouidentia, ꝑ Syl. Ciceronis prudẽtia in C. Antonio moderando, pro Sest. Ciceronis Quæstura obscura. pro Plan. Ciceronis Quęstura Sicilẽsis. pro Plan. 13. Famil Ciceronis ratio in orationib. Aeschinis & Demosthenis cõuertẽdis, Ora. Cicerõis reditus ab exilio cuiusmodi, in Pison. 4. ad Atti. Ciceronis regnum, pro Syll Ciceronis regnum forense, 9. Fam. Cicerõis religio in magistratibus ineũdis, 7. Verr. Cicerõis seruus anagnostes, 5. Fam. Vatinij. Ciceronis in rhetorica socij & condiscipuli, Bru. Ciceronis acerrimum in adolescentia studium, Brut. Ciceronis toga omnium armis felicior, 12. Fa. Cassij. Ciceronis Topica ubi & quãdo scripta, 7. Fam. Ciceronis uerbũ lusit Cæsar, 7. Familiar. Ciceronis uerborũ fulmina, 9. Familiar. In Ciceronis uilla cœnauit Cæsar. 13. ad Atticũ. Ciceronis uillę Cumanum, Pompeianum, Sinuessanũ, 12. Famili. Ciceronis uoluntas & studiũ in Arpinates municipes suos, 13. Familia. Cicerõis uox, fato publico extincta, Brutus. Ciceronis uox in domesticis periculis potissimũ occidit, 1. ad Quintum Frat. Ciceroni. Gabinio & Pisoni Cõsulibus, nõ exercitus, sed duces defuerũt, 1. Famil. Cicerõi & clarissimis uiris uisum, de quo serui & latrones sciuisse se aliquid dicerent, de hoc eodem cũctã Italiam quid sentiret, ostendere, 3. de Legib. Ciceroni absenti quantus honos à Senatu habitus, pro Sestio. Ciceroni è Cicilia decedenti de Hortẽsij morte allatũ est, Brut. Ciceroni à regibus multis allatæ literę, 9. Familiar. Ciceroni in afflicta eius fortuna, qui beneuoli fuerunt, post reditum in Senatu. Ciceroni amicissima breuitas, pro Quint. Ciceroni quæ cã in Asiam proficiscẽdi fuerit, Brut. Ciceroni M. Cato supplicationem decreuit, 15. Fam. Ciceroni obiectum fuit, eum in nonnulos animaduertisse indicta causa, 5. Famil. Cicerõi uni conseruatæ Reip. gratulatio decreta. in Cat. Ciceroni cõiunctissimus Hortensius, Brut. Ciceroni meo togam puram dare uellẽ, 9. ad At. Ciceroni quæ tributa sit merces laborum & uigiliarũ suarũ, 3. Fam. Ciceroni perfugiũ erant literæ. 5. Fa. Ciceroni redeunti in patriã ut omnes gratulati sint, 4. ad At. Ciceroni primo ex togatis post urbem conditam supplicatio decreta, in Catil. Ciceroni quantũ tribuerit Hortensius, Brut. Ciceroni à frequenti Senatu triũphus flagitatus. 16. Fam. Ciceronem appellauit exulẽ Gabinius, 3. ad Qu. Frat. Ciceronem Octauius patrẽ appellat, ad Bru. in Ep. Bruti. Ciceronem ambitio ad honorũ studium duxit, 1. ad At. Ciceronem impulit Matius, ut philosophica scriberet, 11. Fam. In Cicerone omnia omniũ facetè dicta cõferri solita, pro Planc. In Ciceronem exulẽ qui officiosi fuerint, 1. Qu. F. C. Matij in Ciceronem officia, 11 Fam. In Ciceronẽ perfidia Hortensij & Arrij, ad Q. F. Cic. nostrũ in uestrũ collegiũ cooptariuolo, ad Brut. Cic. qui ex Rep. expulerint, 6. Fam. Cic. ad spem quandã ima mortalitatis rapit commemoratio, ꝑ speritatis, 5. Fa. A. Cic. cõseruata Resp. 15. Fa. A. Cic. satis scriptũ de optio Rei. statu. 1. de Legib. Nihil de Cic. actũ legibus, 3. de Leg. De Cicerone reuocãdo quæ decreta, post Red. in Sen. In Cic. uis animi magna, Ora. Cic. nemo mitior, in Cat. Pro Cicerõe Senatus, & hominum præterea uigintimillia uestem mutarunt, pro Red. ad Quiri. & pro Sest. Cicerõe stante Rempcadere posse nõ putarunt, 6. Fam. 18. Cicerones glorię auidissimi, 1. ad Att. Cicerones nostri interdũ mihi amandãdi uidentur in Græciã, 7. ad At. Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur, 6. ad At. Cicerones pueros Deiotarus filius secum in regnum duxit, 5. ad At.

Ciconia, æ. auis nota. de Fin. 103 b.

Cicvr, ris. animal mansuetũ. (. ferus, immanis. de N. 45 b, Varia genera bestiarũ, uel cicurum, uel ferarum. Tuf. 235 b, Bestiarum immanes aliãs, quasdam cicures. de Am. 111 a.

Cito, es. moueo, agito, de Na. 30 b, Omne quod est calidũ & igneũ, cieẽ & agitatur motu suo. & 42 a, Naturam esse uim sine ratione ciẽtem motus in corporibus necessarios. & 65 a, Natura illa sunt omnia cientis ut & agitãtis motibus & mutationibus suis. de Fin. 84 b, Cui uiperino morsu uenis uiscerum ueneno imbutæ tetros cruciatus ciẽt. Tuf. 132 a, Sic ex corporis totius natura & figura uarios motus cieẽtis de Vniu. 199 a, Cuius orbis semper eodẽ modo eiebatur. Tuf. 159 a, Animatum est quod motu cietur interiore. Di. 83 a, Absurdoq; sono fontes & stagna cietis.

Cilicia, æ. regio. I. V. 204.

Cilices, licum. ibidem. de D. 80 b,

Ciliciensis, se. Ep. 228 a.

Cilicensis, se. Q. F. 300 b, Cilicensis prætor.

Cilicium, cij. uestis è pilis caprarum contexta. In Verr. 5 b, Cum iste coria, cilicia, saccos imperaret.

Cimbri, populi. pro Pom. I. A. 223. Tusc. 185.

Cimbricvs, ca. pro Arch. 189 b.

Cimbri, orum. populi. Acad. 16 a, Et Cimmerijs quidem, quibus aspectũ solis siue deus aliq; siue natura ademerat, siue eius loci quem incolebant situs, ignes tamen aderant, quo tum illis uti lumine licebat: isti autem quos tũ probas, tantis offusis tenebris ne scintillam quidem ullam nobis ad asperiendum reliquerunt.

Cincinnatvs, a, um. post. 206 b, Quo ultu cincinnatus ganeo patriæ preces repudiauit. & pro Se. 8 a, Cincinnatus cõsul. alias, Cirratus. de Fin. 66 b, Maiores nostri ab aratro adduxerũt Cincinnatum illum ut dictator esset.

Cincinnvs, ni. capillus ad ornatum intortus. de Orat. 151 a, Atque eo citius in oratoris aut in poetæ cincinnus aut fuco offenditur, quod, &c. I. P. 84 b, Erant illi cõpti capilli & madentes cincinnorum fimbriæ.

Cincinnatvs. pro Sest. 8. a.

Cincinnatvs, pro cometis, aut crinitis. de N. 28 b.

Cingo, is. coerceo. pro Milone 101 b, Non enim corona consensus uester cinctus est, ut solebat. pro Fla. 151 b, Regio quæ mari cincta est. de Na. 79 a, Diligentius q; urbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis. Att. 66 b, In campo Martio septa marmorea sumus & tecta facturi, eaq; cingimus excelsa porticu. de Prou. 75 a, Asia nunc nouis prouincijs cingitur. L. Pomp. 9 b, Sicilia multis undiq; cinctæ periculis. in Verrem 229 a, Gorgonis os cinctum anguibus.

Cingvlvm, li. opp. Att. 111.

Cingvlvs, li. zona. de S om. 126 b, Cernis terram quasi quibusdam redimitam cingulis, è quibus duos maximè inter se diuersos uides, &c.

Cinis, is. pro Quint. 8 a, Eum obsecrauit per fratris sui mortui cinerem. I. V. 99 a, Cur huic dolorem cineri eius amarosibus inusisti? I. A. 205 b, Sceleratũ dedisse pœnas cineri atq; ossibus clarissimi uiri. ad Heren. 26 b, Nisi miseranda patriæ uiderint cinerem.

Cinna, æ. de Natur. 76 a, Cur tot ciuitatis principes à Cinna interempti? Attic. 106 a, Nec in cæde principium clementior hic erit quàm Cinna.

Circa, circum. Attic. 60 b, Nostram ambulationem, & ea quæ circa sunt, uelim cũ poteris, inuisas. Ep. 134 a, Ex literis tuis intellexi perspectum tibi esse animum meum circa curam ualetudinis tuæ. I. V. 192 a, Aiebat multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se baberet. cõtra Rul. 64 b, Cum Rullus Capuam & urbes circa Capuam occupari.

Circe, ces. magna. de Nat. 69 a, Circe & Pasiphe è perfido Oceani filia natæ, patre Sole. de N. 70 b, Solem Colchi Aceta & Circen procreasse, Off. 23 a, Vlysses in illo error e diuturno mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt) inseruiuit.

Circeienses. pop. de N. 69.

Circenses ludi. I. V. 207.

Circevs, a, um. in Ver. 63 b, Sed repentè ex homine tanqui aliquo Circeo poculo factus est Verres.

Circei, orum. locus. At. 191 b, & 242.

Circiter. ad, non multo secus, propè, ferè. Epis. 33 b, Circiter Idus Quintiles puto me ad Iconiũsfore. Atti. 25 a, Nos circiter Cal. in Formaiano erimus. & 195 a, Pansa circiter calẽdas affuturꝰ vr. I. A. 175 a, Hora diei decima ferè ad Sexa rubra uenit. pro Cl. 40 b, Cùm annos ad XL. natus esset.

Circvitio, nis. circũscriptio, anfractus, periphrasis, ornamentum oratorum. de Diu. 116 b, Epicurus circuitione quadam Deos tollens rectè, non dubitat diuinationem tollere. ad Her. 342, Circuitio est oratio rem simplicem assumptam circunscribens elocutione. de D. 134 b, Iam uerò quid opus est circuitione & anfractu? ut sit utendum inter pretibus somniorum, potius quàm directo? deus siquidem nobis consulebat, hoc facito, hoc ne feceris diceret, &c.

Circvitvs, tus. conuersio, periodus, comprehensio & ambitus uerborum. de N. 35 b, Circuitus solis orbium cõuersionem conficiunt annuam. de So. 127 a, Cum hi duo numeri circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint. de Vn. 210 a, Nox igitur & dies unum circuitum orbis efficit. de Ora. 160 b, Modõne circuitus uerborum sit aut breuior quã aures expectent, aut longior quàm uires atque anima patiatur. Or. 104 a, Circuitus continuatioque uerborum. Or. 217 a, Circuitus orationis, quam Græci περίοδον nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circũscriptionẽ dicimus. de Or. 161 b, Cùm illi ueteres circuitum & quasi orbem uerborum conficere non possent, terna aut bina, aut nonnulli singula etiam uerba dicebant. de Or. 460 b, Oratio conuersiones habeat absolutas.

Circvlator, oris. circunforaneus homo, uulgaris, uagus, sordidus, quem Hor. cyclicum dicit. Ep. 164 b, Circulator quidam actionum notissimus. Pollionis.

Circvlo, as. de Clar. 182 b, Oscitãs. iudex, loquens cum altero, nonnunquam etiam circulans. id est, caput modò huc, modò illuc, quasi in circulum agens.

Circvlvs, li. orbis, forma plana in orbem acta, gyrus, rotundus ambitus, corona hominum colloquentium. de N. 35 a, Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis globus (sic enim σφαῖραν interpretari placet) ex planis circulus aut orbis, qui κύκλος Græcè dicitur. de Som. 128 a, Stellæ circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. & ibid. Orbis lacteus & circulus lacteus. de Orat. 98 a, Si quæcunque patremfamilias arripuissetis ex aliquo circulo, eadem uobis respondisset. Att. 33 Sermo in circulis duntaxat, & in conuiuijs est liberior quàm fuit. Qu. Fr. 3 24 a, Cato diruptis tabellis de circulo se subduxit. de Fin. 138 a, Quosdam uidemus cùm nõ habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos aut semicirculos consectari.

Circvm, circa. In Verr. 143 a, Is prætorem circum omnia sorasectebatur. Att. 130 b, Si Cæsar circum isthæc loca commorabitur. de Opt. 243 b, Templa quæ circum forum sunt. Ac. 31 a, Nicetas censet terram circum axem se summa celeritate conuertere. Att. 144 a, Si qui circum eum sunt omnia postulantes. de N. 12 a, Versari circum axem cœli. At. 129 b, Ea copia, quam Capuæ & circum Capuam cõparastis, & 123 b, Volo circum uillulas nostras errare. contra Rul. 64 b, Vrbes, quæ circum Capuam sunt. pro Q. 4 a, Tũ Nęuius pueros circum amicos dimittit.

Circvncirca, Ep. 50 a, Cœpi regiones circuncirca prospicere. Sulpitij.

Circvncvrso, as. Ep. 95 b.

Circvmmeo, is. circuo, eo circum, circundo. Epistol. 121 a, Furius & Lentulus unà nobiscum circumierunt. At. 236 a, Antonij consilia narrabat, illum circumire ueteranos. I. A. 250 a; Qui se totius belli fructibus circumiri quàm illum progredi maluit.

Circvmligo, as. implico, complico. de Diuinat. 122 a, De Roscio potest illud quidem esse falsum, circumligatus fuerit angui.

Circvmlitvs, ta. unctus, & inductus. Tusculan. 171 b, Cera circumlitus.

Circvmluvio, onis. de Orat. 96 a, Alluuionum & circumluuionum iura.

Circvmpedes, serui. in Verrem 95 a, Circumpedes homines formosi, & literati. I. A pedibus, & Pes.

Circvmplector, eris. circumplico. I. A. 248 a, Qui domini patrimonium cõplexus quasi thesaurum draco, agri Lucani possessiones occupauit. de Vni. 199 a, Eoq; motu undique est eos circumplexus.

Circvmplico, as. circumplector. de D. 121 a, Si anguis uectem circumplicasset. & ibi. Si anguis uectem circumuectus fuisset. de Diu. 90 b, Bellua uasta & immanis circumplicata serpentibus. & 97 a, Puer circumplicatus serpentis amplexu.

Circvmpotatio, nis. cum pocula de manu in manu traduntur, & in circuitum redeunt. de Leg. 182 a, Hæc præterea sunt in legib. de unctura, quæ seruilis unctura tollitur, omnisque circumpotatio.

Circvmretio, tis. implico, impedio, inuoluo. I. V. 266 b, Cum te implicatum seueritate iudicum, circumretitum frequentia populi Romani esse uideam.

Circvmrodo, dis. arrodo. Attic. 57 b, Dudum circumrodo, quod deuorandum est.

Circvmvallo, as, obsideo, circumuenio, munio. Atti. 148 a, Mihi epistola affertur a Lepta, circumuallatum esse Põpeium.

Circvmvectio, nis. de Vn. 200 a, Solis circumuectio, &c. & Att. 32 a, Portorium circumuectionis.

Circvmvectvs, ctus. de Natur. 39 a, Aether qui tenero terram circumuectu amplectitur.

Circvmveho. his. circumduco, circumporto. de D. 121 a, Si anguis domi uectem circumuectus fuisset. & ibid. anguis uectem circumplicasset.

Circvmvenio, nis. decipio. Ep. 59 a, Nunc uideo illum circumuentum, me defertum. de Cl. 188 b, Circumuenior, inquit, iudices nisi subuenitis. pro Q. 17 b, Acerbum est ab aliquo circumueniri. Anteq. 194 a, Subitò ipsi simili periculo circumuenti, &c. I. V. 203 a, Tua te Messana circumuenit. Tusc. 159 b, Aliquis iudicio iniquorum circumuentus. de Cl. 168 b, Quia quasi committeret contra legem, quo quis iudicio circumueniretur. pro Cluen. 19 b, Innocentem pecunia circumuentum esse. pro C. 13 b, Aliquem iudicio oppressum & circumuentum esse innocentẽ. Off. 43 b, Subuenire alicui, qui potentis alicuius opibus circumuenirì urgerique uideatur. pro Quin. R. 49 a, Quem per arbitrum circumuenire non posses.

Circvncido, dis. amputo, reseco, demo, aufero. de Oratore 90 b, Licet hinc quantum cuique uidebitur, circũcidat atque amputet. Acad. 33 a, Testatur sæpe Chrysippus treis solas esse sententias quæ defendi possint de finibus bonorum, circuncidit & amputat multitudinem. de Fin. 134 a, Ars agricolarum quæ circuncidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur. & 58 a, Amputata circumcisaque inanicate omni & errore.

Circvncirca, ab omni parte, undique. Ep. 50 a, Cœpi regiones circuncirca prospicere. Sulpitij. I. V. 225 a, Locus omni aditu circuncisus atque diremptus.

Circvnclvdo, dis. I. C. 98 b, Mea diligẽtia circunclusus cõmouere te contra rempub. non potuisti. & 107 a, Si Catilina meis consilijs circunclusus pertimuerit.

Circvndatvs, a, um. de Som. 129 b, Terra quasi quibusdam redimita & circundata circulis.

Circvndo, as. cingo, sepio, uallo, stipo, circunsepio, circunfundo, uestio, circumueho, circumplico, circumligo circunnijcio. de Orat. 108 b, Tu autem exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circundedisti. pro. Qu. 6 a, Si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipse circundedi. pro. Fl. 152 b, Regio, quæ insulis circũdata esset. de D. 136 a, Inuenit auri aliquantum, idque circundatum argento. I. C. 111 a, Tectis omnibus subiectos propè iã ignes circundatosq; restrinximus. I. C. 119 b, Cæsar illis horribiles custodias circundat. I. P. 99 b, Milites ignes circundederunt. I. P. 90 a, Oẽs ad eam domum profecti sunt, cædere ianuã saxis, ligna & sarmenta circundare. & 92 b, Obsessum te dicis, ignẽ allatum, sarmenta circundata. Tuf. 239 b, Cum fossam latã cubiculari lecto circundedisset. Ep. 245 b, Oppidũ uallo & fossa circundedi. de Vn. 168 b, Deus animum uestiuit corpore & circundedit extrinsecus. & ibid. a, Deus totã figuram mundi omni leuitate circundedit.

Circvndvco, cis. I. A. 179 b, Vt uexillum uideres, & aratrum circunduceres.

Circvnfero, fers. circungesto. I. V. 129 b, Quæso codicem circunfer, ostende. pro Cor. 57 a, Cum ipsius tabulæ circũferentur inspiciundi nominis causa. de Orat. 159 b, Sol circunferitur ut accedat ad brumale signum &c.

Circvnflo, as. I. V. 169 a, Circunflari ab omnibus uentis.

Circvnfluo, is. abundo. I. V. 149 b, Circunfluere & abundare omnibus rebus. pro Mur. 136 a, Circunfluere colonorum Aretinorum exercitu. de Am. 196 a, & Parad. 116 b, Circunfluens omnibus copijs, Att. 36 a, Ille noster amicus semper

semper in laude uersatus circumfluens gloria.

CIRCVNFORANEVS, a, um, qui circum forum spaciatur uenditans aliquid. pro Clu. 25 b, Clodius pharmacopola circunforaneus, qui properaret, cui fora multa restarent. Att. 23 a, Tusculanum & Pompeianum uale me delectant, nisi quo dime ere nõ Corinthio, sed hoc circunforaneo obruerint. de D. 108 a, Astrologi de circo, uicani aruspices. l. Circulator.

CICVNFVNDO, dis. de Natur. 29 b, Terram crassissimus circunfundit aer. de Som. 129 b, Terra circunfusa illo mari, quod Oceanum appellatur. de Vn. 198 a, Neque erant aræ circunfusa extrema mundi. pro Mil. 115 a, Pompeius in illis publicorum præsidiorum copijs circũfusus sedet. Acad. 30 b, Latent omnia crassis circunfusa tenebris. & 12 b, Circunfusus luce.

CIRCVNIICIO, cis. de Vn. 199 b, Sic animus à medio profectus extremitatem cœli à suprema regione rotundo ambitu circuniecit.

CIRCVNGESTO, as. circunfero. Qu. Fr. 300 b, Eam epistolam T. Catienus circungestat.

CIRCVNSCRIBO, bis. definio, determino, concludo, constituo. pro Rab. 96 b, Exiguum nobis uitæ curriculum natura circunscripsit, immensum gloriæ. pro Arch. 191 a, Si quibus regionibus uitę spacium circunscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas. I. V. 206 b, Ille se fluuio Rubicone CC. Mil. circunscriptum esse patiatur? I. A. 218 a, Virgula stantem circunscripsit, dixitque ut responderet, &c. priusquam ex illa circunscriptione excederet. Oct. 330 a, Cur immemor beneficij sui sceleratè circunscribis senatum? Parad. 129 a, Exilium terribile est illis, quibus circunscriptus est habitandi locus. de Fin. 129 b, In hunc orbem, quem circunscripsimus, incidere nõ possunt. pro Sest. 22 a, Sed genus uniuersum breui circunscribi ac definiri potest. de Or. 91 a, Orator nullis terminis circunscribit aut definit ius suum. Ar. 170 b, Aut addita causa, si forte Trib. ple. S. C. circũscriptus, aut sublatus, aut expulsus sit. de Ora. 89 b, Quasi certarum rerum forensibus cancellis circunscripta scientia. & 114 b, Sed ita ut circunscripta modicis regionibus. & 216 b, Ante enim circunscribitur mente sententia, confestimq; uerba concurrit. Pro circunducere. & pluribus declarare. ad Her. Circuitio est oratio, rem simplicè assumptam, circunscribens elocutione. pro reijcere & excludere. In V. 138 b, Itaque uno genere opinor circunscribere habetis in animo genus oratorum, quod eos infenso animo uenisse dicatis, quia fuerit in decumis iste uehementior. I. V. 84 b, Quamobrem hoc omni tempore Syliano ex accusatione circunscripto, legationem eius præclaram cognoscite. de Finib. 96 b, Circunscriptis igitur ijs sententijs, quas posui, relinquitur, &c. I. A. 205 a, Parata de circunscribendo adolescente sententia consularis. pro Mil. 119 a, Senatus credo prætorem eum circunscripsisset. & ibi, An cõsules in prætore coercendo fortes fuissent? Pro circunuenire, decipere. pro Quint. Ros. 49 a, Dic non te ab Roscio HS. LIII circũscriptum esse. Acad. 12 b, Alterum est, quod fallacibus & captiosis interrogationibus circunscripti ac decepti quidam, cum eas dissoluere non possunt, deiciunt à ueritate.

CIRCVNSCRIPTE, definite, paucis, breuiter. de Natur. 55 b, Singulas res definimus, circunscripteq; complectimur. In Orat. Circunscripte numeroseq; dicere. Ibid. Circunscriptè disserere.

CIRCVNSCRIPTIO, onis. definitio, circuitio. de Nat. 6 a, Aeternitas, quam nulla temporis circunscriptio metiebatur. de Cl. 167 b, Natura ipsa circũscriptione quadã uerborum comprehendit concluditq; sententiam. Pro fraude & deceptione. pro Clu. 26 b, Cum omnis ab his fraus omnes insidiæ circunscriptionesq; adolescentium nascebãtur. Orat. 64 a, Circunscriptio adolescẽtium, lege Plectoria erat uindicata. pro Fl. 161 a, Aperta circunscriptio. Or. 212 a, Circunscriptio etiam periodum significat. l. Periodus.

CIRCVNSCRIPTOR, oris. In Cat. 205 b, Quis testamentorum subiector? qui circunscriptor inueniri potest? qui se, &c.

CIRCVNSCRIPTVS, a, um. de Orato. 200 a, Arguti certiq; & circunscripti uerborum ambitus. ad Herenn. lib. 4. Demus

operam, Quirites, ne omnino patres conscripti circunscripti putentur. Si forte Tribunus plebis Senatum impediens, aut populum incitans notatus, aut senatusconsulto circũscriptus aut sublatus, aut expulsus sit, &c. Att. lib. 7. Assumus quoque eam partem, sed ita ut sit circunscripta modicis regionibus, 2. de Ora. Quasi certarum rerum forensibus cancellis circunscripta scientia, 1. de Orator. Spacium uitæ circũscriptum, pro Arch. Quamobrem omni tempore Syliano ex accusatione circunscripto, legationem eius præclaram cognoscite, 3. Ver. Fallacibus & captiosis interrogationibus circunscripti atque decepti quidam, &c. 4. Acad. Circunscriptis igitur his sententijs, quas posui, & his quæ similes earum sunt, 3. de Finibus. Id est, sublatis, inductis, obliteratis.

CIRCVNSECO, cas. circuncido. pro Clu. 55 b, Seruula, qua illud potuit circunsecari.

CIRCVNSEDEO, es. circunsideo. Attic. 242 a, Circunsedemus copijs omnibus. I. A. 206 a, Cum Antonius Brutum oppugnet, Mutinam circũsedeat. & 213 a, Qui Mutinam circũsedent. pro Deiot. 148 a, Cæsarem in castello circunsedi, ad Herenn. 31 b, Circunsederi ab hostibus. Ar. 225 b, Cum ab eo Catilius circũsederetur. I. A. 164 a, Senatum ab hostis circunsederi. Att. 156 a, Qui filios miserunt ad Cn. Pompeium circũsedendum. Epistol. 112 a, Ipsum apud bellum cos circũsederi interclusum ab reliquo exercitu. In Antonium. 199 b. Ne coloniam circunsedeat.

CIRCVASEPIO, pis. circundo. Oct. 320 a, Cohortibus armatis circunseptus Senatus. de Ar. 254 b, Vos ijsdem ignibus circunsepti.

CIRCVNSESSIO, onis. obsessio. In Verr. Act. 3. Circunsessionis caussam & culpam in alios transferre.

CIRCVNSESSVS, a, um. I. C. 118 b, Horum hominum lachrymæ à quibus me circũsessum uidetis. I. A. 244 a, Semel circunsessus lectis ualentissimorum hominum uiribus, cecidi. Sciens, &c. Oct. 330 b, Consul ab Antonio circunsessus.

CIRCVNSIDEO, des. circunsedeo, obsideo. Atti. 148 b, Populi Rom. exercitus Cn. Pompeium circũsidet, fossa & uallo ꝓtum tenet. In Antonium 199 a, Antonius circunsedit Mutinam. de In. 17 a, Quidam imperator ab hostibus circũsidebatur. In Verr. 93 a, Populus qui te circunsedit.

CIRCVNSISTO, circundo. In Verr. 264 b, Lictores circũsstunt ualentissimi.

CIRCVNSONO, as. Off. 53 a, Conducere arbitror talibus rebus tuas undique circunsonare.

CIRCVNSPECTIO, onis. accurata consideratio. Acad. 10 b, Sin ex circunspectione aliqua & accurata consideratione quod uisum sit, id se dicens sequi, tamen exercitum non habebunt.

CIRCVNSPECTO, as. circunspicio de Nat. 51 a, Bestiæ in pastu circunspectant, in cubilibus delitescunt. ad Heren. 35 b, Iste aspectu rapido circunspectans huc & illuc I. P. 101 a, Circunspectant omnia, quicquid increpuerit, pertimescunt, diffidit rebus suis Tusc. 163 b, Dubitans, circunspectans hæsitans.

CIRCVNSPECTVS, ctus. In A. 244 b, Facilis est circunspectus unde exeam, quò progrediar, quid ad dextram, quid ad sinistram sit.

CIRCVNSPICIO, cis. omnia oculis collustro, accuratè considero. Epistol. 70 a, Circunspice omnia membra reip. quæ notissima sunt tibi, &c. de N. 34 b, Oculi altissimum locum obtinentes plurima circunspiciunt. de Diu. 123 b, Ille autem suspicit nec circunspicit. de Or. 136 b, Multa in causis circunspiciẽda sunt, ne quid offendas, ne quò irruas. pro Q. 18 a, Omnia circunspexi, omnia periclitatus sum, &c. contra Rul. 64 a, Vt circunspiciamus omnia, quæ populo grata sunt, nihil tam populare quàm pacem reperiemus. pro Syl. 108 a, Circunspicite paulisper, mẽtibus uestris hosce ipsos homines, qui, &c. contra Rul. 64 b, & 75 a, Atq; illud circunspicite uestris mentibus, &c. Epistol. 12 a, Circunspectis rebus omnibus rationibusq; subductis summam feci, &c. Orato. 204 a, Quid deceat, circunspicietur, Parad. 131 b, Nunquam homo amentissime te circunspicies? nunquam quid agas considerabis? I. C. 18 b, Quare P. C. incumbite ad salutem reip. circunspicite omnes procellas, quæ, &c. Off. 12 b, Hæc igitur circunspicienda sunt in omni officio

&c. Quint. Frat. 291 b, Sed est circunspiciendum diligenter, ut in hac custodia prouinciæ omnes ministros imperij tui reipubu. quæstare uideare. de Orator. Conuerte animum, & ea ipsa artium genera circunspice, pro Quin. Ros. 45 b, Vsque adeò ne te diligis? & magnificè circunspicis? ut, &cæ.

CIRCVNSTO, as. circundo, circumsisto. I. A. 228 b, Noctes & dies omnia nos undique fata circumstat. I. V. 75 a, Circumstant te summæ autoritates, quæ te obliuisci laudis domesticæ non sinant. I. C. 101 b, Cæteri ciues qui circunstant se natum. Att. 11 a, Credo te ex accalmatione Clodij aduocatorum audisse quæ consurrectio iudicum facta sit, ut me circunstiterint, ut apertè iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. I. C. 103 b, Definant insidiari domi fœæ cõsuli, circunstare tribunal prætoris urbani, obsidere cũ gladijs curiam. Aca. 22 b, Ceruleæ incinctæ igni incendunt, circunstant cum ardentibus tedit. ad Her. 41 a, Si à rebus consequentibus, aut circunstantibus non recedemus.

CIRCVNVESTIO, stis. de Ora. 157 b, Quando quidem iste circunuestit, dictis sepit sedulò: id est, occultat ne id quod agitur, possit intelligi.

CIRCVEO, is. circumeo. pro Cecin. 303 a, Cecinna cum circuiret prædia, uenit in istum fundum. Epistol. 162 a, Cum equites nostrum cornu circuire uellent. & ibidem b, Milites ab equitatu circuibantur. Attic. 236 a, Sed tamen, Antonij consilia narrabat, illum circuire ueteranos, ut acta Cęsaris sancirent.

CIRCVS, ci. in quo populus ludos spectans considebat, circulus. de L. 177 b, Ludi publici sunt cauea circoque diuisi. pro Mur. 141 a, Vt locus in circo, & in foro daretur amicis & tribulibus. & ibi. b, Qui in circo totas tabernas tribuliũ causa comportarunt. I. A. 181 a, Nescis heri quartum in circo diem ludorũ Romanorum fuisse? Att. 8 b, & Postq. 207 b, Res agebatur in circo Flaminio. de D. 92 a, Seruus per circum cum uirgis cæderetur, furcam ferens, ductus est. In Arat. Candens circus: id est, lacteus circulus.

CIS, citra. Epi. 37 b, Dioeceses, quæ cis Taurum sunt. Att. li. 7. Quo ad hostis cis Euphratem fuit.

CISALPINVS, na. pro Pomp. 10, Cisalpina Gallia.

CISIVM, sij. genus uehiculi, quo quis citissimè uehatur. pro S. Ros. 21 b, Hic decem horis nocturnis, sex & quinquaginta millia passum cisijs peruolauit.

CISTA, æ. fiscina, canistrum, arca. In Verr. 192 b, Quaternos HS. quos mihi Senatus decreuit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in cistam tranferam ex fisco. ad Her. 4 b, Pontes disturbat, cistas deijcit.

CISTELLA, læ. ad Her. 4 b.

CISTOPHORVS, ri. Asiatici nummi genus. Ar. 170 b, Ego in cistophoro in Asia habeo ad HS. bis & uicies, & 26 b, & 32 a, pro Do. 223 b, Vt si in Asia cistophorum flagitaret, &c.

CITARINI. pop. qui apud Plinium Citarij. I. V. 170 a.

CITERIOR, us. propinquior. de L. 184 b, Atque ut ad citeriora & notiora nobis ueniam, omnes gentes, &c. Epi. 24 b, Solicitus equidem eram de reb. urbanis, ita tumultuosæ conciones quinquatrijs afferebantur: nam citeriora nondum audiebamus. Tusc. 242 a, Hæc ille intuens, &c. quãta rursus animi tranquillitate humana & citeriora considerat? de Pro. 76 b, Gallia citerior.) (. Gallia ulterior.

CITERIS, dis. famosa mulier. Ep. 143 a.

CITERIVS, id est M. Antonius à Citeride amica. Att. 148.

CITHARA, æ. lyra. ad Her. 39 a, Citharam tenens exornatissimam, auro & ebore distinctam.

CITHARISTA, æ. qui cithara tantum pulsat, non canit. I. V. 86 b, Aspendius citharista. I. A. 197 b, Saltatores, citharistæ, &c. de D. 113 b a.

CITHAROEDVS, di. qui cithara pulsat & canit. Tusc. 250 b, Ad uocem citharœdi non audiunt, ne stridorem quidem ferræ, tum cum acuitur. pro Mur. 130 b, Vt aiunt in Græcis artificibus eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerunt. de Or. 138 b, Tanquam citharędi prooemium afflictum, nõ sit orationis exordium.

CITIEVS, a. Tusc. 235 a.

CITIEAS, atis. de Finib. 118 b, Postea tuus ille Pœnulus (scis enim Citieatas clientes tuos à Phœnicia esse profectos) Hæc est uera eius loci lectio.

CITIMVS, siue Citumus, a, um. proximus, super) (. Vltimus. de Som. 128 a, Luna ultima cœlo, citima terris. & de Vn. 199 a, Hanc autem citimam à media linea direxit ad læuam. de Rep. lib. 1. Teste Nonio, Quare, si placet, deduc orationẽ tuam de cœlo ad hæc cituma.

CITIVS, potius, ocyus. Offi. 12 b, Vt uicinum citius adiueris quàm fratrem, &c. de Or. 99 a, Citius hercule is, qui duorum scalmorum nauiculam in portu euerterit, in Euxino ponto Argonautarum nauem gubernabit. I. A. 165 a, Citius dixerim iactasse se aliquos, &c. quàm ut quisquam cælare uellet. Att. 28 a, Orbis hic in rep. est conuersus, citius omnino quàm potuit, id culpa Catonis. Tuscul. 227 a, Citius que repentinus oculorum tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. de Clar. 186 b, Eam citius ueteratoriam quàm oratoriam diceres. I. V. 213 a, Vox me citius defecerit quàm nomina. Epistol. 41 a, & 61 b, Ego autem citius cum eo ueterem coniunctionem diremissem, quàm nouam conciliassem.

CITÒ, celeriter, maturè, quamprimum, sine mora, breui tempore, quàm mox.) (. Tardè. Epistol. 127 b, Puto citò me ad te esse uenturum. Att. 52 b, Ego te, ut scribis, citò uidebo. Epi. 264 a, Si diligentiam, quam instituisti, adhibueris, citò firmus eris. Att. 54 b, Orationem tibi, etiam si non desideras, mittam citò. de Clar. 189 a, Sed neque uerbis aptiorem citò alium dixerim. & ibid. Quem tu non tam cito rhetorẽ dixisses, quàm politicon. de Ora. 156 a, Qui non citò quid discit, nunquam omnino posse perdiscere. Item Hæc res uidetur habitura celerem satietatem: id est, citò satietatem afferet. l. Satietas.

CITO, as. in ius uoco, adesse iubeo, diem alicui dico, laudo. pro Clu. 27 b, Cognoscite nunc ita reum citatum esse illũ ut re semel atque iterum præiudicata condemnatus in iudicium uenerit. In Ver. 128 b, Citat reum, nõ respondet: citat accusatorẽ, &c. In Verr. 61 a, Quo die citato reo mihi dicẽdum est. pro Mil. 111 b, Tota denique rea citaretur Hetruria. in Verr. 79 b, Quo die primùm iudices citati consedistis. & 116 b, Iudices citari iubet. & 80 a, Testium tanto numero citato, & 138 a, Primùm igitur in hanc rem testẽ totam Siciliam citabo. de Finibus. 77 b, Cum datis testibus alij tamen citarentur. pro Quin. 6 b, In hac re te inquam testem Nævi. citabo. pro Dom. 230 a, Ego, qui nunquam sum à Trib. pl. citatus. pro Sest. 10 b, Cum equester ordo reus à cõsulibus citaretur. Anteq. 103 a, Non citatur reus audaciæ, uirtutis reus citatur. Offi. 14 a, Citeturq; Salamis clarissimæ testis uictoriæ. Post. 211 a, Nominatimque alij citabantur, alij relegabantur. pro Dom. 222 b, Qui neq; adesse sit iussus, neque citatus. & 225 b, Non citatus affui. In Vat. 35 b, Edixit Mummius prætor ex ea lege, ut adesset tricesimo die, qui cum uenisset, &c. pro Rab. 97 a, Omnes hi abs te capitis C. Rabirij nomine citantur: id est, accusantur. pro Flac. 153 a, Citat præco maxima uoce legatos Aemonenses. de N. 20 a, Tu ipse paulò antè cum tanquam sẽnatum philosophorum citares, summos uiros desipere dicebas. de Fin. 68 a, Omnes Danai aut Nycenenses Attica pubes, reliquique Græci, qui hoc Anapæsto citantur. pro Fl. 163 b, Tu illo absente autore laudato tantum te crimẽ probaturum putasti? id est citato.

CITRA, cis. Epistol. 257 b, Is locus est citra Leucadem stadia CXX. Attic. 356 a, Erat tum Brutus cũ suis nauibus apud Heleram fretrum citra Velam. I. A. 206 b, Vt exercitum citra flumen Rubiconem educeret. Ora. 202 a, Vocis sonus non est à postrema syllaba citra tertiam.

CITREVS, a, um. ut mensa citrea. I. V. 208 a.

CITRO. l. Vltro citroque.

CITVS, a, um. celer, maturus. de Orat. 163 a, Vox cita, tarda, acuta, grauis. pro Dom. 226 a, Videbam celerem mihi reditum fore. Qu. Fr. 209 a, Ego tibi spem maturæ decessionis afferebam.

CIVARO, onis. oppidum. Ep. 158.

CIVICVS, a, um. pro Plan. 274 b, At id etiam gregarij milites faciunt inuiti, ut coronam dent ciuicam & se ab aliquo seruatos esse fateantur. & I. P. 80 b, Corona ciuica.

CIVILIS, le. pro Font. 279 b, Crassus ex ciuilibus studijs absque obtrectatione domestica Marcello inimicus. de Of. 30 a, Aliquid contra morem cõsuetudinemque ciuilem facere.

Attic.110 a,Ciuile bellum,quod ex ciuium dissensione oriretur.contra Rul.84 a,Domestica externaq; bella.pro Cecin.299 a,Ciuilis ac publica lex.In Verr.57 b,Ciuilis actio & priuatum ius.de Ora. 101 a,Ius ciuile.& I.A.219 b,Pax ciuilis.de In.1,Ciuilis ratio multis & magnis ex rebus cõstat:idest,politia.pro Deio.Ciuilis uictorias.pro Mil.Ciuile odium.Ep.li.13.Ciuilis sanguinis odio.de Na.li.2.Quasi ciuili conciliatione & societate inter se coniunctos.Epi. lib.11.At pro ciuili parte debeo Remp.uelle saluam. Natij Att.lib.14.A ciuilibus castris abhorrere. L.Politicus.

Civiliter,ex iure ciuili. Offi.8 b,Vt cum ciuiliter contendimus.

Civis,uis.municeps,popularis,liber.Ciuis amãtissimus Rei pub.pro Flac.Vir quietus & ciuis bonus,10 ad Att. Cæsaris.Graui & fortis ciuis, & in Reipub. principatu dignus, bella ciuilia fugiet atque oderit,tradetq; se totum Reipu. neque opes aut potentiam consectabitur:totamque eam,sic tuebitur,ut omnibus consulat,Offic.1.In cuie excelso atq; homine nobili, blanditiam,ostentationem,ambitionem,eã esse leuitatis,de Repub.li.4.teste Nonio. Ciuis improbus, Tuscu,q.lib.4.Perditus ciuis, 2.in Cati.lib.7. Eques Rom. ex hac urbe,ciuis huius Reipub.pro R.P. 129 b.Ciuis Romanus sum,10 Fam.Pollonis.Ciuis seditiosus & inutilis, Offi.2.Romana ciuis,pro Corn.Bal.Ciuis boni summa ratio & æquitas est,commoda ciuium defendere,non diuellere,atque omnes æquitate eadem continere,Off.2.De ciuis capite,nisi per maximum comitiatum, ollosque, quos censores in populi partibus locassint,ne ferunto,3.de Legib.Quid ciui bono magis conuenit, quàm abesse à ciuibus controuersijs,10.ad Attic.Cæsaris.Nihil ciui aut serò, aut exigue à patria tributum potest uideri,10.Famil.Planci. Cum se non popularem alicuius loci ciuem, sed totius mundi agnouerit,1.de Leg.Asciscere ciuem,pro Cor.Bal. Apud Segestanos repertum esse Iudices fcitote neminem, neque liberum,neque seruum,neque ciuem ; neq; peregrinum,qui illud signum auderet attingere,6.Ver.Postremò solum ciuem,solum liberum:insipientes omnes peregrinos exules,seruos,furiosos:&c.4.Acad.Nam esse pro ciue,qui ciuis non sit,rectum est non licere,3.Offic. Ciues boni,amantes patriæ,9.ad Atti.Summi uiri & clarissimi ciues,1. in Catil.Debeo profecto, quantumcunque possum, in eo quoque elaborare,ut sint opera,studio,labore meo doctiores ciues mei, 1.de Finibus.Dabunt igitur mihi uenia mei ciues,uel gratiam potius habebunt,q. &c.2.de Diuin.Valeant,inquit Milo,ualeant ciues mei,sint incolumes,sint florentes, pro Milone.(Nostri ciues,2.de Diuinat.Serui mehercle mei si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes ciues tui: domum meam relinquendam putarem, 2 in Catil.Ciues Romani inuiti ciuitatem, aut libertatem non amittebant,pro Domo sua.Ciues seditiosi,Acad.quæst.ed. 1 libr. 2 Tum tu Iupiter, &c. hunc & huius socios à tuis aris,cæterisque templis, à tectis urbis ac mœnibus, à uita, fortunisque ciuium omnium arcebis,1 in Catil. Certè uerendum mihi non erat, ne quid,hoc parricida ciuium interfecto,inuidiæ mihi in posteritatem redundarer, 1 in Catil. Tenere iura ciuium, 1 in Catil. Neque ego, cui omnis ciuium libertas charissima fuisset, meam proiecissem, pro Rab.posth.Ceruices in carcere frangebãtur indignissime ciuium Romanorum, ut etiam illa uox & illa imploratio, Ciuis Romanus sum,&c.7.Verr.Salutẽ ciuium negligere, in Cati.Ciuium beata uita moderatori Reipublicæ ꝓposita est,8.ad Atti.Inferre famen ciuibus,Attic.lib.9. Ciuibus uictis ut parceretur,11 Fam.Matij. Ciuibus multa inter se sunt cõia,forum,fana,porticus,uiæ, leges,iura , iudicia,suffragia,cõsuetudines:præterea & familiaritates,multæque cum multis res rationesq; contractæ,Offi.1.Trade re uias optimarum artium ciuibus,2.de Diui.Ciues in Repub.tales esse solere,quales sint principes,1.Famil. Quòd meos ciues,& à me conseruatos,&c. seruis armatis obijci noluerim,ad Lentul.lib.1. Incolumes ciues relinquere,2. in Cati.Facinorosorum armis meos ciues meis consilijs periculisq; seruatos pro me obijci nolui,pro Mil.Quos quasi nouos & ascriptitios ciues in cœlum receptos putãt.3. de Natu.d.Colebatur à ciuibus , ab omnibus aduenis uisebatur,6.Verr.

Civitas,tis.ciuium multitudo unum in locum cõgregata, libertas.pro Sest.22 b , Conuenticula hominum , quæ postea ciuitates nominauerunt.de Som. Scip.127 b,Concilia cœtusq; hominum iure sociati,quæ ciuitates appellantur. Acade.34 b, Ego tibi prætor esse non uideor,quia sapiens non sum,ne hæc urbs, nec in ea ciuitas. Et ibid.Et Roma urbs,& eam ciuitas incolit.pro Murẽn.135 b,Homines in suis ciuitatibus,& municipijs gratiosi.pro Syl.172 a,Enim in qua ciuitate res tantas gesserim , memini & in qua urbe intelligo.de Orat.92 a, Instituere ciuitates , scribere leges.pro Flac.161 b,An honestior est ciuitas Pergamena, quàm Smyrnæ.pro Cor.60 a,Duarum ciuitatum ciuis esse nostro iure ciuili nemo potest.pro Cec.304 b, Cum ex nostro iure duarum ciuitatum nemo esse possit,tum amittitur hæc ciuitas denique,cum is qui profugit , receptus est in exilium:hoc est,in aliam ciuitatem.de Leg.170 a, Cato ortu Tusculanus fuit,ciuitate Romanus.pro Ar.186 b,Data est ciuitas Syllani lege & Carbonis,si qui fœderatis ciuitatib.ascripti fuissent,si cum cum lex ferebatur , in Italia domicilium habuissent,& si LX.diebus apud prætorem essent professi.& ibid.Heraclea,quæ esset ciuitas æquissimo iure.pro Dom.228 b,Nemo ciuis Rom.aut ciuitatem , aut libertatem potest amittere,nisi ipse autor sit factus.& 129 a,Nemo ciuitatẽ populi iussu unquam amittet inuitus.pro Cor.59 b,Seruos bene de rep. meritos persæpe libertate, id est,ciuitate publicè donari uidimus. & 55 b , Is furaturus esse ciuitatem,genus suum ementitus , in repsisse in censum dicitur.& 61 a,Defendo nullam esse ex omni regno terrarum ex qua nobis interdictum sit,ut ne adsciscere ciue, aut ciuitate donare possimus.& ibi . Ne quis inuitus ciuitate mutetur,ne ue in ciuitate maneat inuitus.pro Ar.190 a,Ego illum maiores nostri in ciuitatem receperunt.de L.170 a,Cato in ciuitatem Romanam susceptus est.& ibi.Patria est & illa in qua nati,& illa qua excepti sumus,de Cla.171 b,Donare aliquem ciuitate.de Or.100 a, Amittere ciuitatem.pro Cor.67 b,Perdere ciuitatem . Dicare se in aliqua ciuitatem.l.Dico,as.pro Arc.187 b,Largiri ciuitatem alicui.& ibid.Impartiri ciuitatem cuipiã. pro Cec.303 b,De iure ciuitatis & libertatis,deq; amittenda & ciuitate & libertate.& 304 a,& b.& pro Dom.228 b.

Civs,à Cio,uel Ceo insula.de Orat. 141 b. & 154 b.de Cl. 167 a.

Clades,dis.conflitus & calamitas.de Natu.27 b,Qui ruina classe deuicta magnam popul.Rom.cladem attulit. Attic. 118 b,Ignorare mihi uideris , hæc quanta sit clades de Cl. 196 b,Cursum ingenij tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis.

Clam,furtim,obscurè,ex occulto,occultè , cuniculis, in occulto stare.)(.Palàm.Act.238 a,Ibi bene ualente uidi Pyliam,quinetiam paulo clam ijs eam uidi,uenerat.n. fumus. in Sal.274 b,Timens ne facinora eius clam uos essent,Tu. 194 a,Qui propter auaritiam clam depositum nõ reddit, quod iniustitiæ.Epi.2 b,Vt in reb. ab intimis Põpeij clam exulceratis,deinde palam à cõsularibus exagitatis, ita esse famur.pro S.R.22 a,Multa palam domum suã auferebat, plura clàm de medio remouebat.pro Cec. 302 b, Nec tu, nec clàm,nec precariò possidere.Ora. 219 a,Clandestinis consilijs oppugnare aliquem.

Clamator,oris.de Orat.150 a,Clamatores odiosi ac molesti.de Cl.181 a,Vt intelligi possit quem existimen clamatorem,quem oratorem fuisse.

Clamatorivs.Q.F.lib.2.Clamatorium genus.

Clamito,as.pro Q.R.48 a,Supercilia illa olere malitiam, & clamitare calliditatem uidentur : Idest, præsertim Diuina.1 25 a, Quidam caricas Cauno aduectas uendere, Cauneas clamitabat.

Clamo,as.uociferor,clamorem edo,persoluo,clamorem facio,uoce contendo,clamorem profundo.pro Mur. 143 a, Ego quod facio,me omnium uestrum causa facere clamo, atq; testor.de Fin.78 a,Tum ipsum clamat uirtus beatior fuisse quam Thorium.I.V.215 a,Rex deos hominesq; contestans clamare cœpit,&c.Atti.97 a, Sed clamani tanquam admiratusq; sum,quod,&c.pro Dom.231 a,Hic igitur & quam possum maxima uoce dico.I. V.239 a , Cum , uehemenco,hoc de pecunia clamaret,in uincula coniectus est.pro

Lig.138 a,Quantũ potero uoce contendam , ut hoc populo Rom.exaudiat.pro Clu.24 a, Cum de suo & de uxoris interitu clamaret.de Fin.61 a,Clamat Epicurus nõ posse,&c. pro Qu.5 a,Clamabat porrò Quintius , se nolle,&c.

Clamor,oris.uociferatio.de Orator.97 a,Hæc sunt quæ clamores & admirationes in bonis oratoribus efficiunt.de Diuin.119 a,Bubulcus clamorem maiorem cum admiratione edidit.Attic.10 b , Clamor concursus fit . pro Flac.149 a, Psephismata nõ sententijs neque authoritatibus declaratæ, nec iure iurãdo astrictæ,sed porrigẽda manu profundẽdoq; clamore multitudinis concitata.de Orator.164 a,Acutissimus clamor .

Clamosvs,a,um.ad Her.20 b,Cõtinuatio est orationis enunciandæ acceleratio clamosa .

Clandestinvs,a,um.occultus.Or. 219 a , Cur clandestinis consilijs non oppugnant?pro Syl.173 a,Exercitus perditorum ciuium clãdestino scelere cõflatus.de Sen.85 a , Cum hostibus clandestina colloquia .

Clangor,oris tubarum cantus, & aquilæ , aliarum item auium uox.de Diuin.121 b, Nona super tremulo genitrix clangore uocabat.Tus.17 a,Iouis satellites,&c.Clangorem fundit uastum .

Clare,clara uoce,explicatè,enodatè,manifestè, planè,apertè,dilucidè,luculenter.Att.35 a, Cum apertè loquantur,& iam clarè gemant.

Clarivs.aduer.Epist.123 a,Quò propius ea contentio accedit,eo clarius id periculum apparet .

Clareo,es,eniteo.Offi.17 b,Ergo postque magisq; uiri nunc gloria claret.ex En.& de Sen.79 a,In Arat.Non potuit nobis nota clarere figura,& in eodem opere. Simili quia forma litera caret .

Clarisonvs,a,um. clarè sonans , canorus . In Arat.Hunoè. clarisonis auris aquilonis ad Astrum, &c.

Claritas , splendor, amplitudo, splendor nominis , altitudo fortunæ & gloriæ.Off.14 b,Horum sententia ad claritatem amplitudinemque aptior est.de Di.122 a , Miror deos immortales Histrioni futuro claritatem ostendisse, nullam ostendisse Africano.Epist.228 b,Quę quanquam ex multis pro tua claritate audiam tamen libentissimè ex tuis literis cognoscam.Acad.42 b, Claritas in uoce .

Clarivs,tia. à Claro insula & urbe , unde fuit Antimachus poeta,ut Ouid.testatur,& Cic. de Clar. Quod dixisse Antimachum Clarium petam ferunt . Sic enim legendum est , non clarum .

Claro,as.illustro,patefacio ostendo.de Di.84 b, Iupiter excelsa clarabat sceptra columna.poetæ.

Clarvs,a,um.planus,apertus , perspicuus, expressus,diluci dus,explicatus,illustris,euidens peruulgatus,nõ obscurus , in promptu,qui tanquam in clarissima luce uersatur,nobilis,insignis.de Som.127 a , Ostendebat autem Carthaginẽ de excelso & pleno stellarum, illustri & claro quodã loco . pro Cl.45 b,Clara uoce,ut omnes audire possint,dicere aliquid.pro Ce.289 a , Clara uoce imperare aliquid alicui . I.V.190 b,Clara res est toto orbe celeberrima atque notissima.ꝓ S.R.46 b,Ego quæ clara sunt consuetudine,diutius dicere non debeo.de Diu.110 a,Plurimis nostris exemplis usus es,& ijs quidem claris & illustribus.ꝓ R. P.126 a,Demetrius,ex doctrina nobis & clarus. de Ora.122 b,Vir gloria clarus,autoritate grauis.Amic.115 b,Virtutem alicuius posteris fore claram & insignem.de Sen.81 b,Clarus & honoratus uir.pro R. P. 129 Clarus & præpotens uir.de Or. 101 b,Amplissimus & clarissimus uir.Att.263 b, Clarissimus uir,id est,Cæsar.de Or.122 b,& 223 a,Tres nobilissimi & clarissimi philosophi.Tus.li.1.Clarę mortes pro patria oppetitæ. In Arato,Stellæ lumine claræ.

Classicvla,æ.Att.252 a, Cassius cũ classicula sua uenerat .

Classis.naues,nauigia multitudo. In Ver. 162 b,Naues quibus præfuerat,Cleomeni tradidit,clasi populi Rom.Cleomenem præesse iubet.pro Flac. 151 b , Hac classe M. Crassus ab Eno in Asiam , his nauibus Flaccus ex Asia in Macedoniã nauigauit.pro Pomp.5 a, Quis maximas ædificasset ornasset q; classes.Or.211 a, Duellius,qui Pœnos classe deuicit.I.A.231 b, Vt eum classes habere prohiberet .

Classis,ordo ciuiũ & distributio,pro modo sensus & dignitatis.pro Flac.149 a,Tributim & centuriatim descriptis ordinibus,classibũs,ætatibus,&c.I.A.176 a,Prima classis uocatur,renunciatur,deinde ut assolet,suffragia.Aca.32 a,Cleanthes qui quasi maiorum est gentium Stoicus . de Le.285 a,Pecunia ciuitatis ordines partiunto. Aca.10 b, Qui mihi cum illo collocati quintæ classis uidentur .

Clastidivn,dij.opp.Tus.219 b .

Claterna,næ.urbs.pro Mil.215 Epi.185 .

Clava,æ.teli genus.In Verr.222 a,Qui primò cum obsistere ac defendere conarentur , malè mulctati clauis ac fustibus repelluntur.de Sen.89 a , Habeant igitur alij sibi clauam, & pillam .

Claudicatio,onis.de Nat.17 b , In quo stante atque uestito apparet claudicatio non deformis . & de Orat.132 a.

Claudico,as.uacillo,altero pede nuto , non rectè incedo.de Or.131 b,Spurius Caruilius grauiter claudicans ex uulnere ob rẽp.accepto.& ibid.Num claudicat ? at hic clodicat . de Or.161 a, Sic uulgus , si quid in oratione claudicat,sentit.de N.22 b, Nec uos existum reperietis , res q; tota uacillat ac claudicat. de Cl.184 a,In quacunque enim una planè claudicaret,orator esse non posset. Or.213 b, Quid est cur claudicare aut insistere orationem malint? non cum sententia pariter excurrere.Offi.24 a, Vt constare in uitæ perpetuitate possimus nobismetipsis,nec in ullo officio claudicare.de Cl.185 a , Actio paulum cũ uitio uocis , tum etiam ineptijs claudicabat.de Fin.63 a,Qui uerentur ne si amicitiam propter nostram uoluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare uideatur.Tuscu.232 b,Item beatam uitam etiam si ex aliqua parte claudicaret , tamen ex multo maiore parte obtinere nomen fuum .

Claudo,dis.obstruo,oppilo.obturo,intercludo . ꝓ Flac.169 a,Cum L.Flacco portas tota Asia claudebat,Cappadocem aũt illum recipiebat.pro Dom.224 a, Cum edictis tuis tabernas claudi iubebas.I. A. 157 b , Forum sepietur,omnes claudentur ęditus.Epist.57 b,Et in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, me insinuabo.Offic. 44 a,Nec ita claudenda est res familiaris,ut eam benignitas aperire non possit.de Na.54 b , Palpebrę aptissimæ factæ,& ad claudendas pipillas,ne quid incideret,& ad aperiendas.Att.151 a,Cæsar claudere mihi uidetur maritimos exitus.Epist.287 a, Tuas res ignoramus,tanquam clausa sit Asia.& Tuscul.139 b,Claudere fores cubiculi. Ora.219 b, Claudere sententias numeris.Qu.Fr.312 a,Adhuc clausum mare scio fuisse.Or. 216 b , Comprehensio orationis clausa & terminata esse deber.

Clavdvs,di.altero pede læsus. de Nat.17 b , Claudum igitur habebimus deum:id est,Vulcanum.I.P.94 b , Iste claudus, quomodo aiunt,pilam tenere.

Clavicvlvs,li.uel clauicula,lię capreolus , seu pampinus in uite.de Nat.50 a,Vites clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt.de Sen.88 a,Vitis clauiculis tuis quasi manibus,quicquid id est nacta, complectitur.

Clavis,uis.pro Dom.218 a,Scilicet tu Sex. Clodio omnes horreorum claues lege tua tradidisti .

Clavstrvm , stri.quo aliquid clauditur, ualuæ , fores , loca clausa.I.V.253 a , Claustra urbis hostibus non committenda sunt.I.V.211 b,Effringi multorũ fores , reuelli claustra. contra Rul.64 b,Horreum belli sub signo & claustris positum & 83 b, Corinthus erat posita in angustijs Græciæ, sic ut terra claustra locorum teneret , & duo maria penè contingeret.pro Mur.127 b , Cùm ego claustra ista nobilitatis refregissem.pro Fl.152 a,Omnes urbes maritimas claustris imperij nostri contineri .

Clavsvla,æ. extrema cuiusque rei pars clausula dici potest, præsertimque membri in oratione,& uersus uerborum cõclusio,exitus,Attic. 92 b , Clausula est difficili in trahenda prouincia,sed hæc deus aliquis gubernabit.Epi.19 b,Quãobrem,quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est,utar ea clausula,qua soleo teque ad studium summæ laudis cohortabor.I.V.154 b,Clausula edicti.I.A.257 a , Veniamus aliquando ad clausulam,legatos uenire non credo . de Orator.131 a , Addidisti clausulam , tota Taracina,&c.de Orator.218 a,Pedem in clausula non solùm extremum pedem,sed etiam proximum superiorem, sæpe tertium etiam intelligere debemus.de Orator.159 b, Clausulas & interpuncta uerborum animæ interclusio & angustię

ſpiritus attulerunt. de Orat.159 a, Clauſulæ in orationibus interpunctæ. Orat.218 a, Clauſula numerosè & iucundè cadens. pro Cæl.51 b, Mihi ergo eſt etiam exitusnon fabulæ, in quo cum clauſula non inuenitur. fugit aliquis è manibus. de Cla.167 b, Verborum quaſi ſtructura & quædam ad numerum concluſio nulla erat. & ibid. Sententia aptis conſtricta uerbis cadit plerunque numerosè. & ibidem: Spiritu quaſi neceſsitate aliqua uerborum comprehẽſio terminatur.

Clavsvs, a, um. reconditus, ſub ſigno & clauſtris poſitus.)(. patens, apertus, promptus, expoſitus. pro Quin.17 b, Quintius fatetur ſe non ornare magnificè conuiuium, non habere domum clauſam pudori & ſanctimoniæ, patentem atq; adeò expoſitam cupiditati & uoluptatibus. in Ver.161 a, Nemo dubitat, quin eo ſit occiſus, quod habere clauſa non potuerit ſua conſilia. de Verre. & 234 b, Nullius domus clauſa contra tuam cupiditatem poteſt eſſe. & 209 b, Statuerunt ſe nihil tam clauſum, neque tam reconditum poſſe habere, quod non iſtius cupiditati apertiſsimũ, promptiſsimumq; eſſet. Qu. Fr.312 a, Atq; adhuc clauſum mare ſcio fuiſſe.

Clavvs, ui. gubernaculum nauis, cuneolus. de Sen.80 b, Ille autem clauum tenens ſedet in puppi quietus, &c. pro Q.7 a, Clauum tanti imperij tenere, & gubernacula reip. tractare. I. V.246 b, Beneficium (ut dicitur) trabali clauo figere.

Clazomenæ, arum. urbs, & Anaxagoræ patria, Tuſc. 171

Clazomenivs, ia. de Or.155 b.

Cleanthes, this. Acad.32 a, Cleanthes, qui quaſi maiorum eſt gentium Stoicus, Zenonis auditor, ſolem dominari & rerum potiri putat.

Clemens, tis. lenis, mitis, manſuetus, miſericors, humanus, liberalis. de Fi. 66 b, Et ſi ſatis clemens ſum in diſputando, tamen interdum ſoleo ſubiraſci. Att.274 a, Si clementes eſſe uoluerimus, nunquam deerunt bella ciuilia. & 106 a, Nec in cæde principum clementior hic erit quàm Sylla. pro S.R.32 b, Clemẽs ab innocẽtia. pro Pla.265 b, Clemens & miſericors iudex. Of.27 b, Clemens caſtigatio.

Clementer, manſuetè.)(. diſolutè. I. V.239 a, Quod eſt factum clementer. diſolutè factum criminari. Anteq.197 a, Clementer audire.

Clementia, ę. lenitas, benignitas, animi lenitas, humanitas, miſericordia, moderatio animaduertendi, placabilitas, mãſuetudo, bonitas. de In.82 b, Clementia eſt, per quam animi temere in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur. Att.157 b, Cæſarem non uoluntate, aut natura non fuiſſe crudelem, ſed quod putaret popularem eſſe clementiam. & 136 b, Clemẽtiam Cæſari malo fuiſſe: quaſi uſus non fuiſſet, nihil ei tale accidere potuiſſet. In Antonium 182 b, Cæſar aduerſarios clementiæ ſpeciẽ deuinxerat Quint. Frat.294 b, Omnia plena clementiæ, manſuetudinis, humanitatis. Parad.236 b, & Atti.234. b, Clemẽtia, lenitas, moderatio animaduertendi.

Clepo, pis. eſt furari & ſurripere. à κλέπτω. de Legib.174 a, Sacrum ſacrove commendatum qui clepſerit, rapſeritque, patricida eſto. de Nau. 73 b, Agnum Thyeſtes clepere auſus eſt. Tuſc.179 b, Ignẽ Prometheus clepſit dolo. de Repub.lib.4. Spartę rapere pueri & clepere diſcunt.

Clepsydra, dræ. uas è quo aqua paulatim effluens horas diſtinguebat, horologium. de Ora.155 a, Non declamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat.

Cliens, tis. qui in fide alicuius eſt, & patronum habet. pro S.R.54 b, Manlius Glaucia tuus cliens & familiaris. I.A.180 b, Quos clientes nemo habere uelit, non modò eſſe illorum cliens.

Clientela, æ. clientum multitudo. Atti.227 a, Scis quàm diligam Siculos, & quam illam clientelam, honeſtam iudicem. I.A.208 a, Ianus Medius in L. Antonij clientela fit. I. V.221 a, Conabaris clientela tam illuſtrem, tam ſplendidæ, quinciæ ad te traducere. i.Ep.227, Quare ſi te fautore uſus erit, ampliſsimè clientelas acceptas a maioribus confirmare poterit. I. C.123 b, Pro hoſpitijs clientelisque prouincialibus. pro Sex.Roſc. 24 a, Eſſe in fide & clientela alicuius. & 36 a, Conferre ſe in fidem & clientelam alicuius.

Clinatvs, a, um. inclinatus. in Ar.à Cic. ter. uſurpatum.

Clitellae, larum. Ephippia quæ mulis imponuntur, ad melius ferendas facinas. apud Quinti.97 a, Ego quia Albanas habeo columnas, clitellis eas apportaui. Att.76 a, Clitellæ boui ſunt impoſitæ, non eſt noſtrum onus, ſed feremus. pro uerbium, ſignificans impar eſſe ſibi impoſitum onus.

Clitellrivs mvlvs. Top.223. b, id eſt, onerarius.

Cliternini. L. Colei.

Clivvs, ui. collis. Attic. 22. b, Cliuus capitolinus. & pro Rab.97, a, Poſtq.206 b.

Cloaca, æ. locus cauus per quem ſordes publicæ eluuntur. pro Cec.191 b, Prætor qui de foſſis, & de cloacis interdicit. & pro Seſt.20 a, Pro Plan.279 b, Arcem facere ex cloaca. Prouerbium: id eſt, rem abiectiſsimam ornare.

Clvdo, dis. claudo. de Nat. 46 a, Mare terram litoribus cludit.

Clypevs, pei. ſcutum. de Di.100 b, Clypeos Lanuuij à muribus eſſe deroſos. de Fin.85 a, Epaminundas, quæſiuit, ſi uiuus ne eſſet clypeus. cum ſaluum eſſe, &c.

Coacervatio, onis. Part.241 a, Frequentatione argumentorum, & coaceruatione uniuerſa, motus animorũ incitare

Coacervo, as. cumulo, cogo, congero. Part.233 a, Singula per ſe exigua ſunt, mutuum tamen cùm ſunt coaceruata proficiunt. contra Rul.80 b, Pecuniæ coguntur & coaceruantur. pro S.R.40 b, Tantum quantum coaceruari una in domo potuit. contra Rul.63 a. Videris conſtitutam & coaceruatam pecuniam. I.V.212 a, Et ne forte hominem exiſtimetis hanc tantam uim emblematum ſine cauſa coaceruare uoluiſſe, uidere, &c.

Coacesco, ſcis. acidum fieri. de Senect.91 a, Vt non omne uinum, ſic non omnis ætas uetuſtate coaceſcit.

Coactio, onis. conſpiratio. de Aruſp.257 a, Veruntamen nocturnis uigiliis & coactione hominum iuſticium illud conceptum ac meditatum eſt.

Coactor, oris. qui pecuniam cogit & recipit, officij nomine. pro R.P.327 b, Non intelligo hoc quale ſit, uruma exceſsionem decumæ ut noſtri coactores facere ſolent, centeſima, an deceſsionẽ de ſumma fecerit. pro Cluent. Nemĩ ta. perquiritur à coactoribus. i. ab ijs qui auctioni præſunt.

Coactvs, a, um. Expreſſus. pro Dom.251 b, Nunquam de me niſi coactus ac neceſſario dico. de Di.123 b, Ergo hoc auſpicium diuini quicquam habere poteſt? quod tam fococactum & expreſſum.

Coactvs, ctus. impulſus. Attic.287 a, Quoniam efflagitas, coactu tuo ſcribam. I. V.251 a, Coactu atque efflagitatu meo.

Coaedificari. Attic.218 a, Campũ Martium coædificari.

Coaedificatvs, a, um. Part.233 b, Loci coædificati.)(. Loci uaſti.

Coaeqvo, as. in Verrem 168 a, Sic ad libidines tuas omnia coæquaſti.

Coaevvs, a, um. æqualis, cum aliquo ætate coniunctus. in Vat.35 b, Nunquam puer aut adoleſcens inter coæuos fuiſſe, aliàs cocos, & melius.

Coagitatio, onis. agitatio. de Nat. 54 a, Anima coaleſcit primùm ab ipſo ſpiritu, deinde coagitatione pulmonum.

Coagmentatio, onis. de Vniu.197 b, Omnis coagmentatio corporis, uel calore, uel frigore, uel aliqua impulſione uehementi labefactatur. de Nat.49 b, Copulatio rerum & quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ. & 6 a, Quæ eſt enim coagmentatio non diſſolubilis.

Coagmentatvs, a, um. compactus, compoſitus. I. Coagmento. Tuſc.163 a, Quoniam nihil ſit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex.

Coagmento, as. compono, coniungo, conſtruo. de Sen.92 a, Opus ipſa ſuum, eadem quæ coagmentauit, natura diſſoluit. I.A.212 a, Docebo ne coagmentari quidem poſſe pacem. Or.204 a, Verba enim uerbis quaſi coagmentare negligat. de Cl.170 a, Verba compone & quaſi coagmenta. de Or.158 b, Collocationis eſt componere & ſtruere uerba, ſic ut ne aſper eorum concurſus, neue hiulcus fit, ſed quodam modo, coagmentatus & leuis. de Fin.169 b, Quid enim aut in natura, qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius

ſcriptius: aut in operibus manufactis, tam compoſitũ, tam que compactum, & coagmentatum inueniri poteſt.

Coamicvs. de A.114 b, Hodie me ante omneis coamicos ſtultos ſenes uerſaris atq; luſeris lautiſsimè. Poetæ.

Coangvsto, as. coarcto. de L.190 b, Hæc lex dilatata in cunctum ordinem coanguſtari etiam poteſt.

Coarcto, as. conſtipo, coanguſto.)(. Dilato, explico. de Or.98 a, Perfice ut Craſſus hæc quæ coarctauit, & peranguſtè referſit, in oratione ſua dilatet nobis atque explicet.

Coargvo, is. indico, redarguo. Epiſt.38 b, Non noſtram perfidiam is coarguit, ſed indicat ſuam. pro Mu.126 a, Fuga laboris inertiam coarguit & deſidiam. pro Fla.190 a, Satis ne uobis coarguere his autoribus diſſolutam Græcorum cõſuetudinem uideor. Anteq.195 a, Quorum cognita impro bitas me tacente coaguitur turpitudine uitæ. Attic.178 a, Sed opinor quieſcamus, nec noſtram culpam coarguamus. contra Rul.64 a, Hæc à me ſuſpicionibus & coniecturis coarguuntur. pro Cl.25 b, Oppianicus digito legata deleuerat, ne lituris coargui poſſet. pro Lig.139 b, Refellere & coarguere mendacium alicuius. pro Syl.170 a, Illum multorum literæ & nuncij coarguerunt. & 175 b, In eum locũ te deducis, ut antequam me commutati indicij coarguas, re ſummæ negligentiæ tuo iudicio conuictũ eſſe fatearis. pro Mil.180 b, Hunc autem hæc eadem coarguũt. ad Her.7 b, Coarguere rem aliquam certiorbus argumentis. I.A.165 b, Coarguere aliquem. i. ſigno aliquo oſtendere illum aliquid feciſſe. I.V.224 b, Criminibus enim conuincitur. haud ſuſpicionibus in iudiciũ uocatur. & ibid. Omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à teſtibus, urgetur confeſsione ſua. pro S.R.31 a, Iam intelliges certum crimen quam multis ſuſpicionibus coarguatur. de In.79 b. Aut alijs conſtitutionibus factum coarguetur. I.V.267 a, Coarguere aliquem auaritiæ. Aca.41 b, Philo errorem eorum, qui ita putarunt coarguit.

Coavctio, nis. auctio. in Verr.191 a, Hoc crimen eſt, & c. ex coauctione annonæ atque æſtimationis.

Cobiamacvs, chi. uicus inter Toloſam & Narbonẽm. pro Font.278 a.

Cochlea, æ. Græcè κόχλος de Di.136 a, Vt ſi quis medicus ægroto imperet, ut ſumat terrigenam, (herbigradam aliij) domiportam ſanguine caſſam, potius quàm hominum more cochleam diceret. ad Her.39 b, Iſte tanquã cochlea abſcondens & retentans ſeſe tacitus, quo ſit tutus, comeditur cum domo ſua, & aufertur.

Cocles, tis. luſcus, qui altero captus eſt oculo. de Horatio Coclite. de Leg.171 a.

Coctvs, a, um. maturus. de Senect.92 a, Poma matura, & cocta.)(. cruda. Attic.222 a, Bene coctus & conditus ſermo bonus.

Cocvs, ci. uel coquus. qui cibos parat & condit. Epi.139 a, & 262 a, In ea cœna cocus meus præter ius feruens nihil potuit imitari. pro S.R.41 b, Mitto coquos, piſtores, lecticarios, &c. I.P.94 a l. Coxuus.

Cocytvs, ti. fluuius apud inferos. de Na.68 a, Et illi qui fluere apud inferos dicũtur, Acheron, Cocytus, Styx, &c. Tuſ. 150 a, Cocyti fremitus.

Codex, cis liber, tabulæ, tabulæ accepti & expenſi, & in quo publica acta ſcribebantur. pro Quinto Roſc.45 b, Quomodo HS.CCCLIII. in codice accepti & expẽſi nõ ſunt? & ibidem. Pro di immortales, eſſe ne quenquam tãta audacia prædituũ qui quod nomẽ referre in tabulas timeat, id petere audeat? quod in codicẽ iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubiter? & ibidem. Non habere ſe hoc nomen in codice accepti & expenſi relatum confitetur ſed in aduerſarijs patere contendit. & 46 a, Vtrum cætera nomina in codicem accepti, & expenſi digeſta habes? pro Cluen.36 b, C. Verres ſubſtitutionem eius in eo codice nõ habebat, qui tum interlitus proferebatur. & in Vat.29 b, Codicis tui literas contemplare. I.V.156 b, & 106 b, Cauſam in me conferebat, quòd tum codicem obſignaſſem. pro Syl.175 b, Referre in codicem. I.V.108 a, Proferre falſum codicem, & 95 a, Codicis extrema cera id eſt tabularum. & 100 b, L. Piſo multos codices impleuit earum rerum in quibus interceſsit.

Codicilli, orum literæ, tabellæ, libelli. Epiſtol.56 à, Puer

mihi obuiam uenit cum codicillis, in quibus erat ſcriptũ Marcellum, &c. Quin. Frat.313 a, Epiſtolam hanc cõuicio efflagitarunt codicilli tui. Epiſt.141 b, Accubueram hora nona cùm ad te harũ exemplum in codicillis exaraui. I.A.219 b, Hic heſterno die ſentẽtiolas noſtras in codicillis, & omnia uerba referebat. Att.59 b, Qui nõ minus longas iam in codicillorum faſtis futurorum Cõſulum paginulas habeat, quam factorum.

Codrvs, dri. de Nat.61 a,

Coelator, oris. in Ver.212 a, Artifices omnes cœlatores & uaſcularios cõuocat. & 214 a, Mittit rogatum uaſa ea quæ pulcherrima apud illum uiderat, ait ſe ſuis cœlatoribus uelle ſe oſtendere.

Coelatvs, a, um. inſculptus. ut argentum & aurum cœlatũ. Tuſ.240 a, & Or.220 a.

Coelebs, bis. qui uxorem non habet. de Le.185 b, Cœlibes eſſe prohibento.

Coelestis, ſte. diuinus, diuus, cœlites. Ora.207 b, Cùm ſe à cœleſtibus rebus refert ad humanas. de Diuin.127 b, Vim cœleſtem aliquid ad eos, qui in terra gignuntur pertinere. Brut.91 b Res à te geſta eſt memorabilis, & penè cœleſtis. Aca.31 a, Cogitantesq; ſupera atque cœleſtia hæc noſtra, ut exigua & minima contemnimus. I.A.200 a, Tum illæ cœleſtes diuinæq; legiones. de Som.128 b, Orbis cœleſtis extimus, qui, &c. Offic.56 b, Hercules, quem hominum fama beneficiorum memor in concilio cœleſtium collocauit. I.A.193 a, Quid eſt quod de uoluntate cœleſtium dubitare poſsimus? de Leg.160 b, Agnationem nobis eſſe cum cœleſtib. & 173 a, Diuos, & eos qui cœleſtes ſemper habiti, colunto.

Coelicvlvm, li. de Ar.251 a.

Coelimontanaporta. I.P.91 à.

Coelites, tum. de Somn.126 b, Gratias, inquit, tibi ago ſummè ſol, uobisq; reliqui Cœlites, quod, &c. de D.130 a, Ego deũm genus eſſe ſemper dixi, & dicã, cœlitum. ex Ennio. Tuſ.223 a, Neque ira cœlitum inuectum malum.

Coelivs, mons Romæ. Off.65 a.

Coelo, as. inſculpo. de D.97 a, Atque hanc ſpeciem Praxiteles cœlauit argento. I.V.134 b, Qui non tam cœli quàm cœlati argenti rationem ducit. obſerua elegantem annominationem. & 223 a, Galeæ æneæ cœlatæ opere Corinthio. de In.77 a, Vaſa magnificè & preciosè cœlata.

Coelvm, li. altiſsimum domicilium, aeris regio, aer ipſe, & ſpiritus circunfuſus. lege Spiritus. Epiſt.143 a, Ille uero te putabat quæſiturum num unum cœlum eſſet, an innumerabilia. de Orat.159 b, Hic ſtatus eſt huius totius mundi atq; naturæ, cœlum ut rotundum, terraq; ut media ſit. Tuſcul. 157 a, Cœlum hoc in quo nubes, imbres, uentiq; coguntur, quod & humidum & caliginoſum eſt propter exhalationes terræ. de Diu.17 b, Inde ad ipſum extremum & ultimum mundi eſt. de Som.129 a, Summus ille cœli ſtelliferi curſus. de Diuina.100 a, Cùm cœlum diſceſsiſſe uiſum eſt, atque in eo animaduerſi globi. & ibidem b, Cœlum diſceſsiſſe. de Diuin.80 b, Cœlum ex omni parte patens atq; apertum intueri. de Som.128 b, Stellæ erratẽs, quæ uerſantur retro contrario motu, atque cœlum. de Diuinat.89 a, Quanquam multa manus ad cœli cœrula templa Tendebam lachrymans. pro Rab.93 a, Quem non modo ſero, ſed cœlo hoc ac ſpiritu cenſoriæ leges carere uoluerunt. I. C.100 a, Poteſt ne tibi huius uitæ hæc lux, Catilina, aut huius ſpiritus cœli eſſe iucundus? de Diui.167 b, Cuius cœli aſpiratio grauis ac peſtilens eſt. & 99 b, Apud Hetruſcos propter aeris craſsitudinem de cœlo multa fiunt. contra Rul.82 a, Vectigal cœlo ac loco calamitoſum. de Fat.141 a, Cœlum craſſum.)(. cœlum tenue. de Natur.28 b, cœli ſẽperatio: id eſt aeris. I.V.240 b, Natura loci ac cœli Syracuſarum. Orat.206 b, & pro S.R.30 a, Ducere animam de cẽlo. Attic.185 b, Cœli grauitas. & ibid.a, Grauitas loci. de Diuinat.83 b, Summanus de cœlo ictus. de Orat.99 b, L. Fuſius cuicunque particulæ cœli officeretur, immutata lumina putabat. pro Pomp.11 b, Pompeium omnes ſicut ali quem non ex hac urbe miſſum, ſed de cœlo lapſum intuentur. Q. Frat.291 a, E cœlo diuinum hominẽ eſſe in prouinciam delapſum. At.91 b, Salaminij nos in cœlum decretis ſuis ſuſtulerũt. In Antonium 192 b, Cæſar in cęlum fer-

tur. Att. 28 b, Si uerò ea quæ de me pacta sunt, non seruantur, in cœlo sum. & 35 a, Bibulus hominũ admiratione ac beneuolentia in cœlo est. & 34 a. I. A. 180 b, Collegam de cœlo detraxisti. Att. 31 b, & p Dom. 221 a, Seruare de cœlo. Att. 56 b, Milo proscripsit se per omnes dies comitiales de cœlo seruaturũ. In Vat. 32 a, Quod eo dies scires de cœlo esse seruatum. de Nat. 33 b, Epicurus dum palato quid sit optimum iudicat, cœli palatum (ut ait Ennius) nõ suspexit. Att. 22 b, Attingere cœlum digito.

Coelvs, li. pater Saturni. de Nat. 38 a, Vetus opinio, exectum esse Cœlum à filio Saturno. & 68 a, Aether & dies parentes cœli. & 70. & 71. ibidem.

Coemo, mis. coemptionem facio, emo. I. V. 231 a, Non modò non uẽdebant, sed etiam coemebant. Epi. 254 b. & 105 b, Sylla omnia bona coemit.

Coemptio, onis. pro Mur. 130 a, Horum ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt. & ibidem: Putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias uocari. pro Flac. 162 a, In manu, inquit, conuenerat, sed quero, usu? coemptione? de Orato. 105 b, Mulieris, quæ coemptione fecerit causam defendere. pro Flac. Coemptionem in manum conuenire.

Coemptionalis, le. qui frequens est in emptionibus. Episto. 108 b, Si inter series coemptionales uænale proscripserit, &c. Curij.

Coena, æ. Quin. Fra. 321 a, Venit ad nos Cicero tuus ad cœnam, cum Põponia foris cœnaret. pro Cæl. 41 b, Est enim dictum ab illis, fore qui dicerent, uxores suas redeuntes à cœna, attrectatas esse à Cælio. pro S. R. 35 a, Non illum redeuntẽ à cœna uideris? In Verr. 86 a, Quid ego istius prandia & cœnas, commemorem? p S. R. 28 a, Puerũ uocauit, credo cui cœnam imperaret. pro Deiot. 147 b, Cùm te uomere post cœnam uelle dixisses. Epi. 136 b, Nec tamen eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiant: quod erit magnificũ sit & lautum. Att. 94 a, Vocare aliquem ad cœnam. Epi. 139 a, & I. V. 211 a, Dare cœnam alicui.

Coenacvlvm, li. tricliuium, conclaue, contra Rul. 85 b, Roma cœnaculis sublata atque suspensa.

Coenito, as. Epi. 102 b, Ego si foris cœnitarem, Cn. Octauio familiari tuo, non defuissem. & lib 9, Non desino apud istos qui nunc dominãtur, cœnitate. Eodem li. Puto enim te audiuisse, illos apud me declamitare, me apud illos cœnitare.

Coeno, as. de In. 63 b, Qui cum in quãdam cauponam diuertissent, simul cœnare & in eodem loco somnum capere uoluerunt, cœnati discubuerũt. ibid. de D. 92 b, Qui ut cœnati quiescerent, uisum esse ei, qui, &c. Item: Cœnantibus nobis, & noctu quidem statius à te epistolam breuem tulit. Attic, 221 b, Cum Cæsar secundis Saturnalibus ad Philippum uesperi uenisset, uilla ita completa militibus est, ut uix triclinium, ubi cœnaturus ipse Cæsar esset, uacaret. Epi. 3 b, & Att. 250 a, Ego eo die casu apud Pompeium cœnabam. Qu. Frat. 290 a, Apud Pompeium in eius nuptijs eram cœnaturus. pro Deiot. 147 a, At eodem te cùm cœnauisses, reditum dixeras. In Vat. 35 a, Quis unquam in funere familiari cœnauit cum toga pulla? de Orator. 131 b, Manus laua, inquit, & cœna. Quin. Fr. 221 a, Cœnare foris.

Coenvla, æ. Ep. 141 b, Vereor ne obliuiscare cœnulas. & Tu scu. 246. Hesterna cœnula.

Coenvm, ni. lutum. pro Dom. 222 a, O cœnum, ò portentum. Tusculan. 220 b, Stoici dicũt omnes stultos insanire, ut malè olere omne cœnum. pro Sest. 7 a, Habeo quem opponam labi illi atque cœno. Atti. 36 a, Pompeius oblitus cœno.

Coeo, is. coniungor, congregor, coitionem facio, conflo, conuenio, congredior. ad Attic. 15 b, Cæsar cum eo coire cogitat, & Bibulus cum hoc se putat posse coniungi. In Antonium 165 a, Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses. Postquã. 207 b, Cum hoc coire ausus es? p Quint. 14 a, & pro S. R. 21 b, Coire societatem uoluntariam cum aliquo. de Natur. 50 b, Pinna cum squilla societatem coit ad quærãdi cibi, pro Sex. Rosc. 34 b, Coire societatem præmij uel sceleris cum aliquo. pro S. R. 32 b, Coire societatem cum aliquo de aliqua re. Conflare societatem. I. Societas. Attic. 103 a, Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræum. pro

Dom. 222 b, Collegia mediusfidius Tribunorum plebis tota reperientur, & cæ. quæ coeant de hominum locupletissimorum bonis. pro Cluen. 48 b, Dixi Habito statim de eo, qui coisset, quo quis condemnaretur, illum esse liberum. pro Cluen. 49 a, Qui eorum coit, coierit, conuenit, conuenerit, &c.

Coepi, isti. instituo, suscipio, incipio. pro Rab. P. 123 b, Vt magis pœniteret cœpisse, quàm liceret desistere. Att. 3 a, Caetam si quando abundare cœpero, ornabo. de Cl. 167 a, Qua in urbe primùm literis oratio est cœpta mandari. Epi. 153 a, Si latro rursus in Italiam se recipere cœperit, Bruti erit officium occurrere ei. Attic. 115 b, Ipse me Cæsar ad pacem hortatur, sed antiquiores literæ quàm ruere cœpit. I. C. 109 a, Nunc de republica consuli cœpti sumus. de Ora. 99 a, Neque se ante causas amicorũ tractare cœpisse, quàm ius ciuile didicisse. de Fat. 147 b, Ne ue inde nauis inchoandæ cœpisset exordium. de Orat. 119 b, Perge ut instituisti: id est, cœpisti.

Coepto, as. In Arato, Cœptant tutos constringere portus. de Fin. lib. 5. Tum sensim incipit progredi, seseque agnoscere. cœptaque & ea, quæ natura apta sunt appetere, & propulsare contraria.

Coeptvs, a, um institutus, susceptus. de Orat. 98 b, Ante peritam esse pecuniam quàm esset cœpta deberi.

Coeptvs, tus. inceptum. de Finib. 115, Atque ipsa institutio hominis si loqueretur, hæc diceret primos suos quasi cœptus appetendi fuisse, ut se conseruaret in ea natura in qua ortus esset.

Coerarivs, rij. curator. cœro, curo. de L. Ii. 3. 186 a, Atsi quid erit quod extra magistratus, cœrario usus sit, qui cœret, populus creato: eique ius cœrandi dato, Alij legunt cõhærario. & cætera eodem modo.

Coerceo, ces. contineo, comprimo, reprimo, domo. de Natur. 37 a, Mundus omnia complexu suo coercet, & continet. de Natur. 46 a, Restat ultimus & omnia cingens, & coercens cœli complexus. de Cla. 194 b, Fluuium extra ripas diffluentem coercere. Attic, 81 b, Appius turmas aliquot equitũ dederat Scaptio, per quas Salaminios coerceret. & 186 b, Ego uerò is sum qui non modò nõ supplicem, sed etiam coherceam postulantes, ut sibi supplicetur. In Antonium 231 a, A progressu coercuit, a reditu refrenauit. Offi. 37 b, Is qui ui oppressos coercent, sit sanè adhibenda seruitia. de Finib. 49 b, Qui autem moderatius id uolũt fieri, difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel admissum coerceri reprimique non potest. Tuscul, 185 b, Hoc præcipitur ut ratio coerceat temeritatem. de Finib. 64 b, Cum enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamẽ teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coerceas. de Fin. 80 a, Puducitia non infamiæ metu coercetur, sed sanctitate sua se tuetur. Aca. 18 a, Nam si minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur. de Orat. 143 a, Coercere aliquem ablatis pignoribus. Att. 16 a, Resecare libidinem, coercere iuuentutem. Offi. 56 b, Eos morte, ex illo, iuuculis damno coercent. Coercere cupiditates. de Or. 101 a, Coercere aquam: id est, arcere. Topi. 224 a, Coercere improbitatem. I. V. 195 a.

Coervleus, a, um. I. Cærulus. de Nat. 17 b, Cæsios oculos Minerua, cœruleos esse Neptuni. In Arat. Cærulea pistrix.

Coetvs, tus. concilium. de Senect. 94 b, Cùm in illud animorum concilium cœtumque proficiscar. de Finibus. 8 a, Opiniones, quæ in senatu, quæ apud populum, quæ in omni cœtu conciliõque sint proferendæ. de Som. 127 b, Conciliũ & cœtus hominum iure sociati. In Sal. 177 b, Ea pars, quò tanquam in unam uoraginem cœtus omnium uitiorum excefferat. In Verr. 274 a, Omnesque Dij, qui solenne cœtus ludorum initis. de Orator. 87 b, Dicendo tenere hominum cœtus. & 130 a, In hoc tali cœtu, & tã accurato sermone? de Orato. 149 a, Valde autem est absurdum ei concionem, aut senatum, aut ullum cœtum hominum committere, &c. & cæ. de Finibus. 66 a, si, Cœtus matronarum. I. C. 98 b, Cœtus nefarij. I. C. 99 a, Dimittere cœtum. Cœtu nostro dimisso.

Cogitate, cogitatò, consultò. pro Ar. 189 a, Accuratè cogitateque scribere aliquid.

Cogitato, cogitatè de Offic. 6 a, Permultum interest, utrum perturbatione, & cæ. an consultò, & cogitatò fiat iniuria.

Cogitatio, onis. mens, mentis sensus, mentis agitatio, animi motus, animi sensus, intimus sensus, reconditus sensus, meditatio, commentatio, φαντασία, intimus sermo, cura. Att. 159 a, Meas cogitationes oẽs explicaui tibi superioribus literis. Att. 133 a, Obsecro te Cicero suscipe curam, & cogitationem dignissimam tuæ uirtutis ut, &c. & 147 b, Quamobrem à te peto, ut in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque, cogitationi. de Orat. 125 b, In ea cogitatione curaque uersor, ut odorer, &c. Att. 236 b, Hæc me species cogitatioque perturbat. In Antonium 166 a, Attende enim paulisper, & cogitationem sobrij hominis ad punctũ temporis suscipe. Parad. 117 b, Cum illi cogitationem ullam habuisse uidẽtur, aut auri ad auaritiã, aut, &c. de Amic. 102 a, Qui oẽs suas cogitationes abiecerunt in rẽ tam humilem tanque contemptam. Episto. 43 b, Cõplexus sum cogitatione te absentẽ. de Ora. 144 a, Omne illud tempus meridianum Crassus in acerrima, & attẽtissima cogitatione posuit. & ibidem. Cum eum in cogitatione desixum esse sensisset. Att. 141 a, De his rebus rogo uos, ut cogitationem suscipiatis. & 235 b, Quæris ut suscipiam cogitationem, quid nam istis agendum putem. & 147 b, Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut arbitrarer, &c. contra Rul. 67 a. 66 b, Versantur in animo meo multæ, & graues cogitationes. Brut, 90 b, Cicero tuus nunquam uidetur dimittere cogitationem, cuius sit filius. de Orato. 97 a, Subitam orationẽ commentatio & cogitatio facilè uincit. Orator. 209, qui motus cogitationis celeriter agitatus, per se ipse delectat. pro Syl. 179 b, Peterem ueniam ex intimis uestris cogitationibus, & ex humanitate cõmuni. de Amic. 101 a, Quapropter à natura mihi uidetur potius, quàm ab indigentia orta amicitia applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quàm cogitatione, quantũ illa res utilitatis esset habitura. de Orator. 103 b, Multa animo, & cogitatione; multa etiam legendo percurrisse. & 120 b, Neque quoties uerbum aliquod est scribendum nobis, toties eius uerbi literæ sunt cogitatione perquirendæ. de Nat. 9 b, Mens nostra quiduis cogitatione potest depingere. ad Heren. 22 a, Cogitatio quamuis regionem potest amplecti, & in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari & architectari. Item: Quis est iste tuus sensus, quę cogitatio? Brutos ut nõ probes, Antonios probes? de Nat. 22 a, Sic enim dicebas speciem Dei percipi cogitatione, non sensu, nec esse in ea ullam soliditatem, nec eandem ad numerum permanere, eamque esse eius uisionem, ut similitudine, & transitione cernatur, neque deficiat unquam ex infinitis corporibus similium accessio, ex eoque fieri ut in hæc intenta mens nostra beatam illam naturam, & sempiternam putet. pro Mil. 116 b, Fingite animis, liberæ enim sunt cogitationes nostræ, & quæ uolunt sic intuentur, ut ea ceruimus, quæ uidemus: fingite igitur cogitatione imaginẽ, &c. I. V. 87 b, Vidi simul cum populo Roman. forũ adornatum ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemque acerbo & lugubri. Offi. 26 b, Cogitatio in uero ex quirendo maximè uersatur. & 53 a, Nos tantum roboris nõ habemus, ut cogitatione tacita à solitudine abstrahamur. & 5 a, Omnis autem cogitatio motusque animi, aut in studijs scientiæ cognitionisque uersabitur, aut, &c. Tuf. 158 a, Quidam nequeunt qualis animus sit uacans corpore intelligere, & cogitatione comprehendere. pro Fl. 160 a, Sed ue strum est iudices omnia quæ dici possunt in hominum leuitatem, &c. etiam si à me minus ducuntur, uestris animis, & cogitatione comprehendere. Tuscul. 215 a, Sed in animo tantummodo cogitatione possimus morbum ab ægrotatione seiungere. & 186 b, Sermoque intimus, cum ipse secum, caue turpe quicquã. de N. 69 b, Omnia, quæ nobismetipsis cogitatione fingere possumus. Episto. 50 a, Quoties in eam cogitationem necesse est ut tu ueneris, & nos sæpe incidimus. de Nat. 6 a, Quod ne in cogitationem quidem cadit. Att. 101 a, Si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset. de Or. 85 b, Quocunque te animo & cogitatione conuerteris. pro Sest. 5 a, Audite literas, & uestram memoriã ad timoris præteriti cogitationem excitate.

Cogitatvm, ti. cogitatio, contra Rul. 61 a, Hæc nõ cogitata sapientum sed optata furiosorum uidentur. de Cl. 188 a Cogitata mentis præclare eloqui.

Cogitatvs, a, um. meditatus. I. A. 176 a, Attuleras domo meditatum & cogitatum scelus. pro D. 147 b, In posterum, inquit, diem distulit, ut cum in castellum Luceium uentum esset, ibi cogitata perficeret.

Cogito, as. meditor, commentor, contemplor, mente contrecto, mente cõplector, cogitatione cõplector, animo agito, mente agito, mecũ quæro, existimo, in animo habeo, mihi in animo est, cogitationẽ alicuius rei habeo, omnẽ meã curam defigo in aliqua re, animo & cogitatione comprehẽdo, in aliqua re cogitationem pono, omnem curam cogitationemque in reipublicæ salute configo, memoriam meam ad aliquam rem excito, ratione animoque lustro, ante oculos meos propono, speciem alicuius rei cogitatione percipio. Is cœpit in eiusmodi mente & cogitatione uersari, nihil esse, &c. cognitionem alicuius rei capio, uersantur in animo meo multæ & graues cogitationes, cogitationem suscipio, ad omnem malitiam, & fraudem uersare mentem suã hæc cogitans cœpit deinde, &c. de Orator. 104 a, Sagaciter peruestigare quod sui ciues, ijque qui audiunt, cogitẽt, sentiãt, opinentur, expectent. pro Deior. 151 a, Hæc ego rogo, & dies & noctes cogito. de Leg. 169 a, Nihil in his locis nisi montes & saxa cogitabam. pro Fon. 278 b, Vos sæpius eandem rem animis agitare & diutius uno de teste cogitare potestis? contra Rul. 78 b, Vos tamen id potestis cũ animis uestris cogitare. de Leg. 169 a, Nam illo loco libenter soleo uti, siue quid mecum ipse cogito, siue aliquid scribo, aut lego. de Diuin. 136 b, Nulla species cogitari põt, nisi pulsu imaginum. pro Mil. 112 a, Clodius nihil de extremis Milonis comitibus cogitauit. Att. 159 a, Ad hæc igitur cogita uel potius excogita. de Orat. 118 a, Et quicquid de sua re cogitarit, in mediũ proferat. pro Rab. 96 b, Lõgius quam uitæ termini postulant, spe atque animo de te & gloria sua cogitare. Epistol 6 b, Is uisus est mihi toto animo de te ac de tuis ornamentis & commodis cogitare. I. C. 108 a, Sed eos hoc moneo, desinant furere, & proscriptiones & dictaturas cogitare. Att. 207 b, De hortis toto pectore cogitemus. Tuf. 187 b, Ad ferendum dolorem placidè & sedatè, plurimũ proficit, toto pectore (ut dicitur) cogitare, q̃ in nostum sit. Epist. 50 a, Cœpi ego met mecum sic cogitare: Hem nos homunculi, &c. Tuf. 349 b, Docto & erudito homini uiuere est cogitare. Epist. 153 a, Si insulã Britanniam cœpero cogitare, εἴδωλον mihi adulabit ad pectus. Att. 228 b, Sed me hercule si humaniter, & sapienter, & amabiliter in me cogitare uis, facilem te profectò præbebis. Aca. 10 b, Nihil enim agens ne cogitari quidem põt, quale fit. Attic. 27 a, Ludi Antij futuri sunt pridie Non. eos Tullia spectare uult, inde cogito in Tusculanum. Atti. 235 b, Quæris ut suscipiam cogitationem, quidnam tibi agendũ putem? consilia temporum sunt. Att 206 b, Mihi est in animo proficisci VI. Cal. 134 b, M. Lepidus cras cogitatiũ est discedere, uel proficisci.

Cognatio, onis. coniunctio. I. V. 216 b, Se gestani cognatione se cum populo Romano coniunctos esse arbitrantur. de Natur. 19 a, Deorum cognitionem libenter agnoscerem. de Finib. 114 a, L. Cicero frater noster cognatione patruelis, amore germanus. de Inuent. 50 a, Cognatione, quibus maioribus, quibus consanguineis. In Antonium 195 b, An potest cognatio ulla propior esse quàm patriæ. In Verr. 219 a, Quæ cognatio studiorum & artium non minus est coniuncta, quàm illa naturæ. de Diuin. 137 b, Hęc uerò qua cum somnijs naturali cognatione iunguntur. de Orat. 118 a, Cognationes, affinitates, &c. de Finib. 146 b, Et tota domus coniugio & stirpe coniungitur, serpit sensim foras, cognationibus primùm, tum affinitatibus, deinde amicitijs, post uicinitatibus cum ciuibus. pro Syl, 178 b, Cincius nunquam sibi cognationem cum prædijs esse existimauit suis, Attic. 204 b, Pro cognatione quæ mihi tecum est. de Diuinat. 94 a, Animus, qui deorum cognatione teneatur. Orator. 225 a, Habere aliquam necessitudinem aut cognationem cum aliquo. de Diuin. 115 b, Cum rerum autem natura quam cognitionem habent? Postquàm 207 b, Cognatio materna transalpini generis. de Diui. 115 b, Distarium

rerum cognatio naturalis. & ibidem: Cognatio naturæ, & quasi concentus atque consensus, quam συμπάθειαν Græci appellant. de Nat. 65 a, Naturam quasi cognitione continua tam cõspirare. pro Lig. 138 a, Propinqua cognatio. pro Cl. 20 b, Tulit hoc commune dedecus iam familiæ, cognationis, nominis, grauiter filius.

COGNATVS, a, um. sanguine coniunctus, habens cognationẽ cum aliquo qui alicuius cognatione tenetur, affinis, conueniens. Postq, 299 a, Pro reditu P. Pompilij multi cognati & affines deprecati sunt. pro S.R. 34 b, Propinqui cognatique optimè conuenientes. de Orat. 162 a, Nihil est tã cognatum mentibus nostris, quàm numeri atque uoces. pro Cec. 287 b, Amici cognatique illius. Attic. 213 b, Incidissemus etiam in illos, in eis in cognatum tuum. de Vn. 198 a, Formam autem maximè & sibi cognatam & decoram dedit. id est, similem. Lege, Agnatus.

COGNITIO, onis. agnitio, intelligentia, inspectio, cura, prudẽtia, notio, iudicium, scientia, iudicatio. Top. 226 b, Causarum cognitio cognitionem euentorum facit. de Finib. 132 b, Nam quæ corporis sunt, ea cognitionem habent facilio rem. de Nat. 54 a, Vt homines deorum cognitionem cęlum intuentes capere possent. de Orat. 100 a, Cognitionem iuris magnam ac difficilem esse. & ibidem: Nullius mihi artis facilior cognitio uideretur. de Orator. 153 a, Nam aut cogni to rei scientiaque perquiritur, aut, &c. de Fin. 132 b, Natura hominis, in qua sit mirabilis quædam uis rationis, & cognitionis, & scientiæ. pro Flac. 151 a, Vtrum hic tandem disceptionem & cognitionem ueritatis, an innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putatis? Att. 263 b, Quæ lex earũ rerum quas Cæsar egisset, magnam consulibus cognitionẽ dedit. & ibidem: Coss. quorum & lege, & S.C. cognitio & iudicium fuit. de Orat. 208 a, Nam ipsę quidem res in perfacili cognitione uersantur. Off. 3 b, Cognitio rerum aut occultarum aut admirabiliũ, ad bene beateque uiuendum necessaria est. contra Rul. 72 b, Orbis terrarum cognitionem alicui sine consilio dari, & pœnam sine pronocatione. pro Cor. 61 a, Ipsæ enim leges te à cognitione sua iudicio publico repulerunt. Off. 31 a, Cognitio contemplatioque naturæ, &c. de Clar. 172 a, Cùm dies cognitionis esset: id est, iudicationis, uel iudicij. de Natu. 57 a, Quæ contuens animus accipit ab his cognitionem deorum.

COGNITOR, oris. qui cognoscit, qui alium in iure defendit, procurator. pro Quint. Rosc. 51 a, Tu Quint. Roscium pro opere & labore quòd cognitor fuisset, quòd uadimonia obisset, rogasti ut, &c. pro Quint. Rosc. 51 a, Nemo alteri petit, nisi cui cognitor est factus, & 50 a, In hanc rem me cognitorẽ dedisti. & 54 a, Nisi te in suam litem dedisset cognitorem. & ibidem: Quoniam tuus cognitor nõ est factus. de Arusp. 254 b, Cùm in me cognitorem harum omnium rerum illa flamma conijciebatur: id est, qui cognoscebam. In Verr. 270 a, Homines tenues adeunt ad ea loca, quæ nũquam antea uiderunt, ubi neque noti esse ijs, quò uenerũt, neque semper cum cognitoribus esse possunt. & ibidẽ. Cognitorem locupletem dare. I.V. 78 b, Ciuem Romanum, qui cognitores homines honestos daret, sublatum esse in crucem. I.V. 129 b, Videte porro aliam dementiam, cognitorem ascribit Sthenio, quem? cognatum aut propinquum? non, &c. & 230 a, Sthenius inuenire neminem Siculum potuit, qui pro se cognitor fieret. & ibidem. Cedò cui. Siculo, cùm is reus fieret, ciuis Romanus cognitor unquam factus sit? & ibidem. At credo Sthenius hoc sibi amplum esse putauit, eligere è ciuium Rom. numero, quem cognitorem daret. ad Heren. 10 a, Minor annis LX. & cui morbus causa est, cognitorem dat. Qui per se litigat.)(Qui cognitorem dat.

COGNITVS, a, um. spectatus, perceptus, comprehensus, compertus, perspectus, iudicatus, pro Mureṇ. 129 b, Veriti sũt ne dierum ratione perguulgata & cognita, sine sua operà lege posset agi. Offic. 4 a, Incognita pro cognitis habere. Epistol. 6 a, Re perspecta & cognita. de Clar. 177 b, Satis mihi uidebar habere cognitum Scæuolam ex ijs rebus, quas, &c. p Cecin. 301 a, Homo uirtute cognita & spectata fide amplissimus. de Orat. 92 b, Artem cognitis penitusque perspectis rebus contineri. pro Cec. 305 a, Homo in utraque fortuna cognitus, multis signis, & uirtutis, & humanitatis. Brut. 91. D. Clodij animum perspectum habeo, cognitum, iudicatum. de Orat. 94 a, Res penitus perspectæ planèque cognitæ. Brut. Ex me illud est, quod te uelim habere cognitum. de Fin. 142 b, An uerò quisquam potest probare quod perceptum, quod comprehensum, quod cognitum non habet? I.V. 132 a, Vt aliquando de rebus ab isto cognitis iudicatis datisque, & de iudicijs dicere desittamus.

COGNOMEN, nis. cognomentum. de Amic. 96 b, Cato quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis. Offic. 75 a, T. Manlius, qui Galli torque detracto cognomen inuenit. de Finib. 53 b, Neque Torquatus, qui hoc primus cognomen inuenerit. pro Sex. Rosc. 21 a, Duo isti Roscij, quorum alteri Capitoni cognomen est, iste qui adest Magnus uocatur. Off. 45 a, P. Crassus cùm cognomine diues, tum copijs. Attic. 30 a, Noster amicus Magnus, cuius cognomen unà cum Crassi diuitis cognomine consenescit. pro Cl. 31 b, Quid tu, inquit, Pacete (hoc enim sibi Scalenus cognomẽ ex imaginibus aliorum delegerat, ne sise Ligurem fecisses, nationis magis suæ quã generis uti cognomine uideretur.) pro Mur. 131 b, Quam laudem ille Africa oppressa cognomine ipso præ se ferebat, eandem hic sibi ex Asiæ nomine assumpsit. de Som. 127 a, Eritque cognomen id tibi per te partum, quod habes ex nobis adhuc hæreditariũ. I.A 186 b, Bombalio, qui propter hæsitantiam linguæ stuporemq; cordis cognomen ex ignominia traxerit. & 207 b, Hinc.a. puto Trebellium sumpsisse cognomen. de In. 65 a, Nomen autem cum dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet. ad Her. 34 a, Cognomen, quod pro certo nomine collocamus.

COGNOMENTVM, ti. cognomen. pro Mil. 110 b, C. Cassinius cognomento Schola. de Finib. 67 a, Vt Heraclitus, cognomento, qui σκοτινὸς perhibetur. pro R. P. 126 a, Demetrius, qui Phalereus uocitatus est.

COGNOMINATVS, a, um. Partit. 234 b, Verba ponenda sunt, quæ uim habeant illustrandi, nec ab usu sint abhorrentia; grauia, plena, sonantia, iuncta, facta, cognominata, non uulgata, superlata.

COGNOSCENS, tis. ad Her. 29 b, Qui priuatus intolerabilis superbia fuerit, cum commodum & sui cognoscentem uidere in potestate quis speret?

COGNOSCO, cis. nosco, agnosco, percipio, attendo, disco, audio, animaduerto, cognitum habeo, intelligo, notum habeo, mihi notum est, perspectum mihi est, cerno, rationem habeo, notitiam alicuius rei habeo, cognitionem capio. de Orat. 104 a, Nihil certum sciri, nihil planè cognosci aut percipi posse. & 102 a, Studium cognoscendæ percipiendęque uirtutis. & 96 b, Etiam illa cognoram & acceperam, conciliandos esse, &c. Epistol. 8 b, Ex eodem de toto statu rerum communium cognosces. Attic. 81 b, Habes consilia nostra, nunc cognosce de Bruto. Epist. 5 a, Quæ hic agantur, quæque acta sint, ea te ex literis multorum & nuncijs cognoscere arbitror. & 48 b, De Marcelli salute paulò antè quàm uti cognouimus. & 161 b, De meo studio erga salutem, & incolumitatem tuam credo te cognoscere ex literis tuorum. Attic. 86 b, De me imperatore scribis, te ex Philotimi literis cognouisse. de Natur. 4 b, Adsint, animaduertant, cognoscant. pro Flac. 157 a, Quem tu cum ephebum Tenni cognosses, quoniam te nudus delectarat, semper nudum esse uoluisti. Episto. 69 a, Vt cæteri uiuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscant. I. V. 237 a, Id adeò non tam ex ijs quàm ex iustus decretis cognosco. Attic. 152 a, Benè enim tibi cognitus sum. Offic. 42 b, Facillimè autem in optimâ partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros, & sapientes uiros bene consulentes reipub. contulerunt. Attic. 70 b, Idque quoniam Philotimũ habes, perspice & cognoosce rationem. Item: Consulibus & lege, & S.C. permissum erat, ut de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent, iudicarent. I.V. 113 b, Causam Verres cognoscebat, Verres iudicabat. Offic. 50 b, Aratus adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognosceret. I.A. 204 b, Vt consules cognoscant, qui ager colonus sit, qui contra, &cæ. de Orator. 117 a. Hoc primum præcipiemus, quæcunque causas erit acturus, ut eas diligenter penitusque cognoscat. I.A. 205 a, Vt consules rationem agri habeant, qui sine iniuria priuatorum diuidi possit. de Clar.

137 a, b, P. Crassus domi ius ciuile cognouit. id est, didicit. de Orato. 103 b, Rerum omnium naturam penitus perspicere.

COGO, gis. uim facio. uim adhibeo, uim affero, necessitatẽ affero, exprimo, coaceruo, congrego, cõpello, conuoco, conduco, concludo. Off. 62 b, Diogenes contrà, num te emere cogit? qui ne hortatus quidem est. de Am. 101 a, Vim hoc quidem est afferre, quid enim refert qua me ratione cogatis, cogitis certè. Ep. 5 a, Quorum utrum minus uelim, non facilè possum existimare, sed si res cogat, est quiddam tertium. de L. 172 a. Plato hoc quoque legis putauit esse persuadere aliquid, non omnia ui ac minis cogere. & 171 a, Mens omnia ratione aut cogentis, aut uetantis dei. pro D. 240 b, Fieri particeps alieni sceleris inuitus cogor. I.V. 90 b, Cum frumentum imperarem, cum stipendium cogerẽ. & 111 a, Iste nauem maximam, Messanæ publicè coactis operis ædificauit. I.A. 355 a, Quid erat causæ cur in senatum heri tam acerbè cogerer? I.C. 110 a, Etiam si hoium studia deficiant, dij ipsi, &c. cogant ab eis uirtutibus uitia superari. Att. 91 b, Vt equites Scaptio ad pecuniã cogendã darem. de In. 74 b, Vi & necessariò sumus in portum coacti. pro Rab. 91 b, Qui me ex constituto spacio in semihorę curriculum coegisti. de Or. 121 b, Crassus pollicitus est se ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coacturum, & ad artem facilè redacturũ. & 100 b, Interea dum hæc, quę dispersa sunt coguntur, licet, &c. Ar. 130 b, Itaque non amplius XIIII. cohortes Nuceriam coegi. pro Cec. 296 a, Coacti sunt ij, qui aliquo sunt unum in locum congregati. Ar. 130 b, Quę si copiæ in unum locum coactæ fuerint, hæredis. & 129 b, Vt reliquæ copiæ omnes Brundusium cogerentur. pro Ce. 296 a, Neminẽ coegeris, ipsi conuenerint sua spõte & 291 a, Manum facere, copias parare, multitudinem hoĩem cogere, armare, instruere. & 190 a, Cogere homines armatos. Atti. 245 a, Nec duces simus, nec agmen coagmus. de In. 62 b, Sed omnibus unum in locum coactis scriptoribus, quod quisque commodissimè percipere uidebatur, excerpsimus. & ibi. Tũ Crotoniatæ publico de consilio uirgines unum in locum conduxerunt. Ep. 60 a, Recordare cætera quàm citò Senatũ coegerim, de Fin. 91 a, b, Cato in ipsa curia solebat legere, dum Senatus cogeretur. Ep. 56 a, Marcellus me rogauit ut cogerem medicos: coegi, & è uestigio eo sum profectus. pro R. P. 127 b, Ait enim dum Gabinio Posthumus cogeret, ex decumis imperatorum pecuniam sibi coegisse. I. V. 186 b, Cogere pecuniam à ciuitatibus. & 187 a, de L. 174 a, Cogere stipem. de N. 46 a, Aer extenuatus in lubi me fertur, concretus autem in nubem cogitur. Cogere, cõcludere, conficere. de Na. 66 a, Innumerabilia sunt ex quibus effici cogiq; possit, nihil esse quod sensum habeat, quin id intereat. de Leg. 176 a, Ex quibus id quod uolumus efficitur & cogitur. de In. 58 b, Hic complexio est infirma, aliud enim quàm cogebatur illatum est. Brut. 91 b, Hoc cogere uolebar, falsas literas esse.

COHAERARIVS, rij. qui cohæret, & alteri ad aliquod munus adiunctus est. L. Coærarius.

COHAERENTIA, æ. compositio, natura. de Natu. 57 b, Circuitus solis & lunæ, reliquorumq; siderum, quanquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent, tamen & spectaculum hominibus præbent.

COHAEREO, res cohæresco, conuenire, constare. Orat. 210 b, Vt inter se quàm aptissimè cohæreant extrema cum primis. de Nat. 60 a, Res si minus ueræ, tamen aptæ inter se & cohærentes. Acad. 43 b, Neque enim materia cohærere potuisset, si nulla ui contineretur. Acad. 44 a, b, Omnis natura cohærens & continuata cum suis partibus. de Vn. 197 b, Mundus ita aptè cohæret, ut dissolui nullo modo possit. de I. 160 b, Namq; alia quibus cohærent homines è mortali genere sumpserũt. Of. 54 b, Qui primùm hæc natura cohærentia opinione distraxisset. de Ora. 138 b, Membrum cohærens cum omni corpore. de In. 46 b, & 58 a. ad Heren. 3 a, Cohærere cum aliquo. Top. 225 a, Quicquid antecedit quanque rem, id cohæret cum re necessariò: quicquid repugnat, id eiusmodi est, ut cohęrere nũquam possit. pro Cec. 295 a, Sermo familiaris non cohærebit, si uerba inter nos aucupabimur. pro Pomp. 7 a, Hæc ratio pecuniarũ, &c. implicita est cum illis Asiaticis, & cohæret. de Ar. 258 a, Etenim hæc uix innixa in omnium uestrum humeris cohærebunt. pro Cæl. 40 b, In quo non modò crimen non hærebat, sed uix diserti adolescentis cohærebat oratio. Item: illo dico, ea quæ dicat præclare inter se cohærere.

COHAERES, dis. Ar. 106 b, Dolabellam uideo Liuiæ testamẽto cum cohæredibus esse in triente. & pro Qu. R. 54 a. Ep. 221 b, Lucius est cohæres meus: id est, mecum hæres.

COHAERESCO, scis. cohæreo. de Nat. 12 b, Atomi quæ cohærescunt inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur. de Fi. 52 a, Atomos ita ferri, ut concursionibus inter se cohærescant.

COHIBEO, bes. refreno, contineo. I.A. 184 a, Nisi Cęsar illius furentis impetus crudelissimosq; conatus cohibuisset. I.A. 201 b, Vt eius sororem ne alpum quidẽ muro cohibere possemus. pro Mil. 116 a, Nunquã ille à coniugibus uestris effrenatas libidines suas cohibere potuisset. Acad. 17 b, Effectum illud erit, sapientem assensus omnes cohibiturum. de Nat. 12 a, & Acad. 23 b, Prudenter Academicos à rebus incertis assensionem cohibuisse. Acad. 47 b, Cohibere semper & ab omni lapsu continere temeritatem. Of. 36 b, Cohibere motus animi turbatos. pro Mar. 132 a, Animum uincere, iracundiam cohibere, uictoriam temperare. p Pom. 16 b, Qui ab auro gazisq; regia manus oculos, animum cohibere possit. de Fat. 144 a, Sed interest inter causas fortuitò antegressas, & inter causas cohibentes inter se efficientiam naturalem.

COHIBITIO, onis. interdictum. In Verr. 155 a, Sic deportandi dies præstituta tollere cogebat ex area, cohibitio tollendi nisi pactus esset, uim adhibebat pactioni, non uoluntatem.

COHONESTO, as. honesto, decoro. pro Qu. 9 b, Funus quo amici conueniunt ad exequias cohonestandas. Antequ. 197 b, Quem sæpe uestra laude cohonestatis. in Verr. 143 a, Eorũ autoritate statuas cohonestare tuas conatus es. Epi. 209 a, Cohonestare aliquem.

COHORREO, res. horrore & frigore, aut magno affici. de Ora. 143 a, Ex quo sudore cùm cohorruisset, cum febri domum redijt. At. 23 a, Cohorrui primo, etenim erat interitus ciuitatis. & 98 a, Sin iam illas accepisti, scis cohorruisse me, quæ tuæ literæ de legionibus Cæsaris afferrent, de Som. 127 a, Quem ut agnoui, equidem cohorrui.

COHORS, tis. militum manus & acies. pro Mil. 114 b, Si Capitolinæ cohortes contra Milonis impetum armatæ sunt. p Mur. 132 a, Nihil tibi ex ista laude cohors, nihil turma decerpit. Q.F. 292 a, Domestici & necessarij apparitores, qui quasi ex cohorte prætoris appellari solent. I.V. 122 a, Prætorem de sua cohorte iudicem dare. I.C. 109 b, Cum hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem prætoriam.

COHORTICVLAE, arum. paruæ cohortes. Epist. 116. Cohorticularum nescio quid amisit. Cælij.

COHORTATIO, onis. hortatio. Attic. 260 a, Incredibiliter me commouet tua cohortatio. de Orat. 102 a, Cohortatione alicuius concitari ad studium cognoscendæ ueritatis. Att. 278 a, Cohortationibus excitari. Episto. 8 a, Quæ quidem mea cohortatio ne tibi inanis aut sine causa suscepta uideatur, illa me ratio mouet, ut, &c. p Cl. 46 a, Cohortatio iudicum παθητικῶν, Ar. 68 a, ἐκλεύσματα illa tua non abieci, quæ mihi hærent in uisceribus. pro Corn. 65 b, Neque ille summus poeta noster Annibalis illam magis cohortationem, quàm communem imperatorum uoluit esse, hostẽ qui feriet, &c.

COHORTOR, aris. hortor, adhortor. Epist. 19 b, Teq; ad studiũ summæ laudis cohortabor. de Orat. 107 a, Illud uereor ne maiorem uim ad deterrendum habeat, quàm ad cohortandum, &c. 111 b, Cohortari ad uirtutem ardentius, à uitijs acrius reuocare.

COINQVINOR, aris. turpificari, commaculari. de N. 73 a, Summum esse arbitror periculum, matres coinquinari, regiam contaminari stirpem, Poetæ.

COITIO, onis. societas, sodalitas. pro Plan. 270 a, Dubitatis, inquit an coitio, facta sit? pro Cæl. 42 b, Fera quædam sodalitas lupercorum, quorum illa sylueſtris ante est insituta, quàm humanitas atque leges. Qu. F. 320 b, Quod audisti

disti in candidatorum cõsularium coitione me interfuisse, falsum est. pro Cl. 49 a, Si item de coitione uoluisset, adiũxisset.

Colchi, orum, regio, & pop. Ora. 212 b, Auratus aries Colchorum. & ad Her. At. & 143 a.

Colei, testes, seu testiculi, & familiæ nomen Lanuuij. Epist. 140 b, At honesti colei Lanuuini, Cliternini, non honesti.

Collachrymatio, onis. de Orat. 125 b, Nec ad misericordiam adducetur, nisi ei tu signa doloris tui uerbis, sententijs uultu, uoce, collachrymatione denique ostenderis.

Collacrymo, as. de Som. 126 b, Ad quem ut ueni, complexus me senex, collachrymauit. pro Sest. " Histrio casum meum toties collachrymauit.

Collatatus, a, um dilatatus. Orat. 115 a, Oratio collatata atque diffusa.)(. Angusta atque concisa,

Collatia, æ. regio & opp. contra Rul. 85 b.

Collatio, onis. comparatio, similitudo. de In. 52 b, Collatio est oratio, tem cum re ex similitudine conferens. de D. 116 b, Quanquam tu quidem non hostiarum casum confirmas fortium similitudine, sed infirmas sortes collatione hostiarũ. de Fini. 123 b, Collatio ista te nihil iuuat, nec enim, &c. Et ibi nonnulla collationis exempla pulchertima. de Ora. 102 b, De collationibus signorum. de Nat. 74 b, Quæ est in collatione ista similitudo? Tus. 228 a, Philosophia ex rationum collatione constat.

Collato, as. dilato. Orati. 215 a, Oratio collatta & diffusa.)(. Angusta atque concisa.

Collatus, a, um. comparatus. Acad. 18 b, Qui mihi cum illo collati quintæ clasis uidentur. pro Pomp. 16 b, Si quẽ haberetis, qui collatis signis exercitus regios superare posse uideretur.

Collaudatio, onis. de In. 78 a, & ad Her. 8 b.

Collaudo, as. comprobo, laudo Ep. 7 a, Illud tibi affirmo fore, ut eum redieris ab omnibus collaudere. I. A. 200 a, Eodem die D. Bruti factum collaudauistis. de Orat. 87 b, Alium quem non cohortandum, sed potius collaudandum uideri. Att. 152 a, Clementiam Cæsaris per literas collaudaui. & Antequam. 192 b.

Collecta, æ. pecunia quæ colligitur à multis, ut fieri solet in diuersorijs, à conuiuis, & alijs in locis. de Orato. 136 a, Ego uerò, inquit ille, quoniam collectam à conuiua Crasse exigis, non committam, ut si defugerim; tibi causam aliquam diem recusandi.

Collectio, nis. συναγωγή. pro Pomp. 8 a, Vt eorum collectio dispersa celeritatem persequendi retardaret. de Cl. 193 a, Attuleratq; duas res, quas nemo alius, partitiones, quibus de rebus dicturus esset, & collectiones, memor & quæ essent dicta contrà. quæq; ipse dixisset. At. 255 a, Mearum epistolarum nulla est συναγωγή.

Collectitius, a. um. collectus. Episto. 97 a, Signa Tirone, & collectitio exercitu eum legionibus robustissimis contulit.

Collectus, a, um. ut exercitus collectus ex senibus desperatis. I. C. 105 a.

Collega, æ. qui eiusdem cum altero officij & potestatis est. Off. 29 a, Bene Pericles, cum haberet collegam in prætura Sophoclem, &c. I. A. 178 b, Eum, quem collegam regni habebas, dominum habere uelles. de Pro. 73 a, Vt commune officium censuræ communi noluntate defenderent. de Amic. 103 b, Aliquos duos bis unà consules & collegas in censura fuisse.

Collegium, gij. conuentus, certorum hominum conuẽtus. ut sacerdotum, opificum, seruorum & id genus, dicitur et Sodalitas. de Legi. 188 b, Quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo è decem sanæ mentis sit? Epist. 42 a, Amplissimi sacerdotij collegium, in quo non modò, &c. sed ne optari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus. Offi. 67 b, Cum prætorium collegium Tribuni plebis adhibuissent. pro Dom. 219 b, De regibus diuinis pontificum collegium docere. de Clar. 176 b, Hic qui in collegio sacerdotum esset, condemnatus est. pro Dom. 222 b, Collegia mediusfidius Tribunorũ pl. tota reperientur, hoc iure sublato, quæ coeant de hominũ locupletissimorum bonis. I. V. 129 a, Collegium Tribunorum plebis. pro Sest. 9 b, Nulla societas uectigaliũ, nullum collegium, nullum concilium, nullum commune cõsilium, &c. pro D. 228 a, Nullum est in hac urbe collegium, quod, &c. Orato. 276 a, Cooptare aliquem in collegium. I. V. 225 b, Amplissimũ collegium decemuirale. de Cl. 166 & 173 a, Cooptatum me ab eo in collegium recordabar.

Collibet, bat. libet. In Sal. 274 b, Sallustius in eo honoris nihil non æquum & uerũ dixit, quod ipsi facere collubuisset. Sal. in Ci. 270 b, Nihil flagitiosum corpori putasti, quod alteri collibuisset. Epi. 253 a, Vt simul ac mihi collibitum fuerit de te cogitare, spectrum tuũ occurrat. de Nat. 22 b, Quod simul ac mihi collibitum est, præstò est imago.

Collido, dis. frango, contero. de Natur. 65 b, Humor facile comprimi collidiq; potest.

Colligatio, onis. connexio, uinculum. de Fat. 146 b, Quæ ut naturali cogitatione conserte contesteque fieri. de D. 106 b, Qui colligationem causarũ omnium perspiciat, primo. Off. 11 b, Arctior uerò colligatio est societatis propinquorum. de Vni. 199 a, Sesquialteris autem interuallis, sesquitertijs, & sesquioctauis sumptis, ex his colligationibus in primis interuallis sesquioctauo in interuallo sesquitertio omnia explebat.

Colligo, as. constringo, ligo, uincio. Or. At. 207 a, Atticus amorum septigentorum memoriam uno libro colligauit. pro Rab. 92 b, Illictor colliga manus. de Vn. 195 a, Vt uiri medium extrema colligaret. Ora. 213 a, Id enim spectant aures, ut uerbis colligetur sententia. I. A. 236 a, Ni brutum collegassemus in Græciam. Off. 4 a, Quæ quatuor inter se colligata atque implicita sunt. de Vn. 201 a, Omne colligatum solui potest. & ibid. Corpora colligata uinculis naturalibus. I. A. 231 a, Alterum Brutus omnia diripere cupientem uitæ suæ periculo colligauit, à progressu arguit.

Colligatus, a, um. de Nat. 4 a, Vt alia ex alia nexa, & omnes inter se aptè colligatæq; uideantur.

Colligo, gis. cogo, constringo, quæ dispersa sunt sub uno aspectu pono. In. Catil. 105 a, Catilina ex agris magnum numerum perditorum hominum collegerat. & 105 a, Exercitus collectus ex rusticis. pro Dom. 225 b, Vt improborum diu collecta & inuetera compressio odio & racito iam erumpebat in actum. pro Pomp. 8 b, Manus eorum qui se ex Mithridatis regno collegerunt. Offi. 21 a, Multa multorum facetè dicta, ut ea quæ à sene Catone sunt collecta, quæ uocantur ἀπομνημονεύματα. Offi. 21 a, Ea Posidonius collegit permulta. de Orator. 97 a, Quæ sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam obseruasse atque collegisse. de Cl. 184 a, Curio nullam memoriam antiquitatis collegerat. Attic. 278 a, Me quidem ea rationes, quas collegeras, tum autoritas tua a nimio metu deterruit. de Cl. 189 b, Si ij, quos diu colligis, uinerent. Item, Et oratores quos colligo. Quin. de Pet. 5 b, Colligere multa in unũ locum. de Fi. 56 a, Colligere multa armenta contra aliquem. de Orat. 100 a, Vel pasum tegetem carpetem & colligentem repleri ista iuris ciuilis scientia. 137 b, Colligere argumenta. de Orat. 151 a, Responsiq; collectæ & comportatæ. pro Clu. 33 a, Qui omnes mores & concionum uentos colligere consuesset.

Colligere, recipere, recreare. de Ora. 87 a, Crassus quasi colligendi sui causa, se in Tusculanum contulit: id est, recreandi & recreandi. Tusculan. 160 b, Cum animus se colligit atque recreauit. de Orator. 107 a, Vocem ab acutissimo sono usque ad grauissimum sonum recipere, & quasi quodammodo colligere. Attic. 278 a, Tum me, inquit, colligerem ne, &c. & 103 a, Ipsi se collegerunt ad retinendam integritatis meæ. & 278 a, Iudicium tuum magni æstimo, idq; ueritus, me ipse collegi. Epist. 40 a, Tamen ut me colligi, cætera facillima uidebantur. & 11 b, Collegi ipse me & cum ipsa quasi repub. collocutus sum. & 73 b, Rogate colligas, uirumq; præbeas. 176 a, Sin aliquid uicium intetè collegerint, fetiat, &c. Tuscula. 226 a, b, Quid autem seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursum in suum locum cogere. pro Qu. 9 b, Tu te collige, aliquid ici rationi & consilio da. Som. 128 b, Quæ cum interes stupens, ut me recepi, quis hic inquam? &c. de D. 9 a, Dum primo perterritus somnio surrexit, deinde cum se collegisset, &c. recubuit.

Colligere, capere, aucupari. Epist. 135 b, & Q. Fr. 9 a, Ad istorum beneuolentiam conciliandam & colligendam de Am. 197 b, Beneuolentiam ciuium blanditijs & assentationibus colligere turpe est. de Leg. 166 a, Vt beneuolentiam & bonum rumorem colligant, erubescunt, &c. ad Her. 2 a, Colligere beneuolentiam à persona alicuius. Qu. F. 517 a, Ex hoc labore magnam gratiam dignitatemq; colliges. I. V. 66 a, Et æstimatio multo labore collecta. de Ora. 155 a, Colligere gratiam ex priuatorum negocijs. I. V. 66 a, Conseruare famam antè collectam. de Fin. 116 a, Colligere bonum rumorem. Qu. Fr. 208 a, Colligere laudẽ omnium undique.

Colligere, percipere, cognoscere. In Ver. 239 b, Vt ex eo crudelitatis inuidiam colligam. Att. 37 b, Ex eo colligere potes quanta occupatione distinear. Off. 45 a, Vnde colligitur, hæc pueris & mulierculis esse grata.

Colligere rursum. cogere & constringere, seu componere. de Cla. 191 a, Is metuens ne uitiosum colligeret, etiam uerum sanguinem deprauabat. de Nat. 46 a, Aer humorem colligens, terram auget imbribus. I. V. 209 a, Mouere castra ex aliquo loco, & uasa colligere.

Colline o, siue collimo, as. dirigo, propositum assequor. de D. 133 b, Quis est enim, qui totum diem iaculans, non aliquando collineet? de Fi. 94 b, Vt si cui sit propositum collineare hastam aliquò aut sagittam. & ibi. Huic in eius simili tudine omnia facienda sint, ut collineet, & tamen ut omnia faciat, quò propositum assequatur.

Colliquefio, fis. pro Clu. 54 a, Venenum colliquefactum in potione: id est. dissolutum.

Collina porta, Romæ. de Leg. 182 a.

Collis, lis. mons. pro Clu. 52 a, Cum quædam controuersia in collibus esset horta. In Arat. Excelsi colles.

Collocatio, onis. dispositio. Offic. 28 b, Itaque uidetur eadem uis ordinis collocationis fore. de Orat. 158 b, Collocationis est componere & struere uerba, sic, ut ne ue asper eorum concursus ne ue hiulcus fit, sed quodammodo coagmentatus & leuis. & 113 a, Ora. 220 a, Compositi oratoris bene structam collocationem dissoluere permutatione uerborum. de Or. 97 a, Ipsa collocatio conformatioq; uerborum perficitur in scribendo. de Or. 124 b, De ordine uerborum & collocatione aliquid dicere. p Cl. 57 b, Collocatio filiæ. & de Off. 44.

Collocoas. loco, pono, dispono, statuo. pro Pl. 208 a, Huius ego manib. in naui tuta collocatus, Brundusium petere contendi. Qu. Fr. 308 a, Columnas neque rectas neque eregionẽ Diphilus collocarat. & ibi. Ea erat loco posita. de Orat. 98 a, Suo quisq; loco collocare. & 154 a, Collocare aliquẽ in regno maiorum fuorum. pro Do. 129 b, In eo loco sum, in quo me honores populi Rom. collocauerunt. Bru. 90 b, Qui esset eo quo ego sum gradu, Senatus populiq; iudicio collocatus. Post. 204 a, Populus Rom. cuius honoribus in amplissimo cõsilio, & altissimo gradu dignitatis, & in hac omnium terrarum arce collocati sumus. Part. 120 a, b, Violatus, is qui procreauit, qui aluit, qui sede ac domo atque in repub. collocauit. ad Her. 29 a, Fortuna te collocauit in amplissimo statu. I. P. 92 b, Collocare sibi domicilium in aliquo loco. I. A. 212 a, In hac custodia tanquam in specula collocati sumus. pro Qu. 15 a, Collocare spem in incerto futuri temporis euentu. I. C. 110 a, Sedes ac domicilium collocare. pro D. 223 a, Si uos me in meis ædibus collocatis. pro Mil. 105 a, P. Clodius seruum in templo Castoris ad Pompeium interficiendum collocarat. I. P. 85 b, Quem ad Cn. Pompeium interimendum collocatum fuisse constabat. pro Sest. 21 a, Collocare statuam in foro. I. C. 115 a, Simulacrum aliquod ita collocare, ut solis ortum conspiciat. & ibi. Cum signum statueretur, quo collocato atque ad uos senatumq; conuerso uidistis, &c. de Or. 98 a, Tabulas ac figura propalàm collocare. I. V. 160 b, Statuitur Lolius in illo conuiuio. de Cla. 388 b, Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. Epistol. 197 b, Legiones ad urbem adduce re cogitat, easq; in ceruicibus nostris collocare. de Orato. 213 b, Acutarum grauiumq; uocũ iudicium ipsa natura in auribus nostris collocauit. Tusc. 183 b, Collocare aliquem in cubilide. Ar. 256 b, Collocare aliquem in tuto. de In. 77 b, Non isto loco uerbum illud collocasset. Statua ad Opis per te posita in excelso est. I. Statua. de Clar. 100 a, Nullum nisi loco positum uerbum, & tãquam, &c. Epistol. 25 b, Mihi erat in animo cum prima æstiua attigissem, militaremq; rem collocassem, decedere ex senatusconsulto. pro Cecin. 288 a, Pecuniam in prædijs collocare. Item: Pecuniæ collo candæ ratio esse debet. pro Cec. 187 a, Is curauit ut in eò fundo dos collocaretur. Epi. 116 a, Bene collocare beneficium. Of. 48 a, Collocare beneficium apud aliquem. Attic. 284 a, Tua nobis authoritate opus est ad collocandum aliquem ciuitatis statum. I. V. 247 a, Se bene apud istum tam multa pcia ac munera collocasse. I. V. 242 a, Aedilitas aliqui data & rectè collocata, & in loco posita. pro Mur. 30 b, Itaque beneficij collocandi spem perdidistis. Sumptus nusquam melius potest poni. I. Sumptus. de Cl. 173 a, Collocare filiam alicui. & Offic. 48 a, & ibi. Adiuuare aliquem in collocatione filiarum. de D. 101 b, In matrimonium collocoe. de In. 59 a, P. Scipio Corneliam filiã Tiberio Graccho collocauit. I. A. 184 a, Non enim patrimonium suum effudit, sed in salutem populi Romani collocauit. de Cl. 184 a, Qu. Catulum in præsidijs repub. collocemus. pro Mil. 106 a, Collocare insidias alicui. Qu. Fr. 205 b, Qui omne studiũ suum in doctrina & sapientia collocassent. Offi. 32 a, Tum optimo quasi ingenio totum se in solitudine & scientia collocaret. Quint. Fra. In quibus tuas uirtutes consecratas & in numero deorum collocatas uides. Officior. 56 b, Hercules ille quem hominem fama beneficiorum memor in concilio cœlestium collocauit. I. A. 197 b, Lecticę collocabantur: id est, deponebantur. In Catil. 116 a, In animis ego uestris omnes triumphos meos condi & collocari uolo. Par. 130 a. & b, Sed & res & uerba inuenienda sunt & collocanda, & alia plura ibi.

Collocupleto, as. dito, augeo ad Her. 11 a, Exornatio est quam utimur rei honestãdæ & collocupletãdæ causa, cõsimata argumentatione.

Collocutio, onis. colloquium, sermo. Ep. 10 b, Hac me mẽte fuisse, & senatus ex me te consule audiuit, & tu in nostris sermonibus collocutionibusque ipse uidisti. Attic. 186, λόγῳ quædam, quæ habet collocutio ipsa suauitatem. ad Herenn. 5 b, Venire in collocutionem cum aliquo. I. A. 23. Collocutio familiarissima cum aliquo.

Colloquium, quij. collocutio, sermo congressus, dialogus, sermonis communicatio. Attic. 224 a, Antonij colloquium cum heroibus nostris pro re nata nõ incommodum. Acad. 2 b, Quasi uero clarorum uirorũ aut tacitos congressus esse oporteat, aut iudicros sermones, aut rerum colloquia leuiorum. Att. 190 a, In hac solitudine careo omnium colloquio. Epist. 157 b, Colloquia facta improbabã, I. A. 221 a, Cum ad colloquium congressumq; eius peruenero. & 244 b, Nempe in Antonij cõgressum colloquiumq; ueniendũ est. & ibid. Memini colloquia cum acerrimis hostibus. Offic. 52 b, Vt neque cesseret unquam, & interdum colloquio alterius non egeret. I. A. 162 a, Colloquia amicorum absentium: id est, literæ. de Sene. 85 a, Cum hostibus clandestina colloquia. Part. 232 b. Colloquia per sonarum.

Colloquor, ris. cum aliquo sermonem habeo, uel confero, communico, colloquium facio. Attic. 89 a, Tu uelim quàm sæpissimè mecũ per literas colloquare. & Epist. 6 a, Per literas tecum quam sepissimè colloquar. de D. 99 a, Magi congregantur in Fano commencandi causa, atque inter se colloquendi. Ep. 45 b, Vtinam Serui saluis rebus colloqui potuissemus inter nos. de D. 94 a, & de Ar. 258 b, Dij cum morientibus colloquuntur. Q. Fr. 312 b, Tu uerò ut me appelles & interpelles, & obloquare, & colloquare uelim. Atti. 179 a, Quibus cum tu de hocipso colloquare uelim, & ad me quid tibi responderint, scribas, de Orator. 87 a, Qui primo die de repub. inter se collocuti sunt. & Ep. 11 a, Cum ipsa quasi rep. collocutus sum. Ar. 9 b, Eadem omnia, qua collocuti essemus, uidimus de Cr. 78 b, Hoc enim uno præstamus uel maximè feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo sensa possumus. Att. 257 a, Antonius à me postulat ut clam colloquatur mecum. de Clar. 184 a, In eo libro ubi se cum Curione colloquentem fecit. de Fin. 91 b, Sæpius ista loquemur inter nos, agemusq; communiter.

Collvceo, ces. luceo, illumino. de Nat. 33 b, Sol longè lateq; collucet. I. V. 87 b, Vidi collucere omnia furtis tuis. & 219 a, Fulgore auri collucere & illustrari templum. de Vn. 200 b, Vt mundus omnibus colluceret. Acad. 26 b, Mare nunc, quia à sole collucet, albescit, & uibrat, dissimileq; est proximo ei continenti.

Collvdo, dis. In Verr. 120 b, Qui tibi inimicus esset tanta contumelia accepta, nisi tecum collussisset, & tuæ potius existimationi seruisset quàm suæ.

Collvm, li. ceruici subiecta pars, ceruix, ceruices. In Verr. 257 b, Cum istius auaritiæ pœnam collo & ceruicibus suis sustinerent. & 208 a, Homini iam collum in laqueum inserenti subuenire. I. A. 275 a, In collum inuasit: id est, complexus. Qu. de Pet. 206 a, Qui uiuo stanti collum gladio secuit. de Clar. 194 a, Procerum & tenue collum. de Na. 50 b, Cameli adiuuantur proceritate collorum. I. V. 241 a, Ipse autem coronam habebat unam in capite, alteram in collo. Acad. 6 a, Neque uerò hoc loco expectandum est cum de remo inflexo aut de collo columbæ respondeam.

Collvsio, onis. In Ver. 154 b, Cum uero uerbo iudicium fit in edicto, re quidem uera tuorum comitum hominum nequissimorum collusio cũ Decumanis socijs tuis, atq; adeò procuratoribus, tamẽ audes illius iudicij mentionẽ facere?

Collvsor, oris. I. A. 171 a. Lenticulam de alea condemnatum collusorem suum restituit. & 197 b, Hunc tu comprãsoribus tuis & colluforibus diuidebas: & 197 a, Vt ei dum M. Curio confessore eodem & collusore facillimè possit conuenire.

Collvstro, as. illustro. de Nat. 44 b, Sol omnia clarissima luce collustrãs. de D. 83 b, de D. 127 b, Luna solis lumine collustrari putatur. Tusc. 241 a, Cum omnia collustrarem oculis, animaduerti, &c. Orat. 200 a, Pictura collustrata.) (opaca.

Collvvies, ei. sordes, fæces. Attic. 146 a, Et te in certamine uinci cum illo facilius patiaris, quam cum hoc in ea quæ perspicitur, futura colluuie regnare.

Collvvio, onis. idem pro Sest. 6 a, Ille scelcratissimus ex omnium scelerum colluuione natus. de Som. 94 b, Cum ex hac turba & colluuione discedam. de Ar. 257 a, Hæc tanta colluuio tantaque euersio ciuitatis. In Vat. 33 b, Leges, quæ in Gracchorum ferocitate, & in audacia Saturnini & in colluuione Drusi, & inter Syllana arma uixerunt.

Collybvs, bi. pecuniæ detrimentum, quod fit apud argentarios, cum ea è regione in regionem tibi defertur, & redditur. I. V. 89 a, Nam collybus esse qui potest, cum utantur uno genere nummorum? I. V. 189 a, Certis nominibus deductiones fieri solebant, primum prospectatione & collybo, deinde pro nescio quo cerario. Attic. 187, De Cælio uide quæso ne qua lacuna sit in auro, ego ista nõ noui, sed certè in collybo est detrimentum.

Colo, lis. excolo, ueneror, obseruo, cultum tribuo, cultu quodam & honore dignor, culturam adhibeo, cultum adhibeo, concelebro, incolo, habito. pro S. R. 16 b, Maiores nostri suos agros studiosè colebant, non alienos cupidè appetebant. & ib. a, Quod alijs prædia coluit, non sibi. & ibi. Qui præesse agro colendo flagitium putes. & ibi. Studium quod ad agrum colendum attinet. pro Quint. 2 b. Erat ei res rustica sanè bene culta & fructuosa. de Fin. 114 b, Si igitur illa cultura uitium in uite insit ipsa cætera credo uelit quæ ad colendam uitem attinebunt. contra Rul. 83 b, Vt esset urbs quæ res eas quibus ager campanus coleretur, suppeditare posset. pro S. R. 25 a, Tot prædia, tam pulchra, tam fructuosa pater filio suo colenda acuenda tradiderat. contra Rul. 79 a, Ager qui arari aut coli possit, non qui aratus aut cultus sit. de Na. 56 b, Nos è terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam. I. V. 228 a, Coliturq; ea pars urbis & habitatur frequentissimè de N. 59 a, Qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem colunt. Antequam 194 a, Quam nunc colere gentem instituam? id est habitare. I. V. 274 b, Deæ, quæ illos lacus locosque colitis. Epi. 24 b, Vrbem mi Rufe colè & ista luce uiue. de Orato. 107 b, Verris ne tua domus, si à litigiosis hominibus non colatur, à cæteris deseratur. de Nat. 68 b, Achillem Astypalea insula sanctissimũ colit. contra Rul. 85 a, Is in Deorum immortalium numero uenerandus à nobis & colendus est. de Nat. 24 b, Di quos nos colere, precari uenerarique solemus. de N. 70 a, Deos auguste & sanctè uenerari. de N. 12 b, Piè sanctèque colere Deum. & 11 a, Piè colere deos. de In. 62 a, Crotoniatæ templum Iunonis religiosissimè colebant. ad Her. 17 a, Religiosè & castè colere aliquid. de Fin. 86 a, Colere diem natalem. pro Arch. 191 a, In qua urbe imperatores propè armati Poetarum nomẽ & Musarum delubra coluerunt. de Legib. 171 b, Colere ius & iustum. pro Fon. 20 a, Colere religionem. & de Arusp. 247 b, Colere religiones. & Offi. 54 b, Colere uirtutem. Colere bonas artes. I. Recolo. pro Arch. 186 a, Colere studia literarum. Colere studium philosophiæ. I. Cultus, Tuscul. 154 a, & 153 b, Nec cerimonias sepulchrorũ tãta cura coluissent, nisi, &c. de Inuent. 81 b, Tribuere alicui diligentem cultum, &c. Ar. 250 a, Quę Persæ semper summa religione coluerunt. pro Flac. 148 a, Testimoniorum religionem & fidem inuiquam ista natio coluit. de Clar. 175 a, Tubero uita seuerus, & congruẽs cum ea disciplina quam colebat. de Sen. 1 b, Obseruantia est, per quam superiores reueremur & colimus. & 26 b, Obseruantia est per quam homines aliquo dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignantur. de Orat. 123 a, Illi qui hoc solum colendum dicebant: id est, Rhetoricam. Part. 122 a. Sequi & colere leges. de Som. 129 a, Qui in uita humana diuina studia coluerint. pro Arc. 188 b, Literæ adiuuãt ad percipiendam eorũdamq; uirtutem. ad Here. 17 a, Studiosè colere societatem atq; amicitias. de Am. 106 a, Amicitiæ non propter indigentiam, sed propter amorem coluntur. Epist. 144 a, Nam tibi me profiteor & in repub. socium, & quotidianum uitæ coniũctũ, cũ ijs artibus studijsq; quæ colimus. Postqu. 20 a, Colere bene meritos. Offic. 1. A, Colere amicitiam institiam, liberalitatem. pro Qu. 4 b, Amicitia ueritate, societate fide, propinquitas pietate colitur. de Or. 122 a, Diligentia præcipue colenda est nobis. Ep. 46 a. Colere doctissimos uiros. de Cl. 165 a, Colere aliquem loco parẽtis. & de Sen. 19 a. I. A. 179 a, Quem patris loco colere debebas. de Am. 161 a, Coli & obseruari ab aliquo. pro S. R. 36 a, Colere atq; obseruare aliquem. At. 264 a, Meq; ille mirifice coluit & amauit. Epi. 135 b, Coli & obseruari à multis. Ep. 134 a, Coli & amari à multis. Att. 34 b, Hic Cæcilium colimus & obseruamus diligenter. pro Flac. 157 a, Ciuitas quæ meus frater in primis colit ac diligit. pro Mur. 141 b, Obseruari ab aliquo & coli. de Leg. 185 a. Colere & diligere aliquem. de Sen. 64 b, Pater tuus quem colui & dilexi. Ep. 64 b, Mihi tui colendi, aut amandi, aut ornandi nolunta nunquam defuit. Attic. 147 b, Aliquot sunt anni, cum nos duos elegi, quos præcipuè colerem. At. 161 b, & Epist. 87 b, Nihil mihi unquam gratius accidit, quàm quòd meam Tullam suauissimè diligentissimeq; coluisti Epist. 256 a, Colere aliquem absentem memoria. Epist. 49 a, & 199 b, Colere aliquem summa obseruantia. Attic. 195 b, Nunc plane nec uictum nec uitam nullam colere possum. ad. Here. 1 b, Colere uitam cum uirtute. id est, uidere. Offi. 2 a, In officio colendo sita uitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. de Leg. 159 a, Cuius muneris colendi efficiendiq; causa nati sumus. Offi. 1 b, Sed hoc quoque colendum est æquabile & tẽperatum orationis genus. Postqu. 20 b, Memoriam uestri beneficij colam beneuolentia semper. Conа. Attic. 207 a, Posthac enim poterimus commodis colere inter nos in Tusculano. de Am. 111 b, Neque solum colent se inter se ac diligenter, sed etiam urebuntur.

Colonarivm, rij. uectigal quod pro re penderetur rustica: in quo sensu etiam usus uidetur Cæsar de bello ciuili, a. 206 a, Colonarium uide ne nullum debeamus. Alterum columnarium.

Colonarii, orum. qui uectigal colonarium exigebant, uel arbitror. Epist. 119 b, Cælij.

Colonevs, nei. locus, in quo Sophocles Oedipum trãgœdiã scripsit. de Sen. 81 b, Oedipus coloneus. de Fin. libr. 124 b, Coloneus locus, cuius incola Sophocles ob oculos uersabatur.

Colona, niæ. populus ex urbe, aut regione, in aliam urbem regionemue deductus & transfiatus. Coloniæ tamẽ, etiam priuilegio fiebant, sine soli mutatione. pro Fonteio 176 a, Narbo Martius colonia nostrorum ciuium. pro Cecin. 304 a, In colonias latinas sæpe nostri ciues profecti sunt, aut sua uoluntate, aut legis mulctat contra Rul. 84 b, Cum cæteris in colonis Duumuiri appellentur, hi se Prætores appellari uolebant. de Cl. 171 b, Cum Triumuir coloniam deduxisset. contra Rul. 63 b, Deducere colonias & ibid. In Ianiculo coloniam constituere. & 73 a, Deducere nouas colonias, renouare ueteres. de D. 80 b, Mittere coloniam in Asiam. I. C. 109 b, Vrbes Coloniarũ ac municipiorum. pro Syl. 178 b, Hic patronus, defensor, custos illius coloniæ. & ibid. Vt non alteros demouisse, sed utrosque constituisse uideatur. Item, Qui coloniam deducebat, patronus erat colonorum. I. Colonus. de D. 101 b, Item in colonia lustrãda ab eo, qui eam deducebat. I. A. 179 b, Mos in colonijs deducendis ut ille qui deduceret aratrum circumduceret, &c.

Colonvs, ni. pro Cec. 303 a, Qui colonos habuit conductum de Cæsennia fundum. & ibid. Dubium est quin si Cæsennia tum possidebat cum erat colonus in fundo, post eius mortem hæres eodem iure possederit? I, V. 199 b, Coloni popu. Rom. atque aratores. I. V. 260 b, Coloni agrorum. de Ora. 125 b, Optimus colonus, parcissimus, frugalissimus. contra Rul. 64 a, Deducant colonos quos uelint, & ijs agros assignent. & 81 a, In omnes colonias totius Italiæ colonos deducant. pro Syll. 178 b, Colonorum dissensio delata ad patronos est. I. A. 204 b, Vt consules cognoscerent qui ager colonus esset, quò milites ueterani deducti essent.

Colophon, onis. urbs. pro Pomp. 10 a.

Colophonivs, a, um. pro Arch. 189 b, Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum. & ibidem. de Homeri patria.

Color, oris. pigmentum. Offic. 26 b, Formæ dignitas coloris bonitate tuenda est. color exercitationibus corporis. de Orat. 151 b, Ornatur oratio genere primùm & quasi colore quodam, & succo suo. pro Dom. 243 b, Sed uecros repentè sine suo uultu, sin colore, sine uoce constitit. de Orator. 161 b, His tribus figuris insidere quidam uenustatis non succo illitus, sed sanguine diffusus debet color. de Orator. 193 a, Catonis lineamentis nihil, nisi eorum pigmentorum quæ inuenta nondum erant, flos & color defuit. pro Clu. 28 b, Crebra coloris mutatio: de Clar. 179 b, Vrbanitatis color. de Leg. 279 a, Color autem albus præcipuè decorus Deo est, cum in cæteris, tum maximè in textili, &c. Tuscul. 237 b, Candiduli dentes, uenusti oculi, color suauis.

Coloratvs, a, um. tinctus. de Na. 69 b, Arcus ipse ex nubibus efficitur quodammodo coloratus. de Clar. 179 b, Vrbanitate quadam quasi colorata oratio.

Coloro, as. colorem induco, tingo. Orator. 201 a, Eloquentia educata nutrimentis epidicticis generis, ipsa se postea colorat & roborat. de Or. 114 a, Vt cum in sole ambulem, ẽt si ob aliam causam ambulem, fieri natura tamen ut colorer: sic cum istos libros ad Misenum lego, sentio orationẽ meam illorum quasi cantu colorari. de Na. 23 a, Atomi for mare, figurare, colorare, animare, non possunt.

Colvmba, bæ. Acad. 20 a, Tu autem ne negas infracto remo, neque columbæ collo commoueri. de Fin. 94 a, Plumæ uerticulores columbis.

Colvmbinvs, a, um. Ep. 138 a, Pullus columbinus.

Colvmella, æ. parua columna. de Leg. 138 b. Statuere columellam super tumulum. Tusc. 241 a, Animaduerti columellam è dumis eminentem.

Colvmen, culmen, princeps. I. V. 188 a, Timarchides columen familiæ uestræ. I. A. 252 a, Columen amicorum Antonij Coryla. pro Flac. 154 a, At istud columen actionis tuæ Mithridates ambulat cum lorica, &c. de D. 84 a, Quid uerò Phæbi fax, tristis nuncia belli: Quæ magnum ad columen flammato ardore uolabat? de Diu. 84 b, Ni potest excelsum ad columen, &c. pro Sest. 6 b, Columen reipublicæ.

Colvmna, næ. de Orat. 159 b, Columnæ & templa & porticus sustinent. pro Dom. 225 b, Columnæ marmoreæ ex ædibus meis ad focerum consulis portabantur. Qu. Fra. 318 a, Columnas neque rectas, neque è regione Diphilus collocarat. pro Cluent. 25 b, Is in discordijs ciuitatis ad eam columnam, ad quam multorũ sæpe conuicijs perductus erat, cum suffragijs populi peruenerat. Qu. Frat. 318 a, Colũnę porticus politæ sunt. I. A. 153 b, Euersio illius execratæ columnæ. de D. 84 b, Iupiter excelsa clarabat sceptra columna. Or. 219 a, Incurristi amens in columnas, Columna Mæuia. I. Męuius.

Colvmnarivm, rij. tributum quod in singulas columnas domum sustentantes exigeretur, proprerea quod opulentiam significarent habitantium. Itaque in Cæsare lib. 3. de bello ciuili, Columniaria legunt, non colonaria. At. 206 a, Columniarium uide ne nullum debeamus.

Colvmnarii, orum. præfecti columnarum tributis. Ep. li. 8 119 b, Nolo te putare Fauonium à Columnarijs præteritũ esse. Cælij.

Colvs, lus. bacillus è quo mulieres pensa nendo trahunt, & deducunt. de Orat. 134 b, Quando ad me uenis cum tua colu & lana.

Comagene, nes. urbs, & regio. Ep. 120 a.

Comagenvs, na. Ep. 240 b, Att. 313 a.

Coma, mæ. capillus. pro Sest. 6 b, Consul unguentis affluẽs, calamistrata coma. Postq. 206 b, & de Ar. 254 a, Primùm processit madenti coma, composito capillo, &c.

Comatvs, a, um. Gallia comata. id est, brachata, & transalpina. I. A. 219 a.

Combibo, bis imbibo, haurio. de Fin. 91 b, Sed insici iam de bet is artibus, quàs si combiberit dum tener est, ad maiora ueniet paratior.

Combibo, onis. compotor. Epist. 142 a, In controuersijs quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

Combvro, ris, uro cremo, inflammo, incendo, exuro. pro Cl. 23 a, & Ser. Ep. 56 a, Puer ante noctem mortuus, & postri die antequam luceret, combustus est. Att. 226 a, At Cæsar etiam in foro combustus. I. V. 92 a, & Qu. F. 300 b, Cõburere aliquem uiuum. Tusc. 186 b, Calanus Indus sua uoluntate uiuus combustus est. de Na. 14 a, & pro S. R. 33 b, Libri Protagoræ in concione comhusti. de D. 87 a, Cõburamus annales. Q. F. 300 b, Aliquem fumo comburi.

Comedo, dis, comedi, comesum, cibum capio, edo, adedo. de Cl. 184 a, Nisi se collega tuus iactauisset, hodie te isthic muscæ comedissent. pro Sest. 24 b, Vsque eo non fuit popularis, ut bona solus comesset. Ep. 139 a, Ego te iacente bona tua comedam. & 176 b, Quo circa Sagulum negligamus, qui res nouas quærit, non quò ueterem comenderit, nullam enim habuit, sed hanc ipsam recentem nouam deuorauit. pro Flac. 163 b, Quid attinuit relinquere hanc urbem? quasi bona comesse Romæ non liceret. At. 89 a, Putat enim Pompeius suos nummos uos comedisse, Cæsarem in meritore ædificando diligentiorem fore. ad Her. 39 b, Iste tãquam cochlea, &c. comeditur cum domo sua & auferitur. de Orat. 131 a, Vt olim tu Crasse comedisse eum la cerum Largij. Comest. id est, comedit. Nonius.

Comes, tis. qui alterum sequitur, assectator, assecla. Epist. 229 b, Titus Augustus & comes meus fuit illo miserrimo tempore, & omnium itinerum, nauigationum, laborum, periculorum meorum socius. pro Syl. 179 b, Itaq; P. Sylla hoc importunissimo tum honoris tum etiam calamitatis socio atque comite, & secundas fortunas amittere coactus est, & in aduersis sine ullo rimedio atque alleuamento permanere. Ep. 16 a, Me quidem certè tuarum actionum, sententiarum, uoluntatum, rerum denique omnium socium comitemq; habebis. de Clar. 168 b, Eloquentia pacis est comes, ociq; socia. Epist. 10 a, In eis uero ulciscendis, &c. mirificum me tibi comitem præbuissem. de Orat. 91 a, Omnes artes comites ac ministras oratoris esse. Atti. 117 b, Eistatim rescripsi, hominemque certum misi de comitibus meis. de Amic. 213 b, Quanta illi orationi maiestas, ut facilè ducem populi Romani, non comitem diceres. de Ami. 103 b, Neque se comitem illius furoris, sed ducem præbuit. pro Mar. 132 b, Huius rei tu ipse es & dux & comes. Tusculan. 213 a, Examinatio metum subsequens & quasi comes pauoris. pro Mur. 137 a, Multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Att. 72 b, Marcellus sedendi comes, & fi ille magistrarum non gesserit, erit tamen transpadanus.

Comessatio, uel comessatio, onis. intẽpestium conuiuiũ præsertim nocturnum & à cœna. pro Cæl. 44 b, Comessationes, conuiuia Baijs acta. I. A. 197 a, Totus denique comessationis Antonianæ chorus. In Cat. 106 b, In uino & olea

olea comessationes & scorta quærere. de Ora. 158 a, Tempestas comessationis, aut comessatio tempestatis.

COMESATOR, uel comessator, oris, qui intempestiuis conuiuijs indulget. pro Cęl. 52 a, Non idem iudicum comesatorumq; conspectus. & At. 13 a, Nostri istic comesatores con iurationis, aliàs comissatores.

COMESOR, uel comessor, aris. intempestiuis conuiuijs & epulis utor. Ep. 15 a, Si quando illa dicet, Phædriam intromittamus comesatum: Tu, Pamphilam cãtatum prouocemus. aliàs, comissatum.

COMESVS, a, um. consumptus, adesus. In Sal. 275 a, Patrimonio non comeso, sed deuorato. pro Cl. 54 a, Venenum epotum quàm comesum celerius potest.

COMETES, tæ, stella crinita. de Natu. 28 b, Stellæ quas Græci cometas, nostri crinitas uocant, quæ nuper magnarum fuerunt calamitatum prænunciæ. de Di. 84 b, Vidisti & claro tremulos, ardre cometas. l. Crinitus.

COMICVS, a, um. pro Q. R. 50 a, Comœdus ex artificio comico spectatur. Or. 23 a, Comici poetæ. l. Comœdia.

COMICE, comico more. de Ora. 145 b, Res tragicas penè comicè tractare.

COMINVS. aduer. de propinquiore loco, propius.) (. Eminus. de D. 116 a, Sed hæc fuerit nobis tanquam leuis armaturę prima excursio, nunc cominus agamus. pro Cor. 59 a, Qui cum hoste nostro cominus in acie sæpe pugnarit. de Sene. 81 a, Eminus hasta, cominus gladio uti. pro Pla. 274 a, Cominus pugnare. Att. 23 b, Qui me epistola petuit, ad te, ut uideo, cominus accessit. pro Cec. 203 a, Etsi non solum impulsu scutorum, neque conflictu corporum, neque ictu cominus, neque coniectione telorum, sed sæpe clamore ipso militum, &c. magnas copias pulsas esse & uidimus, & audiuimus. Tus. 219 b, Video enim utrunque cominus ictu cecidisse contrario.

COMIS, me. humanus, habens comitatem. de Sen. 80 b, Cyrus omnibus in rebus comis erga Lysandrum atque humanus fuit. pro Cor. 62 b, Comes benigni, faciles, suaues homines qui erranti comiter monstrant uiam. de Fin. 81 b, Vir bonus, comis & humanus. pro Mur. 139 b, Quis C. Lælio comior? quis iucundior? & ibi. Nemo eo cõmodior, comior, moderatior fuit, &c. Atti. 80 a, Nil come, nil simplex est. de Cl. 183 b. Q. Scæuola augur percomis est habitus. pro Pl. 272 b, Omnibus comis etiam uisus.

COMITAS, tis. facilitas.) (. Seueritas, grauitas. Par. 231 b, Idq; comitate fit magis quàm uanitate. Q. F. 294 a, Cyrus ille à Xenophonte scriptus, cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur. de Cla. 177 b, Scæuolę multa in seueritate non deerat comitas. de Sen. 79 a, Comitate condita grauitas. de In. 82 b, Clementia est, quam animi temere in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur. Att. 95 b, Mulieres quidem ualde intelligo delectari obsequio & comitate odolescentis. de Ora. 125 a, & 140 a, Verborum comitas. Of. 22 b, Contraq; pater eius nullam comitatem habuit sermonis. & 42 b, Comitas affabilitasq; sermonis maximè concilias animos hominum pro Mur. 140 a, Si illius comitatem facilitatemq; tuæ grauitati seueritatiq; asperseris. Orato. 199 b, Seueritas.) (. Comitas.

COMITATVS, a, um. pro Dom. 228 a, quem popu. Romanus à porta in Capitolium, atque inde domum sua celebritate lętitiaq; comitatum honestauit. At. 135 a, Si Cn. bene comitatus conscendisset, & Coss. transissent. I. C. 105 a, Molestè fero, quòd ex urbe parum comitatus exierit. pro Cęl. 44 a, Mulier multis uiris comitata. I. A. 244 b, Quis audeat luce bene comitatum aggredi.

COMITATIOR, oris. Tus. 250 a.

COMITATVS, tus. affectatores, comitum multitudo, clientela. Attic. 119 b, Si maneo, & illum comitatum optimorum ciuium desero, cadendum est in unius potestatem. pro Cor. 68 a, Cum ducibus ipsis, non cum comitatus affectatoribus confligant. I. C. 112 a, Cum iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi incperent. & ibid. Literæ quæcunque erãt in eo comitatu integris signis prætoribus traduntur. Qu. F. 321 b, Ille ignarus sui comitatus, repentè aperuit lecticam. item, Quæ si quos inter societas est, eorum habendus optimus comitatus. pro Milo. 106 b, Muliebri delicato ancillarum puerorumque comitatu. de Sen. 82 b, Mihi uero illi comitatu nobilium iuuenum fortunati uidebantur. de Finib. 88 a, Tantus uirtutum comitatus. Part. 118 b, Regulus uirtutum præsidio munitus, cũ toq; uirtutis comitatu septus. de Ar. 243 b, Cepi equidem maximum fructum, & ex consurrectione omnium, & ex comitatu publicanorum. Epi. 92 b, Si modo tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum.

COMITER, humanè, humaniter, benignè. I. A. 246 b, Salutare benigne, comiter appellare unum quemque. de Natu. 13 a, Tum Cotta comiter ut solebat: atqui, inquit, &c. Off. 11 a, Homo qui erranti comiter monstrat uiam. pro Cæl. 40 a, Cum aliquo comiter uiuere. pro Corn. 63 a, & 62 b, Benignè, non grauate, comiter quidem certè, non communiter conuenit. Sic Cicero comiter interpretatur, contra quendam qui comiter, dicebat esse communiter.

COMITIALIS, le. tempus comitiorum. Qu. Fr. 307 b, Consecuti sunt dies comiciales, per quos senatus haberi non poterat. 311 a, Dies comitiales exemit comes. I. V. 134 b, Offendit eum mensem comitialem, comitijs iam ab hinc triginta diebus habitis.

COMITIATVS, tus. pro comitijs ipsis. de Leg. 186 a, De capite ciuis nisi per maximum comitiatum, &c. ne ferũto. Ibid. 189 b, Omnib. magistratib. auspicia & iudicia dantur, &c. auspicia, ut multos inutiles comitiatus probabiles impedirent more.

COMITIVM, tij. locus in quo comitia habebantur, campus Martius, cõmune consilium. I. V. 149 b, Quid hoc cuiquã ferendum putas esse? huius argento domos uestras? huius signis tabulis forum, comitiũ ornari? pro Sest. 19 a, Cũ forum, comitium, curiam armatis hominibus occupauisset. I. V. 86 a, Tenes, quem quondam in comitio uidistis, & 87 a, Vidi simul cum populo Romano forum comitiũq; adornatum, ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemq; acerbo & lugubri. de Le. 186 a. De capite ciuis nisi per maximum comitium ne ferunto.

COMITIA, orum. conuentus popu. Rom. commune consilium omnium ordinum, ad creandos magistratus, ad ferendas leges, & alia cum populo agenda. pro Pl. 269 a, Cõsul comitia habere cœpit, uocatæ tribus, latum suffragium, descriptæ, renunciatæ, longè plurimum ualuit Plancius. I. A. 179 a, Ecce Dolabellæ comitiorum dies sortitio prærogatiua quiescit, renuntiatur, tacet, prima classis uocatur, renuncitur: deinde ut assolet, suffragiatum secũda classis uocatur, &c. de L. 193 a, Ferri de singulis nisi cẽturiatis comitijs noluerunt. descriptus. n. populus censu, ordinibus, ætatib. plus adhibet ad suffragium auxilij quàm fuse in tribus conuocatus. contra. Rul. 66 b, Est illud amplissimum Quirites, & hoc honore ex nouis hominibus primum me multis post habitis effecistis, quòd prima petitione, cũ anno meo desiderem magnificentius esse illo nihil potest, cũ meis comitijs non tabellam indicẽ tacitæ libertatis, sed uocem unã pro uobis iudicẽ uestrarũ erga me uoluntatũ tulistis. I. V. 143 a, Tu cum prætor esses renunciatus, non ipsa præconis uoce excitatus es? qui te toties seniorum iuniorumq; centuriis lo honore affici pronunciauerit. Postquã. 210 b, Comitia centuriata, quæ maximè maiores iusta dici habereq; uoluerunt. contra R. 71 b, Nunc quia prima illa comitia tenent centuriata & tributa, curiata tantum auspiciorum causa manserunt. & ibi. & 72 a, & Ep. 17 a, de comitijs multa, & de lege centuriata & curiata. Q. Fr. 307 a, Gracchus augur recordatus est, quid sibi in campo Martio comitia coniunctis habentib. contra auspicia accidisset. pro Rab. 92, Qui in campo Martio comitijs cẽturiatis, auspicato in loco cœlesti desigi iubes. pro Mil. 109 b, Quid comitijs in campo Martio quoties potestas fuit? de Pet. 213 b, Video nulla esse comitia tam inquinata largitione, quibus non gratis aliquæ centuriæ renuncient suos sibi maximè necessarios. Qu. F. 311 b, Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obmunitionibus magna uoluntate bonorum omnium. de Cl. 181 a, Habere comitia contra leges. Att. 143 b, Comitia consularia à prætore haberi non posse. & 53 a, Legem comitiis centuriatis esse perlatam. I. V. 234 b, Satis putabat se adomitia tempore uenturum, si pridie uenisset. Epistol. 19 a, In campo certè non fuisti cum hora secunda comitijs quæstorijs institutis sella Qu. Maximi, quem illi consulem esse dicebant, posita esset, quo mortuo nunciato, sella sublata est. Ille autem qui comitijs tributis esset auspicatus, centuriata habuit. consulem hora septima renunciauit, &c. Attic. 1 a, In campo Martio comitijs tribunitijs ad XVI. Cal. Sex. competitores qui firmi esse uidebantur, Galba & Antonius. I. A. 234 b, Quod si comitia in senatu haberi placet, petamus, ambiamus, tabula modò noua detur nobis sicut populo data est. de Leg. 193 a, Comitia illa sunt armis gesta seruilibus. Attic. 63 a, Sed ea comitia puto fore ut ducantur. de Comitijs uide A. Gellium & Alexandri Geniales dies.

OMITOR, aris. affector, sector. de Fi. 77 a, An est aliquid per seipsum flagitiosum, etiamsi nulla comitetur infamia. de In. 63 b, In itinere quidam proficiscentem ad mercatum quendam est comitatus. Tusc. 247 b, Cæteraque, quæ comitantur huic uitæ.

OMMACVLO, as. maculo, turpifico, fœdo. pro Cæl. 40 b, Si, se ista infinito ambitu commaculasset.

OMMEATVS, tus. cibaria ad multitudinem aliquam alendam, præsertim belli tempore. Item tempus quod eundi, manendi, redeundi datur, & præscribitur alicui. pro Pomp. 14 a, Cũm ex omnibus prouincijs commeatu & publico & priuato prohibebamur. Attic. 107 b, Suscepto autem bello aut tenenda sit urbs, aut ea relicta ille à commeatu & reliquis copijs intercludendus. de Or. 102 b, De commeatu, de insidijs faciendis atque uitandis, &c. ad Her. 5 a, Vt ille qui ad diem commeatus non uenit, quòd eum aquæ interclusisset. I. V. 255 a, Hunc sciote fuisse Heraclitum in ea cõ, qui propter grauem morbum oculorum tum cum nauigaret, & iussu eius qui potestatem habuit, in commeatu Syracusis remanserit. I. V. 248 a, Hancine impudentiam iudices ciuitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere, certo pretio sexcentenos nummos nautarum missione constituere, quos quis dederat, commeatum totius ætatis auferebat: iste quod & nauræ nomine, & pro stipendio frumentoque acceperat, lucrabatur.

OMMEDITOR, aris. meditari, uersare. ad Her. 22. a, Quare locos, quos assumpserimus, egregiè commeditari oportebit, ut perpetuò nobis hærere possint. aliàs egregiè communiterque habitus.

OMMEMINI, sti. memini. de Orato. 194 b, Quem hominem probè commeminisse aiebat. & 159 b, Id quod tu rectè cõmeministi Tusc. 150 b, Ego autẽ non commemini antequã sum natus, me miserum.

OMMEMORABILIS, le. memorabilis. pro Mar. 152 b, Vir cõmemorabili uirtute præditus. & de N. 52 b.

OMMEMORANDVS, a, um. I. V. 74 a, O commemoranda iudicia præclaramque existimationem nostri ordinis.

OMMEMORATIO, onis. mentio, recordatio. Qu. F. 197 a, Me in scribendo, commemoratio uirtutis delectauit. I. V. 97 a, Verres in assidua commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuit. Epist. 67 a, Me cõmemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit. & 146 a, Commemoratio huius rei magnam mihi lætitiam attulit. Orat. 108 a, Commemoratio antiquitatis, exemplorum prolatio. pro Arch. 191 a, Commemorationem nominis nostri non cum uitæ tempore dimittendam esse, sed cum omni posteritate adæquandam.

OMMEMORO, memoro, dico, memini, profequor, profero, sermonem usurpo, alicuius rei memoriam usurpo, crebris usurpo sermonibus. I. V. 231 b, Longum est & non necessarium, commemorare quæ apud quosque uisenda sunt. pro Qu. 1. Nam quid hoc iniquius, aut indignius dici, aut commemorari potest? Epist. 48 b, Omnes enim causæ, quas commemoras, iustissimæ sunt. de Orato. 123 a, Critolaus, quẽ simul cum Diogene uenisse commemoras. de Orator. 149 b, Metrodorus, de cuius memoria commemorauit Antonius. Q. Fra. 297 a, Omnes de tua uirtute commemorant. pro R. 95 b, C. Decianus, de quo tu sæpe commemoras. pro Plan. 279 b, Nihil ex meis est temporibus, quod minus mea celebratione commemoratum sit. de Sen. 84 b, Quid quoquo die audierim, dixerim, egerim, commemoro uesperi. Acad. 18 b, Primum quod initiò dixisti uideamus quale sit. similiter, à nobis de antiquis philosophis commemorari, atque seditiosi solerent claros uiros, sed tamen populares aliquos nominare. de Am. 109 b, Beneficia meminisse debet is in quem collata sunt, non, commemorare qui contulit. Parad. 124 a, Quæ est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio? Postquãm. 212 b, Qui desiderium mei nominis renouari, & memoriam rerum gestarũ usurpari coegi. pro D. 151 a, Quæ si priuatis gloriosa sunt, multo magis commemorabuntur in regibus.

COMMENDATIO, onis. comprobatio, laus, commissio. Epist. 4 a, Is cum antea & suo splendore & nostra cæterorumque amicorum commendatione gratissimus in prouincia semper fuit, tum hoc tempore propter tuum in me amorem no strumque necessitudinem uehementer confidit his meis literis se apud te gratiosum fore. & ibid. Omnibusque reb. eũ ita tractes, ut intelligat nostram commendationem non uulgarem fuisse. Attic. 121 b, Cui qui noster honos? quod obsequium? quæ etiam ad cæteros contempti cuiusdam hominis commendatio nostra defuit? ut meum iudicium reprehendi à Qu. fratre iulgoque ab omnibus mallem, quàm illum non efferre laudibus? Tusculan. 148 a, Videne plus commendatio in uulgus, & hæc quæ expetitur gloria molestiæ habeat, quàm uoluptatis. Epistol. 8 a, Magna est hominum opinio de te, magna cõmendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui. Orat. 207 a, Hunc librum si minus nostra commendatione, tuo tamen nomine diuulgari necesse est. Off. 42 a, Prima est igitur adolescenti commẽdatio ad gloriã, si qua ex bellicis reb. comparari potest. Or. 208 a, Principia acuta sententijs uel ad offensionẽ aduersarij, uel ad commendationem sui. de Orator. 128 a, Illa pars orationis quæ probitatis commendatione boni uiri debet speciem tueri. I. P. 79 b, Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum. I. C. 103 a, Homo per se cognitus, nulla commendatione malorum. de Cl. 173 a, Is magnos honores sine ulla commendatione maiorum est adeptus. pro Flac. 151 a, Aliquis infimo loco natus, nulla commendatione famæ. de Clar. 186 a, Huius mores oẽs commendationem ingenij euertunt. de Clar. 194 a, Hæc causa tantum commendationis habuit, ut. &c. Offic. 42 b, Prima igitur commendatio proficiscitur à modestia. pro Deiot. 144 a, Qui commendationem ineũtis ætatis ab impietate & scelere ducerit. pro Cæl. 38 b, Et meus hic forensis labor uitæ quæ ratio dimanauit ad existimationem hominum paulos latius commẽdatione ac iudicio meorum. I. A. 186 b, Nec sentit amens commendationem esse compellationem suam pro. Plan. 265 b, Hoc uale ret; inquam, in communi consensu omnium, & dulcissima commendatione naturæ. de Orator. 141 a, Facillimè teneri ea quæ auribus percipierentur, aut cogitatione, si etiã oculorum commendatione animis traderentur. de Fi. 72 a, Epicurus in prima commendatione uoluptatem dixit. & ibid. Vt uoluptatem illam Aristippi in prima commendatione poneret.

COMMENDATITIVS, a, um. I. V. 234 b, Tabellæ non commendatitiæ, sed tributariæ. Epistol. 62 a, Etsi statueram nullas ad te literas mittere, nisi commendatitias, tamẽsi &c.

COMMENDATRIX, cis. de L. 167 b, Lex est emendatrix uitiorum, commendatrixque uirtutum.

COMMENDATVS, a, um. I. A. 222 b, Vita Ser. Sulpitij multis erit præclarisque monumentis ad omnem memoriam cõmendata. I. A. 166 b, Quæ res unquam gloriosior? quæ cõmendatior hominum memoriæ sempiternæ? pro Cor. 63 a, Quis nostrum est cui non illa ciuitas sit huius studio, cura, diligentia commendatior? pro Sest. 7 a, Alter erat opinione hominum, nobilitate ipsa blanda conciliatricula cõmendatus. & ibid. Homo falsa opinione, errore hominum cõmendatus. de Leg. 174 a, Sacrum sacrove commendatum qui eleperit, patricida esto.

COMMENDO, as. probo, fidei alicuius committo; in tua fide ac religione depono, concredo, in uestra fide atque humanitate totam causam repono. Ciuitas in Catonis fide collocata, qui nationes deuictas bello fidem cepissent, omnia in fidem & quodammodo patrocinium mei consulatus sunt collata, in fidem meam accipio, in tutela

la alicuius sum: alicuius uirtuti, fidei, felicitati sum cõmendatus. Postquàm. 207 a, Cùm eum præter simulatam tristitiam nulla res commendaret. Epist. 189 a, Neque enim omnium iudiciorum malim me à te commendari, quàm ipso tuo iudicio dignè ac mereor commendatus esse. de Orato. 109 b, Vt duos summos uiros, ijs qui neutrum illorum uiderint, eorum quibus ambo illi oratores cogniti sunt, uiuorum & præsentium memoria teste commẽdemus. pro Cęl. 38 b, Nec enim uobis satis commendata huius ætas esse posset, nisi &c, de Orator. 125 a, Lenis oratio commendat reos. Offic. 42 b, P. Rutilij adolescentiam ad opinionem & innocentiæ & iuris scientiæ, P. Mutij cõmendauit domus. de Clar. 184 b, Nulla re una magis commendatur orator, quàm splendore uerborum. de Orator. 107 a, Vox quæ una maximè eloquentiam commendat. de Clar. 186 b, Huius actio non satis commendabat orationem. Attic. 209 a, Ligarianam, ut uideò, præclarè autoritas tua commendauit. & 49 a, Me totum tuo amori fideique commendo. & 229 a, Respub. ita te mihi commendauit, ut chariorem habeã neminem. Epistol. 21 a, Tibi me totum cõmendo atque trado. & 218 b, Sed uereor, ne quia cõplures tibi præcipuè cõmendo, exæquare uidear ambitione quadam commendationes meas. Qu. Frat. 299 b, Item: Tibi me, tibi meas oĉs opes fortunasque commendo, tibi committo existimationem ac spem reliquæ uitæ. Epistol. 28 b, Petis a me ut Bibulo te q̃ diligentissimè commendem. Att. 276 b, & 277 a, Ad petitionem aut commendationem honoris tibi Glicona medicum diligentissimè commendo. Epistol. 4 a, Quæ ne spes eum fallat, uehementer te rogo, commendoq; tibi eius omnia negocia, liberos, procuratores, familiã. & 109 a, Quare mi Cicero perseuera constanter nos conseruare, & Sulpitio successori nos de meliore nota cõmenda. & 194 b, Vale, & matrem meosque tibi cõmendatos habe. & 300 a, Zeuxis, quem scribis certissimum matricidam tibi a me intimè commendari. & 187 b, A te peto dignitatem meã tibi commendatam habeas. & 199 b, Rogo ut habeas eos a me commendatissimos. Pro Cl. 24 b, Spes illa quã mulier in aluo cõmendatam à uiro continebat. pro Pomp. 6 a, Vt se socios dignos existimetis, quorum salutem tali uiro cõmendetis. de Finib. 93 a, Simulatq; natum sit animal, ipsũ sibi conciliari & commendari ad conseruandum. I. A. 235 a, Harum rerum omnium decertatio consulibus commissa & commendata est. pro Ar. 189 a, Poetæ quasi deorum alicuo dono & munere commendanti nobis esse uidentur. pro S. R. 37 a, Cui fortunæ uiuo commendatæ sunt atque cõcreditæ. pro Dom. 242 a, Vobis ergo meam dignitatem, studiũ & iudicium non modò commissum, sed etiam commendatum arbitrabuntur. de Ar. 246 b, Pontifices quorum, autoritati, & fidei, & prudẽtiæ maiores nostri sacra religionesq; commendarunt. pro Mur. 124 a, Idem consul eum uestræ fidei commendat, quem anteà dijs immortalibus commendauit. de Pro. 76 a, Quare sit in eius tutela Gallia, cuius uirtuti, fidei felicitati commendata est. de Orator. 104 b, Filios suos paruos tutelæ populi commendare. Offi. 25 a, Iura fidei magistratuum commissa sunt de Orator. 111 b, Historia qua uoce alia nisi oratoris immortalitati cõmẽdatur. Epist. 68 b, Vt me sempiternæ gloriæ per eum commendari nolim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenij gloriam consequatur. & 151 b, Nomenq; tuũ commenda immortalitati. & 67 a, Cupio res nostras quàm celerrimè monumentis commendari tuis. Ep. 171 a, b, Satis me multa scripsisse quæ literis commendari possint, arbitror: idest, committi.

Commentariorvm, li. libellus. I. A. 156 a, An in commentariolis & chirographis & libellis acta Cæsaris firma erũt? de F. 108 b, quæ res efficit, ne necesse sit, ijsdem de rebus semper quasi dictata decantare, neque a commentariolis suis discedere. de Orator. 85 a, Quæ pueris nobis ex commentariolis nostris inchoata ac rudia exciderũt. Q. de Pe. 214 a, Volo enim hoc commentariolum petitionis haberi omni ratione perfectum.

Commentarivm, ri. liber ad subsidium memoriæ comparatus, in quo rerum & negociorum capita notantur. de Clar. 175 a, Ipsa illa censoria contra Cn. Domitium collegam non est oratio, sed quasi capita rerum, & orationis commẽtarium paulo plenius. Epistol. 121 b, Quam quisque sentẽtiam dixerit, in commentario est rerum urbanarum, è quo tu quæ digna sunt, selige. Attic. 19 a, Commentarium consulatus mei Græcè scriptum misi ad te. Oct. 329 b, M. Annius ciuitates donabat ex commentario. Epist. 113 a, Cõmentarium rerum urbanarum primum dedi L. Castrinio, secundum ei qui has literas tibi reddet. I. V. 246 b, Audite decretum mercenarij prætoris ex ipsius commentario. & ibid. Recita commentarium. pro S. 175 b, Ego recentem putarem memoriam cũcti senatus commentario meo posse superari? Tusc. 202 a, In eo est disputatio scripta Carneadis, quam se ait in commentarium retulisse. Attic. 102 b, Referre aliquid in commentarium manu sua. de Orato. 102 b, Illa quæ in commentarium meum retuli.

Commentarii, orum. idem quod commentarium. Epist. 8 a, b, Si enim suscipis causam, conficiam commentarios rerum omnium. de Cl. 289 a, Cæsar scripsit commentarios rerum suarum. Offic. 53 b, 54 a, Quem locum miror à Posidonio breuiter esse tractatum in quibusdam commentarijs. pro Rab. 93 a, Ex annalium monumentis, & ex regum cõmentarijs aliquid conquirere. de C. 171 a, Vt & Atticus scribit, & nos in antiquis commentarijs inuenimus. I. A. 153 a, Nihil tum nisi quod erat notum in C. Cæsaris cõmentarijs reperiebatur. de Cl. 169 a, Possumus T. Coruinum suspicari desertum, quod ex pontificum cõmentarijs longè plurimum ingenio ualuisse uideatur. de Fin. 92 a, Cõmentarios quosdam Aristotelicos, quos hic scribam esse, ueni ut auferrem. de Orator. 129 b, Vbi sunt fundi Brutorum quos tibi pater publicis cõmentarijs consignatos reliquit? id est, tribus libellis de iure ciuili.

Commentatio, onis. cogitatio, meditatio. de Orator. 97 a, Subitam orationem commentatio & cogitatio facile iuuat. & ib. b, & illa cõmentatio inclusa in ueritatis lucẽ proferenda est. Epi. 138 b, Commentatio causarum. de Orator. 87 b, Is sese quotidianis commentationibus exercebat. & ib. a, Quos locos multa commentatione ac meditatione parare oportet expeditos habere debetis. de Clar. 174 a, Inuentio, citationibus commentationibusq; multum operæ ponere. de Orator. 107 b, Subitæ ad propositas causas exercitationes, & accuratæ ac meditatæ commentationes, multi fuderis sunt. Tusc. 164 a, Tota enim philosophorum uita, ut ita dicam, idem commentatio mortis est. Tusc. 184 a, De exercitatione & consuetudine & commentatione dixi, apagesis autem de ratione uideamus. & 183 b, Tantum exercitatione meditatio, consuetudo.

Commentitivs, a, um. fictus. pro S. R. 25 a, Ille quomodò crimen commentitium confirmaret, non inueniebat. de N. 5 b, Commentitiæ futilesque sententiæ. & 40 a, Cõmentitij & ficti dei. Offic. 59 a, Ficta & commentitia fabula. de F. 146 a, Nomina partim noua commentitia, partim idem significantia. de N. 7 b, Parmenides commentitium quidã coronæ similitudine efficit. & 22 a, Omnem talem confirmationem animi, philosophi motum inanem nocant.

Commentor, aris. meditor, cogito, considero mecum meditor. Attic. 38 b, Veruntamen ipsum mecum in his locis commentor, ut ista improbem. I. A. 190 b, Iam accedunt desules multos iam menses de pop. Rom. libertate commentati atque meditati. I. P. 100 b, Sin autem aliquidi sperare uolueras, cogitaras id, quod illa trophæa plena dedecoris refusa te commentatum esse declarant. Epist. 95 b, Si me occupationibus relaxaro (nam ut planè exoluam nõ possum) & ipsum quidem multos annos nihil aliud commentor, nisi cebo, &c. Tusculan. 196 b, Nam qui hæc audita à doctoribus minissem uiro, futuras mecum cõmentabar miserias. de Cl. 193 a, Hortensius tanta memoria fuit, ut quæ secum commentatus esset, ea sine scripto uerbis eisdem redderet. de D. 98 a, Magi congregantur in fano commentandi causã, atque inter se colloquendi. de A. 96 b, Cùm in hortos Dõmi Bruti commentandi causã (ut assolet) uenissemus. Epist. 8 a, Ad quem paratus uenerat, cum in uilla Metelli cõsularis dies commentatus esset. & ib. Quæ autem in lustris & in ciuno commentatio potuit esse? de Fi. 153 a, Animaduertebo ea quæ domi fiunt curiosius, incipiuntq; commentari aliquid & discere. Ep. 52 a, Vt antè commentemur interiora, ea ratione nobis traducendum sit hoc tempus. de Or. 150 b, Magister hic Samnitum summa iam senectute est: & quotidie commentatur. I. A. 233 a, Quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragœdiam. pro Quint. R. 31 a, Quæ mihi iste usus est ex alia oratione declamare, quam alium reum commentaretur. Attic. 142 b, Θέσεις meas cõmentari non desino, id est proposita. de Cl. 194 b, Commentor declamitãs cum aliquo quotidie. & 172 a, Vsque illum cõmentatum in quadam testudine cum seruis literatis fuisse. de Clar. 171 a, In considerando componendaque causa. Epi. 266 b, Is diu & multis lucubrationibus cõmẽtata oratione uide ut probari posit te, non peccasse.

Commentvm, ti. res ficta, excogitata inuentio. de N. 26 b, Opinionum enim commenta delet dies. de Cl. 193 a, Idem sua, & commenta, & scripta, & nullo referẽte omnia aduersariorum dicta meminerat.

Commeo, as. eo, uenio, redeo. Attic. 124 a, Crebrò enim illius literæ ab alijs ad nos commeant. pro Pomp. 14 b, Insula Delos, quò omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabãt. I. V. 245 a, Nauis, quæ ad ea furta, quæ reliquisses commearet. de N. 65 b, Cum ea iam uicissim retro commeant. & 35 b, Sol ab ortu ad occasũ commeans. de N. 7 b, Animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem. pro Cæl. 45 b, Cuius in hortos iure suo libidines omnium commearent.

Commercivm, ci. usus, familiaritas. de Sen. 85 b, Voluptas nullum habet cum uirtute commercium. I. V. 231 a, Mihi commercium ullius rei cum illo non est. & 168 a, Is agrum in Segestano (nam commercium in eo agro nemini est) conductum habebat & 133 b, Et locum illum senatorij ille uẽdidit, cui ne commercium quidem esse oportebat. ad Brut. 285 b, Si sic commercio locus.

Commereo, res. mereor. de Orator. 105 a, Interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisse se maximè diceret.

Commeritvs, ta. de In. 12 b, & 56 b, Non castigabo, pro commerita noxia, Plauti.

Commetior, ris. metior, simul metior. de In. 51 a, Sæpe oportet commetiri cum tempore negocium. de Vn. 200 b, Neque fiderum ambitus inter se commetiuntur.

Commigro, as. migro, domicilium muto. Quint. Frat. 309 a, Domus tibi conducta est, sed breui in tuam commigrabis.

Commilito, onis. in bello socius. pro Dom. 149 a, Hic adolescens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit.

Comminatio, onis. minatio. de Or. 162 a, Orationis autem ipsius tãquam amorum est, uel ad usum comminatio & quasi petitio, uel ad uenustatem ipsa petitio.

Comminiscor, ris. commentus sum, fingo. de Fat. 141, Quædam etiam Posidonius comminisci uidetur. de N. 37 b, Epicurus monogrammos deos commentus est. Attic. 86 a, Nec me hoc uel potius Africanum (is enim loquitur) commentum putes, de Fin. 116 a, Ille enim occurentia nescio quæ comminiscebatur. Ad Her. 8 a, Confingere, & comminisci aliquid.

Comminvo, is frango, diminuo. I. V. 212 b, Is nescio quo pacto dum armis exercetur, annulus aureus, quem habebat, fractus est & comminutus. I. P. 99 b, Illi statuã istius deturbant, affligunt, comminuũt, dissipant. pro Qu. 4 b, Nullum officium tam sanctum est, quod nõ auaritia comminuere atque uiolare soleat. Offi. 41 a, Viriatus, quem C. Lælius prætor fregit & cõminuit. Attic. 57 a, Re familiari comminuti sumus.

Commisceo, sces. permisceo. pro Dom. 242 b, Cuius ignem non sum passus cum totius urbis incendio cõmisceri. de Ami. 111 a, Cuius animum cum se commisceat, ut efficiat pene unum ex duobus. pro Ma. 132 a, Nũquam enim tempestas cum sapientia commiscetur. de N. 31 b, In mari & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines. Ad Herenn. 35 a, Ius accusatoris cum iure testimonij commiscebis.

Commiseratio, onis. miseratio, misericordia. de Orator. 163 b, Aliud molestia, sine commiseratione graue quiddã, sed uno pressu ac sono obductũ. Ad Her. 16 a, Cõmiseratio item breue esse oportet, nihil enim lachryma citius arescit.

Commiseror, aris. miseror, miseratiõe afficior. In Arat. Cõmiserans hominum metuẽdos undiq; casus. I. V. 61 b, Quid cum commiserari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traijcere cœperit? Antequam. 196 a, Conqueri & cõmiserari non licere.

Commissator, oris. Comesator.

Commissvm, si. factum, facinus, delictum. pro Syl. 180 b, Ecquid huius factum aut commissum nõ dicam audacius, sed quod cuiquam paulo minus cõsideratum uideretur factum quæro. Tusc. 181 b, Enunciare commissa, prodere consciõs. de L. 173 b, Sacrum commissum quod neque expiari potest, impie commissum esto. uidetur hic Cicero loqui de quodam scelere, quod expiari non potest, cuiusmodi Theologi nostri appellant, peccatum in spiritum sanctum, & peccatum ad mortem.

Commissio, onis. exhibitio. Attic. 254 a, Sed tamen rumoris nescio quid affluxerat, commissione Græcorum frequẽtia non fuisse. Att. 249 a, Et tecum ago ut iam ab ipsa commissione ad me, quemadmodum ij ludi aceipiantur, deinde omnia.

Commissvra,ræ. iunctura. de Natur. 54 a, Quid dicam de ossibus? quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent? & 56 a, Molles digitorum commissuræ. de Vn. 199 a, Vt & ipse secum, & inter se ex commissura iungerentur.

Commissvs, a, um. at pugna commissa. I. Committo.

Committo, tis. credo, concredo, commendo, mando. I. A. 235 a, Cum harum rerum omnium decertatio, consulibus commissa & commẽdata sit. pro Dom. 213 a, Vt omnia uestræ sapientiæ, fidei, potestatique commissa creditaque esse uideantur. I. V. 242 b, Mihi honorem illum non solum datum, sed etiam creditum ac commissum puto. Qu. F. 291 b, Si quis est in quo iam defendaris, huic mihi credideris, nullam partem existimationis tuæ comisseris. & 295 a, Vt eos quos tuæ fidei potestatique S. P. Q. R. commisit & credidit diligas. I. V. 149 a, Qui Quæstor consulem suum consilijs commissis, rebus omnibus creditis, spoliare, relinquere, prodere ausus est. pro Quint. 18 a, Tibi committo existimationem ac spem uitæ meæ. pro Fon. 28 2 b, Frugi hominem iudices uidetis positum in uestra fide ac potestate, atque ita ut commissus sit fidei, permissus potestati. Offic. 25 a, Iura fidei magistratuum commissa sunt. Offic. 17 b, Vt tutela, sic procuratio reipub. ad utilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus cõmissa gerenda est. Attic. 242 b, Autor non sum, ut te urbi commietas. pro Dom. 223 a, Qui se populo commiserãt, repellebantur. pro Sex. Rosc. 37 b, Cum per eius fidem læditur, cui se commiserit, Attic. 10 b, Satius est infamiæ sordibus relinqui, quàm infirmo iudicio committi. de Orator. 99 a, Ego tibi ullam causam maiorem committendam putem? pro Plan. 272 a, Comittere magistratum alicui. Attic. 131 b, Quantum ijs copijs committendum sit, non te præterit. pro Dom. 216 b, Cn. Pompeio plurima bella extra ordinem sunt commissa. Epist. 204 b, Neque te impedio quo minus susceptum negocium pro tua fide & diligentia ex uoluntate Cæsaris qui tibi rem magnam difficilemque commisit, gerere possis. pro Sex. Rosc. 39 a, Quæ posita sunt in suspicionibus, ea uestris ingenijs coniectureque committo. I. A. 205 a, In conspectum pop. Rom. quo ore uos commisistis? pro Sex. Rosc. 37 a, Res tãta, quæ publicè gesta atque commissa sit. Episto. 42 a, Quid mihi ille non commisit? quid non tecum communicauit? Attic. 7 b, Itaque neque Achaicis, neque Epiroticis hominibus paulo liberiores literas committere audeo. Atti. 18 a, Huic terræ filio nescio cui committere epistolam tantis de rebus non audeo. Episto. 16 b, Quos tamen ipsos libros si quem cui recte committam inuenero, curabo ad te perferendos. Attic. 54 a, Præterea sunt quædam domestica, quæ litteris non committo. & 155 b, Fortunæ sunt committenda omnia, sine spe conamur ulla. Episto. 254 a. Quare te neque nauigationi, neque uiæ committas. Attic. 138 b, Quorum causa timidus me fortunæ committebam. Attic. 232 a, Huic nihil credideris, nullam partem existimationis tuæ commiseris. In Ara. Hoc caue te ponto studeas committere mense. Ac. 17 b, Vt tamen in præcipitem locum non debeat se sapiens committere. I. A. 244 a, Possum ne satis uideri cautus, si me huic itineri tam periculoso commisero? pro

Pom.p.10 a, Quis negauit, qui non se aut mortis, aut seruitutis periculo committeret.

COMMITTERE, facere. de Leg. 163 a. Quocirca uereor committere, ut non bene prouisa principia ponãtur. I. A. 217 a, Ego nolo quenquam ciuem committere, ut morte mulctandus sit. Episto. 65 b, Non committam ut tibi insanire uidear. Atti. 4 a, Non committam posthac, ut me accusare de epistolarum negligentia possis. Officio. 43 a, Id enim ipsi sordidam est, ad famam, committere ut accusator nomi netur. Epistol. 39 b, Non est meum committere, ut negligẽs fuisse uidear. & 166 b, Ipsum Cæsarem nihil sanè de te quæstum, nisi dictum, quod diceret te dixisse, laudandum adolescentem, ornandum, tollendum, se esse non commissurum ut tolli possit. & 177 a, Nõ committendum putaui, prius ut alpes transgrederer, quàm scirem, &c. Attic. 118 a, Non puto Cn. nostrum cõmissurum, ut Domicium relinquat. & 124 b, Non placuit nobis committere ut temeritas nostra reipub. noceret, & 10 b, Id autem ut accideret, commissum & Hortensij consilio. & 69 b, Non committam ut tibi cum posim prodesse, non prosim. & 213. Ne committas ut frustra properasse uidearis. Quint. Frat. 290 a, Præsertim cum id commiserit, ut ille alter annus etiam tertium posset adducere. pro Quin. 11 a, Commissum nihil est quare ad istam rationem peruenireturi. de Orato. 130 a, Nõ committam, ut si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi.

COMMITTERE, edere, suscipere, exhibere. Epist. 165 b, Sed ut rationem ideo, quo die prælium Pansa commisit, eodem à Gadibus naues profectæ sunt. pro Mur. 132 a, Pugna, quæ cum rege commissa est, & summa contentione pugnata. I. C. 112 a, Tum interueatu Pontini, pugna quæ erat commissa fedatur. pro S. R. 20 a, Lõgo interuallo iudicium hoc inter ficarios primum committitur. Qu. F. 325 a, Ad VIII. Calendarum Nouembris, quo die ludi committebantur.

COMMITTERE, delinquere, peccare, admittere, edere. pro Muræn. 125 a, Nihil commissum contra legem esse defendo. de Cl. 168 b, Sed cum ex eo, quia quasi committeret contra legem, quo quis iudicio circunueniretur, sæpe ipse in iudicium uocaretur, orationes alijs destitit scribere. pro Clu. 36 b, Is condemnatus est quod contra legem commisisset. I. V. 136 b, Censoribus, si quid commisissent, pœnæ erant legibus constitutæ. de In. 46 b, Qui simili impulsu aliquid cõmisserint, & ibid. Cum impulsione aliquem cõmisisse quid dicet. I. V. 60 a, Quæ tu sine Verre commisisti, Verri crimini datursus sum. pro Mil. 113 a, Nihil timent, qui nihil commiserunt. Epistol. 40 b, Sed quoniã accidit si quid à me prætermissum fuerit, commissum facinus & admissum dedecus confitebor. pro Syl. 168 a, Committere magnum scelus. pro Sest. 16 a, Edere scelus in aliquem. pro S. R. 28 b, Committere maleficiũ. I. V. 77 a, Verres multa in Deos nefariè commisit. & 84 a, Ea natura quæ tantũ facinus commisit. In A. 205 b, Multis rebus nefarijs antè commissis. de Clar. 184 b, Is ne legens quidem unquam sensit, quantum flagitij commisisset. pro Quin. 184 b, Is nihil alienum uita superiore commisit.

COMMITTERE, obligari. I. V. 110 a, Faciemus ut palæstritæ petant hæreditatem, quod eam palæstræ commissam esse dicant. & 81 b, Calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commissam esse diceret. & 154 a, Pœnam octupli cõmissam persequi. Hoc uulgò cadere in pœnam dicitur. pro Cl. 39 a, Nihilominus enim potest, ut illam mulctam non commiserit, accepisse tamen ob rem iudicatum. pro Dom. 242 b, Hanc ago deuotionem capitis mei, cum ero in sedes meas restitutus, tum deniq; conuictam esse & commissam putabo. & 198 a, Postquam.

COMMODE, benè, rectè, commodum. pro S. R. 20 a, Non satis commodè dicere possim, nam commoditati ingenium est impedimento. de Amic. 95 b, Multa ab aliquo breuiter, & commodè dicta. Offi. 51 b, Hæc res commodissime Xenophon persecutus est. de Orator. 104 b, Aliquid non tantum parum commodè, sed etiam turpiter & flagitiosè dictum. & 105 a, Oratio commodè scripta. Attic. 175 a, Quod litteras, quibus putas opus esse, curas dandas, facis commodè. pro S. R. 24 a, Hunc pro dignitate laudare nemo satis commodè posset. Offic. 47 b, Commodè autem quicunque dixit pecuniam qui habet, &c. contra Rul. 87 b, Commodius fecissent: id est melius. de In. 64 b, Exercitus is, cui præpositus est sapiens imperator, omnibus partibus commodius regitur, quàm is qui stultitia alicuius administratur. Attic. 11 b, Sanè commode Pompeius distribuit binos singulis patribus familiarum. & 156 a, Feceris igitur commodè, mihique gratum, si me de his rebus feceris certiorem. & 255 a, Magis commode quam strenuè nauigaui. Epi. 175 a, Et ille, cui mandaui satis scitè & commodè tempus ad te eepit adeundi. Offi. 52 a, Sed toto hoc de genere commodius à quibuldam, &c. disputatur, quàm, &c. Att. 29 b, Emerseram commodè ex Antio in Appiã ad Treis tabernas, cùm in me incurrit Roma ueniens Curio meus. I. V. 160 b, Commodè cum Apronius è palæstra redisset, statuitur Lollius illo conuiuio.

COMMODITER, commodè. l. Commeditor.

COMMODITAS, tis. opportunitas. de, In. 66 b, In occasione cõmoditas ad faciendum idoneo. pro S. R. 30 a, Neq; satis commodè dicere possem, nam commoditati ingenium est impedimento. Offi. 35 b, Qui ex bestijs fructus, aut quæ cõmoditas percipi posset? nisi. &c. de Am. 100 a, Amicitia plurimas & maximas commoditates continet. ad Her. 14 a, Nõparum habet in se fructus copia dicendi & commoditas rationis. Off. 2 b, & 3 a, Ad uitæ commoditatem iucundiores temq; ad facultates rerũ atq; copias, conducat id necne, &c. de Nat. 74 b, Omnes meos dolos, fallacias, præstigias perstrinxit commoditas patris, & 77 b, Externæ commoditates, uineta, segetesq;, &c. i. bona fortuna quæ uocantur.

COMMODO, as, accommodo, utendum do, inseruio, benigne facio, benefacio, aliquem iuuo. l. Occupo. de Or. 123 b, Iniuiderur enim cõmodis hominis ipsorum, studijs autem eorum cæteris cõmodandi fauetur. de Finib. 89 a, Nec enim si tuam ob causam cuiquam commodes, beneficium illud habẽdum est, sed fœneratio. Epi. 28 b, Quod scribis ad me drachmis CCCLIII. nihil est quod in isto genere cuiquam possim cõmodare. Of. 11 a, Quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur cutique. I. V. 204 a, At publicè commodasti tritici modium LX. milia. pro Cec. 43 b, mulier, quæ se aurum Cęlio commodasse dicit. & ibidem: Aurum sumptum à muliere. & 49 b, Aurum reddere. ad Her. 40 a, Ait se ædes cuidam ad nuptias commodasse. In Ver. 204 a, Nomen suum alicui ad translationem criminis commodare. Episto. 31 b, Quæ successori commodare potest iã qui prouinciam tradit. & 222 a, Quibus tu quæcunque cõmodaueris, erũt mihi gratissima. & 223. A te peto, quando apud gratos homines beneficium ponis, ut eò libentius in commodes operamque des, quoad fides tua patietur, ut filium adolescentis commendes. & 218 b, Quamobrem peto à te maiorem in modum, ut his omnibus, in rebus, quantum tua dignitas fidesque patietur, commodes & 223 b, Primum ut omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides tua patietur. & 219 a, Peto igitur abs te, ut omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possit, ei cõmodes. & 207 a, Cupio ei societati, quibuscunque rebus possim commodare. & 211 a, Quicquid eis commodaueris, erit mihi maiori in modum gratum. pro Mar. 134 a, Hæc à uirtute dona, cætera à fortuna commodata esse uidentur. Atti. 31 b, Commodare alicui.

COMMODVM. uis, tantum, commodè. opportunè. Attic. 161 b, Commodum ad te dederã literas de pluribus reb. cùm ad me bene manè Dyonisius fuisse. & 206 a, Commodum discesseras heri, cum Trebatius uenit. & 214 b, Commodum ad te miseram Demeam, cum ad me eros uenit.

COMMODVM, modi utilitas, bonum, ratio, εὐχρηστία. de Fin. 104 b, Incommoda autem, & cõmoda, sic enim εὐχρήματα, & δυσχρήματα appello, communia esse uoluerunt. de Orat. 139 b, Qui utilitatem defendet, enumerabit commoda pacis, opum, &c. ibid. Incommoda contrarium. Off. 17 a, Dimicare de honore, gloria, cæteris quæ cõmodis. de In. 50 a. & ad Heren. 18 b, Præterea commoda & incommoda cõsiderantur ab natura data animo aut corpori. pro Pomp. 17 b, Salutem reipub meis commodis & rationibus prætuli. Quin. Frat. 294 b, Est eius qui alijs præest, eorum quibus præest, commodis utilitatisque seruire. Qu. 25 a, Si amicitiã ad fructũ nostrum referemus, nõ ad illorum commodi commoda quem diligimus. de Nat. incommoda uitæ sapiẽtes commodorum compensatione leniunt. pro Muræn. 135 a, Quibus contra ualetudinis commodum laborandum est. de In. 64 a, Cum commodum aliquod maioris adipiscendi commodi causa præteritur. & ibid. Retinendi, augendi, adipiscendiue commodi causa. Attic. 196 b, Velim aliquando cùm erit tuum commodum, L. ctulum puerum uisas. de D. 103 a, Vt ostenderet etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse. Quin. Fr. 328 b, Nihil quod ad commodum meum attinet, sine maximo tuo commodo & maxima tua facultate, mi frater, cogitaris. Att. 220 b, Id si tibi erit commodum, cures uelim. & 57 b, Sed hæc, si tibi commodum est. Postquam. 206 b, Neq; solum id dixit, sed quos ei cõmodum fuit, compellauit. de Clar. 166 b, Quare si tibi est commodum ede illa quę cœperas. I. V. 76 a, Etiã si spacium ad dicendum nostro commodo uacuosque dies habuissemus. Epi. 47 a, Tu quod commodum tuo fiat, quamprimum uelim uenias. Att. 123 b, Ipse quod cõmodo tuo fiat, cum eo colloquere. & 220 b, Heri nescio quid in strepitu audeor exaudisse, cum diceres te in Tusculanum esse uenturum, quod utinam, iterum utinam, tuo tamen commodo. & 207 a, Pisonem si poteris conuenias, uides quam maturum sit, sed tamẽ quod tuo commodo fiat. & 276 a, Si minus id commodo reip. facere posses, ut in ijsdẽ locis exercitum contineres. & 3 a, Nunc uerò sentio, quod tuo cõmodo facere poteris, uenias ad id tempus quod scribis. de Cl. 166 a, Ego uerò espectabo ea quæ polliceris, neq; exigam, nisi cõmodo tuo. & ibi. Quod ipse, cui debes, in commodo exacturum negat.

COMMODVS, a, um. opportunus, utilis, facilis. Attic. 217 a, Nihil geri potest nec commodius, nec aptius quã ut scribis. I. V. 99 a, Vt filij bona patria eriperes, & cui tibi commodũ esset condonares. Quin. Frat. 322 a, Literæ, quas ego accepi satis commodas de Britãnicis rebus. Att. 126 a, Ex literis tuis, ea quæ in agro Piceno gesta, erant, cognoui commodiora esse multo, quàm ut erat nobis nunciatum. pro Cecin. 286 b, Potuisti ad tuum ius faciliore ac commodiore uia peruenire. pro Mur. 130 b, Nemo Catone proauo tuo commodior, comior, moderatior fuit, ad omnem rationem humanitatis. Qu. Frat. 297 b, In hoc genere multo te esse iã commodiorem mitiorem que nũciant. de Ami. 106 b, Qui antea commodis fuerunt moribus, eos prosperis rebus immutari. ad He. 29 b, Qui priuatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum & sui cognosentem uidere in potesta te quis speret? Att. 136 b, Si commodius anni tempus esset, uel infero mari liceret uti.

COMMOLIOR, iris molior. de N. 74 b, Neque dolum ad eum neque machinam commoliar. Statij poetæ comici.

COMMONEFACIO, cis. commoneo, admoneo. Epist. 61 b, De rationibus prouinciæ quid uellem fieri, ut is uos doceret & commonefaceret. Epi. 229 b, Sed tamen Cereliæ procuratores scripserunt, te propter magnitudinem prouincię multitudinem negociorum, etiam atq; etiam esse commonefaciendum. I. V. 233 b, Irrisio quæ commonefaceret istius turpem calamitosamq; præteritam. Sal. in Cic. 270 b, Videlicet ut nos cõmonefacias, quàm conuersa sit resp. ad Her. 51 b, Cum ipse te ueteris amicitiæ cõmonefaceret, cõmotus es?

COMMONEFIO, fis. I. V. 258 b, Nemo est qui tui sceleris ex illa oratione commonefiat.

COMMONEO, es. admoneo. Att. 138 b, Attentum, commonent Græci ut principiò faciamus iudicem. I. V. 213 a, Hoc me commouit Pisonis annulus, quòd totum effluxerat. de Fi. 99 a, Vt commoneri non satis sit, nihil attineat doceri. Parad. 238 b, & I. V. 107 b, & 258 a, Commonere aliquem de aliqua re. ad Her. 34 b, Te nuptiales tibiæ eius matrimonij commonebant.

COMMONITIO, nis. Qu. de Pet. 113 a, Commonitionibus, alias, communitionibus.

COMMONSTRO, as. de Or. 102 a, Sed ut commostrarem tantum uiam, & ut fieri solet, digitum ad fontes intenderem. de Or. 123 b, Et illi sedes & tãquam domicilia omnium argumentorum commonstret. de Vn. 202 a, Cõmonstrauitq; leges fatales.

COMMONSTRATVS, ta. de Or. 162 b.

COMMORATIO, onis. Epi. 92 b, Nam & uilla & amœnitas illa, commorationis est, non diuersorij. Qu. Frat. 321 b, Multo dies hanc epistolam in manibus habuit, propter commorationem tabellariorum.

COMMORATIO, cum est exornatio sententiarum. ad Her. 38 a, cõmoratio est, cum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, & eodem sæpius reditur. de Orat. 161 b, Nam & cõmoratio una in re, permultum mouet. de Or. 209 b, Versari sæpe multis modis eandem & unam re, & hærere in eadem commorarique sententia.

COMMOROR, aris. maneo, consisto, subsisto. Att. 142 b, Assentio tibi, ut in Formiano potissimum commorer. Att. 74 b, Nostra negocia, quoniam Romæ cõmoraris, amabo te explica. & 75 a, Quoniam Romæ manes. Epis. 33 b, Triduum Ephesi commoratus sum. de Ora. 91 b, Complures sum ibi dies commoratus: id est, Athenis. In Verr. 255 a, Prædones unam illam solam noctem ad Pelorum commorati, ad Syracusas accedere incipiunt. Epist. 28 a, Commoraturũ me nusquam sane arbitror. & 92 b, Ego me Asturę diutius arbitror commoraturum. pro Pomp. 6 a, Vt illi beatissimi esse uideantur, apud quos ille diutissime commoratur. de Sen. 94 b, Commorandi enim natura diuersorium nobis, nõ habitãdi dedit. pro Qui. 4 a, Deinde Romę dies ferè XXX. Quintius commoratur. Episto. 86 b, Quasi tibi non liceret in Sicilia diutius cõmorari. & 33 a, b, Prope Cal. Sextiles puto me Laodiceæ fore, ibi perpaucos dies, dum pecunia accipitur, cõmorabor. & 244 a, Cum ad Cybistra propter rationem quinque belli dies essem commoratus. & 257 b, Nos apud Alyziam unum diem commorati sumus. & 213 a, Andio eum etiam nunc, ubi ego reliqui, Cybiræ commorari. & 229 b, Diutius ibi cõmorabimur. & 169 b, Lupus familiaris noster, cum ad te uenisset, cumque Romæ quosdã dies commoraretur, ego eram in ijs locis in quibus, &c. Attic. 130 b, Si Cæsar circum isthæc loca cõmorabitur. pro Clu. 25 a, Cum is apud mulierculam quandam pernoctaret, & ibidem diem posterum commoraretur. pro Quin. Rosc. 53 a, Ipsa mihi ueritas manũ iniecit, & paulisper cõsistere & commorari coegit. Brut. 288 b, Tardare & commorari te melius est. pro Quint Rosc. 49 a, Quoniam ille hic consistit paulisper, mihi quoque necesse erit paulum cõmorari. pro Mil. 106 b, Milo paulisper dum se uxor comparat commoratus est. Qu. Fra. 304 b, Illud fieri non potest, me diutius quàm firma spes postulabit, in tam misera uita commorari. Episto. 87 a, Consilium tuum, uel casus potius diutius in armis ciuilibus commorandi semper mihi magno dolori fuit. Att. 175 a, Non possum præ fleru diutius in hoc loco commorari. d' In. 54 b, Commorari diutius in aliqua re. Orat. 209 b, Versare sæpè multis modis eandem & unã rem, & hærere in eadem commorarique sententia. de Or. 35 b, in Amplector, exorno, exaggero, ibi commoror, ibi habito, ibi hæreo.

COMMOTIO, onis. motus. Tus. 236 b, Temperantia est moderatrix omnium cõmotionum. & 192 a, Animi commotio.

COMMOTIVNCVLA, læ. febricula. Att. 189 a, Atticæ hilaritatem libenter audio, commotiunculis συμπάσχω: id est, con doleo, afficior.

COMMOTIOR, oris. de Cl. 176 a, Licinius genere toto seruidior atque commotior. de D. 97 b, Non potest esse uehemens actio, nisi sit animus ipse commotior.

COMMOVEO, ues. moueo, perturbo, afficio, excito, concito, commuto. pro Rab. 93 b, Nihil me clamor iste commouet, nihil perturbat. Att. 87 a, Equidem sum magna animi perturbatione commotus. ad Her. 33 a, Commotus non es, cũ tibi mater pedes amplexaretur, non es commotus. ad Her. 36 b, Quid tibi nunc quicquam obijciam? si probus es, non meruisti: si improbus, non commoueris. de Off. 20 b, Qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt. d' Or. 125 b, In commouẽdis iudicib. ijs ipsis sensib. ad quos illos adducere uolo, permoueor. & 18 b, Cõmouere iudicem. Q. F. 325 b, Miserijs alicuius commoueri. pro Fon. 285 b, Nunc eiusdẽ miserijs ac periculis commouetur. de Or. 126 b, Non prius sum conatus misericordiam alij commouere quàm misericordia sum ipse captus. pro Cl. 55 b, Omnis suspicio in eos seruos, qui non comparebant, commoueatur. de In. 61 a, Commouere indignationem, & concitare odiũ. ad Her. 36 b, Duæ res sunt, quæ possunt hominem ad turpe compẽ

dium cõmouẽro, inopia & auaritia. Att. 2 b, Crebras expectationes nobis tui commoues. Offic. 39 b, Vehementer amor multitudinis commouetur, ipsa fama & opinione libe ralitatis. de Or. 94 a, Præclarè enim fe res habeat, si hæc accendi aut commoueri arte posint. pro Pomp. 8 b, Tamẽ nimia longinquitate locorum ac desiderio suorum commo uebatur. d Orato. 110 a, Hoc porticus & tot locis sessiones græcarum disputationum memoriam nobis commouẽt. de N. 3 b, Multorum non modò discendi, sed etiam scribendi studia commoui. I. V. 210 a, Sed magnum & acerbum dolorem commouẽt. I. V. 125 a, Domo eius omnia abstulit, quæ paulo magis animũ cuiuspiam aut oculos possent commouere. & 239 b, Vt nemini minus expediret ullum in Sicilia tumultum aut bellum commoueri. Att. 45 a, Nõ commoui me adhuc Tessalonica. Epist. 93 a, Tu cura ut ualeas, & de istinc ne commoueas. Att. 232 a, Nunc quacunque nos com mouimus ad Cæsaris acta uocamur. pro Fon. 283 b, Nec sa tis commoueor animo ad ea quę uis cauẽda. I. A. 187 a, Tũ à suis similibus inuidiam in me aliquam commoueri putat.

Communicatio, nis. pro Cor. 61 a, Nunquam à maioribus nostris intermissa est largitio & communicatio ciuitatis. de Finibus. 140 b, Nihil est quod latius pateat quàm coniunctio inter homines hominum, & quasi quædam societas & cõmunicatio utilitatum. de Orator. 162 a, Communicatio, quæ est quasi cum ijs ipsis apud quos dicas, deliberatio. de ornatu quodam loquitur. Att. 15 a, Quin mihi nunc te absente sermonis communicatio, quæ mihi suauissima tecum solet esse, maximè deest.

Communico, as. confero, credo, partior, impartior, refero, cum aliquo sermones aut consilia confero, participo. Att. 16 a, Nihil mihi non scito tam deesse quàm hominem eum qui cum omnia, quæ me cura aliqua afficiunt, una communicem. Epist. 93 a, Multa præterea metuo, quæ cum Milone uestro Communicaui. Attic. 183 b, Quod ad te scripserã ut cum Camillo communicares, de eo Camillus mihi scripsit te cum eum locutum. p Qu. 3 a, Cum de societate inter se multa communicarent. Epistol. 6 b, Pompeius sæpe mecũ de re communicat. & ibid. Re cum illo sæpe cõmunicata. Epistol. 45 a, Et hoc tempore uelle te mecum si, propius ac cessissem, de officio utriusque nostrum communicare. Epist. 181 a, Multa prætereo, quæ temporibus illis inter nos familiarissimè dicta, scripta, communicata sunt. & 251 b, Tũ ut quibus de rebus uellemus, tu tuis, ego meis inter nos communicaremus. de Orato. 90 b, Sin ei dicendum erit de iure ciuili, tecum communicabit. pro Dom. 240 a, At si collegium pontificum adhibendum non uidebatur, nemo ne horum tibi idoneus uisus est, ut cũ eo dedicationem communicares. Episto. 72 b, Relinquetur enim simplex illa iam cura doloris tui, quæ nõ cum illis communicabitur, sed ad te ipsum propriè referetur. Epist. 183 b, Quod ego periculum nõ extimesco, modò facti uestri gloriam cum mea laude Communicem. Epist. 255 b, Cùm mecum inimicitias cõmunicasti. pro Syl. 168 b, Neque ego hoc partiendæ inuidiæ, sed communicandæ laudis causa loquor. pro S. R. 42 a, Desinant causam suam cum Chrysogono communicare. I. P. 80 b, Ego prouinciam cum Antonio communicaui. I. V. 236 b, Num tibi illius uictorię gloriam cum illo communi candam putas? pro Murena, 142 a, Cum omnis potestas deorum immortalium, aut translata sunt ad uos, aut communicata uobiscum. de Ami. 100 a, Amicitia res aduersas partiens communicãsque leuiores facit. & 109 b, Vt si quã præstantiam uirtutis consecuti sunt, impartiant eam suis, communicentque cum proximis. & 100 b, In periculis aut adeũdis aut communicandis. de Leg. 162 a, Sequitur igitur ad participandum alium alio communicandumque iustos natura esse factos. I. V. 158 a, Socij putandi sunt, quos inter res communicata est. pro Clu. 44 b, Eo tempore iudicia cũ equestri ordine communicata sunt. de In. 76 b, Præmia uirtutis non oportere, aut cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus peruulgari.

Communio, onis. communitas, consociatio. de Leg. 169 b, Inter quos est communio legis, inter eos communio iuris est. pro Mil. 121 a, Ego fortunas meas in communionẽ tem porum tuorum contuli. Acad. 12 a, Si dicent ea de quibus different, se dilucidè perspicere, nec ulla communione uisu rũ impediri. Tus. 229 a, Philosophia homines inter se pri mò domicilijs, deinde coniugijs, tũ literarũ & uocũ communione iunxit. de Orat. 100 b, Genus est quod sui similes communione quadã, speciem autẽ differẽtes duas aut plures complectitur partes. pro S. R. 28 b, Multum ualet communio sanguinis. de Or. 149 b, Si manere in pristina communione uoluissent.

Communio, nis. munio, confirmo. I. V. 227 b, Situs urbis cõmunitus & præclarus ad aspectũ. pro Qu. R. 52 a, Sanctissimis testimonijs causa Roscij communita est. pro Cec. 299 a, Qui refert habere fundum, &c. si parum sit communitum ius? Epist. 244 b, Rexq; sine tumultu sine armis, omni autoritate aulæ communita regnum cum dignitate obtineret.

Communitio, onis. de Orat. 138 a, Aut additum ad causam, & communitionem. aliàs, monitionem.

Communis, ne. coniunctus, uulgaris, contritus. de medio sumptus, latè patẽs.)(. Singularis, proprius, præcipuus. In Ver. 79 b, Quam iste laudem communem ait sibi esse mecum. de Pro. 69 b, Dolor meus, quem uos communionem semper uobis mecum esse duxistis. de Leg. 182 a, Hæc loca pleribus ferè cum plebe communia sunt. At. 170 b, Hoc est mihi commune cũ cæteris. pro Rab. 91 a, Labor in hoc defendendo præcipuè meus est, studium uerò conseruandi hominis commune mihi uobiscum esse debet. pro Quinc. Ro. 49 b, Is seruus fuit ei cum Roscio communis. Episto. 31 b, Qui mos mihi cum Bibulo communis est. pro Quin. Rosc. 49 b, Seruum gratis factum esse communem cum alio, qui precio proprius fuisset. pro Syl. 168 a, Quod mihi consuli præcipuum fuit præter alios, id in priuato cum cæteris est cõmune. de Amic. 98 b, Quo cum mihi coniuncta cura de rep. & de priuata fuit, quo cum domus fuit & militia communis. pro Sest. 9 a, Scelera quæ tibi cum eo coniuncta atque communia sunt. pro Cæ. 50 a, Paries qui cum eo mihi fuerat communis. Offi. 91 a, Quod illud est crimen senẽtis, cùm illud uideatis cum adolescentia esse communẽ? Offic. 14 b, Quare cum hoc commune sit potentiæ cupidorum cum ijs, quos dixi ociosos, alteri, &c. de Orator. 112 a, Hoc quod hæc ars profitetur, cum alia arte commune est. Off. 18 a, Propinqui quibus communis plerunq; fortuna est. Orat. 206 b. Quid est tam commune quàm spiritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? In Antonium, 153 a, Alia porrò propria Dolabellæ, quæ nisi collega abfuisset, credo eis fuisse futura communia. de Se. 91 a, Omni ætati mortem esse communẽ. I. P. 191 a, Supplicium legis & iudicij cõmune est probis & improbis. Epist. 141 b, Sed posteaquam literas communes cum Oppio ad te dedi, ab Cæsare epistolam accepi. de Se. 84 a, At id quidem nõ proprium senectutis est uitium, sed commune ualetudinis. pro Cor. 60 a, Quod commune est liberorum populorum, non propriũ fœderatorum. de Cl. 168 b, Hoc studium nõ est commune Græciæ, sed proprium Athenarum. de Fi. 140 b, Atque hæc ita iustitiæ propria sunt, ut sint uirtutum reliquarum communia. de Leg. 160 b, Vninersus hic mundus una ciuitas communis deorum atque hominum existimanda est. de Or. 96 a, Ista omnium communia & contrita precepta didici. Offi. 11 b, Omnia autem communia hominũ uidentur, ea quæ, &c. de In. 51 a, Cõmune est quod accidit omnibus eodẽ ferè tẽpore, ut messis, uindemia, &c. & ibid. Publicum, commune & singulare. In Verr. 131 a, Loca cõmunia: id est, publica. de Or. 92 b, Contra communem opinionem ratione pugnare, ex communi quadam hominũ opinione dicere. Of. 40 a, Cum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio. I. V. 113 a, Communis fama atq; sermo. de Or. 161 a, Ea sunt in communibus infirmissimis. & 153 a, Quod in communi mente quasi impressum sit. I. V. 240 a, Inclusum supplicium, atque à libero spiritu, & communi luce seclusum. de Amic. 99 a, Quæ sunt in uita uitaque cõmuni. de D. 126 b, Sed hæc quidem uita iam cõmunis explosit. pro Quin. 13 b, Communi luce priuari. de Amic. 103 b, Sed loquor de ijs, de quibus memoriam accepimus, quos nouit uita communis. de Orat. 106 b, In communi uita & uulgari hominum consuetudine non esse habitem nec rudem. de Ami. 99 b, Iam uirtutem ex consuetudine uitæ, sermonisque nostri interpretemur. de Orator. 101 b, In communi uitæ consuetudine. & 101 b, In sermonibus quotidianis: id est communibus. Qu. Fr. 295 b, Præter cõmunem fidem, quæ omnibus debetur, præterea, &c. pro Fl. 151 a, Communis humanitatis iure, &c. pro Qu. 9 a, Hæc uiri boni faciunt & hominum existimationis & communis humanitatis causa. de Orat. 115 a, Homo non hebes neque inexercitatus, neque communium literarum & politioris humanitatis expers. Orat. 207 b, Definire aliquid ad commune iudicium, & ad popularem intelligentiam accõmodatè. de Orat. 106 b, Hac communi intelligentia contenti esse possumus. contra Rul. 78 a, In communi atque eodem quo cæteri iure uersari uolo. de Orat. 85 a, Graues casus cõmunium tẽporum. & ibid. Fluctus à communi peste depulsi. pro Plan. 265 b, Hoc ualeret, inquam, in cõmuni consu omnium & dulcissima commendatione naturæ. Epi. 10 b, Quem animum antea tantummodo communi officio ciuium, non aliquo erga me singulari beneficio debitũ præstiti. Offi. 62 a, b, Vt utilitas tua communis utilitas sit, uicissimque communis utilitas tua sit. pro Syl. 168 b, Tempus agendi fuit magis mihi proprium quàm cæteris, doloris uero & timoris, & periculi fuit illa causa communis. Off. 11 b, Vt in Græcorum prouerbio, amicorum omnia esse communia. de Or. 98 b, De communibus & peruagatis rebus loqui. & 128 a, Vitium commune & peruagatum. de Fin. 90 b, In omni arte, cuius usus communis uulgarisque sit. Epist. 16 b, Quos libros arbitror Lentulo tuo fore nõ inutiles: abhorrent enim à communibus præceptis. Tusc. 239 b, Idẽ cum in communibus suggestis consistere nõ auderet, concionari ex alta turri solebat. Episto. 59 a, Quare non debes ut propriam fortunam, aut præcipuam postulare, aut communẽ recusare. de In. 60 b, Commune autem præceptũ hoc datur ad enumerationem, ut, &c. Episto. 70 b, Te rogo ut ad conuicium nostrum redeas & ad consuetudinem, uel nostam communem, uel tuam solitus & propriã. de Leg. 160 b, Inter quos ratio, nihil inter eosdem recta ratio cõmunis est. & ibid. Quibus autem hæc sunt inter eos communia, & eiusdem ciuitatis sunt. de Pro. 73 a, Vt commune officium censũræ, communi animo & uoluntate defenderẽt. Off. 67 b, Prætores & Trib. pleb. rem nummariam de cõmuni sententia constituerunt. de Am. 108 b, Simplicem præterea, & communem, & consentientem amicum eligi par est.

Communes, nis. Respublica, ciuitas, uniuersitas, collegium. In Verr. 38 a, Idem pro parte in commune Sicilię contulerunt. de In. 63 a, Ex nostro quoque nonnihil in commune contulimus. pro Quinct. 2 b, Conferre aliquid in commune: id est, in societatem. In Verr. 95 b, Iste commune Miliadũ uexauit. & 96 a, A communi Miliadum. In Verr. 131 b, Statuæ inauratæ à communi Siciliæ datæ, & 143 a, Statuæ à communi Siciliæ.

Communitas, tis. communio, societas, ius, iustitia. de Ami. 107 b, Tum sit inter eos omnium rerum, sine ulla exceptione communitas. de Natur. 24 a, Cum deis quod poteſt nobis esse iuris, cum homini nulla cum eis sit cummunitas? Acad. 10 a, In eo autem si erit communitas cum falso, nullum erit iudicium. in Antonium. 206 a, Quæ nobis poteſt cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis esse communitas? Item: Ea ratio, qua societas hominũ inter ipsos, & uitæ quasi cõmunitas continetur. Acad. 35 b, Alterum si sequare, multa ruunt, & maximè societas cum homi num genere. Epist. 141 b, Nec id ad uoluptatem refero, sed ad communitatem uitæ atque uictus. de Finib. 104 a, Quẽ admodum membris utimur priusquam didicimus cuius ea utilitatis causa habeamus, sic inter nos natura ad ciuilem communitatẽ coniuncti & consociati sumus. & ibid. Præclarè Chrysippus cętera nata esse hominum causa & deorum, eos autem communitatis & societatis suæ. Offi. 31 b, Cogitatio in se ipsa uertitur, eloquentia uerò complectitur eos, quibus cum communitati iuncti sumus. de Finib. 107 a, Homines natos esse ad congregationem hominum, & ad societatem communitatemque generis humani. Offi. 10 a, Communitas & societas uitæ. Offi. 32 a, Consociatio hominum atque cõmunitas. & ibid. Communitas coniunctioq; humana. Top. 123 a, Vnum adde uerbum, iure, iam à communitate res disiuncta uidebitur.

Communitas, pro iure uel iustitia. Off. 31 a, Omnis honestas manat partibus quatuor, quorũ una sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis. & ibid. Placet igitur aptiora esse, quæ ex communitate, quàm ea quæ ex cognitione ducantur.

Communiter, pro miscuè, de communi sententia.)(. Proprie, separatim. de Finibus. 107 a, Nos ita esse natos, ut cõmuniter ad uirtutes apti simus. de In. 63 b, Cùm communiter quædam de omnibus præcipi posint, separatim quo que aliæ sunt cuiusq; generis & diuersæ præceptiones. Off. 40 a, Admirantur cõmuniter illi quidem omnia, quæ, &c. separatim autem si, &c. pro Fon. 278 b, Auriũ iudicũ pro miscuè & communiter omnibus à natura datum. Atti. 47 a, Et nos aliquando aut obiurgare, aut communiter consolari define. de In. 80 b, Deinde utra lex de genere omni, utra de parte quadam, utra cõmuniter in plures, utra in aliquã certam rem scripta uideatur. Epist. 209 a, Alia epistola cõmuniter commendaui tibi legatos Arpinatum, hac separatim Quint. Suffidium. de Natur. 50 b, Sic dissimilimis bestiolis cõmuniter cibus quæritur. Att. 172 b, Literæ, quas communiter cum alijs scripsisti, & quas nomine tuo. & 276 b, Cum eum uidero, cõmuniter constituemus de reditu eius In Antonium. 153 b, Atque hæc omnia communiter cum collega. pro S. R. 36 b, Posidere aliquid communiter cũ aliquo. pro Mur. 136 b, Vt rebus communiter gestis penè simul cum triumpharet. Off. 68 a, Conscripserunt communiter edictum cum pœna: id est, de communi sententia. & ibi. Edictum quod communiter compositum fuerat, solus edixit. de Finib. 91 b, Sæpiusque ista loquemur inter nos, agemusque communiter.

Commvrmvror, aris. I. P. 93 a, Ita enim sunt præscriptæ scite & literatè, ut scriba ad ærarium qui eas retulit, præscriptis rationibus, secum ipse caput sinistra manu perfricãs, commurmuratus sit.

Commvtabilis, le. mutabilis, inconstans. pro Mil. 114 b, Vide quàm sit uaria uitis commutabilisque ratio. de Ami. 113 b, Assentatoris animus uarius, cõmutabilis, multiplex. de Nat. 65 b, Si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum quod commutari non posset.

Commvtatio, onis. cõuersio, uicissitudo. Of. 330 b, O miseram & in breui tam celerem reipublicæ commutationẽ. de In. 54 a, Annuæ commutationes quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt. de Diuin. 107 a, Cum temporum anni tempestatumque cœli conuersiones cõmutationesque tantæ fiunt, accessu & recessu stellarum. Atti. 14 a, Quod afferret Quinto fratri meo commutationem tãtam uoluntatis. de Ami. 110 b, Morum commutationem factã esse. de Fa. 143 b, Ita fit, ut commutatio ex uero in falsum fieri non posit.

Commvtatio, ex ornatio est, cum duæ sententiæ inter se discrepantes ex traiectione ita afferuntur, ut à priore posterior contraria proficiscatur, hoc modo: Esse oportet, ut uiuas, non uiuere ut edas ad Her. 33 a.

Commvto, as. muto, conuerto, interuerto, contrarium facio, commutatio morum fit, commutationẽ affero. Off. 7 a, Sed incidunt sæpe tempora, cum ea, quæ uidentur digna esse iusto homine, commutantur, fiuntque contraria. de Finibus. 142 a, b, Fures earum rerum, quas receperunt, signa cõmutant. de In. 61 a, Quæ si sit semel iudicata, neque alio cõmutari iudicio, neq; ulla potestate corrigi poteſt. I. C. 116 a, Quæ non ad delendam rempublicam pertinerent, sed ad commutandam. de Fin. 107 b, Quibus etiam qui assentiantur, nihil commutantur animo, & ijdem abeunt qui uenerant. de Orator. 128 a, Ad animos commutandos, & omni ratione flectendos. Episto. 33 a, Tua ratio postea est cõmutata. de Pet. 211 b, Commutare & uultum & sermonem ad sensum & uoluntatẽ alterius. Attic. 254 a, Quintus præceptis meis cõmutatus est totus. de Natur. d. 65 b, Si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum quod commutari non posset. de Aruſp. 258 a, Quare prouidere re reipublicæ status commutetur. de Rat. 143 b, Hæc commutari ex ueris in falsa non possunt. Postquàm 211 a, Cuius, & uultus, & sermo ad aliorum sensum, & uoluntatem commutandus est. pro Sest. 11 a, Vt cum patriæ charitate constantiæ gloriam commutaret, pro Cluen. 44 a, Qui fidem suam ad perniciem innocentis pecunia commutauit. Ad Heren. 15 b, Multi leue compendum fraude maxima

commutauerunt. contra Rul.63 b, Possesionis inuidiam pecunia commutare. de Orat.158 a, Proprium proprio cõmutare. Epist. 50 a, Mortem cum uita cõmutare. I. V. 158 Quis unquam conatus est omnia iura, & consuetudinẽ omniũ commutare cum uitiuperatione sine quæstu? Off. 9 a, Regulus de captiuis commutandis Romam missus est.

COMOEDIA, diæ. fabula, scena. Of. 21 a, Quo genere iocandi, eleganti, urbano, ingenioso, faceto, Plautus noster & antiqua cœmedia referta est. de Cl. 185 a, Atheniensis Hyperboli ueteres Atticorum comœdiæ notauerunt. Ora. 203 a, Locutio comicorum poetarum, apud quos, nisi quod uerisculi sũt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. pro S. R. 26 a, Etenim hæc conficta arbitror à poetis esse, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressumque imaginem nostram uitæ quotidianæ uideremus.

COMOEDVS, di. actor comœdiarum. Or. 206 b, Comœdum in tragœdijs, tragœdum in comœdijs placere uidimus.

COMPACTIO, onis. coagmentatio. de Fin. 132 a, Videmus ea quæ terra gignit, corticibus, & radicibus ualida seruari, quod contingit animalibus sensuum distributione, & quadam compactione membrorum.

COMPACTÒ, aduerbium id est, consultò, & quod Vergilius dixit, compositò. Attic. 166 a, Non committendum ut etiam compactò prohibiti uideamur.

COMPACTVS, cta, ctum. coagmentatus. de Finib. 105 b, Quid enim in operibus manu factis tam compositum, tamque compactum & coagmentatum inueniri potest? de Vn. 199 b, Quippe qui ex eadem uinctus alteraque natura adiuncta materia temperatione trium partium proportione compacta se conseruat, &c.

COMPAGES, gium; commissura, uincula. de Sen. 93 a, Dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & graui opere perfungimur.

COMPAR, ris. exornatio rhetorica. ad Her. 30 a, Compar appellatur, quod habet in se membra orationis, quæ constat ex pari ferè numero syllabarum, &c.

COMPARABILIS, le. quod habet comparationem. de In. 52 b, comparabile est, quod in rebus diuersis similem aliquam rationem continet. & 57 a.)(. Dissimile. de In. 52 b, Simile ex specie comparabili iudicatur.

COMPARATE, cum comparatione. Top. 228 a, Cùm autem quæritur quale quid sit, aut simpliciter quæritur, aut comparatè.

COMPARATIO, onis collocatio, contentio, similitudo, apparatus, facultas, compensatio. Offic. 12 a, Si contentio quædã & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officij principes sunt, patria & parentes, proximi, & ceteri deinceps &c. & 30 b, Eorum autem ipsorum quæ honesta sunt, potest incidere sæpe contentio & comparatio de duobus honestis utrum honestius. & 52 a, Vtilitatum comparatio fieri solet. & 3 a, Primùm igitur de honesto, tum de utili, pòst de comparatione eorum disserendum. de Orato. 107 b, Et illa orationis suæ cum scriptis alienis comparatio. Tuscul. 235 b, Et si præstantia debent ea dici, quæ habent aliquam comparationem, animus autem humanus cum alio nullo, nisi cum ipso deo comparari potest. de Natur. 36 a, Cum solis & lunæ, & quinque errantium ad eandem inter se comparationem est facta conuersio. de Clar. 176 b, Cùm autem ipsum audires sine comparatione, non modò contentus esses, sed melius non quæreres. & 189 a, Quæ qui sine comparatione alicuius spectaret, satis magna diceret. Epist. 346 a, Ex literis tuis cepi fructum duplicem, mihique in comparatione difficilem ad iudicandum, amorem ne erga me tuum, an animum in rempub. pluris æstimandum putarem. Topic. 227 a, Parium comparatio nec elationem habet, nec submissionem.

COMPARATIO, pro apparatu. pro Pom. 5 a, Mithridates omne reliquum tempus non ad oblitionem ueteris belli, sed ad comparationem noui contulit. Quin. Fra. 303 a, Nihil de mea cõparatione diminuto id est, de meo apparatu & cautione. de Cl. 189 a, Has uias ille tenẽs, & paratus ad causas ueniens, uerborum non egens, ipsa illa comparatione disciplinaque dicẽdi iam in patronorum numerum peruenerat id est apparatu & facultate. de In. 45 b, Cõparatio criminis est cum aliud aliquid factum, rectum aut utile contendi tur. id est, compensatio. pro Cl. 58 a, Totius denique huius criminis comparatio ab illa & inuenta & adornata est.

COMPARATIVVS, a, um. comparabilis. de In. 71 b, Deinde oportebit ipsam illam comparatiuam iudicationem exponere, tanquam causam deliberatiuam.

COMPAREO, res. appareo. Anteq. 194 b, Illa conspiratio conflata ita restincta est, ut nulla scintilla compareat incendij. Or. 220 a, In Thucydide orbem orationis desidero, ornamẽta comparent. de Clar. 175 b, Nobis quidem pueris oratio hæc omnium optima putabatur, quæ uix iam compareret in hac tuba nouorum uoluminum. pro Cl. 55 b, Omnis suspicio in eos seruos, qui non comparebant, commouebatur. Attic. 186 a, Pompeium non comparere, nec in balearibus omnino fuisse. pro Syl. 181 a, Quæ ita à fortuna deformata sunt, ut tamen à natura inchoata compareant. pro Rab. 91 a, Comparere in illa multitudine bonorũ. I. V. 103 a, Cum ille dixisset signa & dona comparere omnia. & 166 a, Quæ rite nunc uestigia, quibus exitus illorum ex illo loco compareant.

COMPARO, as. paro, acquiro, emo, conflo. de Nat. 63 a, Sed eas rationes tu ita refellis, ut cum me interrogaturus esse uideare, & ego me ad respondendum compararim, repentè auertas orationem, nec des respondẽdi locum. pro Mil. 106 b, Milo paulisper dum se uxor, ut fit, comparat, cõmoratus est. I. V. 234 a, Hunc homini alienissimo à ciuitatibus laudationem per uim comparare. de Or. 152 b, Quare optimum sylua rerũ ac sententiarum comparanda est. pro Qu. 12 a, Quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentia comparaui. de Orato. 101 b, Equidem mihi hoc subsidium iam inde ab adolescentia comparaui. I. A. 24 b, Primum temporibus hibernis ad magnitudinem frigorum pecuniarum sibi hoc remediũ comparat. & 89 a, Magnificè cõmuniũ comparat. Episto. 94 b, Reliquas partes diei tu cõsumes bas ijs delectationibus, quas tibi ipsi ad arbitrium tuũ cõparas. de Finib. 62 b, Omnium rerum, quas ad beatè uiuendum sapientia cõparauit, nihil est maius amicitia. pro Domo. 217 a, Instituere, comparare, perficere aliquam rem. Quint. Frat. 308 b, Pompeius se comparat, homines, ut agris accersit. pro Cl. 27 a, Comparare insidias alicui per aliquem. Att. 32 b, Nunquam huc ueuissent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent. ad Her. 33 a, Tuumne, C. Gracchi tumultus domesticos comparauit: id est, conflauit. pro Mil. 106 b, Paulisper, ut fit, dum se uxor comparat, commoratus est. Qu. Fr. 297 b, Sed te illud mouet, ut te antè compares, & quotidie meditere, &c. pro Rab. 9 b, Qui me ex comparato & constituto spacio in semihora curriculum coegisti. de Fin. 88 a, Quid enim tãto opus est instrumento optimis artibus comparandis. ad Heren. 39 b, Huic industria uirtutem comparauit. Tusc. 235 a, Nam ad uiro ex seipso apta sunt omnia quæ ad beatè uiuendum sunt, &c. huic optimè uiuendi ratio comparata est. Qu. F. 328 a, Qui ludos HS. CCC. comparat. Or. 219 a, Cur de perfugis nostris copias comparat contra nos. I. C. 113 b, Quæ quidem non minore labore tueor, quàm comparo. I. V. 125 b, Studiosè comparare supellectilem. pro Cluent. 4, Neque solum diligens fuit, ut accusatorem filio suo compararet, sed etiã, &c. pro S. Ros. 37 a, Idcirco amicitiæ comparantur, ut commune cõmodum mutuis officijs gubernetur. Epist. 19 b, Comparare laudem bonis artibus. Off. 14 a, Cõparare gloriã ex rebus bellicis. pro Qu. 2 b, Fecit, ut cieteratem earum rerum, quæ in Gallia comparabantur.

COMPARARE, constituere, facere, conficere. de Inu. 99 a, Maleficium, de quo iudicium comparatum sit id est constituti. pro Cl. 44 a, Id circo illa sortitio cõparata est, ne, &c. id est constituta. ad Her. 29 a, Bene maiores nostri hoc comparauerunt, ut neminem regem, quem armis cepissent, uiuere uarent. pro Sex. Ros. 35 b, More maiorum comparati es, ut, &c. Att. 280 b, Præclarè legib. comparatum est, ut, &c. pro Quin. 9 a, Itaque maiores nostri raro id accidere noluerunt, prætores, ut consideratè fieret, comparauerunt. pro Dom. 228 b, Ius à maiorib. nostris ita comparatũ est, ut cuius Ro. libertatem nemo amittat inuitus. pro Cl. 29 a, Hanc hoc quoque propè inquisisimè comparatum est, quid, &c. de Diu. 133 b, Si ita natura comparatum esset, ut ea deprecates agerent, quæ somniarent, &c. pro Clar. 61 a, O mirifica

præclara atq; diuinitus iam à principio Rom. nominis à maiorib. nostris ratio cõparara, ne quis, &c. de Am. 115 a, Ita ratio comparata & uitæ naturæq; nostræ, ut alia ætas oriatur ex alia. Or. 200 a, Genus ἐπιδεικτικὸν, quod quasi ad inspiciẽdum delectationis causa comparatum est. I. A. 204 a, Ea natura rerum est, ut qui, &c. pro R. P. 122 b, Cum sit hoc generi hominum propè à natura datũ, &c. Or. 217 a, Id genus quod est ad delectationẽ compatum. pro Sest. 22 a, Ita rerum natura tulit, ut quodam tempore, &c. p Mur. 124 b, Natura affert, ut eis faueamus qui, &c. de Som. 129 a, Natura fert, ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera acutè sonent. pro S. R. 32 b, Sic uita hominum est, ut, &c.

COMPARARE, conferre, componere, contendere, comparationem facere, contentionem facere, pertendere. pro Do. 139 b, Quæso pontifices, & hominem cum homine, & tempus cum tempore, & rem cum re comparare. Episto. 33 b, Cum meum factum cum tuo comparo, & si, &c. tamen multo magis meo delector quàm tuo. pro Font. 280 a, Nemo Gallus cum ciue Rom. comparandus est: pro Qu. Fr. 324 a, Si cum Esernino Samnite Pacidianus comparatus uideretur. I. A. 182 b, Cum illo ego te dominandi cupiditate conferre possum, cæteris uerò rebus nullo modo es comparandus. Tuscul. 148 b, Gesta Romanorum nulla cum gente sunt cõferenda. de Am. 97 a, Sed hi nec comparãtur Catoni. de Senect 80 a, Equi fortis senectuti comparat suam. de Orat. 85 b, In hoc ipso numero si diligenter & ex nostrorum & Græcorum copia cõparare uoles, multo pauciores oratores quàm poetæ boni reperientur. Or. 205 b, Et nisi coram erit comparatus illo fortior per se hic quem dico, probabitur. & 209 b, Comparare similitudines, uti exemplis, &c. Offi. 3 a, Homo per rationem consequentia cernit, similitudines comparat, &c. Or. 200 a, b, Conferre pugnantia, & comparare contraria. de Or. 124 a, Maiora & minora & paria cõparabimus sic, &c. Offic. 36 b, Quæ si longior fuerit oratio cum magnitudine utilitatis comparetur: id est, quasi cum pensetur.

COMPASCO, scis. Top. 221 b, Ex coniugatione huiuscemodi est argumentum: Si compascuus ager est, ius est cõpascere.

COMPASCVVS, a, um. Vt compascuus ager relictus ad pascendum communiter uicinis.

COMPEDES, dum. soleæ ligneæ, quibus pedes captiuorum cõstringi solent. Att. 120 b, Age iam, has compedes, fasces inquã hos laureatos, hæc ex Italia ferre quàm molestum est? pro Rab. 94 b, Cùm esset unà Glaucia, etiam ille ex compedibus atque ergastulo Gracchus. Tuf. 164 a, Qui in compedibus corporis fuerũt, etiam cùm soluti sunt, tardius ingrediuntur. de In. 81 a, Soleæ ligneæ in pedes inductæ sunt.

COMPELLATIO, onis. appellatio. I. A. 186 b, Idem Qu. Ciceronem compellat edicto, nec sentit amens commendationem esse compellationem suam. Epi. 198 b, Nec uerò postea dedisti labefactare eum, qui, &c. itaque quotidianas cõpellatiões meas non tulit, seq; in urbem recepit inuitus. ad Her. 28 b, Exclamatio est, quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius, per hominis, aut urbis, aut loci, aut rei cuiuspiam compellationem. hoc modo: Te nunc alloquor Africane, cuius, &c.

COMPELLO, as. appello, nomino, alloquor. At. 23 b, Nigidius minatur in concione se iudicem, qui non affuerit, compellaturum. I. A. 248 a, Cùm hoc cõpello, prætereo illius ex grege latrocinij neminem. I. A. 278 a, Compellarat hospitem præsens, computarat, &c. I. A. 286 b, Idem Qu. Ciceronem compellat edicto, nec sentit amens commendationem esse compellationem suam. Ep. 122 a, Quibus cum parum, pcederet, ut ulla lege mihi poneret accusatorem, compellari ea lege mea uoluerũt, qua, &c. ad Her. 5 a, Minus quidẽ Actiũ poetam compellauit in scena, cum eo Actius iniuriarum agit. hic nihil aliud defendit, nisi licere nominari eum cuius nomine descripta dentur agenda. Post q. 209 b, Neq; solũ id dixit, sed quod ei commodum fuit, compellauit. In Sal. 273 a, Nec enim me sperasti mutuam tibi gratiam relaturum, ut uicissim tuos compellarem. Postquam 211 a, Nominatim alij compellabantur, alij citabantur, alij relegabantur. de Diui. 89 a, Ex in compellare pater me uoce uidetur, his uerbis. Att. 212 a, Quare da te in sermonem, & perfeca, & confice, excita, compella, loquere.

COMPELLO, lis. impello, cogo, congrego. pro Mar. 133 a, Omnes qui ad illa arma fato nescio quo sumus compulsi. I. P. 82 b, Me domo ea expulistis, Pompeium domum suam compulistis. de Pro. 7 5 b, Cæsar cæteras nationes contriuit, compulit, domuit, &c. Epi. 16 a, Cum uerò in hunc sensum, & alliciar beneficijs hominum & compellar iniurijs, facilè patior, &c. Acad. 28 a, Cum sit campus in quo possit exultare orario, cur eam in tantas angustias compellimus? de In. 42 a, Qui dispersos homines in agris ratione quadam compulit in unum locum & congregauit. I. P. 98 b, Omni totius prouinciæ pecore cõpulso pellium nomine.

COMPENDIARIVS, a, um. breuis. Of. 41 b, Socrates hanc uiam ad gloriam proximem, & quasi compendiariam esse dicebat, si quis id ageret, ut qualis haberi uellet, talis esset.

COMPENDIVM, dij. quæstus, utilitas. Offic. 64 b, Is omnino se negat facturum compendij sui causa quod non liceat. pro Qu. R. 53 a, Si quando me uis peierare, ut paululum tu compendij facias, paratum fore scito. pro Fl. 147 b, In uberima re turpe compendium effugit. I. V. 110 a, Ciues qui merces suppeditant cum quæstu compendioque, & 171 b, In quæstu sunt compendioque uersati. ad Her. 36 b, Duæ res sunt quæ possunt homines ad turpe compendium commouere, inopia & auaritia. & 11 b, Multi leue cõpendium fraude maxima commutauerunt.

COMPENSATIO, onis. comparatio, præmium, mercens, remuneratio. de N. 6 b, Incommoda uitæ sapientes commodorum compensatione leniunt. Tusc. 246 a, Hac utitur compensatione sapiens, ut uoluptatem fugiat, si ea maiorem dolorem effectura sit & dolorem suscipiat maiorem efficientem uoluptatem. ad Her. 32 a, Fortitudo est contemptio laboris & periculi, cum ratione utilitatis & compensatione commodorum.

COMPENSO, as. comparo, remunero, repono, exæquo, assequor. Off. 47 b, Certisque operis & officijs erit, quod uiolatum est, compensandum. pro Do. 219 b, Vestra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam, sed hoc compensabo breuitate eius orationis, quæ, &c. Or. 220 a, Ii tamen hoc uitium compensant, uel facultate, uel copia. Att. 114 a, Vix ullo ocio compensandam hanc reip. turpitudinem. de Or. 144 a. Summi labores nostri magna compẽsati gloria mitigantur. pro Fon. 276 b, Masiliienses Gallicorum bellorum pericula pop. Rom. copijs remissisq; compensarunt. I. V. 242 b, Damna in stipendijs absito dissoluta, & compensata ærarij fructu. pro Clu. 49 b, Atque hæc omnia honoris commodis compensantur. Ora. 218 a, Paucitatem pedum grauitatis suæ tarditate cõpensat. I. P. 95 b, Sed sit offensus: nonne compensabit cum uno uersiculo tot mea uolumina laudum suarum? de Fin. 75 a, Compensabatur tamen cum his omnib. animi lætitia, quam capiebam, &c. & ib. Compensabatur in summis dolorib. lætitia. de Fi. 136 b, Et cũ maximis curis & laboribus compensare eam quam ex dicendo capiant uoluptatem, pro Mur. 141 a, Neq; ulla re alia, quæ à uobis consequũtur, nisi opera sua compensari putant posse. i. quasi remunerari. Anteq. 194 b, Si facta cõpensanda sunt, transferamus æquitatem. i. comparanda. pro Flac. 161 a, Catonis est dictum, pedibus compensari pecuniam. ad Heren. 6 a, Quod negocio diminutum fuerit, æquabimus industria.

COMPERENDINATVS, tus. de Cl. 172 a, Galbam autem uerecundè & dubitanter causam recepisse, unum quasi comperendinatus medium diem fuisse, quem totum ille in consideranda causa cõponendaq; posuit. I. V. 81 a, Adimo enim comperendinatum, bis ut causa dicatur.

COMPERENDINO, as. amplius pronuncio, amplio, profero, procrastino, differo. I. V. 72 b, Tua ratio est ut secundum binos ludos mihi respondere incipias, mea ut ante primos ludos comperendinem. & 80 a, Nemo Verrem comperendinatum, sed damnatum iudicabat. & 81 a, Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus: antea uel iudicari primo poterat, uel amplius pronunciari. & 207 a, Posteaquam Verres est comperendinatus.

COMPERIO, ris. certum reperio, deprehendo, comprehendo, compertum habeo. de Clar. 190 b, Cum indicia mortis suæ se comperisse manifestò, & manu tenere diceret. pro S. R. 143, 23 b, C. Fimbria diem Sceuolæ dixit, posteaquam

comperit eum posse uiuere. I. V. 145 b, Vt cõperi remotas esse literas societatis habui rationem annorum. Attic. 225 a, Scripsit se id certis autoribus comperisse. pro Cl. 58 a, quod ego ex multis audiui & comperi. Epistol. 62 a, Ex multis audiui, nam comperisse me non audeo dicere. Aca. 16 b, Et inquireret, qui tibi cõstaras: cùm idem negares quicquam certi posse reperiri, idem te comperisse dixisses. pro Cluen. 44 b, & 45 a, Nihil ipsos habuisse cogniti, nihil comperit. I. C. 99 a, Hæc ego uix dum iam cœtu uestro dimisso comperi. p Cl. 26 a. Facinus manifestò compertum atq; deprehensum. pro Syl. 184 a, Nihil de hoc comperi.

Compertvs, a, um. Sal. in Cic. 271 a, Deniq; de eo tibi compertum erat. pro Cl. 44 a, Aut illud afferant, aliquid esse quod de ijs duobus habuerit compertum, &c. I. C. 111 a, & pro Mil. 114 a.

Compesco, scis. Qu. de Pet. 213 a, Nec tamen in petendo resp. compescenda est.

Competitor, oris. qui cum alio in petitione concurrit. Offi. 8 b, Vt cum ciuiliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si est competitor: cum altero certamen honoris & dignitatis est, cum altero, &c. pro Pl. 260 b, Non competitor à quo es uictus sed populus à quo es præteritus in culpa est. pro Clu. 31 b, Petere ædilitatem cum multis hominibus nobilissimis. Attic. 1 a, Competitores, qui certi esse uidebantur Galba & Antonius. & ibid. Catilina certus erit competitor.

Competitrix, cis. pro Mur. 333 b, Nam & nos habuimus scenam competitricem.

Compilatio, nis. furtum, fraus. Epist. 22 a, Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi uadimonia dilata, & Chresti compilationem mitteres?

Compilo, as. furor, fraudo, diripio. In Verr. 83 a, Verres apertissime prouinciã compilauit. & 212 a, Vno imperio hostiatim totum oppidum compilauit. de N. 18 b, Alij omnia, quæ possunt, fama compilant. pro Mur. 129 b, Qui ab ipsis causis Iurisconsultis eam scientiam compilauit. In Verr. 29 b. Aerarium exhaurire, rempublicam cõpilare. de Or. 133 b, Nihil est quo mihi gratias agas, inquit, si malui compilari, quàm uenire.

Compingo, gis. constringo. de Or. 89 a, Oratorem in iudicia & in cõciunculas tãquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi uidebam. At. 123 b, Pompeius urbem reliquerat, Picenum amiserat culpa, in Apuliam se compegerat, ibat in Græciam.

Compita, torum. quadrivia, loca in quæ nullæ uiæ conuenunt. contra Ru. 62. In triuijs aut in compitis auctionari.

Compitalia, orum. festi dies, qui in compitis agebantur. Att. lib. 2. Pridie compitalia.

Compitalitivs, a, um. Atti. lib. 7 Compitalitiorum dies. I. P. 81 a, Compitalitij ludi. L. Ambulatio.

Complano, as. diruo, deijcio. pro Dom. 233 a, Sp. Melij regnum appetentis domus est complanata.

Complaydo, dis. de Am. 100 b, In Cod. Germ. Stantes complaudebant in re ficta, uetus lectio, plaudebant.

Complector, ris. contineo, circumscribo, arceo, cõmplexu teneo, meo sinu complexuq; recipio, in collum inuado, afficio, comprehendo, circumscribo. de Or. 100 b, Pater cum plexus esset filium, flensq; eum centum uiris commendasset. Attic. 254 a, Complecti & osculari aliquem. pro Fon. 283 b, Soror fratrem complexa tenet. de D. 101 b, Arctè complecti aliquem. de Diu. 92 b, Vidi in quiete, te repentè lætum extitisse, nosq; inter nos esse cõplexos. pro Plan. 280 a, Hic me complexus est, conspersitq; lachrymis. Att. 261 a, Cùm Oppius me ortaretur, ut adolescentem, totam que causam manumq; ueteranorum complecterer, dixi me id nullo modo facere posse. Ep. 210 a, Rogo te ut hunc adolescentem humanitate tua comprehendas. i. complectaris. Qu. Fr. 321 b, Fater eius mecum est multum: quare ut insti tuisti, complectere adolescentem. Epi. 20 b, 21 a, De ipso Tito Annio, tantum tibi polliceor, te maioris beneuolẽtiæ erga te, si complecti hominem uolueris, habiturum esse neminem. At. 280 b, Verrem ex tuis literis libenter complexus sum. Ep. 22 a. Quare de te homine, complectetur. mihi crede. de Vn. 197 b, Mundus ipse se concordi quadã amicitiã & charitate complectitur. de Prou. 77 a, Multos est hic ordo cõplexùs honoribus, & beneficij suis. pro Plã. 279 b, Complecti aliquem beneficio. pro Mur. 132 b, Complecti aliquem beneuolentia. Offi. 12 a, Omnes omniũ charitates patria una complexa est. Br. 280 a, Veterem ex tuis literis libenter complexus sum. de Cl. 166 a, Liber quò ille omne rerum memoriam breuiter complexus est. de Som. 128 b, Circulus extimus, qui reliquos omnes complectitur. de Clar. 195 a, Nemo erat qui philosophiam complexus esset. de Orat. 90 b, Si quis uniuersam ac propriam orationis uim definire complectique uult. de Ora. 159 a, Sententiam numero quodam complecti. Postquam. 199 a, In ipso beneficio tanta magnitudo est, ut eam complecti oratione non possim. de Sen. 89 a, Cùm complector animo, quatuor causas reperio, cur, &c. Epi. 73 b, Nec enim minus nostra sunt quæ animo complectimur, quàm quæ oculis intuemur. & 43 a, Complexus igitur sum cogitatione te absentem. de finib. 88 a, Omne cœlum & totam terram mente complecti. de Orat. 86 b, Animo rei alicuius magnitudine complecti. Or. 197 b, Quod cogitatione tantum & mente complectamur. Ep. 31. Te rogo ut quæ successori amicissimo cõmodare potest is, qui prouinciam tradit, ea pro nostra constantissima uoluntate erga te, cura ac diligentia complectare. Of. 36 b, Quibus autem rationibus hanc facultatẽ assequi possimus ut hominum studia complectamur eaque teneamus, dicemus. de In. 56 a, Nam ita complemur, ut in unum conducamus propositionem, & assumptionem: id est concludemus. I. A. 156 b, Vt iam liceat una comprehensione omnia complecti & dicere, omnem naturam esse conseruatricem sui. I. P. 95 b, Complecteris amplissimos uiros ad tuum ludum: id est. adiungis. I. V. 213 a, Nullo modo possum omnia istius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti.

Complexvs, xus. patiendi forma usurpatum. pro S. R. 24 b, Scelestum facinus, atque eiusmodi, quo uno maleficio scelera omnia complexa esse uideantur: id est, contineri.

Complementvm, ti. supplementum. Orat. 219 b, Inculcata reperias inania quædam uerba quasi complementa numerorum.

Compleo, es. impleo, conficio. de Som. 128 b, Quis est iste qui complet aures meas tantus & tam dulcis sonus. Attic. 216 b, Etenim hæc decantata erat fabula, sed complere pagina uoluit. de Or. 154 a, Onerandum & complendum pectus plurimarum maximarum rerum suauitate, copia, uaritate. Quin. de Pet. 212 a, Vt de nocte domus cõpleretur. cõtra Rul. 87 b, Completi sunt animi auresq; uestrę, me, &c. ad Her. 20 a, Fauces calefiunt, arteriæ complentur. pro Fla. 153 a, Neque est adhuc ea summa cõpleta. de Som. 128 b, Sol cuncta sua luce lustrat & complet. I. A. 197 b, Cùm autem erat ad ẽdem concordię, gradus complebantur. de Cl. 192 a, Occupetur locus in subsellijs, compleatur tribunal. I. V. 264 b, Cum sanguis os oculosq; complesset, &c. Tusc. 154 a, Totum cœlum humano genere completum est. Att. 16 a, Cum domus bene completa est. i. plena. cõtra Rul. 83 a, Complere municipium colonis. de N. 51 a, Complere lectis conchis. de D. 133 a, Animorum cõsentientium multitudine completum esse mundum. pro Clu. 37 a, Gradus theatri accusator hominibus seditiosis compleraẽ. contra Rul. 20 b, Tu locum compleas numero, cõfirmes præsidio. de N. 35 b, Cum sol terras larga luce compleuerit, &c. Or. 209 a, Vt plangore & lamentatione compleremus forum. de Sen. 86 b, Quæ quidem etiam in Sabinis persequi soleo, & conuiuium uicinorũ quotidie cõpleo. de N. 18 b, Sol annuos cursus cõficit, lustrationem menstruo spacio luna cõplet. de In. 83 b, Compleri, ad exitũq; perduci. de Fin. 99 a, Illi enim corporis commodis compleri uitam beatam putant. I. V. 141 b, Cõplent ea quidem beatissimam uitam. & 173 a, Vt summam mei promissi cõpleam. & de Sen. 79 b, Gorgyas Leontinus centum & septem compleuit annos.

Completvs, a, um pler. us. absolutus. Acad. 31 b, Ita completa & conferta sunt omnia, ut & quod mouebitur corporum cedat, & qua quicque cesserit, aliud illico subsequatur. Or. 211 a, Meæ aures perfecto completoque uerborum ambitu gaudent.

Complexio, onis. comprehensio uerborum, periodus. Orator. 104 b, Nec acerutam multa frequentans una complexione deuinciet. de Orator. 159 b, Longissima est complexio uerborum, quæ uolui uno spiritu potest.

Complexio, pro ratiocinationis conclusione. de In. 58 b, Hic cum cõcesseris propositionem & assumptionem, cõplexio est infirmanda: aliud enim quàm cogebatur illatum est. de In. 55 a, Complexio est, per quam id quod conficitur ex omni argumentatione, breuiter exponitur. ad Her. 11 a, Complexio est quæ concludit, breuiter colligens partes argumentationis. de In. 56 a, Ne quod perspicuum sit, id in complexionem inferamus.

Complexio, pro dilemmate, id est, argumento utrinque concludente. de In. 51 b, Complexio est, in qua utrum concesseris, reprehenditur, ad hunc modum: Si improbus est, cur uteris? Si probus, cur accusas?

Complexio, pro quauis comprehensione & implicatione. I. V. 178 a, Ac quibus uerbis, modò æquum sibi uideri, modò non iniquum: mira uerborum complexio: id est, implicatio & confusio.

Complexio, exornatio est, quæ utranque complectitur exornationẽ, & conuersionem scilicet, & repetitionem. ad Her. 28 a, b.

Complexvs, xus. amplexus. pro Fl. 164 a, Qui uos in complexu coniugum uestrarum trucidare uoluit. In An. 172 a, Venisti Brũdusium in sinũ quidem & complexum tuæ Mimulæ. pro Pl. 280 b, Vi me Plancus & complexu suo retinuit. I. C. 109 a, Postremum genus est de Catilinæ delectu, imò uerò de complexu eius ac sinu. Qu. Fr. 303 b, Quem ego ferus, ac ferreus è complexu dimisi meo. pro Fon. 283 b, Abstrahere filium de complexu matris. Att. 185 b, Atque utinam cõtinuò ad complexum meæ Tulliæ, ad osculum Atticæ possim currere. I. A. 147. Resp. illum sinu complexuq; recipiet. & 231 a, Complexus summæ beneuolentiæ falsi indices exciterunt in amore simulato. pro Cæl. 47 b, Complexus & osculatio. de Sen. 87 b, Terra semen repefactum uapore & complexu suo diffundit. &c. de Na. 37 a, Mundus omnia complexu suo coercet & continet. & 46 a, Restat ut limus & omnia cingens & coercẽs cœli complexus. de D. 137 b, Quidam cùm in somnis complexu uenereo iungeretur, calculos eiecit.

Complico, as. inuoluo, claudo. Attic. 185 b, Cùm complicarem hanc Epistolam, noctu Abundus ad me uenit. Q. F. 321 a, Cùm hãc iã epistolam cõplicarem, tabellarij à uobis uenerunt. Of. 67 a, Si quis uoluerit animi sui complicatam rationem euoluere.

Comploro, as. pro D. 232 b, Videre prætextatos inimicos nondum morte comploratos, arbitria petentes funeris.

Complvres, rium. multi. de N. 70 b, Vulcani item complures: id est, multi. de Or. 118 b, Ambiguorum autem complura sunt. Ep. 85 a, Multa sustuli, complura ne posui quidem. & 146 b, Complures consules dicti, quorum nemo, &c. & 22 a, Ego cum Pompeio complures dies nullis in alijs nisi de rep. sermonibus uersatus sum.

Compono, nis coagmento, conflo, ex cõiunctione facio, conficio, conglutino, construo, coniunctione uerborum ex multis res uni iungo, dispono, constituo, misceo, tempero, compositionem facio, comparo, consero.)(destruo, dissoluo. de Vn. 203 a, Atque is quidem qui cuncta composuit, constanter in suo manebat statu: quia autem erant ab eo creati, cùm parentis ordinem cognouissent, hunc sequebantur. Attic. 245 a, Testamentum composui, quod cùm uoles, obsignabis. Attic. 19 a, Commentarium consultus mei Græcè compositum misi ad te. Attic. 240 a, Sed & componendum argumentum est, & scribendi expectandum tempus maturius. Quin. Frat. 310 a, Poema ad Cęsarem, quod composueram, incidi alias institueram. pro Mur. 130 a, Deinde ne prætor aliquid ipse sua spõte loqueretur, ei quoque carmen cõpositum est. de Clar. 168 b, Totumq; se ad artes componendas transtulit. contra Rul. 76 b, Literarum exemplum ab istis compositum esse arbitror. de Ligib. 159 b, Iura quę composita & descripta sunt. de Leg. 158 b, Composui formula iudiciorum, confeci libellos de stillicidiorum iure. & 176 a, Auspicia ad utilitatem reip. esse composita. Orator. 210 a, In cognoscendis componendisq; causis. Orator. 210 a, Cognoscere & componere causas. de Orator. 119 a, Artificium cuiusmodi de ipso iure ciuili hesterno die. Item Crassus cõponi posse dicebat. Epistol. 264 a, Componere libros, de

Or. 129 b, Brutus tres libros de iure ciuili cõposuit. Acad. 112 a, Componunt igitur primum artem quandam de ijs quę uisa dicimus, eorũq; & uim & genera definiunt. I. V. 62 a, Si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus compositũ dedit, uno uerbo discesseris. de Clar. 172 a, In considerando componendaq; causa totum diem ponere. de Legib. 171 b, Quæq; ita composita sanciuaq; essent, ea uidelicet leges nominauerunt. de Fi. 50 a, Libri Græci leguntur à Græcis ijsdem de rebus alia ratione compositis. de Diu. 131 b, Callidè enim qui alia compositum, perficit, ut quodcunque accidisset, prædictum uideretur. de Cl. 186 b, In inueniendis cõponendisq; rebus mira accuratio. & 185 a, Rem uidebat acutè, componebat diligenter. Attic. 86 a, C. Flauius scriba fastos protulit, actionesq; composuit. Attic. 199 a, Scio quid literarum, & cuius generis conficias. ad Her. 3 a, Exordium nimium apparatis uerbis compositum. Acad. 11 a, Composita autem ea conclusio sic est, eorũ quę uidentur, alia uera sunt, alia falsa, &c. pro Ce. 294 b, Componere in re dicto. Att. 272 a, Componere libello. Epistol. 37 a, & Off. 68 a, Romæ composui edicto. Epistol. 157 a, Ne S. C. arbitratu nostro componeretur, quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci literis cognouisse. de Cl. 170 b, Ipsa uerba cõpone & quasi coagmenta. de Orator. 158 b, Collocationis est componere & struere uerba sic, ut ne ue asper eorum concursus, neve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus & leuis. pro Dom. 237 b, Verba ad religionem Deorum immortalium composita. de Clar. 186 a, Verba non abiecta, res compositæ diligenter. Orator. 210 b, Verba componere & syllabas propemodum dinumerare & dimetiri. & ibid. Sed stylus exercitatus efficiet facilè hanc uiã cõponendi. Or. 212 b, Nec solum componẽtur uerba ratione, sed etiam finientur. de Or. 127 a, Componere ea quæ dicenda sunt probandi & persuadendi causã: id est disponere. Att. 249 a, Ego itinera sic composueram, ut Nonis Quin. Puteolis essem. Attic. 60 a, Tibi etiam gratias agebat, quòd signa componenda suscepisses. pro Deiot. 146 b, Locus erat quidam in quo erant composita, quib. te rex munerare cõstitueras. pro Mar. 135 a, In hoc elaborãdum est, ut remp. constituas, eaq; tu in primis composita summa tranquilitate & ocio perfruare. de Legib. 192 b, Composita & constituta rep. quicquam agi per uim minimè ciuile est. pro S. R. 41 a, Composito & deliberato ca pillo passim per forum uolitare. I. V. 119 b, Ita causa composita, ut Bidenses hæreditatem peterent. pro Sex. Ros. 41 a, Fieri non poterat ut cõponeretur: id est, ut conueniret. de Op. 144 b, Aeschines tanquam Aesernius, ut ait Lucillius, cũ Pacidiano hic cõponitur: id est, comparatur.

Comporto, as. multa portare. I. P. 84 a, Cum arma in templum Castoris luce & palàm comportarẽtur. pro Do. 224 a, Cum arma in ædem castoris comportabas. At. 78 a, Frumentum ex agris in loca tuta cõportatur. I. V. 118 a, Omnia ad istum comportari necesse est. de Ora. 151 b, Res undique exquisitæ, collocatæ, accersitæ, comportatæ.

Compos, tis. particeps. de Nat. 30 a, Animans est igitur mũdus, compos q; rationis. de N. 33 a, Mundus esse rationis & consilij compotem. Tusc. 137 a, Omnes uirtutis compotes beati sunt. & de Fi. 141 b, Homines cõpotes uirtutum. Atti. 138 a, Non sum, mihi crede, mentis compos tantum mihi dedecoris amisisse uideor. I. A. 178 b, Tu mentis es compos. In Pisonem, 89 b, Qui suæ mentis compos non est. de Orator. 102 b, Quarum rerum qui essent animo & scientia compotes, eos imperatores dicerent. Or. 206 a, Illud quæro, cuius qui sit compos, is sit eloquens. pro Sest. 28 b, An ego in hac urbe esse possum his pulsis, qui me huius urbis compotem fecerunt?

Compositè, dispositè. de Or. 89 a, Oratoris est, compositè, ornatè, copiosè eloqui. Ora. 220 b, Compositè & aptè dicere.)(Sine uerborum modo & ordine dicere.

Compositio, confectio, quasi structura, coagmentatio, compages, constructio, συνθεσις, cõcordia, dispositio, ordo, descriptio. de Legib. 181 a, Totaq; huius iuris compositio pontificalis magnam religionem declarat. de N. 55 b, Compositiones unguentorum, & ciborum cõditiones, &c. & 11 b, Compositio membrorum, conformatio lineamentorum. Offi. 20 a, Apta compositio membrorum. de Orato. 113 b,

Compositio

Compositio uerborum. de Opt. 243 a, Verborum quasi strũctura. de Finibus, 101 b, Verum admirabilis compositio disciplinæ Stoicæ, incredibilisq; rerum traxit ordo. Tuscul. 156 b, Sonorum uaria cõpositio harmonias efficit plures. Offic. 29 a, Ordo est compositio rerum aptis & accommodatis locis. Orator. 214 b, Compositio quæ tota seruit grauitati uocum, & suauitati. Orat. 101 b, Verbis ad aptam cõpositionem & condecentiam uti. In Antonium. 165 a, Pacis, concordiæ, compositionis author esse non dedisti. Att. 139 b, Spes cõpositionis me fefellit, qua facta uolebã, &c. & 141 b, Compositionis spem nõ desperatisimam esse putó. & 150 a, De compositione aliquid me conficere spero. Epist. 22 a, Quid tu me hoc tibi mãdasse existimas, ut mihi gladiatorum compositionis & uadimonia dilata mitteres? Compositiones gladiatorum, cõmissionem intelligit, cum ipsi ad pugnam committuntur & exhibentur. de Leg. 186 b, Magistratuum compositio. de Sen. 77 a, Ex magistratuum compositione, quod cuiusq; reip. genus sit intelligi. & ibi paulo infrã, Sic de magistratibus disputes, quibus de causis maximè placeat ipsa descriptio. de Se. 77 a, Confectio libri. i. compositio.

Compositor, oris. Orator. 202 b, Perfectum oratorem hoc uno excellere, id est, oratione cætera in eo latere, indicat nomen ipsum. nõ enim inuentor, aut compositor, aut actor hæc complexus est omnia, sed & Græce ab eloquendo rhetor, & Latinè eloquens dictus est.

Compositvs, a, um. ornatus, conflatus, concretus, conglutinatus, factus, ex compositione factus, instructus. Orator. 217 a, Compositæ orationis insidijs, fidem auditoris attentare. de Orat. 89 a, Composita oratio & ornata, & artificio quodam & expolitione distincta. ad Herenn. 27 b, Oratio puris & electis uerbis composita. de Leg. 161 b, Hæ rationes scire uobis instructæ & compositæ uidentur, pro Sest. 12 a, Quem certi homines composici monuerunt, ut à me caueret. de Orat. 157 a, Verba ex coniunctione factaiid est, cõposita. de Diui. 118 b, Ad rẽ pertinet, quo modo cęlo affecto cõpositisq; siderib. quodq; animal oriatur. de F. 101 b, Quid enim aut in natura, qua nihil aptius, nihil descripti?, aut in operib. manufactis tam compositum tamq; compactum & coagmẽtatum inueniri potest? pro Cl. 32 b, Homo qui esset totus ex fraude & mendacio factus. ad Her. 38 b, Equus natura bene cõpositus. de N. 65 b, Corpus cõcretũ ex elemẽtis: id est, compositum. I. V. 72 a, Nemo unquã pa ratior, uigilantior, compositior in iudicium uenit.

Compotatio, onis. de Sen. 86 b, Græci conuiuium tum compotationem, tum cõcœnationem uocant.

Compotor, oris. combibo. I. P. 39 b, Nisi fortè ut cum P. Clodio, hoc est, compotoribus suis cœnet. & I. A. 268 b, Tum uerò adhibes ioci causa magistrum suffragio tuo & cõpotorum tuorum Rhetorem. In eundem: bona suis comitibus compotoribusq; descripsit.

Compransor, oris. qui simul prandet. I. A. 179 b, Agrum hunc tu compransoribus & colluforibus diuidebas.

Comprehendo, dis. capio, deprehendo, complector, contineo, concludo, cõprehensum contineo, deuincio, percipio, intelligo, concipio. pro Cæl. 51 a, Erant enim illi positi, ut comprehenderent Licinium, ut manifestò Licinius teneretur I. C. 15 a, Quod tam capitalem hostem non comprehẽderim potius quàm emiserim. Ora. 206 a, Tenemus igitur, Brute, quem querimus: sed animo, non manu: si comprehendissem, ne ipse quidem persuasisset ut te dimitterẽ. I. C. 114 a, Belli duces captos iam & comprehensos tenetis. de Na. 19 b, Quid opus est manibus, si nihil comprehendatur. de Orat. 124 a, Et tu cum gladio cruento comprehẽsus es. Quint. Frat. 302 b, Is hominem comprehendit, & in custodiam Ephesi tradidit. pro Cæl. 50 b, Vt serui profiliérent, hominemq; comprehenderent. Epistol. 92 a, Curtius consenserat cum Hispanis quibusdam Pompeium comprehendere, ad Cæsaremq; deducere. pro Milo. 111 b, Cuius adulterium paluinaribus sanctissimis nobilissimæ fœminæ comprehenderunt. pro Flac. 160 b, Aliquid manifestè comprehensum. pro Cęl. 50 b, Vt uenenum cum à Licinio traderetur, manifestò comprehẽdi posset. pro Cor. 55 a, Vt facinus ipsum manifestò comprehenderetur. pro Cluent. 27 a, Comprehendere aliquam rem indicio alicuius. pro

Cec. 300 a, Nulla res est, quæ aut comprehendi satis aut cauueri, aut excipi possit. de Diuinatione. 88 a, CCCCLXX millia annorum momentis comprehensa continent. Offic. 65 a, Sed huiusmodi reticentiæ iure ciuili oẽs comprehendi non possunt. quæ autem possunt, diligenter tenentur. de Finibus 68 b, In alio uerò libro breuiter comprehensis grauissimis sententijs quasi oracula edidisse sapientiæ dicitur. pro Quint. Ros. 47 a, In hanc formulam omnia iudicia conclusa & comprehensa sunt. & 52 b. Ex pactione uerborum, quibus iusiurandum comprehenditur. Attic. 192 b, Cato uerbis luculentioribus & pluribus rem comprehendeat. de Clar. 167 b, Natura ipsa circunscriptione quadam uerborum comprehendit concluditq; sententiam. de Orator. 87 b. Ac ne plura consecter, comprehendam breui. ficedim statuo, &c. de Clar. 194 b, Proprijs uerbis solutè & facilè comprehendere sententiam. pro Cæl. 40 a, Comprehendere multos amicitia, tueri obsequio. Epistol. 210 a, Vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua comprehenderis pro Plan. 168 b, Is omnibus officijs per se & per patrem totam Atinatem præfecturam comprehẽdit: id est, deuinxit. de Clar. 166 b, Eisq; nosmetipsi ad rerum naturalium memoriam comprehendendam impulsi sumus. de Orator. 86 a, Est enim scientia comprehendendi rerum plurimarum. Tu. 251 b, Sed quoniam manẽ eundum est, has quinque dierum disputationes memoria comprehendamus, de Natur. 72 b, Hoc non modò comprehendere animo, sed in suspicione quidem possum attingere. de Ora. 121 a, Omnia quæ sunt in rerum natura celeriter animo comprehendere. pro Cl. 18 b, Sed quoniam opinionem mẽtibus uestris comprehendistis. de Nat. 63 b, Eò minus, quod tu uis possum mente comprehendere. Orator. 198 b, Habere aliquam formam comprehensam animo. pro Flacc. 160 a, Sed tamen uestrum est iudices, omnia quæ in hunc dici possunt etiam si à me minus dicuntur, uestris animis & cogitatione comprehẽdere. pro Cor. 55 a, Qui omnes animo uirtutes penitus cõprehẽdisset. de N. 26 b, Habere aliquid cognitũ comprehensumq; animo. & 63 b, Id quod tu uis nõ possum mente comprehendere. & 23 b, Cõprehende igitur animo, & propone ante oculos Deũ, &c. de Fin. 65 a, Mihi uideor habere bene cognitã uoluptatem, & satis firmè conceptam animo atque comprehensam. de Or. 97 b. Comprehendere aliquid memoria. Ep. 94 a, Quæ à sapientissimis uiris tradita memoria & scientia comprehẽdisti. de Pet. 209 a, Postea totam Italiã fac ut in animo ac memoria tibi distributã comprehensamq; habeas. de Ora. 94 a, Res penitus perspectæ planeq; cognitæ, atque ab opinionis arbitrio seiunctæ, scientiaq; comprehensæ. Acad. 7 a, Quid quisquam meminit, quod non animo cõprehendit ac tenet? & 62, Et quo efficitur, nihil posse comprehẽdi. & ibidem: Nihil posse comprehendi, ut planè cõfidas id perceptum cognitũque esse. & 7 a, Virtutum cognitio confirmat, percipi & comprehendi multa posse. & ibidem: Non enim fortuitò huic artificem dicemus, esse illum negabimus: sed cùm alterum percepta & comprehensa tenere uidemus, alterũ non ita. & 6 b, Animo iam tenemus hæc comprehensa, non sensibus. de Finibus 130 b, Hoc comprehenditur suis cuiq; sensibus. de Legibus 161 a, Nam & sensibus eadem omnia comprehenduntur. & 172 b, Quæ uix summa animi ratione cõprehendas. de Vniu. 195 b, Quod intelligentia & ratione comprehenditur.

Comprehensibilis, le. Acad. 47 b, Visum comprehẽsibile. Græce καταληπτὸν.

Comprehensio, onis. complexio. I. A. 164 a, Comprehensio sontium mea, animaduersio senatus fuit. de Natur. 20 a, Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio comprehensio. de Finibus. 131 a, Vt iam liceat una omnia complectis & dicere omnem naturam esse conseruatricem sui. de Clar. 177 a, Verba eligere, collocare, & comprehensione deuincire. 179 a, Comprehensio & ambitus ille uerborum (sic periodum appellari placet.) de Clar. 367 b, Spiritu quasi necessitate aliqua uerborum comprehensio terminatur. & 173 a, Orator. 210 b, Comprehensio numerosè & apte cadens. Acad. 15 b, Ex uno Epicuri capite comprehensio & præceptio tollitur. & 9 a, Mens hominis amplectitur magis mẽ cognitionem & καταλαμψιν, quam (ut dixi) uerborum & uerbo

uerbo exprimentes, comprehensionem dicemus. & 36 b, de Fin. 100 b, Cognitiones comprehensionesque rerum, è quibus efficiuntur artes, ad appetitiones mouent.

Compressio, onis. de Clar. 167 a, Crebri sententijs, compressione rerum breues, & ob eam ipsam caulam interdum subobscuri.

Compressvs, a, um. pro Dom. 225 b, Omnis improborum uis diu collecta & inueterata compresso odio atque tacito iam erumpebat in actum. & 216 a, Quasi ego frumentum aliquod compressum tenerem. de D. 93 b, Duabus animi temerarijs partibus compressis.

Compressivs, aduerb. de Fin. 68 a, Quòd latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius.

Compressvs, sus. l. Herbesco.

Comprimo, mis. reprimo, stringo, constringo, retardo, sedo frago, restinguo. de N. 50 b, Tum admonita à squilla pinna morsu comprimit conchas. & 65 b, Humor facile cõprimi collidique potest. Acad. 36 b, Zeno cum paulum digitos constrinxerat, assensus huiusmodi, tum cum planè cum presserat, pugnumq; fecerat, cõprehensionem illã esse dicebat. Or. 207 a, Nam cum compresserat digitos pugnumq; fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse. Attic. 82 a, Græci & ciues Rom. qui frumentum compresserant, magnum numerum pollicentur. Attic. 44 b, Orationem ita cõpressam, ut nunquam emanaturam putarem. de Ar. 256 b, Iam ista serpens compressa atque illisa morietur. I. V. 29 a, Vt ferocitatem istam tuam comprimerem, audaciam frangerẽ, loquacitatem retardarem. pro Cæl. 53 b, Voluptates cum inclusæ diutius & prima ætate compressæ & constrictæ fuerunt, subitò se nonnunquam profundunt, atque eijciuntur uniuersæ. I. P. 92 a, Meditare quib. uerbis incensam illius cupiditatem comprimas atque restinguas. Qu. Frat. 291 a, Paulò cupidiorem publicanum comprimere. Attic. 157 a, Multa eius magna delicta compressi. I. A. 226 b, Nisi Cæsar furentis hominis conatum & audaciam cõpressisset. de Ep. 245 b, pro Mur. 129 a, Qui dicendo comprimat tribunitios furores. I. C. 99 b, Compressi tuos nefarios conatus amicorum præsidio. & Off. 45 b, Top. 228 b, Comprimere exultantem lætitiam. de Nat. 56 a, Hac deducimus perterritos à timore, hac gestientes comprimimus: id est, eloquẽtia. de D. 93 b, Duabus animi temerarijs partibus cõpressis. pro Dom. 241 b, Ne audaciæ quidem locus ad timorem cõprimendum fuit. pro Deiot. 150 a, Cõprimere plausum.

Comprobator, ris. approbator. de Inuen. lib. 1. Qui deniq; autoritatis eius & inuentionis comprobatores, atq; æmuli.

Comprobatio, onis. approbatio. de Finib. lib. 5. Quis est tãdissimilis homini qui non moueatur, & offensione turpitudinis & comprobatione honestatis.

Comprobo, as. approbo, laudo, collaudo. pro Pomp. 17 a, Sententiam tuam laudo, uehementissimeq; comprobo. Epist. 245 b, Si tu honorem mecum sententia tua comprobaris. Attic. 154 b, Ita lætor, ut me quasi patris eius iudicio comprobari putem. & 264 b, Tota potestas eius rei tua est, ut quæ consules decreuerunt, &c. non dicam comprobes, sed studiosè libenterque comprobes. de Inu. 52 b, Iudicatum est res assensione aut autoritate, aut iudicio alicuius aut aliquorum comprobata. Or. 218 a, Patris dictum sapiens filij temeritas comprobauit. de Fin. 62 b, Neque ueró oratione solum sed multo magis uita & factis & moribus comprobauit. I. V. 132 b, Rem aliquam testimonio alicuius comprobari. pro Cor. 65 a, Cum Gaditanus iussa nostra sententia sua comprobat. Antequam. 192 b, Illic animi uoluntas propensa comprobatur, hic memoria collaudatur. pro Do. 216 a, Dij immortales numine suo reditum meum comprobauerunt. pro Cecin. 298 b, Has comprobatabulas. pro Cæl. 50 a, Perceleri interitu serui aiunt esse ab hoc comprobatum uenenum.

Compromissvm, si. facultas à litigantibus arbitro data arbitrium proferendi & iudicandi. I. V. 122 a, Quod iudicium secundum Heraclium de compromissis factum erat, & ibid. Pœnis compromissisque interpositis. Epist. 201 b, Sed à magistris cũ contendere & proferendo die, probauerunt mihi sese, quo minus id facerent, & compromisso & iureiurando impediri. pro Quin. R. 46 b, Quæro abs te quid ita de hac pecunia, de tuarum tabularum fide compromissum feceris, arbitrum sumpseris, quanto æquius & melius sic dari repromittique si peteres?

Compromitto, tis. compromissum facio. Qu. Frat. 316 b, Tribunitij candidati compromisserunt, HS. CCCC. in singulas, apud Catonem depositis petere eius arbitratu, ut qui contrà fecisset, ab eo condemnaretur.

Comptvs, a, um. ornatus, compositus. I. P. 84 b, Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. de Sen. 82 b, Compta oratio & mitis.

Compvnctvs, a, um. notatus, iustus, quod seruis fieri consueuit. Of. 37 b, Barbarum & eum quidẽ (ut scriptum est) cõpunctũ notis Threijcis, districto gladio iubebat anteire.

Compvngo, gis. de Orat. 123 a, Dialectici ad extremum ipsi se compungunt suis acuminibus.

Compvto, as. subduco, ad calculos reuoco, rationes confero. I. A. 178 a, Compellarat hospitem præsens, computarat, pecuniam imperarat.

Conatvs, tus. uis, impetus. de Natur. 50 a, Appetitus, quo belluæ conatum habent ad naturales pastus capessendos. I. A. 129 b, Apuleius, princeps fuit ad conatum exercitus cõparandi. Epist. 60 b, Qui omnem sui tribunatus conatum in meam perniciem parat. I. C. 110 a, Is omnes motus conatusque Catilinæ prohibebit. & ibi. Si cuius incœptum ullum conatum ve contra Remp. deprehendo. & 99 b, Compresi tuos nefarios conatus præsidio amicorum. pro Syl. 581 b, Non hominum ille impetus & conatus fuit, sed belluarum. Or. 200 a, Hic ego religione non sum ab hoc conatu repulsus. I. C. 107 Catilina de spe conatuque depulsus, &c. Antequam. 104 a, Conatibus malorum obuiam ire. de Ar. 245 b, Si impetum in me facere conabitur, resistam, & eius conatum refutabo. Of. 22 b, Pater eius, ille qui Tiberij Gracchi perditos conatus uindicauit. Orat. 208 a, Alicuius rei, si non perfectio, at conatus tamen & adumbratio. pro Qu. 8 a, Magno conatu studioque agere aliquid.

Concalefacio, cis. & concalfacio apud Non. ex Cic. ad Pansam. de Orat. 138 b, Et ait idem, cum brachium concalefecerit, tum se solere pugnare.

Concalefio, fis. Tuscu. 157 a, quam tamen Democritus cõcalefactam & spirabilem, id est, animalem esse uoluit.

Concaleo, es. l. Stomachus.

Concalesco, scis. Tuscula. 157 a, Corpora nostra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concalescũt.

Concallesco, scis. seu potius concalleo. de Nat. 64 b, Callidos uoco, quorum tanquam manus opere, sic animus usu concalluit. l. Calleo.

Concavvs, a, um. cauus, uacuus. de Natu. 45 b, Speluncarum concauæ altitudines. de Fat. 142 a, Socrates iugula concaua non habebat.

Concedo, dis. permitto, do, tribuo, condono, offero, remitto, non nego, ueniam do, licentiam uel potestatem permitto, potestatem do, licentiæ aliquid do, potestatem defero, potestatem largior, potestatem facio, libertatem do, libertatem concedo, per me licet, causæ nihil dico quin, succumbo, abeo, cedo, assentior, ignosco. pro Cl. 158 b, Multi sæpe in iudicando liberum peccata parentum misericordię concesserunt, uos ne huius uitam matris crudelitati condonetis, rogamus. Epist. 56 a, Ab Athenienſibus locum sepulturæ intra urbem, ut darent, impetrare non potui, quod religione se impediri dicerent, neque tamen id antea cuiquam concesserant. de Pro. 68 a, Ego dolorem & inimicitias meas reip. concessi, pro Ar. 186 a, Si mihi hoc à uobis tribui concedique sentiam. pro Mur. 135 b, Cõcessit senatus postulationi tuæ. p Plan. 266 a, Quæ fuit olim præconi in ridendo, nũc equiti Romano in plorãdo nõ est concessa libertas. I. V. 82 b, Vos quæso date hoc & cõcedite pudori meo. de Or. 127 a, & pro Pl. 275 b, Tibi remitto atque cõcedo, ut Cn. Plãcũ defendas. p Ar. 188 a, Quantũ cæteris ad res suas obeũdas cõceditur temporis, & ad ipsam requiem animi. de Ora. 111 a, Catulus, cui Græci ipsi solent suæ linguę subtilitatem elegantiamq; concedere. pro Cec. 385 a, Is ius suum deseruit, nec quicquã illius audaciæ petulãtiæq; cõcessit. Off. 46 b, Multa multis de iure suo cõcedere. pro S. R. 38 a, Is discipulus magistro tãtulũ de arte nõ cõcedit. pro

cedit, pro Qu.17 b, Artes quibus tu magnus es, tibi concedo. Ep.3 a, Consules neque concedebant, neq; ualde repugnabant. de Am. Concedere amicis quicquid petant, & impetrare ab eis quicquid uelimus. Off.46 b, Multa multis de suo iure concedere. de In.84 a, Qua in re uel concedere alteri, uel ad conditionem alterius descẽdere oportebit. pro Fl.154 a, Leuitas totius Asiæ, de qua nos & libenter & facilè concedimus. I.V.130 b, Vt uix Apronio illi de familiaritate concedere uideatur. Tuscu.223 a, Vt magnitudini medicinæ doloris magnitudo concederet. Art.202 b, Etsi de cupiditate nemini concedam. & 234 a, Non concedo tibi in desperatione. pro Sex. Rosc.19 a, Neque temerè dicto concedi oportet: id est, ignosci. Epist. Nemini concedo, qui maiorem ex reipu. pernicie molestiam traxerit. Ep.114 b, Nemini concedo, qui tibi uetustate necessitudinis potior possit esse. de Or.89 b, Quibus ego, ut de his re bus omnibus differant, cùm concessero, illud tamen oratori tribuam & dabo, ut explicet, &c. & ibi a, Nam si quis hunc statuet esse oratorem, qui, &c. tamen huic ipsi multa tribuat & concedat necessè est. I.C.100 b, Vt opinor ab eorum oculis aliquò concederes: id est, abires. de D.117 b, Vnde fulmen uenerit, quò concesserit, idest abierit. de Na.19 a, Beatos esse deos sumpsisti, concedimus: beatum aũt sine uirtute neminem esse posse, id quoque damus, & libenter quidem: uirtutem autem sine ratione constare non posse, conueniat id quoque necesse est: adiungis nec rationem esse nisi in hominis figura, quem tibi hoc daturum putas. pro Fla.148 a, Tribuo illis literas, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, & si qua alia sibi sumunt, non repugno. de N.60 a, Non magnopere pugno de hac re, id est, cõcedo. pro Cæl.43 a, Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus ætati. pro Syl.175, b, Permitto aliquid iracundiæ tuæ, do adolescentiæ, cedo amicitiæ, tribuo parenti.

Concelebro, as. frequento, excolo. Qu. de Pet.211 b, Conuiuia quę facilè abs te & amicis tuis concelebrantur & passim & tributim. de In.42 b, Quare mihi uidentur postea cætera studia recta atque honesta per ocium concelebrata ab obtimis emituisse: hoc uerò, &c.

Concentio, onis. concentus. pro Sest. Caterua tota clarissima concentione in ore impuri hominis imminens concionata est.

Concentvs, tus. harmonia quasi consensus. de Finib.123 a, Vt in fidibus plurimis si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum seruare possit, omnes æquè incontentæ: de Leg.306 a, Contentus auium. Offic.29 b, Maior & melior actionum quàm sonorum concentus est. de Som.128 b, Hic est, inquit ille, sonus, qui interuallis con iunctus impatibus, sed tamen pro rata portione, distinctus impulsu & motu ipsorum orbium efficitur. qui acuta cum grauioribus temperans, æquabiliter concentus efficit. de Diuinat.115 a, Cognatio naturæ & quasi concentus cõsensusq; quam Græci συμπάθειαν uocant. de Orato.144 a, Omnium doctrinarum quasi consensus, concentusque. de N.49 b, Stellarum concentus ex dissimilibus motibus.

Concepti o, onis, conceptus, formula. de D.118 b, Conceptio mulæ contra naturam fortassè, sed partus propè necessarius. de In.79 a, Ibi enim omnis conceptio priuatorum iudiciorum constituitur.

Conceptvs, a, um. meditatus. pro Clu.45 b, Africanus cùm esset Censor, & in equitum censu, C. Licinius Sacerdos pro dijsset, clara uoce dixit se scire, illum uerbis conceptis peierasse: id est, dictatis.

Conceptvs, tus. conceptio. de Diuin.99 a, Quædam etiam oriebantur ex hominum conceptu & satu. de Vn.201 b, Oceanum Salaciamque cœli satu terrèque conceptu generatos editosque memorant.

Concerno, nis. cerno, uideo. Qu. de Pet.307 b, Quod si satis grati homines essent illa omnia parata esse debebant, sicut parata esse concerno. aliàs, Confido.

Concerpo, pis. conscindo, lacero. Attic.166 a, Tu tamen eas epistolas quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito, ego item tuas. Ep.216 a. Quod tibi scripsi Curionem frigere, iam calet. nam feruentissimè concerpitur.

Concertatio, onis. certamen, contentio. de Orato.101 a, Infinitæ concertationumque plenæ disputationes. & 114 b, Ieiuna concertatio uerborum. & Tuscu.181 b, Verborũ concertatio. & de Fin.54 b, Concertationes in disputando pertinaces. de D.93 b, Carneades concertationis studio modò ait hoc modò illud.

Concertatorivs, a, um. contentiosus, uehemens. de Clu.191 b, Thucydides hoc forense concertatorium iudiciale non tractauit genus.

Concertatvs, ta. Part.338.

Concerto, tas. pro Pomp.9 a, Qui sæpius cum hoste conflixit, quàm quisquam cũ inimico concertauit. Anteq.149 b, Nunc si lingua est concertandum, innocentiam uirtute fretus supero. At.44 b, Nunquam accidit, ut cum eo uerbo uno concertarim. de N.67 b, Hercules, quem concertasse cum Apolline de tripode accepimus.

Concessio, assumptiuæ iuridicialis causæ pars. ad Her.lib.15. de In.71 a, 74 a, Concessio est, per quam non factum ipsum improbatur ab reo, sed ut ignoscatur id, peccatur. Ar.lib.3. Concessione nostra omnem uim sui iuris amiserim. Ep.lib.10. Concessiones præmiorum. Planci.

Concessor, oris. Ar.l.2. Modò te concessore spectare licet.

Concessvm, si. concessio, concessus. l. Licentia.

Concessvs, a, um. certus.)(. Dubius, controuersus. de D.103 a, Vides ne ut ad rem dubiam concessis rebus peruenerit? hoc uos dialectici non facitis: nec solùm ea nõ sumitis ad concludendum, quę ab omnibus concedunturſed ea sumitis, quibus concessis, nihilo magis efficiatis quod uelitis. & ibid. Quæ dubia sunt, ea sumere ipsos pro certis atque concessis.

Concessvs, fus. permissus, permissio, potestas. pro Cæl.43 a, Datur enim omnium concessu huic aliquis ludus grati. & Ep.136 a, de Leg.171 b, Si latores leges aliquas concessu suo sanxerunt. Ep 52 a, Magna deliberatio est, quæ ratio sit ineunda nobis non agendi aliquid, sed illius concessu & beneficio quiescendi. de Vn.204 a, Philosophia data est nobis deorũ concessu & munere. de Clar.172 a, Sed et ipsorum inter ipsos concessu ita tributum. est.

Concha, æ. genus piscis testa contectum. de Orat.110 b, Sed tamen ita solet narrare Scæuola, conchas eos & umbilicos ad Caietam & ad Lucrinum legere consuesse. de Nat.50 b, Prima duabus grandibus patula conchis: & ib. Admonita à squilla pinna morsu, comprimit conchas. & 51 a, Platalea conchis se complens, easque euomens.

Conchylatvs, a, um. murice tinctus. I.A.173 a, Conchylata peristromata.

Conchylivm, lij. murex, conchæ genus, purpura. I. P.94 b, Mensa extructa non conchylijs aut piscibus, sed multa carne, &c. de D.115 a, Ostreis & conchylijs omnibus contingit, ut cum luna crescant pariter, pariterque decrescant. Ipse dabat purpuram, amici opera. & ibid. Nihil nisi conchylio.

Concido, dis, concidi. cado, ruo. pro Pomp.7 b, Ruere illa non possunt, ut hæc nõ eodẽ lebefactata motu concidant. Cùm ego unà cum rep. consulari ictu concidissem. de D.96 b, Equus sine causa repentè cõcidit. Or.210 a, Cùm me forenses artes & actiones publicæ cõcidissent. Ante.192 b, Ne oẽs concideretis, ardoresque flãmæ conflagraretis. de Som.131 a, Vel cõcidat omne cœlũ, omnisq; natura consistat. Att.12 a, Senatus authoritas cõcidit. & ibid. Nepotes cõscripti una plaga accepta conciderent, ne deficerẽt. Att.117 a, Põpeius malas causas semper obtinuit, in optima cõcidit. & 160 b, & 43 b, Quis unquã ex tã amplo statu cecidit? de Or.241 a, Hoc interim spacio conclaue illud ubi epulabatur Scopas cõcidit, eaq; ruina ipse oppressus cũ suis interijt. Acad.36 b, Artificia cõcidere dicebas. de V.202 b, Iuuat me, hæc præclara nomina artificum Verris æstimatione fic concidisse. de Diuin.133 a, Contrahi animam & quasi labi atque concidere, & ipsum esse dormire. pro Dom.240 b, Et mẽs debilitata metu cõcidit. pro Põpo.7 a, Scimus Romæ solutioni impedita fidem concidisse. de Cla.168 a, Themistocles ueneno epoto mortuus concidit. Item Concidere animo. Tuf.167 b, Lucius Brutus in prælio concidit. ad Her.26 b, Vrbs conflagrata concidat.

Concido, dis, cẽdo. pro Flacco.161 a, Membra uxoris fustibus debilitauit, manus cõtudit, digitos confregit, neruos concidit. In Verrem, 101 a, Concidere aliquem uirgis. In Ver.182 b, Cæde, concide. de Ora.143 a, Cùm omnem authoritatem Senatus in conspectu populi Romani concideres. I.A.200 a, Vos decretis uestris Antonium cõcidistis, & 241 b, Antonius nondum erat uestris tam grauissimis, tamq; mulcis iudiciis ignominijsq; concisus. Qu. Fra.309 b, Vatinium arbitratu nostro cõcidimus. Acad.11 b, Hæc autem uniuersa concidunt etiam minutius. de Natu.20 a, Concidere aliquem totis uoluminibus. Or.220 a, Concidere & delumbare sententias. Orat.219 b, Infringere & concidere numeros. de Pio.71 a, Post cõcisæ sunt optimæ cohortes. At.76 b, Sed tamen equites nostros concisos à Barbaris nunciabãt. Ep.163 b, & 166 a, Pantæ exercitus cõcisus est. Art.250 a, Agripetas Buthroti concisos audio.

Conciliatio, onis. communio, communitas. Of.30 a, Cõmunem totius generis hominum cõciliationem & cõsociationem colere, tueri, seruare debemus. Acad 33 a, Honestum aũt quod ducatur à conciliatione naturæ Zeno statuit finem esse bonorum. de N.41 b, Deos inter se quasi ci uili conciliatione & societate esse coniunctos. de Or.128 b, Quæ permotionis causa uehementer, uel conciliationis causa leniter agunturſ: id est, beneuolentiæ. fauoris. pro Clu.25 a, Pecuniam Scaleno dedit Oppianicus ad cõciliationem gratiæ.

Conciliatricvla, lę. pro Sest.7 a, Alter erat nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus.

Conciliatrix, cis. de Nat.16 b, Natura blanda, conciliatrix, & quasi sui lena. de Amic.103 a, Virtutis opinio est conciliatrix amicitiæ. de L.161 b. Oratio, quæ conciliatrix est humanæ maxime societatis.

Conciliatvs, a, um. Att.229 b, Puero quoque hoc à me dabis, ut animum eius conciliatum reddas.

Concilio, as, coniungo, adiungo, iungo, beneuolum facio uel reddo? amicum facio uel reddo, reconcilio, allicio, reficio, contraho, deuincio, beneuolentiam coniungo, charitatem inter aliquos iungo, cũ aliquo consuetudinẽ & amicitiã iungo, aliquẽ ad amicitiã adiungo, amicitiam cum aliquo constituo, studia hominum complecti tenereque, adiungere atque inuitare aliquẽ ad amicitiam. de Fi.95 a, Simulatque natum sit animal ipsum sibi conciliari & cõmẽdari ad se conseruandum. de Ar.257 b, Parentibus & Patriæ nos primum natura conciliat. Off.11 a, Oratio conciliat inter se homines coniugitq; naturali quadam societate. pro S.R.38 b, Feras inter se partus atq; educatio & natura ipsa conciliat. Academ.33 a, Frui rebus ijs quas primas homini natura conciliet. pro Pom.27 b, Nec Põpeij gratiam mihi per hanc cãm conciliari puto. pro Clu.19 a, Si quis deus uestram mihi beneuolentiam ad audiendũ conciliaret. pro Mur.143 a, Magnitudo negocij conciliat gloriam. & ibid. Largitio æquitatis conciliat gratiam. Or.212 b, Aut enim negligenda nobis fuit uoluptas audientiũ, aut ars eius conciliandæ reperienda. pro Arc.189 a, Ergo ille corporis motu tũ amorem sibi conciliaret ab omnibus. Of.36 a, Conciliare sibi animos hominum, & ad usus suos adiungere. de Fin.59 a, Liberalitas, qua qui utuntur, beneuolentiam sibi conciliant & charitatem. pro Deiot.151 a, Deiotarus, quo cum mihi amicitiam resp. conciliauit, hospicium uoluntas utriusq; coniunxit. Epist.160 b, & de In.59 a, Conciliare pacem inter ciues. I.A.242 b, Mea persona ad istam pacem conciliandam minime fuit deligenda, de Or.127 a, Eumq; cui conciliès hunc amorem significes nihil ad utilitatem suam retulisse, & 127 b, Sentimus amorem conciliari, si id uelle uideare, quod sit utile ipsis, apud quos agas, defendere. & ibi. Namq; hæc res amorẽ magis cõciliat, illa uiitutis defensio charitatem. & 125 a, Eaque omnia ualde beneuolentiam conciliant. & 208 a, Ordiri orationem in quo conciliatur auditor, &c. & 96 b, Etiã illa cognoram, initio conciliandos eorum esse animos qui audirent. de Or.125 a, Multum ualet ad uincendum, animos iudicum conciliari quàm maximè ad beneuolentiã ergo oratorem. & 119 a, Vt conciliemus nobis eos qui audiunt. & 127 a, Conciliare sibi beneuolentiam populi. & 277 a, Itaq; nostra necessitudo debet cõciliare tę illi. Par.234 b, Amplificatio, quę motu animorũ conciliet in dicendo fidem. Att. conciliare sibi uoluntatem alicuius. Epist.56 b, Careo omnib. amicis, quorum beneuolentiam nobis cõciliarat resp. & 41 a, Citius ueterem coniunctionem diremissem, quàm nouam conciliassem, & 63 b, Illud non dubito, quin si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt. respub. nos inter nos conciliatura coniuncturaque sit. Oft.331 a, Cui nulla dignitas maiorum conciliasset opẽ potentium. Part.234 a, Amplificatio, est grauior quædã affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidẽ. Ep.197 b, Antonius legiones sibi conciliare pecunia cogitabat. I. V.136 a, Offensionem & inuidiam pecuniæ conciliandæ causa suscipere. & 137 a, Vtrum cum iudices sitis de pecunia capta & conciliata tantam pecuniam captam negligere potestis? & 137 a, Inuenta est ratio quare HS. CXX. milia uno genere conciliauit.

Concilivm, lij. consilium, conueniculum, cœtus. de In.68 a, Hunc pater suus concilium plebis habentem de templo deduxit. de Finib.66 a, b, Quid necesse est tanquam mere tricem in matronarum cœtum, sic uoluptatem in uirtutũ cõcilium adducere. & 81 a, Opiniones, quæ apud populũ quæ in omni cœtu concilioq; proferendæ sunt. de N.5 b, Tum Velleius fidenter sanè, &c. tanquam modo ex deorũ concilio & ex Epicuri intermundijs descendisset: Audite, inquit, &c. de D.90 b, In Deorum concilium uocari. Sal. in Cic.290 b, In concilio deorum fuisse. & ibid. In concilio deorum admitti. Tuscu.163 b, Is deuium quoddam iter est seclusum à conclio deorum. In Vat.32 b, Conuocare cõcilium. Off.59 b, Cõcilũ pastorum. pro Dom.228 a, Quoniã plebi quoq; urbanæ mores, conueniculta, & quasi concilia quædam esse uoluerunt. de Som.127 b, Concilia cœtusq; hominũ iure sociatis, quæ ciuitates appellantur. de Sẽ.94 b, Cum in illud animorum concilium cœtumq; ꝓficiscar. de L.176 a, Augures possunt concilia uel instituta dimittere, uel habita rescindere.

Concinne, pulchrè, facetè. de Orat.116 a, Hæc quidẽ sunt concinnè distributa, sed non petitè. de * 39 b, Concinnè ut multa Timæus: id est, facetè. pro Qu.53 a, Hunc rogat blandè & concinnè.

Concinnitas, atis. compositio lenis, & numerosa concinnitudo, condecentia. Or.204 a, Collocata uerba habent ornatum si aliquid concinnitatis efficiunt. Or.210 b, Forma ipsa concinnitasq; uerborum conficiat orbem suum. & 204 b, Illa concinnitas, quæ uerborũ collocationem illuminat. de Clar.168 a, Vt memoriam cõcinnitatis suę relinqueret. 191 b, & 195 b, Ornata sententiarum concinnitas.

Concinnitvdo, nis. concinnitas, de In 47 b, Exordiũ splendoris & festiuitatis & cõcinnitudinis minimũ dẽt habere.

Concinno, as. adorno, aprè compono. Epist.194 b, Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti, concinnaui tibi munusculum ex instituto meo. de Finib.lib.5. Vides ut hæc concinnant.

Concinnvs, a, um. ornatus, numerosus, elegans, politus, facetus, aptus. nam Cinnus commistio est. Qu. Fratr.318 a, Mihi erit curæ tectorium ut concinnum sit. de Cl.195 b, Sententiæ non tam graues & seueræ, quàm uenustæ & concinnæ. Or.202 b, Sophistæ concinnas magis sententias exquirunt quàm probabiles. de Clar.190 a, Concinnæ acutæque sententiæ. I.P.92 a, Homo ad persuadendũ concinnus, pfectus, politus è schola. de Fin.127 b, Aristo cõcinnus & elegans. de Or.125 a, Concinna, distincta ornata, festiua oratio. ad Her.31 a, Lepida & cõcinna exornatio. de Or.162 a, Reditus ad rem aptus & concinnus. Or.198 b, Alij in ea dem ieiunitate concinniores: id est, facetì, florentes etiam & leuiter ornati. I.P.84 a, Hic autem nec tam concinnus heluo, nec tam muficus iacebat, &c.

Concino, nis. simul cano, conuenio, quadro. pro Sest.13 a, Hæc tum à me tanquam fata in ipsa re generanda concinebatur. Tuscula.171 a, Hæ cum pressis & flebilibus modis concinuntur, difficile est, &c. de Nat.39 a, Omnes mundi partes inter se concinentes. de Fin.144 a, Videsne ut hæc concinant? & hercule mirabilis est apud illos contextus rerũ, respõdẽt extrema primis, media utrisq; omnia oibus.

Concio, onis. conuentus, uel multitudo hominum, corona consilium, concilium, scena, oratio. de Natu.14 a, Libr.

Protagoræ in concione combusti.de Or.131 a,Quid aliud fuit in quo cõcio rediret, nisi illa uultus & uocis imitatio? pro Sest.8 b,Consul aduocat concionem,habet orationem talem,qualem,&c.In Ver.190 a, Aduocare concionẽ dõnandi causa.de Am. 118 b,Concio quæ ex imperitissimis constat.de Fin.80 b,& Orat.218 a,Clamor concionis. At. 18 a,Ex hac ego lege secunda concionis uoluntate omnia illa tollebã,quæ &c.,p Flac. 149 a,Nullam maiores nostri uim concionis esse uoluerunt.,p Flac.149 a,Quæ fciseret, aut quæ populus iuberet,semota concione iuberi uetariq; uoluerunt.& ibid.Græcorum totæ resp.sedentis concionis temeritate administrantur. de Arusp.254 b,Ista labes, eas habet conciones,ea miscet, ea turbat.

Concio,pro oratione ad populum.pro Sest.24 a,P. Lentulus habuit concionem de me,ad quam popu.Romani concursus est factus.I.P.87 a, De mea salute P.Lẽtuli,Cn.Põpeij cæterorumq; principum celeberrimę & gratissimę cõciones fuerunt.Ep.60 b,Atque ille me abeuntem magistratu concionis habẽdæ potestate priuauit.& 134 a, & 133 b, Legi concionem tuam,nihil illa sapientius.Anteq.195 b, In concione mea nihil ponam de reb.meis gestis. Ep.174 b,Meæq; illæ uehementes conciones, tanquam esse uidentur.contra Rul.66 a, Eã primam habent concionem,qua gratiam beneficij uestri cũ fuorũ laude cõiũgunt.

Concio, pro suggesto.& rostris.Atti.54 b,Subitò ille in cõcionem ascendit.& Postq.206 b,de Fi.80 a,Quid enim mereri uelis iam cum magistratum inieris , & in concionem ascenderis,ut dicas,&c.

Concivncvla,læ.At.lib.2.pag.31 b, Quod uectigal superest domesticum,præter uicesimam , quæ mihi uiderur una cõciuncula,clamore pedissequorũ nostrorũ esse peritura.

Concionalis,le.At.13 a,Illa concionalis hirudo ærarij.& Q.F.31 2 a,Clamor concionalis,idest concionis.

Concionarivs,a,um.Quint.Fratr.308 b , Populus concionarius.

Concionator,oris.I.C.120 a,Intellectum est,quid interest inter leuitatem cõcionatorum,& animum uere popularẽ.

Concionor,aris.concionem habeo.Att.152 a, Cæsar postero die in oppidum introiuit,concionatus est,inde Romam contendit.de Ar.245 a,De religionibus sacris concionatus est Clodius.Q.F.311 b,Cato concionatus est,comitia haberi non fiturum. Ep.163 b, Cum Lepidus concionaretur atque omnibus scriberet,se consentire cum Antonio. Tuſ. 239 b,Idemq; cum in communibus suggestis cõsistere nõ auderet,concionari ex turri alta solebat.Tusc.174 a, Quæ cum ita sint,magna tamen eloquentia est utẽdum, atq; ita uelut superiore è loco concionandum, ut homines,&c.

Concipio,is.cum ad semen,& ad generandum propriè pertinet,significat comprehendo, colligo,accipio,imbibo. de N.31 a,Omnia quæ terra conciplat semina, temperatione caloris oriri & augescere.in Arato , Nam quorum stirpes tellus amplexa prehendit, Hæc augens anima,uitali flamine mulcet.de N.42 a,Semen incidens in concipientẽ cõprehendentemq; naturam.de D.122 b,Itane cẽses?ante coronam extitisse quàm herbarum conceptum esse semen? & 118 b,Vtrum igitur cum conceperit mula, an cùm peperit ostentum est?pro Cl.24 a, Vt id quod conceperat seruaret, ut saluum parere posset.& ibid.Vt unà & illa, & quod erat ex fratre conceptum necaretur.

Concipere,ad alia translatum, pro apprehendere, & accipere,animo & spe magna suscipere,credere.,p Cl. 24. Hoc quod conceptum resp.periculum parturit , consilio discutiã.de D.125 b,Imbecilli animi superstitiosa ista facile cõcipiunt.de Or.126 a,& 125 b,Mens parata ad comprehendam uim oratoris. & ibid. Nulla materia nisi admoto igni,ignem concipere põt.de N.78 b,Is non à deo immissum dolorẽ,sed conceptũ à seipso cõtinebat.& 54 a, Animæ pars redditur respirando, pars concipitur parte quadã quam uentriculum appellant.I.V.75 a,Vos aliquot iam p annos conceptam huic ordini turpitudinem atq; infamiã delere potuistis.pro S.R.29 a, Sanguis paternus, ex quo si qua macula conceptа est,laui nõ potest. aliàs elui.pro Syl. 179 b,Furor biennio antè conceptus erupit in meo consulatu.Offi.25 a,Ipsa senectus concipit dedecus. Antequam. 192 b,Si liberum conceptam dulcedinem animo inclusam continetis.Postquam.198 a , Odium in aliquem conceptũ iamdiu continere.de Ar.257 a,Veruntamen nocturnis uigiljs iustitium illud conceptum ac meditatum est.Tuſcul. 163 b,Qui in repub.uiolanda fraudes inexpiabiles concipissent.I.C.105 b,Concipere scelus.I.V.78 a,Non iste mauis in sese scelus concepit, cum fana spoliaret,&c.quàm ij, si qui istum,&c.sententia sua liberauerint.& 216 b,Magno scelere concepto. pro Syl.170 a , Quod flagitium nõ cum Antonio concepistis de N.14 b,Ita necesse fuit,aut hæc illa gitia animo concip re,aut, &c.In Ver.250 b , Concipere furorem ex maleficio.de L.190 b, Concipere uitium.I.V. 224 a,Concipere magnam cupiditatem auribus: id est, ex auditu.de Fin.56 a,Voluptas animo concepta atque comprehensa.de Le.168 a,Principio quasi adumbratas quasi intelligentias animo ac mente concipimus.Tuſcula.223 b, Discordia,ira acerbior intimo odio & corde concepta,& 169 a,Cum iam in præcordijs conceptam mortem contineret.Off.73 b , Quod ita iuratum est, ut mens concipere fieri oportere,id obseruandum est.

Concipere,est formulam aliquam proponere, & exprimere.Off.73 b.Quod ex animi tui sententia iurauerit, sicut uerbis concipitur more nostro,id nõ facere periurium est. Q.F.316 a,Concipere uadimonium. in Arat. Nam quorũ stirpes tellus amplexa prehendit , Hæc augens animas uitali flamine mulcet.

Concisio,nis.Part.231 b,Concisione uerborum.

Concisvs,a,um.minutus,cæsus,breuis.de Orat.114 a,Philosophi angustis & cõcisis disputationibus illigati.& 156 b,Quanquam hoc ipsum imus,&cæ. concisum est.de Cl. 170 b,Distinctè cõcisa breuitas.de Ora.200 b, Thrasymachus minutis numeris cõcisus.At.250 a,Agripetas Buchiti concisos audio.pro S.ſt.20 b.Aliquis concisus plurimis uulneribus.de Cl.170 b,Concisæ sententiæ & interdũ non satis apertæ cum breuitate,tum nimio acumine.

Concitatio,onis.motus,commotio.Quin.F.297 b, Vehementes. animi concitationes.Tusc.237 b,Concitatio animi.quam perturbationem uoco.de Cl.169 b, Plebis concitatione & seditione nunciata.de D.87 b,Concitatione quadam animi aut soluto liberoq; motu futura præsentire.& 97 a,Atq; etiam illa concitatio declarat uim in animis esse diuinam.& 114 a,Concitatio mentis.

Concitator,oris.pro Dom.215 a,Seditionis stimulator & concitator tu fuisti.pro Dom.115 b,Clodius concitator tu bernariorum.

Concitatvs,a,um. commotus.de Som.129 a , Conuersio cœli concitatior.pro Mu.129 b,Ac te ipsum & animi quodam impetu concitatum, & ui naturæ atq; ingenij elatum iam usus flecter,dies leniet,æras mitigabit.

Concito,as,commoueo,perturbo,stimulo,excito , cieo,inflammo.Acad.36 a,Quò enim spectat illud,nisi ut opifices concitentur.Or.208 b, Alterum quo perturbantur animi & concitantur.Pro Mu.139 a,Concitare seditionẽ ac discordiam.Ep.18 b,Vt quam expectationẽ dete concitastis hanc sustinere ac tueri possis.pro Mil.109 a , Cum totus Italiæ concursus,quem mea salus concitauerat, factis illius gloriã libens agnouisset.Ep.166 a, Nõ modo nationes,sed etiam seruitia concitare.de D.94 a,Cum à corpore abstractus animus diuino instinctu cõcitatur.de Or.102 a,Si qs esset satis concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendæ ueritatis.de Cla.193 b,Admirabili quodam ad philosophandum studio concitatus.I.C.119 a,Noua quædam misceri & concitari mala Epi.144 b, Cum magnũ bellũ in Cappadocia concitaretur.de Ora.126 a,Hominem irasci, dolere,omni animi motu concitari.& 104 b,Concitare misericordiam populi & 130 b,Cõcitare risum.Ep.18 b,Concitare expectationem sui.I.V.239 b, Concitare inuidiã in aliquem.de In 60 b,Concitare grauem offensionem in aliquam rem.& iterum 61 a, Concitare magnum odium in aliquem hominem.

Concitvs,a,um.commotus.pro Cecin.287 b , Defensor animum litigiosus,concitus ad rixam.

Conclamo,as.I.A.205 b , Cum uos uniuersi una mente & una uoce,iterum à me conseruatam esse rempublicam conclamastis.I.V. Conclamant omnes & approbant id esse oportere.

Conclaua,uis. cubiculum,triclinium. In Verr. 213 a,Singula conclauia, quæ iste & Romę & in omnibus uillis habet,tricenos lectos optimè stratos cum cæteris ornamentis conuiuij quærerent. de Diuin.86 a,Conclaue illud , ubi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. de Or.141 a, Hoc interim spacio conclaue illud, ubi epulabatur Scopas, concidit. Qu.Fr.320 b,Tectum quod super cõclauia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum. pro Dom.226 b, Porticus cum conclauibus pauimenta trecen tum pedum. Qu.Fr.328 b,In primisque inferior porticus & eius conclauia fiunt rectè . pro S.R.29 a,Cum pater conatus cubitum in idem conclaue cum duobus filijs isset.

Conclvdo, dis. peroro, efficio,conficio,infero,complector, colligo. pro Sest.26 a,Sed ut extremum habeat aliquid oratio mea, concludam illud de optimatibus de Or.137 a,Deinde ut concludamus atque ita peroremus natura ipsa præscribit. Or.208 a, Post omnia per orationem inflãmantem restringentemque conclude. & ib. Singulas argumentationes ita concludere, ut efficiatur, quod sit cõsequens ijs quæ sumentur ad quanq; rem confirmandam & 209 b, Vt argumentum ratione concludat.de In.36 b,Hoc si nolis inferre, & inferas quod sequitur, fecit igitur incestum,& concluseris argumentationem & perspicitam fugeris complexionẽ. de Or.128 b,Demonstrare quod concludere aduersarij uelint, non effici ex propositis, nec esse consequens.de N. 19 a,Argumenti sententiam concludere more dialecticorum. Acad.8 a, Quod si ita esset, quomodo quenquam conclusisse aliquid aut inuenisse diceremus, aut quæ esset conclusi argumenti fides? de D.95 a, Chrysippus ex ipsis exemplis solet ratione concludere hoc modo,si,&c.de Fin.52 a,Epicurus non quomodo efficiatur, concludaturque ratio, tradit. de Diui.121 a, Illa igitur ratio , concluditur , nec id quod, &c. de Fin.64 b, Commodius arbitror ex rebus con celsis concludi quid uelis , & ad exitum peruenirі. & 78 a, Deinde concludebas , dolorem esse summum malum. de Diuin.97 b, Quæ quidem esse reuera , hac Stoicorum ratione concluditur , si sint Dij, &c. de Finib.82 b, Perfecto enim & concluso, nec uirtutibus nec amicitijs usquam locum esse si ad uoluptatem omnia referantur , nihil præterea magnopere dicendum. de Orat. 125 b , Conclusique ita, ut dicerem,&c. I.V.184 b, Conclusurum me esse crimen decumarum dixeram . & 227 b,Vt aliquando totã huius generis rationem concludam atque definiam.de D.129 b,O acutos homines, qui paucis uerbis negocium confectũ putant, ea sumunt ad concludendum, quorum his nihil conceditur. Par.122 b, Quod si ita esse pluribus uerbis differendum est, illud tamen breui conficiendũ est nisi qui,&c. I.V.122 b, Facinus crudelitate perfectũ & conclusum. Cõcludere, claudere,cogere,constringere,comprehendere.de Vn.196 b, Deus intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. de L.159 a, Vt hoc ciuile ius quod dicimus, in paruum quendam & angustum concludatur locum natura.I.V.255 a, Vrbe portus cingitur & concluditur.de Fin. 138 a, Ne beatæ quidem, quas delectationis causa concludimus facilè patiuntur sese contineri.de N.30 a, Conclusa aqua facilè corrumpitur.de Cl.167 b, Natura ipsa circũscriptione quadam comprehendit,concluditque sententiã. Or.219 b, Expellere & concludere sententias. Ora.213 b, Sententias aptè uerbis comprehensa & conclusa. Or.216 b,Quorum descriptus ordo aliàs alia terminatione concluditur. Ep.68 a, Si alicuius ancipites uarijque casus exitu notabili concluduntur , expletur animus iucundissimæ lectionis uoluptate. pro Mur. 134 a, Prouincia in qua laus æquitatis integritatis, facilitatis, ad extremum ludorũ uoluptate concluditur.de Orat.130 b, Omnia quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt. & 108 a, Orator autem concludatur in ea quæ sunt in usu ciuitatum uulgari & forensi. pro Quin. 12 a, In hoc fingulare iudicium causa omnis concluditur.pro Qu.R.47 a, In hanc formulam omnia iudicia conclusa & comprehensa sunt. Att.214 b, Dolabellæ nomen iam expeditum uidetur, ut etiam repræsentatione concludam.

Conclvsè, definitè, circumscriptè. Orat.214 a, Aptè & conclusè aliquid dicere.

Conclvsio, onis.clausula, peroratio, epilogus , complexio, & argumentatio ipsa.de In.60 a,Conclusio est, exitus & determinatio totius orationis. de Orat. 116 a,Tum alij conclusionem orationis,& quasi perorationem collocantes.de D.129 b, Conclusio autem rationis ea probatur, in qua ex rebus non dubijs , id quod dubitatur efficitur. Acad.17 b, Hæc conclusio,quam habeat uim , considerat id est , argumentatio uel ratio. Quin.Fr.299 a, In extrema parte & cõclusione muneris ac negocij tui diligentissimus sis. Or.213 a,Conclusio sententiarum .de Or.159 a, Conclusio uerborum: id est, clausula. de Cl.167 b, Conclusio ad numerũ.

Conclvsio, exornatio est,quæ breui argumentatione,ex ijs quæ antedicta sunt aut facta , conficit id quod necessariè consequatur, &c.ad Her.33 b.

Conclvsiuncvla, læ.Acad.19 a,Vnius argumenti conclusiuncula , tota causa comprehendit.L.Contortulus.

Conclvsvs,a,um. de Nat.30 a , Conclusa aqua facilè corrumpitur. & ibi.Angustia conclusæ orationis.Orat.198 b, Oratio non conclusa.)(.Oratio determinata.

Concoenatio, onis. symposion. de Senect.86 a,Græci cõuiuium tum compotationem, tum concoenationem uocãt.

Concoqvo, quis. digero,extero,muto.de Nat.30 b, Cleanthes negat ullum esse cibum tam grauem, quin is die ac noctе concoquat. de Fin.78 a, Cibus facillimus ad concoquẽdum.de N.71 a, Platalea conchas stomachi calore concoquens, & postea euomens. & 63 b, Aluus arcet & cõtinet illud quod recipit, ut id mutari facilè & concoqui possit. Qu.Fr.328 b, Hæc oda non sorbeo solum, sed etiam concoquo. pro Qu.R.52 b, Tibi diu deliberandum & concoquẽdũ est,utrũ,&c.Ep.127 b, Nũc uide utrũ te κόλακι magis delectet , χρεωστικῇ ne, an hæc quam nosser Diodoris.

Concordia, diæ.consensus,conspiratio. pro Clu.50 a,Æquitas ordini senatorio cõcordia coniunctissimos esse cupio. Antequam.193 b, Pax & concordia extrãeis gigneretur,cũ iam domestiсis non insideat. Ep.192 a,Hæc conspiratio & concordia omnium ordinum ad defendendam libertatem. At.133 a, Aliquos perfidia hominum distractos rursus in in pristinam concordiam reducere.I.C.116 b,Reconciliatio concordiæ. pro Clu.18 b,Nummarius interpres pacis & concordiæ non probatur.I.A.246 a, Si Cinna cõcordiã cũ Octauio cõfirmare uoluisset.Att.101 b,Si ad concordiã res adduci potest. & 143 a, Demetrij liber de Concordia.

Concordissimè. pro Rab.93 a,Mors illi acerba eius fratris,qui cum concordissimè uixerat.

Concordo, as.conflo,congruo,consentio, cum aliquo sentio, idem sentio, concino, concentum seruo.)(. Dissentio. Tusc.215 b, Sic animi sanitas dicitur, cum eius iudicia opinionesque concordant. Ter.131 a, Si concordabis cũ illa, habebis . &c. Item de Amic. Omnes uno ore consentiunt, & omnes ad unum sentiunt.

Concors, dis. consentiens, conueniens, coniunctus, concordes sunt quorum sensus in aliqua re congruunt.pro Lig. 137 b, An ille cum P. Actio,quàm cum concordissimis fratribus esse maluisset? de L.190 a,Moderatus & concors ciuitatis status. de Vn.197 b,Mundus ipse, se concordi quadam amicitia & charitate cõplectitur.de Ar.254 a, Quod anno ante frater Metellus & concors etiam tum senatus principi Cn. Pompei sententiam dicenti excluserat.I.V. 222 a, Esse coniunctissimo animo cum aliquo. Orat.207 b, Nisi inter eos conuenit , quid sit, &c.

Concredo, dis.credo,commendo.pro Qu.11 b, Alphenus, cui tu rem tuam commendare proficiscens , & concredere solebas.pro S.R.37 a,Cui fortunæ uiui commendatæ sunt atque concreditæ.

Concrepo, as.Off.66 a, Si uir bonus hanc habeat uim , ut si digitis concrepuerit, possit in locupletium testamenta nomen eius irrepere, hac ui non utatur.contra Rul.82 a, Qui simul ad decemuiri concrepuerint, expediti ad cędẽ possint esse. pro Cæl.51 b, Deinde scabella concrepant,aulæũ tollitur. Or.212 a,Concrepuit.

Concresco, scis. de Nat.31 a,Aqua neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruinaque concresceret, nisi eadem se admisto calore liquefacta & dilapsa diffunderet.

Concretio,onis.compositio,de Vn.203 b, Causæ, quæ uim habeant caloris & frigoris,concretionis & liquoris. de N. 15 b, Epicurus corporum concretionem fugit, ne interitus

& dissipatio consequatur. Tusc. 162 a, Deum esse mentem solutam quandam & liberam, secretam ab omni concretione mortali, &c.

CONCRETVS, a, um. mixtus, conflatus, compositus; quasi congluminatus. Tusc. 162 a, Nihil est in animis mixtum atq; concretum, aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur. Tusc. 163 a, Quoniam nihil sit animis admixtum, uihil concretum, nihil copulatũ coagmentatum, nihil duplex. & 163 a, Quid enim obsecro te, terra ne tibi, aut hoc nebulosũ & caliginosũ cœlo, aut fata, aut concreta uidetur tanta uis memoriæ? & ibi, Quid illa uis? quæ, &c. ex hac ne tibi terrenus mortalis natura, & caduca cõcreta uidetur? & 156 a, Nã nunc quidẽ foramina illa, quæ parent ad animum corporis, terrenis concretis q; corporibus sunt interspersa quodammodo. Tuscul. 157 a, Necesse est ut animi ferantur ad cœlum & ab his perrumpatur & diuidatur crassus hic & concretus aer, qui est terræ proximus. de N. 34 a, Aer purus ac tenuis.)(. cœlum crassum atque concretum. de D. 107 b, Pingue & concretum esse cœlum. de Nat. 16 a, Species deorum, quæ nihil habeat concreti, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis, de Vn. 199 b, Deus omne quod erat concretum & corporeum substernebat animo. de Na. 46 a, Aer fusus & extenuatus in sublime fertur: concretus autem in nubem cogitur. Tusc. 241 a, Inicia unde omnia orta, generata, concreta sunt. Tusc. 160 a, Nam sanguinẽ, bilem, pituitam, &c. uideor posse dicere, unde concreta & quomodo facta sint. de N. 65 b, Corpus concretum ex elementis: id est, compositum & 66 a, Etenim aut simplex est natura animantis, & c. aut concretum ex pluribus naturis. de D. 84 a, Cũm claram speciem concreto lumine luna Abdidit. I. P. 84 a, Animal ex nefarijs stupris, ex ciuili cruore, ex omnium impunitate concretum.

CONCVBINA, næ. de Or. 160 a, Cũ quæreretur, &c. & de eius matre, quæ si iudicaretis certis quibusdam uerbis, non nouis nuptijs fieri cum superiore diuortium in concubinæ locum diuerteretur.

CONCVBITVS, tus. coniunctio, complexus uenereus. de Na. 10 b, Concubitus deorum cum humano genere.

CONCVBIVS, a, um. cum omnes cubant, intempestus. ut nox concubia. de D. 93 b, Qui cum cœnati quiescerent, concubia nocte uisum est insomnis ei, &c.

CONCVLCO, as. protero, obtero. Ac. 125 a, Conculcari miserã Italiam uidebis proxima astare, ab utriusque mãcipijs, &c. I. P. 192 b, Piso ad portam Aesquilinam, Macedonicã lauream conculcauit. pro Fl. 157 b, & pro D. 235 b, Proterere & conculcare aliquem.

CONCVRBO, bis. uel CONCVBO, as. de Fat. 146 a, Quia ita factum sit, & concubiturum cum uxore Laium, & ex ea Oedipum procreaturum. & 126 a, de In. 51 b, Si peperit, cũ uiro concubuit.

CONCVPISCO, scis. cupio. de Na. 6 b, Quid autem erat, quod conduplicceret deus mundum signis ornare? de Finib. 60 a, Quæ aũt cupiditates inanes sunt, his parendum non est, nihil enim desiderabile cõcupiscunt. de D. 91 a, Cuius mors ita gloriosa fuit, ut eã concupisceret filius. I. A. 202 a, Quid concupiscas tu uideris, quod concupiueris certè habebis. Ep. 147 b, & 149 a, Concupiscere aliquid perniciosum. pro Clu. 22 b, Is Safsiam in matrimonium deducere concupiuit. pro Qu. 12 b, Sicut tu semper summè cõcupisti. At. 140 a, Cn. noster Syllani regni similitudinem concupiuit, & 11 a, Cæsar omnia omnium concupiuit. Orat. 197 a, Qui res magnas & maximè expetendas cõcupiuerunt. pro S. R. 36 a, Prædia alterius concupiscere. Parad. 125 b, Diuitias infinitè concupiscere. I. A. 158 b, Credo uos non opes uiolentas, &c. sed charitatem ciuium & gloriam concupisse.

CONCVPITVS, a, um Tusc. 214 a, Nam cum est concupita pecunia, nec adhibita continuò ratio, &c. permanat in uenas illud malum, &c.

CONCVRRO, ris. conuenio, conuolo, confugio, confligo. pro R. P. 125 b, Si uobis nunciaretur hanc legem ferri, concurrendum ad curiam putaretis. & ibid. Conuolaretis ad rostra. Quint. Fr. 302 b, Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret. pro Quint. 14 b, Vt statim de iure aliquis concurrerit, non toto triduo D C C. milia passuum conficiuntur. I. V. 243 a, Concurrit ad me maxima multitudo. pro Mil. 209 a, Ipse cunctæ Italiæ cupienti signum dedit, ut ad me restituendum Romam concurrerent. I. A. 228 b, Concurritur undique ad commune incendium extinguendum. contra Rul. 68 b, Concionem aduocari iubet; summa cum expectatione concurritur. & ibi, Concurrunt plures uno tempore librarij, descriptam orationem ad me afferunt. Att. 20 b, Et raptim in eam sententiam pedarij concurrerunt. Ep. 162 a, In aciem copias de castris produxit, & sine mora concurrit. Att. 120 a, Nulla est spes, quò concurrant, qui remp. defensam uoluntad Brut. 90 b, Ne darem perditis hominem parum sanum, quò concurrerant. Orat. 211 a, Cum autem nobis nõ dicitur, quin obscuius concurrerẽt literæ. de Or. 159 a, Verbaque ipsa rè concurrant, neue uastius diducantur. de D. 137 b, Nec mo somnijs crederet, nisi ista casu nonnunquam fortè ut merè concurrerent. ad Her. 7 b, 8 a, Si quæ supra dictæ signa concurrunt. de Finib. 131 a, Res enim contrariæ concurrunt. I. A. 255 b, Vtrum sit æquius concurrere quã ipse sentire, &c. Ex epistola M. Antonij. At. 253 a, Ad Balbum scripsi, ut si quid tale accidisset, ut non concurrerem, omnia, subueniret, &c. Off. 30 a, Quæ ut concurrant omnia optabile. pro Plan. 276 a, Sæpe concurrit, ut eodem tempore multa mihi agenda sint.

CONCVRSATIO, onis. Ep. 2 b, Libonis & Hipsei non obscura concursatio & contentio. de Cla. 187 a, & 196 b, Multa concursatione multoque clamore. pro Dom. 216 a, Quid puerorum illa concursatio nocturna? de D. 138 b, Cedo tandem quid sit ordo, aut concursatio somniorum. I. A. 236 b, In tanta concursatione perturbationum. I. Concursus.

CONCVSSIO, onis. concursus. Ora. 211 a, In ea est crebra uocum concursio, quam magna ex parte ut uitiosam fugit. Demosthenes ad Her. 27 b, Crebræ uocaliũ concussiones. Ac. 40 a, Corpusculorũ cõcursio fortuita. de Fin. 152 a, Corpora indiuidua in infinito inani ita ferri, ut cõcursionibus inter se cohærescãt. Top. 227 a, Concursio rerum fortuitarũ. de Orat. 162 a, Concursio, quæ uerborum exornatio est.

CONCVSSO, as. Epist. 95 b, Vt nostras uillas obire & metum simul lecticula concursare posis. pro S. R. 31 b, Quirantes noctes diesque cõcursabant. pro Mur. 134 b, Præsertim cum iam hoc nouo more omnes ferè domos omnium concursent. de D. 135 a, Deos immortales concursare omnia mortalium non modò lectos, uerum etiam grabatos, &c. de N. 48 b, Corpora huc & illuc temere concursantia. de D. 9 a, Concursabant barbatuli iuuenes. I. V. 241 b, Tum iam quam, concursant cæteri prætores. & 251 b, Obiit proconsulem & concursare.

CONCVRSVS, sus. conflictio, conuentio, motus, effusio, cõcursio. Ac. 76 b, Concursus fiunt ex agris & uicis, & ex domibus omnibus. de Clar. 192 a, Cum Demosthenes dicturus erat, concursus audiendi causa ex tota Græcia fiebant. Att. 274 a, b, Nã tantæ multitudinis, quantã capit urbs nostra concursus est ad me factus. I. V. 211 a, Quẽ concursum factũ in oppido putatis? & 249 a, Et concursus undique fiebat. Att. 10 b, Clamor concursusq; fit. pro Deiot. 149 b, Quod concursus facere solebat, quàm se iactare? de D. 119 a, Cum Bubulcus clamorẽ edidisset, concursum esse factum, coactis in eum locum Hetruriam conuenisse. Att. 74 b, De concursu legationum priuatorum, & de incredibili multitudine quæ mihi mirabilem in modum Ephesi præsto fuit, audisse te puto. I. P. 90 b, Quid dicam effusiones hominum ex oppidis quid concursum ex agris? pro Dom. 242 a, Italiæ magnificentissimus ille motus, municipiorũq; concursus. Att. 279 a, Omnis omnium concursus de re futurus est. Acad. 18 a, Mihi autem magis uidetur non potuisse sustinere concursum omnium philosophorum. Ep. 69 b, Quæ cogitatio ui tempestatum & concursu calamitatũ labefacta atq; conuulsa. de Clar. 167 a, Concursus quinq; artium maximos. &c. de Fi. 88 b, Magnus concursus honestissimorũ studiorum. Part. 239 a, Ex rationis, & ex firmamenti cõflictione & quasi concursu quæstio exoritur. de N. 14 b, Mundũ esse factum concursu atomorum fortuitò. Part. 231 b, Concursus asper literarum. de Orat. 158 b, Collocationis est componere & struere uerba sic, ut neue asper eorum cõcursus fit, neue hiulcus. Or. 211 a, Extremorum uerborum cum sequentibus sequentibus primis concursus, aut hiulcus uoces effici, taue asperas.

CONCVTIO, tis. uehementer commoueo. in Ant. 181 a, Is leges Cæsaris, ut rempub. concutere posset, euertit. p Mil. 116 b, Cõcussa hominum licentia & cupiditatibus fractis.

CONDECENTIA, tiæ. concinnitas, decorum, ornatus. de Or. 116 b, Orator uerbis quidem ad aptam compositionem, & concedentiã: sententijs uerò ad grauitatem orationis utaf.

CONDEMNATVS, a, um. pro Sest. 21 b, Rerum capitalium cõdemnati.

CONDEMNO, as. damno.)(. Absoluo, libero. Epistol. 18 a, Quare si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine. I. V. 95 b, Ego hoc uno crimine illum condemnẽ ne cesse est. de pro. 74 a, Qui Gabinij literas insigni quadam nota & ignominia nouã condemnasti. pro Clu. 41 b, Scæuola condemnarus est alijs criminibus. I. A. 171 a, Antonius Licinium Lenticulam de alea condemnatum restituit. de Or. 99 a, Cæteros non dubitabo primùm inertiæ condemnare sententia mea, post etiam impudentiæ. Ep. 238 a, Piso sceleris condemnat generum suum. I. A. 161 a, Cuius etiam familiares de ui condemnati sunt. Ep. 84 b, Ea ciuitas, in quam tot nefariorum scelerum condemnati reuerterunt. de Or. 105 a, Cuius responso sic iudices exarserunt ut capitis hominem innocentissimum condemnarent. I. V. 112 b, Condemnari iniuriarum. pro Cec. 302 b, condemnari sponsionis.)(. Vincere sponsionem. pro Fla. 155 a, Poles item pecuniæ publicæ est cõdemnatus. I. P. 82 b, Crudelitatis tu furcifer senatum consul in concione condemnasti? pro Qu. 2 b, Arbitrium pro socio condemnari: pro S. R. 37 a, Turpissimo iudicio condemnari. Brut. 90 b, Ego fidem consulum non condemnabam, quæ suspecta uehementer erat. I. P. 88 a, Amici tui silentio temeritatem tuam condẽnauerunt. & ibi. Tuum factum est condemnatum iudicio amicorum. de N. 40 b, Condemnare aliquẽ causa incognita. Anteq. 195 b, Sententijs iudicũ cõuinci nid est, cõdẽnari. I. V. 113 a, Hũc hominem Veneri absoluit, sibi cõdẽnat.

CONDICO, cis. dicto conuenire & significare. Ep. 15 b, Crassus pene meis laribus in prouinciam profectus est, nam cũ mihi condixisset, cœnauit apud me in mei generi Crassipedis hortis.

CONDIMENTVM, ti. conditio, sapor qui cibos commendat. de Fin. 83 b, Socrates dicebat cibi condimentum esse famem, potionis sitim. Of. 76 b, Nam ut tribuamus aliquid uoluptati, cõdimenti fortasse nonnihil, utilitatis certè nõ habebit. de Am. 108 b, Accedat huc suauitas oportet sermonũ, atq; morum, haud quaquam mediocre condimentum amicitiæ. de Or. 134 a, Hæc omnium sermonum condimenta sunt. Qu. Fr. 294 a, Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare.

CONDIO, dis. aliquo sapore commendo; tempero. Tuscul. 247 a, Labor in senatu, sudor, cursus ab Eurota, sitis, fames: his enim rebus Lacedemoniorum epulæ cõdiuntur. & ibi. Quis hoc non uidet, desiderijs ista condiri omnia? Ep. 107 b, Iti herbas omnes ita condiunt, ut nihil posit esse iucundius. Tusc. 171 b, Persæ mortuos cera circunlitos cõdiunt. Att. 200 a, Hilaritate tristitiam temporum condiebamus. de Or. 128 a, b, Oratio illa temperata est, in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate cõditur. pro Clu. 32 b, Qui uicia, quæ ab natura habet, artificio quodam malitiæ condiuit. Or. 215 a, Omnino duo sunt quæ condiant orationem, uerborum numerorumq; iucũditas. pro Mur. 140 a, Quare non erunt illa quidẽ meliora; sed certè condita iucũdius. Of. 27 a, Sale conditus & facetijs Cæs. de N. 56 b, Mandare aliquid conditum uetustati. Att. 133 a, Conditiones ciborum & compositiones unguentorum.

CONDISCIPVLVS, li. Tusc. 156 b, Dicæarchus cum Aristoxeno æquali & cõdiscipulo suo. de N. 8 b, Xenocrates Aristotelis condiscipulus. pro Syl. 170 a, Et se meũ condiscipulũ in puertia cõmemorauit fuisse. At. 76 b, Tui cõdiscipuli.

CONDISCO, scis. pro Quin. Vt in pecunia tua condisceret, qui pecuniæ fructus esset. pro Planc. Condiscas, censeo mihi paulo diligentius supplicare.

CONDITIO, onis. condimentum, ratio. de N. 55 b, Perspicuũ est enim quò compositiones unguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint. de D. 104 a, Natura fruges terræ, baccasq; arborum generi humano dedit, & earum cultus conditionesq; tradidit.

CONDITIO, modus, ratio, lex, pactum, pactio, conuentio, fortuna, status, locus, ius, causa. Ep. 173 b, Adde huc quòd litteræ perferri nulla conditione potuerũt. Ep. 174 b, Legionẽ Martiã & quartam negant, qui illas norunt, ulla conditione ad te posse perduci. de Fi. 138 a, Appetit animus aliquid agere semper, nec ulla conditione quietem sempiternam posit pati. pro Mar. 132 a, Ea uicisti, quę & naturam & cõditionem, ut uinci possent, habebant. & ibid. A quo etiam ipsius victoriæ conditio, uisq; deuicta est. pro Rab. 63 b, Harum rerum nõ solum euentus atq; perpessio, sed etiam conditio, expectatio, mentio deniq; ipsa indigna homine libero est. Ep. 71 b, Homines nos ea lege nati sumus, ut omnib. telis fortunæ proposita sit uita nostra: nec est recusandum, quo minus ea quã nati sumus, cõditione uiuamus. p Mur. 138 a, Iniquam legem & miseram conditionem instituet periculis hominum, si existimabit, &c. de Vn. 202 a, Homines mortali conditione esse generatos. Tusc. 198 b, Alienum appetis, qui mortalis natus conditionem postulies immortalium. Ac. 237 b, Ea conditione nati sumus, ut nihil, qd̃ homini accidere possit, recusare debeamus. Tusc. 151 a, Et quid ergo intelligit, quãtum mali ex humana cõditione deieceris? I. A. 264 a, Ita pro mortali conditione, uitę immortalitatem eãdem consecuti. Ep. 197 a, Omnem cõditionem imperij tui statuimque, puinciæ mihi demonstrauit Tratorius. de Di. 127 b, Omnes eodem tpe ortos eadẽ conditione nasci. pro Cor. 50 b, Alicui graue legem uitæ & conditionem constitui. Ep. 73 b, Et qua conditione omnes homines, & quibus temporibus nati sumus cogitet. p Mu. 135 a, Sed non libenter duriorem fortunæ communi conditionem te autore constituit. pro Mil. 119 b, Cõditio atq; fortuna hominum infimi generis. Of. 9 a, Est autẽ infima cõditio, & fortuna seruorum. pro Cæ. 49 b, Serui, quos intelligebat non communi conditione seruitutis uti, sed licentius cum domina uiuere. pro Corn. 59 b, Serui quorũ uis & fortunæ conditio infima est. pro Mar. 133 a, Cum ipsius uictoriæ conditione, iure omnes uicti occidissemus. Att. 285 b, Nisi fortè non de seruitute, sed de conditione seruiendi recusandum est à nobis. Para. 123 b, Qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis. I. C. 107 a, O conditionem miseram non modo administrandæ, sed etiam conseruandæ reip. pro R. 125 a, Prouidete ne duriorem uobis conditionem statuatis. I. C. 122 a, Seruus est nemo, qui modò tolerabili cõditione sit seruitutis, qui non, &c. pro Corn. 62 a, b, In superiore conditione & causa poni. de Sen. 91 b, At senex eo meliore cõditione est, quã adolescẽs, cùm id quod sperat ille, hic assecutus est. Ep. 79 a, Nec debes dubitare, quin aut aliqua rep. fis futurus qui esse debes, ut perdita non afflictiore conditione quàm cæteri. cõtra Rul. 89 a, Libera meliori iure sunt, q̃ soluta, &c. soluta meliore in causa sunt, quàm obligata: immunia commodiore conditione sunt, quàm illa quæ pensitant. Ep. 47 b, Quę quia non uides, mihi non uideris meliore esse conditione, quã nos qui uidemus. & 48 b, Atq; hoc ipso melior est tua quàm nostra conditio, quòd tu quid doleas scribere audes, nos ne id quidem tutò possumus. I. C. 123 a, Quanquam inest in uno loco cõditio melior externa uictoriæ, quàm domesticæ, q̃, &c. Ep. 119 a, Nõ expeditur facessio, quando Galliæ, quæ habent intercessorem, in eandem conditionem, quam cæteræ prouinciæ uocant. pro Dom. 226 a, Ego pro patria mori dubitarem hoc meliore conditione quàm Decius, quòd ille, &c. ego, &c. I. C. 117 a, Earum rerum quas gessi, non est eadem fortuna atque conditio, illorum qui, &c. quod mihi, &c. illi, &c. & 118 a, Mihi hæc conditio consulatus data est, ut omnes acerbitates perferrem. de Prou. 72 a, Et in utriusque pari scelere disparem conditionem facit. Epist. 73 b, Ea denique uidetur conditio impendere legum, iudiciorum, temporum, ut optimè actum cum eo uideatur esse qui, &c. pro Cluen. 44 b, Hanc conditionem supplicij maiores in bello timiditati multis propositam esse uoluerunt. pro Flac. 151 a, Hæc etiamsi in homine ipso de quo agitur, negligendi sunt, tamen in conditione atque in exemplo pertinescenda uidentur. pro Cluen. 49 b,

Conuerte nunc ad cæteros ordines, easdem uitæ conditiones non perferrent. cōtra Rul. 77 a, Qui se misericordia senatus, non agri conditione defendunt. pro Cęl. 40 a, Quare ista conditio, iudices, respuatur, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. I.C. 111 a, Et quod salutis certa lætitia est, nascendi incerta conditio. pro Quin. 3 b, Quintius deteriore tempore absens auctionatur. Scapulus difficiliore conditione dissoluit. pro Clu. 37 a, Aequa cōditione disceptare. & ibid. Iniqua conditione causam dicere. contra Rul. 69 b, Paucas tribus non certa conditione iuris se fortis beneficio fortuito ad usurpandam libertatē uocare. pro Plā. 251 a, Est enim conditio liberorum populorum, posse suffragijs uel dare, uel detrahere quid uelint cuique. & 260 a, Si illam accusationis conditionem sequar: id est, ut necesse habeam hunc illi anteponere. pro Cor. 59 b, Hanc tu igitur conditionem statuis tuis ciuibus, ut quod ijs, quos Gaditanis adiutoribus armis subegimus, liceat, id ne liceat ipsis, &c. pro Cæl. 41 b, Et contra periculosissimas hominum potentias, cōditioni omnium ciuium prouidere. p R. P. 128 b, Quid ergo ista conditio est testium, ut quibus creditum non sit negantibus, ijsdem credatur dicentibus. & 125 a, Qui suo iudicio essent illam conditionem uitæ secuti. Epist. 11 b, 22 a, Eaque mihi conditio maneat, qua ꝓfectus sum. I. A. 226 b, Certi fines Macedoniæ, certa conditio, certissimo modo etiam erat illius exercitus. I. A. 208 b, Scilicet ad eum legatos misimus, non ut pareret, sed ut conditiones ferret, leges imponeret. & 206 a, Quæ uobis potest cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis esse communitas. & 193 b, Hostis, cum quo nulla pacis conditio esse posit. de Pro. 79 a, Præsertim cùm ab illis aliquotiens conditio C. Cæsari lata sit; ut easdem leges alio modo ferret, qua conditione auspicia requirebant, leges comprobabant. pro Cæl. 45 a, Hinc licet conditiones quotidie legas: id est, tibi ab amatoribus latas. Epistol. 118 b, Alterutram ad conditionem descendere uult Cæsar, ut aut, &c. aut, &c. & 123 b, Cæsar fert illam conditionem, ut ambo exercitus tradant. & 261 a, Feruntur omnino conditiones ab illo, ut Pompeius eat in Hispaniam, &c. & ibidem: Accepimus conditiones, sed ita ut remoueat præsidia ex ijs locis, quæ occupauit. & ibidē: Sin ille suis conditionibus stare noluerit, bellum paratum est, eiusmodi tamen quod ille sustinere non posit, præsertim cùm à suis cōditionibus ipse fugerit. Tusc. 168 b, Quid est igitur quod querare, si repetit cùm uult? ea enim conditione acceperas. pro Quint. 16 a, Quo in loco conditionem tuli, si uellet pecuniam petere, Quintium iudicatum solui sasisdaturum, dum ipse si quid peteret, pari conditione uteretur. pro Sex. Ros. 23 b, Hanc conditionem misero ferunt, ut optet, utrum malit, &c. Attic. 133 a, Nec Pompeium ad ullam conditionem accessurum putabam. Orat. 220 b, Aut reperiam ipsa eadem conditione qui utiuelit. ut, &c. pro Quin. Ros. 5 2 a, Est hoc & ex conditione iuris, & ex consuetudine cautionis firmissimum argumentum. Quin. Frat. 307 a, Si conditio ualde bona fuerit, fortasse non omittam. pro Quin. 18 a, Transigere cum aliquo qualibet dummodo tolerabili conditione. Attic. 133 b, Qui ut adduci tali tempore ad ullam conditionem posit, magis opto quàm spero. pro Quin. Hunc cōditionibus quoad potest producit. pro Quin. 8 a, Conditionem æquissimam repudiare. & 4 b, Aliquem iniquis rationibus ad suas conditiones perducere. & 3 b, Aliquem suis cōditionibus in ipso articulo temporis astringere. de Orato. 93 a, De ijs credo, rebus, inquit Crassus, ut in conditionibus scribi solet, quibus sciam poteroq; de Legi. lib. 3. Nihil porrò tam aptum est ad ius conditionemque naturæ. Top. 228 a, A natura nec ius profectum sit, an ab aliqua quasi conditione hominum, & pactione. pro Ar. 190 b, Iussit ei præmium dari sub ea cōditione, ne quid postea scriberet. pro Milon. 116 b, Fingite cogitatione imaginem huius conditionis meæ, si posim efficere, ut Milonem absoluatis: sed ita si Clodius reuixerit. Epistol. 86 a, Aut ea conditione daret, si reciperes te correcturum.

Conditor, oris. qui cibos condit & parat, cocus. pro Clu. 32 b, Atq; etiā ipse conditor totius negocij Guttam aspergit huic Bulbo. Postquam. 207 a, Conditor instructorque conuiuij.

Conditus, a, um. à condiendo. gratus, salsus, temperatus. de Senect. 89 a, Tum conditiora facit hæc superuacanei operis aucupium & uenatio. Attic. 222 a, Nec id solùm, sed hæc ne cocto & condito sermone bono. de Orat. 152 a, Vnguentum summa & acerrima suauitate conditum. de Clar. 174 b, Nisi id quod dicitur sit uoce, uultu motuque cōditior. & 180 b, Nemo unquam suauitate cōditior. de Sen. 79 b, Comitate cōdita grauitas. de Or. 129 b, Nulla oratio unquam fuit lepore & festiuitate conditior.

Conditus, a, um. à condendo. reconditus, repositus. de Diui. 131 a, Quamobrem Sibyllā quidem sepositam & conditā habeamus. Tusc. 148 b, Homerus fuit ante Romā conditam. Brut. 166 a, Fructus conditi. pro Mu. 136 a, Sic ut ei iam exploratus & domi conditus consulatus uideretur.

Condo, dis. constituo, ędifico, recondo, repono. I.V. 216 b, Ęgestam ab Aenea conditam esse demonstrāt. de Diu. 91 b, Qui respublicas constituerunt, qui urbes condiderunt. I.C. 111 a, Romulus qui hanc urbem condidit. I.V. 86 a, Tenes qui urbem illam condidisse dicitur. Orat. 215 a, Ab hoc qui cœpit conditas, ab illo qui constitutas accepit, captas dicētis Syracusas. de D. 126 b, Ex illa olea arcam esse factam & conditas sortes. ꝑ Do. 232 b, Rempublicam condere mea discessu, quam omnium interitu occidere malui. I.C. 116 b, In animis ego uestris omnes triumphos meos condi & collocari uolo. de Diu. 107 a, Sic in causis conditæ sunt res futuræ. de Sen. 18 b, Serere, percipere, & cōdere fructus. I.V. 132 b, Literas in ęrario sanctiori condi imperauit. contra Rul. 83 b, Vt esset locus comparandis condendisque fructibus. de N. 57 b, Scientia condendi ac reponendi fructūs. & ibid. Neque homines mutuum ac formicarum causa frumentum cōdunt. de Leg. 181 a, In eo sepulchro regem nostrum Numam conditum accepimus. & ibid. Nam siti dicuntur qui conditi sunt. Tusc. 233 b, Metrodorus omne bonū in ęsceribus medullisque condidit. In Ara. Et Cepheus conditur ante lumborum tenus. pro Clu. 32 b, Qui illi pecunias, quam condiderat, spe iam atque animo incubaret. contra Rul. 80 a, Vt liceat illi inuidiam deponere, pecuniam condere. de Or. 133 b, Condere lustrum. I.V. 251 a, Condi in carcerem. de Leg. 171 b, Condere leges. ad Atticum 13 b, Condere poema, condere carmen. I. Occentare.

Condocefacio, cis. doceo, commoneo. Tusc. 245 b, Nemo est enim, qui eorum bonorum animum putet esse iudicem, eumque condocefaciat, ut ea quæ bona malæ uideantur, posit contemnere.

Condocefactus, cta. doctus. de Nat. 58 b, Belluæ domitæ & condocefactæ.

Condoleo, les. doleo. de Or. 143 a, Namque latus ei dicenti cōdoluisse, sudoremque multum consecutum esse audiebamus. Tusc. 186 b, Nos si pes cōdoluit, si dens, sed fac totum dolere corpus, ferre nō possumus. Tusc. 156 b, Dicearchus ne condoluisse quidem unquam uidetur, qui animum se laborare non sentiat.

Condolesco, scis. condoleo. Acad. 40 a, Cum perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturaque condolescere, & concupiscere, & extimescere. & efferi lætitia dicerent.

Condonatio, onis. I.V. 68 b, Bonorūm possessionum; contra omnium instituta addictio & condonatio.

Condono, as. dono, concedo, do, omitto. pro Qu. Ros. 54 a, Suam partem Roscius suo nomine condonare potuit. Fiduciario. Offi. 49 a, Cum alijs adimuntur, alijs condonantur pecuniję. pro Mil. 102 b, Nec deprecaturi sumus, ut crimē hoc nobis propter multa eius in remp. merita condoneris. I.V. 99 a, & 97 a, Vt literis eius bona eriperes, & cui tibi contra modum esset, condonares. pro Clue. 40 a, Qui illud accusatori tulit, non sibi ac defensioni suæ condonatum esse Oppianico. cum Offic. 49 b, Qui pecunias creditas debitoribus condonandas putant. Epistol. 1 30 a, A te peto, ut eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi condones. Antequam. 196 a, Non enim illis uictus cedo, sed incolumib. uobis me cōdonabam. I.A. 173 a, Apothecæ totæ nequissimis hominibus cōdonabantur. pro Plan. 27 5 a, Datus est tibi ille, condonatus illi. Epist. 66 b, & 74 a, Meam animaduersionem & supplicium quo usurus eram in eum quem cepissem, remitto tibi, & condono.

Condvci-

Condvcibilis, le. utilis. ad Her. 12 b, Amicū castigare obmeritam noxiam, immane est facinus, uerūm in ætate utile & conducibile. ex Plauto.

Condvcit, bat. utile est, conuenit. de Pro. 69 a, Hoc maximè reipub. conducit, Syriam Macedoniamq; decerni. An tequàm. 192 b, Fidei conducit, in loco debitum retribuere: id est. conuenit. Att. 1 b, Rationibus nostris conducere uidetur Thermum fieri cum Cæsare. Offic. 2 b, 3 a, Tum autē consultant, conducat id nec ne, de quo deliberant, ad uitæ commodicatem, ad facultates rerum, &c. Episto. 16 a, Faciliè patior ea me de rep. sentire ac dicere, quæ maximè cùm mihi, tum etiam reipub. rationibus putem conducere. Att. 288 b, Quæsiuit, quid nam mihi uideretur, accerseremus ne te, atque tibi id conducere putaremus, an tardare & cōmorarite melius esset. Epistol. 52 a, Scripsi ad te, quæ & saluti tuæ conducere arbitratus sum, & non aliena esse duxi à dignitate. Epistol. 74 b, Ea maximè conducunt, quæ sunt rectissima. de Finibus. 59 b, Nec homini infanti atque impotenti iniustè facta cōducunt, qui, &c. & ibidem: Et opes uel fortunæ, uel ingenij liberalitati magis cōueniunt: id est, conducunt.

Condvco, is. simul duco, congrego, cogo. de In. 62 b, Crotoniatæ publico de consilio uirgines unum in locum conduxerunt. de In. 56 a, Nam ita complectemur, ut in unum conducamus propositionem & assumptionē, hoc modo. de In. 65 a, Verūm id breui faciendum est, & in unum multa sunt conducenda, ut, &c. I.A. 217 b, Res geritur, conductæ uineæ sunt, pugnatur acerrimè.

Condvcere, ad tēpus redimere, opera alicuius emere. (locare. de In. 5 2 a, Si Rhodijs turpe non est portorium locare, nec Hermacreonti quidē turpe est conducere. pro Cæl. 41 a, Cælius conduxit domum in Palatio. Quint. Frat. 306 a, Tuam domum in Carinis mundi habitatores Camiæ conduxerunt. pro Cec. 303 a, Qui conductum habuit de Cesennia fundum. pro Cluent. 54 b, Solebat enim extra portam aliquid habere conducti. I.V. 158 a, Cùm is arationes magnas conductas haberet à publicanis. pro Mur. 240 a, Si mercede conducti obuiam candidatis essent. pro Sest. 11 a, Erat mihi contentio cum operis conductis. de Pro. 71 a, Conducere aliquem ad cædem faciendam. de Cla. 172 a, Qui pecunia de censoribus redemisset. Attic. 15 b, Asiatici de censoribus nimium magno conduxerunt. de Inue 62 a, Itaque Heracleotem Zeuxium magno precio conductū adhibuerunt. Episto. 264 b, Nam quid ego de Bruto dicam? &c. huic ego locum in proximo conduxi. de Diui. 118 a, Redemptor, qui columnan illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendam. I.A. 192 a, Cæsar exercitum in uitum ex Hispanis militibus conduxit.

Condvctio, onis. redemptio, collecto, συναγωγή. pro Cec. 303 a, Cùm idem ex eadem cōductione fuerit in fundo. de In. 56 b, Quare in longis argumentationibus ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet. Conductionibus id est, colligendis ijs quæ in argumentatione fuerant dispersa.

Condvctor, oris. redemptor. Q. F. 319 a, Is respondit se eius operis, HS. CCCVI. conductorem fuisse.

Condvctvm, ti. pro Clu. Solebat enim extra portam aliquid habere conducti.

Condvctvs, a, um. mercenarius. I.A. 157 a, Quis enim aut accusator tam amens reperietur? qui reo condemnato obijciat multitudini conductæ uelit? aut iudex, qui reum damnare audeat, ut ipse ad operas mercenarias statim protrahatur? pro Sest. 27. Cum operis conductis.

Condvplicatio, onis. exornatio quædam rethorica. ad Her. 33 a, Conduplicatio est, eiusdem unius, aut pluriū uerborum iteratio, &c.

Condvplico, as. de Di. 85 b, & de Or. 157 a, Tenebræ cōduplicantur, noctisq; & nimbum obcæcat nigror. Pacuuij.

Confatalis, le. de Fat. 146 a, Copulata enim res est & confatalis, sic enim ille appellat, & ibid. b, Hæc ut dixi, confatalia ille appellat.

Confectio, onis. absolutio, perfectio, compositio, comminutio. I.A. 258 b, Cōfectio huius belli est D. Bruti salus. de Sen. 77 a, Confectio huius libri mihi iucūda fuit. de Orat. 213 a, Annalium confectio. & cōficere annales. de N. 53 a,

Intimi dentes, qui genuini uocantur, conficiunt escas: quæ confectio etiam à lingua adiuuari uidetur. pro Flac. 150 a, Confectio tributi. & conficere tributum: id est, colligere.

Confector, oris. Epistol. 155 a, Qui reliquias huius belli oppresserit, hic totius belli confector futurus est. I.V. 130 b, Confector negociorum. de Nat. 33 b, Hic noster ignis confectōr est, & consumptor omnium.

Confectvs, a, um. perfectus. Epist. 44 a, Orationes tuas cōfectas omnes expecto. de Prou. 73 a, Bellum affectum uidemus, & uerè ut dicam, penè confectum. Attic. 164 a, Dum hæc decernuntur, quę iam erunt confecta. pro Pomp. 9. a, Partem militum qui iam stipendijs confectis erāt, dimisit. Attic. 121 b, Confecta res est. & 253 b, Confecti Iudi. I. A. 258 b, Reditum ad uestitum confecta uictoria reseruati. Pro Quint. 7 a, Biennio iam confecto ferè appellas.

Confectvs, consumptus, affectus, perditus, mutatus. I.V. 263 a, & I.C. 102 b, Confectus ac perditus famę. I.C. 108 b, Homo ætate confectus, exercitatione robustus. & 109 b, Gladiator ille confectus & saucius. Oft. 331 a, Gladiator uulneribus & ætate confectus. pro Mur. 144 b, Homo miser & cū corporis morbo, tū animi dolore confectus. Ep. 235 a, Mulier ęgra, & corpore & animo cōfecta. pro Dom. 225 a, Nemo cum nisi lachrymantem confectumque uidit. pro Mur. 144 b, Confectus morbo, lachrymis, ac mœrore perditus. de Fin. 57 b, Confectus animi corporisq; doloribus. In Aut. 161 b, Vino lustrisq; confectus. pro Rabir. 94 b, Confectus senectute. In Cat. 160 b, Qui uino languidi, confecti cibo, eructant sermonibus suis cædem bonorum.

Confero, fers. transfero, conijcio, defero, adhibeo. pro Cecin. 289 a, Omnes eodem tempore se in fugam conferunt. de Orat. 162 b, Cùm Aeschines cessisset Athenis, & se Rhodum contulisset. Epist. 190 b, 191 a, Exclusus ab Antiochia Dolabella, Laodiceam se contulit. de Cla. 191 a Crassus initio ætatis ad amicitiam meam se contulit. Attic. 40 b, Illò cùm peruenire non liceret, statim iter Brundusium uersus contulit, ante diem rogationis. Epistol. 174 a, Meumq; iter eò contuli. Attic. 207 b, Res ad me sine cōtrouersia collata est. & ibidem: Academiam ex duobus libris contuli in quatuor. pro Pom. 5 a, Is omne reliquū tēpus nō ad obliuionem ueteris belli, sed ad comparationem noui cōtulit. Att. 98 a, Per fortunas confer te ad eam curam, ut de omni statu meo cogites. Offic. 33 a, Omnes meas curas & cogitationes in rempublicam conferebam. Attic. 5 2 b, Eundem te plurimum operæ, studij, diligentiæ, laboris, ad conficiēdum reditum meum contulisse. Epistol. 151 b, Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnā uoluptatem, quod, &c. & 48 a, Omnem meam curam atque operam ad philosophiam contuli. & 258 b, Quantam diligentiam in ualetudinem tuam contuleris, tanti me fieri a te iudicabo. & 144 a, Vt omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinē tuam conferamus. & ibid. Quicquid in eū iudicij officijq; contuleris, id ita accipiam, ut in meipsum te putem contulisse. & 146 a, Itaque commemoratio tua beneuolentię eius, quam erga me à pueritia contulisses, magnam mihi lætitiam attulit. pro Arch. 185 b, Omne studium atque ingenium contulit Archias ad populi Romani gloriam laudemq; celebrandam. Attic. 5 2 b, Conferre plurimum laboris ad conficiendum aliquid. Episto. 17 a, Quantum literis, quantum studijs ueteribus, nostris delectationibus consequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui hæc semper amasti, libentissimè conferemus. & 211 a, Magnopere à te quæso, ut ad eam uoluntatem, si quam in illum ante has meas literas contulisti, quàm maximus commendatione postea cumulus accedat. pro Flac. 158 b, Pecuniam filio auferre licuit ad patris honores collocatam. I.P. 93 b, Plebs in cuius tu infamiam, ea quæ per latrones de me egeras, contulisti. Officior. 10 b, Cōferre officia in aliquem. & ibid. a, Conferre beneficium in aliquem. pro Flac. 154 b, Conferre inuidiam mortis alicuius in aliquem. de Orato. 125 a, Conferre crimen in aduersarium. pro Quint. 47 b, Falsum crimen in purissimam uitam collatum. de Ar. 251 b, Nec confero nunc in te unum omnia. Attic. 196 b, Cùm in filium causam conferret. de Orat. 164 b, Scitum est enim causam conferre in tempus. pro Qu. 2 b, Næuius nocem

in quæstum contulit. Att.135 a, In me conferte omnē tempo rum illorum culpam. pro Plan.266 a, Multa in Plancū quæ nunquam ab eo dicta sunt, cōferuntur. de In.51 a, Imprudentia in pargationem confertur. Ep.110 a, Ais enim, ut ego disceſſerim, omnia omnium dicta, in his ēt Seſtiana in me conferri.62 b, Nam comperiſſe me non audeo dicere, ne fortè id ipſum uerbum ponam, quod abs te aiunt falſo in me ſolere conferri. I.V.135 a, Siculi ex cenſu quotannis in tributa cōferunt. & 138 a, Idem pro parte in cōe Siciliæ contulerunt. pro Qu.2 b, Cōferre aliquid in cōmune.

Conferre, coniungere, manus conferre, ꝓ Fon.276 b, Galli cū M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt. I.P.90 a, Cōferre ſigna cum hoſtibus. de Diuinat.131 a, Caſtra caſtris collata audiebamus. pro Pianc.268 a, Conferre pedem, ut aiunt, aut propius accedere. Conferre capita. I.V.154 a, Conferent boni capita: id eſt, capita inter ſe appropinquabunt, ut ſecretò inter ſe colloquantur.

Conferre, cōmunicare. Ar.83 a, Quid opus eſt, in quam, potius, quàm rationes conferatis? abſident, ſubducunt, ad nummum conuenit. Att.19 b, Cùm erimus congreſſi, tum ſi quid res feret, coràm inter nos conferemus. Ad Attic.39 b, Coràm breui conferre, quæ uolumus, licebit, & 260 a, Coràm igitur hoc quidem conferemus. de Diuinat.114 a, An hæc inter ſe aruſpices omnes contulerunt & ibid. Quo modo iſta obſeruatio eſt collata inter ipſos? Item: Habere quibus cum poſsis familiares conferre ſermones. Epiſto.93 b, Interq; nos cōferre ſolitudines noſtras. de Fi.25 a, Quotidieq; inter nos ea, quę audiebamus, conferebamus, neque erat unquam controuerſia, quid ego intelligerem, ſed quid probarem. de Fin.113 a, Conferam tecum, quam cuique uerbo rē ſubijcias: nulla erit controuerſia. Att.25 b, Si q;d Θεοφράστου tecum fortè contulerit, ne omnino repudiaris.

Conferre, comparare, contendere, componere. de In.81 b, Similitudo infirmatur, ſi demonſtres illud quod conferatur, ab eo cui cōferatur, diuerſum eſſe genere, natura, &c. I.P.86 b, Si meum turbulentiſsimum tempus tuo tranquillisimo præſtat, quid conferam reliqua? de D.139 b, Conferre cauſas, & quid in utranq; partē dici poſsit exprimere. de Cla.184 a, Vt conferamus parua magnis. de Opt. 244 b, & I.C.109 b, Vt cum maximis minima conferam. Or.198 a, Parua enim magnis ſæpe rectiſsimè conferuntur. pro Qu.R.48 a, Vitam inter ſe utriuſq; conferte. Off.15 b, Tamen ne minima ex parte Lycurgi legi conferendi ſunt. Tuſc.148 b, Geſta Romanorum neque cum Græcis, neque ulla cum gente ſunt conferenda. Ep.20 b, Qui ſi ex omnibus unus exoptandus eſſet, quem tecum cōferre poſſemus, non haberemus. & 24 b, Cùm una mehercule ambulationcula atque uno ſermone noſtro omneis fructus prouinciæ non confero. Aca.18 b, Quid loquar de Democrito? quē cum eo conferre poſſumus, non modò ingenij magnitudine, ſed etiam animi? de Nat.27 b, & de Clar.190 a, Si conferre uolumus noſtra cum externis. Orat.213 b, Conferte hanc pacem cum illo bello. I.V.191 b, Cum utris tandem iſtius factum collaturus es? pro Syl.180 b, Agedum conferte nunc cum illius uitam Ꝑ. Syllæ.

Confertvs, a, um. refertus, plenus. de Fin.78 a, Vita deniq conferta uoluptatum omnium uarietate. Tuſ.199 b, Totus que liber, qui eſt de ſummo bono, refertus & ſententijs & uerbis talibus eſt. & 200 a, Vel totus liber potius abijciendus eſt: eſt enim confertus uoluptatibus. pro Seſt.7 b, Ocio ſa uita & conferta & plena uoluptatibus. Ac.31 b, Tūc inane quicquam putes eſſe? cùm ita completa & cōferta ſint omnia, ut, &c.

Confessio, onis. de Diu.87 a, Gracchus auſpiciorum autoritatem confeſsione errati ſui comprobauit. I.A.257 b, Vt confeſsionibus ipſius omnia patefacta eius parricidia uide retis. pro Seſt.28 a, Cùm ac uos indicia, literas, confeſsiones communis exitij detuli. I.C.114 a, Lentulus patefactis indicijs & confeſsionibus ſuis. Octa.330 b, Liceat ſemel impunè peccare, ſit erranti medicina confeſsio. Epi. 117 a, Quid ſi nefarias de patre confeſsiones audiſſes? Acad.47 a, Rerum obſcuritas ad confeſsionem ignorationis adduxit Socratem. in Verrem, 224 b, Conuincitur à teſtibus, urgetur confeſsione ſua, manifeſtis maleficijs tenetur. pro Mil.104 a, In confeſsione facti defenſio iuris ſuſcipi poteſt. pro Cluent.48 b, Neque hæc tua recuſatio, cōfeſsio ſit captæ pecuniæ, ſed, &c. Poſtquàm. 198 a, Confeſsione inimicorum eſſe conuictum, &c. Att.16 b, Confeſsio meritatis. de In.53 b, Taciturnitas imitatur confeſsionem.

Confestim, ſine ulla mora, illicò, ſtatim, actutum. (.Extinteruallo. Attic.116 b, Ecce Caſsij literæ, Vibullium è Picēno currere ad Cn. confeſtim inſequi Cæſarem. pro Cla. 58 a, Mulier confeſtim huc aduolauit. In Antonium, 209 b, Rem adminiſtrandam arbitror ſine ulla mora, & confeſtim gerendam cenſeo. Ep.35 a, Confeſtim Iconium uenit. Acad.6 a, Confeſtim ad eum ire perreximus. de In.51 b, Et cætera quæ factum aliquod ſimiliter confeſtim, aut ut interuallo ſolent conſequi. de Inu.67 a, Quæ geſtum negocium confeſtim, aut ex interuallo conſequuntur.

Conficiens, tis. efficiens. de Finibus, 145 b, Sed hæc cum corporis bona ſint, eorum conficientia certè in bonis numerabis. Par.238 a, Conficiens aut cauſa alia eſt abſolute & perfecta per ſe: alia aliquid adiuuans & efficiendi locū quædā. pro Flacc.155 a, Ciuitas conficientiſsima literarū.

Conficio, cis. efficio, expedio, perficio, compleo, exequor, tranſigo. Par.238 a, Nam ſunt aliæ cauſæ, quæ ipſæ conficiunt, aliæ quæ uim aliquā ad conficiendum afferunt. I.V. 213 a, Mulier iſti ſtragulam ueſtem confecit. de Orat.159 b, Hippias gloriatus eſt, &c. annulum quem haberet, palliū quo amictus, ſoccos quib. indutus eſſet, ſe ſua manu cōfeciſſe. ad Her.28 b, Exclamatio conficit ſignificationē doloris. Art.52 b, Idemq; tu plurimum operæ, ſtudij, diligentiæ, laboris, ad conficiendum reditum meū contuliſti. Ep. 232 b, Reditum, ſi me tantum amas, quantum certè amas, hominib. confice. & ibid. Quod ut perficias te etiam atque etiam rogo. de Cla.188 a, Sed tamen leuis appellatio literarum, bene loquendi famam confecerat. Att.150 a, Cum in ſpem uenero de compoſitione ai. quid me conficere, ſtatim te certiorem faciam. Att.51 a, Vno capite quo reuocor, modò res confecta ſit, ero contentus. pro Cl.33 a, Sententijs decem & ſex abſolutio confici poterat. pro Qui.14 b, Triduo DCC milia paſſuū conficiuntur. pro Sext.Roſc. 31 a, Per quos homines tantum facinus conficere potuit. Att.245 b, Sic enim annuum tempus conficitur. Ep.21 b, Et mehercule confecta res ex mea eſt ſententia. Ep.96 a, Quod ſi mihi permiſiſſes, qui meus amor in te eſt, conficiſſem cū cohærēdibus. Att.191 b, Tu cū Appella Chio officie de colum is. & 3 b, De Acutiliano negocio, quod mihi mandaras, confeci. & 220 b, Te ſpero cū Publio conciſſe. de Orat.109 b, Conficere munus ſuſceptū. Epiſto.14 b, Cū tu hæc leges, ego iā annuum munus confecero. & 66 a, Nā ſi hoc expectandum ſit, tum totum bellum conficiū uginti oppida ſunt. &c. In An.222 a, b, Exequi & cōficere mandata. Quint.Frat.315 a, Facies, ut mea mandata diligeras, perſequare, conficias. pro Pom.9 b, Bella nō ſolūmgeſta ab hoc, ſe etiam confecta. Att.11 b, Biduo per unum ſeruum confeci totum negocium. & 263 a, Te oro ut hoc negociū ita agas, ita tractes, ita conficias, ut, &c. Attic.104 b, Cōficere aut deponere negociū. pro Planc.264 b, Conficere legationem & mandata. Or.214 a, Iſocrates propè centum confecit annos. pro Cæl.45 a, Qui omnem uitæ ſuæ cursum in labore corporis conficeret. de Vniuer.202 a, Qui rectè curriculum uitæ à natura datum confecerit. Tuſculan.168 a, Vt cum LX annos confecerit, reliquos dormiat. de Nat.18 b, Sol curſus annuos conficit, cuius luſtrationem menſtruo ſpacio luna complet. & ibid. Eadem ſpacia conficiunt. de Or.87 a, Eo autem omni ſermone confecto, &c. de Sen.78 a, Confeci longam uiam. Att.14 a, Vt de hoc uelim amanter diligenterq; conficias. de Som.128 a, Scipio bellum maximum confecit, Numantiam excidens. Qu.Fr.309 b, De Tullia noſtra ſpero nos cum Craſſipede cōtecciſſe. pro Cor.64 b, Marius plurima bella & geſſit & confecit. Ep.66 b, De Dionyſio, ſi me amas, cōficeſ. Pom.15 b, Pompeius difficili reip. tempore exercitum confecit. Art.125 a, Conficere exercitus maximos. & 4 b, Quis admodum bibliothecam nobis conficere poſsis. Ep.3 a, Kalibus Ianuarijs in Senatu nihil eſt confectū, propterea quod. &c. de Orat.138 b, Conficere motus animorum. pro Qui. R.47 a, Iam duæ partes cauſæ ſunt Cōfectæ. Topica, 97 a, Nondum ſatis eſt, adde, nec ea, &c. confectum id eſt, perfecta eſt definitio. I.V.104 a, Permagnam is dicit excaſe pecuniam confici poſſe. de Or.119 b, Qua re illam partem, &c. perpoliam atque conficiam. de Cla.199 b, Hortenſius tamen hunc curſum confecit. de Legib.195 b, Eadem ratio cum eſt in hominis mente confirmata, & confecta, lex eſt.

Conficere, colligere, acquirere. contra Rul.72 b, Primùm permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecuniæ conficiendæ de uectigalibus alienandis. pro Flac.163 b, Vt pecuniam quam confecerat non conſumpſiſſe, ſed Flacco dediſſe uideatur. pro Syl.150 a, Duę rationes conficiendæ pecuniæ, aut uerſura, aut tributo, nec tabulæ creditoris perferuntur, nec tributi confectio ulla recitatur. ꝓ Fl.163 b, Patrimonium quod conficere potuit. diſſipauit. Attic.96 b, Conficere rationes. Item: Vt confectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates poſsim relinquere.

Confici, concludi, fieri. de In.56 a, b, Aut ita, ut id ſolum quod conficitur, inferatur, de In.80 b, Ex quo conficitur, ut ſi, &c. id eſt, ex quo ſit uel concluditur.

Conficitvr, ſequitur, relinquitur, conſequitur, cum in argumenti concluſione collocatur. de Inuen.56 a, b,

Conficere, conſumere, cruciare, afficere, perdere, exaurire. pro Mar.132 b, Vetuſtas omnia conficit ac cōſumit. Epiſtol.234 a, Conficior enim mœrore mea Terentia, nec me meæ miſeriæ magis excruciant quàm tuæ ueſtræque. & ibidem: quare cùm dolore conficior, tum etiam pudore. Atti. 422 a, Meus me mœror quotidianus lacerat & cōficit. & 170 a, Non loquor plura ne te quoq; excruciem, ipſe conficior ueniſſe tempus, cum, &c. de Natu.53 a, Dentes aduerſi acuti diuidunt eſcas, intimi autem conficiunt. de Arch.253 b, Corpus noſtrum tenuiſsima ſæpe de cauſa conficitur. Epiſtol.153 b, Sed ego eum hortatus ſum iſtò proficiſci, quòd illa ualetudine magis cōficere ſe, quàm me tueri poſſet in caſtris. Offic.57 b, Fame & frigore confici. Orat.199 b, Deſiderium, quo conficior, requirens, &cæ. Epiſtol 56 b, Conficior curis. & 153 b, Curis confectus. Attic.172 a, Me conficit ſolicitudo. & 176 a, Confectus cruciatū ſummorū dolorum. Attic.40 b, Maximo dolore conficior, &cæ. pro Mi. 109 b, Hæc ſica nuper, ut ſcitis, me ad regiam penè confecit. & 105 a, Tota ciuitas confecta ſenio eſt. de Aruſp. 243 b, Haud poteſt grauioribus à me uerbis uulnerari, quàm eſt ſtatim in facto ipſo à P. Seruilio confectus, & trucidatus. Poſtquam.206 a, Qui cum ſuam rem non minus ſtrenuè, quàm poſtea publicam confeciſſet egeſtatem, & luxuriam domeſtico lenocinio ſuſtentauit. pro Mar.131 a, Nihil eſt opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat, & conſumat uetuſtas. I.P.97 a, Quem necaſti uerberibus ſum na ſenectute confectum. de Diuin.131 a, Quæ uetuſtas eſt, quæ uim diuinam conficere poſsit? pro Sex.24 b, Cuius ille ordinis nomen retinet, ornamenta confecit. de In.76 a, Licinius hoſtes conſecutus eſt, & confecit. I.V.266 b. In quibus te ab eodem me ſuperiore ex loco confici & concidi neceſſe eſt. de Natur.21 b, Ibes maximam uim ſerpentum conficiunt. Poſtquam.101 a, Confectus uulneribus. de Diuin.95 a, Reliqua diuinationis breui confecta ſunt: id eſt, euenerunt. de Orator.91 b, Nos amicorum negocijs res ipſa antè confecit, quàm poſſemus aliquid de rebus tantis ſuſpicari.

Conficere, celebrare, facere. de Nat.17 a, Dionyſios multos habemus: primum, &c. quartum Ioue & luna natum, cui ſacra Orphica putantur confici.

Conficticio, onis. machinatio. pro S.R.24 a, Criminis conficticnem Erucius ſuſcepit.

Conficvs, a, um. fictus. ad Her.8 b.

Confidens, tis. pro Cec.290 a, Phormio nec minus niger, nec minus confidens quàm ille terentianus Phormio. I.A. 210 a, & 233 b, Nequam eſt hoſmo, ille atque confidens. Tuſcul.193 a, Qui fortis eſt, idem eſt fidens. nam confident mala conſuetudine loquendi, in uicio ponitur.

Confidenter, animosè, andacter. de Or.111 a, Et eo quidem loquor cōfidentius, quòd Catulus auditor acceſsit cui &c. ad Her.7 b, Confidentiſsimè reſiſtere. pro Cæl.46 b, Dicam enim iam confidentius de ſtudijs eius honeſtis, ad Her. 22, Aliquid confidenter, malitiosè, flagitiose factum.

Confidentia, tiæ. impudentia, audacia. de Or.132 b, Tanta confidentia eſtis, auferte iſta enim ſuperbiam. pro Fla. 148 a, Videte quo uultu, qua confidentia dicant. I.A.180 a, Confidentia & temeritas tua. ad He.7 a, Quæ ſigna confidentiæ ſunt, non innocentiæ.

Confido, dis. ſpero, nitor, adſum animo, timorem omitto, timorem depono. (.diffido, deſpero, cum datiuo. Att.131 a, Nō magnopere his legionib. confido. de Fin.55 a, Non exiſtimat oportere nimium nos cauſæ confidere. de Am.98 b, Ego uerò non grauarer, ſi mihi ipſe confiderem. pro Fl.147 a, Cur ſibi confidat, qui, &c. Art.137 b, Optimatibus uerò ruis nihil confido, nihil iam ne inſeruio quidem. & 262 b, Itaque accuſabar ab eo, quòd parum conſtantiæ ſuæ confiderem. I.A.194 b, Niſi ueſtræ uirtuti conſtantiæque confiderem. Att.5 a, Ne dubites mittere, & arcæ noſtræ confidito. 125 b, Quanto autem ferocius illæ cauſæ ſuę confidet, cum uos uiderit? &c.

Confidere, cum abla. Tuſ.326 a, Qui enim poterit, aut corporis firmitate, aut fortunæ ſtabilitate confidere. pro Qu. R.45 a, Ego facultate cauſæ confiſus uide quò progrediar. pro Clu.18 a, Niti & magnopere confidere aliqua re. Atti. 131 b, Illum, quo, antea confidebant, metuunt. Epiſt.190 b, Excluſus ab Anthiochia Dolabella, nulla alia confiſus urbe, Laodiceam ſe contulit. Att.131 a, Exercitum firmum habere oportet, quo confidamus parumper nos poſſe. Qu.Fr. 202 b, Confidere animo. de Arch.251 b, Hoc & tu cōfides magis, & nos propè iure diffidimus.

Confidere, abſolutum. Offi.15 a, In quo ipſo confidendū eſt, ne aut temerè deſperet propter ignauiam, aut nimis cōfidat, propter cupiditatem. Tuſ.193 a, Diſcrepat enim à timendo confidere. Epi.53 a, Ij autem, qui eſſent, auderē ſcribere, niſi te intelligere confiderem. Qu.Fr.315 b, Hæc me ut confidam, faciunt. Tuſ.164 b, Nihil nimis oportet confidere. Ar.96 a, Cōfido rem ut uolumus eſſe. Ep.122 a, Quā rem tibi cōfido magnæ laudi fore. Att.97 b, Spero, quæ tua temperantia eſt, & hercule, ut me iubet Acaſtus, confido te iam, ut uolumus, uaſere. In Verr.272 a, Ego mei offici rationem confido eſſe omnibus notam. pro Clu.31 a, Sicuti ueſtra æquitate nixi confidimus. Ep.205 b, Tibiq;, ut confido, gratias agam. Tuſ.166 b, Quem te opto eſſe & confido futurum. Epi.195 a, Id ego & ſperaram, prudentia tua fretus & ut confiderem, fecerunt tuæ grauiſsimæ literæ.

Confieri, confici, fieri. Ar.141 a, Quo facilius & cum maiore dignitate per te qui utrique es coniunctus, res tota confieret. Att.lib.8 a, Commodius cadere non potuit quàm ut res ſine ſanguine confieret.

Configo, gis. figo, uulnero. de Fin.132 a, Configebat tardus celeres itans uolantes. ex Accio. Aca. 22 b, Hercules ut Eurytheu filios, ita ſuos cōfigebat ſagittis. de Na.51 b, Capræ in Creta ferę, cum ſunt confixæ uenenatis ſagittis dictamū quærunt. pro Mur.129 b, Inuentus eſt ſcriba quidam Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit. prouerbium. In Antonium.242 b, Diffidebant etiam Seruio, meminerāt eius ſententiis confixum Antonium. de Aruſp.245 a, Clodius ducentis, ut ipſe gloriari ſolet, cōfixus ſenatuſconſultus. In Antonium.210 a, Configere omnes curas & cogitationes in reipublicæ ſalutē.

Confingo, gis. fingo. pro S.R.23 b, Crimen incredibile confingunt. & In Ver.278 a, pro S.R.25 b, Hæc confiſta à poetis arbitror eſſe, ut, &c. pro Deiot.146 b, Id uos facinus ab optimo uiro cogitatum eſſe cōfingitis. I.V.127 a, Cōfingere aliquid criminis. ad Her.8 a, Confingere & comminiſci aliquem rumorem.

Confinis, ne. uicinus, finitimus. ad Her.27 a, Qui peruenīūt ad confine genus eius generis, quod appellamus fluctuans.

Confiniym, nij. finis. Off.46 b, Conuenit autem in omni re contrahenda, in uicinitatibus & cōfinijs æquum & facilem eſſe multa multis de iure ſuo concedentem.

Confirmatio, onis. fides. de In.52 a, Signum eſt, quod ſub ſenſum aliquem cadit, &c. & tamen indiget teſtimonij, & grauioris confirmationis, ut cruor, &c. de In.50 b, Confirmatio eſt, per quam argumentando noſtræ cauſæ fidem, & autoritatem, & firmamentum adiungit oratio. Epiſt.80 a, Superioribus literis beneuolentiā magis ad ductus, quàm quod res ita poſtularet, fuit longior: neque enim confirmatione egebat uirtus tua: id eſt, conſolatione.

Confirmator,oris. pro Clu.32 b,Res parum certa uidebatur,sequester & confirmator pecuniæ desideratur.

Confirmatvs,a,um.pro Q.14 a,Diffido satis animo certo & confirmato me posse in hac causa consistere. Epi.9,Difficile est sensum in reipublica præsertim rectum & confirmatum deponere.pro Cl.23 a,Saesia lætanti iam animo & spe optima confirmata,nubit Oppianico.de Am.110 a ,Omni no amicitiæ corroboratis tã confirmatisque & ingenijs,& ætatibus, iudicandæ sunt .

Confirmo,as.affirmo,firmo,roboro , corroboro,fulcio,sancio,probo,autor fio.)(.Infirmo.de Or.92 b, Vt id quod in tẽderemus confirmare,& id quod contra diceretur,refellere possemus.de Or.116 a,Nostra confirmare rationib.& argumentis deinde cõtraria refutare.de In.52 b , Exemplum est,quod rem confirmat aut infirmat,&c.de D.116 b,Quã quam tu quidem non hostiarum causam confirmas fortium similitudine,sed infirmas sortes collatione hostiarum.I.V. 113 a, Quorum omnium testimonijs de hac pecunia confirmatum est.de Fi.55 a , Confirmare aliquid exquisitis rationibus.de D.95 a , Satis est ad confirmandam diuinationẽ, semel ita esse aliquid diuinatum. de Or.128 b,Argumentũ ratio ipsa confirmat,quæ,&c.Att.264 a,Decretumq; Coss. quod ij secũdum Buthrotios fecerunt , des operam,ut Plãcus noster quàm primum confirmet. I. A. 228 a,De quibus confirmandis,& sanciẽdis legem comitijs centuriatis laturus est.de Diu. 222 a, Hoc uerbis illis sanciri auſ ſuſragijs confirmari potest ? Ep.32 b, Et reuera confirmata amicitia commemoratio officiorum superuacanea est . I. V. 148 a, Quam sibi nondum confirmato consilio,sed ineunte ætate susceperat.Anteq.195 a,Hoc incommodum in uno confirmatum,multorum infirmabit incolumitatẽ. de Ami.110 a, Omnino amicitię corroboratis confirmatisque ingenijs & ætatibus iudicandæ sunt.Att.254 a,Hoc mihi nõ modo cõfirmauit,sed etiam persuasit.de Amic. 97 a , Qualis,ut arbitror,nemo unquam erit,& ut confirmare possum,certè nũquam fuit.de Or. 109 a, Certè(ut hominem confirmare oportet)nullus est,&c.Itẽ, Hoc uerò fieri planè non potuisse confirmo.Att.221 a.& pro Pom.17 b,Ego tibi cõfirmo eam,&c.de Cl.167 a,Hoc sine ulla dubitatione cõfirmauerim.Ep.83 a,Memini me ex multis audire,te de glorioso & celeri reditu meo confirmare.contra Rul.68 b, Omni hoc uobis ratione cõfirmare possum , me,&c.Ep.80 b,ego tibi hoc confirmo,nihilo te,&c.pro Ar.188 b, Difficile est hoc de omnib.confirmare.Qu.F.304 a,Nunc erige te & confirma,si qua subeunda dimicatio erit.Epis.40 a,De me tibi sic promitto atque confirmo,me,&c.& 9 a, Veruntamen ipse me confirmo ad eius uoluntatem , à quo honestè dissentire non possum.aliàs,conformo.At.12 a,Confirmare & excitare afflictos animos bonorum.Epi.80 a,Neque enim confirmatione nostra egebat uirtus tua , neque erat ea mea causa atque fortuna,ut cui ipsi omnia deessent,alterum cõfirmarem.& 256 b,Mihi placebat, si firmior esses,ut te Leucadẽ deportares,ut ibi te planè confirmares.

Confisio,onis.L Fidentia .

Confiteor,eris.præ me fero,agnosco.)(. Inficior.Attic.38 b,Vectius.quod confessus esset se cum telo fuisse , in carcerem coniectus est.de N.28 a, Vir sapiens peccatum suum , quod celari posse confiteri maluit.I.A.163 b , Cum homines nefarij de patriæ parricidio cõfiterentur.In Sal.274 b , Sallustius confessus est uobis audiẽtibus adulterium . I.C. 113 a,Cum id posset inficiari repẽtè cõfessus est. pro Sest. 21 a , Tacendo loqui non inficiando confiteri uideris . pro Ar.188 b,Quod tu nunc de tuo patruo prædicas,nemo unquam adhuc de sese est cõfessus.pro Dom.231 b,De crimi nibus obiectis non confiteri. contra Rul. 88 a , Concordiæ patronum me in hunc annum confessus sum . ,p Cl. 56 a, Stratonem aliquid de ueneno esse confessum.de Nat.10 b, Esse igitur deos confitendum est.Epi.59b,Me abs te cupisse laudari,apertè atque ingenuè cõfitebar. pro S.R.38,Cõfiteri de maleficio.de Leg.175 b,Confiteri religiones.I.A. 208 b,Quo etiam , ut confitear uobis Quirites , minus hodierno die contendi.de Fin.69 a,Quod mihi quidem uisus est,cum sciret,uelle tamen confitentem audire Torquatum Ep.14 b , Nemo est cuius officijs me tam esse deuinctũ nõ solum confitear,sed etiam gaudeam.Par.145 b , Confiteri de aliqua re.& de Or.111 b,& pro Syl. 174 b,& pro Arch. 191 a,& pro Lig. 137 a .

Confixvs,a,um.de Or. 131 a , Nuculam an confixum uisu fuisse id est,uerbis configere,& exagitare.

Conflagro,as.ardeo. Antequam.192 b,Ne omnes concideretis ardoreque flammæ cõflagraretis. I.V.84 b,Ille misit furtorum istius inuidia conflagrauit. de Nat.44 b,Conflagrare terras necesse est.I.C.103 a,Inuidiæ incendio conflagrare.,p Mil.116 a,Conflagrare inuidia.ad He.26 b,Quomodo urbs acerbissimo concidat incendio conflagrata.

Conflatvs,a, um.compositus , coagmentatus . pro Cæl.19 b , Monstrum ex contrarijs diuersisque atque inter se repugnantibus naturæ studijs conflatum.pro Lig.142 b,Aliquorum consensus conspirans. & penè conflatus.pro S.R.18 b, Iniuriam nouo scelere conflatam .

Conflictio,onis.conflictus, contentio,quasi concursus.Parad.139 a , Ex rationis autem,& ex firmamenti cõflictione & quasi cõcursu,quęstio exoritur.& ibi.Rationum & firmamentorum contentio.Para.234 b,Rerum inter se pugnantium conflictio.& 239 a, Ille status & quasi conflictio cum aduersario.& de In.46 a,

Conflictor,aris.pro Qu.7 b,An ut honestiore iudicio conflictere? at fine summo scelere propinquum tuum iugulare non potes.Epi.142 b, Noli pati litigare fratres,& iudicij turpib.conflictari.Att.156 b , Fortuna, qua illi florentissima,non duriore cõflictari uidemur. Ep.90 a,Cęsar diuitiis uelle uidetur eos habere solicitos,à quibus se putat diuturnioribus esse molestijs cõflictatum.alias,conflictum.ad Heren.13 a, Homines multis & magnis incommodis cõflictãtur,propter immensam pecuniæ cupiditatem . de L.161 a, Qui canem & felem ut deos colunt,non eadem superstitione,qua cæteræ gentes conflictantur.de Ar.253 b , Cum his conflictari,& pro patria salute quotidie dimicare erat omnino molestum.

Conflictvs,ctus. conflictio.de Nat.31 a, Lapidum conflictu atque tritu,ignem elici uidemus.pro Cec. 293 a,Impulsu scutorum & conflictu corporũ magnas sæpe copias pulsas esse.de Diu.217 a, Si nubium conflictu ardor expressus se emiserit,id esse fulmen .

Confligo , contendo,concurro,dimico,prælior,prælio,decerto,prælium facio,prælium cõmitto, signa cõfero, manũ confero.pro C.286 b . Potuisti leuiore actione confligere. & 293 b,Vt confligendum sibi, & armis decertandum putent.de In.79 a, Sæpe id quod scriptum est recitando,sæpe cum scripto factum aduersarij cõfligendo. I.C.209 b,Causę, quæ inter se confligunt.Epi. 174 b,Reliquisque reb. pro nostra salute contra sceleratissimam hostium conspirationem confligamus.de Fi.53 b, Torquatus cum Latinis confixit apud Veserim.Tus.219 b , Iratum ne censes Herculẽ conflixisse cum Erymanthio apro ? pro Pom.9.Qui sæpius cum hoste conflixit,quàm quisquam cum inimico concertauit.Offi.16 b,Temerè autem in acie uersari,& manu cũ hoste confligere,immane quiddam & belluarum simile est,& 17 a,Cleombrotus inuidiam timens temerè cum Epaminida conflixit.Postq.211 a,Cum mihi priuato confligendum uiderem cũ eo exercitu,qui ,&c. ,p D.226 b,Speraui istis se copijs cum illo posse cõfligere , quibus cũ ego uoluissem dimicare.I.A.262 b,Pansa princeps prælij faciendi & cum Antonio confligẽdi fuit.pro Cor.68 a , Cum ducibus ipsis non cum comitatu affectatoribusque cõfligant. I.P.83 b, Confligere armis,de Off.16 a,Et manu cum hoste confligere.ad Her.3 b, De his rebus cauẽ confligendum est,iis quibus tabulę aut alicuius firma autoritas uidebit interfuisse. pro Fõt.176 b,Galli cum M.Fonteio ferrum ac manus cõtulerũt.pro Pom.16 b,Collatis signis hostes superare.pro Fon.283 a,Infestis signis inferri in hostem .

Confio,as.efficio, compono,machinor , Off. 4 a,Quibus ex rebus conflatur & efficitur id quod quærimus honestum.de N.46 a , Mare terram littoribus sic cludit,ut una ex duabus naturis conflata uideatur.pro Syl.173 a,Exercitus perditorum clandestino scelere conflatus. I. C. 102 b,Ex perditis conflata improborum manus.de Inuen.63 a,Ex his duabus diuersis sicuti familijs unum quoddam est conflatum genus à posterioribus.I.A.194 a,Ille cum exercitum nullum haberet,magnum repentè conflauit.pro S. R.a , Ejus rei,quæ conflauit hoc iudicium,mẽtio facta non est.I.V.132 a,Venus,quæ totam illam accusationem iudiciumque cõflarat. pro Clu.19 b,Faciamque ut intelligatis in tota illa causa, quid res ipsa tulerit,quid error affinxerit,quid inuidia conflarit.& 21 a,Hoc totum à matre conflatum est , & perfectum. I.A. 173 b, Bellum quod natum, conflatum , suscepium opera tua est.pro Quin.Ros.55 a,Vnde hoc totũ ductum & conflatum mẽdacium.pro Clu.34 a, Summam alicui inuidiam atque infamiam esse conflatam.I.C.102 a, Si mihi conflare uis inuidiam.pro Cæl.43 a, Cõflare inuidiã alicui iuueni ex communi infamia iuuentutis.pro Syl.174 a,Et ea domi eius pleraque conflata sunt. Off.38 a, Cum questor esset in exercitu,seditionem esse conflatam.ad Heren.7 b,Nam quiuis horum sensu potest conflare suspicionem.Par.140 b,A reo querela conflati criminis ,pferetur. pro Syl.169 a,Quibus ipsis tum cõflari periculum putabatur.& ibid.b , Conflato gladiatorum tumultu.I.V.135 b, Quod cuique negocij conflari uolebat,nullo labore faciebat.pro S.R.18 b,Iniuria nouo scelere conflata. pro Sest. 18 a,quæ ratio aut auferendæ, aut conflandæ pecuniæ nõ reperiebatur.de Ar. 253 b,Clodius nefarias cum multis scelerum pactiones societatesque conflauit.

Conflvo,is.concurro,conuenio,peruenio,fluo.de Cla. 188 b,Confluxerunt enim & Athenas,& in hanc urbem multi inquinatè loquentes,ex diuersis locis.Tus.176 a,Quod accidet è nostris,si ad hęc studia plures confluxerint. de In. 43 a,Hinc ad ipsos,qui eam adepti sunt laus,honor,dignitas cõfluit.In Sal.274 b,Nisi fortè te in ea castra cõiecisti, quò omnis sentina reipublicæ confluxerat. de Leg. 170 a, Fibrenus rapidè dilapsus citò in unum confluit.pro Plan. 177 a,Cauæ pleræque ad nos cõfluunt.I.V.217 b,Aliquà diuersa in exitu coniungi & confluere.Epi.166 b,A confluente Rhodano castra moui.

Confossvs,a, um. confectus,necatus. pro Syl.173 a,Quinque hominibus comprehensis ac confossis, interitu remp. liberaui.

Conformatio,nis.forma,compositio, exornatio.Top. 222 b,Non esse rursus ea dico,quæ tangi demonstrariue nõ possunt,cerni tamen animo atque intelligi possunt,ut si ufucapionem,si agnationem de finias.quarum rerũ nullum subest quasi corpus,est tamẽ quædam conformatio insignita, & impressa in intelligentia,quam notionem uoco,ea sæpe argumẽtando definitione explicanda est.de Or.141 b, Ea cillimè animo teneri possunt ea q̃ percipiuntur aurib.aut cogitatione,si etiã oculorum commendatione animis tradantur,ut res cæcas & ab aspectus iudicio remotas conformatio quędam & imago & figura ita notet,ut ea quæ cogitando complecti uix possemus,intuendo quasi teneamus, de Nat.11 b,Compositio membrorum & conformatio lineamentorum. Tus.158 b. Quasi uero intelligant animus qualis sit in ipso corpore,quæ conformatio , quæ magnitudo,qui locus.de Or.97 a,Ipsa collocatio conformatioque uerborum pficitur in scribendo.de Nat.43 a,Animantis figura conformatioq; membrorum.de Or.94 b, Conformatio quædam & figura totius oris & corporis.& 161 b,Inter conformationem uerborum & sententiarum hoc interest,qd̃,&c.de Cla.177 a,Sententiarum ornamenta & cõformationes,de Or.86 b,Vocis cõformatio atq; uarietas. de Nat.22 a,omnem talem conformationem animi,philosophi motum inanem uocant:id est,cũm de Hippocentauro cogitamus. Off.71 b, Altera pars honestatis cernitur in conformatione & moderatione continentiæ & temperantiæ.ad Her.40 b,Cõformatio est,cum aliqua quæ nõ adest persona confingitur,quasi adsit, &c.

Conformo,as.compono, fingo,effingo,figuro,formo,informo.pro Arch.188 b,Quas imagines ego mihi proponẽs, animum,& mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam.de Ora.86 a, Oratio conformãda est non solum electione,sed etiam constructione uerborum.pro Muræ.138 b,Consilium tuum uituperare non audeo,nonnulla in re forsitan conformare, & leuiter emẽda re possim.pro Arch.185 b, Quod si hæc uox huius hortatu præceptisque conformata,nonnullis aliquando saluti fuit, &c.de Finib.53 b, Ad maiora quædam nos natura genuit & conformauit.Ad Herenn.22 b,In primo loco rei totius imaginem conformabimus.de Orator.86 b, Orator ita cõformandus est , ut , &c. de Natur.d.65 a, Mundum non edificatum , sed à natura conformatum puto . de Finibus. 107 a, Vna pars philosophiæ , qua mores conformari putantur.

Confractvs,a, um.de Leg.181 a, Quæq; in porca confracta iura sunt.

Confringo,gis.frango,infringo,pro Fl.161 a,Membra uoris fustibus debilitauit,manus contudit,digitos confregit, neruos concidit.pro Mil. 108 a, Nisi esset,is consul,qui eã præturam auderet posset que confringere.

Confvgio,gis.concurro,infugio,profugio,perfugio,præsidium uel auxilium ab aliquo peto.)(.Excipio.Tuscul.166 a,Priamum cùm in arma confugisset,hostilis manus interemit.Epistol. 51 b, Non enim ut tum me à republica mœstum domus excipiebat,quæ leuaret,si nunc domo mœrẽs ad rẽpublicam confugere possum , ut in eius bonis acquiescam. Tusculan.229 a, Ad te confugimus,à te opem petimus.pro Qu.2 a,Quintius tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus in tuam fidem,ueritatem, misericordiam confugit.pro Fon.280 b,Confugere ad opem alicuius.Of.41 a, Confugere ad aliquem uirtute præstantẽ.pro Clu.41 b,Ille diffidens rebus suis,ad Scalenum & ad pecuniam confugit.Postquàm.166 a , Qui nisi in arma tribunatus cõfugisset,profectò,&c.pro S.R.223 b,Roscius de amicorum sententia Romam confugit. Attic.47 a,Ex quibus statim in tuos agros confugiam.de Or.90 a, Illustrare oratione,si quis istas ipsas artes uelit,ad oratoris ei confugiendum est facultatem.

Confvndo,dis.perturbo,conturbo, permisceo.Acad. 29 b, Anaxagoras dixit materiam infinitam esse,sed ex ea particulas similes inter se minutas,eas primùm confusas,postea in ordinem adductas mente diuina.pro Dom.238 b,An tu hæc ita confundis & perturbas?Or.216 a,Omnes in oratione esse quasi pmixtos & cõfusos pedes.de D.105 a,Vis quædam sentiens,quæ est toto confusa mundo.de Vn.203 b,Cùm ignis oculorum cum eo igne,qui est ob os offusus, se confundit & contulit.Ac.16 a,Ea philosophia,quæ cõfundit uera cum falsis.de Orat. 124 b,Vt re distinguantur, uerbis confusa esse uideantur.Att.123 b,Signa quibus aliqua distinguuntur,perturbari:id est,confundi.de Ora.147 a,Ita confusa est oratio,ita perturbata,nihil ut sit primum, nihil ut secundum.

Confvse,permixtè.)(.Discretè,& electè.de Nat. 63 b,Quare,si uidetur,noli agere confusè,ut hoc explicemus hac disputatione,qd̃ quæritur.de Fin.70 a, Epicurus contemnit differendi elegantiam,confusè loquitur.de In.52 b,In præsentia tantummodo partes argumentandi confusè & permixtè disperſimus,post discretè & electè in genus quoque causæ digeremus. Acad.12. Non confusè.

Confvsivs.I.A.214 b,Confusius acta res est,quàm,&c.

Confvsio,nis.perturbatio.de L.174 b,Suos deos aut nouos coli,confusionem habet religionum.de Fin.149 b, Atque hæc coniunctio confusioq; uirtutum,tamen à philosophis ratione quadam distinguitur. de N.1 b,Quibus sublatis perturbatio uitæ sequitur,& magna confusio. pro Mur.135 b, Confusionem suffragiorum flagitasti.Off.47 a,Hæc confusio temporum.

Confvsvs,a,um.perturbatus,turbulentus,uarius , pmixtus, habens confusionem. de In.50 a,Veruntamen non incommodum uidetur,quandam sylluam atque materiam uniuersam antè permixtam & confusam exponere omnium argumentationum.pro Sest.3 b,Sed quoniam singulis criminibus cæteri respõderunt,dicam ego de omni statu P.Sestij de genere uitæ, &c.& ibid. Contendamque in hac confusa atq; uniuersa disputatione,ut nihil,&c.Off.19 b,Si hoc de quo loquimur,decorum est,id totum quidem cum uirtute confusum , sed mente & cogitatione distinguitur.de D.115 b,Vis quædam diuina,quæ cõfusa toto mundo est. & 92 a, Nunc onusti cibo & uino,perturbata & confusa cernimus.de Cl.173 b,Sed nec illa oratio eiusmodi est,ut à pluribus confusa uideatur.

Confvtatio,onis.dissolutio,reprehensio.ad Her.1 b,Confutatio est contrariorum locorum dissolutio.

Confvto,as.refello,refuto,reprehendo,diluo,coarguo,infir

mo dissoluo, redarguo, explodo, conuinco, frango eijcio, abijcio, aduersaria euerto, falsum esse doceo, tollo.de D. 81 b, Cotta hic disputat, ut Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deseat religionem. Tusc.245 b, Maximisq; doloribus effectus eos ipsos inuentorum fuorũ memoria & recordatione confutat. Par.242 b, Confutare audaciã alicuius. pro S.R.32 a, Erucij criminatio tota dissoluta est, nisi fortè expectatis ut illa diluam, quæ &c.Att. 187 b, Sed tu me γεωμετρικῶς refelleras. pro Cec. 294 b, Infirmare & conuellere facta aut stipulationes.

Congelo, as. conglacio.Epistol.25 a,Erat in eadem Epistola ueternus ciuitatis, gaudebam fanè, & congellasse amicũ nostrum læcabar ocio.

Congemo, mis. simul gemo. pro Mur.130 b,Senatus congemuit frequens.

Congero, ris. congrego,accumulo, comporto. pro Pom.8. a,Res omnes pulcherrimas Mithridates ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat. Item Innumerabilis pecunia congesta in illam domum est.de D.96 b, Midæ dormienti formicæ tritici grana in os cõgesserunt. de Cla. 192 a, Illud minus curo, quòd congessisti operarios omneis.I. A. 186 a, Antonius in Cæsarem maledicta cõgessit.de Cl. 196 b, Vt te eripias ex ea, quam ego congessi in hunc sermonem, turba patronorum. pro D.145 b, In quem dij atq; homines omnia ornamenta cõgesserunt. pro Pl.264 a,Mitурnêses C.Mario uiaticum congesserunt, nauigium dederunt. de Am.170 a, Neque uerendũ est ne plus æquo quid in amicitia congeratur. pro Pl.276 b, Sed hoc nescio quo modo frequenter in me congessisti, faneq; in eo creber fuisti, te idcirco &c.pro Mil.113 b, Congerere crimina in alienem.Tusc.251 b, Congerantur in unum omnia.At.186 a, Bruti. Si omnia simul congesseris.

Congestvs, a,um. de D.122 a, Tritici grana in os pueri Midæ congesta.

Congestvs, stus. de D.122 b, Herbam autem asperam credo extitisse auium congestu, non humano satu.

Congiarivm, rij. imperatoris donum, à congio, mensuræ genere uini & similium. Att.257 b, Legiones congiarium ab Antonio accipere noluerunt. Att.150 b, Vehementem auaritiam uideo fuisse, spem magni congiarij.I.A.182 b, Cæsar muneribus, monumentis, congiarijs, epulis multitudinem imperitam lenierat. Ep.lib.8, Plancus magno cõgiario donatus est a Cæsare. Cælij.

Conglacio, as. congelo, durescо. de N.31 a, Aqua neque conglaciaret frigoribus neque niue pruinaq; cõcresceret, nisi eadẽ se admixto calore liquefacta diffunderet. Ep.115 b, Curioni nostro tribunatus conglaciat.

Conglobo, as. constringo,in globi formam congrego,& colligo. de Natur. 49 a, Mare cum supra terram sit, medium tamen terræ locum expetens, conglobatur undique æqualiter, neque redundat usquam. de Nat.45 b, Terra undique in sese nutibus suis conglobata. Ac.29 b, Figura conglobata.Par. 234 b, Definitiones conglobatæ.

Conglvtinatio, onis. coniuctio. de Senectute.92 a, Omnis conglutinatio recens ægrè, inueterata facilè diuellitur. Orator. 204 a, Circuitus conglutinatioque uerborum.

Conglvtino, as, coniungo , copulo,consto , compono. de Se, 92 a, Sic hominem eadem optimè quæ conglutinauit, natura dissoluit, ad Her.6 b, Ita poteris animi uicium cum causa peccati conglutinare.I.A.189 a,Antonius ex his tot uitijs conglutinatus est. Att.15 b, Sic tueor,ut possum illã à me conglutinatam concordiam. & de Am.102 b,Ep.181 a, Vitæ dissimilitudo non est passa uoluntates nostras consuetudine conglutinari. Att.106 b, Tu soles conglutinare amicitias testimonijs tuis.

Congratvlatio,onis. Attic.274 b,Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio ,congratulatioque me commouet, propterea quòd, &c.

Congratvlor, aris. signis lætitiam ostendo, cum aliquo gaudeo. pro Pl.273 a, Sed ea res haud scio an plus mihi profuerit, quàm si mihi essent omnes cõgratulati. pro Sest. 7 a, Mihi denique homines præcipuè congratulabantur, quòd habiturus essem,&c.

Congredior, ris. conuenio, pugno. Attic. 133 a, Sed ego cum hæc scribebam, nec illos congressuros,nec congressi essent, Pompeium ad ullam conditionem accessurum putabam.Att.249 b, Illud præclarè, quod te consolata est spes breui tempore congrediendi. & 276 b , Filius tuus à me abest, in Macedonia congrediemur. & 19 b, Nihil duco esse cõmodius quàm de his reb.nihil amplius scribere: cùm erimus congressi , tum si quid res feret , coram inter nos conferemus , & 38 a,Cum eo,ut res indicat,sæpe congressus est.& 97 a, Sed explora rẽ totam , ut quo die congressi erimus, consilium capere possimus. pro Cæl.48 b, Vbi congressus cum seruis Lucei Cælius.pro Pla.261 a,Venio nunc ad populi partes, qui si tecum congrediatur, &c.de N.26 a,Næ ego incautus,qui tecum cõgredi conatus sum. pro Lig. 138 b,Tubero contra Cæsarem congressus est armatus. pro Mur. 149 a, Quare remoue autoritatem,& cõgredere me cum criminib. ipsis. pro Syl.176 a,Nondũ statuo te uirium satis habere, ut ego tecum luctari & congredi debeam.I.P.92 a, Si ipsi coràm cõgredi poteris.At.179 b, Antistius congressus P.Dolabella milites habente maluit, &c. Top. 229 a, Status, in quo primum insistit , quasi ad repugnandum congressa defensio.de Natu.46 b,Luna congrediens cum sole, tum digredens,&c.

Congregabilis , le. congregatus. quòd facilè congregatur, & amans socium . Off.32 a, Apum examina congregabilia natura sunt.

Congregatio, onis. de Finib.107 a,homines natos esse ad congregationem hominum. de Fini.104 a, Nos ad conuictionem congregationemque hominum, & ad naturalem communitatem esse natos.

Congregatvs,a,um. pro D.226 b, Ex quo iudicare potuistis,quanta uis illa fuerit oriens & cõgregata,cum hæc Cn. Pompeium terruerit iam distracta & extincta.I.Soluaget.

Congrego, as. colligo.contraho, conuoco,coaceruo,aggrego,cogo,frequento, coniungo, in unum locum compello, copias unum in locum conuenire.pro Qu.9 b,Is, qui cum te aut uoluntas congregauit,aut fortuna coniunxit.de N.9 b, Chrysippus magnam turbam congregat ignotorum deorum: idest,colligit.pro Cec. 296 b, Coacti sunt ij, qui ab aliquo sunt unum in locum congregati. I.A. 261 a, Cum unum se in locum ad curiam congregabant. Par.121 a, Latronum multitudo unum in locum congregata. de Orat. 8 b, Homines dispersos & dissipatos unum in locum congregare.& pro Sest.22 b,Tusc.161 a,Qui dissipatos homines congregauit. de Fi.134 b,Homines æqualibus delectantur libenterq; secum his congregant.pro D.231 a, Multitudo hominum congregata ex seruis conductis.Ac.25 a,b,Nihil ex aqua esse congregatam.In Vat.34 a,L. Paulum in eundem hunc numerum congregasti.pro Rab.95 a , Atque id secũ tuo patruo & cæteris congregare.de Nat.50 b, In quo admirãdum est, congressu ne aliquo, an iam inde ab ortu naturę congregatæ sint. pro Qu.9 a, Funus , quo amici conueniunt ad exequias cohonestandas. idest,congregantur.

Congressio, onis . congressus , colloquium , sermo.)(.Digressio.To.225 b, Amori congressio causam attulit, amor flagitio. Qu.Fr.304 a, His de causis hoc malum , quòd nõ uidi,minus acerbum fuit,quàm fuisset tum congressio, tũ uerò digressio nostra.pro Clu.26 a, Nemo illum uidit, nemo congressione, nemo sermone dignum putabat.I.A. 169 a,Persuasique ut eum à tua nõ modò familiaritate, sed etiam congressione prohiberet.Off.26 b,Congressione familiarium. de Or.101 a, In congressionibus hominum.

Congressvs, sus. congressio.)(.Digressus.I.A.244 b,Neque in Antonij congressum colloquiumq; ueniendum esse. Sest. 25 a, Omnes aditum , sermonem , congressum eum fugiunt.Ac.2 b,Quasi uerò clarorum uirorum aut tacitos congressus esse oporteat,aut ludicros sermones, aut rerum colloquia leuiorum. pro Syl.170 a, Cum interim Syllani eisdem ne mediocri quidem sermone & congressu conuiuari geretur. pro Pl.273 a,Eorum neminem à congressu meo nitor abstertit. Or.199 b, Congressus nostros,conscientiam uictus,sermonesq; doctissimos requiro.At.20 a, Mihi uerò ut inuideant piscinarij nostri, aut scribam ad te aliquid aut in congressum nostrum referuabo.At.178 a,Si quis congressus fuerit mihi cum Cæsare.At.14 a,Ac mihi perliberam fore,ut omnia placarentur inter uos,nõ modò sermone ac disputatione, sed conspectu ipso congressuq; uestro de Nat.50 b, In quo admirandum est, congressu ne aliquo inter se,an iam inde ab ortu natura congregatæ sint. de Or. 138 a,Ante cõgressum multa fiunt, quæ non ad uulnus, sed ad speciem uatere uideantur.

Congrvens, tis. aptus, accommodatus, conueniens,consentiens.)(. Repugnans, discrepans. de Or.162 b,Actio mentis congruens esse debet. de Fi.138 b,Actiones uirtutib.cõgruentes. de Leg. 163 b, Siue Aristotelem & Theophrastum cum illis re cõgruentes, genere docendi paulùm differentes. de Cl.175 a , Tubero uita feuerus & congruens cum ea disciplina, quam colebat. Par.234 b , Actio congruens & apta ad animos permouendos. de Orat.147 b, Ij sunt in eo genere laudandi laudis, quod ego aptum & congruens nominem. de Fin.74 a,Eadem ratio fecit hominem appetentem,cumq; his natura & sermone & usu congruentem. Epi.141 b,Initium suspicionis mihi fuerũt literæ tuæ, quib. literis congruentes fuerunt aliæ postea multorum. Epist.106 a, Sed tamen erat aptum bibliothecæ studijsque nostris congruens. Acad.12 a, Maximè autem conuincuntur, cum hæc duo pro congruentibus sumunt, tam uehementer repugnantia.

Congrventer , conuenienter. de Ora. 146 a, Ad id quod agitur, aptè congruenterque dicere. de Finib. 95 b, Congruenter naturæ, conuenienterque uiuere.

Congrvo, is. conuenio, consentio.)(. Discrepo , repugno.I. V.134 b, Siculi suos dies menseſque congruere uolunt cũ solis lunæque ratione.At.111 a,Reliqua patebant & cum Terentia summa congruebant. de.Orat.162 b, Non omni causę congruit orationis unum genus. de Fin.94 a, Principijs congruere debent quæ sequuntur. de Am.101 b,Si aliquem nacti simus , cuius cum morib. & natura congruamus. At.27 b, Valde eius sermo de publico cum tuis literis congruebat. de Finib.85 b,Quanquam ea epistola cum sententia eius philosophi nullo modo congruebat.Off.54 b,Etenim quod summum bonum à Stoicis dicitur conuenienter naturæ uiuere, id habet hanc(ut opinor) sententiã, cum uirtute congruere semper. Tusc.144 a, Congruere naturæ, & cum ea conuenienter uiuere. de D. 100 b, In his omnib. responsa aruspicum cum Sibyllæ uersib. congruebant. de L. 166.167 a,Hi de re una solum dissident, de cæteris mirificè congruunt. Tusc.215 a,b, Corporis temperatio, cùm ea congruant inter se , è quibus constamus , sanitas dicitur. pro S.R.28 b, Cùm multæ causæ conueniſse in unum locum, atque inter se congruere uidẽtur. de Ar.250 b,Ea pars legis tuæ quæ congruebant cum iudicio senatus. pro Mar. 133 b, Nostri sensus in bello congruebant. de L. 162 a, Oratio uerbis discrepans , sententijs conguens. de Cl.177 a, Gestus cum sententijs congruens. & ibi. Motus cum uerbis consentiens. de In.46 b, Nam illa quæ prima dicantur, si uehementer uelis congruere & cohærere cum causa, ex eis ducas oportet, quæ post dicenda sunt.

Coniectio, onis. coniectus. pro Cec.293 a , Ictu cominus coniectione telorum magnas sæpe copias pulsas esse.Idem somniorum coniectionem definit hoc modo, esse uim cernentem & explanantem , quæ à dijs hominibus significentur in somnijs . & de N.42.de D.135.

Coniector, oris. interpres somniorum , portentorum uates. de D.136 a,Defert ad coniectorem quidam, somniasse se ouum,&c.de D.86 b,Somnij interpretatio à coniectoribus facta. & 121 a , Coniector quidam & interpres portentorum. & 134 a,Coniector somniorum.Par.230 a, Vaticinationes, & responsa sacerdotum , aruspicum , coniectorum. de D.89 & 95 . de Or.230.

Coniectvra, re. opinio, suspicio, diuinatio, prouisio, augurio, existimatio, signum, sensus, ἔρανος. At. 187 a, Quod autem sino hanc rem ἔρανον à te. de In. 64 a, Omnis igitur ex causa, ex persona , ex facto ipso coniectura capienda est.Epist. 94 b, Omnino si quæris , ludi apparatissimi, sed non tui stomachi : coniecturam enim facio de meo. de In. 65 b, Hæc ad aliquam coniecturam faciendam pertinent.I.V.145 b, De cæteris ex hoc coniecturam facere debebitis. de D. 139 a, Coniectura , quæ in uarias partes duci potest, nonnunquam etiam in contrarias, nihil incertius, &c.138 a,b, An ea quæ dixi, quicquam aliud significant, nisi acumen hominum , ex similitudine aliqua coniecturam modò huc, modò illuc ducentium? At.125 a, Nõ ariolans ut illa, cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens iam iamque maiora,&c. & 206 b,Quam tu coniecturam faciebas ex literis Messalæ. de D.135 a,b, Etiam si fieri posit coniectura uera somniorum, tamen isti qui profitentur, eam facere non possunt. & 122 a, Cur autem de passerculis coniecturam facit? pro Mur. 134 b , Ex uultu coniecturam faciunt, quantum quisque animi habeat. de D.95 b, Facta etiam coniectura in Dionysio est qui, &c. & 96 b,Fiunt certæ diuinationum coniecturę à peritis.de Cl. 169 b, Tantummodo coniectura ducor ad suspicandum. pro Cl.37 b, Iam hæc diuinatio est: sed uide ne mea coniectura multo sit uerior. At.136 b, Cupio antequã Romã uenio, odorari diligentius,quid futurum sit: quanquã uereor, ne nihil coniectura aberrem. contra Rul.64 a , Hæc à me suspicionib. & coniectura coarguuntur. Or.208 b, Cùm de uero ambigitur, quid quæri coniectura solet.pro Fl.147 b, Iudicare aliquid coniectura. pro S.R.28 b, Tamen non temerè creditur, neq; leui coniectura res penditur. pro S.R. 35 a, Etiam ne in tam perspicuis reb. argumentatio quærẽda aut coniectura capienda est.pro Qu.R.48 a, Multã cõiecturã affert hominib.tacita corporis figura. de D.133 b, Ex ebriorum uisis innumerabilia coniectura trahi possunt, quæ futura uideantur pro D.216 a, Nonnulli ad illam rẽ rationem coniecturamque reuocabant,qui, &c. de Ar.256 b, Ad quem metum, si deorum monitis non duceremur,tamen ipsi nostro sensu coniecturaq; reperemur, pro Cæl.51 b,Hæc causa ab argumẽtis, à coniectura,ab ijs signis quib. ueritas illustrari solet,ad testes tota traducta est.de D.85 b, Artes quæ coniectura continentur, & sunt opinabiles. 95 b, Alta subito ex tempore coniectura explicantur. At.136 b, Transisse enim eum iam putabat. coniectura dierum ac tempestatum. Ep.127 a,quanquam quò me coniectura ducat,habeo. Item: Sed ea uos coniectura prospicitis. At.1 a, Petitionis nostræ huiusmodi ratio est, quod adhuc coniectura prouideri possit. pro Pomp.9 a, Multa præterea consulto, sed ea uos coniectura perspicitis.pro Do.215 a, Neque id coniectura prospiciebamus, sed iam experti uidebamus.Ep. 5 a, Quæ autem posita sunt in coniectura,quæque mihi uidentur fore, ea puto tibi à me scribi oportere. I.A.228 a, Quis sapientior ad coniecturam rerum futurarũ? de N.9 b, Chrysippus magnam turbã congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum , ut eos ne coniectura quidẽ informare possimus.I.V.248 b,Quid eius fit,coniectura uos assequi debetis. & ibi.& At.191 b,Cõiectura bona est. At.28 a, Quantum coniectura auguramur.I.V.101 b,Ex uno de cæteris coniecturã facere. & 166 b, pro Mar. 126 a,Huius rei coniecturam de tuo ipsius studio facillimè ceperis.de Or.136 b,Facere coniecturam de se. de Amic. 111 a,Ipsum sibi exẽplo esse.I.C. 120 b,Ego de meo sensu iudico.In Sal.275 b, Desine unũquẽq; moribus tuis existi mare,p Deiot.145 a,Quid nunc mihi animi sit,ad te refer.

Coniectvralis, le. inficialis. Top.229 a, Prima quæstio aut inficialis,aut coniecturalis appellatur. Top. 224 b,Sed locus hic magis ad coniecturales causas ualet. ad Her.7 b, Coniecturalis status. de In.63 b, Nunc à coniecturali constitutione proficisceremur, cuius exemplum sit hoc expositum, in itinere quidam, &c. de D.114 a,Omnẽ genus coniecturale in hoc ferè genere ponebas.

Coniectvs, ctus.coniectio. Att.55 b, Qui.Fratris domus fracta coniectu lapidum.de Or.163 Oculorum tũ cõiectu, tum hilaritate. & pro Pl.263 a, Oculorum coniectus.

Coniicio, cis.coniectura assequor uel cõsequor, coniecturam facio, coniectura prospicio uel perspicio, agnosco,auguror, interpretor, diuino, existimo.I.V.250 a. Quam multos esse oporteret,ex ipso nauigio conijciebat.de D.140 b, Ea quib. bene percepta sunt, non sæpe falluntur , malè coniecta, maleq; interpretata falsa sunt non rerum uicio ,sed interpretũ inscitia.de Cl.169 a,L.Brutus qui de matre suauianda ex oraculo Appollinis tam acutè coniecit. & ibid. b,Licet aliquid de M.Popilij ingenio suspicari.i.conijcere. de D.111 a,Num igitur, quæ tempestas impendeat , uates melius cõijciet quàm gubernator.& ib.Bene qui conijciet, uatem hunc perhibeto optimum. & 122 a, Hæc non tam admirabilia sunt , quàm coniecta bellè , Attic. 236 a,

Sed citò

Sed citò cõieci Lanuuij te fuisse.de Or.147 b, De me enim conijcio.Qu.Frat.3 28 a, Quám te uelim cautũ esse in scribendo, ex hoc conijcio,quod,&c. pro Plan.266 b,Agnosco enim ex me.

CONIICERE, iacere, conferre. pro Quin.9 b, Ergo in eũ qui &c. omnia tela conieciti I. C.100 b, Ego tuas petitiones ita coniectas, ut uitari non posse uiderentur, parua quadã declinatione effugi. In Vat.31 a,Omnia tela in te conijciẽtur.de D.92 b, Tum ei dormienti uisum est,&c. se interfectum in pausturum à caupone esse coniectum & super stercus iniectum.de Ar.244 a,Conijcere telum,& emittere telum.At.278 a, In te omnium conjecti oculi sunt. de Orat. 129 a,b, Coniectis oculis, gestu omni imminenti, inquit, &c. pro Cl.b, Conijcere oculos in aliquem. de Ar.354 b, Cũ in me flamma illorum temporum conijciebantur, excepi, & pro patria solus exarsi.I.C.104 a, Cum illum ex oculis insidijs in apertum latrocinium coniecimus. pro Dom. 226 b,Clodius Pompeium foro priuauit,domum coniecit. Att. 76 b, Appius in ultimam prouinciam se coniecit Tarsum usque.pro Cæl,51 a, Licinius in fugam se coniecit.pro Cæl.51 a, Sin se in intimum conijcere uellent, non satis cõmodè calceati & uestiti id facere possent. pro Sest.11 b, Inimici oratio uana improbè in clarissimos uiros coniecta.& ibi. Illi,in quos oratio illata tam improba conferebatur.de Or.191 b, Cum quis se mente ac uoluntate conijcit in uersum,uerba sequuntur.Qu.Fr.321 b,Quod epistolam diu in manib. habui,ideo multa coniecta sunt aliquid alio tempore At.149 a, Libellus, qui in epistolam coniectus est. pro Plan.277 a, Conijcere causam in locos.i. diuidere. Parad. 116 a, Ego uerò illa ipsa ludens conieci in locos communes.de D.183 a, Quam legem eisdem propè uerbis nostri uiri in decimam tabulam coniecerunt. At.255 b, Itaque id procemiũ conieci in eum librum, quem ad te misi. Ep. 318 b, In Epicuri nos aduersarij nostri castra coniecimus.I.P. 100 a, Nulli conijcientur in hunc ordinem, nulli eximentur. Ep.183 b, Resp. iacet in ijs perturbationibus,in quas eã ille coniecit.I.V.134 a, Nũquid igitur oportet nisi res tes conijci? unam educi? nihil, conijci iubet res, &c. pro Mu.143 b,Hæc omnia crimina à multitudine In tuã nimiã diligentiã serui coniecta sunt.I.A.164 a,Negociũq; transegisses,ni se sub scalas tabernæ librarię coniecisset.de D.117 b,Sed te mirificam in latebram coniecisti.Off.45 b,Demetrius Periclem uitnperabat, quod tantam pecuniam in præclara illa propylæa coniecit. pro Plan.265 a,Conijcere malediсta in aliquem.I.V. 112 a, O præclarè coniectum à uulgo in illam prouinciam omen communis famę atque sermonis. Ep.114 b, Nam disputando coniecit illam uocem Cn. Pompeius, omnes oportere senatus dicto audientes esse.I. V.265 a,In Latumias statim conijciebãtur.& 239 a,Conijcere aliquem in uincula uel in carcerem.Tusc.1 69 a,Conijci in carcerem. Tusc.230 a, Conijci in eculeum.

CONIVGATIO, onis. συζυγία de Sen.88 a, Capitum coniugatio, & religatio, & propagatio uitium. Top.224 a,Locus ex coniugatione, id est, ex coniugatis. & 221 b.

CONIVGATA, orum. coniuncta.Top.221 b, Coniugata dicuntur, quæ sunt ex uerbis generis eiusdem: ut sapiens, sapienter, sapientia.

CONIVGIVM, gij. connubium, matrimonium.Offic.11 b, Prima societas in ipso est coniugio. pro Clu.57 b, Præterea quid eam sibi domum coniugij delegit, in qua,&c. Atti.97 b,Etiam mehercule lætatus sum sermone Pyliæ de coniugio Tulliæ meæ.

CONIVGO, as. coniungo.Off.12 a, Est ea iucundissima amicitia, quam morum similitudo coniugauit.

CONIVNCTA, orum. coniugata.de Or. 123 b,Ex coniunctis sic argumenta ducuntur, &c.

CONIVNCTA, orum.adiuncta,locus dialecticus. Part. 230 a, Alia ex coniunctis.

CONIVNCTE, simul, coniunctim.)(. Simpliciter, separatim. de Orator. 131 b, Si quando risus coniunctè re uerboque moueatur. de Am. 93 b, Coniunctissimè & amantissimè uiuere cum aliquo. & de Orator.143 b, de Orator. 123 a, Simpliciter dici.)(.Coniunctè efferri.Epistol. 67 a, Coniunctè ne malles cum cæteris rebus nostra contexere, an se parare, &c.

CONIVNCTIM, coniunctè.Cæl.117 b, Ne ue quid coniunctim de ea re referretur à Coss.de In.44 a, Ac mihi uideretur coniunctim agendum de materiæ partibus.

CONIVNCTIO, onis. copulatio, necessitudo,affinitas,cognatio societas, consociatio, congregatio, conuenientia, continuatio, quasi concentus atq; consensio.Ep.8 b,Quod mihi de filia & Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuã,& spero nobis hanc coniunctionẽ uoluptati fore.Epist. 53 b, Sin minus,me certè in omnib.reb.satis nostræ coniunctioni amoriq; facturum. At.89 b,Dixerim me uel plurimis uinculis tecum summæ cõiunctionis optare, & sunt amoris arctissima, tantum abest ut ex quo astricti sumus,laxari id quid uelim.I.A.248 a,Sed hanc mihi dissipationẽ pro perpetua necessitudine & coniunctione deposco.I. A. 268 b, Hoc pro coniunctione & beneuolẽtia nostra mihi sumpsit ut id à te peterem,quod, &c.Ep.207 b, Quæsturæ coniunctio liberorum necessitudini proxima est. de Finib.104 a, Nos ad coniunctionẽ congregationemq; hominum, & ad naturalẽ cõmunitatẽ esse natos.Ep. 208 a,In omnib.nostris coniunctionib. interest qualis primus aditus fit, & quasi mendatione quasi amicitiæ fores aperiantur.& ibi.Necessitudo quæsturę.& 214 b, Idq; ipse pro familiari consuetudine sæpe ex me audierat, quam suauis esset inter nos & quota coniunctio. pro D.218 b,Hanc nostram coniunctionem certi homines fictis sermonib.diremerunt.& 237 a,Eius autoritas propter tantam coniunctionem affinitatis minor est putanda. pro Cl.58 a,Coniunctio affinitatis. pro Plan. 263 a, Iam municipia coniunctione etiam uicinitatis uehementer mouentur. pro Cæl.44 a,Rationem tantæ familiaritatis, & tantæ consuetudinis,tantæ coniunctionis reddere necesse est.I.A.218 a, Quorum est nemo, qui non mecum habeat aliquam coniunctionem gratię.de Am.100 a,Sicut meris ex rerum natura beneuolentiæ coniunctionem.i.amicitiam.Off.3 a, Commune animantium omnium est, coniunctionis appetitus procreandi causa.de D.135 a, Hacigitur mentis coniunctione cum externis mentib. cerniquæ sint futura continuatio coniunctioque naturæ.de D.134, Coniectores ex quadam conuenientia & coniunctione naturæ quam uocant] συμπάθειαν quod cuique rei conueniat ex somnijs, & quid quanque rem sequatur, intelligunt.

CONIVNCTIO, pro ea quam partem orationis faciunt grammatici.Or.209 b,Cum demptis coniunctionibus, dissoluta plura dicuntur.

CONIVNCTIO, enunciationis genus,in qua & adhibetur.de Fat.142 b, Ergo hæc quoque coniunctio est ex repugnantibus,& est Fabius, & in mari Fabius morietur.& ib.Non & natus est quis oriente canicula, & is mari non morietur.& 243 a,b,Ex connexo transferri ad coniunctionem negationem, hoc modo: Si cui uenæ sic mouentur, is habet febrẽ non & alicui uenæ sic mouentur, & febrem is non habet.Top.225 b, Coniunctionum negantia.

CONIVNCTIO, uerborum quædam exornatio est,cum interpositione uerbi,& superiores orationis partes comprehenduntur, & inferiores, hoc modo:Formę dignitas aut morbo defloresсit, aut uetustate. ad Her.32 b.

CONIVNCTVS, a, um. iunctus, copulatus, continens, adiunctus, cohærens, consentiens, implicatus cum aliquo, communis, sociatus, connexus, habens societatem cum aliquo,qui cum aliquo habet aliquam coniunctionem gratię, quasi deuinctus, necessarius.)(. disiunctus, solitarius.Att. 13 a, Multa consuetudine coniuncti inter nos sumus.de Amic. 103 b, Tum etiam cum ijs & inter se coniunctissimos fuisse M. Curium & T. Cornucanum. Attiç. 129 b, Vt nosmetipsi inter nos coniunctiores simus. In. Verr.116 b, Non solum amicitia, sed etiam cognatione cum aliquo coniunctum esse. pro Cluen. 50 a, Equites ordini senatorio concordia coniunctissimos esse cupio.Attic.163 b, Me paterna necessitudine cõiunctum semper habuisti.pro Plan.246 a, Qui est cum illo maximis uinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus. I.A. 154 a, Vrbs, mihi coniunctissima. pro Syl. 178 a, Homo mihi coniunctissimus officijs, usu, consuetudine. de Am. 311 b, Homines beneuolentia coniuncti.I.V.219 a, Quæ cognatio studiorum & artium propemodum non minus est coniuncta, quam illa generis & nominis. pro Syl. 168 a, Non enim [illegible] se allo officio cum illo coniunctum putat, qui, &cæ.de Clar. 165 a,uir egregius coniunctissimusq; mecum consiliorum omnium societate.pro Dom.218 b,Quod par ami citiæ fuit unquam coniunctius,quàm,&c.Ep.231 a, Nihil potest esse coniunctius,quàm nos inter nos fumus.de Ora. 87 a,Antonius summa cũ Crasso familiaritate cõiunctus. At.142 a, Vt per te qui utrique es coniunctus, res tota con fieret.& ibi.b,Cũ utriq; sis maximè necessarius, & 264 b, Homo familiarissimus,& mihi omnibus reb.coiunctus.de N.41 b,Deos inter se,quasi ciuili conciliatione & societate esse coniunctos. Ep.214 b,Lucius magna mecum necessitudine coniunctus est.de Or.139 a,Hæc & natura,& utilitate,& tractatione coniuncta sunt. de Or.148 a,Philosophia oratori cõiuncta maximè.de D.115 a, Primum exta sunt coniuncta mundo. Of. 39 b, Iustitia coniuncta intelligentiæ.Of.3 29 a,Mea salus coniuncta publicæ saluti.pro Sest.3 b,Dolor coniunctus officio.Off.2 a, Præcepta naturæ coniuncta. i.naturalia. de Sen. 89 b, uirtuti tui fortuna coniuncta est.de Nat.7 a,Motus sensui coniunctus & cõtinens.I.V.104 a,Latrones scelerum fœdere inter se ac nefaria societate coniuncti.pro Cæl.39 b,Quis turpioribus uiris cõiunctior?Off.10 a,Talis aũt simulatio uanitati cõiunctior est,quàm liberalitati.Ep. 54 a,Cum omnium nostrũ periculum esset coniunctum suo.de D.225 b, Conueniens & coniuncta inter augures constantia.de Orat. 156 b,Verba continuata & coniuncta.pro Sest.9 a,Scelera quæ tibi cum illo coniuncta ar ; communia sunt.de Am. 111 b,Vt qm̃ solitaria non posset uirtus ad ea quæ summa sunt peruenire,coniuncta & sociata cum altera peruenireт.pro S. R.24 b,Quæ uita est maximè disiũcta à cupiditate, & cum officio coniuncta.de Clar.194 b, Et dicendi ardore erã prior,& ætate coniunctior.de Or.86 b, Celeritas respondendi subtili uenustate cõiuncta.de Or.106 a,Dicendi uis egregia summa fertilitate & uenustate coniuncta. Epi.69 b,Declarat.n.summam beneuolentiam coniunctam pari prudentia.I.A.190 b,Ea summa miseria est,& summo decore coniuncta.de Or. 164 a,Verba neminem mouẽt nisi eum, qui eiusdem linguæ societate coniunctus est.I.V. 68 a,Vita multis uitijs flagitijsq; coniuncta.de Leg.157 b, Fannij ætate coniunctus Antipater.de Cla.189 a,Varro cũ Siciuio ætate coniunctus.I.V.233 b,Postea decernitur ac nõ uariè,sed propè coniunctis sententijs.I.P.86 a,Qui discessus cum gloria potius esse coniunctus quàm cum probro putaretur. de Am.98 b, Quo cum mihi coniuncta cura de republica fuit.

CONIVNGO, gis.copulo,coniungo,conglutino,foico, consocio,congrego,coagmento,cõcilio,connecto.At.262.Ego ad prætores misi,ut se nobis cõiũgerẽt.de Pro.78 a,Quod me secum ne beneficijs quidem uidebat posse coniũgi.pro Quint.Rosc.47 b,Falle socium,qui se in negocio coniuxit, At.162 b,Volare dicitur Petreius, cum Afranio cõiunxisse.Epi.46 b,Quod existimas meam causam coniunctã esse cum tua.& 109 b, Eamq; epistolam cum hac coniunxi. p Syl.170 a,Cum interim Sylla cum eisdẽ ne mediocri qui dem sermone & congressu coniungeretur.de Cl.175 a,In doctrina Academicorum ueterum disserendi ratio coniungitur cum suauitate dicendi & copia.pro Quin.9 b, Is,qui cum te aut uoluntas congregauit, aut fortuna coniunxit. Q.Fr.293 a,Aliquem hospitio,& amicitia cum aliquo cõiungi.Q.Fr.294 a,Cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur.pro Deiot.151 a, Deiotarus,quo cum mihi amicitiam resp.conciliauit,hospitium uoluntas utriusq; coniunxit.I.A. 210 b, Quanquã nos ab ineunte ætate illius usus,consuetudo,studiorum ẽt honestissimorum societas similitudoq; coniunxit.p Pom. 9 a,Quantum illud bellum factum putetis,quod coniungant reges potentissimi.I.P.83 b, Quem ego ciuẽ meo iudicio cum deorum immortalium laude coniungo.Q.Fra. 297 a,Difficile est ea,quæ commodis,utilitate & propẽ natura diuersa sunt,uoluntate coniungere.Epi.63 b,Non dubito quin.Resp. nos inter nos conciliatura coniunctura; sit.I.V.207 b, Portus,q cũ diuersos inter se aditus habeãt, in exitu coniunguntur, & confluunt.Acad.119 b,Vt mihi uel consilium meum cum illius consilio uel fortuna cõiungenda uideatur.pro Clu.26 b,Similitudo morum multum ualet ad coniungendas amicitias. I. V.233 a,Coniungere necessitudinẽ cum aliquo]. Postq.205 a,Nunquam dubitastis mea salutem cum salute communi coniungere. de Ora.137 a,Neque tanti est illud quod uidetur prodesse, ut cum aliquo malo coniungatur.

CONIVNX,gis.particeps connubij.Att.118 b,Vagamur egentes cũ coniugibus & liberis.& I.V. 69 a,de Nat.73 a,Qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum.Qu.Fr.303 b,Fidelissima cõiunx.& in Antonij, 186 b.& I.C.122 b.

CONIVRATIO, onis.conspiratio,consensio.I.C.161 b,Vt omnes factam esse apertè coniurationem contra remp.uidetis.I.C.114 b,Hæc in remp.coniuratio manifestè deprehensa est.& 119 a,Tam exitiosam haberi coniurationem à ciuibus nunquam putaui.Off.61 a,Nam si omnia facienda sunt quæ amici uelint, non amicitiæ tales,sed coniurationes putandæ sunt. I.C. 200 a, Ista coniuratio perditorum hominum,id est,isti coniurati.

CONIVRATOR,oris.I.C.122 b,Manus coniuratorum, quam uideris esse permagnam.

CONIVRATVS,a,um. pro Fon.278 b, Testibus cupidis,iratis, coniuratis,non credendum esse.pro Mur.146 b,Homines iam tum coniuratos cum gladijs in campum deduci à Catilina sciebam.pro Plan.280 b,Exules coniurati.

CONIVRO,as.consentio, conspiro.pro Syl.180 a,Catilina cõtra remp.coniurauit.& ibi.b, Ii quos coniurasse cognitum est.de Ar.252 a,Hi quibus cum coniurasti.pro Mil.113 b, Seruos Milonis sibi confessos esse de interficiendo Pompeio coniurasse.Ep.63 a,Scito me tantum habere æris alieni,ut cupiam coniurare.I. A.163 b, Cum homines nefarij confiterentur se urbem inflammare consensisse.

CONNECTO,ctis.coniungo.)(.Separo. de N.a, Aeternum ex astris cupiens connectere nodum.de Or.158 a, Nam illud ex hoc geuere profluit,nõ est in uno uerbo translato, sed ex pluribus continuatis connectitura. At.252 a,Ista uerò,quæ tu connecti uis , aliud quod dam separatum uolumen expectant.de D. 131 b, ἀκροᾶτις,cum deinceps ex primis uersus literis aliquid connectitur. de Or. 138 a,Connexum fit principium consequenti orationi,ita ut, &c.de Som.128 a, Nouem tibi orbibus connexa sunt omnia..de D.141 b,Si uerum est,quod ita connectitur, si quis oriente canicula natus est,is in mari non morietur.de Fin.63 a, Amicitia cum uoluptate connectitur.Par.242 b,Sic inter se pleraque sunt connexa & apta,ut,&c.

CONNEXIO,onis.de Or.

CONNEXVS,a,um.nexus,aptus coniunctus.I.P.81 b, Persequere his funeribus connexos dies.de Na.45 b,Qui tã certos cœli motus,tam ratos astrorum ordines,tamq; omnia inter se apta & cõnexa uiderit.de Fin.118 a,Est apud illos ordo rerum conseruatus,& omnia inter se apta & cõnexa.

CONNEXVM,xi.enunciati & conclusionis genus.Ac.24 b,Ratio connexi,cum concesseris superius,cogit inferius concedere.de Fat.143 a,Si quod primum in connexo est necessarium,fit etiam quod consequitur necessarium.

CONNITOR,ris.nitor,operando conor. Off.43 b, Quantum conniti animo potes,quantum labore contendere,tantum fac ut efficias.de Fin.124 b,Cum autem paulum firmitatis accesserit,conniturntur ut se erigant,& manib.utuntur. In Arat.Atq; genu flexo taurus cõnititur ingens.de D.89 b, Deinde eius germanum cornibus cõnicier in me arietare.

CONNIVEO,ues.est palpebras oculorum mouere, modò claudere,modò aperire:ponitur pro dissimulare.pro Fl.151 b, In quo etiam si quid errasset,omnes boni conniuendum esse arbitrarentur.Tuscu.174 a,In medijs uitæ laboribus obdormiscere, & ita conniuentem somno consopiri sempiterno.de N.55 a,Oculi somno conniuentes,palpebris tanquam inuolati quiescunt.de Ar.252 b, Conniuentes oculi abaui tui.pro Cæl.46 a, Multa nobis blandimenta natura dedit,quibus sopita uirtus conniueret.I.A. 156 b, Sẽdea ipsa concedo,quibusdam in rebus etiam cõniueo. p Cæl. 50 a,Pro dij immortales,cur interdum in hominum scelerибus maximis conniuetis ? de Ar.256 a,Qui in tot tantisque sceleribus conniuebant.

CONNIXVS,a,um.fultus,firmus.Tusc.185 b,Ratio connixa p se & progressa longius fit perfecta uirtus.

CONNVBIVM,bij.coniugium.Antequam.196 b, Tuq; particeps

ceps cõnubij,socia regni regina Iuno. Topic.222 a,Mulier nupta cum eo cui connubij ius non est.Of.11 b.Sequuntur connubia & affinitates.

Connvs, ni.Epistol.140 b, Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen, is Connus uocitatus est: num id obscœnum putas?

Conor,aris.tento,experior,molior,enitor incumbo, id ago ut,&c.id molior,id pugno, ut,&c.de Orato.114 a, Poetas omnino quasi alia quadam lingua locutos non conor attigere.de Orat.145 b, Sed priusquam illa conor attingere, proponam,&c.de Orator.206 a,Vides ne profecto Demosthenem multa pficere, nos multa conari: illum posse,nos uelle.pro Sest.Rosc.27 a, Non modò facere nõ pssum,uerum ne color quidẽ.pro Qu.14 a,Dixi mihi uideri ore durissimo esse, qui præsente eo gestum agere conaretur. pro Sex.Rosc.41 b, Multa efficere,plura conari.Orat.217 b,Id fortasse non perfecimus, conari quidem sumus.de Vniuers. 101 b,Hæc si uerbis explicare conemur,frustra laboremus. I.C.108 b,Quibus hoc præcipiendum uidetur,ut desperẽt se id quod conantur,consequi posse.pro Cluen.56 a,Mater in filij caput quæstionem habere conata est. & 52 a, Hæc si T.Actius cogitasset,profectò ne conatus quidem esset dicere,id quod multis uerbis egit, iudicem non deuictum legibus esse oportere. Epist.7 a,Si exploratum tibi est, posse te illius regni potiri,non est cunctandum: sin dubium, non est conandum.& 10 b,Ea est enim conatus, quibus patefactis,&c.Epist.72 b,Aut enim bellum renouare conati sunt, & hi se in Africam cõtulerunt.de Arat.245 b, Si impetum in me facere conabitur,resistam, & eius conatus refutabo. pro Cæl.50 a,Qui consulem insipientem furere,atq; conãtem sua se manu interfecturum dixerit. pro Deiot.147 a, Quod & occultius conari & cautius efficere potuit. Orat. 199 b,Magnum opus omnino & ardunm Brute conamur, sed nihil difficile amanti puto. Epistol.57 a,Et afferam rationes, quibus te à molestijs coner abducere. & 4 b, Qui nunc,&c.si qua conabuntur agere,satis prouisum est, &c.

Conqvassatio,onis.cõcussio, commotio.Tusc.215 a, Morbus & ægrotatio ex totius ualetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur.

Conqvasso, as.concutio, commoueo, uasto.pro Sest.15 b, in Vat.32 b, Exteras nationes illius anni furore conquassatas uidebam. Epistol.50 b, Omnes prouinciæ conquassatæ sunt.de D.100 b, Apulia maximis terræ motibus conquassata est.

Conqveror,ris.deploro.Epist.60 b, Nihil tecum de tui fratris iniuria conqueror.Epist.120 a. Contristauit hæc sententia Cornelium,& scio eum cõquestum esse cum Scipione. in Verr.236 a, Non illi bonorum direptiones, non iniqua iudicia,non uim,non contumelias, quibus oppresi erant, conquerebantur,sed,&c.& 271 a, Si ad saxa hæc conqueri ac deplorare uellem.& 157 a, tanta uis erat iniuriarum,ut homines quiduis perperi,quàm nõ de istius prauitate & in iurijs deplorare & conqueri mallent. pro Sext. Rosc.22 b, Conqueri de scelere & iniurijs alicuius.20 a,Grauiter conqueri.pro Sest.5 b, Nihil ab eo præermissum est,quod aut pro republica conquerendum fuit,aut pro reo disputandũ. Tuscul.186 a, Conqueri fortunam aduersam,non lamentari decet.

Conqvestio,onis. querela. Quint.Fr.294 a.& pro Muræna 125 a.& de In.61 a.

Conqviesco,scis.quiesco,confideo,desino. Or.206 b, Ita postremò eijciuntur,ut ne ad saxa quidem cõquiescant.pro R.P.129 b, Hyeme omnia bella iure gentium conquiescũt pro Mil.114 b,Si urbs ab armis sine Milonis clade nunquã esset conquietura.pro Cor.55 b, Is à pueritia usq; ad hanc ætatem a cõtinuis bellis nunquam conquieuit. pro Dom. 233 a, Nunquam conquiescet fluctus bonorum.cõtra Rul. 64 b,Vectigal, quod intermissis alijs non conquiescat.pro Mil.108 b,Itaque quando illius postea fica conquieuit? Ep. 2 a,Quoniam tu nisi perfecta re de me non cõquiesti.de Finib.138 a, Videmus igitur ut conquiescere ne infantes qui dẽ possint.At.4 a, Ex omnibus molestijs ac laboribus uno illo in loco conquiescimus.Ep.129 a,& Attic.20 b,Quod nos quoque imitantur,ut possumus,& in nostris studijs libentissimè conquiescimus.Epistol.18 b, Vt ætas nostras iã

ingrauescens in amore atq; in adolescẽtia cõquiescat tua. de Am.100 a, In amici mutua beneuolentia conquiescere, Ep.51 b,Habebam quò cõfugerem, ubi conquiescerem,cuius in sermone & suauitate omnes curas doloresq; deponerem.pro Pom.6 a,Etiam si irruptio nulla facta fit,tamen agricultura deseritur,mercatorum nauigatio conquiescit. pro Arch.187 b,Hic homo suppeditat nobis,ubi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures conuicio defessæ conquiescunt.At.199 a, Conquiescent literæ,nisi quid nouiu extiterit. de Orat.160 b, Notatur autem maximè similitudo in conquiescendo.

Conqviro, ris.inuestigo,magna diligentia quæro.Epist.65 b, Ego tamen terra mariq; ut conquireretur præmandui, & profecto illum reperiam, nisi in Dalmatiam aufugerit. de Finibus.88 a, Sed ea nullam aliam ad rem,nisi ad uoluptatem conquiruntur.contra Rul. 85 b,Isti ab Rullo conquisiti atq; electi coloni.& ibi statim cõquisituri sunt aliquid sceleris.Off.75 b, Conquirere suauitates undique.ad Her. 1 a, Græci scriptores ne parum multa scisse uiderentur,ea conquisiuerunt,quæ nihil attinebant,ut ars cogniti difficilior putaretur.de Or.145 a,Sed quid ego uetera cõquiram I.V.208 b,Conquiri Diodorum iubet.de Orat.102 a,Non enim hoc conquirimus,sed &c.

Conqvisite.exquisitè,diligenter, doctè.ad Her.16 a,Conquisitè conscribere aliquid.

Conqvisitio, onis. de Pro.70 a, Exercitu superbissimo delectu, & durrissima conquisitione collectus. de Vn. 196 a, Difficillimum est in omni conquisitione rationis exordium.

Conqvisitor, oris.cui aliquid conquirendum mandatum est.Attic.115 a, Nullus usquam delectus: nec enim conquisitores φαντασιοφορεῖν audent, cum ille adfit. Item pro Mil.114 a.

Conqvisitvs,a, um.exquisitus, insignis. Tusc.240 a,Incendebantur odores,mensæ conquisitissimis cibis extruebantur.de Ar.257 a, Si quis aliquem fictis conquisitisq; uitijs deformatum uellet inducere.

Consalvtatio,onis.At.33 a,Consalutatio forensis.

Consalvto,as.saluto. de Orator.109 b, Qui cum interse, ut eorum usus ferebat,amicissimè consalutassent. In Antonium.71.

Consanesco.scis.sanor,sanus fio.Epist.51 b,Nunc hoc tam graui uulnere, etiam illa quæ consanuisse uidebantur, recrudescunt.

Consanguineus,a, um.sanguine coniunctus, propinquus. de In.50 a, & 61 a, Cognatio, quibus maioribus, quibus consanguineis.

Consaucio, as. saucio, uulnero. ad Herenn.30 a, Inhoc autem crebro & celeri uulnere corpus cõsauciari uidetur.

Consceleratvs, a,um. sceleratus.pro S.R.29 b, & I.V.94 b.& Oct.33 a. Quæ furiæ dies noctesq; parẽtum pœnas à conscelerati simis filijs repetant.

Conscendo,dis,ascendo.Quint.Fr.307 b, Tu uelim quam primũ cõscendas, ad meq; uenias. Epistol. 40 b,Tamen ut uidit tua interesse, conscendens iam nauem, Epheso Laodiceam reuerut.& At.135 a, Si Cn. bene comitatus conscendisset,& consules transissent.Ep.199 a, Quamobrem cõscende nobiscum,& quidem ad puppim, una nauis est iã bonorum omnium, &c.

Conscensio,onis. ascensus. de Diuin.94 b, Conscensio in naues.

Conscientia,tiæ.recordatio, animi quædam ratio, uis & lex,à qua & de recte factis,& secus admonemur.de Na.77 a, Et uirtutis & uitiorum sine ulla diuina ratione gratæ ipsius conscientiæ pondus est, qua fublata iacent omnia.At. 210 a,In omnia uita sua quenquam à recta conscientia trahuersum unguem non oportet discẽdere. pro Mil.113 a,Magna uis est conscientiæ in utranq; partem, ut neq; eiiteant qui nihil cõmiserunt, & pœnam semper ante oculos uersari putent qui peccarint. & ibid. Pura atq; integra mens: id est,quæ nullius sibi criminis cõscia est.I.A.182 a,In ipsa conscientia recte factorum satis magnus laborum fructus est.At. 195 b, Mea mihi conscientia pluris est quàm hominum sermo.Par.123 b, Timor ex conscientia peccatorum exorit.Antequã.195 b,Illi scelerũ suorũ cõscientia cruciati

pop.Rom.pœnas dabunt.I.C.97 b,Patere tua consilia nõ sentis? contrictam iam omnium horum conscientia teneri conuiationem tuam non uides? & 115 a, In recitaris literis conscientia conuictus repentè conticuit. & 107 a,Homo audacissimus conscientia conuictus reticuit. pro Cæ. 42 b,Qui non modò facto,sed etiam conscientiæ suspicione abest. de Cl. 187 b, Qui in hoc communi malo cõsolatur se, cùm conscientia optimæ mentis, tum etiam usurpatione & renouatione doctrinæ.pro Mil.113 b, Coscientia magnorum delictorum.de Fin.59 b, Quod si qui fatis opibus hominum sibi contra conscientiam septi esse & muniri uidentur, deos tamen horrent easq; ipsas solicitudines, quib. eorum animi noctes atque dies exeduntur, à dijs immortalibus supplicij causa importari putant.Para.119 a, Te conscientiæ stimulant maleficiorum tuorum. & ibid. Quocunq; aspexisti,ut furiæ sic tuæ tibi occurrunt iniuriæ, quæ te respirare non sinunt. Off.69 a, Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse?quæ uulnera? de L.163 b,& 164 a,& 198 b,itaq; pœnas luunt,non tã iudcijs,quam quod eos agitant infectantqu; furiæ, nõ ardentibus tedis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ fraudisq; cruciatu. de Off.60 b,Sceleris est pœna tristis,& præter eos euentus qui sequuntur,per se ipsa maxima est: cum uerò iurato dicenda sententia sit, meminerit Deum se habere testem: id est, ut ego arbitror,mentem suam, &c.pro Do.241 b,Qui aram in littore deserto somnijs stimulatus aut religione aliqua consecrauit.& ibid.Aliquem conscientia peccati profugisse.Ep.36 a,Hæc ad te scripsi liberius, fretus conscientia officij mei,At.146 b,Præclara igitur conscientia sustentor. de Leg.164 a, Angor & solicitudo cõscientiæ uexat impios. pro Clu.29 a, Consilia conscienriæq; facinorum supplicio dignæ sunt.I.V.273 b,Illi ad quos conscientiæ contagio pertinebit.ad Her. 7 b, Accusator dicet aduersariũ cum ad eũ uentum fit,erubuisse,expalluisse,titubasse, inconstanter locutum esse, &c. quæ signa conscientiæ sunt.de Finib.70 b, Epicurus in magnis interdum uersatur angustijs, ut hominum conscientia remota nihil tam turpe sit, quod non uoluptatis causã uideat esse facturus.I.P.87 a, Tu oppressus conscientia scelerum tuorum. & 88 b, Impeni.& oppressa mens conscientia.& ibid.a,Horum alter sic fuit infirmatus conscientia scelerum & fraudum suarum, ut non sit ausus,& cætera.

Conscindo,dis.discindo,scindo,discerpo.Epistol.104 a, Epistolam tuam conscidi innocentem: nihil enim habebat, quod non uel in concione rectè legi posset.& 107 a,Quod epistolam conscissam doles, noli laborare, salua est domi. Att.134 a, Is me ab optimatibus ait conscindi. I.V. 159 b,Conscindere aliquem pugnis & calcibus.Art.34 a,Conscindere aliquem sibilis.

Conscisco.scis: uitam mihi exhaurio, mortem hostib. offero.I.V.176 b,Aratores mortem sibi ipsi conscisuerunt.de Cl.168 a,Themistocles ueneno sibi mortem conscisuit.Ep. 97 a,Mortem mihi cur conscisceremcausa non uisa:est cur optarem,multæ.& ibid.Aut capiendus tanquam exilio locus,aut conscisceuda mors uoluntaria.de Nat.27 b,Iunius necem sibi ipse consciuit.pro Clu.54 a, Is mortem sibi ipse conscisscet.Atti. 238 b,Nec incolumis fui Cæsare uiuo,nisi postquam illud consciui facinus.

Conscivs,a,um. particeps,socius testis. pro Cl.29 a,Is conscius illi facinori fuisse putabatur.de Orat.182 a,Vides officium agi meum quoddam,cui tu es conscius. I. V. 229 a, Nolo uiros primarios esse temeritati & mẽdacio cõscios. At.165 b,Ille mihi in priuatis rebus omnibus conscius est. Epist.179 b,Conscius autẽ mihi eram, nihil à me commissum esse,quod,&c.Tusc.177 a,Et si mihi conscius sum,nun quam me cupidum fuisse uitæ. Of.66 a, Ego mihi nullius culpæ conscius sum. pro Cæl.48 b,Huic tanto facinori tua mens liberalis conscia esse non debuit.pro Cæl.52 a,Serui conscij multarum rerum.pro Deiot.574 a,Horum inquit, eram conscius. & ibid.Habere aliquem conscium maximi sceleris.Epistol.92 b,T. Pomponius homo omniũ meorũ in te studiorum & officiorum maximè conscius. pro Font. 277 a,Satis ne uobis multos satis idoneos testes & cõscios uidetur ipsa fortuna esse uoluisse earum rerum,quæ,&c.de Fin.72 b.Facilè ut excogiter, quò occultè sine teste,sine ul

lo conscio fallat.Ad Her.22 b,Et eius rei multos dixerit testes & conscios esse.

Conscribo,bis.scribo,compono.de Sen.94 b, Sed illos ẽt de quibus audiui & legi,& ipse conscripsi.Att.221 a,Conscripsi de his ipsis libris epistolam ad Cęsarem.ad Her.1 a, Vt de ratione dicendi conscriberemus.Epist.104 b,Instituit Topica Aristotelica conscribere,ab ipsa urbe commonitus amantissima tui.At.191 b, De Antonio Balbus ad me cum Oppio cõscripsit.pro S.R.35 a, Volumen quod ei planum facere possum Erucium cõscripsisse. pro Cl.57 a,Fortunas alterius literis conscriptas in iudicium afferre.Epist.193 b, Milites, quos Dolabella ex Asia conscripserat, è Syria fugientes in Pamphyliam uenerunt.Postquam.200 b,& pro Dom.244 a,Cum homines in tribunal Aurelio palãm conscribi cẽturiariq; uidissem. pro Ses.10 a,Cũ serui uicatim conscriberentur, decuriarentur.

Conscriptio, onis.scriptio. pro Cl.58 a,Falsæ conscriptiones quæstionum.

Conscriptvs,a,um.scriptus.de Cl.176 b, Liber, quem de consulatu suo conscriptum misit ad Furium poetam.

Conscripti dicebantur qui ex equestri ordine patribus scribebãtur,ut numerus senatorum expleretur,hinc postea senatores omnes, Patres conscripti appellati. I. C. 128 b, Quare,P.C.consulite uobis, &c.ad Her.31 a,Demus operam Quirites ne omnino Patres Conscripti Circunscripti putentur.

Consecratio,onis.dedicatio. pro Dom.238 a, An consecratio nullum habuit ius? dedicatio est religiosa? ,p Dom. 237 b, Clodius suis se dicit manibus domum ciuis optimi consecrasse: quæ tua fuit consecratio? pro Dom. 237 b,& 238 b, Consecrationes fiebant aut à Pontificib.aut à Tribunis pleb.pro Cor. 61 b,Obtestatio & consecratio legis. pro Dom.239 a,In consecratione statuebantur aræ,quæ religionem afferrent.

Consecratvs,a,um.sacer.)(. Profanus.In Verr.200 b,Hũc Cupidinem, quod consecratus erat, non attigit.Item.Aristeus cum Libero patre eodem in templo consecratus. ad Quint.Frat.296 b,Vrbes in quibus tuas uirtutes consecratas uides.Tuscul.155 a, Vetera iam ista & religione omniũ consecrata.Tusculu.176 a, Qui certis quibusdam destinatisque sententijs quasi addicti & consecrati sunt. In Catilin. 118 a,Campus consularib.auspicijs consecratus. pro Mu. 124 a, Illa solennis comitiorum precatio consularibus auspicijs consecrata.de N.96 b, Certæ tempestates pop.Romani ritib.consecratæ.& 71 b,Quarum rerum utilitate uideo etiam consecrata simulachra. pro Cl. 26 a,Martiales quidam Larini appellantur ministri publici Martis, eique Deo ueteribus instituris consecrati.de Nat.69 a, Virorum fortium memoriam honorem deorum immortalium consecratam.de Arus.245 a,Clodium esse consecratum Miloni. Part.233 a,Locus consecratus.)(.Locus profanus.

Consecro,as.dico,dedico,sacro,religiosum facio,monumẽtum facio, fanum alcui facio,mortuum in locum aliquem infero. de N.37 b,Quamuis Mẽti delubra, Virtuti & Fidei consecremus, tamen,&c.I.V.215 b, Tui nominis æterna memoria simul cum templo illo consecratur. de Leg.175 a, Athenienses Impudentiæ fanũ fecerunt, sed uirtutes, non uitia consecrare decet.de N.90 a,Mater Phalaridis uisa est uidere in somnis simulachra deorum, quæ ipsa Phalaridis domi consecrauisset,&c.de Di.123 a,& 101 a, Ex eo Aio loquendi ara in noua uia consecrata est. pro Dom.241 b,Consecrare arã in littore.de Nat.67 a, Omne ferè bestiarum genus Aegyptij consecrauerunt.de D.21 b,Aegyptij nullam belluam nisi ob aliquam utilitatem consecrauerunt. & ibi. Belluas à barbaris propter beneficium consecratas.de N.39 a,Iunonis nomine consecratur.I.V.215 a, Dare,donare,dicare.consecrare aliquid Ioui Opt. Max.de N.41 b, Consecrare & publicè dedicare aliquem deum.& 38 a,Liber,quem maiores nostri cõsecrauerunt.de Leg.175 a.Ex hominum genere consecrati,ut Hercules,&c.& ibid. Bene uerò quod mens,pietas,fides consecratur manu,quarum omniũ Romæ dedicata publicè tẽpla sunt. pro Font. 223 b,Quid nunc apud pontifices agis?te meam domũ consecrasse,te monumentum fecisse,in ædibus meis te signum dedicasse.& 237 a, An putatis,si is potestatem tenuerit,& aliquid

aliquid dixerit, domum uniuscuiusque consecrari posse.& 238 a, C.Attinius bona Q.Metelli consecrauit,foculo posito in rostris,adhibitoque tibicine.pro Corn.61 a,Cum caput eius, qui contra legem facit, cõsectatur, de Legib.174 a,Ne quis agrum cõsecrato,aurui argẽti sacrãdi modus esto. de Aruſp.251 a, Tu meam domum religiosam facere potuistiꝰ pro Ar.191 a,Fuluius Martis manubias Musis consecrauit. Ar.190 b, Ego illã consecrabo omni genere monumentorum, Quin. Frat.296 a,Virtutes tuas consecratas,& in deorum numero collocatas uides.Officior.56 b,Hercules,quẽ hominũ fama beneficiorum memor in concilio cœlestiũ collocauit. Quint.Frat.298 b,Amplissimis monumẽtis consecrare memoriam nominis sui pro Mil. 117 a, Qui tyrannos necarunt propè ad immortalitatem,& religionẽ, & memoriã consecrantur.I.V.69 a, Delubra sanctissimis religionibus consecrata. pro Rab.96 b,Mentes,quæ ex hominũ uita ad deorum religionẽ sanctimoniamq; demigrauerunt. Tuscul.190 a,Ars eius atque utilitas deorum immortalium inuentioni consecrata, id est, medicina.de Natu.39 a,Cupidinis & Veneris uocabula consecrata. Tuscul.230 a,Ratio disputandi Socratis Platonis memoria & literis consecrata. pro Sest.27 b, Neque si hanc opinionem in illo sanctissimo Hercule consecratam uidemus, minus existimemus. &c.de Leg. 170 a, Patria, cui nos totos dedere, & in qua nostra omnia ponere & quasi consecrare debemus.I.V.225 a, Sicilia Cereri consecrata est & 119 a,Mutia honor hominis deorũ religione consecratus.I.V. Apud omnes Græcos hic mos est,ut honorem hominibus habitũ in monumentis huiusmodi nonnulla regione deorum consecrari arbitremur. pro Corn.61 b, Aut pœna, cum caput eius qui contra facit, consecratur.

Consectarivs, a, um.de Finib. 117 b, Illud uerè minimè consectarium,sed in primis hebes, illorum scilicet nominũ gloriationem dignam esse beatam uitam , quod non posit sine honestate contingere, ut iure quisquam glorietur.Itẽ, Nunc uenio ad illa tua breuia, quæ consectaria esse dicebas, & primum illud quo nihil potest esse breuius, bonum omne laudabile, laudabile autem omne honestum , omne igitur bonum honestum: ò plumbeum pugionem. de Fini. 117 a,& 96. Consectaria me Stoicorum breuia & acuta delectant.

Consectatio, onis. captatio, aucupium.Orat.212 b, In hu ius concinnitatis consectatione,Gorgiam fuisse principem accepimus.

Consectarix, cis. auceps.Offic. 76 a, Libidines sunt consectatrices uoluptatis.

Consectio, onis. sectio de Nat.56 b, Consectio arborum. de D.104 b, Nisi consectionis materiæ fabricam haberemus. aliàs confectio.

Consectvs, ta. in Arat. & de N.*. Hic quantis terris consectus pellitur orbis.

Consector, aris. aucupor,capio, persequor.de Or.87 b, Ac ne omnia consecter, comprehendam breui.I.P.91 b,Leuitatis est, inanem aucupari rumorem , & omnes umbras et falsæ gloriæ consectari. de Orat.119 a, Tardi ingenij est ri uulos consectari,fontes rerum nõ uidere.de Leg.157 a, Sisenna in historia puerile quiddam consectatur. Tusc.230 a, Cicero genus disputandi Socratis consectatus est. Of.44 a, Alexander beneuolentiam Macedonum largitione consectabatur. de Or.146 b, Vicium quod nonnulli de industria consectantur. Attic.212 a,Ne existimes, qui non debita cõstari soleant, quod debeatur remissuros.de Finib.55 b, & 94 a,Ne me est qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet,cõsectetur, adipisci uelit. pro Cec.275 a, Si tã uere homines uerba consectarentur quàm rem.Off.17 a, Bonus ciuis non opes aut potentiam consectabitur.Orato.20 b, In Panathenaico Isocrates ea se consectatum fatetur. & de Orat.117 a, Viciosa consectari imitando.Att.33 a, Consectari aliquẽ clamoribus, & conuicijs & sibilis. de In.76 a,Licinius hostes consectatus est, & confecit.

Consecvtio, onis. consequentia , connexum. de Inuent. 52 a, Simplex conclusio ex necessaria consecutione conficitur. de Finib.56 b, Ipsa detractio molestiæ consecutionem affert uoluptatis. Consecutio,pro συνέχειαι,id est, apta uerborum compositione,& constructione.Part.231 a,Cõsecutio uerborum in coniunctione seruanda, ne generibus, numeris, tẽporibus, personis, casibus perturbetur oratio: nam ut in simplicibus uerbis, quod non est Latinum, sic in coniunctis quod non est consequens, utuperandum est.

Consecvtio,pro quæstione qualitatis, seu ,p qualitate ipsa, de Orat.153 a, Cognitionis tres modi, coniectura definitio, & ut ita dicam, consecutio. & ibid.Consecutio tractatur, cum quid quanque rem sequatur , inquiritur. ut illud: Sit ne aliquando mentiri boni uiri.

Consecvtvs, a,um. In Anton.159 a, Proximo, altero,tertio , denique reliquis consecutis diebus non intermittebas, &c.

Consenesco,scis. senex fio,annis & ætate ingrauesco. Att. 30 a, Noster amicus magnus, cuius cognomẽ una cũ Crassi diuitis cognomine consenescit. pro Cluent.20 b, Soror in huius amantissimi sui fratris manibus & gremio,mœrore & lachrymis consenescebat. Att.37 b,Deinde omnes illius partis autores etiam nullo aduersario consenescere,de Orat. 106 b,& pro Cluen.18 b, Veteres leges aut ipsis suas uetustate consenuisse, aut nouis legibus esse sublatas. de Sen.83 a, Quamuis consenuerint uires atq, defecerint,

Consensio, onis. consensus, cõspiratio. Tuscul.154 b,Omni in re consensio omnium gẽtium lex naturæ putanda est. Epist.13 b, Quo in discrimine mirifica senatus, incredibilis Italiæ totius, & singularis bonorum omnium consensio in metuendo extitit. de Am.98 b, Et id in quo est omnis amicitiæ, uoluntatum, studiorum & sententiarum summa consensio.37 b, Consensio uniuersorum. pro Font.27 a, Consensio Gallorum. Br.91 b, Res omnium consensione laudata. Postquàm. 212 a,Nulla de illis magistratuum consensio. Att.156 b,Quorum societas & sceleratæ consensionis fides, quò eruperit uides.

Consensvs,us. consensio, conspiratio,quasi concentus,conuenientia. Tusc.155 a, Omnium consensus naturæ uox est. I.P.103 b, Nunquam inter senatum & uos consensus maior ulla in causa fuit. de Natur.65 a,Illa mihi placebat oratio de conuenientia consensuque naturæ, quaque quasi cognatione continuatam conspirare dicebas. & ibid.Iste quasi consensus, quam συμπάθειαν Græci uocant. de Diu.11 b, Cognatio naturæ, & quasi concentus atque consensus, quẽ συμπάθειαν Græci uocant. & ibi.a, Rerum natura uno consensu iunctaest atque continens. de Orat.144 b, Omnium quasi consensus doctrinarum concentusque. de Finib.146 b, Conspiratio consensusque uirtutum. Art. 274 b, Omnũ ordinum consensus.pro Dom.228 a,Vnus consensus omnium. de Ar.158 a, Consensus ordinum est diuulsus.Epist.21 a, Maxima uis est in consensu bonorum.

Consentanevs,a,um.aptus, conueniens,consentiens,uerisimilis.)(Dissentaneus, sed aqua hæret,ut aiunt.de N.34 a,Cum in æthere astra gignantur, consentaneum est in ipsensum inesse & intelligentiam.Off.76 a,Non id spectandũ est quid dicat, sed quid consentaneum sit ei dicere.de Fi. 147 a, Stoicis consentaneum est oracula comprobare.Off. 2 a,Hæ disciplinæ si sibi consentaneæ esse uelint,de officio nihil queant dicere.Orat.203 b, Dicere significat quasi ratum esse,consentaneumque personę & tempori.Epistol.56 b,Relinquebatur triste quoddam & his temporibus consentaneum gensi literarum. de Nat.37 b, Actiones consentaneæ appetitionibus.Off.56 b,Hæc formula Stoicorum rationi disciplinæque maximè consentanea. Epistol.34 a, Quod quidem erat consentaneum eum ijs literis , quas ego Romæ acceperam.de D.136 a,Obscura somnia minimè cõsentanea sunt maiestati deorum. Offic. 14 a , Non est autem consentaneum,qui metu non frangatur,eum frangi cupiditate.& 19 b, Decorum id esse quod consentaneum sit hominis excellentiæ,&c.I.A.223 b,Eiusque mors consentanea uitæ fuit. Epistol.100 b,Cum his ea consentanea & consequentia sint, ne de eorum quidem ueritate est dubitandum. de L.174 a,Optimæ reipublicæ leges dare consentaneas.Offic.36 a, Perspicere quid in quaque re uerum sit,cerumque sit.quid consentaneum cuique,quid consequens. Part.230 a,Vt ea quę sunt ipsi contrariove eius aut similia aut dissimilia, aut consentanea,aut dissentanea.de Or.1[illegible] a,Ex consentaneis, & præcurrentibus, & repugnantibus argumenta ducuntur.

Consentiens,tis.de Diuin.133 a, Animorum consentientium multitudine repletum esse mundum. de D. 98 a, An dum bestię loquantur expectam is? hominum consentientes autoritate contẽti non sumus?Art.65 b, Nemo in terris est mihi tam consentientibus sensibus : id est, qui tantopere mecum consentiat.de Diuin. 127 a, Cum stellæ in eam partem uenerint,quæ coniunctum aliquid habeat, aut consentiens, ea triangula illi & quadrata nominant. de Nat. 29 b, Tanta rerum consentiens, conspirans, continuata cognatio .

Consentini.pop.Italiæ.de Fin.50 b,Lucillius Persij, Scipionis & Rutilij iudicium reformidans , aiebat Tarentinis se & Consentinis & Siculis scribere .

Consentio,tis.congruo,conuenio,consentaneus sum,idem sentio,cum aliquo facio,in sententia alicuius maneo , iudicio uel opinione alicuius sto,cum aliquo sentio , in eadem uoluntate uel opinione sum, conspiro,coniuro. I.A.157 a, Omnes enim iam ciues de reipub. salute , una & mente & uoce consentiunt.de Am.112 a, De amicitiæ utilitate omnes uno ore consentiunt. & ibi. De amicitia omnes ad unũ idem sentiunt. I.V.33 b,Tu nos qui de communi salute consentimus,tyrannos uocas.I.A.292 b , Omnes mortales una mente consentiunt , omnia arma contra hũc esse capiendą. pro Sest.24 b,Causa in qua omnes,ordines ciuitatis una cõsentiunt.I.A.193 a,Omnes deos ad rempub. cõseruandam arbitror consensisse.de Se.90 a,In quem illud elogium unicum plurimæ consentiunt gentes , populi primarium fuisse uirum . & ibi.Cuius de laudibus omnium est fama consentiens.de Finib.89 a.Non elogia monumentorum hoc significant? uelut hoc ad portam ,uno ore cui plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse uirum.& ibid. Id ne consensisse de Catalino plurimas gentes arbitramur ? &c. Epistol.170 a,Vt principijs consentiant exitus. Att.102 a, Hæc eis,quæ de Fabio acta scribis,ualde consentiunt . Par. 232 b,Si personis,ea quæ narrabũtur.consentient.I.C.121 b,Cęteri uerò ad communem salutem cõsentiunt,I.A.135 a,Atq; his principijs reliqua consentiebant . pro Mur. 124 a, Vt uestræ mentes atq; sententiæ cum populi Romani uoluntate suffragijsq; consentiant.Off.2 a,Hic si sibi ipse consentiat, & non interdum naturæ bonitate uincatur,sit , &c. pro Cl.30 a,Iudices tũ in Oppianico sibi cõstare & superioribus cõsentire iudicijs debuerunt.de Vn.196 a,Cõsentire, sibi & consentire secũ & constare sibi, idem.Ac.261 a,Consenti in hac cura,in qua sum ut ne expediã.Off. 20 a , Delectat hoc ipso , quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt . Attic.281 b , Ciuitas in retinenda libertate consentiens.Att.78 a, Exercitu ut spero ad beneuolentiam erga nos consentiẽte.de N. 49 b,Copulatio rerum & quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ.de Fi.61 b, Epicurus quantos quantaq; amoris consspiratione consentientes tenuit amicorum greges? Tusc.242 b,In quo à doctis positum est consilium omnis uitæ cõsentiens & penè conspirans. Acad.92 a , Ratio nostra consentit,oratio pugnat.& 14 a,Sed mihi neutiquam cor consentit cum oculorum aspectu. Epi.146 b,Literæ recitatæ in senatu nequaquam cõsentire cum oratione Furnij uisę sunt. Ac.33 a,Epicurus,cuius est disciplina nunc notior,neq; tamen cum Cyrenaicis de ipsa uoluptate consentiens . de Cl.177 a,Motus cum uerbis sententijsq; cõsentientes.contra Rul.63 a,Si consenserint possessores non uendere,quid futurum est.I.A.163 b, Cum homines nefarij cõsiderentur, se urbem inflammare consensisse.I.V.259 a,Serui,quos iste belli faciendi causa consensisse iudicauit.Epistol.92 a,Qu. Curtius consensit cum Hispanis quibusdam , si Pompeius in oppidum uenisset,eum comprehendere , ad Cæsaremq; deducere .

Consepio,pis.munio,claudo,sepio.de Se.89 b, Ager consepitus ac diligenter consitus .

Consequens , tis.insequens , futurus, quod consequitur.)(Repugnans,primum. Part.230 a,Ex ijs rebus quę quodam modo affectæ sunt ad id de quo quæritur,alia ex antecedẽtibus appellantur,alia ex consequentibus,alia ex repugnantibus.de Fini.121 b,Cũ cõsequens aliquod falsum sit, illud cuius id consequens sit,nõ posse esse uerum.Or.198 a,Cernere consequentia,repugnãtia uidere de Cl.178 a,Quæ q- bus propositis sint , quæq; non sint consequentia . de Orat. 128 b,Id quod cõcludere uelis,non effici ex propositis,nec esse consequens.de L.158 b, Quoniam scriptum est à te de optimo reipublicæ statu, consequens est ut scribas tu idem de legibus.de Orat.138 b , Connexum autem sit principiũ consequenti orationi.& 159 a,Si uerba extrema cum consequentibus primis iungetis.Part.31 a,b,Vt in simplicibus uerbis quod non est Latinum,sic in coniunctis quod nõ est consequens utuperandum est . Orat. 208 a , Vt efficiatur, quod sit consequens ijs quæ sumentur,&c. Tusc. 233 a,Vitium est consequentia reprehendere, cum prima concesseris.de Fi.112 a,His propositis, tenuit prorsus consequẽtia . & ibi.b , Sic consequentibus uestris sublatis prima tolluntur.& 95 b, Videamus nunc quam sint præclara illa,ijs quæ nunc posui consequentia.Or.207 a,Quod cuiq; consequẽs sit,quodq; contrarium.Tuſ.232 a, Hoc probato consequẽs est illud,&c.& ibid.b, Assentior alterum alteri consequens esse,quemadmodum,&c.& 238 a, Contrariorum cõtraria sunt consequentia.de Fin.72 a, His omnibus quos dixi consequentes sunt fines bonorum,Aristippo simplex uoluptas, &c.& 100 b,Cum his ea consentanea & consequentia sint. Off.36 a, Perspicere quid in quaq; re uerum sincerumq; sit quid consentaneum cuique , quid consequens . & 3 a,Homo rationis particeps, per quam consequentia cernit , causas rerum uidet , &c. de D.106 b,Homo signis quibusdam consequentia declarantibus futura præsentit . & 117 b , Ex eo significationem rerum consequentium quærimus. de D. 139 a,b. Philosophi in primis acuti & consequentia & repugnantia uidentes.de Fat.142 a, Is non uidet,quæ quanq; rem res consequatur.

Consequentia,tiæ.consecutio,consectarium , connexum. de D.107 a,Qui cursum rerum euentorumque consequentiam diuturnitate pertractata notauerunt.ad Her.41 a,Per consequentiam significatio fit , cum res quæ sequuntur aliquam rem,dicuntur.Item:res dubias uel non concessas sumere ad concludendum.Item.sumere ea,quibus concessis nihilo magis efficias quod uelis.

Consequor,ris.adipiscor, assequor,sequor,consequens sum, euenio,excipio.) .Repugno. pro Cæl. 41 a , Qui ex reipublicæ causa gloriosam uictoriã cõsecutus est.Off.68 a,Qui omnia honesta negligunt,dummodo potentiam cõsequantur.Ep.5 b,Vt cuam pristinam dignitatem & gloriam cõsequare.& 8 b,Omnia quę ne per populum quidem sine seditione se assequi arbitrabantur, per senatum consecuti sunt. & 71 b,Quod si id egissemus ego atq; tu,&c.omne tempus una fuissemus , quod quantum fieri poterit , consequamur. pro Planc. 261 b , Quem magistratum iam octingenti ferè consecuti sunt.pro Dom.237 a,Opus erat sciẽtia, quã & si omnes consecuti sunt,tamen peritiores uetustas facit.Qu. Fr.295 b,Nos ea quę consecuti sumus,his studijs & artibus adepti sumus.I.A.159 a,Libertatem pax consecuta est . de Ora.98 a, Hæc Crassus cum dixisset,silentium est consecutum.de Clar. 170 a . Hunc Cethegum consecutus est ætate Cato.de Orat.143 a.Tum latus ei condoluisse, sudoremq; multum consecutum esse audiebam . pro Mu.144 a,Si hæc elapsa de manibus nostris in eum annum, qui consequitur, redundarint.Epist.4 b,Doleo eiusmodi tempora post tuam profectionem consecuta esse,&c.de Som.128 a,Hunc ut comites consequuntur, alter Veneris , alter Mercurij cursus, Ep.59 b,Visa est oratio non iniucunda, & mediocris quidã est risus consecutus.Qu.Frat.311 b,In eam tabulam magni risus consequebantur.de Cl.185 b , Maiores consequi non poterat,& minori necesse erat cedere.ad Her.11 a,Consequi uideatur ut doceamus:&c.id est,sequi.Epistol.257 b,Si itatim nauigas,nos Leucade consequere.At.40 a,Nihil mihi optatius cadere poteſt,quàm ut me quàmprimum consequare.I.C.105 b.Si accelerare uolent,ad uesperam consequentur.Att.40 b,Nunc tu propera , ut nos consequare.& 41 b,Tu nihilominus,si properaris, non consequere.& ibi a,Sin es in uia,cum eris me assecutus,coràm agemus,&c.& 129 b,Non est nobis committendum , ut has XIIII cohortes hostis accedere,aut itinere me consequi posit.I.V.21 a,Nullo modo possum omnia istius facta aut memoria cõsequi,aut oratione complecti . Postquam.198 b, Quis uestra in me beneficia enumerare aut consequi posit. de Vn.

196 a, Si minus id quod habemus in animo consequemur, haud erit mirum. de Finib. 56 a, Vt reiciendis uoluptatibus maiores alias consequatur. Epistol. 24 a, Vel quia uidemur eam famam consecuti, &c. de Off. 12 b, Si minus imitatione tãtam ingenij præstantiam consequi possumus. Ep. 9 b, Nullam partem uorum meritorum non modò referendam, sed ne cogitanda quidem gratia assequi possum. Off. 42 a, Magnam laudẽ, & à summo uiro & ab exercitu cõsequebatur. de Fin. 56 a, Quid ex eo consecutus est? laudẽ & charitatem. de Leg. 173 a, Eum igitur morem cum benuitate, si potero consequar. de Or. 113 b, Verborũ propè numerũ sententiarum numero consequi. de N. 10 a, Chrysippus, quẽ Diogenes consequens in eo libro, qui inscribitur de Minerua partum Iouis distingit à fabula. pro Pomp. 10 b, Quæstum cõsequi. Qu. de Pet. 205 a, Etsi tibi omnia suppetunt, quę consequi au usu homines, aut diligentia possunt, tamẽ &c. I. V. 145 a, Vt hac diligentia, nihil horum inuestigare, nihil assequi potuerit. I. V. 74 b, Inuestigare & consequi aliquam rem. de Fa. 142 a, Q. autem, &c. is non uid. t quid quanq; rem res consequatur. & 143 a, Si quod primũ in cõnexo est, necessarium est, fit etiam quod consequitur necessarium. de Fi. 103 b, Ex quo illud natura consequitur, ut cõmunem utilitatem nostræ amiciponamus. de Diuinat. 91 b, Atq; ita quidem prima statim scribat Aristoteles consecutaria est, Aristoteles scribit prima statim euenisse.

Consero, ris. conseui, consertum. planto, sero, semino. de Nat. 52 b, Indus non aqua solum agros lætificat, sed eos etiã cõserit. Tuscul. 154 b, Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspicet baccam ipse nunquam. uir magnus leges, instituta, remp. conseret. Acad. 27 b, Iam istud te quoq; impediet in naugando, in conserendo, &c.

Consatvs, ta. de Vniu.

Consero, ris. conserui, consertum. confero, coniungo, pugno. Tusculan. 219 b, Atq; hi colloqui sunt inter se priusquam manum consererent, leniter & quietè. pro Mur. 128 a, Signa contulit, manum conseruit. pro Font. 176 b, Galli cum M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt. Atti. 115 a, Conserere manum cum hoste uel cum alio quopiam. Antequam. 195 b, Non patiar ut opera mea manus inter uos cõseratis, cædesq; ciuium inter se fiat.

Conserte, contunctè de Fin. 146 b, Omnia naturali colligatione consertè, contexteq; fieri.

Consertvs, a, um. de Or. 88 b, Multisq; præessem, qui aut in rerdicto tecum cõtenderent, aut te ex iure manu consertum uocarẽt, quod in alienas possessiones tam temerè irruisses. pro Murçu. 129 b, Eum fundum ego ex iure meum esse aio quid tum inde? ibi ego te ex iure manu consertum uoco. & ibi. Vnde tu me ex iure manu cõtertum uocasti, inde tibi ego te reuoco. & 131 a, & Ep. 100 b, Non ex iure manu consertum, sed mage ferro rem repetunt. Attic. 242 b, Debuerat autem non ex iure manu consertum, sed quæ sequuntur, tu quoque scribes. Ex iure manu consertum, formula est antiqua, qua utebantur in uindicanda possesione, quæ simul contendebant.

Conservatio, onis. custodia. de Or. 100 b, Sit ergo in iure ciuili finis hic, legitimæ & usitatę in rebus causisq; ciuium æqualitatis conseruatio Off. 20 b, Via quæ deducit ad conuenientiam conseruationemq; naturæ. Off. 35 a, Frugum fructuumq; reliquorum perceptio & cõseruacio. & 26 b, Si attentos animos ad decoris conseruationum tenebimus.

Conservator, oris. seruator, præses, custos. Atti. 124 a, Alterum existimari conseruatorem inimicorum, alterum desertorem amicorum. pro Fl. 150 a, Mithridatem conseruatorem Asi nominabãt. Antequam. 164 a, Vtrum ut custos accipiar? an ut proditor excludar? si ut conseruator, uestra erit ignominia: si ut oppugnator, præcisa erunt omnia. pro D. 218 b, Conseruator reip. Att. 145 a, Me nonnulli conseruatorem istius urbis esse dixerunt. pro Sest. 15 a, Custos & conseruator urbis. Epistol. 184 b. & de Ar. 157 b, Conseruator patriæ.) (Proditor patriæ.

Conservatrix, cis. de Fin. 130 b, Omnem naturam esse cõseruatricem sui.

Conservo, as. custodio, tueor, retineo, seruo, adseruo, tutõr, seruo, foueo, teneo. Antequam 194 b, Qui hoc imperij domicilium sartum tectum ab omni periculo conseruaui. I. C. 111 a, Non minus iucũdi sunt ij dies quibus cõseruamur, quàm ij quibus nascimur. Antequam. 195 b, Ego apud uos non loquar, quos conseruauit In Verr. 232 b, Vt quisq; eis rebus tuendis conseruandisq; profuerat. I. C. 111 b, Vt omnes salui conseruemini. Epist. 113 a, Cues meiũ ne conseruati. de Nat. 12 a, Si aliquis in mundo est qui regat, qui gubernet, qui conseruet omnia. de Fi. 131 b, Res quas natura alit, auget & tuetur. Off. 51 b, Res familiaris quæri debet ijs rebus, à quibus abest turpido: conseruan autem diligentia & parsimonia: ipsdem etiam rebus augeri. Att. 297 a, Vt nos eam necessitudinem, quæ est nobis cum publicanis, obtinere, & cõseruare patiantur. pro Pom. 64 a, Quæ accepistis tueri & conseruare nõ posse. pro Cor. 61 a, b, Seruare & cõseruare maiestatem. Off. 72 b, Conseruanda iusiurandum. pro Qui. R. 45 b, Conseruare ordinem. I. Orado. de D. 124 a, Ius augurum diuinationis opinione principio constitutum est, postea reipub. causa conseruatum atq; tentum. At. 84 a, Sed ordinem conseruabo tuum. Ora. 207 b, Conseruare & notare tempora de Orat. 133 a, Conseruare pecuniam uel patrimonium. I. V. 201 a, Quod alterius mortui uoluntatem conseruabat. Epi. 61 b, Si poteris uelim tuam pristinam erga me uoluntatem conserues. Epist. 36 b, Beneuolentiæ quam à me certo iudicio susceptam, quoad tu uoles cõseruabo. & 57 b, Tuorumq; meritorum erga me memoriam conseruabo.

Conservvs, ui. qui eidem domino cum alio seruit. Quint. Fr. 318 b, Eo die quatuor eius cõseruos & discipulos Venafi cunculus oppresserat. pro Clu. 55 b, Is nostu duos conseruos dormientes occidit. Epist. 184 b, & Part. 123 a, Orem miserã, dominũ ferre non potuimus, conseruos seruemus.

Confessor, oris. assessor, qui alteri assidet. I. Assessor. de Fi. 77 b, Aulus Varius, qui est habitus iudex durior, dicere confessori solebat, aut hoc, &c. Attic. 31 a, Modò re confessione spectare liceat. I. A. 197 a, Vt ei cum M. Curio confessore eodem & collusore facilè possit cõuenire. pro Flac. 151 b, Testes accusatoris, confessores, conuiuæ, &c.

Confessvs, sus. homines significat, uno in loco considentes. pro Mil. 101 b, Non enim corona confessus uester cinctus est, ut solebat. pro Fl. 154 b, & de Se. 90 b, Cum hic Dorylis sis efferretur magna frequentia confessuq; uestro. I. V. 79 b, In conspectu confessuq; uestro. Tusc. 155 b, Frequens confestus theatri. Att. 11 a, Non enim unquam turpior in ludo talario confestus fuit. pro Quin. 2 b, Præconum confessus.

Considero, des. simul assido, conquiesco. de Cl. 167 a, In pratulo propter Platonis statuam consedimus. I. V. 89 b, Quo die primum iudices citati in hunc reum consedistis. Ac. 41 b, Quæ cum sint dicta, in conspectu consendimus omnes. & ibid. Et simul assidamus, inquam, si uidetur. Epi. 143 b, Quinq; cohortes apud Philomelum consederunt. & 27 b, In eadem solitudines tu ipse ueniens, in quibus non audies cõsedisse. Aca. 3 b, Tum eodem spacio concio cõsedimus. Att. 11 a, Vt primum iudices consederunt. de Sen. 90 b, Legatii in certo loco consederant. pro Fla. 49 b, Cur homines in theatro consederant. de Ora. 87 b, Et omnes in ijs sedibus, quæ erant sub platano, consedisse dicebat. de Arus. 41 a, Cum mihi stans tacenti minaretur, uoce tantum attigi legum initium. & iudicij, consedit ille, conticuit: Atti. 154 Antequam aliquo loco consedero, literas à me non expectabis. Att. 25 a, Cum Quin. noster iam in ocio consederit. de D. 97 a, & 122 a, Platoni in cunis dormienti apes in labellis consederunt. de Fin. 59 b, Sic cuius in mente consedit iusticia, hoc ipso quod adest, turbulenta non potest fieri. de D. 95 b, Equus cuius in iuba examen apum consederat. Or. 205 b, Hoc in ea de qua loquor mediocritate consedit. de Ar. 249 a, Quorum ludorum religio tanta est, ut ex intimis terris accesita, in hac urbe consederit. de Cl. 173 b, Ardor animi consedit. pro Mur. 128 a, Consedit utriusque nomen in quæstura. Aca. 22 a, Furor consedit. de Cla. 167 b, Eorum aspectu omnis quæ me angebat. de repub. cura consedit.

Considerantia, consideratio. Q. F. lib. 3. Ep. Cuius in hoc uno considerantiam & ego sustinebo.

Considerate, cogitatè, cogitatò, consultè, prudenter, iudicio. pro Quint. 9 a, Itaque maiores nostri rarò id accidere uoluerunt: prætores ut considerate fieret, comparauerunt. Off. 91 a, Agere, quod agas, considerate. Ofic. 17 b Cum ira nihil rectè fieri, nihil considerate potest. & 10 b, Beneficia quæ iudicio, considerate, constanterque delata sunt. Att. 136 a, Quid ais, si hic tetoperantius egerit, consideratius consilium te daturum, qui potest? Att. 146 b, Cõsideratius utilitati nostræ consuluero.

Consideratio, nis, circunspectio, animaduersio, ratio. Aca. 32 a, Est enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum, consideratio contemplatioq; naturæ. Ac. 10 a, Sin ex circunspectione aliqua, & accurata consideratione, quod iusum sit, id se dicent sequi, tamen eximum non habebunt.

Considerativs, a, um. prouisus, meditatus. de Ar. 244 a, Nihil feci non diu consideratum, & multò antè meditatum. de Na. 64 a, Ratiocinatio est, diligens & considerata faciẽdi aliquid aut non faciendi excogitatio. Par. 122 a, Cui uiuendi uia considerata atq; prouisa est. pro Q. 2 b, C. Quintius una in re paulò minus consideratus, quàm, &c. pro Syl. 180 b, Factum quod paulò minus consideratum uideatur. de In. 82 b, Ratio bene considerata. de Cl. 178 a, Considerata rarditas. pro Font. 280 a, Illud uerbum consideratissimum nostræ consuetudinis arbitror. pro Cec. 283 a, Illud considerati hominis esse putamus, non contendere, &c.

Considero, ras. reputo, cogito, commentor, animaduerto, circunspicio, conspicio, specto, existimo, contemplor, intueor, attendo, rationem habeo, expendo, pondero, ante oculos meos pono, uel propono, ratione animoque lustro, animo & cogitatione complector, animum ad aliquam rem refero, ante oculos meos uolitat, mente mea circunspicio, animo intueor, animo contemplor, expiscor. pro S. R. 33 a, Age nũc refer animum, fis ad ueritatem, & considera quæ studia à patribus, &c. Att. 102 a, Id coràm consideradimus quale sit, habet enim res deliberationem. Epistol. 238 a, His de rebus uelim cum Pomponio, cum Camillo, cũ quibus nobis uidebitur, consideretis. Part. 121 a, Nunquàmne homo amentissime te circunspicies? nunquàmne quid facias considerabis, ne quid loquare? Attic. 110 b, Sed de hoc tu uidebis, quippe cũ de ipso ac de me ista cõsiderare uelim. & ibid. Sed uelim consideres, quid faciẽdum putes. Epist. 152 a, Flagitare Senatus instituit Cornutum, ut referret statim de tuis literis; ille se cõsiderare ait uelle. pro S. R. 36 a, Age nunc ex ipsius Chrysogoni iudicio Rosciorum factum con sideremus. Ofnicior. 30 a, Veri etiam poeræ suum quisque opus à uulgo considerari uult, ut si quid, &c. Tusculan. 228 b, Equidem eos casus mecum ipse considerans, huic incipio sententiæ diffidere. de In. 45 a, Vnaquæque constitutio ex se & ex sua natura consideratur. In Verr. 153 b, Considerate cum uestris animis uosmetipsi, &c. contra Rul. 74 b, 75 a, Atque illud circumspicite cum uestris mentibus. In Verr. 207 a, Contemplari & considerare aliquid. & 271 b, Vide etiam atque etiam, & considera quid agas. de Or. 259 b, Cum esset habita ratio, quemadmodum, &c. id est, cum esset consideratum, &c.

Consido, is. de Leg. 170 b, Sed si uidetur considamus hic in umbra. de Or. 144 a, In sylua ueniur, & ibi considitur. Att. 26 a, Quinectam dubito an hic Antij considam. de Vn. 195 b, Sensus mouentia quæ sunt, eadem in opinatione cõsidunt. de Orat. 160 b, Verborum iunctio uariè distinctè considat. de Prou. 76 a, Quæ iam licet considant, sed tamen, &c. aliàs, Concidant. de Diui. 102 b, Cedunt ter quatuor de cœlo corpora sancta Auium præpetibus sese pulchrisque locis dant: id est, considunt.

Consignatvs, a, um. obsignatus, signatus. de Orat. 129 b, In Fundi, quos tibi patet publicis cõmentarijs consignatos reliquit. & pro Clu. 46 b, de L. 193 a, Publicis literis consignatã memoriam publicam nullam habemus. Tuscul. 160 b, Nec fieri potest, ut à pueris tot rerum atque tantarum insitas & quasi consignatas in animis notiones quas ἐννοίας uocant, haberemus, nisi, &c. de Diuin. 98 b, Clarissimis mo numẽtis testata cõsignataq; antiquitas: id est, ipsa exẽpla.

Consigno, as. obsigno, signo, firmo. pro Qu. 4 b, Tabulæ maximæ signis hominum nobilium consignantur. & pro Flacc. 154 a, I. Ver. 59 a, Ipsdem literis illius prætura, & tua quæstura consignata est. Aca. 1 b, Vt literis consignamus, quæ monumentis mandare uolumus, sic ille in animo res insculptas habebat. In Ver. 171 a, Ratio certa est Aetnensium & publicis & priuatis literis consignata. pro Deiot. 150 b, Quæ publicis populi Romani literis monumentisque consignata sunt. Postquàm. 210 b, Priuilegium autoritate honestissimorum hominum & publicis literis consignauit. de Vn. 200 a, Sidera ex quibus erat motus temporis consignandus.

Consiliarivs, rij. autor, præscriptor, qui consilium dat. de Legib. 192 b, Augur meminisse debet, Ioui Opt. Max. se consiliarium & administrum datum. Att. 125 b, Ratio ædificandi initur consiliario quidem & autore Vestorio. I. V. 117 a, Interea amici & consiliarij eius molestè ferre cœperunt Heraclium profuisse. Attic. 48 b, Si me à meis consiliarijs proditum & proiectum uides. Epistol. 3 b, Non in uito rege ipso consiliarijsque eius. & 10 b, Sed certè & ego te autore amicissimo & sapientissimo, & tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & beneuolo certè usus esses.

Consilior, aris. consulo, delibero. Att. 244 a, Tu quid egeris tua cum tristi, tum etiam difficili ad consiliandum legatione, uehementer expecto: est enim inexplicabilis. legitur etiam, de tua: & pro ad consiliandum, alij ad conciliandum legunt: sed consiliandum melius.

Consilivm, lij. deliberatio, cogitatio, animaduersio, ratio, cogitatum, quod aliquis sequitur aut spectat, collegium, consilium, consultum, sententia. de In. 65 b, Cõsilium est, aliquid faciendi, non faciendi ue excogitata ratio. de Ora. 114 a, Consilia primùm, deinde acta, postea euentus. de In. 82 b, Cupiditas consilij gubernatione regitur. Ep. 182 b, In consilio capiendo prudentia, in dando fides requiritur & religio. & 145 a, Consilium plenum prudentiæ & fidelitatis. de Or. 88 a, Prudentiam consilia. Att. 124 b, Leuarur. n. omnis cura cum aut consilit consilium, aut cogitando nihil explicatur. & 256 b, Nihil debet, qui consiliũ dat, præstare præter fidem. Attic. 142 a, Consilia ex euentu, nõ ex uoluntate à plerisque probari, solent. & ibi. Quod uerisimũ nobis uidebitur, de eo quod ad nos scripsisti, tibi consiliũ dabimus: quod si non fuerit prudens, at certè ab optima fide & optimo animo proficiscetur. Epist. 7 a, b, Totius facti tui iudicium, non tam ex consilio tuo, quàm ex euentu homines sunt facturi. pro Cluen. 15 b, Minus fidele consiliũ alicui dare. I. A. 240 b, Optimus est portus pœnitenti mutatio consilij. Ac. 256 b, Nemo doctus unquam mutatio nẽ consilij inconstantiã dixit esse. & 236 b, Consilia temporum sunt, quæ in horas cõmutari uides. & 132 a, Et simul scito labare meum consilium illud, quod iam satis tibi fixũ uidebatur. I. A. 212 b, Turpe est uiro prudenti, præsertim in re tã perspicua, consiliũ intelligendi defuisse. cõtra Rul. 67 a, Cui non dubitanti fidele consilium, non laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur? Epist. 18 b, Nisi meis puer olim fidelissimis atq; amantissimis cõsilijs paruisset. Qu. Fr. 327 a, Recordare consilium nostrum, quod fuerit profectionis tuæ: non enim commoda quædã sequebamur parua ac mediocria. Attic. 127 b, Nec si ego quid tu sis secutus non ꝓspicio, idcirco minus existimo te nihil sine summa ratione fecisse. & ibid. Nec mihi tantũ summo, ut meũ consiliũ ualere debuerit, secutus sum tuum. & 243 b, Quid ætati sit credendum, magni consilij est. & 155 a, Nihil mihi adhuc accidit, quod maioris consilij esset. & 40 a, Capere consiliũ de sententia alicuius. & 203 a, Ipse uenirem Romam, si satis consilium quadam de re haberem. & 228 a, Nec alia causa profectionis mihi ulla fuit, cùm consiliũ cepi legari à Cæsare. & 108 a, Subitò cepi consilium, ut exirem. pro Dom. 236 a, Qui perniciosa reipu. consilia cepisset. I. V. 116 b, Capit consilium de amicorum sentẽtia, non adesse ad iudicium. Off. 60 a, Principes cõsilium hoc ceperunt, nomen Tarquiniorum memoriamq; regni esse tollendam. In At. 167 a, Tu quem Narbone consilium interficiẽdi Cæsaris, cepisse notisimum est. pro Sen. 29 a, Is à te consilium P. Sestij accusandi petijt. Epist. 237 b, Metuo ne id consilij ceperimus, quod nõ facilè possimus explicare. de Fat. 140 a, Maximè nos quidem exquirentes ea consilia, quæ ad concordiam ciuium pertinerent. Epist. 46 b, Exquirere consilium alterius. de Orat. 111 b, Huius est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententia. Epistol. 149 a, & de Clar. 196 a, Cognoui quæ tua

uoluntas,quod tuum consilium effet de republ.Epist.153 a, Tu quanquam consilio non eges,uel abundas potius,tamẽ hoc animo esse debes,ut nihil huc reijcias:nec in rebus tam subitis,tamq; angustis à senatu consilium perendum putes. Att.238 a, Quid enim illi affeire consilij possum, cum ipse egeam consilio?Atti.3 b, Ego qui in te satis consilij statuebam esse,malui Peduceum tibi consilium per literas quàm me dare.& 47 a, Quod in me ipso satis esse consilij decreueras.Att.217 b,Nũc me inua mi Attice consilio.Ep.86 b, Actis his rebus literæ à te mihi sunt rediræ, quibus à me consiliũ petis,quid sim tibi autor,in Sicilia ne subsidas, an, &c.Ep.31 b, Quid efficere possis, tui consilij est. Att.121 a, Quare ut de maxima re deliberanti, ita mihi des consilium uelim. & 136 a, Consideratius consilium dare.Epist. 238 a,Vestrum consilium est,qui uobis sit faciendum.Atti. 93 b,Qu.puer literas patris aperire solet, idq; de meo consilio.& 236 a, Hæc de mea sententia acta sunt. Atti.215 a, Cæsar nihil facturus nisi de meo consilio & 40 a, Capere consilium de sententia alicuius .de Nat.75 a, Ope consilioque tuo furcum factum est.Att.40 a, Sed eò si ueneris, de toto itinere ac fuga mea cõsilium capere potero. Postq. 203 a,In consilijs de repub. capiendis, &cæ. contra Rul. 84 b, Nec concionandi potestas erat, nec consilij capiundi publici.Atti. 136 a, Capere consilium ex re & ex tempore.I. C. 107 a,Si Catilina sententiam permutauerit, & consilii bellí faciendi abiecerit.Atti.74 a, Fannius ædificandi cõsilium abiecerat.& 116 a, Ego tamen Philotimi literis mutaui consilium de mulieribus. Off.32.a,Cato sem per in proposito susceptoque consilio permãsit.I.A.153 a, Exponam uobis breuiter cõsilium profectionis & reuersionis meæ.Epi.33 a, Nunc ego tibi meum consilium exponã. Att.140 a, Consilium primum est, suffocare urbem: deinde,&c.Epi.141 b,Aquini consilia sunt inita de me. Attic. 239 b,Animis usi sumus uirilibus,consilijs mihi crede puerilibus.& 121 a, Cuius fortunæ, quantum humano consilio efficí poterit, motum ratione quadam gubernabimus. Offi.16 b,Reperias multos,quibus periculosa & callida cõsilia, quietis cogitationibus splẽdidiora & maiora uideant de N.75 b,Homines rationem bono consilio à dijs immortalibus datam in fraudem conuertunt.Epist.88 a, Quæ sunt in fortuna temporibus regentur, & consilijs nostris proui debuntur.pro Do. 227 b, Senatus est summum populi Ro. populorumque & gentium omnium ac regum consilium. contra Rull.64 a, Commune consilium, de D. 8 b, Summum consilium.de Or.143 a,Consilium senatus id est, congregatio senatorum. & pro Sest.26 b.Epist.7 a,Eæque quæ de ea scripta est autoritas,tantam habet uim,ut magis iratorum hominum studium, quàm constantis senatus consilium esse uideatur. pro Dom. 227 b, & 128 a, Nulla est in hac urbe societas publicanorum, nullum collegium, nullum concilium, nullum denique commune consilium, quod non,&c.

Consilivm pro iudicibus congregatis. pro Quin. 1 b, Si apud hoc consilium ex opibus, non ex ueritate causa pendetur.Item.6 a, Tibi instat Hortensius ut eas in consilium. de Cla.172 a,Consules re audita amplius de consilij sententia pronunciant.I.V.246 b, Causam cognoscit, & de consilij sententia pronunciat. Att.155 a, Veniendum ne fit in consilium tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. I.V.224 a,Sententia sine consilio, damnatio sine defensione. Item: Aduocare consilium uel concionem.I.Aduoco. de L.192 b,& de Orat. 95 a,Dimittere consilium.pro Clu. 35 a,Cureum,cum in consilium iretur, abesse patiebantur: cùm in consilium mittebant,Stalenum iudicem non requirebant.Ep.61 a,Quis esset qui me in consulatu non casu potius existimaret, quàm consilio fortem fuisse.

Consimilis,le.similis,parilis.de Orat. 97 a, Causa aliqua posita cõsimili causarum earum,quæ in forum deferuntur. I. A.166 a,Cum rem gessisset cõsimilem rebus ijs quas ego gesseram.de Orat.137 a,& 145 a,Aut quę sunt alijs grauioribus consimilia.ad Her. 34 b, Consimilijs.)(.Dissimilis. In Arat.Consimili specie stellas pariliq; colore.

Consisto,stis, constiti.consto, insisto, assisto, commoror, nitor, pendeo, subsisto, resido, uel resideo, positum esse, locatum esse, situm esse,contineri. in hoc est omnis uis amicitiæ,id est,cõsistit.I. V.159 a, Nympho antequã plateæ consistit,condemnatur.I.V.241 a, Oppida in quibus prætores consistere & conuentum agere solent.Att.74 b,Plura scribam ad te cum constiterò. & 185 b, Vt dum consilio in Tusculano, sciam quid garriat in rusticatu. pro Rab. 94 b,Cum is armatus in comitio constitisset.in Arat.Sol consistens in capricorno conuertit curriculum.Att. 153 b,Brutus tardè nauigaturus est, consistens in locis pluribus.Ora. 205 b,Si semel consiteris,uinquam cades. Att.255 a,Veni igitur ad Siccam octauo die è Pompeiano, cum unum diem Veliæ constitissem. & 227 a, Itaque Cales processi, ut ibi potissimum consisterem. de Diuin.87 a,Qui ad meridiem spectas in media uinea dicitur constitisse. Antequ. 195 b, Ego repentè ui tribunitia correptus, ne consistendi quidem in ciuitate habeo potestatem. Postq. 207 a,Sicut hoc nomine in foro constitisses.I.V.69 b, Verres appellabat hominem,cum hoc consistit, hunc amplexatur. I.A.191 b, Milites Bibæ constiterunt. Epist. 150 a,Ipse in Allobrogibus constiti,ut,&c.Tusc.217 b, Ipsa sibi imbecilitas indulget, in alumque prouehitur, impudensq; nec reperit locum consistendi.pro Flac.156 b, Iste cui nullus est uspiã consistendi locus. pro Mur.130 a,Homines cum rectè uno in loco constitissent,iuberi abire. Att.276 a, Is ubi constat uspiam non habet.pro Quin.1 b,Veritas locum ubi consistat,reperire non poterit.pro S.R.43 a, Tibi in isto loco consistere non liceret.de Or.108 a, Nec is consistens in loco,nec inambulans.Att.108 a,Si in Italia Pompeius consistit,erimus unã.de Son.131 a, Vel concidat omne cœlum, & omnis natura consistat necesse.pro Quin. 2 b,Vt mulier iniurijs iactatam atq; agitatam æquitatem in hoc tandem loco consistere & infirmari patiamini.pro Quin.R.53 a, Si mihi uerètas manum iniecit,& paulisper consistere & commorari cogit.& 49 b,Quoniam ille hic consistit paulisper, mihi quoq; necesse est paulum commorari.Ep.107 b,Vbi die primum e graui morbo uidear posse cõsistere.pro de. 189 b,Bestiæ sepe immanes cãtu fiectuntur atq; consistunt. Ep.154 b, Ishi si cõtigisset ut prior occurrerem Antonio, non mehercule horam constitisset. Ar.85 b,Consistere uiam debuit quæ erant in edicto meo, id est,non debuit mutari.de Or. 127 a, Vbi sensi me in possessione iudicij & defensionis meæ constitisse. pro Do. 241 b, Tantus clamor nostris,ut neq; mente neq; lingua,neq; orationis cõsistens. de Or.154 a. Oratorem uiri consistere, consistere in suo.& 199 b,Caui dicus,qui in forensibus causis positis perclaro consistere.pro Ce.299 a,Non consistens illo iudice. pro Do.241 a,Neq; mens,neq; uox, neq; lingua consistere. de Cla.196 b,Nonne cernimus uix singulis ætatibus binos oratores laudabiles constitisse? Quin.Fr.308 a,Clodius neq; mente,neq; lingua,neq; ore consistere potuit.I.A.217 b, is neq; uigilans,neq; in somnis mente unquam potest cõsistere.de Se.92 b,Qui mortem omnibus horis impendentem timet,is tranquillo non potest animo consistere. de D. 139 a, Vt nũquã liceat quieta mente consistere.pro Quin. 5 b,In hoc summa iudicij causaq; tota consistit. de Fat.191 b,Hæc differens qua de re agatur, & in quo causa consistat, non uidet.de Ora.100 a, Præsertim cum hæc causa non in crimine aliquo,sed in iure ciuili cõsistat.Part.238 b,Id cõsistendum, ut quod objicitur factum neges.de Inu.67 b,Habitus in aliqua animi absolutione cõsistit. Tuf.236 b,Omne bonum in una honestate consistit.Offi.4 b, Primus ille locus in ueri cognitione cõsistit.I.A.170 a,Causa eius beneficij in persona tua consistit.& 156 a,Cn. Pompeij terrius cõsulatus in quibus actis cõsistit?nempte in legibus.pro Mur. 234 b,Salus reip. in unius mortalis animo cõsistit.Att.101 a,Ego in cuius causa reip.Salus consistebat.I.A.187 a,Cum in eo salus & uita optimi cuiusq; & libertas populi Rom. dignitasq; consisteret.pro S.R.44 a,In quo non modò capa nulla.sed ne suspicio quidẽ potuit consistere.pro Clu. 34 a,Similis in cæteris suspicio consistebat.& 35 a,Eò ire sistere illius turpitudinis infamiam, ubi cætera malefica consistant. Ora.199 a,Fortunæ omnes Græciæ in eo positæ sunt. de Ar.249 a, Si ludus consistit, aut tibicen repetè conticuit. Attic.124 b,Leuatur enim omnis cura, cum aut consistit consilium, aut cogitando nihil explicatur.de Orato. 85 a,Si infinitus labor ætatis flexu consistisset.Epi.

Epi.103 a, Quod iam uideris certa aliqua in sententia consistisse.de Or.216 a, Comprehẽso à capite ita fluere debet, ut ad extremum ueniens consistat.

Consitio,onis.satio.de Sen.88 a, Nec consitiones modò delectant,sed etiam insitiones.

Consitvra,ræ. consitio.de Repub. Quæ uidelicet ille non ex agri consitura, quam cernebat, sed ex doctrinæ indicijs interpretabatur.ex Non.Mar.

Consitvs,a,um.satus.de Sen.89 b, Ager conseptus ac diligenter consitus.

Consobrinvs, ni. qui ex fratre uel sorore matris nostræ nascitur.p Lig.138 b, Nam quid aliud agis?nisi ut Romæ nesit,nec cum hoc T.Brocho aunuculo suo, ne cum eius filio consobrino suo,ne nobiscum uiuat?de Ora.108 b,Cum nos erudiremur unã cum consobrinis nostris Aculeonis filijs, quo cum erat nostra matertera.pro Qui. 3 a.P.Quintij cõsobrinam habet in matrimonio Nœuius.Offi.11 b,Sequuntur fratrum coniunctiones, post consobrinorum sobrinorũque, qui cum una in domo iam capi non possint,in alias domos tanquam in colonias exeunt. Postquam.206 a, Alter Cethegum consobrinum suum reposcebat.

Consociatio,onis,societas,communio.Offi.30 a,Communis totius generis hominum conciliatio, & consociatio,& 32 a,Consociatio hominum atque communitas. Offi.57 a, Dissoluetur omnis humana consociatio. alias Consortio. apud Non.Mar.

Consociatvs,a,um.Part.124 b,Qui domi tuæ uidet pariter accusatorum atque iudicum consociatos greges.

Consocio, as.coniungo.)(.dissocio.de Finib.104 a, Sic inter nos natura ad ciuilem communitatem coniuncti & consociati sumus.& 195 a, Neque uerò rectum est,cum amicis aut benemeritis consociare aut coniungere iniuriam. Post quàm.207 b,Tune ausus es cum Gabinio consociare consilia pestis meæ?de Leg. 160 b, Homines lege cum dijs cõsociatos esse.I A.193 b,Nũquam tam uehementer cum senatu consociati fuistis.

Consolabilis,bile.quod consolationem admittit. Epist.47 a,Est omnino uox consolabilis dolor.

Consolatio,onis.solatio, leuamen,leuatio,medicina,confirmatio.Att.14 b, Fuit enim mihi & laudis nostræ gratulatio tua iucunda,& timoris cõsolatio grata. Tuf.207 a,Erit igitur in consolationibus,prima medicina,docere aut nullum malum esse,aut admodum paruum.altero,&c. Att.189 b,Affirmo tibi nullam consolationem esse talem,totos dies scribo.pro Mil. 121 a, Nunc me una consolatio sustentat, quod,&c.de Clar.196 a,Ea cõsolatione sustentor,quàm tu mihi Brute adhibuisti tuis suauissimis literis. Epi.71 a,Est autem cõsolatio peruulgata quidem illa maximè,quã semper in ore atq; in animo habere debemus, homines nos ut esse meminerimus, ea lege natos,ut omnibus telis fortunæ proposita sit uita nostra, &c.Q.Fr.326 a,Quorum nihil est huiusmodi,ut ego me multa consolatione leuiam. Anteq. 196 a, Nę pœnę nonnullam habent in se consolationem. de Sen.78 a,Præterita ætas quamuis longa, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. de Di.109 a, Nam quid ego de consolatione dicam ? quæ mihi quidẽ ipsi fane aliquantum medetur,cæteris item multum profuturam puto Ep.47 b, Hactenus existimo nostram consolationem rectè adhibita esse,quoad certior ab homine amicissimo fieres ijs de rebus quibus leuari possent molestiæ tuæ.

Consolator,oris. Epist.lib.6. Et si me ipsum consolatorem tuum longinquitas temporis mittiguit.Tuf. lib.3.Consolatores ipsos consiteri se]miseros, quum ad eos impetũ suum fortuna conuerterit.

Consolatorivs, ria, rium. quod ad consolandum ualet, quod consolationem continet.Ar.209 b, A Cæsare accepi literas consolatorias,datas pridie Calen. Maritij,Hispali, de urbe augenda.

Consolidatvs,ta.confirmatus,confectus, conciliatus.Epi. 75 a,Illud quidẽ certè factũ est, quod lex iubebat:ut apud duas ciuitates Laodicensem, & Apamensem, &c.rationes confectas,& consolidatas,deponeremus,alias solutas, sed certè rectius consolidatas.

Consolor,aris.solor,leuo,dolorem leuo, mærorem minuo, desiderium lenio,cõsolationem adhibeo, alicui perfugium & solatium præbeo,cõfirmo, aliqua consolatione permulceo,consolatione aliqua sustento, dolo rem uel luctum uel fletum abstergo. Epi.47 b, Dices,quid me ista res consolatur in tantis tenebris,& quasi perpetuis reip. Att.58 a,Nos malo solatio,sed nõ multo tamen consolamur, quòd ipsius uicem minimè dolemus.I.V.57 b, Si qua reliqua spes est, quæ sociorum animos cõsolari possit.Att.149 b,Illud præclarè,quòd te consolata est spes breui tempore congrediendi.pro Quin.R.52 a,Inani & tenui spe consolaris. Att.189 b, Feci quod ante me nemo, ut ipse me per literas consolarer, quem librum ad te mittam.I.C.119 a,Spes, quæ sola hominem in miseriis consolatur.de N.56 a,Eloquentia cõsolamur afflictos:deducimus perterritos à timore.Epist.70 a,Te enim spes aliqua cõsolatur.de Am. 97 a,Sed nõ egeo medicina,me ipse consolor,& maximè illo solatio,quò plerique,&c.Oct.329 a, Cedam uita,quæ bona spe posteritatis me consolatur.pro Mil.120 a, Gloria est una,quæ breuitatem uitæ posteritatis memoria consolatur.de Cla.187 b, Is consolatur se,cum conscientia bonæ mentis, tum etiam usurpatione & renouatione doctrinæ.Epi.101 a,Ego enim desiderium tui spe tuorum commodorum consolabor.Att. 12 a,Dicẽdi laborem delectatione oratoria consolor. Qu. Fra.311 b, Sed hoc incommodum cõsolantur quotidianæ damnationes inimicorum.313 a,Consolabor te & omnem abstergebo dolorẽ.pro Plan.270 a, Quæ tibi maiores tui non consolandi causã dicerent,sed,&c.de Pro. 72 a,Consolari se exemplo alicuius.pro Qu.1 b,Nihil quod humilitatem cuiusquam uirtus iudicis consoletur.Epi.51 a,Ne eũ dolorem,quem à rep.capio,domus iam consolari potest.& 53 b,Virtuti tuæ magis gratulari debeo, quàm cõsolari dolorem tuum.Atti 74 a, Tu uelim Pyliam meis uerbis consolere.Tuf.205 b, Oileus Telamonem de Aiacis morte cõsolatus est.Epistlo.81 a, Sed hoc mihi non sumo,ut te consoler de communibus miseriis. Attic.12 a,Vetè de rep.consoler.Tuf.207 a,Hęc igitur officia sunt consolantium,tollere ægritudinem funditus,aut sedare, aut detrahere quamplurimum,aut supprimere,nec pati manare longius,aut ad aliam traducere:sunt qui unum officium cõsolantis putẽt, malum illud omnino non esse, ut Cleanti placet: sunt qui non magnum malum,ut Peripatetici : sunt qui abducunt à malis ad bona,ut Epicurus: sunt qui satis putant ostendere nihil inopinati accidisse, nihil mali : Crysippus autem caput esse censet in consolando , detrahere illam opinionem mœrenti,si se officio fungi putet iusto , atque debito : sunt etiam qui hæc omnia genera consolandi colligunt. & quæ sequuntur multa & pulchra de ratione consolandi .

Consolatvs,ta.solutus,absolutus.Epist.75 a,Apud duas ciuitates rationes cõfectas,& consolatas deponere.aliàs con solidatas .

Consonantior,oris.meliore sono.Partit. 231 a,Atq; etiã est hæc distinctio in uerbis, altera natura, tractatione altera:natura,ut sint alia consonantoria,grandiora, leuiora,& quodammodo nitidiora:alia contrà .

Consono.nas.respondeo,consentio,conuenio . in Sal.271 a, Vt omnis oratio moribus consonet.

Consonvs,a,um.conueniens.Ar. 24 a , Credo Platonem uix putasse satis consonum fore , si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset .

Consopio,pis.obruo,in somnum induco . de Diu.136 b,Cũ Ptolemæus eo uulnere summo cum dolore moreretur,Alexander assidens somno est consopitus:tum secundum quietem usus ei dicitur draco,is quem,&c.Tuf.168 a,Endymiõ à Luna consopitus putatur.& 174 a,Quid melius quàm in medijs uitæ laboribus obdormiscere ? & ita conniuentem somno consopiri sempiterno ?

Consors,tis.particeps socius.pro Mil.131 b, Quid respondebo tibi Qu.Frater consorti mecum temporum illorum? de Clar.165 a,Socium & consortem gloriosi laboris amisseram.159 b , Cum ex agris tres fratres consortes profugissent.pro Flac.153 a,Potuit dare Sextilius, nam fratres qui dẽ consortes sunt mendicitatis.I.V. 182 b , Consortes alicuius in lucris & furtis .

Consortio,onis.consociatio.de Offic. 57 a,Dissoluatur necesse est omnis humana consortio.Ex Non.Mar.aliàs,consociatio .

Conspectvs, aspectus, præsentia. Att. 108 a, Subitò cepi consilium ut exirem, ne qui conspectus fieret, aut sermo. pro Mur. 155 a, Omnium suorum consuetudine conspectuq; priuari. pro Syl. 172 a, Vrbis conspectu tranquillo animo, & quieto frui. contra Rul. 67 a, Qui aditum huius loci cõspectumque uestrum magnopere fugerunt. I.V. 253 b, Tum sè tamen in cõspectum nautis paulisper dedit. de D. 80 a, Nec sese dedit in Conspectũ corde cupidus. Tusc. 158 b, & 159 a, Vt si iam possent in homine uno cerni omnia quæ nunc tecta sunt, casurusne in cõspectum uideatur animus, an tanta sit eius tenuitas ut fugiat aciem. de Fi. 53 b, Et eum in cõspectum suum uenire uetuit I.V. 253 b, Euolarat iam è conspectu fortè fugiens quadriremis. Epist. 19 b, Loco excelso & illustri sita est laus tua in cõspectu multorum ciuium. de Leg. 175 a, Religio posita in fundi uillæque conspectu. pro Dom. 233 a, Domus posita in oculis ciuitatis: id est, in conspectu. Acad. 41 b, Quæ cum sint dicta in conspectu, consedimus omnes. Ep. 7 a, Cui propè in conspectu Aegyptus est contra Rul. 83 b, Hæc quæ non tam procul erant à conspectu imperij. de Or. 157 b, Ponere aliqua penè in conspectu animi. de Fin. 124 b, Platonis illi hortuli nõ memoriam solum mihi asserunt, sed ipsum uidentur in conspectu meo hic ponere. đ Cl. 166 a, Explicatis ordinibus temporum uno in conspectu omnia uiderem. de Leg. 186 a, Quàm breui frater in conspectu posita est à te magistratuum omnium descriptio. Contra Rul. 62 a, Censoribus uectigalia locare nisi in conspectu populi non licet. de Or. 119 b, Audes in ciuiũ esse conspectũ? de Fin. 146 b, Quamuis minima animi præstantia omnibus bonis corporis anteit, ut ea ne in cõspectu quidem relinquantur. I.V. 271 a, In cõspectu libertatis mori. I.A. 162 a, Qui hoc ipso tempore stant cum gladijs in cõspectu senatus. pro Deiot. 146 a, In cõspectu deorum penatium necare hospitem. I.C. 118 b, Neque ille qui expectans huius exitum diei astat in conspectu meo gener.

Conspergo, gis. aspergo, respergo. pro Planc. 280 a, Hic me complexus est, conspersitque lachrimis. de Or. 151 b, Oratio conspersa quasi uerborum sententiarumque floribus. de Fin. 40 b, Scripta illa nostra, quæ Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conspersimus.

Conspiciendvs, a, um. insignis. ad Her. 21 a, In gestu nec uenustas conspicienda, nec turpitudo sit, ne aut histriones, aut operarij uideamur esse.

Conspicio, cis. aspicio, considero, uideo. I.C. 100 b, Carere me aspectu ciuium, quam infestis oculis omnium conspici mallem. I.P. 92 b, Vehi per urbem, conspici uelle, &cæ. pro Mur. 145 a, Qui imaginem patris sui laureatam in sua gratulatione conspexit. I.C. 115 a, b, Si signum illud quod uidetis solis ortum conspiceret. Att. 78 a, Exercitu Ciliciã procpè conspiciente. Acad. 10 b, Sapienti potest accidere, ut cũ omnia fecerit, diligentissimeque conspexerit, existat aliquis, &cæ. aliter, circunspexerit. pro Muræn. 126 b, Quare non debes temerè cõsulem populi Romani saltatorem uocare, sed conspicere, quibus præterea uicijs affectum esse necesse sit eum cui uerè istud obijci possit. pro Cec. 295 a, & pro Muræn. 130 a, Actio est in autorem præsentem his uerbis, quandoquidem te in iure conspicio. pro Cor. 64 b, Vt conspiciatis eum mentibus uestris, quem oculis non potestis.

Conspicor, aris. uideo. ad Her. 4 a, Aiax gladio incubuit, Vlysses interuenit, occisum conspicatur, è corpore cruentum telum educit.

Conspiratio, onis. consensus. coniuratio. Epist. 192 b, Hæc conspiratio & concordia omnium ordinum ad defendẽdã libertatem. Offi. 36 a, Magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominum atq; consensu. de Finib. 62 b, Aliqui magni amoris conspiratione consentientes. pro Dom. 218 b, Hæc nostra conspiratio in republica bene gerẽda. In Catil. 123 b, Tanta conspiratio bonorum. de Fin. 140 b, Conspiratio cõsensusq; uirtutum. Epi. 174 b, Sceleratissima cõspiratio. Anteq. 194 b, Illa conspiratio constata restincta est: id est, coniuratio. pro Deiot. 145 b, Conspiratio certorum hominum contra dignitatem tuam.

Conspiro, as. consentio. I.A. 186 a, Vt omnes ad autoritatem huius ordinis, maiestatemque populi Romani defendẽdam conspirasse uideantur. Epist. 15 b, Mirabiliter omniũ generum atque ordinum consensus ad liberandam rempublicam conspirauit. I.A. 230 b, Nec dum senatum cum populo Romano conspirasse sensisset. contra Rul. 65 b, Conspirate nobiscum, consentite cum bonis. de Nat. 65 b, Naturam quasi cognatione continuatam conspirare dicebas. de N. 22 b, Tanta rerum consentiens, conspirans, continuata cognatio. pro Lig. 141 b, Quis est, qui horum consensum, Conspirantem, & penè constatum hac prope ęqualitate fraterna non nouerit.

Consponsor, oris. qui cum alio spondet. Attic. 190 b, Velim des operam, ut inuestiges ex consponsorum tabulis, sit ne ita. Ep. 92 a, De negocio tuo, quod sposor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit, non desinam cum illo communicare.

Conspvto, as. sputo aliquem fœdo. Q. Fr. 208 a, Clodiani nostros consputare cœperunt.

Consolator, toris. Epistol. 81 b, Et si me ipsum consolatorem tuum longinquitas temporis mitigauit. & Tusculan. 206 a.

Constans, tis. firmus, stabilis, grauis, præsens, perpetuus, conueniens, æquabilis, moderatus, singulari constantia præditus. (.Inconstans, mobilis. de Am. 108 a, Firmus & stabilis & constans amicus. Off. 16 b, Fortis animi & constantis et non perturbari in rebus asperis. pro Dom. 230 b, Is fortis, & cõstans in optima ratione semper fuit. de Am. 97 a, Nec ullo casu arbitror hos constanti homini accidere posse, ut ulla intermissio fiat officij. I.A. 248 b, Fateor me una atque constanti aruspicum uoce esse permotum. & ibid. Mea perpetua atque constans uoluntas rempublicã. Postquam. 210 b, Constans & perpetua defensio salutis meæ. Epist. 7 a, Eaque quæ de ea scripta est autoritas, tatã tum habet, ut magis iratorum hominum studium, quàm constantis senatus consilium esse uideatur. de Clar. 173 a, Ciuis in rebus opimis constans. de Legib. 165 a, Constans & ꝓpetua ratio uitæ. pro Cecin. 285 a, Et hoc constantis hominis esse putaui, qui cum ui, &c. de Nat. 64 a, Stellæ cursus certos & constantes habent. & ibidem. Stellarum conueniens constansque conuersio. Epistol. 187 a, Ex Asia nihil perferturamnos, præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine authore. de D. 112 a, Motus lunæ constantissimus. Animus certus & confirmatus. I.C. 118 firmatus. pro Quin. Rosc. 53 a, Vultus semper idem, uox, oratio stabilis, & non mutata, Vir constans & grauis. (.Leuis, mobilis.

Constanter, fortiter, æqualiter, perpetuò, conuenientes. Att. 186 b, Si modò cõstanter & perpetuò placebit hoc cõsilium, relatam puto gratiam pietati meæ. Or. 216 b, Oratio æqualiter constanterque ingrediens. Tus. 233 b, Epicurus quàm sibi constanter conuenienterque dicat, non laborat. Offi. 10 b, Beneficia, quæ iudicio, consideratè constanterque delata sunt. de Vn. 203 a, Constanter manere in suo statu. Att. 65 a, Constanter & libere me gessi. At. 254 a, Constanter facere aliquid.

Constantia, tiæ, firmitas, stabilitas, grauitas, æqualitas, perseuerãtia, firmitas animi, firmum consilium, status constans & perpetua ratio uitæ, perpetuitas. Offi. 23 a, Cato grauitatem suam perpetua constantia roborauit, semperque in proposito susceptoque cõsilio permãsit. & 25 b, Nihil est quod deceat, quàm in omni re gerenda cõsilioque capiendo seruare constantiam. & 5 b, Fundamentum iusticiæ est fides, id est, dictorum conuentorumque constantia, & ueritas. Att. 66 a, O constantiam promissi, & fidem miram. Offic. 10 a, Beneuolentiam adolescentulorum more, ardere quodam amoris, sed stabilitate potius & constantia indicemus. & 18 b, Præclara est æquabilitas in omni uita, & idem semper uultus, eademque frons. Attic. 286 b, Brut. Fortis animus sine constantia & æquabilitate nullus est. Tusc. 234 b, Non ex singulis uocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia. pro Pomp. 17 a, Intestatis esse animi constantiæque arbitror. Offic. 142 a, Accuba ferre, robusti animi est magnæq; constantiæ. de Am. 108 b, & 115 a, Constantia & stabilitas. At. 100 a, Constantia & firmitas animi. I.A. 211 b, Retinenda est igitur in constantia, grauitas, perseuerantia. pro Muræna, 156 a, Quę enim pertinacia quibusdã, eadem alijs cõstantia uideri potest. de D. 125 b, Quæ autem est inter augures conueniens & coniuncta cõstantia. De Diu. 112 a, & 115 a, Nihil est tam contrarium rationi & constantiæ, quàm fortuna.

Consterno, nis. sterno, effundo, tego, spargo. de D. 95 a, Nam exhorreis direptum & effusum frumentum uias omnes constrauerat. pro Sest. 21 b, Cùm forum corporibus ciuium Romanorum esset constratum cæde nocturna. In Arato, Ille graui moriens constrauit corpore terram.

Constipo, as. coarcto, constringo, contrudo. contra Rul. 81 b, Non modò dena iugera dari uobis, sed ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum intelligetis.

Constitvo, is. statuo, decerno, destino, sancio, præscribo, designo, paciscor. Attic. 130 a, Quamobrem cum constituisses, ut Vibullius mihi scripserat, ad V. Idus Feb. Corfinio proficisci cum exercitu, & ad me uenire, miror quid causæ fuerit, quare consilium mutaris. & ibid. b, Coss. constituerunt idem facere. Att. 258 a, Constitueram, ut pridie Idus Aquini manerem. Epist. 153 b, Lepidus ad forum Voconij castra habet, ibiq; me expectare constituit. Att. 105 b, Audio constitutum esse Pompeio & eius consilio in Siciliam me mittere. de Or. 108 b, Nunc Scæuola quoniam in Tusculanum ire constituit, paulum requiescet, dum se calor frangat. At. 142 a, De hac re cum aliquid constitueris, uelim mihi scribas. & 176 b, Cùm eum uidero, communiter cõstituemus de reditu eius. Att. 234 b, Nihil antè de professione constituam quàm ista, quò euasura sint, uidero. Epi. 196 a, Sed hoc melius ex re, & ex tempore constitues. Epi. 22 b, Quando, & quomodo, & per quos agendum sit, tu optimè constitues. Atti. 209, Itaq; ut constitui adero. pro Cec. 288 b, Placuit Cecinnæ de amicorũ sententia constituere, quo die in rem præsentem ueniretur. & 291 a, Cecinna ad constituram diem tempusq; uenit. I.C. 102 a, Scio pactam & constituram esse cum Manilio diem. Att. 186 a, Diem Tyrannioni constituemus. Of. 7 a, Vt constitueris te cuipiã aduocatum in rem præsentem esse euẽturum. Ep. 115 a, Tametsi hac de re puto te constiturum, quid facturus sis, haberetamen, &c. I.V. 122 a, Constitui cum hominibus, quo die Messanæ mihi præsto essent. Att. 194 a, Sica rescripsit constitutum se cum eo habere. Ep. 98 a, Quare si quod cõstitutum cũ podagra habes, fac in alium diem differas. pro Qu. 3 b, Quasi domi numos haberet, ita Scapulis constituit se data turum. contra Rul. 61 b, Actio constituta in mensem Ianuarij. I.C. 107 a, Patefeci cætera, quid ea nocte egisset, quid in proxima constituisset. &c. pro Cæl. 50 b, Aiunt constitutũ esse cum seruis, ut uenirẽt ad balneas. de Or. 108 b, Sane uellem non constituisse in Tusculanum me hodie uenturũ esse Lælio. Ep. 24 a, Si ad constitutam diem decedemus. At. 251 b, Erotem remisi citius quàm constitueram, ut esset cũ Horatio, & quia equitibus quidem ait se idibus constituisse. Ep. 181 a, Nondum satis constitui, molestiæ ne plus, an uoluptatis attulerit mihi Trebatius noster pro Qu. 17 a, Omnia bona possessa non esse constitui. pro Do. 213 a, Vobis hodie constituendũ est, utrum posthæc, &c. Quin. de Pet. 210 b, Vt quantum cuiq; confidas, constituere possis. pro Dom. 219 b, Aliter constituere de religione pontificum q̃ cerimoniarum uis postulet. I.A. 203 b, Legibus annalibus grandiorem ætatem ad consulatum constituebant. Qu. Fr. 296 a, Semper honores putaui, si uulgares essent, uiles: si tẽporis causa constituerentur, leues. pro Qu. 5 b, Cũ maiores ita cõstituerint, ut qui pro capite diceret, is posteriore loco diceret. I.V. 136 b, Censoribus, si quod cõmisissent, pœnæ erant legibus constitutæ. contra Rul. 89 a, Lex, quæ ius meum Syllanis prędijs constituat, quàm paternis. Ar. 84 b, Rescindere, uel tollere constituta ab alio, & acta alterius. pro Sex. Ros. 30 a, Cõstituere supplicium alicui maleficio. I.V. 259 b, Constituere supplicium in aliquem. pro S.R. 29 b, In paricidas. pro Do. 238 b. Instituere pœnam in aliquem. Qu. F. 306 a, Optimè factis pœna est maxima cõstituta. ꝓ Cecin. 293 b, Pœna ignauis ab imperatoribus constituitur. pro Do. 222 a, Pœna in ciues Romanos nominatim sine iudicio constituta. de In. 69 a, Ita ius ciuile habemus constitutum ut, &c. pro Dom. 238 a, Constituere iura. pro Cec. 292 b, Constituere ius, aut conditionem aliquam alicui. & ib. Constituere legem aliquam ciuitati. & ib. Constituere actionem alicuius rei. I.V. 56 b, Vt in constituendo accusatore, quod sequi possitis habeatis. Part. 238 b, Atque etiam ante iudicium de constituendo ipso iudicio solet esse contentio. & ibi. de Cõstituendis actionibus. I.V. 292 b, Huiusce generis una est actio, per hoc interdictum, quo nos usi sumus, constituta. I.V. 287 a, Cum esset auctio hæreditaria constituta. de In. 69 b, Iudicium aut actio constituta, uel comparata. pro S.R. 22 a, Bona alicuius constituta auctione uendere. pro Mur. 124 b, Constituere patronum causæ. pro Clu. 56 a, Constituitur quæstio de furto. pro Clu. 29 a, b, Constituere locum reo. & 37 a, Ab ijsdem iudicibus locus est ei primus constitutus. de Or. 96 b, Constituere controuersiam.

Constitvere, ponere, comparare, condere, instituere, proponere. Qu. F. 300 b, Cõstituere crucem sibijpsi. pro Deiot. 248 b, Cæsar Deiotarum regem constituit. pro Deiot. 248 b, Pecunia constituta ad emendos agros. pro Cl. 35 a, Stalenus ad corrumpendum iudicium à Cluentio constitutus. de Or. 74 a, Te mearum ineptiarum testem & spectatorem fortuna constituit. pro Dom. 210 a, Qui de quaque re constituti iudices sunt. de Pet. 210 b, Qui si sectari non potuerunt, necessarios suos in hoc munere constituant. & 209 b, Cum cæteros cupidos tui cõstitueris. & ibid. Si præsidij se aliquid sibi constituere putant. de L. 183 a, Qui publicè ad eam constitutus est. ad Her. 1 b, Per exordium animus iudicis constituitur, uel apparatur ad audiendum. Ep. 19 b, Est enim tibi grauis aduersaria constituta atq; parata incredibilis quædam obseruatio. I.C. 100 b, Cõsulares, qui tibi perfæpe ad cædem constituti fuerunt. & 97 b, Catilina notat & designat oculis ad cædem unumquenq; uestrũm. I.V. 263 a, Dico mercedem funeris ac sepulturæ constitui nefas esse. pro S.R. 21 a, Postquam uictoria constituta est, ab armisq; discessimus. Atti. 16 b, Duo fundamenta reip. per me constituta. Of. 51 b, Constituere concordiam. pro S.R. 22 a, Constituere pacem. I.A. 131 a, Constituere rem familiarẽ suam. I.C. 104 a, Quibus hæc urbs auspicijs à Romulo est cõstituta. Antequam. 196 b, Qui sedem Capitolij in saxo incolitis constituram. Off. 48 b, Hanc ob causam respublica, ciuitatesq; cõstitutæ sunt. de Arus. 247 a, Post hanc urbem constitutam, de Ar. 246 b, Post sacra constituta. de N. 1 b, An à deis à principio omnia facta & constituta sint. & 71 a, Trieterides à Dionysio constitutæ putantur. de D. 98 a, Neq; dij ignorant ea, quæ ab ipsis constituta & designata sunt. Of. 67 b, Vt res nummaria de Communi sententia constitueretur, iactabatur enim temporibus illis nummus. pro Sest. 26 a, Descriptio ciuitatis à maioribus nostris sapientissimè constituta. Tusc. 178 a, b, Metrodorus eum perfectè putat beatum, cui corpus bene constitutum sit, & exploratum ita semper fore. de Cla. 165 b, Bene morata & bene constituta ciuitas. I.V. 77 a, Vt aliqua ex parte mea diligentia cõstituta autoritas iudiciorum uideatur. Quin. de Pet. 209 a, Constituere amicitiam cum aliquo. pro R.P. 123 b, Vt iam metuere Posthumus cogeretur, ne quod crediderat: perderet, si credendi constituisset modum. pro Cl. 25 a, Hominem ante pedes Quin. Manlij constituunt. pro Cæl. 54 a, Constituite uobis ante oculos huius miseri senecturẽ. & ibi, proponite uobis huius adolescentiam. de Or. 102 b, Nam si fortè quæreretur, quæ esset ars imperatorũ, constituendum putarẽ principiò, quis esset imperator, &c. de Fin. 126 b, Hoc enim constituto in philosophia, constituta sunt omnia. de Senect. 90 a, senectus, quæ fundamentis adolescentiæ constituta est. Offic. 25 a, In cunctis ætatis inscitia, senum constituenda & regenda prudentia est. Par. 236 b, Hi sunt quidam habitus animi sic affecti & constituti, ut, &c. pro Cluen. 60 b, Mihi ita persuasi, Romulum auspicijs, Numam sacris constitutis fundamenta iecisse reipublicæ. Offic. 41 a, Constituere æquitatem. hoc reipublicæ moderatoris proprium est. I.V. 77 a, Vt finis aliquando iudiciariæ controuersiæ constitueretur. pro Mur. 126 b, Ex qua laus familiæ, memoria generi, honos & gloria nomini constituta est. I.V. 91 b, Quin etiam eum tibi quæstoris in locum constitueras. Qu. de Pet. 210 b, Qui si sectari non poterunt, necessarios suos in hoc munere constituant. Offic. 34 b, Vt constituere honestum aliquod, quod utile non esset. Epist. 144 b, Ego mi Plan-

ce necessitudinem cõstitutam habui cum domo uestra,&c. I.V.205 b,In Mamertinorum solo monumentum istius crudelitatis constitutum est,pro Fl. 151 a, Cuius uirtute regibus exterminatis libertas in rep. constituta est.ad Her.6 a, Ex intentione & inficiatione iudicatio cõstituitur.pro Qu. 11 b, Magistratus qui auxilij causa constituti est : id est, Trib.pleb.Ep.17 a,Vt frater meus uerè existimaret,adiuncto isto fundo, patrimonium fore sum per te cõstitutum. I.V.84 b,Postquam Cn.Dolabellæ prouincia Cilicia constituta est.pro S.R.21 a,Posteaquam victoria constituta est. I.V.73 a,Ne tenuissima quidem suspicio acceptæ pecuniæ ob rem iudicandam constituta sit.ad Her. 1 a,A beneuolentia principium constituemus.

Constitvtio,onis.comparatio, institutio.Bru.91 b, Illud necesse me ad re scribere, quid sentirem tota de cõstitutione huius belli,&c.de Legib.174 a,Religionum cõstitutio.

Constitutio, status causæ . ad Ger. 4 a, Constitutio , est prima deprecatio defensoris , cum accusatoris insimulatione coniuncta.de In. 44 a , Constitutio , est prima conflictio causarum , ex depulsione intentionis profecta, hoc modo: Fecisti : non feci , aut iure feci.reliqua de constitutionibus causarum in his ipsis locis uide.& de In.63 b,& 69 b.lege , Status .

Constitutio,pro habitudine,temperatione, compositione.Off.75 b,Corporis firma constitutione,eiusq; constitutionis spe explorata, uita omnis beata(ut à Metrodoro scriptum est)continetur.

Constitvto experiri cum aliquo , pro Cæl.

Constitvtvm,ti.propositum.Attic.180 b, Horum & timor fuit idem primo,qui meus,& constitutum.At.158 b,Igitur ad constitutum:id est,ad constitutum diem.pro Cęl.Constitutum factum esse cum seruis.l. Habere cum adiectiuis .

Constitvtvs,a,um.de Orat.122 b , Quid in personis & in constituta re & definita quæreretur.Ep.24 a,Decedere ad constitutam diem.de Fat.124 a , Non sequitur tamẽ ut etiã sedere eos & ambulare principalib.causis definitum & constitutum sit.de D.85 a,Ex itinere proposito & iam constituto reuerti.de Nat.1 a,Qui uerò deos esse dixerunt,in tanta sunt uarietate constituti,ut,&c.de Fin.128 a , Quoniam uiuendi ars est prudentia, necesse est eam quoq; ab alia re esse constitutam & profectam.pro Mur.144 a, Consul fortuna constitutus ad amplexandum ocium , scientia ad bellum gerẽdum,animo & usu ad quoduis negocium . pro Sest.23 b,Bene de rebus domesticis constituti.

Consto , as . sum,sto, compositus sum,cohæreo,contineor , exto.de N.67 a,Prudentia constat ex scientia rerum bonarum & malarum . & ibid. Temperantia constat ex præterminentibus uoluptatibus.Off.32 a,Iusticia est uirtus,quæ cõstat ex hominibus tuendis:id est, ex societate generis humani.I.V.225 a,Vetus est opinio,quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis & monumentis.de Orat.156 b,Quidam ornatus orationis ex singulis uerbis est , alius ex cõtinuatis coniunctis constat.Off.43 a,Iudiciorum ratio ex accusatione & defensione constat.Orat.218 a,Iambus qui est è breui & longa.& 215 b,Contraq; accidit in spondeo & trocheo, quod alter ex longis constat , alter è breuibus sit.de Orator.118 a,Siue ex crimine causa constet,ut facinoris:siue ex controuersia, ut hæreditatis:siue ex deliberatione, ut belli: siue ex persona,ut laudis : siue ex disputatione, ut de ratione uiuendi.pro Quin. 48 a , Hic ex fallacijs constat totus . Tusc.190 a , Cùm coltemus ex animo & corpore . de Nat. 21 a,Homo qui ex animo constat & corpore . Orat.202 b, Actio constat è uoce atq; motu.Ora.215 b , Oratio cõstat ex iambis.de N.37 b,Homines uenis & neruis & ossib⁹ cõtinentur:id est,constant.pro Font.276 a, Prouincia Gallia, quæ constat ex ijs generibus hominum , qui , &c.idem D. 135 b,Tamen isti, qui profitentur eam facere non possent , ex leuissimo enim & indoctissimo genere constant.de Am. 113 b,Cõcio ex imperitissimis constat.de Fin.95 a, In illis quæ rectè facta sunt, non continentur tamen omnes partes ex quibus constat . Tusc. 157 a , Animus , qui si est horum quatuor generum , ex quibus omnia constare dicuntur , ex inflammata anima constat.pro Mur.130 a,Scientia, quæ tota ex rebus fictis commentijsq; constaret.Of.44 a , Illa benignitas , quæ constat ex opera & industria , honestior est ,

&c.de Nat.19 a,Virtutem sine ratione constare non posse. & ibid.b,Deos sine membris constare non posse . & 7 a,Si ipsa mens constare potest uacans corpore.de Or.144 b,Nihil aut ipsum à cæteris per seipsum constare potest. de Ami. 100 b,Quæ in rerum natura,toroq; mundo constant,quæq; mouentur,ea,&c.I.E.146 b, Sic tamen ut usque alterum literæ constarent integræ.Ep.12 a,Ne si summa quidem eorum in me merita constarent.Epist.32 b , & 33 a,Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt. Epist. 177 b, Toro , ne quid existimes ab illo factum esse, quo minus mea in te officia constarent , minus ve te diligerem . & 94 b , Modo ut tibi constiterit fructus ocij tui.

Constare,perspicuum esse,patere.Epist. 11 b.Sanè molestè Pompeium id ferre constabat.I.A.256 a,Mihi quidem cõstat meam contumeliam non ferre . Partit.233 b , Nempe igitur ea restant, quæ cum factum constet & nomen,qualia sint uocatur in dubium.de Inuent.61 a , Nonus locus est,quem cum al js,quæ constant esse peccata,hoc quo de quæstio est,comparatur.pro Quin.11 a, Hic quoq; constat pro curatoris diligentis officium.Attic.207 a, Nunc uerò cùm de Magio constet,nonne furor eius omnẽ causam sustinet? pro S R.38 a,Maleficia quæ in illo constant esse.de Inuẽt. 55 b Eorum igitur,quæ constant exempla ponam . & 81 a, Res de qua constat . pro Clu. 43 b , Dum hæc Oppianico constabunt.&c.Tusc.156 b,Quæ cum cõstent,perspicui debet esse,animos,&c.pro Quint.17 a,In quo constitit Nauium ex dicto non possedisse.de Inuent.55 a, Hæc propositio indiget approbationis , non enim perspicua est , neque constat inter omnes.I.A.180 b , Sed tum nimis inter omnes constabat , neminem esse refalutatum . de Nat. 61 b, Quasi hoc perspicuum sit, constetq; inter omnes, esse deos. de Or.143 a , Vt sæpe inter omnes sapientes constare uidi. Or.218 a,Vt inter omnes constat antiquos . Qu. Frat. 194 b,Constare inter omnes iudico,abs te summam adhiberi diligentiam.Ep.102 b,Constat inter omnes, neminem te iuris peritiorem esse.pro Milon.104 a, Quid porrò quærendum est , factumne sit? at constat . à quo? at patet . de Finib. 128 a , Constitit autem ferè inter omnes id , in quo prudentia uersaretur,oportere esse,&c. Epistol.202 a, Etsi non satis mihi constiterat , cum aliquane animi me molestia , an potius libenter te Athenis uisurus essem , quod, &c.tamen uidisse te mallem.Constare , conuenire .ad Heren.3 b , Adhuc quæ dicta sunt arbitror mihi constare cum cæteris artis scriptoribus.ad Her.9 a, Deinde dicemus contrariam sententiam non constare cum superioribus & inferioribus sententijs.de Inuen.67 b,Consterne oratio,aut cõtere,aut ipsa secum . Off. 15 a , Sunt enim qui rebus contrarijs parum sibi constent.de Vn.196 a,Vt tota oratio sibi cõstet.& ex omni parte secum ipsa cõsentiat.At.6 a,Si humanitati tuæ constare uoles.& 174 a,Si tibi constare uis.Tusc. 150 a,Si tibi conuenire uis.de Cla.183 a, Vt sibi ipse conueniat.de Fin.72 a,Reliqui sibi constiterunt, ut extrema cũ initijs conuenirent.

Constare,permanere.Ep.13 a, Qua in sententia constare si uoluissent,&c.id est,permanere. pro Cl. 30 a ,Iudices tamen in Oppianico sibi constare & superioribus iudicijs consentire debuerunt.de Cl. 196 a , Discedere à se:id est, non constare sibi.& 187 b,Et ille,Præclarè,inquit,tibi confitias,ut de ijs qui nunc sunt,nihil uelis ipse dicere,&c.Tusc. 217 a,b. At malũ nullum est,quo aut nõ oppressus iaceas, aut ne opprimare mente uix constes.Off.24 a, Vt constare in uitæ perpetuitate posimus nobismetipsis,nec in ullo officio claudicare.pro Fl.160 b,Pergami nõ multum auri ratio constat.Ep.103 a, Collaudo te , quod iam uideris certa aliqua in sententia constitisse . de Orat. 117 a , Antiquissimi sunt , quorum quidem scripta constent , Alcibiades & Pericles.

Constare , ad precium relatum , pro emere & esse.I.V. 205 b,Metuisti ne ista res alienum crescret, si HS.VI.millibus tibi constarent ea , quæ tu facilè posses uendere HS. CC millibus.At.214 b, Id propè dimidio minoris constabit illo loco . I. V. 245 b , Nauis tibi constat gratis .I.V. 286 a , Huic iste pro tritico nummos abstulit , quanti erat in Sicilia triticum . in Verr. 187 a , Accipis enim HS.XV.

pro medimno:tanti enim est illo tempore medimnum.

Constratvs,a, um. tectus In Verr.254 a , Nauis constrata & ita magna , ut propugnaculo cæteris posset esse.& 257 a,Potero ne in eos esse uehemens qui naues inanes nõ modo habuerunt,sed etiam apertas?in eum dissolutus,qui solus habuerit constratam nauem,& minus exinanitam?

Constrictvs,a,um.In An.213 b, Inclusam,& constrictam bellũ ne dimittatis, cauete.Postquam.200 b.Dedere aliquẽ constrictum hostibus.I. C.97 a,Cõstrictam iã horum omnium conscientia teneri coniurationẽ tuam nõ uides?

Constringo , gis.ligo,cõprimo.I.P.89 b , Si familiam tuã dimisisses, amici tui constringendam te putarent.contra Rul.63 b,Italiam omnibus uinclis deuinctam & constrictam tenere.de Or.204 a,Corpora capta armis aut cõstricta uinculis.pro Flac.149 a,Plebiscita iureiurando constricta.de Or.102 a,Tum qui scelus fraudemque nocentis posit dicendo subijcere odio ciuium,suppliciq; constringere.& 100 b,Quæ dissipata sunt ac diuulsa conglutinare, & ratione quadam constringere. pro Cor.57 a, Veritate potius quàm religione fidem esse constrictam.contra Rul. 71 b , Qui orbem terrarum constringit nouis legibus . de Clar.167 b,Sententia aptis constricta uerbis cadit plerunque numerose.de Finib.77 b, Vt se uirtuti tradat constringendam uoluptas. Acad. 36 b , Comprimere digitos. de Finib.50 b, Tradunt se libidinibus constringendos. Tusc. 185 b,Si turpissimè se pars illa animi geret,uinciatur & cõstringatur amicorum propinquorumque custodijs.

Constrvctio,onis.compositio,quasi structura quædam, cõfectio. de Orat. 86 a, Oratio conformanda est non solum electione, sed etiam constructione uerborum. ad Heren.27 b,Compositio est uerborum constructio,quæ,&c. de Clar.190 a,Verborum apta , & quasi rotunda constructio.ad Her.26 a,Magna & ornata constructio uerborum. Ora.119 b, Nolo tam minuta hæc constructio appareat. Acad.21 b, Iam illa præclara quanto artificio natura tota constructionem homines fabricata est?Par.231 a,b, Consecutio in coniunctione uerborum seruanda est, ne generibus,numeris,temporibus , personis,casibus perturbetur oratio. nam ut in simplicib.uerbis , quod non est Latinũ, sic in coniunctis , quod non est consequens, uitupera dum est.

Constructvs,a,um.de Nat. 53 a, Dentibus in ore constructis manditur cibus.

Construo,is. compono,struo,coagmẽto,coaceruo. de Nat. 5 b, Plato construi à deo atque ædificari mundum fecit. de Vn.197 b, Mundi corpus ea constructum proportione quam dixi.de Nat.52 a, Aues cubilia sibi nidosque construunt.de Senect. 9 a, Vt nauem , ut ædificium idem destruxit facillimè qui construxit,sic hominem eadem optimè,quæ conglutinauit,natura dissoluit.Ep.47 a, Nihil cõstrui potest , quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. de Leg. 173 a , Constructa à patribus delubra habento.contra Rul.63 a, Pecunia constructa & coaceruata. I.A.178 b, Tanti acerui numorum apud istum construuntur,ut iam appendantur,non numerentur pecuniæ. de Orato. 98 a, Multæ & magnificæ res constructæ & recondितæ. & ibid.Copiæ ornamentorum uno in loco constructa.

Constvpro,as.Quint.de Pet.206 b,Qui ,ppè in gremijs parentum prætextatos liberos constuprarit.Att.16 b, Afflicta Respublica est empto constupratoq; iudicio. ad Her. 26 a,Matres familias constuprare.

Consvasor,oris.suasor,pro Quint.3 b, Hæc omnia Quintus agebat,autore & consualore Nævio.

Consvesco,scis.foleo, meæ consuetudinis est,consuetudinem habeo,utor, consuetudinem & exercitationẽ capere, multum cum aliquo esse,multum una esse,diem cũ aliquo ponere,ex consuetudine aliquem uspiam quærere, cum ali quo coniunctissimè & amantissimè uiuo, in consuetudinẽ me do,hæc erant in more maiorum, in consuetudinem alicuius rei uenio,ut eorũ uisus ferebat. In Verr. 241 b, Huc omnes mulieres,quibus iste consueuerat,conueniebant:id est,cum quibus concubuerat.de Cla.196 a,Ea ornatu illo orationis, quo consueuerat,ornata non erat.de Am 309 a, Nemo est,qui non equo quo cõsueuit,libẽtius utatur ,quã

intractato & nouo.Antequam. 194 b,Quoniam laborem pro cunctis ferre consueui.Or.108 a,Demosthenes uersus multos uno spiritu pronunciare consuescebat.de Orat.93 a, Imò uerò rogemus Antonium , qui & potest facere id quod requiris,& consueuit.de Orat.97 b,Cum minus idoneis uerbis ut consuescerem.& idem:Si consueris. Tuscul. 164 a , Disiungamus nos à corporibus,id est, consuescamus mori. Tuscu.164 a, Et id ipsum quod datur ocij,libentius in philosophia consumere consueuimus Attic. 152 a , Vt tuis consilijs (ut consueui) in omnibus rebus utar.

Consvetvdo,mos,institutio , usus , familiaritas,commercium.,exercitatio,lex quędam,uita communis. de Nat. 38 a,Suscepit autem uita hominum consuetudoq; cõmunis, ut beneficijs excellentes uiros in cœlum tollerẽt.de In.42 b,Vetus consuetudo naturæ uim obtinet.de Finib.142 a, Consuetudo quasi altera natura de Ora.106 b, In communi uita & uulgari hominum consuetudine nõ esse rudem. de Orat.103 b, Quæ in communi uitæ consuetudine bona ac mala sunt.& 104 a,Vsq; eo illa, quæ dicenda de iustitia putabat,à uitæ cõsuetudine & à ciuitatum moribus abhorrebant.de Fat.145 a,Communi igitur cõsuetudine sermonis abutimur,cum ita dicimus:uelle aliquid quempiam fine causa.pro Mil.101 b,Vetus cõsuetudo fori,& pristinus iudiciorũ mos immutatus est.Att.194 b,Nosti Niciæ nostri imbecillitatem,molliciem , & consuetudinem uictus. pro Mil..05 b,Familiaritates latè patere non possunt,propterea quod consuetudines uictus non possunt esse cũ multis.pro Deiot. 148 a,Iungere consuetudinem & familiaritatem cum aliquo. pro Syl.178 a,Homo coniunctissimus, officijs,usu,consuetudine.p Ar.186 b,Is totam Hortẽsiorũ domũ deuinctam consuetudine tenebat.pro Quin.2 b, Tamen inductus consuetudine & familiaritate fecit,ut dixi, Quintius societatem pro Sexto Rosc.21 a, Erat mihi cum eo non modò hospitium,sed ẽ domesticus usus & cõsuetudo.Epistol.18 a, Carui fructu iucundissimæ consuetudinis tuæ.& 212 a,& 40 b,Familiaritas quotidiana consuetudine augetur.Epistol.30 a.29 b, Magni enim uideba tur interesse ad eam necessitudinem quam nobis fors tribuisset,consuetudinem quoque accedere.& 42 a, Si consuetudinis iucunditas ualer,quę fuit unquam amicitia conuiuctior? Att.13 a,Multa & iucunda consuetudine coniũcti inter nos sumus.Epist.144 b, Tua mihi in consuetudine & familiaritate suauitas non ignota est.Ep.57 b, Et in ipsius cõsuetudinem,quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo.I.P.94 a,Is dedit se in consuetudinẽ,sic ut prorsus una uiueret, nec ferè ab isto unquam discederet. pro Clu.24 b,Penitus immergere se in consuetudinem alicuius.Ep.113 b,Lucio Cossinio uale de familiariter utor:nam & inter nosmet ipsos uetus usus intercedit, & Atticus maiorem etiam mihi cum eo consuetudinem fecit.Item Congressus nostros,consuetudinem uictus, sermones doctissimos requiro.Postq.168 a,De summa re dissentiente:in eadem amicitiæ consuetudine permansimus.Postquàm. 198 b,Amicitiæ consuetudines,uicinitates.p Mur.145 a, Omnium suorum consuetudine conspectuq; priuari.de N.59 b,Mala & impia consuetudo est contra deos disputandi, de Leg 182 b, Tanta est corruptela malæ consuetudinis, ut,&c.pro Font. 280 b , Immanis & barbara consuetudo hominum immolandorum.I.V.191 a,Ex huiusmodi principio consuetudo æstimationis introducta est.de Orat.98 b,Ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem uenia mus.de In.69 a,In nostram consuetudinem rarius hæc incidunt.I.V.244 b,Superiorum prætorum consuetudo hęc fuit,ut , &c. & 134 a, Est consuetudo Siculorum ut, &c. de Cl. 175 a, Academicorum consuetudo in ratione dicendi talis est , ut nec ipsa per se possit , &c. de Or. 97 a , Qui à scribendi consuetudine ad dicendum uenit. I.V. 79 a, Ego ueterum consuetudinem longo interuallo retuli.Epist..65 a, Si tuam consuetudinem in patrocinijs tuendis seruas, P.Vatinius cliens ad te uenit , qui pro se causam dicier uult. & 166 b , Exercitus cunctus consuetudinem suam in ciuibus conseruandis communique pace seditione facta retinuit.de D.139 b,Tenebimus hanc consuetudinem à Socrate traditam,eaq; inter nos quàm sæpissimè

simè utemur. I.A.158 a, Meam consuetudinem, quam semper in republica habui, tenebo. Offi.17 a, In adeundis periculis consuetudo medicorum imitanda est, qui, &c. I.P.89 a, Senatus in eam iam benignitatis cõsuetudinem uenit, ut eos qui remp. bene gesserunt, nouis honoribus afficiat. de In.70 a, Quædam ex utilitatis ratione in consuetudinẽ ueniunt. pro Cec.286 a, Quod iam in consuetudinẽ uenit. & ibid. Id iam mala consuetudine dissolutum est. offi.44 b, Id à nostris hominibus sæpissimè usurpatum est, & iam in pro uerbij consuetudinem uenit: largitionem fundum non habere. de Orat.141 b, Exercitatio, ex qua consuetudo gigni tur. & 92 b, Consuetudo, exercitatioque, & intelligẽdi prudentiam acuit, & eloquendi celeritatem incitat. & 109 b, Ad Græcorum consuetudinem disputare. Offi.12 b, Et consuetudo exercitatioque capienda, ut boni ratiocinatores officiorũ esse possimus. de D.125 b, Ad nostri augurij cõsuetudinem dixit Ennius, cum tonuit læuum. Tuscul.243 a, Exercitatio consuetudoque patiendi. Tusc.230 a, Quẽ morem cum Carneades tenuisset, fecimus ut ad eam consuetudinem disputaremus. pro Murẽna, 130 b, Consuetudo dicendi longè isti uestræ exercitationi ad honorem antecellit. pro Rab.99 b, Adeò ne ignarus es disciplinæ consuetudinisque nostræ? de Clar.188 b, Hoc non fuit rationis aut scientiæ sed quasi bonæ consuetudinis. Or.212 b, Quod si indocta consuetudo tam est artifex suauitatis, quid ab ipsa tãdem arte & doctrina postulari putamus? & ibid. a, Inpetratum est à consuetudine, ut peccare suauitatis, causa liceat. de Diuin.120 b, Vt etiam si præter consuetudinem accideret aliquid, præter naturam tamen non posit existere. pro Rab.90 b, Non est meæ consuetudinis initiò dicẽdi rationem reddere, qua de causa, &c. de Cla.185 a, Vt est consuetudo dialogorum. pro Cec.289 a, Prætor interdixit, ut est cõsuetudo, de ui, &c. pro Arch.191 b, Quæ de causa pro mea consuetudine breuiter simpliciterque dixi. & 40 b, Redire in consuetudinem pristinam. pro Mil.121 a, Consuetudo aliquius perpetua in ui inferenda. pro Cecin.285 a, Sin è consuetudine recedatur, se, &c. & ibid. Vis moribus facta, & uis contra ius moremque facta. Attic.67 a, Non oblitus consuetudinis atque instituti mei rarius ad te scribo. Cęs.121 b, Vt erat superiorum dierum consuetudo. I.V.65 b, Cuius consuetudinis atque instituti patres uestros nõ pęnitebat. & 55 a, Adductus sum, iudices, ueteri consuetudine institutoque maiorum, ut putarem, & cæ. de Inuen.70 b, Cõsuetudinis ius est, quod uoluntate omnium sine lege uetustas comprobauit. & 82 b, Consuetudine ius est, quod leui ter à natura tractum aluit, & maius fecit usus. Epistol.17 b, Sed nosti consuetudinem hominum. pro Cæl.301 a, Mea consuetudo defendendi, &c. de Orat.86 a, A consuetudine communis sensus abhorrere. Item, A consuetudine oculorum animum abducere.

Consvetvs, a, um. Tuscul.186 a, Qui consuetus in armis ætatem agere.

Consvl, lis. tutor annuus, reipublicæ, publicì consilij princeps. contra Rul.166 b, Qui sine repulsa cõsules facti sunt. & ibid. de petendo consulatu. pro Murẽna, 124 a, Illo die quo auspicato comitijs centuriatis, L. Murẽnam consulem. renunciaui. pro Flac.164 b, Cum bellum iam gerente Catilina, omnes me autore duos consules Calend. Ianuarijs fcirent esse oportere. pro Mur.145 b, Iuno Sospita cui omnes consules facere necesse est. pro Syl.182 b, Cõsules sellacuruli utebantur. Postquàm.299 b, Consul unguẽtis obli tus, cum toga prætexta, &c. I.P.83 b, C. ille Marius & consul, & sextum consul. de Na.76 a, C. Marius septimũ cõsul domi suæ senex est mortuus. de Diuinat.124 a, M. Marcellus quinquies consul. de Clar.171 b, T. Gracchus qui bis consul & censor fuit. & ibidem a, Quint. Maximus quintũ consul. de Sen.79 a, Quint. Maximus IIII Coss. Attic.7 a, M. Messala & M. Pisone Coss. & 82 b, Sulpitio & Marcello Coss. & 83 a, Lentulo Philippoque Coss. In Verr. 65 b, Duo Coss. idest duo consules. In Verr.106 a, C. Marcelle te appello, Siciliæ prouinciæ, cum esses proconsul, præfuisti.

Consvlaris, re. consularis uir, qui aliquãdo cõsul fuit. Epist. 185 a, Egregios cõsules habemus, sed turpissimos consulares. Quint. Fratr.3 a6 a, Consulares, & prætorij uiri, &c.

Consvlare, officium, id est, consulatus. pro Rab.90 b, Consulare officium.

Consvlaris, prouincia, quæ consuli mandabatur. pro D. 217 b, De prouincijs consularibus.

Consvlaris, ætas, qua ad consulatum aspirare, legibus annalibus, licebat. ea erat annus quadragesimus tertius. In Antonium, 203 b.

Consvlatvs, tus. amplissima potestas. contra Rul.72 b, pro Pl.271 b, Honorum populi finis est consulatus, quem magistratum iam octingenti ferè cõsecuti sunt. I.A.203 b, Legibus annalibus annus tertius & quadragesimus ad consulatum constituebatur. Postquàm.210 a, Vt eædem cẽturiæ, quæ me consulem fecerant, consulatum meum comprehbarent.

Consvlens, tis. consultor. de Clar.193 b, Qu. Scęuola consulentibus respondendo studiosos audiendi docebat. de I.158 a, Ego more patrio sedens in solio consulentibus responderem. Or. 210 a, Eodem tempore discentibus satisfaciebant & consulentibus.

Consvlo, lis. consilium peto, delibero, refero. In Verr.92 a, Nunc ego iudices iam uos consulo, quid mihi faciendum putetis. Ep.182 b, Cùm te per literas consuluissem, quid mihi faciendum esse censeres. de L. 178 a, De quo cũ consulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas pótissimùm religiones tenerent, oraculum editum est, eas, &c. de In.84 a, Senatum consuli de summa reip. de Di.109 b, Nic quoniam de republica consuli cœpti sumus, tribuenda opera reip. de Cl.268 a, Ille se consuli nolebat. In Verr.190 b, Qui de iure ciuili consuli solent. pro Mur.126 a, Alicui de iure consulenti respondere. de Cl.173 b, P. Crassus qui & consulebatur plurimum, & dicebat. Oct.329 a, Senatus nihil consulitur. pro Qu.9 b, Sed ne ipse quidem te consulisti, sed ne ipse quidem ad te retulisti, ne hæc quidem tecũ locutus es, horæ duæ fuerunt, &c. & ibi. Ego pro te nũc hoc consulo, quod tu cõsulere oblitus es. Attic.125 a, Nec te id consulo: id est, nec à te de eo cõsilium peto. Epist.141 b, Quid ergo faciam? te consulo. Br.91 a, Quod me de Antonio consulis, puto, &c. de L.158 b, Qui consulunturi id est, iuriscõsulti. Et ibid.a, Qui consulentibus respondent; idest, iuriscõsulti. de Ora.105 b, Sæpe audiui accessisse ad Crassum consulendi causa quẽdã rusticanum. de Or. 107 b, Subsidium senecturis in eorum qui consultũ ueniũt multitudine non esse ponendum. pro Mur.130 a, Quæ consuluntur, minimo periculo respõdentur. pro D.219 b, Ea de quibus maiores nostri uos solos & consuli, & scire uoluerunt. & 224 a, Si pop. Romanus de ista re consultus esset. pro Mil.104 b, Nihil de eius morte populus consultus est. pro D.227 b, Quotiencunque senatus de me cõsuleus est totiens, &c. de D.110 b, Nemo aruspicem consulit, quẽad modum sit cum amicis utuendum: nam ad sapientes hæc non ad diuinos referri solet. In An.209 b, Paruis de rebus consulimur. P.C. de Appia uia consul refert, &c. Item, Ea quæ consulebantur, ad exitum non peruenirent.

Consvlere, prospicere, rationem alicuius habere, pro uidere, mederi. Epi.100 b, Consuli quidem te à Cæsare scribis, sed ego tibi ab illo consuli mallem. Ep.31 b, Vt quibuscũque rebus poteris (poteris autem plurimis) prospicias & consulas rationib. meis. Offi.17 b, Qui parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitate inducũt. Cæl. Ep.125 b, Tu porrò cum ad te uenissem, &c. amici officium neglexisti, neque mihi consuluisti. Ep.33 b, Te rogo ut consulas rationibus meis. I.V.107 a, Consulere filijs ac prospicere debemus. de Fin.202 a, Patres liberis suis consulũ uolũt, propter ipsos liberos. Item: Famæ post mortem futuræ est consulendum. pro Cæl.41 b, Qui alieno dolori potius, quam suæ fidei consulunt. Attic. 34 a, Saluti si me amas, cõsulæ. Quin. Frat.295 a, Consule ciuiũ commodis, & eorum utilitati salutique seruire, Att.263 b, Obliuiscere illũ aliquando suo familiari tuo aduersario uoluisse consultum. I.C.118 b, Quare P.C. consulite uobis, prospicite patriæ, conseruate nos, &c. Qu. Frat.296 a, Consulere omnibus mederi incõmodis hominum, prouidere saluti. I.A.161 a, Næ tu si id fecisses, melius famæ, melius paucitiæ tuæ consuluisses. contra Rul.69 b, Deligant quàm maximè pop. Romano consulturum putent. Ofh.8 a, Paci semper est consulendum. Epist.29 b, Et posteritatis ocio consules. I.V.74 a, Huic malo iudices consulite ac prouidete. de N.58 b, Deorum prouidentia consuli reb. humanis. de Natur.1 b, A dijs uitæ hominum consuli ac prouideri. de Nat.73 b, Omnib. à dijs esse prouisum.)(. Nemini esse consultum. Epi.55 a, Tuum est consulere temporib. & incolumitati, & uitæ, & fortunis tuis. de In.84 a, Quamquam præstat honestas incolumitati, tamen utri potissimum consulendum sit, deliberatur. & ibidem, Incolumitatis ratio uidetur habenda. I.V.80 a, Vos quod ad famam uestram pertinet, prospicite ac consulite. de Finib.77 a, Satis ergo pudori consulat, si quis sine teste libidini pareat. Atti. 110 b, Alter enim mihi, de ipsis ac de me ipso consulendum est. contra Rul.82 b, De Capua multum est ac diu consulum. Epi. 124 b. & Att.163 a, Te oro, ne quid grauius de salute & incolumitate tua consulas. pro Syl.179 a, De salute suorum consulere, communem relinquere. Offi.49 a, Atque etiam omnes qui rempub. gubernabunt, consulere debebunt, ut earum rerum copia sit, quæ sunt necessariæ. de D.80 b, In impetrandis consulendisque rebus magna uis est in aruspi cum disciplina. Attic.179 a, Sed tamen aliquid consuli prospicique poterit. I.C.110 a, Mihi uel urbi satis esse præsidij consultum est. de D.87 a, Dixi ei se cogitare quiddã, id posset ne fieri consuluit: id est, quæsuit.

Consvltatio, onis. deliberatio. Att.121 b, Expecto ut sciã quid respondeas consultationi meæ. de In.71 b, Quasi aliquam in consultationem res ueniat. Top.226 b, Iurisperiti consultationibus suis disputant. Offi.62 a, De uiri deliberatione & consultatione quærimus. Ad Heren.16 b, Vtilitas in duas partes in ciuili consultatione diuiditur. de Leg.159 a, Non enim quærimus quid de quaque consultatione respondeamus. ad Heren.16 b, Partim propter aliquam extraneã causam ueniunt in deliberationem, & consultationem. de Orat.121 b, Credo ut putaremus non in hominibus, nõ in re consultationis aut deliberationis causam aliquã fuisse. Off.58 a, Ad quas ipsas consultationes ex superioribus libris satis multa præcepta sunt. Attic.145 b, Sed uenio ad consultationem. de Leg. 179 b, Quæcunque causa consultatio ve accideret.

Consvltatio, propositum, infinita quæstio, quam thesin græci uocant. Par.250 a, C.F. Quid quæstio? quas nã habet partes? C. P. Infinitam, quam consultationem appello: & definitam, quã controuersiam nomino. & 235 a, Sed est consultatio quasi pars causæ quædam. de Orat.153 a, Quæstio infinita & quasi proposita, consultatio nominatur.

Consvltò, cogitato, de dita opera, de industria, consulto.) (. Fortuitò. de Nat.18 a, Existimant quod ille inscitia loquẽdi fecerit, fecisse consultò. Offic.6 a, Vtrum perturbatione aliqua animi, an consultò & cogitatò fiat iniuria. de Orat. 136 b, Neminem nisi consultò contra se dicere. ad Heren. 15 b, Sextus locus est, cum ostendemus ex consulto factũ. Tuscul.175 b. Epi.37 a, Philosophia multitudinem consultò fugiens, &c.

Consvlto, a. delibero. Attic. 257 b, Octauius consultabat utrum Romam proficisceretur, an, &c. Offic.2 b, Tum autem inquirunt, aut consultant, conducat id nec ne, &c. & 53 b, In quibus deliberare homines, & consultare de officio solent. ad Heren.16 b, Vt si Annibal consulet an in Italia remaneat, an domum redeat. & ibidem. Item deliberationes partim ipsæ propter se consultandæ sunt: ut si deliberet senatus, &cæ.

Consvltor, oris. consulens. Tusc.249 b, Drusi domum cõpleri consultoribus solitam accepimus. pro Mur.128 b, Vigilas tu de nocte, ut tuis cõsultoribus respondeas. pro Cornel.64 a, Qu. Mutius cum de iure prædiatorio consuleretur, consultores suos nonnunquam ad Furium prædiatorem reijciebat.

Consvltrix, cis. de Natu.37 b, Natura consultrix & prouida utilitatum opportunitatumque omnium.

Consvltvm, ti. decretum. ut senatusconsultum uel decretũ. de Leg.168 b, Facta & consulta fortium, & sapientum monumentis prodere. In Antonium.270 b, Consulta senatus. In Antonium, 264 b, Atque utinam his omnibus absterge re fletum sententijs nostris, consultisque possemus.

Consvltvs, a, um. Att.12 a, Nondum uidelicet meas literas legerat, quibus ad eum re consulta & explorata perscripseram, non deberi. de Or.107 a, Quamquam ipsi omnia quorum negocium est, consulta ad nos & exquisita deferunt. de Finib.87 a, Si prima quæque bene ab eo consulta atque facta ipsius obliuione obruerentur.

Consvltvs, peritus. pro Cec.300 a. Ita iustus & bonus uir est, ut natura nõ disciplina consultus esse uideatur. de Cla. 177 b, Nam ut antè dixi, consultorum alter disertissimus, disertorum alter consultissimus fuit. In Antonium. 233 a, Sulpitius non magis iuris consultus quàm iusticiæ fuit.

Consvmo, as. perficio, conficio. In An. 324 a, Bella quæ à consulibus gesta & consummata sunt. pieraque tamen exẽplaria, eaque emendatoria, & uetustiora, consummata nõ habent.

Consvmo, mis. tero, contero, eximo, pono, impendo, exhaurio, absumo, expromo, profundo, insumo, dissipo, comedo, exedo, adedo, deleo, cõficio. pro Mar.132 b, Nihil est enim opere aut manufactum, quod non aliquando consciat ac consumat uetustas. de Or.143 a, Crassus cum febri domũ redijt, dieque septimo est lateris dolore consumptus. Item: Agri multa ferunt, quæ uel consumantur statim, uel mandẽtur condita uetustate. pro Plan.278 b, Si me aut uis aliqua morbi aut natura ipsa consumpsisset. de Nat.21 b, Ibes maximam uim serpentium interficiunt & consumunt. Off.36 a, Belluarum impetu quædam hominum genera esse consumpta. de Or.152 a, Actio consumpta superiore motu, & exhausta. contra Rul.73 a, Pecunia consumetur in agrorũ emptionibus. & ibid. Aurum in monumento consumptum. pro Fl.163 b, Vt pecuniam quam confecerat, non cõsumpsisse, sed Flacco dedisse uideretur. pro S.R.19 b, Per luxuriam effundere atque consumere omnia bona. In Antoniũ, 204 a, Cæsar omnem uim ingenij sui in populari leuitate consumpsit. pro Sest.9 b, Qui omnem uim sui tribunatus in mea salute consumpserit. de Fat.140 a, Omnis ferè nostra in his deliberationibus consumebatur oratio. Bru.288 b, Mater tua cuius omnes curæ ad te referuntur, & in te cõsumuntur. ad Her.1 b, Inuentio in sex partes orationis cõsumitur. & 16 a, Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, mentiones, &c. Attic.25 1 b, Populus Romanus manus suas nõ in defendenda republica, sed in plaudendo consumpsit. Epi.89 b, Cum studium tuũ consumas in uirorum fortium factis memoriæ prodendis. de Legib.195 a, Ac primum quidem tempus salutationibus, reliquum percunctatione consumpsimus. pro Plan. 275 a, Tibi remitto atque concedo ut omne studium tuum in Cn. Plancij honorem consumas. de Fin.60 b, Cõsumere omne studium in aliqua re. de Cl.175 a, Istorũ in dialecticis omnis cura consumitur: id est, ponitur. pro S.R.26 b, In agris colendis aliquantum operæ temporisq; consumpsi. de Na. 3 a, Nec mediocrem in eo studio operam curamque consumpsimus. Att.16 a, Tantum requietis habeo, quantũ cum amicis consumitur. pro S.R.25 b, Prædijs colendis operæ plurimũ studijque consumere. Epi.181 b, Vt domũ uentita res, horasque multas sæpe suauissimo sermone cõsumeres. Aca.4 a, Consumpsi multum temporis in ista una disputatione. de Off.1 b, Quoniam in eo studio ætatem cõsumpsi. de Or.144 a, Atque in eo silentio duas horas ferè esse consumptas & 89 b, Consumere ocium in angulis. ad Her.25 a, Postremò in eo uim artificij consumant, ut, &c. & 28 a, His uitijs in compositione uitatis, reliquum operis consumendum est in dignitate. ad Her.1 a, Consumere ocium in philosophia. de Or.113 b, Consumere ocium suum in historia scribenda. Epi.55 b, Eumque diẽ ibi consumpsi. de In. 63 a, Consumere operam in magnis rebus. de Finib.49 b, Consumere operam in agendo aliquid. de Or.105 a, Consumere multum operæ ac laboris in aliqua arte. Att.219 b, Consumere dies in philosophia explicãda. de L.158 a, Aut in quo melius hunc cõsumam diem. Att.82 a, Vt ibi Iunius consumatur. & 124 b, In studijs ac literis nostris consumo omne tempus & 56 b, Eximere tempus calumnia dicendi. & 252 b, Quodque temporis in prædiolis nostris consumi potuit, in peregrinatione consumemus.

Consvmptio, onis. de Vn.198 a, Ita se ipse consumptione & senio alebat sui. & ad Her.31 a, Non hæc uidentur reperiri posse, sine elaboratione, & operæ consumptione.

Consvmptor, oris. de Nat.33 a, Hic noster ignis confector est & consumptor omnium.

Consvmptvs,a, um. de V.202 a, Quos & uiuos alatis & cõsumptos suu recipiatis.

Consvrgo, gis. surgo, assurgo.de Senect.90 b, Consurrexisse omnes illi dicuntur, & senem illum sessum recepisse.Qu. Fr.322 b, Consurrexit senatus cum clamore.I.V.232 a,Honorificè sanè consurgitur.

Consvrrectio, onis.de Arusp.243. Cepi equidem maximum fructum ex consurrectione omnium uestrum, & excomitatu publicanorum. Attic.11 a,Quæ consurrectio iudicum facta sit.

Contabesco, scis. liquefio', consumor, extabesco, tabesco. ad Her.20 b, O perfidiosæ Fregellæ, quàm facilè scelere uestro contabuistis. Tusc.li.5.Luctu confecta contabuit.

Contagio, onis. fœditas,uirus,uenenum,pestis. Officio.50 a,Contagiones malorum, quæ ab uno profectæ manant latius.de Or. 158 a, Ne contagio mea bonis umbrave obsit. de D.93 b, Cum est somno se uocatus animus à societate & contagione corporis. de Fat.141 a,Vt in reliquis eiusmodi naturæ contagio ualeret. de D.120 b, Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena potest sanguini similis esse.& 127 b, Quæ potest igitur contagio ex infinito pênè interuallo pertimere ad lunam? uel potius ad terram? Tuscul.163 b, Quibus fuisset minima cum corporib. contagio, quin se ab his semper seuocauissent,his,&c.pro Mur. 143 a, Latius patet illius fceleris contagio, quàm quisquã putat.pro Cl.58 b, Nemo inuentus est, qui non contagionem aspectus illius fugeret. pro Syl.168 a, In hoc crimine quædam est contagio sceleris, si proditorem patriæ defendas.pro Dom.285 a, Qui se aliqua contagione prædæ contaminarunt.I.V. 273 b, Illi ad quos conscientiæ contagio pertinebit.I.V.236 b, Contagio seruilis belli.Att.11 a, Cõtagio turpitudinis. de Leg.190 a, Vt uitijs principum inficiatur solet tota ciuitas, sic emendari & corrigi continentia.I. A.217 a, In corpore si quid est eiusmodi quod reliquo corpori noceat, uri & secari patimur.

Contaminatvs,a,um. inquinatus.)(.Integer.Topic. 226 b. pro Dom.217 b,Homo post homines natos turpissimus, contaminatissimus. & de Pro.71 b, & 72 a.I.P.83 b,Spiritus contaminatus. pro Cluen.38 a.Homo improbus, multis flagitijs contaminatus. In Antonium.242 a, Parricidijs contaminatissimus & omni scelere coopertus.

Contamino, nas. inquino. pro Sext.Rosc.27 b, Fingi maleficium nullum potest quo iste se non contaminarit.I.C.103 a, Qui Saturnini sanguine non modò se non contaminauerunt, sed etiam honestauerunt. Off.59 a, An se scientes scelere contaminent. de Arusp.251 b, Is nomen populi Rom. tanto scelere contaminauit, ut id nulla re possit nisi ipsius supplicio expiari. pro Dom.231 a, Qui se aliqua contagione prædæ contaminauerunt. In Ver.66 a,Corruptis ac cõtaminatis iudicijs. pro Do.210 a,Ita perturbatis sacris,cõtaminatis gentib.factus es filius, &c. Tuscu.193 b, Qui se humanis uitijs contaminassent. pro Syl.175 b,Contamina re ueritatem mendacio.I.P.83 Frontis tuę nubeculam,tum collegæ tui contaminatum spiritũ pertimescerem.ad Her. 7 a, Denique aliquo uel quamplurimis uitijs contaminabit personam aduersarij. & 10 b, Contaminari culpa.

Contatio, onis.I.Cunctatio.

Contego, gis.tego.pro Sest.21 a,Gracchus messoria se corbe contexit. & de Pro.70 b, Offic.25 b, Natura eas partes contexit atque abdidit. pro Arusp.190 b, Idẽ tumulus,qui corpus eius contexerat,nomen etiam obruisset.de L.181 b, Quos humus iniecta contegeret.

Contemnendvs,a,um. contemptus. de Clar.190 a, Oratio non contemnenda, saneque tolerabilis. Orat.220 b,Hiero cles & Menecles minimè contemnendi. de Cl. 185 b, Ne Titus quidem Posthumius contemnendus in dicendo. & 169 a, Orator non contemnendus.

Contemno,nis. despicio, despectui duco, sperno, abijcio, reijcio, inane ac leue existimo pro nihilo puto, hominem præ se neminẽ putare. de Offic.147 b, Quare omnes istos deridete, atque contemnite. pro Murena, 129 b, Id enunciatis uestris misterijs totum est contẽptum & abiectum. pro Murena,127 a, Contempsisti L.Murenæ genus,extulisti tuum. de Finib.68 a, Dialecticam contempsit Epicurus, Offic.12 b, Voluptatem contẽni & reijci oportere.In Ver. 58 b,& pro Mil.113 b, Contemnere aliquem ac pro nihilo putare. de Finib.96 a, Contemnere, despicere, pro nihilo putare, non curare, infra se ducere. Offic.6 b, Ea quæ plerique uehementer expetant, contemnere & pro nihilo ducere. contra Rul.85 b,Irridere atque contemnere alios pręse. Or.209 a, Contemnere aliquem.)(.Admirati.

Contemplatio, onis. consideratio, mentis agitatio. Ac,31 a, Est enim animorum naturale quoddam quasi pabulum, consideratio contemplatioque naturæ. & Officio. 31 a, de N.11 b, Hæc res magna ac diligenti contemplatione dignissima. de Diuin.99 b,Cũ ex terra nihil emineret, quod contemplatione cœli posset officere. Brut.91 b,Virtutis disciplinam meliorem reperiet nullam quàm contemplationem atque imitationem tui.

Contemplator, oris. Tusc.163 a,Homo contemplator cœli ac deorum.

Contemplor, aris. considero, perspicio, intueor, animo intueor.In.Verr. 206 a, Contemplari unumquodque ociosè & considerate cœpit. Offic.31 a, Quæ cognitione digna sunt, summo ocio secum ipse consideret & contemplemur. Offic.31 a,Tractare & contemplari res cognitione dignissimas. pro Deiot.151 a, Propone tibi duos reges, animo contemplare quod oculis non potes. de Natur.12 a, Deus terras & maria contemplans, hominum cõmoda uitasque tuetur. de Natur.26 b, Cum cœlũ suspeximus, cœlestiaq; contemplati sumus. & 45 b, Contemplari oculis pulchrium diuẽ cœli. & 16 b, Quis tam cæcus in contemplandis rebus unquam fuit, ut hoc non uideret? pro Plan.259 a,Conspectus uestę reficit & recreat mentem meam,cum intueor & contemplor unumquenque uestrum. Orat.197 b,Nec uero ille artifex cum faceret Iouis formam, contemplabatur aliquem, è quo similitudinem duceret. & 98 a, Sed ea,cum contemplari cuperem, uix aspiciendi potestas fuit.& 97 a, Omnes loci artis inquirentibus nobis, omnique acie ingenij contemplantibus, ostendunt se & occurrunt.pro Flacc. 251 b, Aliquid quàm maximè intentis oculis(ut aiunt) acerrimè contemplari. In. Ver. 156 b, Codicis tui literas contemplare. Off. 23 a, Quæ contemplantes expendere oportebit quid quisque habeat sui.

Contemptio,onis. despicientia, despectio. Offic.76 a, Fortitudo est dolorum laborumq; contemptio.& Parad.120 b,Tuscul. 169 a,Totam uim bene uiuendi in omnium rerũ humanarum contemptione ac despicientia ponamus. de In. 47 a, Si aduersarios aut in odium, aut in inuidiam, aut in contemptione adducemus. Offic.3 b,Contemptio rerum humanarum. In An.268 b, Contemptio pecuniæ.

Contemptvs,a,um. despicatus, abiectus,despectus ab omnibus, contemnendus. pro Sest.10 b, Despicatissimi hominis furor, contemptissimi Consulis iniuria. contra Rul.85 a,Homo cõtemptus & abiectus.pro Plan.261 b,Homo cõtempta & sordida uita.de D. 132 b, Quo iam nihil potest esse contẽptius.pro Cl.57 a, Causa contempta atque abiecta.de Cl.173 a, Qu. Pompeius non contẽptus orator. de Fin.lib.2.Tenuissimus uictus,atq; cõtemptissimæ escæ.

Contendo,dis. pugno,certo, luctor, confligo, digladior,laboro,elaboro, nitor,enitor, intendo, adduco, contentione adhibeo, operando,instando peto,contentione dicendi cũ aliquo decerto, in contentionem uenio, mihi cum aliquo res uel contentio uel certamen est,contentionem de aliqua re facio, contentionis aliquid cum aliquo habeo, parcium contentio est, contentionis quæ cum inimicis fiunt, comparo, proficiscor, refero. Epist.64 b, In quo etiam,si multi mecum contendent, tamen omnes facilè superabo. Off. 22 b, Sic enim est faciendum, ut contra naturam uniuersam nihil contendamus.I.A.223 b,Seruius contra uim grauitatemque morbi contendit. ut ad castra peruenerit.Arti. 107 b, Aut si exercitum adducat, necesse est armis cum eo contendere. de Fin.104 a, Tauri pro utilis contra leones summa ui impetuq; contendunt.Ep.110 a, Vt sacramento contendas mea nõ esse.de Or.8 b, Multisq; præsessem, qui interdicto tecum non contenderent.pro S.R.41 a,Humilitatẽ cũ dignitate de amplitudine cõtẽdere.de N. 61 a, Patere igitur rationẽ meã cũ tua ratione contendere. pro Pl.267 a, In hac causa designamus aliquando (si uidetur) uulgari & peruulgata declamatione contendere. Att.228 b.Si duriorem te præbes,non contendam ego aduersus te. pro Quint.14 b, Tamen ne uereris ut posis hæc contra Hortensium contendere? Attic.1 a, & de In.84 a, Thermus cũ Syllano contendit. de Cla.187 a, Iurgio contendere cum aliquo.pro Qu.18 a,Iure contendere cum aliquo.pro Qu. 22 a, Inimicissimè & infestissimè contendere cum aliquo. Off.60 b, Qui stadium currit, eniti & contendere debet ut uincat.pro Lig.138 a, Quantum potero uoce contendam, ut hoc populus Ro.exaudiat. Off. 53 b, Quantum conniti animo potes,quantum labore contendere,tantum fac ut efficias. Orat.217 b, Quod plurimis locis uoluisse eos, atq; animo contendisse perorationes nostrę declarant.pro Sest. 3 b, Contendamque (si modò id consequi potero) ut nihil à me prætermissum esse uideatur.de Or.107 b, Sermone paulo intentiore conficere omnia, nunquam lateribus aut clamore contendere.pro Fl.154 a,Vociferarer, & quantũ maximè possem contenderem, testarer publicanos, &c.de Fa. 144 a, Itaque contendit omnes neruos Chrysippus, ut persuadeat, &c.I.V.72 b, Magnum onus, sed dignum in quo omnes neruos ætatis industriæque meæ contenderem.I.V. 119 a,Iam in tanta impudentia istius remittẽdum aliquid uidetur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere uideamur. pro Mur.139 b, Vt cùm ad ultimum animo contendissemus, ibi tamen, ubi oporteret, consisteremus. Ep.9 b, Cùm plus contenderimus quàm possumus, minus tamen faciamus quàm debemus.I.V.72 b, In quo omnes neruos ætatis industriæque meæ contenderem. pro Pl.269 a,Sic ego hoc contendo, me tibi cuiusçunque tribus rationem popposceris, redditurum. Ep.14 a, Tantum contendere in rep. quantum probare tuis ciuibus posis. Ep.151 b, Te rogo ut omnes tuos neruos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc prouinciam temporis prorogetur. Tuscul.197 a, Onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt.

Contendere, instando petere & flagitare. Attic.152 b,Nec dubito quin Cæsar à me contendat, ut ad urbem ueniam. & 175 a,Per eos qui nostra causa uolunt diligentissimè cõtendas opus est, & 240 a,De oratione Bruti prorsus contẽdis, mecumq; iterum tã multis uerbis agis. & 124 b, Dixi me nihil ab inuito contendere. & 281 b, Quare omni studio à te mi Brute contendo,ut, &c.Ep.25 b,Cùm Põpeius ire contendisset, ut nihil unquam magis,ut cum Crasso redire in gratiam.Qu.Fr.320 b, Pompeius à me ualde contendebat redire in gratiam, sed adhuc nihil profecit. Offic. 63 b, Incensus cupiditate contendit à Pythio, ut uendere. Epist.3 a, A nobis agentur omnia diligenter, ut neque si quid obtinari poterit non contendamus,nec, &c. & 20 a, Verecundius à te, si qua magna res mihi petenda esset, contenderem. pro Qu.14 a, Cum is à me peteret & summè cõtenderet,ut &c. pro D.236 a, Sic à Scio contendit ut sibi domum meam uenderet. Qu.de Pet.208 a, A quo facilè, si contendes, impetrare poteris,ut,&c.Ar.82 b,Primum contendam à Qu.Fratre ut se præfici patiatur.I.V. 135 a, Propter magnitudinem potestatis hic magistratus à populo summa ambitione contenditur.de Ora.98 b,Cùm Hipseus maxima uoce plurimis uerbis à M. Crasso contenderet,ut, &c. & ibidem, Non minus longa oratione recusare.

Contendere, laborare, niti, eniti. Qu.Frat.298 b,Contende quęso atq; elabora,ut,&c.& 297 b,Neq; ego hoc contẽdo, quod fortasse iam in nostra ætate difficile est, mutare animum. pro S.R.34 b, Quæ res eum una nocte tantum iti neris contendere coegit? Off.42 a, Iuuenes magna spectare,& ad ea rectis studijs contendere debent. In Antonium, 264 a, Qui ad summam laudem gloriamq; contendit. pro Plan.280 a.279 b, Iter à Vibone Brundusium petere contẽdi.pro Plan.280 a, Dyrrhachium petere contendi. Orat. 206 a,Si potuissemus,quò cõtẽdimus,peruenire.79 a,Thasum ueni, inde ad Amanum contendi.& 127 a,Mihi non dubium est, quin Brundusium contendam: id est, proficiscar.

Contendere, comparare,conferre, committere.de In.80 b, Primùm igitur leges oportet contendere, considerando utra lex ad maiores pertineat, &c. pro Sext.R.84 a,Quicquid contrà dixeris, id cum defensione nostra contendito, ita facilè causa Sext.Roscij cum tua cõferetur.I.C. 109 b, Si causas contendere uelimus. pro Plan.275 b, Contendere eadem: id est, parem referre gratiam.Item: Sed si nõ eadem contendit in tribunatu Plancius,existimare debes non huic uoluntatem defuisse, sed me, &c.

Contente, uehementer, magna contentione. Tuscul.187 a, Genu M. Antonij uidi, cum contentè ipse pro se lege uaria diceret, terram attingere.

Contentivs, aduerb.Tusculan.147 a, Contentius ambulare. de Orat.162 b, Vti ornamentis ijsdem, alias contentius, aliàs summissius.

Contentio, onis. certatio,controuersia,luctatio,certamen, dimicatio,res,pugna,uis,uis animi,labor corporis, contentio animi.I.A.161 b, Mihi cum M.Crasso multæ & magnæ contentiones fuerunt.pro Sest.16 a, Antiochus magna bellicontentione superatus. Offic.18 b, Equi propter crebras contentiones prælìorum ferocitate exultantes. pro Muræ. 132 a, Pugna summa contentione pugnata I. A.160 b, An decertare mecum uoluit cõtentione dicendi? Off.27 b,Cõtentiones, quæ cum inimicissimis fiunt. Ep.12 b, Respub. contentionem cum illis uiris fieri non uult: & ne fiant, uehementer recusat.I.V.64 a, Nec ferè unquam uenit in contentionem de accusando, qui quæstor fuerit, quin repudiaretur.Acad.33 b,Est enim inter eos non de terminis,sed de tota possessione contentio. Attic.98 b,Nunc autem impendet summa inter eos contentio.pro Sest.13 b,Inter sapientissimos homines hæc contentio est, cùm alij dicant, &c. alij, &c. de Or.93 b, Omnem contentionem esse inter homines doctos in uerbi controuersia positam.& 89 a,Græci contentionis cupidiores quàm ueritatis. de Op.245 a,Accurata & inimicitijs incensa cõtẽtio.pro Quint.4 a, Quod nisi,&c. non tam citò res in contentionẽ uenisset. pro Cor. 59 a. In quo magna contentio Heracliensium fuit,cum magna pars in his ciuitatibus, &c.pro Cæl.49 a,Res minime dubitanda in contentione ponitur, utrum, &c.an, &c. pro Plan.262 b,Hæc tibi est prima cum Plancio generis uestri familiæq; contentio,qua abs te uincitur. Item: Nunquam fere uenit in contentionem de accusando,qui quæstor fuerit, quin, &c. de Leg.189 a,Plebs de suo iure periculosas cõtentiones nullas facit. & ibid. Nostra causa nihil habuit cõtentionis cum tribunatu. ad Her.20 b,Contentio est oratio acris, & ad confirmandum, & ad confutandum accommodata. de Orat.110 b, Ocij fructus non est contentio animi, sed relaxatio. de Sen.94 b, Ociosam ætatem fine ullo labore & contentione traducere. pro Arch.188 a,Ferte animi nostri tantam contentionem non posse nt, nisi eos doctrina relaxaremus. de Orat.164 a, Est quiddã contentionis extremum,quod tamen inferius est, quàm acutissimus clamor.pro Deiot.144 b,Impetus contentioq; dicendi.de L.158 a: Sic tu à contentionibus, quibus summis uti solebas,quotidie relaxes aliquid. de Orat.164 b, Sed aliquãdo ab hac contentione disputationis animos nostros curamq; laxemus. pro Cæl.45 b, Si quis omnem uitæ suæ cursum in labore corporis atq; in animi contentione conficeret. de Ora.164 a, Effusa sine intermissione contentio. & 186 a, Animi magna, uocis parua contentio. de D.95 b, Equum summersum cùm maxima contentione nõ potuisset extrahere, discessit. Tuscul.187 a, In omnibus officijs persequendis, animi est adhibenda contentio. Quint.Fr.290 a, Tanta adhibebatur à nobis contentio, ut rem posse confici non diffiderem. Off.27 b, In obiurgationibus utendum est fortasse & uocis contentione maiore, & uerborum grauita te acriore. & 29 b, Contentio uocis.)(.Summissio uocis. de Or.107 b,Summa uis & contentio dicendi.)(.Grauissimi sermonis lenitas. de N.78 b,Hominum membra nulla contentione,mente ipsa atque uoluntate mouẽtur.de Ora. 128 a, Asperitas contentionis in oratione.de Or.143 a,Vehementissima contentione animi, ingenij,uiriũ dicere,&c. de Orat.102 a,Contentio & sermo differunt. Att.101 b,Illud etsi expetitum à me sit, & approbatum à te, tamen non est nostra contentione perfectum. Off. 42 b,Contentio orationis maiorẽ nim habet ad gloriam.pro Cl. 18 a,Altera pars non magnæ in dicendo contentionis fore uidebatur. de Orat.128 b, Similis contentio actionis. Orato.206 b, Acerrima contentio. Tusc.187 a, Qui uolunt exclamare

re maius, toto corpore atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni uocis asseruiunt. de Orat.108 a, Demosthenes tantum continenda anima in dicendo est assecutus, ut una continuatione uerborum binæ et contentiones uocis & remissiones continerentur. de Cl.161 b, Cato contra Galbã ad populum summa contentione dixit. de N.49 a, Nihil in terrumpit, quo labefactari posit: tanta contentio grauitatis & ponderum. de Op.244 a, Meritorum in remp. contẽtio sanè grauis. de Or.119 a, Contentio ex scripti interpretatione. pro Mur.125 b, Mihi cum Murena magna amicitia est, quæ in capitis diuicatione à Ser. Sulpitio nõ idcirco obruetur, quòd ab eodem in honoris contentione superata est. pro Mar.131 b, Res tuæ gestæ contentionum magnitudine cum nullo conferri possunt.

Contentio, comparatio. pro Pl.260 a, Quædam hominũ est facienda contentio. de In.76 b, Et aliorum cum suis factis contentio. ad Her.10 a, Primùm quæri conuenit, utrũ fuerit utilius ex contentione: id est, ex comparatione. I.P. 90 b, Sed quoniam fortunarum contentionem facere cœpimus, &c. pro Pomp.11 a.

Contentio, exornatio rhetorica. ad Her.28 b, Contentio est, cum ex contrarijs uerbis oratio conficitur: ut, Inimicis te placabilem, amicis inexorabilẽ præbes. de Or.162 a.

Contentus, a, um. patior, non me pœnitet, satiatus, satis esse puto. de Clar.176 b, Si ipsum sine comparatione audires, non modò esses contentus, sed melius non quæreres. Tusculan.247 a, Paruo cultu natura contenta est. pro Flac. 161 a, Patres familias suo contenti. pro Flacc.151 b, Maiores nostri in priuatis rebus minimo contenti, tenuissimo cultu uiuebant. de Am.112 a, Paruo cõtentus. de Opt.243 b, Quidam non contenti quasi bona ualetudine, uires, lacertos, sanguinem quærunt. In Ver.269 b, Eo contentum me esse dicam. pro Cl.45 a, Neque L. Gellij iudicio stetit Lẽtulus, neque Lentuli existimatione contentus fuit Gellius. Att.230 a, Sed quemadmodum tu præcipis, contenti Idibus Martijs simus. Item, Iã nihil ego uectigalibus, & paruo contentus esse possum. Off.31 b, Saciata quæstu uel contenta potius. In Verr.275 a, Vt respub. una hac accusatione mea contenta sit. de Orat.149 b, Et si satis esse putatis, ea quæ, &c. sed si his contenti estis, &c. Parad.126 a Contentum suis rebus esse, maximæ sunt certissimęque diuitiæ. de Sen.91 b, Quod cuique temporis ad uiuendum datur, eo debet esse contentus. Parad.124 a, Diues est, cui tãta possessio est, ut ad liberaliter uiuendum facile contentus sit. & ib. Si animus tuus satiatus est aut contentus etiam pecunia, cõcedo dives es. pro Planc.272 b, Populus Romanus diligit magistratus, in quibus si qua præterea est ars, facilè patitur: sin minus, uirtute eorum innocentiaque contentus est. de Fat.143 b, Chrysippus sperat Chaldæos contentos Stoicorum causa fore. Epistol.26 b, Quamuis partis Italię latebris contentus essem. & 45 a, Quibus ego rebus à tali uiro contentus eram. Contentus intentus, adductus.)(. remissus. pro Murẽn.132 a, Cum contento cursu hostium clasis Italiam peteret. pro Sest.3 a, Ad tribunatum, quia ipse ad sese iamdudum uocat, & quodammodo absorbet orationem, contento studio cursuque ueniamus. Tusc.187 a, Onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt. Tuscu.123 a, Vt in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum seruare possit, omnes ęquè incontentæ sint: sic, &c. Tuscul.187 a, Balistæ lapidũ & reliqua tormenta telorum eo grauiores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta uehementius. de Or.202 a, Contenta uox.)(. Summissa uox.

Contero, tero, consumo. In Verr.241 a, Noctis longitudo stupris consumebatur. Epist.142 a, Κύρα παιδείαν quam cõtrieuram legendo, totam in hoc imperio explicaui. de Leg. 166 b, Qui ætatem in litibus conterunt. pro Quint. Rosc.51 b, Frustra tempus contero. de Orat.103 b, Quo in studio in genio sorum hominum totas ætates uidemus esse contritas. de Am.115 a, Studia litterarũ, in quibus remoti ab oculis populi, omne ocium tẽpusque contriuimus. de Fin.138 b, Conterere ætatem in rebus quærendis. de Fin.93 b, An ille tempus aut in poetis euoluendis consumeret? aut se, ut Plato in musicis, geometria, numeris, astris cõteret? de Or. 206 b, Cum in causis, & in negocijs, & in foro conteramur, de Pro.75 b, Cæsar cæteras nationes contriuit, compulit, domuit. Tusculan.245 a, Cum uirtutem ad cœlum exuliarint, reliqua ex collatione facilè est conterere atque consumere, Artic.136 b, Quæ autem sunt horum temporum, ea iam contritimus. Ep.15 a, Ego illius omnes grauissimas iniurias communis concordiæ causa, uoluntaria quadam obliuione contriueram.

Contereo, res. terco. de Orat.103 a, M. Scaurus iam cordo huc ueniat, & hanc loquacitatem nostram uultu ipso aspectuque conterat.

Contestatio, onis. obtestatio. Cic. apud Asconium.

Contestatus, a, um. pro Flac.151 a, Ab hac perenni contestataque uirtute maiorum ne degeneres. pro Qui. Rosc.51 a, Cum eo litem contestatam habebat.

Contestor, aris. obtestor, iudicium constituo & cõtinuo. In Verr.215 a, Rex fletis Deos hominesque contestans clamare cœpit. pro Flac.165 b, Cum ego te Flacce cœlum noctemque contestans flens flentem obtestabar, cum tuæ fidei salutem urbis commendabam. pro Quint. Rosc.51 a, Nam iste cum eo litem contestatam habebat. & 50 b, Lite contestata. Artic.261 a, Non enim procuratores litem contestabuntur, quo facto non sum nescius sponsores liberari. pro Qu. Rosc.54 a, Cum lis contestata cum Flauio damni iniuria esset. & 50 a, Iudicium damni iniuria constituum.

Contexo, xis. coniungo, compono, texo. de Natur.58 a, Vitis ouium confectis & contextis homines uestiuntur. Orat. 208 a, Memoriam rerum ueterum cum superiorum ætate contexere. de Leg.157 b, Nec tam facilè interrupta contexo, quàm absoluo instituta. Epistol.67 a, Coniunctè ne mihi les cum cæteris rebus nostra contexere? pro Dom.147 a, At quàm festiuè crimen contexitur. pro Cæl.41 a, Ac longius mihi quidem contexere hoc carmen liceret, nam nonquam, &c. Epist.152 a, Contexere extrema cum primis.

Contexte, coniunctè. de Fat.146 b, Omnia naturali colligatione conserte contexteque fieri.

Contextus, a, um. Tusc.247 a, Ita perpetuas & contexas uoluptates in sapiente fore semper.

Contextus, tus. uel contessus, stus. complexio. de Fini.132 a, Pennarumque contextu corporis tegumẽta faciebat. de Fin.144 a, Mirabilis est apud illos contextus rerum, respondent extrema primis, &c. Partit.237 a, Sed in toto quasi contextu orationis hæc erunt illustranda maximè. Idem, stus.

Conticeo, ces. uel conticesco, scis. reticeo. de Orat.156 b, Hæc cum Crassus dixisset, paulum per & ipse conticuit, de cæteris silentium fuit. I.C.113 a Recitatis literis conscientia conuictus conticuit. Tusc.175 b, Qui iam conticuerit, penè ab ipso foro irrisi. de Cla.195 b, Cum studium nostri Brute conticuit, subitò & obmutuit. Postq.208 a, Saltem dũ conticesceret illa lamentatio & gemitus urbis. Off.33 a, Illæ literæ conticuerunt forenses & senatorię. I.P.89 a, Cũ obmutuisset senatus, iudicia conticuissent, &c. pro Mur.129 a, Simultatque increpuit suspicio tumultus, artes illicò nostræ conticescunt. In Antoniam, 264 a, Nunquam de uobis hominum gratissimus sermo conticescet. pro Mar.132 a, Nulla uiuquam ætas de tuis laudibus conticescet.

Continens, tis. continuatus, iunctus, adiunctus, affixus, coniunctus, proximus, perpetuus. Ep.241 b, Cappadociæ, partęque Ciliciam continens est. Ar.79 a, Cappadociæ partęque Ciliciam attingit. de Nat.49 a, Mari aer continens est. pro Cec.287 a, Huic fundo continentia quædam prædiaque adiuncta mercatur. & ibid, b, Hic fundus, qui fundo eius antiquo continens est. de Na.7 a, Motus sensui cõiunctus & continens in infinito nullus esse potest. de Fi.77 b, Neq; porrò ex eo natus, sese è cõtinenti genere tertiã uitã reip. præbuisset. de Diu.115 b, Natura rerũ uno cõtexu iuncta est & continens. de Fat.149 a, Proxima & cõtinens causa monet assensionem. de In.50 b, Continentia ciuilis negocio sunt ea quæ semper affixa esse uidentur ad rem, ut quæ ab eo possunt separari. de Or.163 a, Cõtinẽti spiritu.)(. Intermisso spiritu. Tusc.151 b, Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo: id est, perpetuam. ad Her.20 a, In extrema oratione continens uox remediis est uoci. Ep.68 a, Si in hac sententia fueris, ut à continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris, secernas hanc quasi fabulam rerum euentorumq; nostrorum.

Continens, pro litore. Acad.26 b, Mare dissimile est proximo ei continenti.

Continens, pro temperante. Ep.138 a, Cùm reges tam sint continentes, multo magis consulares esse oportet. Att.95 b, Puerum, inquies, & fortasse fatuum, & non grauem, & non continentem.

Continenter, assiduè. de Nat.23 a, Quomodo enim probes continenter imagines ferri? aut si continenter, quomodo æternæ? Acad.44 b, & 28 a, & ad Her.44 b, Quia continenter labuntur & fluunt omnia. Orat.209 a, Continenter unum uerbum, non in eadem sententia ponere.

Continenter, temperatè, temperanter. Offic.21 b, Parcè, sobriè, continẽterq; uiuere. pro Murena, 126 b, In Asia cõtinenter uixisse, laudandum est.

Continenter, pro continuatus, seu continens, uel coniũctè. ad Her.20 a, Vno spiritu continenter multa dicere, id est, continuato spiritu.

Continentia, tiæ. temperantia, uirtus uoluptati resistens. de In.82 b, Cõtinentia est, per quam cupiditas consilij gubernatione regitur. I.V.227 a, Conferte huius libidines cũ illius continentia. pro Pom.16 b, Ora maritima Cn. Pompeium propter animi continentiam requisiuit. Qu. Fratr. 291 a, Quem nulla conditio pecuniæ ab summa integritate continentiaq; deduxerit. Qui. Fra.293 a, Tua integritas & continentia. pro Fl.151 b, In re domestica continentiæ laus quæritur, in publica dignitatis. Of.51 b, Continentia in uictu omni atq; cultu. Tuscul.247 b, Siccitas consequitur continentiam in uictu. Offi.49 b, Nulla re conciliare facilius beneuolentiam multitudinis possunt ij, qui reip. præsunt, quàm abstinentia & continentia. pro Pom.11 b, Non potest exercitum is continere imperator, qui se ipsum non continet.

Contineo, nes. comprehendo, complector, includo, concludo, cohibeo, arceo, coerceo, sustineo. de Nat.37 a, Mundus omnia complexu suo coercet & continet. & 53 b, Aluus arcet & continet illud quod recipit, ut id mutari facilè & cõcoqui possit. pro Cl.24 b, Spes illa, quam mulier in aluo cõmendatam à uiro continebat. In Verr.227 b, Eorum cõiunctione pars oppidi, &c. ponte rursum adiungitur & continetur. de Som.128 b, Nouem orbes, quorum unus extimus est, summus ipse deus arcens & continens cæteros. & ibid. Qui reliquos omnes complectitur. de Nat.78 b, Is nõ a deo immissum dolorem, sed conceptum à seipso continebat. Atti.237 a, Me Idus Martiæ non tam consolãtur quã antea, magnum enim mendum continent. de Orator.92 b, Omnes rerũ fontes animo ac memoria continere. & 122 a, quã una uirtute omnes uirtutes reliquæ continentur. de L.170 a, Dum illa sit maior, & hæc in ea contineatur. I.V. 213 b, Facinus in quo omnia nefaria contineri mihi atque inesse uideatur. pro Mar.134 a, Tua salute nostra salus continetur. de Nat.27 b, Bella, quibus reip. salus continetur. I. C.118 a, Forum, in quo omnis æquitas continetur. de N.3 b, Res tam præclaras Latinis literis contineri. & 65 a, Naturam uno diuino spiritu contineri. Or.206 a, Ius omne retinendæ maiestatis Fabricij causa continebatur. de Nat.37 b, Homines uenis, & neruis, & ossibus cõtinẽtur. pro Mar. 135 b, Vita corpore & spiritu cõtinet. pro Syl.179 a, Status reipub. maximè iudicatis rebus continetur. de Or.101 a, Fontes, disputationum, qui iure ciuili & legibus continẽtur. contra Rul.74 a, Agri eodem capite inclusi continebãtur, I.V.146 b, Summe expectabant homines, quid in tabulis contineretur, de N.30 b, Omnia quæ aluntur & crescũt continent in se uim caloris. & 31 b, Calor qui in aquis continetur. Anteq.192 b, Continere aliquid inclusum animo. pro Plan.263 b, Flos equitum Roman. publicanorũ ordine cõtinetur. de Fat.145 b, Motus enim uoluntarius eam naturam in se continet, ut sit in nostra potestate. de D.104 b, Continet enim totam hanc quæstionem ea ratio quæ est de natura deorum, quam si obtinemus, stabit & illud, quod locum hunc continet, esse deos. de Vn.196 b, Quod immutabili æternitate continetur. de D.85 b, Artes, quæ coniectura continentur, & sunt opinabiles. de Orat.87 b, Sic statuo, perfecti oratoris moderatione uniuersæ reipub. salutem maximè contineri. de Ar.247 b, & 148 a, Status sollennesq; ceremonias pontificatu, rerum bene gerendarum autoritates augurio contineri. de Or.92 b, Artem uerò negabat esse ullam, nisi quæ cognitis penitusq; perspectis rebus contineretur. & 110 a, Feciq; hoc, quod, &c. ut de ijs rebus, quæ doctrina aliqua continerẽtur, disputarẽ. de Cl. 195 a, Studere literis, quibus fons eloquentiæ continetur. de Orato.85 a, Ego eloquentissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuo. de Or.111 a, Oratoris omnis actio opinionibus non scientia continetur. de Cl. 174 b, Significabat enim non prudentiam solùm, sed quod maximè rem continebat, fidem. Off.51 a, nulla res uehementius remp. continet, quàm fides. pro Do.231 b, Tantũ homines impios inuisum nefarijs mentibus bonorum odium continebat. pro Dom.233 a, Sed hic meus reditus pontifices uestro iudicio continetur. Orat.197 b, Plato ait ideas semper ratione & intelligentia contineri. de Fi.51 b, Hæc quæ uitam continent omnem. Offic.58 a, Lex ipsa naturę, quæ utilitatem hominum conseruat & continet. Q.Fr.296 a, Esse abstinentem, continere omnes cupiditates, præclarum est. I.A.247 a, Quibus enim septis iam immanes belluas continebimus? pro Pom.11 b, Non potest exercitum is continere imperator, qui seipsum non continet. Qu.Fr. 290 a, Nihil est negocij continere eos, quibus psis, si te ipse contineas. contra Rul.64 a, In ea uestri isti satellites modestè insolentiam suam continebunt? Att.210 b, Tu autem commodè feceris, si reliquos cõtinueris, ne, &c. Para. 119 b, An temperantem eum dices, qui se in aliqua libidine cõtinuerit, in aliqua effuderit? I.V. 88 a, Cæteræ libidines eius ratione aliqua cõtinebantur. Postquam.198 a, Continere odium iam diu conceptum in aliquem. pro Cluẽ.10 a, Mulier amore capta quomodo poterat, in illa cupidita te continebatur. Aca.47 b, Cohibere & cõtinere temeritatem à lapsu. pro S.R.27 a, Vt metu cõtineatur audacia. Ep. 195 a, Continere iracundiam. I.C.101 b, Quorum ego uix abs te iamdiu manus ac tela contineo. Qu.Fra.297 b, Linguam omnibus esse continendam. I.V.256 b, Vix populus se continuit à supplicio tuo. de Or.129 a, Continere dicta in aliquem. pro Sest.8 a, Continere se domi. de Or.108 a, 105 a, Continere animam. de Clar.196 b, Tu tamen continere te in tuis perennibus studijs. I.C.94 a, Quin cõtinetis uocem indicem stultitiæ uestræ de Natu. 54 b, Natura mẽbranas oculorum firmas fecit, ut cõtinerentur. ad Herren. 35 a, Continere aliquem in officio. I.V.31 a, Custos ad continendas merces missus. de Finib.77 b, Contineo me ab exemplis Græcis. Academic.26 a, Qui de omnibus rebus contineat se ab assentiendo, & ibi. Cum se à respondendo contineat.

Contingit, bat. euenit, accidit. de Orat.110 a, Magis adeò id facillitate quàm alia ulla culpa mea contigit. de Or.98 a, Quoniam tantum habemus ocij, quantum iamdiu nobis non contigit. Atti.127 b, Quoniam autem tecum ut essẽ non contigit, utinam tui consilij certior factus essem. de Clar.192 a, Volo hoc oratori contingat, ut cùm auditum fuerit eum esse dicturum, locus in subsellis occupetur. In Antonium, 204 a, Vtinam C. Cæsari contigisset adolescenti, ut esset senatui charissimus. Off.51 b, In magnis animis id plerunq; cõtingit. de Cla.175 a, Hoc idem in nostris contingere intelligo, quod in græcis, ut omnes, &c. Ep.158 a, Si mihi uita contigerit. Apud Non. Quod non modo singulis hominibus, sed potentissimis populis sæpe cõtigit. Off.41 b, Cùm id minus contingeret, leges sunt inuentæ.

Contingo, gis. attingo. de N.30 a, b, Atq; etiam aliorum ea humilitas est, ut cibum terrestrem rostris facilè contingãt. de Di.127 b, Luna tanta humilitate fertur, ut terram propè contingat. de Fat.144 b, Atomus alia aliam contingit. pro Pom.4 a, Cùm antea per ætatem nondum huius autoritatem loci contingere auderem. Tuf.157 a, Cum animus naturam sui similem contigit. de Som.120 b, Hic autem aliter cerne, quàm nos tenui parte contingat. Tuf.243 a, Alia autem diuina illa cœlum contingant.

Continuatio, onis. perpetuitas. de Nat.4. a, Mirabilis quædam continuatio serieq; rerum, ut alia ex alia nexa, & omnes inter se aptæ colligataq; uideantur. Continuatio coniunctioque naturæ. l. συμπάθεια. Acad.44 b, Immutabilis continuatio ordinis sempiterni. de Natur.12 b, Continuatio

tio causarum. Continuatio, περίοδος. de Or. 108 a, Demosthenes. contentione uerborum binas continuationes & remissiones cõtinebat. de Or. 159 a, Longissima complexio uerborum est, quæ spiritu uno uolui potest. de Ora. 147 a, Nimis longa continuatio uerborum. de Orator. 158 a, Nõ in uerbo modus hic, sed in oratione, id est continuatione uerborum. de Orat. 160 a, Numerus in continuatione nullus est, nam distinctio numerum conficit. ad Her. 20 b, Cõtinuatio est, orationis enunciandæ acceleratio clamosa. ad Her. 30 a, Continuatio est densa & continens frequentatio uerborum, cum absolutione sententiarum: id est, periodus.

Continvatvs, a, um continens.)(. Interruptus. Acad. 44 a, Et ita putant effici, quæ appellant qualia, è quib. in omni natura cohærẽte & continuata cum omnibus suis partibus effectum esse mundum. de Nat. 49 a, Aer mari continuatus & iunctus est. de N. 65 a, Conuenientia consensusq; naturę quam quasi cognatione continuatam conspirare dicebas. de Orator. 156 b, Verba coniuncta continuataq;. Tuscula. 153 a, Sic ipsum animum ἐντελέχειαν appellat nouo nomine, quasi quandam continuatam motionem & perennẽ. & 184 a, Luctus continuatus. de Or. 162 a, Continuatum.)(. Interruptum.

Continvo, statim, illico. Attic. 151 b, Atq; huiusce rei iudicium iam continuò uideo futurum. pro Quint. Rosc. 47 b, Ignis in aquam coniectus continuò extinguitur. Ep. 15 a, Vbi nominabit Phedriam, tu Pamphilam continuò. Epi. 151 a, & 15 a, Feci cõtinuò oẽs participes meæ uoluptatis. Acad. 1 a, Deinde absens factus ædilis cõtinuo prætor, post, &c. Attic. 151 b, Sed tamẽ quicquid egero, continuò scies. & ibi. Sed tibi omnem illius, meumq; fermonem statim mittam. de Fin. 125 a, Aequè enim contingit omnibus fidibus ut incontentę sint, illud non continuò, ut æquè incõtentæ. de Or. 127 a, Non continuo si quis populi motus factus est, id C. Norbano in nefario crimine esse ponendũ. Ar. 9 a b, Hoc continuò correximus.

Continvo, as. perpetuo. de Natur. 12 b, Atomi cohærescũt inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur. contra Rul. 81 b, Coemant præterea, ista dena iugera cõtinuabũt. & 80 a, Syllanus ager à certis hominibus latissimè cõtinuatus habet iuuidiã. & 89 b, Deniq; sine cura possidebit eos fundos, quos in agro Cassinati fructuosissimos continuauit, cũ usq; eò uicinos proscriberet, quoad, &c. In Vat. 33 a, Fecisti ante rostra pontem continuatis tribunalibus. pro Flac, 45 1 a, Libertas quę usq; ad hoc tempus imperio, & rerum gestarum gloria continuata permansit. ad Her. 20 b, Cùm autem cõtendere oportebit, ad aucto mediocriter sono uocis, uerbis cõtinuandis uocem quoq; adaugere oportebit. de Or. 158 a, Quod ex pluribus continuatis cõnectitur. Or. 218 b, Res iterata & continuata.

Continvvs, a, um, continens, perpetuus, perennis, deinceps. pro Põ. 14 a, Aliquot annos continuos magna imperij parte caruimus. pro Flac. 151 b, Senatus nihil à superioribus continuorum annorum decretis decessit. de Orator. 160 a, Rectè genus hoc numerorum, dummodo ne continuũ sit, in orationis laude ponetur. Orat. 205 b, Plures continuæ translationes. pro Fon. 282 b, Tum continuæ præturæ, quę & cæteris ornamentis, & existimatione innocentiæ maximè floruerunt. Epistol. 166 b, Continuis itineribus ad forum Vocontium ueni. ad Her. 20 a, Conseruat uocem continui clamoris remissio. & ibi. Continens uox. I. V. 254 b, Tot dies continuos quid egisti? I. V. 73 a, Equester ordo iudicauit annos propè quinquaginta continuos. Cæs. 17 a, Dies quinq; continui.

Contor, aris. percunctor. Attic. 176 b, Cumq; ex eo de me contaretur, eum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum.

Contorqveo, ques. conuoluo, iaculor, deflecto, de Nat. 37 a, Non enim ætheris ea natura, ut ui sua stellas complexa contorqueat. de N. 6 b, Mundus mirabili celeritate contorquetur. Orat. 220 a, Demosthenes cuius non tam uibrarent fulmina, nisi numeris cõtorta ferrentur. de D. 130 a, Dein de contorquent, & ita cõcludunt, non igitur, &c. Tusc. 204 a, Quas sententias colligit? quæ uerba contorquet? in Ar. Brumali flectens contorquet tempora currum. de D. 88 b, Quosdam amnes in alium cursum contortos & deflexos uidemus.

Contorte, oblique. ad Her. 3 b, Concortè dicere aliquid. & Tus. 195 b, Hæc concludantur contortius. & de In. 48 b, Perturbatè & contortè dicere aliquid.

Contortio, onis. flexio. de Fat. 143 b, Maius est enim hæc contortiones orationis, quàm signorum ortus obitusque perdiscere. ad Heren. 30 a, Itaque in illo genere & remotione brachij & contortione dextræ gladius ad corpus afferri uidetur.

Contortvlvs, a, um. Stoici contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis effici uolunt, non esse malum, dolorem. Tus. 184 a.

Contortvs, a, um. distortus. de Or. 107 a, Contortas res & sæpe difficiles necessariò perdiscimus. Or. 202 b, Contorta & acris oratio. Acad. 19 a, Quorum sunt contorta & aculeata quædam sophismata.

Contra, aduersum, aduersus, in, obuiam.)(. Pro, secundum. de N. 59 b, Impia consuetudo est contra Deos diffundi. Ar. 104 b, Sero resistimus ei, quem aluimus contra nos. de Or. 99 b, Defendere causam alicuius contra alium patronum. de Or. 92 a, disputabãt contra diserti homines Athenienses. I. V. 130 a, Quid si contra omni ratione pugnauit de Sen. 88 a, Et contra auium minorum morsum munitur uallo aristarum. Offi. 4 b, Veri inuestigationis studio à rebus agendis abduci, contra officiũ est. Ep. 182 a, Scio me à te contra iniquos meos solere defendi, & pro Qu. 14 a, Testimonium quod contra te est. offi. 64 a, Nec qui contra se liceatur emptos opponet. de Orat. 150 a, Hoc nõ modò non pro me, sed contra me est. Ar. 140 a, Contra meum iudicium, & contra omnium antiquorum autoritatem cupio discedere. Epistol. 62 b, Pro ijs rebus nulla mihi ab te relata gratia est, contrà etiam esse aliquid abs te profectũ ex multis audiui. Ar. 163 b, Facere contra aliquem: id est, aduersari ei, & 65 b, Ire obuiam alicui: id est, facere contra illum. & ibid. Esse cum aliquo: id est, facere pro illo. de Clar. 176 a, Cõtra studium populi stare. pro Qu. 7 b, Qu. Hortensius contra caput non dixit dicere. pro Qu. 53 b, Resistere & repugnare contra ueritatem. Offi, 56 b, Contra naturam uiuere.)(. Secũdum naturam uiuere. & ibi. Secundum naturam est.)(. Contra naturam est. Academ. 45 b, Sic inter rectè factum atq; peccatum, officium & contra officium, media locabat quædam.

Contra, pro alter, secus. pro Syl. 186 a, Iam enim facia contra, atq; in cæteris causis fieri solet, ut, &c. Quint. Fra. 290 a, Factum est enim mea culpa, contrà quàm tu mecum egeras. pro Cor. 56 a, Si denique aliquid non contrà ac licere factum diceretur, sed contrà atq; oporteret. de Or. 136 b, Clamare contrà decear, & quàm possit, hominis est impudentissimi. I. V. 202 a, Si hæc cõtra ac dico essent omnia, tamen, &c. Or. 209 a, Vt contrà ac dicat accipi ac sonari uelit. de D. 119 b, Omnia ferè contra ac dicta sunt euenire. I. P. 83 a, Edicere est ausus ut senatus, contrà quàm ipse censuisset, ad uestitum rediret. I. A. 237 b, Cum contra ac Deiotarus sensit, uictoria belli iudicarit. pro Dom. 237 b, Quanquam quid ego de uestro iure, contra quàm propofueram, disputabo. ad Heren. 24 a, Contraque faciunt, quã pollicentur.

Contra, e contrario, ex contrario, potius. Officior. 10 b, In collocando beneficio hoc maximè officij est, quisq; maximè opis indigeat, ita ei potissimum opitulari, quòd contra fit à plerisq; à quo enim plurimum sperant, &c. pro Cor. 61 b, Atq; utinam propugnatores, &c. & contrà oppugnatores, &c. Aca. 45 b, Non is sum, qui obtrectẽt libẽter, sed contrà qui laudem omnia. de Finib. 13 a, Quæ bona sint, mala putant, bona contra quæ mala. Acad. 45 b, Ea sumenda dicebat, contraq; cõtraria. Epistol. 48 b, Nos qui domi sumus tibi beati uidemur, at cõtra nobis tu præ nobis beatus. Tuscul. 231 b, Ergo ut hi miseri, sic contra illi beati. pro Mar. 134 a, Non enim culpa tua est, si te aliqui eimurunt: contraq; summa laus, quod pleriq; minimè timendũ esse senserunt. de Orat. 139, Ad causam pertinet, cautè, an contrà, demonstratum sit. Ora. 203 b, Decere, &c. contraque item dedecere. pro Clue 35 a, b, Sapientissimũ esse, dũ cũt eũ cui quod opus sit, ipsi ueniat in mentem. In stultitia contra est: minus enim stultus, cui nihil in mentem uenit, quàm ille, qui, &c. & 54 a, Quid huic cũ Habito? nihil, atq; adeò potius etiam contrà si multas. Partit. 134 a, Illa autem altera argumentatio, quasi retrò, ac cõtra potius sumit quæ uult. de Fi. 76 a, Nũ igitur cẽses animo solicito fuisse? nihil uult. de Fi. 76 a, Nũ igitur cẽses animo solicito fuisse? nihil minus, contraq; illa hæreditate diues. de Fi. 73 a, Cyrenaici nõ uiderũt, ut ad cursum equũ, sic hominẽ ad intelligendũ, & ad agendũ esse natum: contraq; ut tardam aliquã pecudẽ ad pastũ, & ad procreandi uoluptatem eum ortũ esse uoluerũt. Ep. 16 a, Noui enim animũ tuum nulla in cæteros male uolentia suffusum, contraque cùm magnum & excelsum, tũ etiam apertum & simplicem. pro Dom. 231 a, Cum me in iudicium populi nemo uocarit, condemnari non potui, contraque à populo Rom. semper sum defensus & ornatus.

Contra, pro uicissim. de Finib. 83 a, Beatè uiuere uos in uoluptate ponitis, item contrà omnem infelicitatem in dolore. I. A. 168 a, Sed & ego quid ille, & contrà ille, quid ego sentirem uidebat. Epistol. 151 a, Si laudabit hæc illius formam, tu huius contrà.

Contractio, onis. breuitas, fuga. Att. 70 b, Meam in eo parsimoniam contractio naturæ significat. Off. 29 b, Supercilio rum remissio aut contractiõ. Or. 216 a, Contractio & breuitas grauitatem non habet. de Na. 56 a, Facilis digitorum contractio, facilisque porrectio. Tusc. 224 a, Eodem enim uicio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio. de Orat. 161 a, Contractione breuius fieri aut productione longius. Or. 202 a, Brachij porrectio in contentionibus, cõtractio in remissis. pro Sest. 6 b, Frontis contractio.

Contractivncvla, læ. Tusc. 208 b, Morsus tamen & cõtractiunculæ quædam animi relinquentur.

Contractvs, a, um. breuis. astrictus. de Clar. 179 a, Ambitus uerborum contractus & breuis. de Clar. 294 a, Dialectica quasi contracta & astricta eloquentia putanda est. pro Cæl. 55 b, Quæ studia in senectute contractiora esse debẽt: id est, remissiora. Ep. 109 b, Propter res tuas ita contractas, ut quemadmodum scribis, nec caput, nec pedes. Parad. 116 a, Accipies igitur hoc paruum opusculum elucubratũ his iam contractioribus noctibus. Off. 4 a, Rerum contractarum fides.

Contradico, dicis. Att. 15 b, Vnus contradixerat Metellus. Att. 83 a, Scaptius ait se nihil contradicere. pro R. P. 124 a, Cùm erant appellati, si eis uidebatur, statim contradicere solebant. de Fi. 90 a, Nec qui contradicunt, causam difficilem repellunt. Aca. 8 b, Vereor ne maiorem largiar ei, qui contradicturus est, libertatem. Tusc. 164 b, Cateruæ uenũt contradicentium. de N. 79 a, Dabis nobis aliquem diem ut contra ista dicamus. de Or. 133 a, Num, si contra te dixero, mihi maledicturus es? pro Qu. 1 b, Qu. Hortensius contra me est dicturus.

Contraduco, cis. ad Her. 29 a, Quid, quod exercitum contraduxit.

Contraho, his. astringo, refugio, in angustum adduco uel deduco. de Na. 53 a, Stomachi partes quæ sunt infrà quàm id quod deuoratur, dilatantur: quæ autem suprà, contrahuntur. de Am. 99 b, Ex infinita societate generis humani ita contracta res est & adducta in angustum, ut omnis charitas aut inter duos, aut inter paucos iungatur. Acad. 46 a, Sed ea contraherent, in Angustumque deducerent. de Na. 59 a, Licet enim contrahere uniuersitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos. de Ora. 157 a, Similitudinis est ad uerbum unum contracta breuitas. de Diuina. 105 a, Omne animal membra quò uult flectit, contorquet, porrigit, contrahit. Par. 232 a, Contrahere orationem.)(. Dilatare. de Natu. 76 b, Recessus solis quasi tristitia quadam contrahit terram, accessus autem lætificat. Tuscul. 224 a, Contrahere animum in dolore.)(. Effundi animum in lætitia. Qu. Fra. 209 a, Te rogo ne contrahas aut demittas animum. de Leg. 177 b, Varius canendi sonus, tum remittit animos, tum contrahit. Tuscul. 212 a, Demittere & contrahere animum. Or. 211 a, Contrahere nomina.

Contrahere, colligere, cogere. Attic. 126 a, Contrahere omnia in unum locum. Attic. 129 b, Vos hortor, ut quotcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. Attic. 130 & Epistol. 154 b, Nos disiecta manu pares aduersarijs esse non possumus: contractis autem nostris copijs, spero, &c. Attic. 118 a, Sic enim parari uideo ut Lucerią omnes copiæ contrahantur. Attic. 129 b, Ex quibus non amplius XIIII cohortes contrahere potui. & ibi. Reliquæ copiæ Brundusium cogerentur. & 20 a, Contraxi uel a, perspiciens inopiam iudicum. Tusc. 183 b, Quis cùm decubuisset ferrum recipere iussus, collum contraxit? pro Cluen. 32 b, Contrahere frontem. de Diu. 116 a. Cor bonis contractũ aliquo morbo exile & uietum esse. & 133 a, Contrahi aũt animum Zeno, & quasi labi putat atque concidere, & ipsum esse dormire. de Am. 105 b, Virtus ex bouis amici quasi diffunditur, & incõmodis contrahitur. de Am. 100 b, Amicitia omnia contrahit, discordia dissipat. pro Mure. 141 a, Appetitus omnes contrahendi sedandique sunt.

Contrahere, transigere, cum altero aliquid agere, cum aliquo rem rationemque iungere. Offic. 41 a, Qui uendunt, emunt, cõducunt, locant, contrahendisq; negocijs implicãtur. Off. 46 b, Conuenit aũt in omni re contrahenda, uẽdẽdo, emendo, conducendo, locando, æquum & facilem esse. & 11 b, Consuetud nes præterea & familiaritates mulcręq; cum multis res rationesq; contractæ. pro Syl. 177 b, Magna ratione cum rege Mauritaniæ contracta. Item: Rabirius multa gessit, multa contraxit. Off. 44 a, Rerum contractarum fides. I. V. 143 b, Nam quas pecunias ferẽbat ijs expensas, quibus cum contrahebat, eas ipsi isti referebat acceptas. pro Qu. b, Res ab eo qui cum cõtraxisti, recessit. pro Cluent. 26 a, Cum illo iam nemo rationem, nemo rem ullam contrahebat. Off. 2 a, Neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas. Tusc. 248 b, Magnis molestijs uacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt.

Contrahere, suscipere, accipere, conflare. de Fi. 146 a, Si mercatura in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit. Att. 106 a, Quid si optimum, malè contractis rebus, planè uideo. pro Quint. 2 a, A principio quemadmodum res gesta & contracta sit, exponam. Tuscul. 201 b, Malum culpa contractum. Att. 156 a, Omnia culpa contracta sunt. de In. 47 a, Si turpitudo causæ contrahet, offensionem acrior rem facit. Quint. Fr. 290 a, Ea ferre homines molestissimè debent, quæ eorum culpa contracta sunt. Att. 184 a, Ea est à nobis contracta culpa, ut, &c. pro R. P. 126 b, Hoc quidẽ suscepto atque contracto, multa perpetienda fuerunt. I. C. 105 a, Aes alienum contractum in popinam. Qu. Fr. 294 b, Aes alienum contrahi cupiam. Epi. 27 b, Dolabellam uidebam fore ab ijs molestijs, quas sua liberalitate cõtraxerat, liberum. ad Her. 36 a, Inuidiam contrahere in uita, odium in oratione: id est, accersere, trahere.

Contrahere, facessere. ad Attic. 243 a, Contrahi mihi negocium uidetur. In. Catilin. 120 a, Sin illam alteram secuti eritis, nescio an amplius mihi negocij contrahatur.

Contrahere, cõciliare, colligere, captare, cõparare. ad Her. 2 a, A nostra persona beneuolentiam contrahemus. & ibidem multa. de Inuent. 47 a, Beneuolentia quatuor ex locis cõparatur. & ibidem: Ab auditorũ persona beneuolentia captabitur, si. & de Am. 105 b, Virtus contrahit amicitiã.

Contrarie, repugnanter. Par. 239 b, Idem de eadem re cõtrariè scriptum. de Or. 96 b, Contrariè scriptum, aut ambiguè. de Or. 133 a, Verba relata contrariè. de Vn. 200 b, Bifariam contrariè simul procedentia.

Contrarivs, ria, rium. aduersus, aduersarius, pugnans, inter se pugnans, diuersus, inter se confligens. de In. 51 b, Contrarium est, quod positum in genere diuerso, ab eodem, cui cõtrarium esse dicitur, plurimum distat; ut frigus calor, mors uita. Acad. 24 b, Contraria ea dico, cùm alterum ait, alterũ negat. Tusc. 238 a, Contrariorum contraria sunt consequẽtia. de In 82 b, Fortitudini contraria est ignauia, & iusticiæ iniustitia. de Fin. 121 b, Vitia sunt uirtutum contraria. de In. 83 a, & 82 b, Fidentiæ contrarium est diffidentia: audacia autem non contrarium, sed appositũ et ac propinquũ. ad Heren. 29 b, Contrarium idem ferè est, quod contentio. Contrarium est, quod ex rebus diuersis duabus, alterum breuiter, & facilè confirmat, &c. I. Enthymema, Topicor. 224 b, Deinceps locus est quiã contrario dicitur. Contrariorum autem genera sunt plura: unum, eorum quæ in eodem genere plurimum differunt, ut sapientia, stultitia. eodem autem genera dicuntur, quibus propositis

positis occurrunt tanquam è regione quadam contraria: ut celeritati tarditas, non debilitas. ex quibus contrarijs argumenta talia existunt: Si stultitiam fugimus, sapientiam sequamur: & bonitatem, si malitiam. Hæc quæ ex eodem genere contraria sunt, appellantur aduersa. Sunt enim alia contraria quæ priuantia licet appellemus Latinè, Grecè appellantur στερητικά: præpositio enim In, priuat uerbum ea ui quam haberet, si In propositū non fuisset: ut dignitas indignitas, humanitas inhumanitas. & cætera generis eiusdem. quorum tractatio est eadem quæ superiorum, quæ ad uersa dixi. Nam alia quoque sunt contrariorum genera, ue lut ea quæ cum aliquo conferuntur: ut duplum simplum, multa pauca, longum breue, maius minus. sunt etiam ualde contraria alia, quæ appellantur negantia. ea ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus: ut si hoc est, illud nō est. Quid enim opus exēplo est, tantum intelligatur argumento quærendo, contrarijs omnibus contraria nō conuenire. de Fat. 147 b, Contraria hoc loco ea dico, quorum alterū ait, alterum negat. ex his igitur necesse est alterum uerum esse alterum falsum. Academ. 24 b, Offic. 9 b, Id tam abest ab officio, ut nihil magis officio posit esse contrarium. I.A. 164 a, Tota in oratione tecum pugnas, & non modò non cohærentia inter se dicis, sed maximè disuncta atque cōtraria: ut non tanta mecum, quanta tecum tibi sit contentio. de Diuinat. 93 b, Quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quærenti uera contrariam. de Senect. 93 a, Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus in terram, locum diuinæ naturæ, æternitatiq; contrarium. de Op. 244 a, Orationes inter se contrariæ Aeschinis & Demosthenis. de Or. 129 a, & pro Cluent. 47 a, Capita inter se contraria. pro Cæl. 39 b, Monstrum ex contrarijs diuersisque, atque inter se repugnantibus naturæ studijs conflatum. de Som. 128 b, Astra errantia, quæ uersantur retro contrario motu atque cœlum. de Diuinat. 98 a, Stella Iouis ad ortus puerorum salutaris est, Saturni cōtraria. de Diuinat. 96 b, Flumina in contrarias partes fluxerunt & amnes mare influxit. Epistol. 165 b, Verebar ne piū cōsiliū meum raperent in contrariam partem obtrectatores mei. de Or. 138 b, Afferendum est aliquid in contrariā partem, quod, &c. de Or. 97 b, Disputare de omni re in cōtrarias partes. & 138 b, Omnium rerum in contrarias partes facultas ex ijsdem suppeditatur locis. pro Cec. 305 a, Si quid contraria parte in homine ostendendum sit, habetis hominem, &c. pro Quiu. Rosc. 52 b, Atque ego hoc ex cōtrario contendo: leuior esset, &c. de Orat. 125 a, Itaq; eadē sunt in aduersarios ex contrario conferenda. & ad Heren. 3 a, & 9 b, De Inuent. 65 a, Defensor autem ex contrario primūm dicet, &c. & 48 a, Commutabile est, quod ab aduersario pōt leuiter mutatum ex contraria parte dici. & 82 a, Rerum expetendarum tria genera sunt: par autem numerus uitandarum ex contraria parte. Antequam. 197 b, & ad Heren. 3 b, & 9 a, Si neminem læsi, si etiam è contrario multis opem tuli. I.V. 101 a, Contrarium decernebat ac paulo antè decreuerat. de N. 46 a, b, Sol binas reuersiones ab extremo contrarias facit. Orat. 300 a, b, Conferre pugnantia, & comparare contraria. & 202 a, Referre paria paribus, ad uersa contrarijs. Off. 7 b, Sed incidunt sæpe tempora. cùm ea commutantur, fiuntq; contraria. contra. Rul. 79 b, Conuersa ratio antea cùm erat, &c. id est, nunc contrarium est atq; antea fuit. At. 288 a, Verba rebus esse contraria. Of. 76 a, Omnis uoluptas honestati est contraria. de D. 112 a, Nihil est tam contrarium rationi & constantiæ, quàm fortuna. de Or. 123 a, Opinionem istorum studiorum & suspicionē artificij apud eos. qui res iudicant, oratori aduersariā esse arbitror. I.C. 109 b, Causæ, quæ inter se confligunt. de Or. 139 b, Quæ quia pugnare sæpe inter se uidentur.

Contrarium, ex ornatio, idem ferè est quod contentio. ad Heren. 29 b.

Contrarium est, quod ex rebus diuersis duabus, alteram breuiter & facilè confirmat, &c.

Contrascriptum, pti. Attic. 257 a, Antonij edictum legi Bruto, & horum contrascriptum præclarè.

Contraueniō, nis. aduersor, contrapugno. I.V. 130 a, Quid si de literis corruptis contrauenit? si contra omni ratione pugnauit? pro Mur. 126 a, Si ille ipse, quem contraueneris, causa cadat. Tuscul. 160 a, Ego uerò facilè sum passus, ne in mentem quidem mihi aliquid contraunire: ita isti fauore sententiæ. In Anto. 161 a, Contra rem suam uenisse me nescio quando quæstus est. & ibidem, An ego non uenirem cōtra alienam pro familiari meo. & ibidem: Venire contra gratiam contra iniuriam.

Contrectatio, onis. tractatio, tractatus, attrectatus. de Na. 16 b, Quod nisi ita esset, cur non taurus equæ contrectatione gestiret.

Contrecto, as. tracto, attrecto. de Oratore 145 a, Qui quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius diuulsa contrectant.

Contremisco, scis. tremo, contremo. de Or. 95 a, In principijs dicendi tota mente atque omnibus artubus contremisco. Epistol. 95 b, Cùm uerò ad ipsius Cæsaris nomen uenit, toto corpore contremisco. pro Sest. 18 a, Cuius in mea causa nunquam fides uirtusque contremuit. de D. 92 b, Tū ego contremui timore perterritus.

Contremo, mis. de Orator. 157 a, Cœlum tonitru contremit. poetæ.

Contribuo, tribuis. confero, tribuo. In Anto. 265 b, Vtque ad eam rem pecuniam dare, contribuere, soluere. ibi beāt. p Milon. 117 b, Quæ mihi cōtribuēda laus esset ipsi.

Contristo, as. mœrore afficio. Ep. 119 b, Contristauit hæc sententia Balbum Cornelium, & scio eum conquestum esse cum Scipione.

Contritus, trita, tritum. peruulgatus, uulgaris, communis, peruagatus. de Or. 96 b, Ista omnium cōmunia & contrita præcepta didici. pro Sest. 21 b, Quod iam contritum & contemptum putatur. Att. 195 a, Nihil habemus quod scribamus, eadem quotidie, quæ iam iamq; ipsa contrita sunt.

Controversia, ſiẽ. disceptatio, contētio, discrimen, pugnatio. de Or. 135 b, Res quæ in dicendi controuersiam aut disceptationē uocantur. Or. 208 a, Nihil ambigi potest in quo non aut cōtrouersiam res faciat, aut uerba. pro Qu. 3 b, Mihi cum eo controuersiæ nihil est. pro S.R. 33 a, Magna uiri cū illo rei familiaris controuersiæ erat. pro Cec. 290 b, Aut controuersia non erat, qui uerum dicerent. I.C. 112 b, Hic Cethego cum cæteris controuersiam esse dixerunt, quod, &c. de Cla. 171 a, Est inter scriptores de numero annorum controuersia. de Or. 139 b, Controuersia inter hominum sententias in illo est, utrum. &c. Att. 277 a, Flauius noster de controuersia, quam habet cum Dyrrachinis, hæreditaria, sumpsit te iudicem. Ep. 229 a, Habere controuersiā de aliqua re cum aliquo: exempli causa de fundo. pro Cluē. 1 a, Cùm quædam (ut solet) cōtrouersia esset orta. I.A. 243 b, Nec constituere litium actiones malebat, quàm controuersias tollere. de Orat. 96 b, Constituere controuersiam. pro Corn. 63 b, Sedare controuersias. Off. 76 a, Dirimere controuersiam. de Orat. 89 a, Verbi enim controuersia tū diuinorum torquet Græculos homines, contentionis cupidiores, quā ueritatis. 93 b, Omnem controuersiam esse inter homines doctos in uerbi controuersia positam. & 100 a, Mediocris ne res in controuersiam adducta est? Or. 201 a, In controuersia & contentione uersari. ad Her. 3 b, Interfectam esse matrem ab Oreste conuenit mihi cum aduersarijs: iure fecerit & licuerit ne facere, id in controuersia est. de Orat. 118 a, Causa ex controuersia constans, ut hæreditatis. & 96 b, Controuersia ex scripti interpretatione. & ibidem: Venire in controuersiam. de In. 44 b, Generis controuersia est, cùm & quid factum sit conuenit, & quo id factū nomine appellari oporteat, constat: & tamen, &c. Epist. 215 a, Vocari in controuersiam. & 3 b, Hac controuersia usq; ad noctem ducta, senatus est dimissus. pro Cecin. 288 b, Fundus quem sine ulla controuersia biennium possedi. Attic. 207 a, Ait sine ulla controuersia rem ad me esse delatam. de Orat. 105 a, Hoc sine controuersia magnum est. Officio. 53 b, Panætius, qui sine controuersia de officijs accuratissimè disputauit.

Controversor, aris. contendo, litigo. In Protagora, autore Prisciano. Nunc à uobis ò Protagora & Socrates postulo, ut de isto concedatis alter alteri, & inter uos de eiusmodi re non controuersemini.

Controversus, a, um. litigiosus. de Clu. 168 b, Siculi accusantes & cōtrouersia natura. pro Mar. 130 b, Sin aliter etiam controuersum ius nosse, & tractare uideare. de Diui. 130 a, Sed isti sumūt prò certo quod dubium cōtrouersumq; est. de Leg. 166 a, Res controuersa & plena dissesionis inter doctissimos. Part. 235 a, b, Controuersia cauſa.

Contrvcido, das, trucido, perimo. pro Sest. 20 b, Debilitatum corpus & cōtrucidatum. & ibid Hi summi imperij nomine armati, Remp. contrucidarunt.

Contrvdo, dis, constipo, coarcto, extrudo. In Sal. 175 a, Ex Africa tantum ex ausit, quantum potuit in naues contrudi pro Cæl. 51 a, Deinde qui eam prouinciam susceperint, ut in balneas contruderentur. I.V. 249 b, Eodem cæteros contrudi imperat.

Contvbernalis, lis. domesticus, familiaris. Attic. 39 b, C. Artius, proximus est uicinus, imò ille quidem, iam cōtubernalis. Epist. 138 b, Illud doleo in isto loco uenire me nō potuisse: habuisses enim non hospitem, sed contubernalem. pro Cæl. 53 a, Is profectus est in Africam Quint. Pompeio contubernalis. de Cla. 174 a, Qui se illi contubernalem in consulatu fuisse narrabat. Qu.F. 309 b, Spero nos ante hyemem contubernales fore. Att. 214 a, Quid tu hunc de pompa Quirini contuberbalem his nostris moderatis epistolis lætaturum putas? & 123 a, Siue ab Oppijs tuis contubenalibus. pro Lig. 140 b, Militiæ contubernales. pro Flac. 154 b, Contubernalis pro hospite. pro Flac. 151 a, Testes accusatoris consensuros, conuiuæ, contubernales.

Contvbernivm, bernij. contuictus, sodalitas. In Ver. 257 a, ubi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatissimo littore? pro Planc. 164 b, Necessitudo contubernij.

Contveor, eris, aspicio. de Nat. 61 b, Me rogas, cur te duobus contuear oculis, & non altero tantum, cum idem uno assequi possim. Tus. 158 a, Quod tandem spectaculum fore putas, cùm totam terram contueri licebit. de Orat. 163 b, Neque uerò est quisquam, qui eadem contuens efficiat. & 143 a, Vt illud uestigium contueremur. pro Sy. 181 a, Aspicite ipsum, contuemini os, & cætera. & pro Dom. 243 a, De Som. 130 a, Contueri ad cœlum.

Contvitvs, tus. pro Sest. Vester iste in me animorum oculorumq; contuitus.

Contvmacia, ciæ. superbia. I.V. 221 a, Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia. pro Qu.R. 52 a, Est tuæ contumaciæ, arrogantiæ, uitæq; uniuersæ uox. de Am. 106 b, Itaq; illi fastidio ferè & contumacia efferuntur. Atti. 93 b, Potentissimorum hominum contumaciam nunquam tuli. I.P. 96 a, In quo Torquatus furebat contumacia responsi tui. Att. 228 b, Libentius deponimus inimicitias reip. nomine susceptas quàm contumacia. Tus. 265 b, Adhibuitq; liberam contumaciam, à magnitudine animi ductam, non à superbia.

Contvmaciter, superbè, præfractè. Qu.Fr. 306 b, Clodius furebat se à Racilio contumaciter urbaneq; uexatum. de D. 123 a, Nec patrius mos tam contumaciter repudiandus. At. 86 a, Ad me autem contumaciter, arroganter, ἀκοινωνήτως solet scribere. & 253 a, Cætera & satis grauiter & cōtumaciter.

Contvmax, cis. superbus. Attic. 145 b, Suram nefariū cognouihominem, præterea in me contumacem. ad Her. 36 b, In superiores contumax, in æquos & pares fastidiosus, in inferiores crudelis.

Contvmelia, liæ. conuicium, ignominia, iniuria. de Nat. 15 b, Epicurus Nausiphanem uexat omnibus contumelijs. pro Syl. 171 a, Equidem uehementer lætor eum esse me, in quē cum cuperes nullam contumeliam iacere potueris. de Oratore, 129 a, Genus facetiarum, quo nulli aculei contumeliarum insunt. Attic. 285 b, Seruire est contumelias pati. Attic. 231 b, Verborum contumelijs aliquem lacerare. & 230 b, Sed homines beneuolos, qualescunq; sunt, graue est insequi cōtumelia. Tusc. 226 a, Alterius uersibus intorquentur inter fratres grauissimæ contumeliæ. In Ver. 203 b, Quibus tu priuatim iniurias plurimas contumeliasq; imposuisti. I.A. 187 b, Quid est porrò facere contumeliam? quis sic loquitur? I. Conuicium.

Contvmeliose, iniuriosè. Officiorum 27 a, Cum de absentibus trahendi causa maledicè contumeliosèq; dicitur. In Vatinium, 35 a, Contumeliosissimè maledicere alicui.

Contvmeliosvs, a, um. iniuriosus. Epistol. 17 b, Qui istinc ueniunt partim te superbum esse dicunt, quòd nihil respondeas, partim contumeliosum qui malè respondeas. pro Fl. 260 a, Sin hunc illi antepono, contumeliosa habenda oratio est. pro Corn. 39 b, In socios uero contumeliosum est, exclusos esse, &c. Ep. 60 a, Oratio in aliquem cōtumeliosa. Qu.F. 301 a, Literæ in aliquem cōtumeliosæ. pro Cæl. 243 b, Contumeliosæ uoces in aliquem emissæ. Att. 243 b, Vsuriq; sunt beneficio Antonij contumeliosò. I.A. 186 b, Contumeliosus in edictis.

Contvndo, dis. obtergo, frango. p Flac. 161 a, Membra uxoris lapidib. & fustibus debilitauit, manus contudit, digitos confregit, neruos cōcidit. In Anton. 252 b, Contudi & fregi exultantis latronis audaciam. Att. 201 b, Contudi animum, & fortasse uici, si modò permansero. pro Cecin. 288 b, Ita calumniam obtriuit & contudit. Tus. 185 b, Pugiles ictibus contusi ne ingemiscunt quidem.

Contvrbatio, onis. Tusc. 213 a, Conturbatio est metus excutiens cogitata. Top. 225 a.

Contvrbatvs, a, um. Ar. 249 b, Ludi deformati, inquinati, peruersi, conturbati. I.V. 206 b, Is tristis & conturbatus domum redijt. Ep. 96 b, Vidisti me ita conturbatum, ut nescirem, &c.

Contvrbo, as. perturbo, confundo. Attic. 100 a, Inualetudo tua me ualde conturbat. Officior. 58 a, Hæc sunt quæ conturbant homines in deliberatione nonnūquam. ad Heren. 22 a, Frequētia & obambulatio hominum cōturbat & infirmat imaginum notas. Officior. 60 a, Incidunt sæpe multæ cauſę quæ conturbant animos utilitatis specie. Epist. 122 b, Conturbat me Seruij huius mora. In Anto. 157 b, Nescio quid conturbatus mihi esse uideris: nunquid subtimes? Academ. 3 b, Non sanè, inquit, conturbat me expectatio tua. & ibidem: Eo minus conturbor. In Anton. 166 b, Num cōturbo te? non enim fortasse satis quæ distinctius dicūtur, intelligis. pro Cluent. 45 b, Vnum etiam est, quod me maximè conturbat, cui loco, &c. At. 133 b, Sed tamen signa conturbantur, quibus uoluntas à simulatione distingui posset.

Contvrbare, rationes debiti commiscere, non soluere, decoquere. pro Plan. 273 b, Vtrum igitur me cōturbare oportet an hoc nomen quod urget, nunc cum petitur, dissoluere. Qu.Fr. 314 a. Ad quē ego rescripsi, nihil esse quod posthac arcæ nostrę fiducia conturbaret. & Att. 59 a.

Convalesco, scis. sanor, consanesco, ualentior fio, ex morbo euado, è graui morbo recreor. de Fa. 146 a, Si fatum tibi est ex hoc morbo conualescere, siue medicum adhibueris, siue non, conualesces. de N. 28 b, ægri quidem omnes conualescunt. pro Cluent. 25 a, Aiulius illicò conualescit. In Anton. 186 b, Quam ad omnes res adhibes, in primis ad cōualescendum adhibe prudentiam. pro Syll. 182 a, Vt conualesceret aliquando, & sanari ciuitas posset. pro Milone 106 a, Quanto ille plura miscebat: tanto hic magis conualescebat. Attico. 102 a, His ille rebus ita conualuit, ut nunc in uno ciue Respublica ad resistendum imbecilla sit. Antequam. 195 a, Ne rei crudelitas experrecta in me, in uos conualescat. & ibid. Impunè ad omnium perniciem conualescet. pro Planc. 266 a, Libertas malis oppressa ciuibus, iam extollere caput, & aliquando recreata, se exigere incipit. Epist. 217 a, Ille in morbum incidit, ex quo non conualuit. & 130 a, Certum scio iam conualuisse eam. Tuscu. 101 a, Non omnes qui curantur, conualescunt. pro Clu. 54 b, Cum is iam conualescēret, &c. Epi. 153 b, Is cùm primum posse ingredi cœpit, non magis sibi quàm reip. conualuisse se existimans, ad omnia pericula princeps esse non recusabat. I.P. 98 a, Is graui morbo affligitur, neque se recreare potest.

Convallis, lis. planicies ex omni parte mōtibus septa. contra Rullum 85 a, Roma in montibus posita & conuallibus.

Convector, conuectoris. qui in eadem naui cōuehitur. Att. 169 b, Naui eius, & ipso conuectore meusurum puto.

Conveho, his. conporto. pro Mil. 115 b, Repentè intribus in eam insulam materiam conuexit.

Convello, lis. reuello pro Domo sua, 224 a, Cum gradus Castoris conuellisti ac remouisti. In Verr. 274 b, Verres simulachrum Cereris sacrario Catilinæ conuellendum auertendumq; curauit. I.P. 90 b, Mihi ipsa Roma propè conuulsa sedibus suis, procedere obuiam uisa est. de Leg. 167 a, Qui me ex nostris penè conuellit hortulis. de Diuin. 104 a,

Hæc mihi uidentur non posse conuelli. de Or. 127 b, Nec conuellere adoriamur ea, quæ non possunt cõmoueri. Epi. 69 b, Quæ cogitatio ui tempestatum, & concursu calamitatum erat aliquantum labefactata, atq; cõuulsa. pro Cluent. 18 b, Conuellere opinionem mente comprehẽsam. I.P. 80 a, Qui reipublicæ statum conuulsuri uiderentur. pro Rabir. 91 a, Cùm cuncta auxilia Reipublicæ labefactari conuelliq; uideat. In Anton. 253 a, Tiberius Gracchus conuellit statum ciuitatis.

Convenae, arum. qui ex diuersis locis in una mœnia conueniunt. de Or. 88 a, Romulus pastores & conuenas consilio & sapientia congregauit. Tuscul. 259 b, Dionysius quibusdam conuenis & feris barbaris custodiam corporis sui committebat.

Conveniens, tis. consonus, decorus, par, dignus consentaneus, decens, concors, congruens, aptus, pro.)(. alienus. de Finibus 85 b, Nihil scriptum ab eo congruens & conueniẽs decretis eius reperies. de Amicit. 99 a, Nihil est tam naturæ aptum, tam conueniens ad res uel secundas uel aduersas, quàm amicitia. de Nat. deor. 68 a, Quid enim philosopho minus conueniens, quàm deos tollere? Officiorum 59 a, Recta & conuenientia & constantia natura desiderat, asper naturq; contraria. de Narur. 36 b, Stellarum conueniens, cõstansq; conuersio. Officior. 29 a, Quemadmodum in oratione constanti, sic in uita omnia sint apta & inter se conuenientia, de Diuinatione. 125 b, Conueniens & coniuncta inter augures constantia & 115 b, Conuenientem hostiam rebus suis immolare. pro Sexto Rosc. 34 b, Propinqui cognatiq; optimè conuenientes. Offic. 13 a, Id uirtuti cõueniens nõ est. Off. 12 a, Bene conuenientes propinqui: id est, concordes.

Convenienter, congruenter, secundum. pro. Off. 54 b, Conuenienter naturæ uiuere. id est, cum uirtute congruere semper. de Fin. 95 b, Conueuienter naturæ congruenterque uiuere. Tusc. 244 a, Congruere naturæ, & cum ea conueniẽter uiuere.

Convenientia, tiæ, coniunctio, cognatio, quasi concentus atque consensus. de N. 36 b, Hæc in stellis constantia, hæc conuenientia temporum sine ratione intelligi non potest. de Amicit. 115 a, In amicitia enim est conuenientia rerum, in ea stabilitas, in ea constantia. Off. 3 b, Pulchritudo, uenustas, conuenientia partium. & 20 a, Apta compositio membrorum. de Finib. 94 b, Quòd ὁμολογίαν Stoici, uos appellemus conuenientiam, si placet. & ibi. Viditq; rerum ordinem, & ut uita dicam, cõcordiam. de D. 134 a, Coniectores somniorum significationes faciunt ex quadam conuenientia & coniunctione naturæ, quam uocant συμπάθειαν. de Fin. 100 a, Quorum omne bonum conuenientia atque opportunitate finitur. de D. 155 b, Si ullam esse conuenientiam naturæ cum extis concessero. Off. 20 b, Via quæ deduci ad conuenientiam conseruationemque naturæ.

Conveniо, nis. congruo, nõ abhorreo, aptus uel conueniẽs, uel accommodatus sum, conuenientia. In Horten. Nam quòd uereris ne non cõueniat nostris ætatibus ista oratio, &c. pro Cor. 67 b, Neq; me dissensioni meæ pristinę putaui potius assentiri, quàm præsentibus reip. temporibus & concordiæ conuenire. Off. 20 b, Potestate etiam uitiosis personis quid conueniat, & quid deceat uidebunt. de Pro. 77 b, Hoc decet me & conuenit ijs rebus, quas gessi. de D. 100 b, Quod somnium mirificè ad uerbum cum re conuenit. pro Cæl. 288 a, Cum essent prædia quæ mulieri maximè conuenirent. Ep. 132 a, Minimè miror cœlum etiam & terras uim suam, si tibi ita conueniat, dimittere. Orat. 204 b, Pleraque ex illis conueniant huic tenuitati. de Nat. 41 a, Nec uero hoc in te uno conuenit, sed in reliquos uestros, & in eũ maximè, qui ista peperit. Topic. 224 b, Tantum intelligatur argumento quærendo, contrarijs omnibus contraria non cõuenire. pro Don. 149 a, Hoc maledictum in illam ætatem non conuenit. pro S. R. 29 a, Hæc suspicio conuenit in illũ. de In. 48 a, Commune exordium est, quod nihilo in hanc quàm in contrariam partem causæ potest conuenire. I. V. 102 b, Quæ initia uidentur in quemuis potius, quàm in istũ conuenire. de In. 48 a, Vulgare exordium est, quod in plures causas potest accommodari, ut conuenire uideatur. I. V. 194 b, Sunt quædam in te singularia, quæ in nullum aliũ conuenire possunt. de Orat. 131 b, Et tamen id dixit, quod conueniret in omnes luscos. de In. 67 b, Quid in quanque rem conueniat, res ipsa docebit. I. A. 222 a, Nihil enim minus in hũc ordinem conuenit. de Fin. 100 a, Vt si cothurni laus illa esset, ad pedem aptè conuenire. de Inuent. 64 a, Nõ omnes loci in omnem causam conueniunt. pro Syl. 171 a, Hæc contumelia ad maximam partem ciuium conuenit. de Finib. 97 b, Sed non conueniret ad omnia. de Ar. 257 a, In eum cadit hoc uerbum maximè, qui, &c. Ep. 86 b, Hæc tua deliberatio non mihi conuenire uisa est cum oratione Largi. de D. 115 b, Fissum iecoris conuenire cum lucello. de Fin. ✗. Atque hoc mihi cum tuo fratre conuenit. pro Ligar. 139 a, Attic. 87 a, & I. A. 255 a, Mihi cum illo conuenit, &c. pro Quinct. Aliquid uel nihil inter aliquos conuenire. de Clar. 183 b, Difficile est in longa oratione nõ aliquid aliquid ita dicere, ut sibi ipse non conueniat. I. V. 232 a, Optimè cum aliquo conuenire: id est, esse concordem. Or. 207 b, Nisi inter eos conuenit, quid sit illud, &c. de In. 70 b, Pactum est, quod inter aliquos cõuenit. Att. 83 a, Assidet, subducunt ad unum, conuenit. de Nat. 19 a, Virtutem sine ratione constare non posse, conueniat id quoq; necesse est. pro Cluent. 42 b, Nemo ne pecuniaria quidem de re minima erat iudex, nisi qui inter omnes aduersarios conueniset. ad Her. 5 a, Cum factum conuenit. sed iure an iniuria factum sit quæritur. de In. 44 b, Nominis controuersia est, ci de facto conuenit, & quæritur id quod factũ est, quo nomine appelletur. & ibi. Generis est controuersia, cum & quid factum sit, conuenit, & quo id factũ nomine appellari oporteat, constat: & tamen, &c. ad Her. 3 b, Interfectam esse ab Oreste matrem, conuenit mihi cum aduersarijs: iure fecerit & licuerine facere, id est in controuersia. Att. 138 a, Rem conuenturam puto. ad Her. 1 b, Diuisio est, per quam aperimus quid conueniat. & quid in cõtrouersia sit. de Leg. 166 b. Potest res cum eo conuenire. & ibidem, Si possit inter eos aliquid conuenire.

Convenire, constare. contra Rul. 74 b. Inter omnes conuenit ita esse. Tusc. 222 b, Inter omnes enim conuenire oportet, commotiones animorum, &c. de Fin. 64 b, Vt inter eos qui ambiguntur, cõueniat, quid sit id de quo agatur. de Finib. 83 a, Qui sibi is conueniet, si negabit, &c. id est, qui sibi is cõstabit? In Anton. 210 a, Qui enim cõnenit, ut qui se populares dicaut, hi populi salutem oppugnent? pro Milon. 111 b, Qui conuenit, præsertim id temporis? pro Corn. 62 b, 63 a, Benigne, non grauatè, comiter quidem certe, nõ communiter conuenit.

Convenire, decere, par esse oportere. de Nat. 41 b, Hæc nõ conuenit penes deos esse negare. pro Qu. 16 a, Multa ante fieri conuenit, quàm, &c. pro Sext. Rosc. 44 a, Vos his malis mederi conuenit. In Cat. 98 a, Quo ex S. C. confestim interfectum te esse, Catilina, conuenit. pro Quin. 8 b, Illico me ad prætorem ire conuenit. pro Rabir. 95 a, Quid tandem C. Rabirium facere conuenit? & 94 b, Quid tandem C. Rabirio faciendum fuit? ad Her. 3 a, Tres conuenit habere res, narrationem. & ibi. In hac re exerceri conuenit. de Finib. 71 b, Quid igitur conuenit, ita dicere, &c.

Convenire, ad aliquem ire seu uenire, aliquem adire. Epist. 46 b, Posthumia tua me conuenit. & 32 b, Si Clodium conuenero, ex illius sermone ad te scribã plura. Ep. 133 a, Neminem conueni (conuenio autem quotidie plurimos: sunt enim permulti optimi uiri qui ualetudinis causa in hac loca conueniant) quin omnes, &c. de Or. 109 b, Cæsar dixit mihi à se Scæuolam hinc euntem esse conuentum. Epist. 11 b, Quem cum in Sardinia conuenisset, reipsum, inquit, cupio. pro Sex. Rosc. 26 a, Attilius ille, quem sua manu spargentem semen, qui missi erant, conuenerunt. Att. 125 b, Lentulum ante puto transmissurum quàm poterit conuenirĩ. de Se. 94 b, Neq; eos solum conuenire aueo quos ipse cognoui, sed illos etiam de quibus audiui & legi.

Convenire, concurrere, congregari. pro Sext Rosc. 20 a, Magna multitudo hominum conuenit ad hoc iudicium. & 28 b, Cum multæ causæ conuenissent in unum locum, atq; inter se congruere uiderentur. contra Rul. 68 b, Non desistebant clam inter se conuenire. de N. 5 a, Tres enim trium disciplinarum principes cõuenistis. Att. 122 a, Omnes

Omnes cõpias in unum locum conuenire. pro Cec. 296 a, Neminem coegeris, ipsi conuenerint sua sponte. Attic. 131 a, b, Da operam ut huc quamprimum uenias, antequam omnes copiæ aduersariorum conueniant: neq; enim celeriter huc omnes conuenire possunt: & si conuenirent, quantum ijs committendum sit, non te præterit. de D. 119 a, Cum Bubulcus clamorem edidisset, concursum esse factum, totamq; breui tempore in eum locum Hetruriam conuenisse. I. P. 87 a, Mei capitis seruandi causa Romam tota Italia cõuenit. Epist. 167 a, Senatus est continuò conuocatus, frequensq; conuenit. I. A. 154 b, Addebant præterea remp. conuenturam Calen. Sextilibus, senatum frequentem fore. I. V. 156 a, Aduersarij postulant, ut in eam rem iudices dentur ex ijs ciuitatibus, quæ in id forum conuenirent. Off. 29 a, Cum Pericles & Sophocles collegæ in prætura de communi officio conuenissent. Item: Creditores & sponsores conuenire quid sit. I. Creditor. Topic. 222 a, Vxores quę in manum uiri conuenerunt, matres familias sunt. i. quæ societatem bonorum coierunt. I. Coemptio.

Convenit, bat. decet, conducit. Antequam. 193 a, Non conuenitucum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, uos ad referendum gratiam esse tardiores. Off. 46 a, b, Conuenit autem tum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum. Antequàm 192 b, Fidei conducit, in loco debirum retribuero.

Conventiculum, li. pro D. 228 a, Conuenticula & quasi concilia quædã plebi Romanæ mores esse uoluerunt. pro Sest. 212 b, Tum conuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominauerunt.

Conventum, ti. generale uerbum est (inquit Vlpianus) ad omnia pertinens, de quibus negocij contrahendi transigendiq; causa consentiunt, qui inter se agunt. Est ergo conuentum genus, pacta & stipulationes, species. de Orato. 118 a, Ar uerò in foro pacta, conuenta, stipulationes, &cæ. & Parad. 241 b, Pactum, conuentum, stipulatio, &c. Off. 61 a, Facere promissa, stare conuentis, reddere deposita, & 5 b, Dictorum conuentorumq; constantia. & 7 a, Potest enim accidere promissum aliquod & conuentum, ut id effici sit inutile ei qui promiserit.

Conventus, tus. conuentum, pactum. Attic. 92 a, Pontinus enim ex pacto & cõuentu (ea enim lege exierat) iam à me discesserat. ad Her. 2 b, Sunt item pacta, quæ sine legib. obseruantur ex conuentu.

Conventus, πανήγυρις, turba, concio, multitudo hominum unum in locum congregata. I. V. 104 a, & 225 a, b, Domus erat non meretricio conuentu, sed prætoria turba referta. & 69 b, Syracusani festos dies agunt celeberrimo uirorum mulierumq; conuentu. & de Or. 94 b, In magno conuentu. I. V. 95 b, In tanto uirorũ conuentu. I. C. 107 a, Quæsui ab eo, an in nocturno conuentu fuisset, necne &c. pro Deiot. 144 b, Dico extra conuentum, & eam frequentiam qua oratorum studia niti solent. Ar. 19 a, Conuentum qui initiò celebrabantur, iam diu fieri desierunt. Epi. 46 a, Frustra in senatum, siue potius in conuentum senatorum euenturus. de Finib. 64 a, & 80 a, Primus Gorgias ausus est in conuentu poscere quæstionem: id est, iubere dicere, &c. In Ver. 241 a, Oppida in quibus prætores consistere, & conuentum agere solent. pro Sest. 4 b, Et cũ conuentus ille Capuæ me unum patronum adoptauit. Atti. 8 b, Et erat in eo ipso loco, ipso die nundinarum πανήγυρις.

Conversio, onis. circumuectio, mutatio. de Vn. 198 a, Mundus maxima una conuersione atque eadem ipse circum se torquetur & uertitur. de Som. 129 a, Summus ille cœli stellifer cursus, cuius connersio & concitatio. & ibidem, Totius mundi incitatissima conuersio. & de Nat. 6 a, & 28 b, Conuersio cœli. de Diuin. 127 a, Cum temporum anni tempestatumq; cœli conuersiones cõmutationesq; tantæ fiant accessu & recessu stellarum. de Leg. 160 b, Perpetuis cursibus conuersionibusq; cœlestibus extitisse materiam, &c. pro Fla. 164 a, Videtis in quo motu temporum, quanta in conuersione rerum ac perturbatione uersemur? & 152 b, Tempestatum moderatio atq; conuersio. pro Do. 222 b, Mihi nihil oberat præter conuersionẽ status, & inclinationem communium temporum. de Diuin. 209 b, Naturales esse conuersiones quasdam rerum publicarum.

Conversio, pro periodo, ambitu & continuatione. de Orat. 160 b, Oratio conuersiones habeat absolutas.

Conversio, exornatio est, per quam non ut antè primum repetimus uerbum, sed ad postremum cõtinenter reuertimur. ad Her. 28 a, b. & de Orat. 162 a, Tum in extremum eiusdẽ uerbi crebra conuersio.

Conversans, uersans. de Vniuers. 199 b, Animus seipse conuersans, &c. ibidem, Animus a medio profectus, seseq; ipse uersans.

Conversus, a, um. de Som. 130 b, Huius anni nondum uigesimam partem scito esse conuersam.

Converto, tis. commuto, traduco, refero aspectum aliquò, reciproco, uicissim retrò commeo, pono, recido, conuersũ habeo. de Nat. 56 b, Omnia hæc tum intereunt, tum in naturam aliam conuertuntur. Acad. 16 b, Quò facilius animos imperitorum ad deorum cultum à uitæ prauitate conuerterent. de Arusp. 249 a, Ludi penè ad cædẽ & ad funus ciuitatis conuersi sunt. & ibid. Ludi ab lætitia ad metum traducti sunt. & ibidem, Qui ludos ad luctum conferre uoluit. de Fat. 143 a, Nec in falsum è uero præterita possunt conuerti. & 144 a, Non potest uerum futurum conuerti in falsum. I. A. 202 a, M. Lepidus graue bellum ad pacem conuertit. Top. 228 a, An posit eloquentia conuerti in infantiam, pro Flac. 160 a, Quod crimen esse uoluisti, id totum uides in laudem esse conuersum. Epi. 260 a, In quartanam conuersa est uis morbi. ad Her. 13 b, Quæ hoc modo cõcludentur, ex cõtrario cõuertentur hoc modo, &c. de N. 75 b, Homines rationem bono consilio à dijs immortalibus datam, in fraudem malitiamq; conuertunt. de Am. 110 b, Cauendum est ne in graues inimicitias cõuertant se amicitiæ. pro Rab. 127 a, Nolite igitur fortunam conuertere in culpam. Off. 68 a, Si quis ex homine se cõuertat in belluã. Att. 131 b, Vide quàm conuersa res est. de Nat. 14 b, In eũdem habitum se coloremq; conuertunt. pro Do. 22 b, In eum ipsum se conuertit, quo adiutore, quæ fecerat omnia, se fecisse dicebat. contra Rul. 79 b, Conuersa ratio antea, &cæ. pro Dom. 238 b, Pœna illa in alium instituta, in te ipsum est conuersa. I. V. 230 b, Conuersam iam habent demonstrationem suam. pro Dom. 244 b, Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conuersa. Item: Quas ab itinere Syrię ad suam potentiam dominatumq; conuerterat. pro Cl. 49 b, Conuertere nunc easdẽ uitæ conditiones ad cæteros ordines, non perferrent. I. C. 118 a, Video in me omnium uestrum ora atq; oculos esse conuersos. Epi. 174 b, Qui quidẽ eas copias, quas diu simulatione reip. comparabant, subitò ad patriæ periculum conuerterunt. de Or. 127 a, Tum omnem orationem traduxi & conuerti in increpadam Cepionis fugam. Off. 40 b, Cumq; aliqua his ampla & honesta res obiecta est, totos ad se conuertit & rapit. Qu. F. 326 a, Vt mones, ualde me totum ad ocium pacemq; conuerto. de Orat. 85 b, Quocunque te animo & cogitatione conuertaris. & 209 b, Vt sæpe animos in hilaritatem risumq; cõuertat. & 131 b, Omnis est risus in iudicem conuersus. Epi. 42 b, Totumq; ad eius uiri uoluntatem nutumq; cõuerterem. pro Syl. 170 a, Ille conuertit se aliquando ad timorem, nunquam ad fanitatem. Off. 67 b, Digitorum percussione hæreditates omnium ad se posse conuertere. Att. 210 b, Conuertere nauem ad puppim. I. V. 225 a, Spelunca conuersa ad aquilonem. pro Cl. 54 b, Et aspectum, quo uellẽt, facilè cõuerterent. Ora. 158 b. Alij instructi ad permouendos & cõuertẽdos animos. Epi. 44 a, Gratulabor tibi prius, ita enim rerum ordo postulat, deinde ad me conuertar.

Convertere, pro interpretari, & ex lingua in linguã transferre, Tusc. 196 b, Conuertere Græca in Latinum. de Opt. 244 a, Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, Demosthenis & Aeschinis, nec conuerti ut interpres, sed ut orator, sententijs ijsdem, & earum formis tanquam figuris, uerbis ad nostram consuetudinem aptis: in quibus non uerbũ pro uerbo necesse habui reddere, sed genus omnium uerborũ, uimq; seruari. non enim a me annumerare lectori putaui oportere, sed tanquam appẽdere. & ib. b, Orationes à Græco conuersæ. de Diui. 121 b, Vt nos ociosi conuertimus. de Fin. 50 a, Quæ splendidè dicta sunt, neque sunt conuersa de Græcis. de Nat. 46 b, Carmina conuersa. Offic. 51 b,

Xenophontis liber, qui Oeconomicus inscribitur, quem nos è Græco in latinum conuertimus.

Converterre, coferre, ad se rapere. pro S. R. a, Et ex eo T. Roscius non paulum nescio quid in rem suam conuertit. & ib. Si ex eo negocio tantulum in rem suam conuertisset. pro S. R. 42 b, Nihil de patris fortunis in rem suam conuertit. Sal. in Cic. 271 a, Qui ciuitatis incommodum in gloriam suam ponit: id est. conuertit. Off. 9 a, In rem suam aliena conuertere. pro S. R. 37 b, Conuertere omnia ad suum commodum. Item: Si mandatum aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuersurus es.

Converterre, deuoluere, uoluere. de So. 128 b, In infimo orbe luna radijs solis accensa conuertitur. At. 35 b, Orbē Reipublicæ esse conuersum. Aca. 31 a, Terra, quæ circum axem se summa celeritate conuertat ac torqueat. de Clar. 177 a, Sed hoc uitium huic uni in bonum conuertebat.

Conversio, ſtis. uersio, tego, orno. Qu. Frat. 318 a, Topiarium laudaui, ita omnia conuestiuit edera. & in Arat. Tus. 163 a, Herbis prata conuestirier. pro Do. 233 b, Ergo eius domum euersam duobus locis conuestitam uidetis.

Conversus, a, um. In Arat. Inde Fides leuiter posita & conuexa uidetur.

Convictio, onis. conuictus. Ep. 264 b, Cic. filius.

Convictor, oris. qui uulgò commensalis dicitur. Cicero filius. Ep. 265 a, Vtor familiaribus & quotidianis conuictoribus, quos secū Cratippus adduxit, hominibus & doctis, & illi probatissimis. Qu. Fra. Domestici conuictores.

Convictus, a, um. uictus, commissus. pro Flacc. 154 b, Qui testis postquam effudit, quæ uoluit omnia reprehensus, cōuictus fractusq; discessit. pro Syl. 170 a, Cum ille homo audacissimus conscientia conuictus reticuisset. pro Fon. 281 a, Magistratibus, quos gessit, conuictis uirorum bonorū testimonijs. pro Qu. 8 b, Aut ignominia affectus aut turpi iudicio conuictus. de L. 163 b, Siue Aristonis conuictam & fractam sectam secuti sunt. l. Conuinco.

Convictus, compos uoti factus. pro Domo sua. Hanc ego deuotionem capitis mei, cum ero in sedes meas restitutus, tum denique conuictam esse & commissam putabo.

Convicto, cis. arguo, coarguo redarguo, cogo, addico, euincco. I. V. 224 b, Omnibus in rebus coarguitur à me, cōuinciturà testibus, urgetur confessione sua. I. V. 281 a, Quod fiue fateris, siue conuinceris, quam maximis in rebus tenearе non uides? Parad. 124 a. Cum eum ne liberum quidem esse ratio & ueritas ipsa conuincat. pro S. Ro. 38 a, Non ex illo hoc intelligitur, sed ex hoc illud conuincitur. I. A. 162 a, Quo me teste conuinces, si negem? an chirographo? & ibid. Teq; in isto ipso conuinco non inhumanitatis solum, sed etiam amentiæ. de Vn. 16 a, Oratio, quæ neque redargui, neq; conuinci possit. I. C. 107 a, Homo audacissimus conscientia conuictus reticuit. pro Syl. 180 b, Huius si cā non manifestissimis rebus teneretur, tamen eum mores ipsius & uita conuincerent. de Or. 88 b, Nihil te de moribus hominum didicisse cōuincam. de Nat. 68 a, Sed ut Stoicos nihil de dijs explicare conuinceret. pro Quint. 14 b, Volo inauditum facinus ipsius, qui id commisit, uoce conuinci. ad Her. 29 a, Maiores nostri si quam unius peccati mulierē damnabant, simplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant. pro Cl. 19 a, Causa, quæ ipsa opinione hominum tacita propè conuicta atque damnata est. pro Fla. 164 b, M. Aquilium patres nostri multis auaritiæ criminibus testimonijsq; conuictum, quia cum fugitiuis fortiter bellum gesserat, iudicio liberauerunt. de Amic. Tamen hæc duo leuitatis & infirmitatis plerosque conuincunt. pro Syl. 175 b, In eum locum te deducis, ut antequàm me cōmutati iudicij coarguas, te summæ negligentiæ iudicio tuo conuictum esse fatearis. Ac. 10 a, Simili in errore uersantur, cum conuicti ac iudicio ueritatis coacti perspicua à perceptis uolunt distinguere. de Finib. 51 b, Verum enim inuenire uolumus, non tanquam aduersarium aliquem cōuincere. de Nat. 19 b, Vtinam tam facilè uera inuenire possem, quàm falsa conuincere. Tuscul. 150 a, Quid negocij est, hæc poetarum & pictorum portenta conuincere? id est, falsa ostendere. Br. 91 b, Hoc cogere uolebat, falsas literas esse: id est, conuincere. I. V. 186 a, Testibus conuinci. & 244 a, Testimonijs conuinci. & 81 a, Manifestis criminibus conuinci. pro Quin. 8 b, Turpi iudicio conuictus. pro Do. 142 b, Hanc ego deuotionem capitis mei cum ero in sedes meas restitutus, tum denique conuictam esse. & commissam putabo. Postq. 198 a, Eius deuotionis me esse conuictum iudicio deorū, testimonio senatus, confessione inimicorum, maximè lætor. Quint. 8 b, Turpi iudicio conuictus. de Diu. 103 a, Conuincere aliquem: id est, redarguere. Anteq. 195 b, Sententijs iudicium conuinci. Par. 249 a, Conuincere peccata argumentis. de Nat. 26 a, Conuincere errores alicuius. de In. 65 b, Conuinci in aliquo peccare.

Convivo, fis. conspicio. In Arat. Et loca conuisit cauda tenus infera piscis.

Conviciator, oris. maledicus. pro Mur. 126 b, Maledicus, conuiciator. In Sal. 272 a, Si de mea uita huic conuiciatori respondero.

Convicium, cij. maledictum, probrum, contumelia, crimen, opprobrium, maledictio, uerborum cōtumelia, maledictio iurgij petulantis. pro Cæ. 43. b. Adulter, impudicus, scenester, cōuicium est non accusatio. pro Cæl. 38 b. Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam: quæ si petulantius iactatur, conuicium: si facetius, urbanitas nominatur. Epistol. 5, a, b. Pompeius cum pro Milone diceret, clamore conuicioq; iactatus. pro Mu. 126 b, Non debes anteponere maledictum ex triuio, aut ex scurrarum aliquo conuicio. pro Dom. 213 b, Respondebo hominis furiosi non orationi. sed conuicio, cuius exercitationes cùm intolerabili petulantia, tum diuturna impunitate muniuit. Ac. 31 b, Vt gebor iam omnium uestrum conuicio. Of. 68 b, Qua hominum obiurgatione, aut quo potius cōuicio à tanto errore conetis auertere? Att. 257 b, Et ei conuicium grande fecerunt. I. P. 92 a, Sed os tuum ferreo senatus cōuicio uerberari uoluisti. pro Cl. 33 a, L. Quintius conuicium C. Iunio iudicij quæstionis maximum fecit. Ep. 153 a, Cum ei magnum conuicium fieret cuncto à senatu, quinq; Tribuni pl. retulerunt. Or. 212 a, Aliquando idq; serò conuicio aurium mihi extorta ueritas est. pro Ar. 187 b, Vbi aures conuicio defessæ conquiescant. At. 33 a, Confectari aliquem conuicijs. Dicere maledicta in aliquem. l. Maledictū. pro Mu. 126 b, Obijcere maledicta alicui. Qu. F. 313 a, Efflagitare aliquid cōuicio. pro Syl. 171 b, Verbi inuidia contumeliaq; maledicti. pro Q. 31 b, Sustinere quotidianū alicuius conuicium.

Conviva, uæ. socius ad epulas, conuictor. Tus. 148 b, Quanquam est in Originibus, solitos esse in epulas canere conuiuas ad tibiam de clarorum hominum uirtutibus. de Cl. 171 a, Carmina in epulis cantari solita a singulis conuiuis. At. 252 b, Hunc tu lege conuiuis tuis, sed si me amas, hilaris & bene acceptis. 186 b, Non assequor, ut scribam, quod tui conuiuæ non modò libenter, sed etiā æquo animo legere possint. pro Fl. 151 a, Testes accusatoris, cōfessores, cōuiuæ, cōtubernales. de Or. 130 a, Collectā à cōuiuis exigere.

Convivium, ij. accubatio epularis amicorum. I. V. 176 b, Cū in eis conuiuijs symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur. de Se. 86 b, Bene maiores accubationem epularem amicorum, quia uitæ coniunctionem haberet, cōuiuium nominarunt: melius quàm Græci, qui hoc idem cōpotationem, tum concœnationem uocant. & ibid. Ego propter sermonis delectationem tempestiuis conuiuijs delector. pro Ar. 188 a, Quantum temporis alijs tribuunt ēpestiuis conuiuijs. I. P. 93 b, Conuiuium publicum non dignitatis causa inibit. pro Mu. 127 a, Conuiuium moderatum & honestum. & ibi. Intempestiuum conuiuium. I. P. 9 a, Quod quidem istius quasi aliquod Lapitharum aut centaurorum conuiuium ferebatur. de Pet. 211 b, Conuiuiū quæ facetè abs te & amicis tuis concelebrantur, & passim & tributim. pro Qu. 17 b, Ornare conuiuium magnifice ac splendidè. I. V. 214 a, Instituere & parare cōuiuium. & 216 a, Ornare & apparare conuiuium. pro Cæl. 44 b, Conuiuia Baijs acta, comessationes. Of. 63 b, Opiparè paratum erat conuiuiū. pro Qu. 10 b, Versari in cōuiuijs. Tus. 160 a, Graeci in conuiuijs solent nominare cui poculum traditurū sit. 207 a, Conditor instructorq; conuiuij. Præbere sponsalia generosi: id est, conuiuium sponsaliorum. l. Sponsalia.

Convivor, aris. cōuiuiū ago, epulaꝰ do. In Ver. 170 b, Quō tidie non modò in publico, sed etiam de publico cōuiuari.

Convocatio, onis. cōuentus, cōgregatio. Postq. 312 b, Nulla ad rempub. defendendam populi Romani conuocatio.

Convoco, as. aduoco. I. V. 212 a, b, Artifex omnis conuocari iubet. Tusc. 161 a, Qui dissipatos homines congregauit, & ad societatem uitæ conuocauit. Tusc. 228 b, Tu dissipatos homines in societatem uitæ conuocasti. Epist. 151 a, Senatus est continuò conuocatus, frequensq; conuenit. de Clar. 181 b, Qui conuocatis auditoribus, legebat eis magnū illud uolumen, &c. I. A. 195 b, Nos autem in senatum conuocabamur. Offic. 63 b, Tum Cannius piscatores ad se conuocauit. & Qu. F. 313 b, Pro Cec. 285 a, Cōuocare homines, & eos armare. de Leg. 166 b, Is philosophos in locum unū conuocauit. In Vat. 32 b, Conuocare concilium contra legem Heliam.

Convolo, as. concurro. pro Do. 224 b, Qui cuncta ex Italia ad me reuocandum cōuolauerunt. Att. 168 a, Vexillo opus est, conuolabunt.

Convolvo, uis. contorqueo. de Natu. 48 a, Quem propter nitens pennis conuoluitur ales. de Diu. 90 a, Cum se conuoluens elaberetur, ut abiret.

Convs, ni. turbinis inuersi figura, uel metæ, uel pyramidis. de Nat. 35 a, Conum tibi ais & cylindrum, & pyramidem pulchriorem quàm sphæram uideri. de Nat. 6 b, Forma coni. l. Cylindrus.

Conisco, as. est frontem fronte percutere, arietare, ut arietes faciunt. quod Luc. lib. 2 ostendit, Et satiati agni ludunt, blandeque conisant. Cice. teste Quin. lib. 8. cap. 3. Caput opponis, cum eo conisans. alijs conificans, sed corruptè.

Convlsvs, a, um. reuulsus. de Clar. 175 a, Respub. penitus conuulsa. I. V. 222 a, Conuulsis repagulis effractisq; ualuis.

Coopertvs, a, um. obrutus, tectus. I. A. 242 a, b, Quos nondū tantis paricidijs contaminatos uix ferebamus, hos nūc omni scelere coopertos tolerabiles censemus fore? In Verrem 78 a, Iste à tot, tantis, tam nefarijs scelcribus coopertus. & 108 b, Lapidibus coopertus esset in foro.

Cooptatio, onis. constitutio. de Am. 114 a, Ea lege cooptatio collegiorum ad populi beneficium transferebatur. de L. 189 b, Cooptatio censoria.

Coopto, as. lego, eligo, recipio. de Clar. 165 a, Et cooptatū me ab eo in collegium augurum recordabar. I. V. 133 a, In senatoribus cooptandis nō modò suffragia nulla fuerunt, sed ne genere quidem spectata sunt, ex quibus in eum ordinem cooptari liceret. I. V. 133 a, Cum haberent inter se cōtrouersias de senatu cooptando. Att. 276 a, Ciceronem nostrum in uestrum collegium cooptari uolo. pro Cæl 38 a, Quem absentem in amplissimum collegium cooptarunt. de D. 113 a, In eo senatu, quem maiore ex parte ipse cooptasset. I. A. 248 b, In primis paternum auguratus locum, in quo ego eum, ut quod à patre accepi, filio reddam, me a nominatione cooptabo.

Coortior, ris. I. V. 85 b, Tum subitò tempestates coortæ sunt maximæ.

Copia, piæ abundantia, ubertas, facultas, uis, flumen. I. A. 233 b, Cum hanc & huius generis tantam copiam habeat Antonius, quod scelus omittet? pro Pom. 9 a, Vtinam uirorum fortium tantam copiam haberetis, ut, &c. Item: Similiter nunc peres à Crasso, ut eam copiam ornamentorum suorū, quam, &c. dilatet nobis atque explicet. de Or. 154 a, Rerū copia uerborum copiam gignit. Ep. 67 a, Materies digna facultate & copia tua. Top. 226 b, Mirabilis copia dicendi. pro Quin. 2 a, Quint. Hortensius, cui summam copiam facultatemq; dicendi natura largita est. pro Corn. 55 b, Orationis ubertas, uarietas, copia. de Cl. 168 b, Vbertas & copia Periclis. I. V. 68 a, Facultas & copia dicendi. Orat. 20 b, a, Temperata oratione ornandi copiam persequi. de Orat. 85 b, Minimam copiam poetarum egregiorum extitisse. de In. 62 a, Nobis omnium expositis copijs, quodcunque placeret, eligendi potestas fuit. & ibidem b, Ex maiore copia nobis quàm illi fuit exemplorum eligendi potestas. de Clar. 167 b, Hæc enim ætas effundit hanc copiam. de Orat. 155 a, Facere ciuibus omnibus suis consilijs copiam. I. V. 108 a, Cuius decuriæ mihi copiam quàm largissimè factam oportebat. Postquàm. 202 a, Frugū ubertas & copia. pro Dom. 227 a, In tanta ubertate improbōrū. de In. 62 a, Crotoniatæ cum florerent omnibus copijs, &c. pro Quin. Rosc. 52 a Vir copijs rei familiaris locuples & pecuniosus. Offic. 51 a, Omnium rerum affluentibus copijs ditari. pro Pomp. 7 a, Publicani suas rationes, & copias in prouinciam contulerunt. pro Cluent. 21 a, Omnis testium copia, quæ futura est, à matre initiò est adornata: à matre nunc omnibus eius opibus & copijs comparatur. Episto. 56 a, Ibiq; pro ea copia, quæ Athenis erat, funus ei satis amplum faciēdum curauit. de In. 52 b, Quid cuiq; conueniet ex hac copia digeremus. Epist. 241 b, Quæ cum essent à me cura magis, & diligētia quàm facultate & copia constituta, iter mihi faciundū per Lycaoniam putaui. de Finib. 91 b, Et quidem Cato totam hanc copiam Lucullo notam esse oportebit. At. 26 a, Itaque libris me delecto, quorum habeo Antij festiuum copiam. Att. 124 b, Moderatiori reip. beata ciuiū uita proposita est, ut opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, uirtute honesta sit. Offic. 11 a, Singulorum copiæ paruæ sunt: eorum autē qui his egeant, infinita est multitudo. pro Dom. 216 b, Frugum copia.)(. Frugum. inopia. de Or. 89 a, Vbertas in dicendo & copia.)(. Exilitas. de In. 76 b, Copia agri.)(. Penuria agri. de Sen. 78 b, Nec in summa inopia leuis esse senectus potest, ne sapienti quidem, nec in summa copia insipiēti non grauis. de Am. 106 a, Circumfluere omnibus copijs, atque in omnium rerum abundantia uiuere. de Am. 112 b, Suppeditare alicui omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam & copiæ. Ep. 136 b, Tu autem quod mihi bonam copiam eiures, nihil est. Par. 125 a, Est enim diuitiarū fructus in copia, copiam autem declarat satietas rerum atque abundantia. de In. 83 a, Amplitudo est potentiæ aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia.

Copia, & copiæ, arum. manus exercitus. Att. 129 b, Pomp. Placitum est mihi, ut Brundusium ducerem hanc copiam quam habeo mecum. Att. 130 b, Pomp. Neque solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris, ut frumentatum eas. Att. 129 b, Alter in Siciliam cum ea copia, quam Capuæ, & circum Capuam comparastis, & cū ijs militibus, quos Faustus legit, proficisceretur. & 130 a, Cōtra ctis nostris copijs spero nos reipublicæ prodesse posse. Ep. 32 a, Pergratum mihi feceris, si istas exiguas copias, quas habuisti, quàm minimum imminueris. Epi. 183 b, Magnasque Romæ Pansa copias ex delectu Italiæ comparat.

Copiolae, arum. Brut. Epistol. 174 a, Recurre ad copiolas meas: sic enim eas uere appellare, possum. sunt enim extenuatissimæ.

Copiose, uberrimè, largè, largiter, prolixè, abundanter. de Or. 89 a, Oratoris est compositè, ornatè, copiosè eloqui. & 122 b, Copiosè & abundanter loqui de aliqua re. Offic. 1 b, Copiosissimè & grauissimè dicere. I. V. 94 b, Nam Maleolus in prouinciam sic copiosè profectus erat, ut domi prorsus nihil relinqueret. de Nat. 13 a, Nec sententijs solùm copiosè, sed uerbis etiam ornatè. de Na. 50 a, Pastum animātibus largè & copiosè natura cōparauit. pro Fl. 155 a, Subtiliter & copiosè de aliqua re differere.

Copiosvs, a, um. abundans, uber, diues. Att. 219 b, Legi epistolam, multa de meo Catone quam sepissimè legendo se dicit copiosiorem factum. Off. 36 a, Dicæarchus peripateticus magnus & copiosus. pro Cec. 297 a, Homo copiosus ad dicendum. de Or. 128 b, Multa & uaria & copiosa oratio. & 104 b, Multæ, copiosæ, uariæq; rationes. pro R. P. 128 b, Lautum & copiosum patrimonium. pro Arch. 186 a, Vrbs quondam celebris & copiosa. I. V. 63 b, Mulier copiosa planè & locuples. I. V. 89 a, Ille erat in primis inter suos copiosus. pro S. Ros. 19 b, Patrimonium tam amplum & copiosum. & ibid. Pecunia tam plena & præclara. I. C. 108 a, Is omnibus rebus ornatus & copiosus est.

Copo, onis. caupo. pro Cl. 52 b. l. Caupo.

Copvlatio, onis. coniunctio. de Na. 49 b, Copulatio rerum coagmentatioque naturæ. de Fi 63 a, Congressus copulationesque consuetudinum. de Fi. 52 b, Declinare dixit atomū perpaulùm, ita effici complexiones, & copulationes, & adhæsiones atomorum inter se.

Copvlatvs, a, um. Off. 12 a, Nihil est amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum. de D. 128 a, Quid naturæ copulatum habuit Alcibiadis quod scribitur somnium?

nium? Tusc 214 a, Hæc quæ dico, cogitatione quidem inter se differunt, re uerò copulata sunt. de Fat. 126 a, Quædã sunt in rebus simplicia, quædam copulata. & ibi. Copulata enim res est, & confatalis, cõcubiturum cùm uxore Laiam & ex ea Oedipum procreaturum. Or. 207 a, Verba simplicia & copulata. Tuf. 163 a, Quoniã nihil fit animis admixtum, nihil copulatum, nihil concretum, nihil coagmentatum, nihil duplex.

Copvlo.as, iungo, coniungo. I.A. 16 a, Equester ordo cum senatu copulatus fuit. de Fin. 59 a, Virtutem copulatam esse docuit cum uoluptate, ut ab eo nullo modo nec diuelli, nec distrahi possit. & 74 a, Quæ & disiuncta coniungat, & cum præsentibus futura copulet. Ep. 32 b, Ad uoluntates nostras copulandas non mediocre uinculum attulit colegij coniũctio. de Or. 104 a, An hæc inter se iungi copulariq; possint? I.V. 234 a, Nam cum clamaret, &c. copulati in ius peruenimus. Par. 231 b, Constructio uerborum tum coniunctionimus. Par. 231 b, Constructio uerborum tum coniunctionibus copuletur, non dissolutionibus relaxetur. Or. 211 a, Libenter etiam copulãdo uerba iungebant, ut sodes, pro si audes. Ac. 35 a, Copulare hominem cum bellua.

Coqvo, quis, mitigo. Tusc. 247 a, Tum is qui illa coxerat minimè mirum, condimenta enim defuerunt. de Sen. 77 a, Cura Quæ nũc te coquit, & uersat sub pectore fixa. de Nat. 56 b, Materia autem ad mitigandum cibum utimur. At. 222 a, Nec id solùm, sed bene cocto & condito sermone bono.

Coqvvs, qui. uel Cocus, ci. I. Cocus.

Cor, cordis. Animus. Tusc. 204 a, d Diu. 105 a, Nullum animal quod sanguinem habet, sine corde esse potest. de Fin. 83 b, Hoc est, non modò cor non habere, sed ne palatum quidẽ. de Fin. 69 b, Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. Tuscu. 252 a, Alijs cor ipsum animus uidetur, ex quo excordes, uecordes, & concordes dicuntur. pro Cæl. 45 a, Nunc enim mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira. de Or. 158 b, Romanus corde suo trepidat. pro Q. 17 b, Mihi uita horrida atque arida cordi est. de Am. 98 b, Isque mihi eo magis cordi est, quod. &c. Atti. 69 b, Dionysius nobis cordi est. In Ver. 99 a, Ego cui filia maximè cordi est. Or. 201 b, Flumen alijs uerborum cordi est. Q.F. 244 b, Quod mihi antiquissimum est. At. 206 a, Quo etiam magis laboro quidem quàm tu.

Coram. ad, apud, ante, in conspectu, ante oculos, ante pedes, in oculis. At. 259 b, Sed hęc & alia maiora coram. & 104 b. Sed hæc propediem coram. Epist. 77 a, Sed hæc & multa alia coram breui tempore licebit. Att. 88 b, Sed hæc posterius, & coràm fortasse commodius. Atti. 112 a, Vt loquerer tecum absens, quo mihi cum coram id non liceret, nihil est iucundius. & 186 a, Cum coràm sumus & garrimus quicquid in buccam uenit. pro Flac. 153 a, Testes coràm producti aliquid dicent, in quo, &c. de Pro. 73 à Intuor coràm hæc ornamenta Repub. Oct. 329 b, Non prætermittã, quãquoniam id coràm facere prohibeor, absens profim. Epist. 205 a, Corã P. Cuspio tecũ locutus sum. I.P. 91 b, Mihi uerò ipsi corã, genero meo, propinquo tuo, quæ dicere ausus es? Ami. 96 a, Vt tanquam à præsentibus coràm haberi f.rmo uideretur. contra Rul. 87 b, Si ea coràm portus me præsente dixissent. Ac. 41 b, Quod coràm etiam ex ipso audiebamus. ad Her. 25 b, Chares omnia coràm magistrum faciẽtem uidebat. Ep. 69 b, Sin autem differs me in aliud tempus coràm tecum loquar. Episto. 191 a, Præterea mihi promiserunt coràm & absenti mihi scripserunt, se, &c. contra Rul. 81 b, Veniat coràm & mecum disputet. pro Cl. 25 a, Index ex altera parte coràm tenetur. & ibid. Hominem ante pedes Qu. Manilij constituunt. I.A. 216 a, Ante consules, oculosque legatorum tormentis Mutinam uerberauit. contra Rul. 84 a. In oculis. S.P. Q.R.

Corbis, bis. canistrum, uas uimine contextum. pro Sef. 21 a, Gracchus messoria se corbe contexit.

Corbita, tæ. nauis oneraria. Att. 255 a.

Corcvlvm, li. amatorię, dicit paruũ cor. de Cla. 171 b, P. Scipio Nasica, qui ẽ corculũ appellatus. & 183 b, & Tuf. 152 a,

Corcyra, ræ. Phæacum in insula. Epi. 257 a.

Corcyraevs, a, um. Att. 92 a. Epi. 259.

Cordatvs, a, um. prudens, sapiens. de Or. 101 b, Egregie cordatus homo Catus Aelius Sextus, & Tuf. 152 a, Ennij.

Cordax, cis. Trochæus. Or. 216 a. l. Trochæus.

Cordolivm, lij. cordis dolor. Attic. 238 a, Rides ab cordolio.

Cordvba, bæ. urbs. I.V. 212. pro Arch. 190 b.

Corfinivm, nij. opp. Att. 121.

Corfiniensis, Att. 149.

Coria Minerua. de N. 71 b.

Corigia, giæ. lorum, seu cingulus, à corio factum nomen. de D. 126 a, Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corigiæ, & sternutamenta erunt obseruanda.

Corinthivs, a, um. ut uasa Corinthia. pro Sex. R. 40 a, I.V. 223 a, Galiæ ænea celata opere Corinthio. Tuf. 181 b, S. quid de Corinthijs tuis amiseris. Par. 123 a, Quos Corinthia opera delectant.

Corinthvs, thi. contra Rul. 83 b, Corinthus erat posita in angustijs arque in faucibus Græciæ. pro Pomp. 5 b, Corinthus totus Græciæ lumen.

Corivm. rij. de N. 50 a, Animantium aliæ corijs tectæ sunt, aliæ uillis uestitæ, &c. I.V. 95 b, Cum ista coria, cilicia, laccos imperaret. ad Her. 4 b, Is obuolutus & obligatus corio deijciatur in profluentem.

Cornevlvs, a, um. à corneus diminut. de Na. 55 a, Aureolros & quasi cornolos habent introitus.

Cornevs, a, um. de N. 21 b, Corneum procerumq; rostrum.

Cornicivs ad suam ueterem fabulam redijt. Att. 55 a.

Corniger, a, um. ut Corniger taurus. In Arat.

Cornix, cis. auis garrula. de N. 62 b, Quis corniciscantum notauit? quis fortes? de D. 83 a, Fulcauæ nonnunquam cursus per littora cornix. de Di. 82 b, & 98 a, Iupiter cornicẽ à læua, coruum à dextra canere iussit. I. Coruus. pro Mur. 129 b, Cornicũ oculos configere. pro Fl. 56 a. Hic cornicũ oculum, ut dicitur.

Cornv. de Nat. 50 animantes alias squama uidemus obductas, alias esse cornibus armatas, alias, &c. pro Sil. 170 a, Illæ arma misit, cornua, tubas, falces, &c. de Diui. 113 b, Ipse riamur itaque si possumus cornua commouere disputationis tuę. I.A. 257 a, Pansa & Hircius, qui quasi cornua duo tuerunt Cæsaris, tum cum, &c. Att. 105 b, Ab utroque portus cornu moles iacimus. Cæs. 173 a, Cohortes dextri Cæsaris cornus.

Corollarivm, larij. appendix, accessio, additio, quasi lucrũ. I.V. 17, Vt esset Vnde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorũ adderetur. I.V. 198 b, Qui nimiis corrogatis de nepotum bonis, ac de scenicorum corollarijs decuriam emerunt. I.V. 211 b, Hic quasi festinum acroama, ac sine corollario de conuiuio discederet, emblemata auellendã curauit.

Corona, næ. insigne regni, insigne regium, diadema, serturn, circulus hominum audientium. I.V. 241, ipse autem coronam habebat, unam in capite, alteram in collo. Tuf. 149 b, Aderant unguenta, coronæ, &c. & ibid. Iam ipse deseruebat coronæ. At. 234 b, Rescripsit se coronam habuisse honoris Cæsaris causã, posuisse luctus gratia. Epi. 69 a, Cum cæteris coronas imposuerunt victoribus. I.P. 80 b, Is mihi ciuicam coronam deberi à rep. dixit. pro Pl. 274 b, Ac id etiam gregarij milites faciunt inuiti, ut se ab aliquo seruatos esse fateamur, & coronam dent ciuicam. Att. 131 a, Brutus noster iam uel coronam auream per forum ferre posset. I.P. 91 b, Coronam lauream alicui à senatu decretam esse. ad Heren. 39 a, Corona aurea magis fulgentibus gemmis illuminata. de Leg. 182 a, Ne sumptuosa asperſione longæ coronæ, nec acerræ prætereantur.

Corona, circulus hominum audientium. pro Fl. 160 a, A iudicibus oratio auertitur, uox i coronam turbamq; effunditur. de Clar. 181 b, Tamen si à corona relictus sim, non queam dicere. de Fi. 80 a, Aut si coronam times, dic in senatu. Tuf. 150 a, Tibi ipsi pro te erit maxima corona causã dicendã. I.A. 181 b, Cur armatorum corona septus est senatus. pro Mil. 101 b, Cur armatorum corona confessus uester cinctus est, ut solebat.

Coronarivs, a, um. quod ad coronas attinet. I.P. 99 a, Mitto aurum coronariũ, qd̃ lex & decerni & accipi uetat; mitto decreto triumpho. contra Rul. 63 a, Quod ad quenq; peruenerit ex pda, ex manubijs, ex auro coronario. & 77 b, Aurũ coronarium dabatur, pcõsulibus uel imperatoribus ex prouincia decedentibus ad decorandum triumphum.

Coronatvs, a, um. corona donatus, qui coronam habet in capite. I.A. 176 b, Sedebat in rostris collegatus, amictus toga purpurea in sella aurea, coronatus, &c. At. 229 b, Coronatus Quintus noster parilibus de Leg. 183 a, Epulæ, quas inibant propinqui coronati.

Corporatvs, a, um. de Vn. 195 b, Mundus cernitur & tangitur, & est undiq; corporatus.

Corporevs, a, um. corporatus, cõcretus. de Vn. 199 b, Deus omne quod erat concretum & corporeum, subsstrauit animo. de Vn. 195 b, Corporeum & aspectabile omne necesse est esse, quod natum est.

Corpvs, ris. Corpus & qualitatem nominabant Academici, id quod ex materia & forma constat, Academ. q. ed. 2. lib. 1. Corpus intelligi sine loco non potest, 2. de Orator. 141 b. Corpus quasi vas est aut aliquod animi receptaculum, Tuscu. quæst. lib. 1. Si corpus clade horribili absumptum extabuit, Tuscul. q. lib. 2. Corpus bene constitutum, Tusc. q. lib. 2. de Finib. lib. 2. Corpus effectum, Cat. Corpus exanclatum, Tusc. q. lim. 2. Id est, exhaustum ærumnis, cruciatibusque debilitatum. Corpus exercendum, & ita afficiendum est, ut obedire cõsilio, rationiq; possit in exequẽdis negocijs, & in labore tolerando, Of. 1. Mortale corpus, de Sen. Corpus motum à flatu, Tuf. q. lib. 3. Id est, à constitutione & temperie. Corpus omnibus oppressum & cõfectum doloribus, Tuf. q. lib. 5. A principio enim conuiationis usque ad reditum nostrum, uidetur mihi modicũ quod dam corpus confici posse, in quo, &c. ad Luccium, lib. 5. 67 b, Sed nihil uitiosius, quàm quum unum corpus debeat esse defensionis, nasci deintegrò causam, quum sit ab altero perorata. Brut. 183 b, Nec quicquam sit, nisi corpus unum & simplex. Tuf. quæst. lib. 1. Corporis bona alia in toto, alia in partibus secũdum Academicos, Aca. q. ed. 2. li. 1. Corporis bona ueram laudem non habent, 2. de Or. Corporis omnis cognomentatio uel calore, uel frigore, uel aliqua impulsione uehementi labefactatur & frangitur, & ad morbos, senectutemq; compellitur, de Vniuerſ. Compagib. corporis includi, de Sen. Corporis expers, Aca. q. ed. 2. lib. 1. Corporis grauitatem, & dolorẽ animo iudicamus, animi morbum corpore non sentimus, Tuf. q. lib. 3. Morbus & corporis imbecillitas, 1. 1. ad Att. Corporis res quæ laudandæ, 3. ad Her. Vt in malis attingit animi naturam corporis similitudo, sic & in nobis, Tuf. q. lib. 4. Vt corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, è quibus constamus: fanitas sic animi dicitur, cùm eius iudicia opinionesque concordãt, Tuf. q. lib. 4. Corporis uires, perniciosissimæ cupiditatis satellites, 1. de Inuent. Corpori omne tempus datur, 9. Fam. Corpori seruire, 16. Fam. Quid dicã de ossibus, quæ subiecta corpori, mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, &c. & ad omnem corporis actionem? 2. de N. Ego hic cogito commorari, quo ad me reficiam, nam & uires & corpus amisi, Gallo, libr. 7. Reipublicæ corpus rotũ curare, nedum partem aliquã tueri, reliquas deserere Plato præcepit, 1. Off. 17 b. Quocirca corpus gaudere tam diu (censuit Epicurus) dum præsentem sentiret uoluptatem: animum & præsentem percipere pariter cum corpore, & prospicere uenũtem, nec præteritam præterfluere finere, Tuf. quæst. libr. 5. Corpore nihil nisi præsens, & quod adest, sentire possumus, de Finib. Zeusi muliebri in corpore pingendo plurimum alijs præstitit, de Inuent. libr. 2. 62 a. Cum puerorum igitur formas & corpora magno hic opere miraretur, ibid. b. Neque enim putauit omnia quæ quęreret ad uenustatem uno corpore se reperire posse, ibidẽ. Atque illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant. de Appelle & Lysippo, Epi. Fam. lib. 5. 68. Corpore tuo alleuato, 7. ad Att. Corpore extremo mens cingitur, d̃ Nat. d. 1. Corpore confectus, 14. Fam. Nisi corpore confirmato, nolles nauigare, 16. Fam. Corpore toto contremisco, 6. Fam. A. Cecinnæ. Si non unà cũ corpore sensus oĩs uno atque eodem consumptus est igni, ad Octau. Nec uerò hæc uita tua dicenda est, quæ corpore & spiritu continetur, p Marce. 135 b, Corpore deformatus, fractus animo, 2. ad At. E corpore excedere dicuntur animi. Tusc. quæst. lib. 1. E corpore multa existunt quæ acuant mentẽ, multa quæ obtundant, Tusc. quæst. lib. 1. Nec enim sanguis, nec sudor nisi ex corpore est, de Diuinatione, 1 20 b.Ictum par

ua quadam declinatione, &, ut aiunt, corpore effugere, In Catil. 100 b. Corpore nondum satis firmo quum esset, 11. Fam. In corpore dolor, aut omnino sensus post mortẽ. Tuscul. quæst. lib. 1. In corpore nullus sensus. &c. Tusc. q. 1. In corpore perspicuum est uel extinctò animo, uel elapso, nullum residere sensum, Tuf. q. li. 1. In corpore uiæ quasi quædam sunt ad oculos, ad aures, ad nares, à sede animi perforatæ, Tuf. q. lib. 1. Quantum corpore meo occupari potest, tantum mihi ex agro tuo assignes, 3. ad Att. Cum mortali corpore cremato animus in sucem excesserit, de Diu. 99 b, Senex corpore, nũquam animo. de Sen. Corpore uix sustineo grauitatem huius loci, 11. ad Att. Corpora aspera, leuia, humata, uncinata, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Corpora nostra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concalescunt, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Corpora contenta, Tuf. q. li. 2. Id est, quæ omni nixu intẽduntur aduersus labores. Corpora exercitata, Tuf. q. li. 5. Corpora indiuidua, leuia, rotũda, Tuf. q. lib. 1. de Nat. deor. 1. ἄτομοι sunt corpora indiuidua propter soliditatem, lib. 1. de Fin. Corpora exercitationum defatigatione ingrauescũt, animi autem se exercẽdo leuantur, Cat. Nostra corpora recalescunt motu & exagitatione. de Nat. deo. 2. Neq; nos corpora sumus, Tuf. q. lib. 1. Corpora terrena concertaq;, Tuf. q. lib. 1. Corpora terrena & humida suopte nutu & suo pondere ad pares angulos in terrã & in mare ferũtur, Tuf. q. li. 1. Sed utros eius habueris libros (duo eñ sunt corpora) ãn utrosq; nescio, ad Q. Fr. lib. 2. 314 b. Corporum genera sunt quatuor, quorum uicissitudine, mundi continuata natura est, 2. de Nat. d. Eam porrò naturam esse quatuor omnia gignentiũ corporum, Tuf. q. lib. 1. Id est, elementorum. Corporum lenocinia, 2. de N. d. Corporum tegumenta uel texta uel sutã, 2. de N. d. Corpora nostra non nouimus, qui sint situs partium, quam uim pars quæq; habeat, ignoramus, Aca. q. ed. 1. li. 2. Corpora nostra opponimus. 7. At. Corporib. ois obsidetur locus, de N. d. 1. Nihil est enim quod uacet corpore. His autem formis atq; corporib. ficut omnibus rebus, quæ sub aspectum ueniunt, sede opus est, 2. de Ora.

Corpvscvla, orum. de N. 14 b, Ista flagitia Democriti fiue etiam ante Leucippi, esse corpuscula quædam leuia, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, curuata quædam, & quasi adduca: ex his effectum esse cœlum atq; terras nulla cogente natura, sed concursũ quodam fortuito. & 44 b.

Correctio, onis. temperatio, emendatio. Off. 53 b, Quemnos correctione quadam adhibita potissimum secuti sumus. de Fin. lib. 4. Hæc uidelicet est correctio philosophię ueteris, & emendatio.

Correctio, exornatio quædam uerborum. ad Heren. 32 a, Correctio est, quæ tollit id quod dictum est, & eo id qd̃ magis idoneum uidetur, reponit, hoc pacto: Quod si iste suos hospites rogasset, imò innuisset modò, hoc facilè pficiposset, &c. de Or. 162 b, Tũ correctio, uel antè, uel post quàm dixeris.

Corrector, oris. censor, emendator. I.A. 168 b, Iam de ipso emendatore & correctore nostro dicam. pro Cor. 58 b, Corrector atque emendator ciuitatis. Or. 215 b, Sed tamẽ hic corrector, &c.

Correctvs, a, um. emendatus. Att. 220 a, Laudationem Porciæ tibi nisi correctam, ut, &c. Aca. 41 b, Certè enim recentissima quæque sunt correcta & emendata maximè.

Correpo, pis. irrepo. At. 166 a, Occultè in aliquam orationem corrependum. de N. 15.

Corrigo, gis, emendo, compenso, correctionem adhibeo, aliquem ab errore auerto. Att. 27 a, Castritianum mendũ nos corrigemus. de Fi. 52 a, Vt ea, quæ corrigere uultu, mihi quidem depraueare uideatur. Q. Fr. 315 b, Sic ego cursu corrigã traditatẽ tũ equis, tum uelis. Att. 238 a, Petiuit à me, ut eam orationem, ne ambitiosè corrigerem. pro Syl. 276 a, Itaque hac rogatione uicium legis corrigebat. Ora. 209 b, Cum corrigimus nosmetipsos, quasi reprehendentes. & 214 a, Isocrates non modò superiores, sed etiam se ipse correxit. pro Mur. 138 b, Vt non corrigendus potius q̃ leuiter flectendus esse uideare. I.C. 101 b, Tu ut unquam te corrigas? p Qu. 15 a, Corrigeres hæc tu scilicet postea. Epistol. 152 b, Vel quod exercitus Lepidi partem eam, quę corrupta est, & ab repub. alienata, & corrigere, & coercere

præsentia mei exercitus possem. In Sal. 274 a, At lapsus ęta tis, tyrocinio postea se correxit. de Sen. 84 a, Vitia senectu tis diligentia corrigenda sunt. At. 148 a, Corrigere mores aliorum. At. 255 a, Eas epistolas ego oporet perspiciam, corrigam, tum denique edentur. Offic. 29 b, Ita facillimè corriguntur illi in discendo, quorũ uitia imitantur emendandi causa magistri. I. A. 220 a, Et in eodem excutiendo meam sententiam corrigebat. de Cla. 194 a, uel quod à Græcis neque corrigi possim, neque doceri. Epist. 25 a, & 77 a, Id si correxeris, mihi uale erit gratum. At. 90 b, Hoc continuò correximus.

Corripio, pis. comprehendo, rapio. I. V. 159 b, Hominem corripi ac suspedi iussit in oleastro quodam. Anteq. 195 b, Ego repentè ui tribunitia correptus, ne consistendi quidẽ in ciuitate habeo potestatem. I. V. Nam ut apertus in pecunijs corripiendis fuit.

Corripere, reprehendere. Epi. 112 b, Quid alios putas? clamoribus scilicet maximis iudices corripuerunt, & ostendẽrunt planè esse, quod fieri non posset.

Corroboratvs, ta, tum. firmatus, confirmatus, cui robur accesit. pro Cæl. 46 a, Aetas corroborata. ,p Mil. 197 b, hominis sceleratissimi corroborata iam uetustate audacia.

Corroboro, as, roboro, confirmo, sancio. I. C. 103 a, Qui spẽ Catilinæ cum mollibus sententijs, & coniurationem nascentem non credendo corroborarunt. de Or. 151 b, Ingenia obtũdi nolui, corroborari imprudentiam. pro Sest. 5 a, Cum iam uirilis tua uox se corroborauerit. aliter puerilis. pro Cæl. 39 b, Cum is iam se corroborauisset, & uir in ter uiros esset. pro Fl. 159 a, Quorum uirtus non solùm natura corroborata, sed etiam disciplina putatur. de Amic. 110 a, Omnino amicitiæ corroboratis iam confirmatisq; & ingenijs & ætatibus iudicandæ sunt. de Fi. 138 b, Honesta, ad quorum cognitionem, & usum iam corroborati natura ipsa præeunte deducimur. Epi. 183 a, Malum corroboratur quotidie. Ac. 9 a, Mens usque eo philosophiam ipsam corroborat, ut uirtutem efficiat.

Corrodo, dis. rodo. de Di. 120 b, Si mures corroserint aliquid, &c. & ibi I. Rodo.

Corrodo, as. rogo, peto, precibus quæro. pro Qu. 4 b, Nænius ab atrijs Licinijs suos necessarios corrogat, ut sibi assint. &c. I. A. 187 a, Quidam corrogati conuenerunt. &c. I. V. 189 b, Qui nummulis corrogatis, de nepotum bonis de curiam emerũt. ad Heren. 25 b, Cum ipse à uicinis cum testa ambulans, carbunculos corrogaret. ad Heren. 40 a, Sannioni puero negocium dederat, ut uasa, uestimenta, pueros corrogaret.

Corrvmpo, pis. corrumpere, depraua re iudicium, pecunia tẽtare, promissis in fraudem impellere, emere, & constupra re iudicium. Par. 238 a, Est genus hominum ad honestatẽ natum, malo cultu prauisq; opinionibus corruptum. pro Mur. 130 a, Ea iurisconsultorum ingenijs pleraque corrupta & deprauata sunt. Sal. in Cic. 270 b, Populus Romanus ita largitionibus corruptus est, ut sese aę fortunas suas uenales habeat. At. 257 a, Animus largitionib. corruptus. Of. 48 a, Sed corrupti mores depraua tiq; sunt admiratione diuitiarum. de N. 30 b, Conclusa aqua facilè corrumpitur, I. V. 66 a, Corruptis contaminatisq; iudicijs. pro Cec. 198 b, Iudicem precio corrũpi. pro S. R. 39 b, Tabulæ publicæ corruptæ sunt. I. V. 129 b, Tabulæ publicæ corruptæq; atque interlitæ sunt. Epi. 152 b, Eam partem exercitus Lepidi, quæ corrupta est corrigere, &c. pro Planc. 266 b, Quã quisq; tribum turpi largitione corrumperet. & 168 b, Do ce quod debes, per quem sequestrem, quo diuisore tribus corrupta sit. Off. 44 a, Corrumpere aliquem pecunia. pro Cluent. 34 b, Tentare iudicium pecunia. pro Clu. 58 b, Alicuius fidẽ pretio labefactare conari. Att. 16 b, Empto con stupratoque iudicio.

Corryo, is. ruo, cado. Att. 225 b, Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Top. 222 a, Aedes exesæ corruerunt. de Diui. 103 a, Cum urbs tanta corruit. Of. 17 a, Lacedæmoniorum opes corruerũt. pro Dom. 96 a, Multa opida corruerunt: id est ex terræ motu. I. C. 109 a, Qui fi stra re non possunt, corruant. Qu. Fr. 312 b, Et penè ille timore, ego risu corrui. & 305 a, Vno meo fato & tu & oẽs mei corruisti. Acad. 24 b, Antiochi ista corruant uniuersa.

Corrvpte, malè, prauè, nequiter. de Fin. 63 b, Deprauatè & corruptè, iudicare de aliqua re.

Corrvptela, læ. quod ad corrumpendum ualet, largitio. Off. 44 a, Philippus largitionem corruptelam dixit esse. de Leg. 177 b, Mores hac dulcedine corruptelaq; deprauati sunt. I. C. 100 a, Adolescentulus, quem tu corruptelarũ illecebris irretisses. pro Deio. 149 b, Si ista corruptela ferui, à tanta autoritate fuerit approbata. Par. 241 b, Præuaricatio est accusatoris corruptela ab reo. Part. 225 a, Reus corruptelam iudicij moliẽs. I. V. 115 b, Mulierum corruptelæ de Legib. 162 b, Tanta est corruptela malæ cõsuetudinis, ut, &c. Tusc. 225 b, Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, incesta denique.

Corrvptio, onis. Tus. 215 a, Morbum appellant, totius corporis corruptienem. Ibidem: Ita fit, ut in altera corruptio ne opinionum morbus efficiatur, & ægrotatio, &c.

Corrvptor, oris. largior. I. C. 106 a, Quis corruptor iuuentutis? quis corruptus? &c. pro Mil. 123 b, Corruptores nostri causam dicunt, qui nos corrupti fumus non dicimus. ,p Planc. 267 a, Cuius tu tribus uenditorem & corruptorem, & sequestrem Plancum fuisse clamitas.

Corrvptrix, cis, Q. F. 233 b, In tam corruptrice prouincia.

Corrvptvs, a, um. deprauatus, uiciosus. I. C. 106 a, Quis corruptor iuuentutis? quis corruptus? &c. pro S. R. 24 b, Adolescens corruptus & ab hominibus nequam inductus. de Cl. 188 a, Vitiosa & corrupta consuetudo.)(. Pura & incorrupta consuetudo.

Cors, cortis. uillæ spacium intra macerim, area. de Ora. 133 a, Villam in Tiburte habes, cortem in palatio. sunt quilegant chors, seu cohors.

Cortex, cis. de N. 50 a, Trunci obducuntur libro aut cortice quo sint à frigoribus & à caloribus tutiores. In Arat. Denudat folijs ramos, & cortice truncos.

Corvsco, as. splendeo, emico. de Or. 157 a, Flamma inter nubes coruscat.

Corvscvs, a, um. In Arato. Illæ quæ fulgent luces ex ore coruscо. Tusculan. 179 b, Iace obsecro in me uim coruscam fulminis.

Corvvs, ui. de N. 51 a, Miluo est quoddam bellum naturale cum coruo. de Di. 82 b, Iupiter cornicem à lęua, coruum à dextra, canere iussit. & 98 a, Cur à dextra coruus, à sinistra cornix faciat ratum.

Corybantes, tis. Appollinis pater. de N. 71 a.

Corycvs, ci. opp. Ep. 189 b.

Corypheus, ei. dux, princeps. de N. 13 a. Zeno, quem Philo noster Coryphæum appellare Epicureorum solebat: id est principem.

Cos, tis. lapis quo cultri acuũtur. de D. 87 a, Tarquinius dixit se cogitasse cotem nouacula posse præcidi. Acad. 34 b, Academici uetere es ipsam iracundiam fortitudinis quasi cotem esse dicebant.

Cotes, aspera saxa. Tus. 216 a, E quibus tanquam è scrupulosis cotibus enauigauit oratio.

Cossanvs, na. à Cossa opp. Italiæ. I. V. 268 b.

Cothvrnvs, ni. calceamenti genus, subere quodãmodo subleuati, quo utebantur tragœdi & uirgines, ut eminentores uiderentur. I. A. 186 b, Qui cum palla & cothurnis ad mos populo de rostris spargere solebat. & de Fin. 200 a, I Conuenio.

Covs, a, um. Or. 197 a, Qui coæ Veneris pulchritudinem imitari non potuerunt. de D. 85 a. & I. V. 231 b, Quid ut Venerem pictam, Coos? coos, accusat. plur. est.

Crabra, bræ. aquæ nomẽ in agro Tusc. unde etiam aqua Tusculana, pro Cor. Bal. dicitur. contra Rul. Ego Tusculanis pro aqua Crabra uectigal pendam, quin à municipio fundum accepi. Epist. 263 b, De Crabra quid agatur, esti nihil quidem nimium est aquæ, tamen uelim scire.

Cranon, onis. oppidum Thessaliæ. de Or. 141 a, Cum cœnaret Cranone Simonides.

Crapvla, læ. comessatio. I. A. 66 a, Edormi crapulam & exhala. & I. V. 153 b, Qui nondum conuiuij crapulam exhalassent. I. C. 106 b, Vino languidus, confectus cibo.

Cras. secundum hunc diem, crastinus, crastinus dies. Att. 114 b, Cras manè putat.

Crassator, oris. uel Grassator, latro, de Fat. 127 a, Hoc modo amator bene uestitus, causa crassatori fuisse diceretur, cur ab eo spoliaretur.

Crassipes. Dolabella. Atti. 147 a, 148 b.

Crassitvdo. nis. quam imperiti profunditatem dicunt. Ac. 29 a, Extremitas, & quasi libramentum, in quo nulla crassitudo sit. & Cæs. 144 a. de Di. 99 b, Propter crassitudinem aeris de cœlo apud eos multa fiebant.

Crassvs, a, um. densus, plenior, pinguis, concretus. Crassa, n. ea esse definiunt, quorum partes omnes penitus cohærent.) (. Tenuis. de Nat. 29 b, Terra est infima, quam crassissimus circumfundit aer. Tuscu. 157 a, Crassus est concretus aer. de Fat. 141 b, Thebis crassum cœlum, itaque pingues Thebani & ualentes: Athenis tenue, ex quo acutiores etiam Attici, &c. pro Flac. 161 a, Crassus ager. Epi. 132 a, Crassum filum. Acad. 20 b, Vt ergo illis aqua, sic nobis aer crassus offunditur. & 30 b, Latent omnia crassis circunfusa tenebris. de Clar. 183 b, & 170. & de Or. 132 b, I. Crassus.

Crastinvs, a, um. Ac. 241 b, Sed aliquid crastinus dies ad eo gitandum nobis dare pollicetur. de Or. 142 b, Nisi me fortè in crastinum differre mauis.

Crater, eris. poculum. I. Delegatus.

Cratera,ræ. crater, uas ad auriendum aquam. de N. 48 b. & in Ar. In medioque sinu fulgens cratera. relucet. I. V. 230 b, Crateræ exære pulcherrimæ. Epist. 95 a, In equo Troiano craterarum tria milia.

Creator, oris. procreator, genitor, effector. pro Cor. 61 a, Princeps ille creator huius urbis Romulus. de Diui. 122 a, nobis hæc portenta deum dedit ipse creator.

Creatio, de L. 156 a, Creatio magistratuum, &c. plebi libera sunto.

Creber, bra, brum. frequẽs, densus. de N. 57 a, Venæ crebræ multæque toto corpore intextæ sunt. Or. 216 b, Sed in utro quæ & frequentiores sunt, & liberiores poetæ, nam & transferunt uerba crebrius, &c. Epi. 198 b, Itaque crebras uel potius quotidianas compellationes meas nõ tulit. I. A. 160 b, Scis enim per hos dies creberrimum fuisse sermonem, me, &c. pro Pl. 276 b, Sed hoc nescio quomodo frequenter in me cõgesti sit, saneque in eo creber fuisti, te, &c. Or. 113 b, Thucydides creber est rerum frequentia.

Crebritas, tis. frequentia. Att. 208 b, Colloqui uidebamur in Tusculano diu essem, tanta erat crebritas literarum. de Cl. 193 a, Crebritas sententiarum pristina. Episto. lib. 3. ad Appium Pul. nium: Intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorũ farciã.

Crebrò, frequenter. Attic. 94 b, Velim obuias mihi literas d omnibus rebus crebrò mittas. Ep. 63 b, Tu ad me uelim literas crebrius mittas. de L. 159 a. Crebrò insistens, interdum acquiescens. Qu. F. 319 a, Vrbanam expolitionem urget ille quidem, sed etiam ipse crebrò interuiso. de Diu. 99 b, Hetrusci, studiosius & crebrius hostias immolabãt. & 92 a, Quæ crebrerimæ commemorãtur à Stoicis. de Fin. 65 a, Qui crebrò dicat, &c.

Credibilis, le. probabilis, uerisimilis. de In. 52 a, Credibile est quod sine ullo teste auditoris opinione firmatur. Aca. 21 b, Nec adeo dum credibile uidebatur, nullum esse pilũ, &c. de Or. 116 b, Non est credibile, quid interesse mihi sit uisum inter eum, qui, &c. de In. 57 a, Quod pro credibili sumptum erit, id infirmabitur, si erit omnino incredibile. I. V. 268 a, Hoc credibile fore non arbitrabar. Or. 208 a, Narratio credibilis esse debet.

Credibiliter. uerisimiliter, probabiliter. pro Deiot. 146 b, At quàm non modò non credibiliter, sed ne suspiciosè quidem.

Creditor, oris. is cui quacunque de causa aliquid debetur, Att. 83 b, S. C. modò factum est in creditorum causa, ut cẽtesimæ perpetuo fænore duceretur. pro Qu. 16 a, Qui cum omnibus creditoribus suis malè agat. & 13 a, Cæteri sponsores & creditores non conuenerunt. I. A. 207 b, Quotidie sponsores & creditores L. Trebellij cõueniunt. & ibi. Fraudare creditores. Attic. 1 b, Vnà agebant cæteri creditores. pro Fl. 150 a, Nec tabulæ creditoris proferuntur. Attic. 82 b, Familiares habet Brutus tuus quosdam creditores Salaminiorum.

Creditvs, a, um. Off. 51 a, Solutio rerum crediturum. & de Prou. 70 b, Dicere ius de pecunijs creditis. & In Pis. 98 a, in

Credo, d'is, fidem habeo, fidem adnibeo, fidem tribuo, authoritatem tribuo, autoritatem & fidem adiungo, mihi persuadeo, concipio. pro S. R. 37 a, Nemo credit nisi ei quem fidelem putat. Qu. de Pet. 211 a, & Attic. 19 a, Quamobrem ἐπιχάρμειον illud teneto: neruos atque artus esse sapientiæ non temerè credere. de D. 126 b, Stoici omnia cum superstitiosa solicitudine miseria credunt. Ep. 44 a, His ad te scripsi me purgans diligenter, te leuiter accusans in eo, quod de me citò credidisses. Att. 143 a, Rectè non credis de numero militum, ipso dimidio plus scripsit Clodia. de Cla. 173 b, Audiui equidem ista de maioribus natu, sed nũquã sum adductus ut crederẽ. ,p Do. 137 b, Nemo somnijs crederet, nisi, &c. de N. 15 b, Quod & non prædicanti tibi tam facile credam, sicut mali ædificij domino glorianti, se architectum non habuisse. pro Cæl. 48 b, Rem tanti sceleris seruis ignotis non esse credendam. pro S. R. 28 b, Non temerè creditur, neque leui coniectura res penditur. pro Qu. R. 52 b, Ei negabit credi oportere, cui ipse credideris? eius testis ad iudicem fidem infirmabit, cuius propter fidẽ & religionem iudicis testes comparabat? pro Qu. 18 b, Credo ego uos mirari, quid sit, quod, &c. Att. 215 b, Mihi crede ut ut cætera. Att. 138 b, Non sum (mihi crede) mentis compos Epi. 183 a, Finem nullũ facio (mihi crede) Cæsi de te cogitandi. & 6 a, Illustrabit (mihi crede) tuã amplitudinem hominum iniuria. ad Her. 35 b, Nimium Quirites animis simplicibus, nimium creditis uniuuiq;. de Vn. 201 b, Difficile factu est, à dijs ortis fidem non habere. de In. 56 a, Habere fidem orationi alicuius. Credere & habere fidem alicui.) (. Abrogare fidem alicui, & infirmare fidem alicuius. de Cl. 195 a, Credo quòd uideret ex consularibus neminem, &c.

Credere, committere, concredere, tribuere. de Leg. 178 a, Credere pecuniam alicui: id est, deponere apud illum. pro Flac. 156 a, Credere pecunias alicui. & I. V. 239 b, Pecuniẽ creditę. & Epist. 7 b, ,p R. P. 128 b, Postquam exegit, quod crediderat. Epi. 7 b, Qui per prouinciam imperij tui pecunias ei credidissent. ,p Rabirio Posthumo. 123 a, Rabirius credidit populis: id est, pecunias mutuas dedit. & ibi. Is regi Alexandrino grandẽ pecuniã crediderat. Ep. 156 a, Chirographa omnia ex quibus credidi, Leucipo dabo proferẽda. d Ar. 250 b, Alterum putabo regem; si habuerit unde tibi soluat, quod ei per syngrapham credidisti. I. V. 274 b, Sicula, quæ mihi defendenda credita est. I. V. 242 b, Mihi honorem illum non solum datum, sed etiam creditum ac cõmissum puto. & 149 a, Committere consilia & credere omnes res alicui. pro Pom. 17 a, Credere omnia uni: id est, deferre omnia ad unum. Qu. Fr. 292 b, Omnia alicui & credi rectissimè, & committi posse. Att. 47 a, Credere se tectis alicuius. pro Dom. 213 a, Vt omnia uestræ sapientiæ, fidei potestatique commissa creditaque esse uideantur.

Credvlitas, tis. credendi facilitas. Ep. 157 a, Credulitas error est magis quàm culpa, & quidem in optimi cuiusq; mẽtem facilimè irrepit. Q. de Pet. 211 a, Quamobrem ἐπιχάρμειον illud teneto: neruos atque artus esse sapientiæ, non temerè credere.

Credvlvs, a, um. simplex, antiquus, qui temerè credit. Attic. 246 a, Verba mihi dari facile patior in hoc, meque libenter præbeo credulum. de Diui. 133 a, Postquam homines minus creduli esse cœperunt. pro Font. 278 b, Stultus auditor & credulus. de Senect. 48 a, Senex stultus, credulus, obliuiosus, dissolutus. de Am. 214 a, Hæc in fabulis stultissima persona est, improuidorum & credulorum senum. de Diuinat. 125 b, Imbecilli animi facilè superstitiosa ista concipiunt. & 126 a, Stoici omnia cum superstitiosa solicitudine & miseria credunt.

Cremo, as. incendo de Legib. 181 b, Sylla primus è patritijs Cornelijs igni uoluit cremari. In Antonium, 264 b, Itaque nec inhumati sunt, nec deserti, nec dispersis bustis humili sepultura cremati. de D. 90 a, Cum mortali corpore cremato animus in lucem excesserit.

Creo, as. procreo, gigno, facio, diligo. de Nat. 37 a, Artis maximè proprium est creare & gignere. de Orator. 129 a, Natura fingit homines & creat imitatores & narratores facetos. Tuscul. quæst. 159 b, Principium extinctum, nec ipsum renascetur, nec à se aliud creabit. de Finib. 133 a, Omnium rerum quas & creat natura, & tuetur, summum bonum est in

in corpore. de Or. 119 b, Creare, alere, confirmare. de D. 120 a, Nonnunquam etiam errorem creat similitudo. In Verrem. 46 b, Creare periculum alicui. de Ar. 253 a, Ne patribus cædes periculaq; creentur. Amorad. 196 a, Nemini iniustè periculum creaui. pro S.R. 30 b, In urbe luxuries creatur. Attic. 143 b, Id assequetur, si per Pr. Coff. creatur: nos autem in libris habemus, non modò Coff. à Pr. sed ne prætores quidem creari ius esse. ad Attic. 143 b, Maius imperium à minore creari ius non est. de L. 185 b.

Crepida, de. solea, calceamentum contrarium cothurno. Cothurnus sublatus. crepidæ depressæ sunt. pro R.P. 126 b, L. Scipionis non solùm cū chlamyde, sed ēt cum crepidis in capitolio statuam uidetis.

Crepidatvs, a, um. soleatus. In Pisonem 99 a, Is nocte in tē pesta crepidatus uestè serili nauem conscendit.

Crepido, nis. ora terræ, quæ alluitur aqua præruptí saxi, & uiarum extremitas, uel ripa paulo eminentior. I. V. 255 b, Piraticus Myoparo ad oēs urbis crepidines accessit. Orat. 219 a, Deinde omnia tanquam crepidine quadā, comprehēsione longiore sustinentur.

Crepitvs, tus. sonus collisione excitatus, aut percussione. I. V. 269 a, Nulla uox alia inter crepitum doloremque plagarum audiebatur. Tusculan. quæst. 213 a, Terrorem pallor & tremor, dentium crepitus consequitur. Top. 223 a, Pedum crepitus, strepitus hominum. ad Her. 7 b, Num qui strepitus, clamor, crepitus exauditus sit. Epistol. 141 a, Stoici etiam crepitus, aiunt, æque liberos, ac ructus esse oportere.

Crepo, ás. l. Percrepo.

Crepvndia, orum. quæ pueris, dantur, oblectandi causa. de Cl. 164 a, Totum aliquem non næuo aliquo aut crepundijs, sed corpore omni uelle cognoscere.

Cres, Cretis. Cretensis. pro Mur. 142 a, Cretes quorum nemo gustauit unquam cubans. de D. 87 a, Epimenides Cres.

Cresco, scis, creui, augesco, adaugesco, accresco, adolesco, exolesco, mano, serpo, ingruesco, propagor, ætate procedo, ascendere sua uirtute, in altiorem locum peruenire, ad pristinam magnitudinem aliquid accedere. de D. 115 a, Ostris & conchylijs omnibus contingit, ut cū luna crescant pariterq; decrescant. de D. 10 b, Cum lacus Albanus præter modum creuisset. In Sal. 272 b, Plerunq; resp. priuatis crescit inimicitijs. ad Heren. 6 a, Iam satis huius uoluminis magnitudo creuit. pro Pom. 12 b, Cum accepta calamitate ex eo prælio hostium opes animiq; creuissent. pro Sest. 18 b, Ex quo intellectum est, mihi absenti creuisse amicos. pro Arch. 188 a, Ex his studijs hæc quoque crescit oratio. pro Mur. 133 a, Expectatio numeris, quæ rumore nonnullorum creuerat. pro S.R. 32 a, Si mihi liberet accusare, accusarem alios potius, ex quibus possem crescere. de Ar. 254 b, Crescebat in eos odium, à quibus, &c. pro Cl. 33 b, Ex iniuidia alterius crescere. I. V. 271 b, De multis mihi crescere licebit: id est, in altiorem locum peruenire. de Finib. 85 a, Vt nihil ad pristinam dignitatē possit accedere. de D. 137 a, Et aduenientes & crescentes morbos intelligunt. Quo plus mihi ætatis accedit. I. Aetas. pro S.R. 32 a, Is mihi uidetur amplissimus, qui sua uirtute in altiorem locum peruenit, non qui ascendit per alterius incommodum & calamitatem.

Creta, tæ. insula. I. A. 197 a, Est enim nobis Creta notior, quàm Roma: Cydæ. pro Plan. 264 a, Is fuit in Creta.

Creta, tæ. terra alba, & tenax. pro Flac. 154 a, Hæc quæ est à nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, qua utuntur omnes in publicis & priuatis literis.

Cretatvs, a, um. creta sparsus. Attic. 24 a, Etenim mihi eius caligæ, ut fasciæ cretatæ, non placebant.

Cretensis, se. Cres. de Nat. 70 a, Tertius Iupiter Cretensis Saturni filius. I. A. 197 a, Cretensis iudex. & 196 b, Cydam Cretensem, portentum insulæ. & 197 a, Dura natio scilicet Cretensium.

Creticvs, Qu. Metellus, quòd Cretā uicerit. Ar. 17 b.

Creticvs, qui est ex longa & breui & longa. Or. 218 a. & de Or. 160 a.

Cretio, onis. hæreditatis aditio. Atti. 222 a, Ex eo cognoui cretionē, Clauio, Vestarium negligentem, liberam cretionem, testibus præsentibus sexaginta duobus. Attic. 178 a, Puto enim cretionem simplicem fuisse.

Cretvla, læ. diminutiuū à Creta. I. V. 213 a, Signū in creta.

Creui, sti. à uerbo cerno. decerno. dē L. 185 a, Quodcūq; sentus creuerit, agūto. 172 b, Quibus diuis creuerint, procuratio.

Cribrvm, ri. uas pistorum, ad grana, farinamve purgandam. de Diu. 120 b, Quasi uerò quicquam intereat, mures frumenta cribra corroserint.

Crimen, nis. criminatio. Attic. 140 a, ἀχαριστία crimen fuisse non audeo. & 136 a, Ingrati animi crimen horreo. In Verr. 257 b, Inferre crimen proditionis alicui. pro Cor. 48 b, Tum luxuria illius, quæ nō crimine aliquo libidinis, sed communi maledicto notabatur. In Verr. 235 b, Laudem imperatorū criminibus auaritiæ obteri. pro R.P. 127 a, Pedum humo crimen uestitus afferret? pro Syl. 180 a, P. Syllæ persona non suspicit crimen tantorum facinorum, ac tam atrocium. pro R.P. 128 a, Hoc decem millium crimen. pro Cal. 48 a, Duo sunt crimina una in muliere summorum facinorum, auri, &c. ueneni, &c. & 51 b, Maximi facinoris crimē. & 49 b, Fingere crimen maximi sceleris. pro Sexto Rosc. 9 a, Tati maleficij crimē. & 37 a, In crimē mādati iudicium, infamiæ reuocari. In Ver. 274 b, Facinⁿ sceleris & audaciæ. pro Syl. 169 a, Crimē cōiurationis. pro Deiot. 147 a, Venera. pro Muræna, 137 a, Ambitus. de Or. 118 a, Siue ex crimine causa consistet, ut facinoris: siue ex controuersia, ut hæreditatis: siue ex deliberatione, ut bellij: siue ex persona, ut laudis: siue ex disputatione, ut de ratione uiuendi. & ibid. Ad. nostræ serè causæ, quæ quidem sunt criminum, &c.

Crimen. facinus, peccatum, fraus, noxa, culpa, delictum, maleficium. de Orat. 127 a, Non continuò si quis populi motus factus est, id C. Norbano in nefario crimine & fraude capitali esse ponendum. In Verr. 254 b, Istam accusatorā magnis criminibus abijciendam putabat. & 250 b, Scio ui hi crimini datum iri, pecuniam accepisse. & pro S.R. 19 a, Vita rustica, quam tu probro & crimini putas esse oportere. Ep. 97 b, Sunt enim qui criminis loco putant esse quod uiuam. pro Dom. 232 a, Id quod mihi crimini dabatur, crimen non erat. ad Her. 35 b, Non apertissimæ res erant crimini datæ, non omnes hæ testibus comprobatæ. de Clu. 190 b, Cum accusatione sua Qu. Gallio crimini dedisset, ibi eum uenenum parauisse. pro Quint. 2 a, Falsum crimen, quasi uenenatum aliquod telum iacere. de Ora. 139 a, Quæ suspicionem & crimen afferunt. pro Fl. 153 a, Qui probari potest in ea pecunia non referenda crimen sibi ipsum facere? in qua crimen esse nullum, si referret? I. A. 235 a, Aut à spicioni crimen, aut inuidiæ materiam dedisse uidebimur. ad Her. 35 a, Inferre crimina.)(. Diluere crimina. de Amic. 168 b, Ne criminibus aut inferendis de lectetur amicus, aut credat oblatis. & ibid. pro Mil. 120 b, Milonis facinoris suspicio, non facti crimen obstat. I. V. 223 b, Daretq; operam, ut is eo crimine damnaretur, nec ipse esset in crimine. In crimen uoco uel reuoco. l. Voco. Item: Dare crimini, dare uitio, dare culpæ, esse crimini, esse probro, esse fraudi, esse criminosum.

Criminatio, onis. crimen, accusatio. pro Quint. R. 51 a, Criminatio tua quæ est? Roscium cū Flauio pro societate dedisse. de In. 65 a, Cum omnia quæ in negocio gorendo acta sunt, cum unusquisq; indignatione & criminatione colligimus. de Or. 138 a, Quę ualeant contra falsam criminationem. contra Rul. 88 a, Criminatio qua in me absentem usus est. pro Sest. 20 a, Nihil adhuc criminationis est in Sestio. de Am. 108 a, Ab aliquo oblatas criminationes depellere.

Criminor, aris. criminationem uel crimen infero, uel offero, culpæ do, uitio do, criminatione utor, criminis loco pono, crimini do, in crimen uoco uel reuoco, accuso. pro S.R. 25 b, Quod beneuolentia fit, id odio factum criminaris. pro Mil. 103 b, Conciones illæ, quibus inuidiosè potentia mea criminabatur. Off. 67 b, C. Marius Qu. Metellum apud populum Romanum criminatus est illum bellum ducere. pro Cæl. 48 a, Venenum quod eiusdem Clodiæ necandæ causa parasse Cælium criminantur. pro Syl. 175 a, Ne cui liceret illud iudicium temerè creditum criminari. pro Pl. 267 a, Id bet enim mihi nescio quid etiam de illa tribu criminari. & 276 a, Quod tu me esse ingratum criminaris. I. A. 160 b, De amicitia quam iste à me uiolatam esse criminatus est, parca dicā. I. V. 213 a, b, Iā enim nō libet omnia criminari. de Opt. 244 a, Criminari crimenve dissoluere argumentando. ad Her. 7 a, Cum accusatorem calumniari criminabatur. & 15 b, Secundus locus est, cum consideramus, illæ res de quibus criminamur, ad quos petineant.

Criminose. suspiciose. pro Deiot. 147 b, Sed tamen acta res criminose est. pro S.R. 27 a, Criminose & suspiciose dicere aliquid. de Cl. 176 a, Qui suspiciosius aut criminosius diceret, audiui neminem.

Criminosior. ad Her. 36 b. l. Frequentatio.

Criminosvs, a, um. suspiciosus, quo criminis suspicionem mouet, & affert. I. V. 245 a, Tu tibi hoc criminosum nunquam fore putasti. pro Lig. 237 b, Quod si est criminosum, necessitatis crimen est, non uoluntatis. de Clar. 184 b, & pro Cl. 37 a, Orator incitans animos, acer, acerbus, criminosus. Par. 233 b, Vir criminosus. pro Plan. 268 b, Officio sam amicitiam nomine inquinas criminoso. & 259 b, Non enim timeo ne id mihi criminosum sit. pro Syl. 174 e, Mihi non uidetur in hunc id criminosum esse debere.

Crines, hium. capilli. I. V. 164 b, & Or. 211 a.

Crinitvs, ta. qui crines habet. I. V. 229 a, Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus. Acad. 22 b, Crinitus Apollo, poetæ. de N. 28 b, Stellæ quas Græci cometas, nostri crinitas uocant. aliàs, & emendatè, cincinnatas.

Crinomenon, illud in quo quasi certamen est controuersiæ, quod Græcè κρινόμενον dicitur. Or. 208 b, pro Mil. 102 b, Vt omni errore sublato, rem planè, quæ uenit in controuersiam uidere possimus. l. Iudicatio.

Crispvs, pa, pum. intortus. Tusc. 200 a, Abiete crispa. poetæ.

Crispisvlcans, antis. Top. 226 a, Crispisulcans igneum fulmen.

Criticvs, ci. poematum iudex. quo nomine Aristarchus, & Aristophanes grammatici appellati fuerint. Ep. 131 a, Ego inter Niciam nostrum, & Vidium iudex sum. profert alter (ut opinor) duobus uersiculis expensum, Niciæ, alter Aristarchus hos ἐξελέγχει ego tanquam criticus antiquis iudicaturus sum, utrum sint.

Crocodilvs, li. Lacerta est Aegypti immensæ magnitudinis. de N. 50 b, Crocodili bestiæ sunt aquatiles, quæ in terra tamen gignuntur. de N. 17 a, & Tus. 243 b, Crocodilum, felem, & ibim non uiolari ab Aegypto.

Crocota, tæ. uestis muliebris crocea. de Ar. 254 a.

Crocvs, ci. de Or. 152 a, Vnguentū magis laudatur quod terram, quàm quod crocum olet.

Crodimvs, mi. locus. pro Font. 278 a.

Crommycaris, cridis. Cypri promontoriū. Fp. 190 a, Valdè. &c. Cypro a Crommyacride. Cassij.

Κρόνος l. Saturnus.

Crotalvm, li. instrumenti genus; quod manu pulsatur laminis quibusdam ex ære rotundis, sonum ex collisione reddētibus non admodum à cymbalo dissimile. I. P. 83 b, Neque collegæ tui cymbala & crotala fugi. aliàs Crotalia.

Croto, onis. urbs Italiæ. Ar. 154.

Crotoniatē. de In. 62. de Nat. 7.

Cruciamentvm, ti. cruciatus. I. A. 232 a, Nec grauiora uere sunt tormenta carnificum, quàm interdum cruciamenta morborum.

Cruciatvs. cruciamentum, tormentum, pœna, supplicium. de N. 76 a, Summo cruciatu suppliciq; Varius homo importunissimus perijt. Off. 37 b, Dionysius maximo cruciatu mortis angi solitus est, qui, &c. de D. 113 a, Magno animi cruciatu uitam agere. Item, Vt omnes animi cruciatus & corporis etiam egestas & mendacitas cōsequatur. pro S. R. 38 a, Is uel sese in cruciatum dari cupit, dum, &c. I. V. 78 a, Qui cues Rom. cruciatu & morte affecerit. Ar. 177 a, Cōfectus iā cruciatu summorum dolorum. de Fi. 83 b, Cui uenæ, &c. tetros cruciatus cient.

Crvcio, as cruciatu afficio, cōficio, afflicto, torqueo, premo, exanimo, angoribus cōficior, supplicijs macto, maiore malo macto. Par. 119 a, Tuæ te æruminæ premūt, tuæ libidines te torquent, tu cures noctesque cruciaris. de Finib. 67 a, Quorum alter lætitia gestiat, alter dolore crucietur. Att. 133 a, Officij mei deliberatio me cruciat, cruciauitq; adhuc. de Ar. 152 b, Dolore corporis cruciari & consumi. Anteq. 259 b, Illi scelerum suorū conscientia cruciati popnlo Ro. pœnas dabunt. I. A. 232 a, Cruciatus est à Dolabella Trebonius, &c. de Fi. 78 a, Cruciari uigilijs & fame.

Crvdelis, lis. durus, inhumanus, ferreus, ferus, teter, immanis, importunus, omnis humanitatis expers, natura asper, singulari immanitate & crudelitate præditus, prædo barbarus atq; immanis, inexorabilis, omni diritate atq; immanitate teterrimus, immemor humanitatis, immansuetus, qui maxima asperitate & immanitate naturę est.)(. Clemens, misericors. At. 280 b, Lepidus crudelis in liberos. de Ora. 226 c, Quispiam in alicuius calamitate crudelis. At. 139 a, Bellum crudele & exitiosum suscipi à Pompeio intelligebam. ad Heren. 11 b, Animus ferus, crudelis & inhumanus. Pro S.R. 24 b, Mores feros immanemq; naturam alicuius ostendere. I. P. 83 a, Quis hoc fecit ulla in Scythia tyrānus? & ibid. Quod nulla in Barbaria quisquam tyrannus fecit. Off. 43 a, Duri enim hominis, uel potius uix hominis uidetur, periculū capitis inferre multis. pro Deiot. 144 a, Crudelis Castor est, ne dicam sceleratum & impium.

Crvdelitas, tis. fœutia, immanitas, inhumanitas, feritas, acerbitas, atrocitas animi, importunitas, acerbitas morum immanitasq; naturę.)(. Clementia. Off. 61 a, Est enim nominum naturæ, quam sequi debemus, maximè inimica crudelitas. Qu. F. 304 a, Inimicorum crudelitas nondum est nostra calamitate fatiata. de Or. 104 a, & At. 239 a, Ij, quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri. Is suam insatiabilem crudelitatem exercuit, non solùm in uiuo, sed etiā in mortuo. pro Sest. 26 a, Non est ea medicina, sed carnificina atq; crudelitas. pro Dom. 225 a, Vxorem meam uexauistis, rapuistis, omni crudelitate lacerauistis. ad Her. 41 b, At iste spumans ex ore scelus, anhelans ex infimo pectore crudelitatem, contorquet brachium. pro Dom. 22 a, Crudelitas quam in me atq; in meos adhibuistis. Of. 13 a, Immanitas in omnem humanitatem repellens, Atti. 152 a, Nihil abest à me longius crudelitate. pro Fi. 151 a, Homo crudelitate barbarus.

Crvdeliter, durè, acerbè.)(. Dissolutè. I. C. 129 a, Quid de exitio uerbis tam acerbè tamq; crudeliter cogitarit. Of. 16 b, Illud considerandum est, ne quid temerè, ne quid crudeliter fiat. At. 265 a, Crudeliter eripere aliquid cuipiam. I. C. 103 b, Crudeliter animaduertere in aliquem. pro Syl. 181 a, Crudelissimè perire. & ibid. Crudeliter mori.

Crvditas. tis. stomachi affectio cum male concoxit, uel est stomachi redundantia ex ægra concoctione. de Fat. 147, Cruditas morbi causa est. de Sen. 86 a, & de Fin. 96 b, Ep. lib. 15. 253 b, Decius Sulla mortuus cruditate. & lib. 9. Crudirate fatius est hic, quàm istic fame.

Crvdvs, a, um. immaturus. de Sen. 92 a, Poma ex arboribus si cruda sint, ui auelluntur: si mattura & cocta, decidunt. de Fi. 68 b, Asoti, qui in mensam uomant, crudiq; postridiè seruntur ingurgitent. pro Cl. 53 a, Dico illum cum ad illud prandium crudior uenisset, & sibi tū non percepisset, egrotasse, &c. de Or. 95 a, Noluit, inquiūt, hodie agere Roscius, aut crudior fuit. & ibi. Nemo uidetur, quia crudus fuerit, stultus fuisse.

Cruento, as. sanguine imbuo. Postq. 205 b, Ne propter me ciuium uulneribus resp. cruentaretur. pro Sest. 20 b, Tribunus plebis templum cruentauit. de Ar. 251 b, Secures suas cruentari scelere uoluit.

Cruentvs, a, um. I. A. 192 a. Antonius cruentus sanguine ciuium Romanorum. de Or. 124 a, Et tu cum gladio cruento conprehensus es. pro Mil. 108 a, Tu P. Clodij cruentū cadaver eiecisti domo.

Crvor, oris. sanguis è uulnerè sparsus, & fusus. Anteq. 193 b, Liberos uestros ad cædem & cruorem non sum passus extraht. pro S. R. 21 b, Cruorem inimici quàm recentissimū ostendere.

Crvs, ris. tota illa pars, quæ à coxendicis ceruice incipit, & ad extremos pedis digitos pertingit. pro S.R. 27 b, Quod si luce quoque canes latrent, cum deos salutatum aliqui uenerint, opinor ijs crura fustibus angantur. I. A. 233 b, Qui præstantissimos ciues Politenia expulit, & quidem fracto crure. I. A. 252 a, Perire eum non posse, nisi ei crura fracta essent. de N. 21 b, Ibes sunt aues excelsę, cruribus rigidis, corneo procero cerque rostro.

Crvsta, stæ. I. V. 211 a, Vasis crustæ aut ēblemata detrahent.

Crvstvminvs ager, à Crustumio op. & flu. pro Flac. 161 a, Crustu-

a, Cruſtumina tribus. pro Pl. 267 a, & pro Cor. 67 a.

Crvx, cis. patibulum. I.V. 77 b, Verres ciues Romanos in crucem ſuſtulit. & Att. 108 b, In crucem tolli. de Finib. 146 b, Polycrates Samius ab Oronte prætore Darei in crucem actus eſt. pro Cl. 47 a, Strato in crucem actus eſt exacta lingua. I.V. 238 a, Vt quam damnatis ſeruis crucem fixeras, hanc indemnitatis ciuibus Romanis reſeruares? Qu.Fr. 300 b, Is crucem ibi ipſi conſtituit, ex qua tu eum ante derraxiſti. I.V. 78 a, Qui ciues Ro. morte, cruciatu, cruce affecerit. I.P. 88 b, Non ego ſi te cruci ſuffixum uiderem, maiore afficerer lætitia ex corporis tui laceratione. I.A. 250 b, Hoſtis ceterrimus omnibus bonis cruces ac tormenta minatur. I.V. 270 b, Itaque illa crux ſola poſt conditam Meſſanam illo in loco fixa eſt. & ibi a, In crucem agi. Att. 231 a, Quis enim audeat uiolare, propoſita cruce uel ſaxo? & 230 b, De ſaxo in cruce.

Cvbicvlaris, re. quod ad cubiculum pertinet. de Diu. 136 a, Quidam ſomniauit, ouum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. & Tuſc. 230 b, Lectus cubilaris.

Cvbicvlarivs, rij. cubiculi miniſter. I.V. 149 b, Hũc ueſtri ianitores, hunc cubicularij diligunt. & Att. 90 b, Nihil per cubicularium.

Cvbicvlvm, li. conclaue, cella, teſtudo. I.V. 159 b, Is cum iſte etiam cubaret, in cubiculum introductus eſt. & Ep. 94 b, de Ora. 133 a, Quando Galba de triclinio tuo exibis? cum tu, inquit, de cubiculo alieno. & pro Deiot. 147 b, Qu.Fr. 318 a, Grande cubiculum autem, & hybernum altũ, ualde probaui. & ibi. Ne atriolum habere poterat, adiuncta cubicula, & eiuſmodi membra. Tuſc. 239 b, Cum fores cubiculi clauſerat, & c. de D. 112 b, In eo conclaui ei cubandũ fuiſſet, qui proxima nocte corruit.

Cvbile, lis. lectus. de N. 51 a, Beſtiæ in cubilibus delitescũt. I.C. 122 a, Nemo inuentus eſt tam miſer, qui nõ cubile, ac lectulum ſuum ſaluum eſſe uelit. de Ar. 252 b, Cum quod ineas cubile, non ſentis. Ep. 140 a, Pherẽihic cubile inire eſt auſus. & ibid. Vſurpata duplex cubile. pro Clu. 20. b, Nõ limen cubili, non cubile filiæ. Tuſc. 183 a, Vt collocet in cubili, ut uulnus obliget. & 246 a, Mihi cubile terra. I.P. 97 a, Scelera tua non ueſtigijs odorantes ingreſſus tuos, ſed rotis uolutationibus corporis & cubilibus perſecuti ſumus. I.V. 147 a, Vt omnes mortales huius auaritiæ, non ſolum ueſtigia, ſed etiam cubilia uidere poſſint.

Cvbito, as. ſæpe cubo. pro Cæl. 45 a, Qui tecum ſemper pufio, cum maiore ſorore cubitauit.

Cvbitvs, ti. menſura, quantum à cubito brachij, ad extremã manũ eſt. Att. 207 b, Biẽniũ præterijt, cum ille καλλιτίβος aſsiduo curſu cubitum nullum proceſſerit. de L. 183 b, Nã ſuper terræ tumulum, noluit quid ſtatui, niſi columellam, tribus cubitis non altiorem.

Cvbo, as. recumbo, accumbo. I.V. 159 b, Is cum iſte etiam cubaret, in cubiculum introductus eſt. pro S.R. 29 a, Cum pater cœnatus cubitum in idem conclaue cum duobus filijs iſſet. & ibi. Duo filij propter patrem cubantes. de D. 112 b, In eo conclaui ei cubandum fuiſſet, quod proxima nocte corruit. de In. 80 b, Alexandrum Pheræum uxor ſua, cum ſimul cubaret, occidit. de Som. 126 b, Deinde cubitum diſceſsimus. de D. 133 b, Alligandi eſſent omnes, qui cubitũ irent. Tuſc. 188 a, Itaq; narrabat eum grauiter de hoc ipſo cubantem diſputauiſſe. ad Her. 22 b, Aegrotus in lecto cubans. pro Mur. 242 a, Cretes, quorũ nemo guſtauit unquã cubans. de Orat. 141 a, Simonides dicitur ex eo quod meminiſſet, quo eorum quiſque loco cubuiſſet, demonſtrator uniuſcuiuſque ſepeliendi fuiſſe.

Cvias, atis. unde, qua ex gente uel ſecta. Tuſcula. 249 a, Socrates cum rogaretur, cuitatem ſe eſſe diceret, mundanum, inquit: totius enim mundi ſe incolam, & ciuem eſſe arbitrabatur.

Cvias, a, um. id eſt cuius. I.V. 105 a, Vt optima conditione ſit is, cuia res ſit, cuius periculum. & 151 a, 162 a.

Cvivsdammodi. de Finib. 133 a, Iam uerò animus non eſſe ſolũm, ſed etiam cuiuſdammodi debet eſſe. de Diuin. lib. 2 Num etiam ſi filium cuiuſdammodi fuerit in iecore, lucrũ oſtenditur.

Cvivsmodi. Tuſc. 252 b, Vbi. n. melius uti poſſumus hoc cuiuſmodi eſt, ocio. de In. 44. Legẽ cuiuſmodi ſit conſeruarit.

Cvivsmodicvnqve. pro Clu. 21, Cuiuſmodicunque mater ſit.

Cvicvimodi. pro S.R. 34. Vereor enim cuicuimodi es Roſcine, &c. Ar. lib. 3. Tuque ad me uelim omnia quam diligentiſsimè, cuicuimodi ſunt. ſcribas de Leg. lib. 2, Neque in populo lex, cuicuimodi fuerit illa.

Cvivsqvemodi. de Fin. 64 b, Quum enim fertur quaſi torrens oratio, quamuis multa cuiuſquemodi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas. pro Fla. Tabulæ cuiuſquemodi. I.V. Act. 6. Homines cuiuſquemodi.

Vlcitra, træ. puluinus, lectulus. Tuſcula. 200 b, Collocemus hunc in culcitra plumea, pſaltriam adducamus, &c. Att. 221 b, Silius culcitras non habet.

Vlevs, lei. de In. 85 a, Quidam iudicatus eſt parentem occidiſſe, & ſtatim quòd effugiendi poteſtas non fuit, ligneæ ſolea in pedes inductæ ſunt, os autem obuolutum eſt noſſi, culo & præligatum: deinde eſt in carcerẽ deductus, ut ibi eſſet tantiſper dum culeus, in quem coniectus in profluentem deferretur, compararetur. &c. Qu.Fra. 300 a, Inſuere aliquem in culeum. pro S.R. 23 b, & 30 a.

Vlina, næ. popina. Ep. 131 a, Oblitus ne es fungorum illorum, quos apud Niciam? & ingentium culinarum cum Sophia Septimiæ? & Ep. lib. 15. Vbi igitur, inquies, philoſophia? Tua quidem in culina, mea moleſta eſt.

Vlmen, nis. columen. In Arat. 187, &c. 388 b, In cœlum uector magnum ſub culmine portat.

Vlmvs, mi. frumenti calamus, à radice ad ſpicam. de Sen. 87 b, Herbeſcens uiriditas, quæ nixa fibris ſtirpium, ſenſim adoleſcit, culmoque erecta geniculato, uaginis iam quaſi pubeſcens includitur.

Vlpa, pæ. cauſa, meritum, crimen, reprehenſio. de Vn. 103 a, Ego me, ſi quid poſtea fraudis aut uicij euenerit eam omnem culpam cauſamque pono. pro Lig. 137 a, Cum ita non ſolùm liberationem culpæ, ſed etiam errati ueniã impetrauiſſent. de Se. 78 b, Sed omnium iſtiuſmodi querelarum in moribus eſt culpa, non in ætate. de L. 186 a Senatori qui non aderit, aut cauſa, aut culpa eſto. & 191 b, Nõ Caſsiæ legis culpam Scipio tuus ſuſtinet, quo autore lex eſſe dicitur, tu ſi tabellariam tuleris, ipſe præſtabis. Epiſto. 78 b, Simus igitur ea mente, ut nihil in uita nobis præſtandum præter culpam putemus. Ep. 136 a, Nihil eſt ſapienti præſtare, niſi culpam. At. 250 a, Atticæ meæ uelim me iis excuſes ut omnẽ culpam in te transferas. Att. 122 b, Malo Tyronis uerecundiam in culpa eſſe, quàm liberalitatẽ Curij. Att. 101 b, Vt iam ne iſtius quidem rei culpam ſuſtinea, quo minus diu fuerim in prouincia, quàm forcaſſe fuerit utile. Quint. Frat. 314 b, Cũ Domitius diriſſet, ueſtra culpa hæc acciderunt equites Rom. 137 b, Iudicans hæc eius opera acciduiſſe & culpa. de Or. 181 b, Magis adeò id facilitate quàm ulla alia culpa mea contigit. Qu. de Pet. 209 a, Hoc ſine maxima culpa negligentiæ fieri non poteſt. pro Mar. 137 b, Et ſi aliqua culpa tenemur erroris humani, à ſcelere certè liberati ſumus. pro Pl. 270 a, Neque uero, ut te liberent aliqua culpa, quam tu uereris ne à te ſuſcepta uideatur. de Or. 93 a, De reliquo iam noſtra culpa erit, ſi ut dimiſerimus. de Sen 79 b, Sua uicia inſipientes, & ſuam culpam in ſenectutem conferunt. Attic. 129 a, Omnium omnem culpam Domitius in Pompeium cõferet. & 125 b, At ſolet, cum ſe purgat, in me conferre omnem illorum temporum culpam. pro Font. 277 b, Transferre culpã in alios. Att. 211 a, Ego librarios tuos culpa libero, neque te accuſo. Atti. 285. Brut. Huius rei culpa in te reſidet. de Fin. 51 b, Simili ſunt, in culpa qui officia deſerunt. Epiſ. 160 b, Non in culpa ſumus. Epiſtol. 12 b, Multorum eſt & uariæ culpæ. & 13 a, Vt iam ſit in ijs culpa, qui me defenderunt. de Nat. 75 b, Vt ſi medicus ſciat eum, qui, &c. magna ſit in culpa. Attic. 101 b, Suſtinere culpam alicuius rei. Epiſtol. 252 b, Horum malorum culpam fortuna ſuſtinet. Epiſtol. 264 b, Non potes effugere huius culpæ pœnam, te patrono. Orat. 200 a, Iniuſti oneris impoſiti tua culpa ſit, mea recepti. I.V. 165 a, Suſtinere cauſam mortis alicuius. Attic. 207 b, Malogius omnem cauſam ſuſtinet. I.V. 263 a, Ego culpam in te fuiſſe demõſtro. I.A. 170 b, Cauſa eius belli in perſona mea conſtitit. Quin. Frat. 290 a, Ea ferre homines moleſtiſſime debent, quæ ipſorum culpa contracta ſunt. I.V. 263 a, Aut omnes

omnes extra culpam eſſe, aut uni attribuendam eſſe culpã. Orator. 215 b, Sed & illi priores erant, & Ephorus in culpa eſt. & 209 b, Vt in eo, in quo reprehendatur, culpam in aduerſarium conferat. de In. 65 a, Eximere aliquem à culpa. pro Mur. 141 a, Ille piè fecit, & hic à culpa remotus eſt. pro Di. 44 a, Non omnes in culpa ſunt ac ſuſpicione ponẽdi. Ep. 157 a, Dum, ſi quid acciderit mihi, à reprehenſione temeritatis abſim. pro Pl. 260 a, Cum te ædilem fieri oportuiſſe dicis, populi culpam, non competitoris accuſas & ib. Non competitor à quo ex uictus, ſed populus à quo es pręteritus, in culpa eſt. I.V. 244 a, In hoc genere omnes inſunt culpæ, auaritiæ, maieſtatis, libidinis, &c. de In. 68 b, Facti alicuius atrocitatem, aut omnino culpam augere. Off. 18 a, Cauendum eſt, ne maior pœna quam culpa ſit. de Natur. 78 a, Nec cum Paridis libidinem uidemus, à Deo cauſam requirimus, cum culpæ penè uocem audiamus. de Orator. 105 a, Nunc ille damnatus, nullam aliam ob culpam, niſi propter inſcitiam dicendi. Attic. 138 a, Sed opinor quieſcamus, ne culpam noſtram coarguamus. Attic. 184 a. Eſt enim contracta culpa, ut, &c. & 176 a, Vicio meo pereo, omnia culpa contracta ſunt. pro Rab. 90 b, Non enim C. Rabiriũ culpa dilecti in diſcrimen uocauit. pro S. R. 37 a, Ergo id circo turpis hæc culpa eſt, quod, &c. Ep. 262 a, Graues ſolẽt offenſiones eſſe ex grauibus morbis, ſi qua culpa commiſſa eſt. Par. 119 b, Peccare, eſt tanquam tranſire lineas, quod cum feceris, culpa commiſſa eſt. pro S.R. 26 a, Iam profectò intelliges, te inopia criminum, ſummam laudem S.R. uicio & culpæ dare. pro R.P. 127 a, Nolite igitur fortunã conuertere in culpam. In Verr. 259 b, Non dicam ne illud quidẽ, ſi maximè in culpa fuerit Apollonius, tamẽ, &c

Vlpo, as. culpæ do, culpæ alicuius tribuo, in culpa pono, reprehendo. In Sal. 273 a, Non te tui piget homo leuiſſime cum ea culpa, quæ in hiſtorijs gloriæ mihi ducis? & ibi. b, Bibuli patientiam culpaui.

Vltr, tri. Off. 37 b, Dionyſius cultros metuens tonſorios, candente carbone ſibi adurebat capillum.

Vlti o, onis cultura. de Se. 89 a, Qui ſe agri cultione oblectabant. I.V. 199 a, Cultio agri.

Vltor, oris. Offic. 22 a, Alij ueritatis cultores, fraudis inimici.

Cultrix, cis. de Fin. 134 a.

Vltvra,ræ. cultio, cultus. de Sen. 88 b, Heſiodus de cultura agri ſcripſit. de Ar. 116 b, Sicut in utibus noua ſarmẽta cultura excitant. contra Rul. 82 b, Ager deſertus à plebe atq; à cultura hominum. Tuſculan. 177 a, Ager quamuis fertilis ſine cultura fructuoſus eſſe nõ poteſt. cõtra Rul. 85 a, Ager nihil ferens niſi multa cultura, magnoq; labore quæſitum. de Fin. 134 a, Adhibere culturam utibus. de Finib. 114 b, Si cultura utium in uita inſit ipſa, &c., p Flac. 161 a, Ager natura perbonus, & diligentia culturaq; melior.

Vltvs, a, um. Tuſculan. 177 b, Animi non omnes culti fructum ferunt. pro Quint. Roſc. 50 b, Ager nulla ex parte cultus, inculcus.) (. Cultiſsimus. de Cl. 194 b, Studium philoſophiæ à prima adoleſcentia cultum, & ſemper auctum nuper reuocaui. I. A. 169 b, Poſtea cultus ſum à te, tu à me, obſeruatus.

Vltvs, tus. Epiſtol. 127 b, Dabimus ſermonem ijs qui neſciunt nobis quocunq; in loco ſimus, eundem cultum, eundem uictum eſſe. Offi. 18 b, Eademq; mediocritas ad communem uſum cultumq; uitæ referenda eſt. de Or. 87 b, Homines à fera agreſtiq; uita ad hunc humanum cultum ciuilemq; deducere. Off. 322, Quæ ad uictum cultumq; pertinent. Off. 6 a, Delectant etiam magnifici apparatus uitæque cultus cum elegantia & copia. de Finib. 137 b, Animi cultus quaſi quidam humanitatis cibus. Off. 35 b, Quibus reb. exculta hominum uita tantum diſtat à cultu uictuq; beſtiarum. de N. 20 a, Cultus & curatio corporis erit adhibenda deo. & 58 a, Oues nullum fructum edere ex ſe ſine cultu hominum & curatione poſſent. de Leg. 156 a, Agricolæ cultu ſtirpes diuturnæ ſeminantur. de In. 82 b, Tribuere alicui officium & diligentem cultum.

Vm, præpoſitio. de N. 37 b, Homo qui agit, ea molitur cum labore operoſo & moleſto. pro R.P. 123 a, Quod cum ſpe magna ſis ingreſſus, id non exequi uſque ad extremum. I.V. 168 a, Sic habeo ſtatutum cum animo ac deliberatũ. pro

Clu. 32 a, Si cum animis ueſtris longo interuallo recordari illius uitam uolueritis. I.V. 153 b, Conſiderate cum ueſtris animis uoſmetipſi. & In. 64 a, Perſpicere aliquam rem cum conſilio & cura. I.V. 191 a, Cum aratoribus & cum ciuitatibus frumentum æſtimaſſe. Ar. 118 b, Vagamur egentes cũ coniugibus & liberis. de Or. 124 a, Et tu cum gladio cruẽto comprehenſus es. de Or. 218 b, Quo de genere cum exẽplis ſupra diximus. Off. 74 b, In cod. Ger. Is cum prima luce Pomponij domum uenit. de Opt. 244 a, Inſcius faciendi, cum aliqua ſolertia iudicandi. Or. 214 a, Orationem cum ſeueritate audiri, poetas autem cum uoluptate. pro Cecin. 289 b, Cum ferro inuadere in aliquem. pro Clu. 28 a, Semper magno cum metu dicere incipio. Offi. 27 b, Ira procul abſit, cum qua nihil rectè fieri poteſt. I. C. 104 a, Hiſce omnibus Catilina cum reipublicæ ſalute & cum tua peſte ac pernicie proficiſcere. de D. 94 b, Cõſcenſio in naues cũ fuga. Tuſc. 241 a, Immiſsi cum falcibus multi locum purgarunt. 231 b, Omnia rabidè appetentem cum inexplebili cupiditate. Ep. 20 a, Iulium cum his ad te literis miſi. Epiſt. 170 b, Quanquam intelligo me cum multis eſſe factum: tamen, &c. de Am. 111 a, Idq; faciunt cum deſiderio, & cũ quadam ſimilitudine amoris humani. de Orat. 112 b, Quid deniq; cum aliqua uirtute aut fecerit aut tulerit. Quin. Fr. 300 b, Facere aliquid cum cauſa. de Sen. 77 b, Sæpe mirari ſoleo cum hoc C. Lælio, &c. Att. 577 a, Quare id quoq; uelim cum illa uideas, ut ſic qui utamur. Attic. 111 b, Tu ipſe cum Sexto ſcire uelim quid cogiter de exeundo. ad Heren. 40 a, Venit iſte cum Sago. & ibi mulier cum magno flectu. de Ar. 245 b, Reſponſum aruſpicum, in quo cum alijs multis etiam illud eſt, loca ſacra, &c. de Ora. 136 a, Cum cæteris tuis laudibus, hæc eſt maxima.

Vm aliquo ſtare, uel facere. id eſt, ab aliquo. I. A. & Ep. 74 a. I. Mecum.

Vm, uel Quum. uel Quom aduerbium, cauſam & tempus ſignificat. In Sal. 273 a, Nõ te tui piget homo leuiſſime, cum ea culpas, quæ in hiſtorijs gloriæ mihi ducis? de Or. 122 b, Numa magnus uir habendus eſt, cum illam ſapientiam conſtituẽdæ ciuitatis duobus propè ſeculis antè cognouit, quã eam Græci natam eſſe ſenſerunt. I.V. 74 a, O preclarã exiſtimationem noſtri ordinis, cum ſocij iudicia de pecunijs repetundis fieri uolunt. de Or. 117 a, Vix annus interceſſerat, ab hoc ſermone, cum iſte accuſauit Norbanũ. I. V. 126 b, Vna nox interceſſerat, cum iſte illum ſic diligebat, ut diceres inter eos omnia eſſe communia. pro Cl. 23 a, Dies nõ dum decem interceſſerant, cum ille alter filius necatur. & 20 a, Mater quæ multos iam annos, & nunc, cum maximẽ filium interfectum cupit, &c. de Cl. 169 a, b, M. Curius, cum Appius de plebe conſulem non accipiebat, patres autores fieri coegit. pro Cl. 32 b, Vnus & alter dies interceſſerat, cum, &c. I. A. 163 a, Fides mea, quam cum ſecutus es, nunquam te cõſilij tui pœnitebit. Sal. in Ci. 270 b, Sed cum in te modeſtiam nullam animaduerto, reſpondebo tibi. de Or. 105 a, Qui nunc cum ille damnatus eſt, tamen dicunt, &c. ad Her 29 b, Bene facitis, cum uenitis, &c. de Finib. 91 b, Præclarè facis, cum tenes memoria, &c. Epiſ. 214 a, Tibi gratias ago, cum tantum meæ literæ potuerunt, ut his lectis, &c. Epiſtol. 133 a, & Att. 226 b, Gratulor tibi, cum tantum uales apud Dolabellam, quantum, &c. Ep. 263 a, Mihi gratiſsimum feciſti, cum eum nobis amicum quàm ſeruum eſſe maluiſti. de N. 130 a, Sæpe de L. Craſſo uideor audiſſe cum te rogatis omnibus anteferret. Att. 37 a, Cum diceret Epiſtol. 74 a, Cum unum ſit iudicium. Ep. 79 a, Præſertim cum poſſem promittere. pro Fl. 159 a, Vnum quidem erat tempus, cum L. Flacco portas totã Aſia claudebat, Cappadocem autem illum recipiebat. Ar. 193 a, Iam pridem ſcito eſſe, cum unum te pluris quàm omnes illos putem. Att. 147 b, Aliquot enim ſunt anni, cum uos duos elegi, quos præcipuè colerẽ. Ep. 251, Multi anni ſunt, cum ille in ærę meo eſt. Or. 213 b, Iam anni quadringenti ſunt, cum hoc accidit. Ep. 153 a, Iam biennium eſt, cum uirtuti nuncium remiſiſti. de In. 42 a, Fuit quoddam tempus, cum in agris paſsim homines beſtiarum more uagabantur. Attic. 207 b, Biennium præterijt, cum ille aſsiduo curſu cubitum nullũ proceſſerit. pro Mur. 143 b, Omnia quæ per hoc triẽnium agitata ſunt, iam ab eo tempore, quo à L. Catilina & C. Piſone

sone initum consilium senatus interficiendi scitis esse. pro Mur. 127 b, Cum ego uerò tanto interuallo claustra ista nobilitatis refregissem, &c. non arbitrabar accusatores esse dituros. &c. In Ver. 231 b, Cum diutius in negocio curaque fueram, ad Carpinatium reuertebar. de Som. 126 b, Cum in Africam uenissem, &c. nihil mihi fuit potius, &c. Epi. 40 a, Cum est allatum ad nos de temeritate eorum, qui, &c. grauiter primo nuncio commotus sum, &c. & 49 b, Posteaquã mihi renunciatum est de obitu filiæ tuæ, sanè quàm pro eo ac debui grauiter molesteque tuli.

CVM ET TVM, præcedit illud, hoc subsequitur. solet autem utrunque pro & explicari: aut cum, pro non solùm: tum, pro sed etiam. Illud etiam obseruatur, ut cum minus quiddam, tum uerò, grauius & maius significet. de Inuent. 79 a, Hæc cum summè inutilia, tum multo turpissima sunt. Attic. 112 a, Imparatus cum à militibus, tum à pecunia. Epist. 8 b, Lentulum nostrum cum cæteris artibus, tum in primis imitatione tui fac erudias. Epist. 223 b, Cum mihi multa grata sunt, tum in primis, quod, &cæ. de Natur. 13 a, Id cum sæpe, tum cum te audirem paulo ante contingit. Epistol. 223 b, Ego cum antea studiosè commendebam Marcilium, tum multo nunc studiosius, quod, &c. Attic. 2 a, Sanè sam perturbatus, cum ipsius Satrij familiaritate, tum Domitij, in quo, &c. Academic. 17 a, Ergo de omni statu, consilioque totius uitæ, aut certare cum alijs pugnaciter, aut fruftrari cùm alios, cum etiam meipsum uelim? Epistol. 264 a, Nam cum maximam cepissem lætitiam ex patris epistola, tum uerò iucundissimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudij attulerunt. Epistol. 133 b, Nam cum te semper tantum duxerim, quantum, &c. tum his tuis factis sic incensus sum ut, &cæ. & 70 b, Ad consolandum autem cùm illa ualeant quæ collegisti, &cæ. tum nihil plus, quàm quod, &cæ. Epistol. 153 a, Nam literæ tuæ, cum rebus ipsis essent & beneficijs in republic. gratissimæ, tum erant grauissimis uerbis sententijsque plenæ. Attic. 104 a, Hoc cum antea intelligerem, tum uerò proximè iudicaui. Attic. 41 b, Nisi mihi dolor meus, cum omnes partes mentis, tum maximè huius generis facultatem ademisset. Epistol. 234 a, Quare cum dolore conficior, tum etiam pudore. Attic. 42 a, Itaque cum meus me mœror quotidianus conficit, tum uerò hęc addita cura uix mihi uitam reliquam facit. de Orator. 96 a, Sine quo, cum in uita nihil quicquam egregium, tum certè hoc quod tu expetis, nemo unquam assequetur. Atti. 104 b, Victoria cum multa mala, tum certè tyrannis existet. & ibidem. Qui acerrimè cum cætera, tum hoc iter uituperarent. de Natur. 1 a, Cum multæ res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sunt, tum perdifficilis quæstio est de natura deorum, &cæ. Epistol. 144 b, Cum ipsum Furnium per se uidi libentissimè, tum hoc libentius, quod, &cæ. Offic. 61 b, Plena exemplorum est nostra respublic. cum sæpe aliàs, tum maxime bello Punico secundo, quæ, &cæ. Epistol. 249 a, Nam cum te semper dilexi amauique, cum mei amantissimum cognoui in omni uarietate rerum mearum, tum patris tui pluribus beneficijs uel defensus primis temporibus, uel ornatus secundis, necesse est ut sim totus uester. & 132 b, Velis per te, me hoc muneris, cum ipsis amicis hominibus, tum municipio Caleno, tum Leptæ dare. de Clar. 165 b, Cum in cæteris ciuitatibus, tum maximè in nostra. de Clar. 165 b, Quibus cum rerum gestarum gloria, tum etiam sapientiæ laude pefrui licuit. pro Mar. 131 b, Ille omnis anteactæ uictæ fructum hodierno die maximum cepit, cùm summo consensu Senatus, tum præterea iudicio tuo grauissimo. ad Heren. 30 a, Hoc exornationis genus cum commodum est auditu, &cæ. tum uero uehementer comprobat, &cæ. Epistol. 214 a, Nam cùm iamdiu diligerem M. Anneum, deque eo, &cæ. tum uerò posteaquam mecum fuit, &cæ. neminem pluris facio. Epistol. 22 b, Primum tibi, ut debeo gratulor, &cę. & cum gratulor, tum uerò, quibus gratiam agam, non reperio. Tusculan. 148 a, Res militaris, in qua cum uirtute nostri multum ualuerunt, tum plus etiam disciplina. Epistol. 55 a, Quod cum in omni re, tum in hoc maximè negocio potes existimare. Epistol. 47 a, Omnino cum miserior res nunquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior. & 244 a, Quo audito uehementer sum commotus, cum de Syria, tum de mea prouincia, de reliqua denique Asia.

CVM PRIMVM, ut primum, ubi primum, simulatque. Attic. 51 b, Cum primum Romam ueni, fuitque, cui rectè ad te literas dare, nihil prius faciendum putaui, quàm, &c. Epi. 166 b, Cum primum poterit isthuc recurrere, non dubitabit, ne quo loco reip. defit. Ep. 153 b, Sed tamen cum primum posse ingredi cœpit, non recusabat, &c.

CVM PRIMIS, in primis, In Verr. 122 b, Homo domi suæ cũ primis locuples. & 104 a, Homo cum primis honestus.

CVMAE, arum. opp. de D. 100 a, Contra Rul. 83 a.

CVMANVM, nt. uilla Ciceronis. Attic. 60 a, b, Ep. lib. 12.

CVMANVS, na, num. in Rul. Cumanus ager.

CVMVLATE. plenè, maiore mensura. Postq. 204 a, Si parum, nobis cumulatè gratias egero, quæso, &c. Quin. Frat. 309 b, & Attic. 141 b, Cumulatissimè satisfacere alicui. Top. 239 b, Cumulatè satisfacere alicui. Attic. 245 b, Id etiam ad fignitatem meam pertinet, cum non modò perliberaliter à uobis, sed etiam ornatè cumulateque tractari. Off. 55 a, Aliquid cumulatè esse perfectum. de D. 108 b, Quę ut plenè esset cumulateque perfecta, &c. Att. 92 b, Cumulate publicis satisfactum. Or. 101 b, Cumulatius augere aliquod minus, quàm, &c.

CVMVLATVS, a, um. expletus, perfectus, plenus. de Orator. 111 b, Quid plenius quàm omni rerum genere cumulata oratio? de Orator. 94 b, Fingendus est nobis detractis omnibus uitijs orator atque omni laude cumulatus. & 86 b, Omni laude cumulatus orator. Episto. 133 b, Vt mirare locum augendi in eo fuisse, quod mihi iampridem cumulatum esse uidebatur. de Orator. 110 a, Hoc uitio cumulatum est eruditissima illa Græcorum natio. Offic. 36 b, Quorum studijs ea quæ natura desiderat, expleta cumulataque habeamus. pro Sest. 22 a, Perfecta, cumulataque uirtus. Attic. 187 a, Domus duplici decore cumulata. de Fin. 77 b, Altera parte ponebas cumulatum aliquẽ plurimis & maximis uoluptatibus nullo nec præsenti nec futuro dolore, et altera autẽ cruciatibus maximis nulla nec adiuncta nec separata uoluptate.

CVMVLO, as. augeo, adaugeo, expleo, compleo, perficio. Offic. 23 b, Africanus eloquentia cumulauit bellicam laudem. de Fini. 134 b, Summum bonum, quod cumulatur et integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta. pro Sex. Rosc. 23 b, Sed tamen hæc alij nefarijs cumulant atque augẽt. I.C. 100 a, Alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti. Epistol. 220 b, A te peto, ut ea quæ intiò ostendisti de inde quæ fecisti, ad exitum augere & cumulari per te uelis. de Orator. 151 b, Duæ partes mihi superfunt illustrandę orationis ac totius eloquentiæ cumulandæ. Episto. 10 a, Remunerando cumulãdoque illustrare gratiam. & 132 b, Nõ possum non confiteri cumulari me maximo gaudio, quod, &c. pro Cæl. 45 a, Nunc mihi animus ardet, & meum ox cumulatur ira.

CVMVLVS, li. accessio, summa, aceruus. pro S.R. 19 b, Vrdillam optimam prædam damnatio S. R. uelut cumulus accedat. Att. 67 b, Ad summam lætitiam, quam ex reditu meo cipio, magnus ex illius aduentu cumulus accidit. 336 b, Ad tua innumerabilia in me unum merita, quod fieri iam non posse arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus accessit. Epi. 22 a, b, Et magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris. cont. Rul. 78 b, Accesserint in cumulum manubiæ nostrorum imperatorum. Att. 252 b, Qui quidem etsi plus est amabilis à meq; diligitur, tamen accedit magnus cumulus cõmendationis tuę. de Pro. 74 a, Ergo ille cumulus dierum hominis est dignitati tributus. pro Cl. 33 a, Vt accumulum spe maiorum præmiorum ipsius sententia septimam decima accederet. Att. 258 b, Libenter corrigam, quæ a te animaduersa sunt, & de Laudibus Dolabellę deruam cumulum. Ep. 264 a, Nam cum maximam cepissem lætitiam ex humanissimi patris epistola, tum uerò iucundissimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudij attulerunt. Ep. 87 a, Peto à te ut ad eam uoluntatem, quam tua sponte erga Cecinnam habes, turus esses, tantus cumulus accedat comendationis meæ, quanti me à te fieri intelligo.

CVNABVLA, orum. cunæ, rudimenta. de Diuination. 97 a, Qui cum esset in cunabulis, educereturque, &c. contra Rul. 83 a, Qui non in cunabulis, sed in campo consules sunt facti in Sal. 273 a, An ulla alia putas esse rudimenta & incunabula uirtutis?

CVNAE, arum. cunabula, culcitræ infantium. de D. 96 b, Platonis in cunis paruulo dormienti apes in labellis consederũt. de Sen. 94 b, Vagire in cunis. Tusc. 168 b, Si puer occidit in cunis, ne quærendum quidem putant.

CVNCTATIO, onis. uel contatio, mora, tarditas. Att. 134 b, Audio à bonis uiris hanc cunctationem nostram non probari. de Am. 104, Studium semper adsit, cunctatio absit. in Ver. 32 a, Dicam sine cunctatione quod sentio. Offic. 15 a, Abiecta omni cunctatione adipiscendi magistratus sunt. Epist. 124 b, Denique illud cogita quid offensæ fuerit in ista cunctatione te prius subisse, nunc, &c. aliàs fuisse. pro Sest. 24 a, Nonnunquam cunctatione & tarditate, dum ocium uolunt etiam sine dignitate retinere, utrunq; amittunt.

CVNCTATOR, oris. Epistol. 120 b, Nosti Marcellum, quàm tardus & parũ efficax sit, itemq; Seruius, quàm cũctator. Cęlij.

CVNCTOR, aris. remoror, retardo, differo.)(. Propero. Attic. 160 b, Sed assequar omnia, si propero: si cunctor amitto. aliter. Cuntor. Qu. Fr. 309 b, Quinetiam Paulus confirmauit se nomen Vatinij delaturum, si Macer Licinius cunctaretur. Ep. 52 b, Quibus rebus cognitis, cunctatus non sum in cursu bonorum cõsiliorum. de Vn. 169 b, Quam ob causam non est cunctandum profiteri, hunc mundum animal esse, &c. Ep. 7 a, Nos hoc sentimus, si exploratum tibi fit, posse te illius regni potiri, non esse cunctandum, sin dubium, nõ esse conandum. Attic. 109 b, An cuncter & tergiuerser & in ipsme dem, qui tenent, qui potiuntur? pro Sest. 11 a, An etiam tunc quiescereris? cunctaremini? timeretis? de Diuin. 92 a, Quàm uelis cunctare, tamen tibi est pereundum. Tusc. 172 b, Cunctari illum diutius in uita fortunæ obiectum inutile putabat ipsi. de Or. 146 a, Cunctantem & quasi uerecundantem incitare. Ep. 79 a, Excitare aliquem cunctantem & diffidentem. At. 34 a, & de Sen. 79 a, Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

CVNCTVS, a, um. totus omnis, uniuersus. de Nat. 46 a, Nemo cunctam intuens terram de diuina ratione dubitaret. de Som. 130 b, Cum ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta alta redierint. Antequàm. 194 b, Quoniam laborem pro cunctis ferre consueui. de Or. 100 a, Penè cũctis ciuibus lucem ingenij sui porrigere. Ep. 156 a, Cuncta prouincia. de Cl. 167, Cuncta Græcia. Ep. 43 a, Cunctus populus. I.A. 264 b, Quid ergo? in tanta lætitia cunctæ ciuitatis me unũ tristẽ esse oportebat. contra Rull. 47 b, Alexandria, cunctaq; Aegyptus.

CVNEOLVS, li. de Vn. 203 a, Crebris quasi cuneolis infectis unum efficiebant ex omnibus corpus.

CVNEVS, nei. quod inseritur in ligno, quo facilius findatur. Tusc. 189 a, Hos ille cuneos fabrica crudeli inserens, prorupit artus.

CVNICVLVS, li. foramen occultum sub terra. I. A. 187 b, Ipse in templum nescio quà per Gallorum cuniculum ascendit. Q. Fr. 318 b, Quatuor eius cõseruos Venafri cuniculus oppresserat. contra Rull. 61 a, Quæ res apertè petebatur, ea nunc cuniculis oppugnantur. pro Cecin. 302 a, Non opinor eos in cuniculum quà aggressi erant, restitui oportere.

CVNNVS, ni. natura, intercapedo. 140 a, Quid quod uulgò dicitur, cum nos te uoluimus conuenire, num obscœnum est?

CVNQVE. de Cl. 189 b, Quicquid habuit, quantuncumq; fuit, habuit ex disciplina Attic. 241 b, Hoc qualecunq; esset te scire uolui. pro Arch. 188 a, Hæc facultas, quæ quantacunq; in me est, & cunquam, &c. pro Sest. 18 a, Quod iudicium cunq; sibi erat, damnabatur. de D. 127 a, Perinde utcũque, &c. ita, &c. pro Clu. 21 a, Cuiusmodicunque mater fit. Att. 210 a, Quantuscunque sum. Attic. 232 a, Quacunque me commoueo.

CVPA, pæ. uas uinarium latè patens, in quo musta coquuntur, & defęcantur, ut inde in dolia reponatur. I.P. 94 a, Panis & uinum à propola atq; de cupa.

CVPEDIA, sunt cibi suauiores, & lautiores, seu potius eorum appetitus. 214 b, Aegrotationi autem talia quædã subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, perucacia, liguritio, uinolentia, cupedia, & si qua sunt similia.

CVPIDE, studiosè. pro S.R. 26 b, Agros suos studiosè colebãt, non alienos cupidè appetebant. de Ora. 110 a, Hoc si tu cupidius factum existimas, Cæsari attribues: si familiarius, utriq; nostrum. Off. 7 b, Cum utrisque separatim locutus est, ne cupidè quid agerent. I.A. 170 b, Quid cupidè à senatu, quid temerè fiebat.

CVPIDISSIME. aduerb. l. Præmium.

CVPIDITAS, tis, πόθος, auiditas, libido, desideratio, desiderium, studium, amor, ardor amoris, cupiditatis sitis, ardor mentis ad gloriam, impetus animi. de In. 42 a, Ita cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad se explendam uiribus corporis abutebat. pro S.R. 35 b, Cupiditas & auaritia reddit homines cæcos. I.V. 146 a, Vos iam coniectura asseq; potestis, quam multas cupiditates, quàm uarias, quàm infinitas habuerit. pro Qu. 9 b, Cupiditas atq; auaritia respirasset. pro Syl. 151 a, P. Sylla dignitatis habuisse nimis magnam iudicatus est cupiditatẽ. Ep. 32 b, Aut impiã cupiditatem contra salutem tuam habeamus. cont. Rul. 62 b, Sũma auaritia, infinitaq, omnium rerum cupiditas. pro Plan. 265 a, Cuius quantam honoris huius cupiditatem fuisse creditis? Att. 194 b, De uoluntate tua uel studio potius & cupiditate ut simul simus, non dubito. de Cl. 193 a, Ardebar autem cupiditate, sic ut in nullo unquam flagrantius studium uiderim. & ibi. b, Admirabili quodam ad philosophandũ studio conciatus. I.V. 83 a, Cupiditas & studium defendendæ ueritatis. & 153 a, Studia cupiditatesq; bonorũ. de Cla. 194 b, Duo, qui me imitandi cupiditate incitarunt. pro Quint. 2 a, Alicuius studio ac cupiditati morẽ gerere. Att. 213 a, Intemperans sum in eius rei cupiditate, quam nosti. de Or. 96 a, Vos nimis etiam uideo flagrare cupiditate. Indomitæ atq; effrenatæ animi cupiditates. I. Indomitus. Att. 100 b, De triumpho autem nulla me cupiditas unquam tenuit. de Or. 92 a, Frangere cupiditates. de L. 182 b, Minima olim istius rei fuit cupiditas I.P. 92 a, Quæ te prædo amentissime nisi prædæ cupiditas tam cęca rapiebat. & ibi. Meditare quibus uerbis incensam illius cupiditatem comprimas atq; restinguas. I.A. 240 b, Acerrima illa & fortissima cupiditas imminuta ac debilitata est. pro Do. 236 a, Proiecta quædam & effrenata cupiditas. Par. 116 b, Nunquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis I.P. 92 a, Cæsar fertur (mihi crede) gloria, flagrat, ardet cupiditate triumphi. I.A. 204 a, Cupiditas dominãdi præceps & lubrica. Ep. 67 a, Ardeo cupiditate incredibili nomẽ ut nostrum scriptis celebretur tuis. Ep. 69 a, Illa nos cupiditas incendit, de qua initio scripsi, festinationis, quòd alacres animo sumus, ut &c. Tuscul. 157 b, Natura inest mentibus nostris insatiabilis quædam cupiditas ueri uidendi: & oræ ipsæ locorum illorum quo faciliorem nobis cognitionem rerum cœlestium, eo maiorem cognoscendi cupiditatem dabũt. Ep. 17 b, Prę sertim cum fine suspicione tuæ cupiditatis non positis illius cupiditatem refutare. pro Pl. 268 a, C. Alfij uoluntas erga Cn. Plancij salutem, quam ille sine ulla cupiditatis suspicione præ se fert. I.V. 146 a, Iam cõiectura assequi potestis, cuius prædo iste in ulla prouincia fuerit, quàm multas cupiditates, quàm uarias, quàm infinitas habuerit. de In. 82 b, Continentia est, per quam cupiditas consilij gubernatione regitur. I.A. 198 a. Vir omni carens cupiditate, pro Cl. 50 a, Et cæteri, qui sine cupiditate uixerũt. pro Fl. 150 b, Testes, qui aut fine ullo studio dicebant, aut cũ dissimulatione aliqua cupiditatis. p Mar. 135 b, Qui & sine amore, & sine cupiditate, rursusq; sine odio & fine inuidia iudicabunt. pro De. 149 a, Is nemini in ilia causa studio & cupiditate concedebat. de Or. 101 a, Docemur authoritate nutuq; legũ, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates.

CVPIDO, nis. Anteros. I.V. 200 b, Cupido ille marmoreus, qui est Thespijs. & 131 b, Vidi argenteum Cupidinem cum lãpade. de N. 61 a, Ex Venere & Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus. & ibi. Diana, quæ pinnatũ Cupidinem genuisse dicitur & ibi. b, Cupidines multi.

CVPIDO, pro cupiditate. Tusc. 204. Cupido cepit miseram. Ennij.

CVPIDVS, a, um. studiosus, appetens, auidus, amans, obseruãs. Ep. 6 b, Quo quidem tempore cognoui Hortensium percupidum tui, studiosum Lucullum. I.V. 111 a, Ille uehementer tui cupidus est. Epi. 154 a, Homo pudens & cupidus satisfaciendi reip. de Or. 89 a, Græci cõtentionis cupidiores quã ueritatis. de Or. 93 b, Hõ nostri cupidissimus. de Orat.

98 a, Si ea sepositа, ut dicis, essent, tuq; ualde spectandi cupidus esses. Off. 3 1 a, Aliquis cupidus in perspicienda cognoscendaq; rerum natura. de Orat. 1 1 0 a, Sum cupidus te audiendi. Off. 63 b, Emit homo cupidus & locuples tanti, quãti Pithius uoluit. pro Fon. 28 0 b, Cupidus, Moderatus.

Cvpio, pis. opto, desidero, aueo, exopto, expeto, appeto, concupisco, cupidus sum, studeo, sitio, studio ardeo, cupiditate ardeo, auidè sum affectus de aliqua re, eloquentiæ laudè dulcor, cupiditatem habeo, cupiditas me tenet, libidinem habeo, cupiditate alicuius rei flagro uel inflammatus sum, cupiditate in aliquam rem immineo, desiderio teneor, studio efferor te uidendi, alacer animo sum, auiditas me tenet, gestio, immineo, cupiditas alicuius rei ẽ, omnes trahimur laudis studio, & optimus quisq; maximè gloria ducitur, studio aliquo incensus sum uel incendor. Ar. 54 b, Cum ad Clodium uentum est, cupijt diẽ consumere. I. A. 117 b, Ego cõseruare coloniam populi Ro. cupio, tu expugnare studes. de Cl. 196 b, Tibi fauemus, tua uirtute frui cupimus, tibi optamus eam remp. quæ, &c. Ep. 3 b, Nam ij Bibuli sententiam ualere cupierunt. & 69 a, Hæc nos uitare cupimus. de Or. 83 a, Neq; uerò nobis cupiẽtibus & optantibus fructus ocij datus est. de Ar. 254 b, Qui cupientem Italiam, populum Ro. desiderantem excitauit. I. A. 258 b, Cum semel ad eum, quem cupimus optamusq; uestitum redierimus. Tuf. 217 a, Ardenter cupere aliquid. I. C. 98 a, Cupio me esse clemeutem. Acad. 17 a, Ardere studio ueri reperiendi. pro S. R. 43 b, Is mihi causam tradidit, quem sua causa cupere ac debere intelligebat. Ar. 259 a, Dolabellæ causa & cupio & debeo. I. V. 245 a, Cupere omnia causa alicuius. Epist. 227 a, Vehementer cupere causa alicuius. Ep. 230 b, Cuius causa omnia tum cupio, tum meherculè etiã debeo. Epist. 245 b, Et tibi, cui maximè cupio, satisfaciã. & 26 a, Faueo Curioni, Cæsari honestissimè cupio, pro Pompeio emori possum.

Cvpitvs, a. um, de Diuin. 89 a, Nec fese dedit in conspectum corde cupitus.

Cvpressetvm, ti. locus cupresis consitus. de Leg. 159 a, In cupressetis Gnosiorum.

Cvr, quid est, quòd, qua ratione, quid est causæ, cur quid est, quamobrem. de Or. 160 a, Quid est causæ, cur repudietur? de Orat. 96 a, Causa cur cuperes, non erat. Attic. 179 b, Iustam causam affers, quod te uidere, hoc tempore nõ possim, de Orat. 131 b, Quin prodis? id est, cur non prodis?

Cvra.ræ. diligentia, solicitudo, studium, angor, solicitudo animi, angor animi, cogitatio, meditatio, metus, molestia, diuturnus & nocturnus metus, acerbitas. de Or. 160 a, Hæc acrem curam diligentiamq; desiderant. de In. 56 a, Quod ipse magna cum cura atq; diligentia scripsit, de D. 99 b, Aegyptij omnem curam in siderum cognitione posuerunt. Ep. 21 b, De sacerdotio tuo quantam curã adhibuerim, cognosces, &c. Ar. 151 b, Tu nunc enitere, ut nos cura tua & prouidentia iuues. Off. 4 b, Quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæq; ponetur. Ep. 143 b, Te hortor, ut in rẽp. omni cogitatione curaq; incumbas. Item, Si qua de Pompeio nostro tuendo cura te attingit. de Som. 131 a, Curæ de salute patriæ optimæ sunt. Att. 284 b, Studium tuum curaque de salute mea. Qu. Fr. 324 b, Non omnino sumus sine cura anni uenientis. Att. 147 b, Quamobrem te rogo, ut in maximis tuis curis aliquid impertias temporis huic quoq; cogitationi. Off. 33 a, Omnes meas curas, cogitationes in remp. confero. Ep. 130 a, Quanquam tuam quidẽ uel aliæ quępiã rationes honestas nobis & curas & actiones darẽt, I. A. 235 b, Et cogeris partem aliquam in Asiam deriuare curæ & cogitationis tuæ. de Orat. 125 b, In ea cogitatione curaq; uersor ut odorer, &c. Epist. 142 a, Sed caue, existimes me, quod iocosius scribam, abiecisse curam reip. de Am. 98 b, Quo cum mihi coniuncta cura de re publica & de priuata fuit, Att. 1 a, Petitionis nostræ, quam tibi summę curæ esse scio, huiusmodi ratio est. Ep. 16 b, Tibi erit idem, cui salus mea fuit, etiam dignitas curæ, & 143 b, Mihi maximæ curæ est, non de mea quidem uita, sed me patria sollicitat. & 119 a, Eos tibi & rem, de qua misi, uelim curæ habeas. Postq. 202 b, Mihi maiori curæ erit, quemadmodum quidẽ uobis gratiam referam, quàm quemadmodum inimicorum iniurias persequar. p Do. 234 b, Homines soluti & à cura liberati. Att. 203 a, De Tyrone mihi curæ est. Item: Et de Tyrone

uideo tibi curæ esse. Att. 140 a, Hanc rem, curam tibi mandare sentio. Ep. 114 b, Qua tu cura fis, quod ad bella attinet, nescio. Ar. 95 a, Bibulus maximam belli curam sustinet. de Or. 137 a, Omnis cura mea fuit in hoc uersari, ut prosim, &c. Ar. 70 a Gratissima est mihi tua cura de illo meo primo & maximo mandato. & 172 b, Mihi de augendo dignitate tua curæ erit. I. V. 216 b, Is pollicetur sibi magnam curæ fore, ut omnia ciuitatibus restituerentur. Ar. 39 a, Appeius de Clodio iubet nos esse sine cura. I. V. 69 a, Hunc amplexatur, hunc iubet sine cura esse. Att. 262 b, Et ipse diu sine cura esset. & 245 a, Magna cura & sollicitudine Attico cum & me liberaris. si, &c. Tuf. 169 a, Nulla cura, nulla sollicitudo reliqua est. de D. 139 a, At ex ipso somno plurimæ curæ metusq; nascuntur. de Cl. 165 b, Vos uerò & præsertim me cura leuatis, & absenti magna solatia dedistis. Ep. 188 a, Videbaris enim non solùm fauere nobis, sed etiam grauem curam suscepisse, uehementerq; esse de nobis solicitus. Att. 16 a, Cura & angor animi. de Cl. 165 b, Vt omnis aspectu, omnis quæ me angebat de repub. cura consederit. de Di. 85 a, Tu tamen anxitieras curas re quiete relaxas. de Sen. 77 a, Cura, Quæ nunc te coquit, & uersat sub pectore fixa. de Cl. 165 b, Quorum memoria in maximis nostris perturbationibus uisimisq; curis iucunda sanè fuit.

Cvrantia, tiæ. cura, nõ curantia, incuria. Qu. F. 320 b, Quid me admones, de non curantia, suadesq; ut meminerim, &c. ego uerò memini.

Cvratio, onis. procuratio, administratio. Tusc. 221 b, Sed alia quædam ad eum est admouenda curatio. Tuscul. 1 31 a, Omnibus his nullane est adhibenda curatio? de Nat. deor. 1 a, Cultus & curatio corporis erit adhibenda. Deo. de Nat. deor. 1 a, Oues nullum fructum edere ex se, sine cultu hominum & curatione possunt. Off. 17 a, Medici grauioribus morbis periculosas curationes & ancipites adhibere cogunturᵉ. de D. 134 a, Aesculapius potest præscribere per somnium curationem ualetudinis. Of. 35 a. & 51 a, b, Ualetudinis curatio, aegritudo, &c. pro A. P. 127 a, Rabirius curationẽ & quasi dispensationem regiam suscepit. Ep. 258 a, De medico uereri, nè existimari scribis, sed planè curationes eius non probo. pro Do. 216 a, Quasi ego in isto genere omnino quicquam aut curatione, aut potestate ualuissem. & 223 b, Ne id opera per legem Liciniam, ut ipse tibi curationem ferres, facere potuisti. de Ar. 251 a, Aedes Telluris est curationis meæ. Ad Att. 243 a, Seruilia pollicebatur se curaturam ut illa frumenti curatio S. C. rolleretur. Ep. 92 b, De curatione municipiorum regiorum locutus sum cũ Oppio. de Nat. 1 b, An dijs aliquid curatione & administratione rerum uacent?

Cvrator, oris. procurator. de Leg. 175 a, Sunto ædiles curatores urbis, annonæ, ludorumq; solennium. de Op. 241 b, Demosthenes curator muris reficiendis fuit. I. V. 137 b, Illum quem curatorem præficere, qui statuis faciundis præsit. Ar. 1 b, Thermus curator uiæ Flaminiæ. contra Rull. 69 b, Curatores legibus agrarijs constituti sunt decem uiri. in Vat. 9 a, Legati, curatores, interpretes, &c.

Cvres, ium. opp. Sabinorum. Ep. 255 a.

Cvria, riæ. sedes ac templum publici consilij, tribus. de Di. 143 a, Senatus frequens uocatu Drusi in curiam uenit. Ad Fin. 91 a, Cato in ipsa Curia legere solebat, dum senatus ingeretur. pro Mil. 119 a, Curia templũ sanctitatis, amplitudinis, mentis, cõsilij publici, caput urbis, ara sociorum, portus omnium gentium. Attic. 85 b. Scaptius inclusum in curia senatum Salamine obsederat. I. V. 119 a. In curia Syracusis, quem locum illi Buleuterium uocãt. pro F. 158 a, Curia uindex temeritatis, moderatrix officij, speculum uitæ, obsidet rostra. Attic. 20 a, Nulla res me à curia diuellet. de Diuin. 86 b, Curia Saliorũ, quæ est in Palatio. & 113 a, Curia Põpeiana, in qua Cæsar occisus est. pro Dom. 128 b, Id XXX. curiæ iussissent, num id iussum esset ratum?

Cvrialis, is. tribulis, municeps. Offi. 46 b, Cimon in hortis curiales Laciadas hospitalis fuit.

Cvriatvs, a, um. ut curiata lex q̃ curiatis comitijs lata est. Curiata comitia, quæ in curijs litium causa fieri solebant, quæ curiatim per lictorem conuocabantur, quorum ceremonijs pontifices arbitri. Qu. Fr. 323 a, Appius sine lege curiata confirmat se Lentulo nostro successurũ. Ep. 17 a, Appius dixit in senatu palàm sese (si licitũ esset, legem curiatam ferre) fortitu-

fortiturum esse cum collega prouinciam: si curiata lex non esset separaturum cum collega, tibiq; successurum, legemq; curiatam consuli ferre opus esse, necesse non esse. contra Rull. 72. Consuli, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet. & 71 a, Iam hoc inauditum est, uti curiata lege magistratus detur, qui &c. pro Do. 220 b, Centuriata & curiata comitia.

Curiose, diligenter. Att. lib. 9. Cum de eo curiose quæsisset seruus noster Dionysius. de Cl. 176 b, Conquirere aliquid curiosius.

Curiositas, tis. nimia diligentia. Atti. 29 b, Sum in curiositate ἐξόχως.

Curiosvs, a, um. nimium in quærendo diligens. de Fin. 70 b, Reperiam multos non tam curiosos, nec tã molestos quàm uos estis. & 49 b, Offic. 25 b, Peregrini & incolæ officium est, nihil præter suum negocium agere, nihil de alio inquirere, minimeq; in aliena esse repu. curiosum. pro Dom. 219 b, Curiosum est, ea scire uelle, quæ ad nos nõ pertinent. de Na. 12 b, Quis enim non timeat curiosum & plenum negocijs deum? Att. 61 a, Quare ut homini curioso ita præscribe ad me. Atti. 25 a, Tu quicquid indagaris de repub. facito ut sciam, tametsi nimis sum curiosus, statui enim nihil iam de rep. cogitare. pro Dom. 221 a, Non sum in exquirendo iure augurũ curiosus. Att. 89 b, Sumus enim ambo bellè curiosi. Att. 75 b, Si me nihilo minus nosti curiosum in repub. quàm te. pro Sest. 7 b. Sed hæc obstructio nõ ita obducta est, ut curiosis oculis perspici non possit. pro Cl. 54 b, Seruulus percuriosus.

Curo, as. do operam, laboro, elaboro, studeo, diligentiam adhibeo, curam adhibeo, medeor, curationem adhibeo, curam in aliqua re pono, cura ac diligẽtia complector, diligentiam in aliquam rem adhibeo uel confero, indulgeo, deseruio, mihi curæ est, procuro, non est mihi tanti, nihil minus curandum est, de Fama nihil laboro. Ar. 122 a, Eò ad te scripsi, ut eam epistolam mihi curares referendam. Tu fasciculum, qui M. Curio descriptus est, uelim cures ad eum perferendum. Ar. 190 a, His uelim meo nomine reddẽdas literas cures. de Diu. 90 b, Alexander ex eo auro buculam curauit faciendam. Ep. 56 a, Funus ei satis amplum faciendum curauit. Ep. 57 b, Ego quæ pertinere ad te intelligam, studiosissimè omnia diligentissimeq; curabo. Epist. 124 a, Ego quæ ad te pertinere arbitrabor studiosè diligenterque curabo. da operam ut ualeas. Ep. 142 a, Noctes & dies nihil aliud ago nihil curo, nisi ut mei ciues salui sint. Epistol. 200 b, Cura ut ualeas. Att. 210 b, Vides quanto hoc diligentius curẽ, quàm aut de Rumone aut de Polliene. Ep. 114 b, Item de panthera, ut Cybiratas accersas, curesq; mihi ut uehantur. Epist. 19 b, Vereor, ne cum ueneris, non habeas iam quod cures. Atti. 172 a, Omnibus rebus cura & prouide, ne, &c. Ar. 82 b, Pollicitus sum curaturum me Bruti causa, ut ei Salaminij pecuniam soluerent. Ar. 4 b, Quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret L. Cincio HS. DCCCC. pro signis meis garicis curaui. Qu. F. 209 b, Redemptori tuo dimidium pecunię curaui. Ar. 179 b. Minutius duodecim sola mihi curauit. Att. 2 b, Signa quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita. Ep. 259 b, Curio misi, ut medico honos haberetur, & tibi daret, quod opus esset, me cui iuisset curaturũ. Epi. 75 b, Erat enim curata nobis pecunia Valerij Mancipij nomine. Atti. 103 b, Tarcesium istum tuum mihi adeunti uebe iube sodes nummos curare. Ep. 57 a, Ego quia curo, attendo; id tibi affirmo, te in istis molestijs non diutius futurũ. pro Cor. 66 a, b, Sacra Cereris per Græcas semper curata sunt sacerdotes. Att. 71 b; Curare mandata alicuius. Top. 226 b, Curare negocia aliena. Att. 1 b, Illam manum tu mihi cura ut præstes. de Na. 59 b, Magna dij curant, parua neglignt. Acad. 30 b, Quis enim potest, cum existimet à deo fe curari, non semper diuinum numen horrere. de Fin. 76 a, Qui animi conscientiam non curat. de Di. 130 b, Sed deos nõ curare opinor quid agat humanũ genus. Ep. 13 b, Quintus Metellus, qui & summa uoluntate. cesserit, neque sanè redire curaret, &c. Ar. 228 a, Qu. d̃ emendo nihil curat hoc tempore. ad Her. 40 b, Ego patriam liberaui, uos liberi esse non curatis. Att. 216 b, Id populus curat scilicet. Att. 7 Nihil minus curandum est atq; hoc, &c. Ep. 256 b, Ego omnẽ spem tui diligenter curandi in Curio habeo. I. P. 82 a,

Cum diceres te uiolentis quibusdam medicaminibus solere curari. Ar. 84 a, Appius [illegible] prouinciam curauit, sanguinẽ misit. de Or. 164 b, Sed iam furgamus, inquit, nosq; curemus. de Sen. 91 a, Adolescentes grauius ęgrotãt, & tristius curantur. Ar. 190 b, Attica soluere iube, & eam diligenter cura. in Ant. 222 a, Reijcere & curare se. pro Cluen. 25 b, Mulier excla mat se ab eo nullo modo curari uelle, quo curante omnes suos perdidisset. Tusculan. 191 a, Corpora curari possunt, animorum nulla medicina est. pro S. R. 39 b, Intelligo me errare, qui cum capiti mederi debeam, redutiam curem. pro Fla. 146 a, Curare periculum atq; insidias alicui per aliquem. pro Cæl. 49 a, Et quod facinus in alienum illatum seuere acciperet, id omisisset curare in hospite? Aca. 30 b, Itaq; ei nolui scribere, quæ nec indocti intelligere possent, nec docti legere curarent. I. Amarus.

Curens, tis. I. A. 187 a, Quanquam ille non eguit consilio cuiusquam, sed tamen, ut dicitur, currentem excitaui. Epist. 194 a, Nam illũ paratum ut uideo, & ingressum pleno gradu cohortari non intermittemus, quo indies longius discẽdo exercendoq; se procedat. Treb. Qu. Fr. 298 b, Hæc non eo dixi, ut oratio mea dormientem excitare, sed potius ut currentem incitare uideatur. Att. 96 a, Quintus filius currẽtem animum patris sui sororí tuæ reconciliauit. Qu. Fr. 15 b, Quare facis tu quidem fraternè, quod me hortaris, sed mehercule currentem nunc quidem, ut omnia mea studia in hunc conferam. Att. 7 2 a, Sæpe tu me currentem hortatus es. & 219 a, b, Quod me hortaris, &c. currentem tu qui dem, sed, &c. Ep. 252 b, Currẽtem, ut aiunt, incitare. In Cat. 122 b, Non ut te, qui mihi studio penè præcurris excitarẽ.

Curriculvm, li. spacium quo curritur, stadium, cursus. de Am. 104 a, Deflexit enim iam aliquantulum de spacio curriculoq; nos maiorum. pro Mur. 135 a, Cum te de curriculo petitionis deflexisses, animumq; ad accusandum transtulisses. de Vn. 202 a, Qui rectè & honestè curriculum uiuendi a natura datum confecerit. pro Rab. 91 b, Qui ex constituto spacio defensionis semihoræ curriculum coegisti. pro Mur. 137 b, Quasi desolutorius in quadrigarũ curriculum incurrere pro Rab. 96 b, Exiguum nobis uitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ. pro Ar. 391 a, In hoc tam exiguo tamq; breui uitæ curriculo. I. A. 210 b, Omne curriculũ industriæ nostræ, in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est. pro Rab. 131 a. Nec fas esse ducebam uersari me in uestro uetere curriculo, &c. de Sen. 82 b, Athletæ in curriculo se exercent. de Sen. 84 b, Hæ sunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis. de Cl. 180 a, Qui tantum abfit à primo, uix ut in eodem curriculo esse uideatur. Or. 198 a, Ciceronem oratorem ex Academiæ spacijs exitisse: illa enim sunt curricula multiplicium uariorumq; sermonum. d̃ Clar. 196 b, Tuum enim forum, tuum erat illud curriculum, &c. & 166 b, Vereor ecquod nam curriculum aliquando fit habitura tua singularis industria. de Legib. 174 a, Quod sine curriculo & certatione corporum fiat. I. V. 145 a, Si ne minimum quidem de meo curriculo, quod mihi semper propositum fuit, decessero. Aca. 47 a, Breuia curricula uitæ. de Leg. 177 a, Curricula equorum. In Arat. Sol consistens in Cancro cõuertit curriculum. de Ar. 248 b, Tui sacerdotij sunt tensæ, curricula, &c. ad Her. 24 b, Sic isti cum in artis curriculum descenderunt, aiunt, &c. & ibidem, Sic ut in stadium Rhetoricæ artis prodire non audeant.

Curro, ris. curfum conficio, curfum teneo, curfum curro. contra Rull. 74 b, Cur non eosdem cursus hoc tempore quos antea cucurrerunt? Offi. 60 a, Qui stadiũ currit, eniti debet ut uincat. Ar. 157 b, Curio cucurrit Puteolos.

Currvs, rus. uehiculum. de Diuin. 138 a, Quidam uisus est in somnis curru quadrigarum uehi. Postquã. 210 b, Equis insignibus & curru aurato in patriam reportari. Tusc. 173 a. Cum sacerdotem ad sacrificium curru uehi fas esset. Attic. 210 b, Nec est melius quicquam, quàm ut Lucullus sustineat currum, ut bonus sæpe agitator. pro S. R. 35 a, Suis manibus in curru Automedontẽ collocat. pro Cęl. 44 b, Claudia, quæ patrem triumphantem de curru detrahi passa non est.

Cursim, cursu.)(Sensim. I. V. 168 b, Ille sensim dicebat

quod ea ipse pro lesset: tu cursim dicis aliena. Attic. 150 b, Quid autem Plancius tam cursim? In Ant. 231 a, Alter in Asiam irrupit cursim. At. 142 a, Quæ ego serò & cursim arripui, & succisiuis operis, ut aiunt. de Or. 132 a, Tantum licet furtim si quando & cursim. Tusc. q. 230 b, Cum amplissima dignitate, ut ad eas cursim perrectura. ad Her. 41 b, Cũ Gracchus deos inciperet ꝓcari, cursim isti imperũ faciunt.

Cvrso, as. frequenter curro. pro S. R. 28 a, Postea homines cursare ultrò & citrò non destiterunt. de Sen. 80 b, Cũ alij malos scãdant, alij per foros cursent. At. 143 a, b, Ne cursem huc & illuc uia deterrima. de Diu. 83 a, Fuscaq; nonnunquã cursans per littora cornix.

Cvrsor, oris. de Diu. 138 a, Cursor ad Olympia proficisci cogitans, nisus est in somnis cursu quadrigarum uehi. Tuscul. 187 a, Cursores in stadio exclamant. ad Heren. 24 b, Ladas & Boius cursores.

Cvrsvs, fus. curriculum, lapsus. iter. pro Mur. 132 a, Cùm cõtento cursu hostium classis Italiam peteret. pro Pomp. 10 b, Quis unquam tam breui tempore, tantos cursus conficere potuit? de Or. 97 a, Qui ingrediuntur ad studium, quique iam sunt in cursu. Ep. 46 b, Sed etiã perspicis, qui cursus rerum qui exitus futurus sit. ad Her. 23 a, Solis exortus, cursus, occasus nemo miratur, quia quotidie fiunt. At. 42 a, Ille incertus alium cursum petiuit. At. 75 b, Ille tibi non ignotus cursus animi & industriæ meæ. I. A. 216 a, Quem enim cursum industria tenere potuisset, sine forensibus causis? sine iudicijs? At. 2 a, Vides in quo cursu sumus. de Natur. 76 b, Dionysius cùm secundissimo uento cursum teneret, ridens: Videtis ne, inquit, &c. At. 120 b, Infero mari nobis incerto cursu nauigandum est. Off. 62 a, Naues in cursu frumento onustas uidi. de Nat. 64 a, Stellæ cursus certos, & cõstantes habent. Of. 24 a, Implicari aliquo certo genere cursuq; uiuendi. de Natur. 39 b, Partus maturescit nouem lunę cursibus. de Leg. 160 b, Perpetui cursus conuersionesq; cœlestes. de Som. 128 a, Orbis extimus, in quo infixi sunt illi qui uoluuuntur stellarum cursus sempiterni. & ibidẽ b, Hunc ut comites consequuntur, alter Veneris, alter Mercurij cursus. de Nat. 35 b, Stellę nunquam cursus sui uestigium infletunt. de Som. 129 a, Illi autem octo cursus, &c. de Diu. 101 a, Si lacus emissus lapsu & cursu suo ad mare profluxisset. pro Sest. 13 b, Vita breuis est, cursus gloriæ sempiternus. de Clar. 195 b, Hortensius tamen hunc cursum confecit. de Ora. 98 a, Tantus cursus uerborum fuit, & sic euoluit oratiõ, ut, &c. de Orat. 164 a, Cursus uocis per omnes sonos. Or. 216 b, Interdum cursus est in oratione concitatior, interdum moderata ingressio. de Or. 130 b, Defessus iam labore & itinere disputationis meæ. de Nat. 20 a, Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio, &c. I. V. 354 a, Tenere eũdẽ cursum. Top. 221 a, Reuocare aliquem è cursu. cont. Rull. 74 b, Qui per rectum cursum regnum tenere non poterunt. ad Her. 24 b, Si quis ad Olympiacum uenerit cursum. Epist. 46 b, Neq; solùm perspicis ea quæ geruntur, sed etiam qui cursus rerum, qui exitus futurus sit.

Cvrtvs, a, um. decurtatus, mutilus. Orat. 213 a, Meæ aures perfecto completoq; uerborum ambitu gaudent, & curta sentiunt, nec amant redundantia. 213 b, Nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, &c. de Finib. 114 b, Eorum enim omnium multa prætermittentium, dum eligant aliquid quod sequantur, quasi curta sententia: at uerò illa perfecta atq; plena, eorum qui, &c.

Cvrvatvs, a, um. de Natur. 14 b, Corpuscula curuata & quasi adunca.

Cvrvlis, le. I. C. 118 a, Non deniq; hæc sedes honoris sella curulis, unquam uacua mortis periculo fuit: id est, sedes consulis. de Ar. 250 a, Curulis ædilitas. Epistol. 192 b, Curulis sella.

DECOLOR,ris.quod colorem amisit,sine colore. Tuf.179 a,Iã decolorem sanguinem omnem exorbuit.poetæ.

DECOLORATIO,onis.Iftuor.de Diuin.120 b,Sed & decolorãtio quædam ex alia contagione terrena,maximè potest sanguini similis esse.

DECOLORATVS,a,um.sine colore.ad Her 7 b,Si tumore auriculare decoloratum est corpus mortui, significat eum uenenno necatum.& 14 b,Mortuum deformatum,tumore prędtum,corpore decoloratum constat fuisse.

DECOQVO, malè rem rego,conturbo.I. A.169 a, Tenes ne memoria prætextatũ te decoxisse?& ibid. Qui fortunæ uicio,non suo decoxisset.Att.144 a,Sciebam eum agrũ decoquere quoto anno. Item:Suauitas austera,solida.)(.Dulcis.decocta.I. Decoctus.

DECOR,oris.I.Decus.Acad.45 a,Theophrastus spoliauit uirtutem suo decore,imbecillamq; reddidit, quod negabit in ea sola positum esse beatè uiuere.de Fin.56 a,b,Factis uirorum fortium,nõ emolumento aliquo, sed ipsius uirtutis decore laudandis.

DECORATVS,a,um.ornatus.Tuf.251 a,Cassum quiddam,&c. inanis uocis sono decoratum.

DECORE,decenter. Off.23 a,& 26 a,de Diuin. 84 b, Vt ea si non decorè, at quam minimè indecorè faciamus. de Orat. 96 b,Loqui ad rerũ dignitatẽ aprè & quasi decorè. & 160 a,Quibus hi tres pedes in principio continuandorum uerborum satis decorè cadunt.

DECORO,as.honesto,orno cohonesto, celebro.)(,Dedecoro. de Or.101 a,Cum honestus labor honoribus,præmijs,atq; splendore decoratur.Oct.221 a,Scipiones patriã suã spolijs triumphis;q; decorarunt,Aca.a,Quæ populari gloriã corari in Lucullo debuerunt, ea fere sunt & Græcis & Latinis literis celebrata. de Or.105 a, Socrates respondit sese meruisse, ut amplissimis honorib. & præmijs decorareur. de Clar.189 a,Hæc omnia uitæ decorabat grauitas & integritas.I.V.131 a,Id oppidum maximis monumentis decoratur.pro Lig. 138 a, O clementiam admirabilem atque omnium laude,prædicatione,litteris,monumentisque decorandam,pro Ar.190 a,Omnes denique ille Maximi,Marcelli,&c.non sine communi omnium nostrum laude decorantur.Antequam.192 b,Quos maiores nostri ęterna triũphi laude decorarunt.pro Cor.57 b, Quem pop.Romanus singularibus honoribº decorauit.I.P.85 a,Respublica quã ipse decorarat atque auxerat.Tuf.155 a,Nemo me lachrimis decoret,nec funera fletu Faxit.curæ uolito uiuus per ora uirum.

DECORVM,ri.decus.Orat.203 a,Vt in uita, sic in oratione nihil est difficilius quàm quod deceat.πρέπον,appellant Græci,nos dicamus sanè decorum.huius ignoratione nõ modò in uita,sed sæpissimè & in poematis,& in oratione peccatur.Off.19.a, Hoc loco continetur id quod dici Latinè decorum potest, Græci enim πρέπον dicitur.huius uis est ea, ut ab honesto non queat superari.Offi.19 b, Decori descriptio duplex:nam & generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate uersatur: aliud huic subiectum quod pertinet ad singulas partes honestatis.& ibi.de utroq; decoro.& ibi.Decorum quod poetæ sequuntur.Ac. 208 b,Illam Academicen σωφραξιν, totam ad Varronẽ traduximus,quæ modò fuit Catuli,Luculli,Hortensij; deinde quia παρὰ τὸ πρέπον non uidebatur, quod erat hominibus nota,&cæ.simulac ueni ad uillã,eosdem illos sermones ad Catonem Brutumq; transtuli. Off.19 b,Seruare decorum. Off.73 b,Seruire personę.pro Sest.25 a,Scio quid grauitas uestra,quid hęc aduocatio,quid ille conuentus,quid dignitas populi Ro.& quid periculi magnitudo, quid ætas, qui honos meus postulet.decori est explicatio.

DECORVS,a.um.quod decet conuenient,πρέπον, cõsonus.)(. Indecorus.Att.72 a Patras accedere sine ijs impedimentis, non satis uisum est decorum.Off.13 b, Nihil nisi quod honestum decorumq; sit,expetendum est. de Nat.56 b, Aurũ res est ad usum apta,& ad ornatum decora.de Senect.82 b, Sed tamen decorus est senio senis quietus & remissus. de Legib.169 a.de Vniuers.198 a,Color albus præcipue decorus deo est.de Diuin.104 b,Quod non decorum est,nec dignũ dijs.de Legib. 173 b, Quæ cuiq; Diuo decoræ gratæq; sint hostiæ prouidento.Off. 220 a, Omnino si quicquam est decorum, nihil est profectò magis quàm æqualitas uniuersæ uitæ,tum singularum actionum.de Diuin.93 b,Epicurus sentit nihil unquam elegans,nihil decorum.Acad.2 b, Hoc tibi non ita decorum est.Att. 64 a,Vt uix satis decorum uideretur,eum plures dies esse in Tuscul. de Diui. 85 a, Ocia qui studijs læti tenuere decoris.Hor. 38, Et Lycum nigris oculis nigroque Cinne decoris.

DECREPITVS,a, um. senectute affectus, confectus senectute, qui summa senectute est. pro Cæl. 45 b, Tristis ac decrepitus senex.

DECRESCO,scis.subsedeo,decedo.de Di.115 a,Ostreis & conchylijs omnibus contingit, ut cum luna crescant pariterq; decrescant:id est,exhauriantur.

DECRETVM,ti. interdictum, consultum, scitum, δόγμα I.V. 132 b,Qui Romæ totum edictum,& annua decreta uendidit.I.V.95 b,Qui secretus edictisq; tuis in te concitati sunt. pro S.R.22 b,Decurionum decretum statim fit, ut Decem primi proficiscantur ad L. Syllam. ad Her. 9 b, Iudicatum est de quo sententia lata est,aut decretum interpositum. I. V.132 b, Verres ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam accepit.pro Dom.227 b,Omnes publicanorum societates de meo consulatu amplissima atq; ornatissima decreta fecerunt.Ep.224 b,Pecuniam neq; ex dicto, neq; decreto depositam habuit.Postq.204 a,Senatus à quo sæpe maui ficentissimis decretis honestati sumus,At. 151 a,Cæsar uolet augurum decreta facere I.A.153 b,Ne qua tabula ullius decreti Cæsaris aut beneficij figeretur. contra Rul.74 b, Cur non item & cum decreto & palam regionem illam petiuerunt?At.263 a,Si,ea decreta,quæ de Cæsaris actis inter posita sunt,non seruantur,magna perturbatio rerum futura est. At. 264 a,Decretum quod Coss. secundum Buthrotios fecerunt. & 262 b, Liberalissimum decretum abstulimus, quod & obsignatũ ab amplissimis uiris.pro Mil. 109 a,Cũ Pompeium de me decretum Capuę fecisset.I.V.144 b,Decretum factum.I.A.226 b,Si,omne ius decretis reip. statuetur.pro Dom.218 a,Senatus decreta.Acad.8 a,Sapientia neque de se ipsa dubitare debet,neq; de suis decretis, quæ philosophi uocant δόγματα, quorum nullum sine scelere prodi poterit.Aca.27 a, Nullũ sapiẽtis decretum esse pôt, nisi cõprehensum,perceptum,& cognitum.de Fi. 70 b, Est enim tanti philosophi,audacter sua decreta defendere.

DECRETVS,a,um.de Pro.76 b,Is prouinciam desponsam,non decretum habere uidetur:id est,perpetuam non ad tempus demandatam.

DECVMA,mæ. decima pars,quã arator decumano dabat.)(.I. V. 153 b,Quantum decumanus edidisset, tantum sibi decumæ dare oportere.& 163 a, Aratori nouem partes reliquas factas esse.& 170 a, Ager uectigalis populo Rom.ex parte decuma.pro Dom.Decumæ facinorum & stuprorum.in Ver. act.5.Adijcere decumas alicui.I.Scriptura.

DECVMANVS, ni. magnus, & publicanus qui decumas exigit. de Fin.69 b,O Publi,ô Gurges Galloni,es homo miser,inquit,cœnasti in uita nunquam bene,cum omnia in isto consumis,squilla atq; acipensere,cum decumano.in Verr. 153 b,& 154.De decumanis,qui decumas exigebant.

DECVMBO,bis.cubo,iaceo.Tuf.183 b,Mittũt ẽt uulnerib.cõfecti ad dominos,qui quærãt,si satisfactũ ijs sit,se uelle decũbere.& ibid. Quis nõ modò stetit, uerùm ẽt decubuit turpiter.I.A.190 b,Quod gladiatores nobiles faciũt ut honestè decũbant,faciamus nos princeps orbis terrarũ.I.V.160 b,Cũ Apronius ĩ triclinio,qđ in foro strauerat,đ cubuisset.

DECVRIA,riæ.classis,ordo iudicũ Romæ,à decies cẽtenis iudicibus appellata,qui in singulis curijs sedebãt.I. A. 156 a, Lex promulgata est de tertia decuria iudiciũ. 97 a, & 246 b. I. V. 125 a, Hunc hominẽ iudicum numero habebimus? hic alterã decuriam senatoriam iudex obtinebit.& 189 b, Qui nummulis corrogatis de scenicorum corollarijs cum decuriam emerunt, ex primo ordine explosorum secũdum ordinem ciuitatis uenerunt.pro Cluen. 39 a,Mulcta ab eo petita est sicut ab Iunio, quòd nõ suæ decuriæ munere neq; ex lege sedisset.I.V. 108 a, & 153 b,Ex hac decuria nostra.

DECVRATIO, onis. in curias distinctio & descriptio.pro Pl. 268 a,Decuriatio tribulium,descriptio populi,&c.

DECVRIATVS,a,um.in curiam ascriptus.Q.Fr.300 S.C.factũ est.ut sodalitates decuriatiq; discederent.pro Dom.215 b, Cum desperatis ducibus decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum.

DECVRIO,as.est in curiã ascribere.pro Plan.268 a,Doce decuriasse Planciũ,cõscripsisse populum,&c.& ibi.b, Tu doce Plancium sequestrem fuisse,largitum esse, conscripsisse, tribules decuriauisse pro Sest.10 a,Cum uicatim seruos scriberentur,decuriarentur.I.A.212 b, Non rursus improbos decuriabit?non sollicitabit agrarios.

DECVRIO,onis.quasi senator in municipio uel conuentu.pro S.R.22 b,Decurionum decretum statim fit,ut decem primi proficiscantur ad Syllam.pro Cl.26 a,Illum tabulas publicas Larini corrupisse decuriones uniuersi indicarunt. pro Sest.4 b,Recita quid decreuerint Capuæ decuriones.Item L.Manlius est unà cum reliquis Neapolitanis ciuis Romanus factus,decurioq; Neapoli.

DECVRRO,ris. Tuf. 151 a, Iam uideo calcem ad quem cum sit decursum,nihil sit præterea extimescendum.

DECVRSIO,onis.excursio. Epist. 171 b, Necesse est Antonius Apẽnino alpibusq; se teneat, & decursionibus per equites, quos habet multos,uastet ea loca quæ incurrerit.Bruti.

DECVRSVS,a,um.confectus,de Sen.94 b,Nec uero uelim qua si decurso spacio à calce ad carceres reuocari.pro Qu.16 b, Biduo DCC.millia passuũ esse decursa.& 15 a, DCC. millia passuum uis esse decursa biduo.& 18 b, Propè acta iam ætate decursaq;. Ep.122 b, Cæterã portò & ætate iam sunt decursa,&,&c.de Ora. 97 a,Ista quæ abs te breuiter de arte decursa sunt,a idire cupimus:id est,cui sim indicata.

DECVRSVS,sus.spacium,functio.Epi. 31 b,Facilior erit mihi quasi decursus mei tẽporis.de Ora. 85 a Decursus honorũ.

DECVRTATVS,a,um. de Or. 97 a, Animus mutila sentit quædam,& quasi decurtata.

DECVS,oris.honor,laus,dignitas,honestas, ornamentum. de Or.101 b,Ego mihi hoc Præsidium comparaui,non solùm ad usum forensem,sed etiam ad decus atq; ornamentum senectutis.I.V.223 a,Decora atque ornamenta fanorum.pro Cec.290 a,Falcula decus atq; ornamentum iudiciorum. I. A.171 a,Cn.Pompeius,qui populi Romani decus ac lumẽ fuit.de Nat.3 b, Hoc magni interest ad decus & laudem ciuitatis.Att.187 a,Vt cernat duplici decore cũmulatam domum. Off. 25 a, Ciuitatis dignitatem & decus conseruare. & 4,Honestum & decus conseruare. de Pro.74 b, Sed decus illud & ornamentum triumphi minuendum non putaui.de Fin.72 a,Vna simplex,cuius autor Zeno,posita in decore tot:id est,in honestate.de Fin.73 b,Epicureos nisi arguimus,omnis uirtus,omne decus,omnis uera laus deseruda est.& 139 b,Ad laudem & ad decus nati sumus.Ep.151 b,Verum decus in uirtute positum est.de Fin.76 b,Adeũda sunt pericula decoris honestatisq; causa.Tuf. 194 a,Cũ decore atq; omni me orbatum laude recordor. de Cl.169 b, Vt homini decus est ingenium,sic ingenij lumen est eloquẽtia.de Cl.176 a,M.Brutius in quo magnũ fuit Brute dedecus generi uestro.de Clar.196 b. Et ijsdẽ artibus decus omne uirtutis iniunxisti.Off.28 b, Modus autem est optimus, decus ipsum tenere.de Legi.167 a,Decus,quod antiqui sum mum bonum esse dixerunt,hic solum bonum dici:item dedecus,quod illi summum malum,hic solum.

DECVSSO,as. in formã X literæ constituo.de Vniuer.199 a, Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit,mediæq; accõmodam,mediã quasi decussauit.

DEDECET,bat.indecorum est.)(.Decet, decoriũ est. Or. 293 b,Decere quasi aptum esse & consentaneum personæ,contraq; item dedecere. de Or. 96 a, Ijs quæ habeas modicè ac scienter uti,& ut ne dedeceat. Tuscul. 221 a, Oratorem irasci

irasci minimè decet, simulare non dedecet. Offi. 29 b, Vt si quid dedeceat in illis, uitemus & ipsi aliter, In illos.

Dedecoro, as. dedecore afficio, turpifico. Off. 53 b, Te inanem redire turpissimum est, dedecorantem & urbis autoritatem & magistri.

Dedecvs, oris. turpitudo, nota turpitudinis, infamia, probrũ, labes macula, ignominia, labes turpitudinis, opprobrium. Tusc. 177 b, Nihil uideri debet pcius dedecore. I. A. 190 b, Nihil est detestabilius dedecore. de Leg. 167 a, Antiqui decus summum bonum esse dixerunt, item dedecus summum malum. ad Her. 17 b, Dolor dedecore & infamia leuior est. Off. 28 a, Ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in eo solitudo. Att. 122 b, Vnum etiam restat amico nostro ad omne dedecus. & 124 b, Sed uereor, ne cum nihil proficiã, etiam dedecori sim. Off. 24 b, Optima hæreditas à patribus traditur liberis, gloria uirtutis, cui dedecori esse nefas iudicandum est. de Diuin. 113 a, Cum ignominia & dedecore mori. I. V. 75 a, & Attic. 138 b, Admittere dedecus. Off. 25 a, Sin autem libidinum intemperantia accesserit, duplex malum est: quod & ipsa senectus concipit dedecus, &c. Ep. 40 b, Admissum dedecus confitebor. pro Mur. 126 b, Sed aliquod aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum est flagitium ac dedus. I. C. 100 a, Quæ nota domesticæ turpitudinis non iniusta uitæ tuæ est? quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamiæ. pro Cl. 19 b, Sine summo dedecore uitæ ac turpitudine. Att. 119 b, Subire periculũ cum aliquo fortè dedecore. de Fin. 58 b, Incurrere in dedecora. Att. 160 a, Nec uersari inter eos sine dedecore potero. I. V. 160 b, Homo in dedecore natus. de Cl. 176 a, M. Brutus in quo magnum fuit Brute dedecus generi uestro. pro S. R. 29 b, Sumptus effusi cum probro atq; dedecore. Attic. 256 b, Factum meum flagitij plenum & dedecoris. pro Cluent. 30 a, Iudicia uera atq; insigni turpitudine notata atque oppressa dedecore & infamia. ad Heren. 35 a, Aliquem suis maculæ & dedecori esse.

Dedicatio, nis. consecratio. pro Do. 234 a, Nisi quem fortè illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret. pro Dom. 238 a, An consecratio nullum habet ius? dedicatio est religiosa? pro Dom. 237, Postem teneri in dedicatione templi oportet.

Dedicatvs, a, um. de Le. 168 a, Ingenium q; in se suum sicut simulacrum aliquod dedicatum putabit. de Nat. 38 a, Fides & mens, quas in Capitolio dedicatas uidemus a M. Aemilio. & ibi. Virtutis & Honoris templum à Qu. Maximo dedicatum.

Dedico, as. dico, consecro, religiosum facio, religionem in aliquem locum infero, aliquem locum religione deuincio. I. V. 228 b, Marcellus duo tẽpla dedicaturum se Romę uouerat. I. V. 214 b, Vt cum audissent simulacrum Iouis Opt. Max. dedicatũ, legatos mitterent. pro Arch. 189 b, Smyrnęi delubrum Homero dedicauerunt. pro Dom. 237 b, Simulacrũ aut arã dedicare. de Leg. 156 b, Romulus tẽplũ sibi dedicari in eo loco iussit. de Nat. 41 b, Consecrare & publicè dedicare aliquem deum. & 62 a, Aedes Castori & Polluci in foro dedicata pro Do. 233 b, Quid quod nunc apud Põtifices agis? te meam domum consecrasse, te monumentum fecisse, te in ædib. meis signũ dedicasse. de Le. 175 a, Benè uero quod mens, pietas, fides consecratur manu, quarũ omnium dedicata publicè templa sunt. pro Fl. Ad hæc prædia incensa dedicauisti.

Dediscо, scis, quæ didici obliuiscor. pe Or. 151 b, Cum iuuẽtus nostra dediscere penè discendo. de Clar. 169 a, Eloquẽtia loqui penè dedidicit. & 179 b, Hæc uerba mutari dediscię; possunt. pro Quint. 10 a, Etenim si uult bonorum uirorũ instituto uiuere, multa oportet discat atq; dediscat. Epistol. 138 b, Dediscendę tibi sunt sportellę & artolaganitui. & 141 b, Deinde uereor, ne nescio quid illud, qd̃ solebas, dediscas, & obliuiscare cœnulas facere.

Deditio, onis. subiectio, cum quis se in hostis potestatẽ tradit. pro Pomp. 10 b, Pompeius eis spem deditionis nõ admit, obsides imperauit. I. A. 257 b, Cum locum tibi relictũ non modò ad pacem, sed ne ad deditionem quidem feceris. Off. 74 a, Atq; huius deditionis ipse qui debebatur, autor fuit. I. A. 194 a, Maiores nostri bellicosissimas gentes in deditionem imperij redegerunt.

Dediticivs, a, um. deditus. Att. 274 b, Id senatusconsultum plerię interpretantur etiam ad tuos siue captiuos, siue dediticios pertinere.

Deditvs, a, um. Ep. 8 b, Vt te admoneam, quod ipse litteris omnibus à puericia deditus, experiendo magis quàm discendo cognoui. de Or. 89 b, Puer his studijs mirificè deditus. de Or. 85 a, Artes quibus à pueris dediti fuimus. pro Mil. 119 b, Vir bonorũ uolũtati & auoritati senatus deditus. pro Cæl. 51 b, Homo grauitati deditus. pro Arch. 188 a, Fateor me his studijs esse deditum. I. V. 160, Is ciues Romanos coluit, ijs indulsit, eorum uoluntati & gratiæ deditus fuit. pro S. R. 24 b, Vita uitijs omnib. dedita. pro Dom. 43 b, Vir religionib. deditus. Ep. 65 a, Hoc sum magis Publio deditus, quod, &c. de Fin. 114 b, Epicuro deditus. pro Cęl. 53 a, Puer deditus disciplinis & ijs artibus, quibus, &c. de Cl. 185 a, Qu. Cæpio nimis equestri ordini deditus. p̃ Cæl. 47 a, Animus libidini deditus, cupiditate impeditus. de Cla. 171 b, Qu. Nobilior iã patrio instituto deditus studio literarum. Cæl. 54 b, Hunc addictum, deditum, obstrictum tibi habebis. Att. 156 a, Vt igitur hæc scirem dedita opera has ad te literas misit. de Or. 161 a, Opera dedita facere aliquid.

Dedo, dedis. addico, trado, do, mancipo, quasi cõsecro. de Legib. 170 a, Patria cui nos totos dedere, & in qua nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus. Q. F. 326 a, Abito eo equidem me ab omni reipublicæ cura, dedoq; literis. de Orat. 148 a, Itaq; ei studio se excellentissimi ingenij homines dediderunt, Off. 14 b, Qui doctrinæ sese dediderunt. de Orat. 86 b, Qui musicis penitus se dedidit, quin, &c. & 91 b, Cum se ad scribẽdum maiore opera dedideris. & 105 a, Primùm Scæuolæ te dedidisti. Tusc. 250 b, Dedere se aliui ex toto animo. Tusc. 225 a, Dedere se totum alicui. Qu. de Pet. 210 a, Dedere se uni alicui, & deferere cæteros. pro Arch. 190 b, Dedere aures suas alicui: id est, eũ audire. Or. 10 b, Dedere se desidiæ. Att. 136 b, Ne me totum ægritudini dedam. Tu. 163 b, Qui se totos libidinibus dedidissent, & 185 b, Si se lamentis dedet. de Fin. 78 b, Dedere se libidini alterius. pro S. R. 19 b, & pro Qu 11 a, Vt inimicorũ crudelitati dedat uita S. R. Atti. 144 b, Dedo pœnas temeritatis meæ. Att. 78 b, Saturnalib. mane se mihi Pindenissiæ dedicerunt. de Orat. 100 a, Quẽ pater patratus dedidisset, ei nullũ esse postliminiũ. & ibid. Cũ pater patratus ex S. C. Mancinum dedidisset. de Inuẽt. 73 b, Qui porcã tenuerit, dedi oportere. & ibi. Impatore Samnitib. dedito. in Ve. 221 b, Eius religione te uinctum astrictumq; dedemus. Postq. 200 b, Dedere aliquẽ constrictum hostibus. pro Mil. 101 b, Quẽ ereptum sententijs iudicum tradidisset, eum telis militum dedere.

Dedoceo, dedoces. ab eo quod quis edoctus est, deduco, fecus docco.)(. Doceo. de Fini. 53 a, Quod profectò nunq; putauisset, si à Polyæno familiari suo Geomẽtriam didicisset maluisset, quàm illa etiam ipsum dedocere. de Or. 115 a, Cum docendus iudex est, aut dedocendus. de Fin. 59 b, Vt coercendi magis quàm dedocendi esse uideantur.

Deduco, cis, adduco, reuoco, remoueo, reduco, detraho, deductionem facio. Att. 78 a, Cicerones nostri sunt apud Deiotarum: sed si opus erit, deducentur Rhodum. pro Mur. 136 b, Homines coniuratos cum gladijs in campum deduci à Catilina sciebam. I. A. 252 a, Saxa homo, deductus ex altissimis gentibus. de Diuin. 116 a, Ad eum agnum non casu, sed deuce Deo seruus deducitur. pro Flac. 147 b, Qui ad hoc iudicium deducti non sunt. de Am. 95 b, Ego autem à patre in eram deductus ad Scæuolam, ut &c. de Diuin. 122 b, Ita Albana aqua deducta ad utilitatẽ agri suburbani. Antequam. 195 b, Neq; eò rem deducam, aut progredi patiar, ut, &c. pro S. R. 50 b, Ergo huc uniuersa causa deducitur, ut rum, &c. de Opt. 244 b, Si prius exposuero, quæ causa in iudicium deducta sit. Aca. 30 b, Cuius maiestatem deducitis usque ad apium perfectionem. I. C. 105 a, Sed cum uiderem fore, &c. rem huc deduxi, ut palãm pugnare possetis. Epis. 46 b, Quẽ in locum res deducta sit uides. & 260 a, Eum in locum res deducta est, ut, &c. de Orat. 96 a, Illud quod eò, quo intendas ferat deducatq; cognoscendum est. de Orat. 125 b, Vt is qui audit, ad fletum misericordiamq; deducatur. & ibid. Odoror quàm sagacissimè possum, quò iudices deduci oratione facilimè posse uideantur. Acad. 40 b, Nam nos in ostra urbe peregrinantes errantesq; tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt. pro Fla. 153 a, Nõ deduxi, inquit, Seruilii. Epi. 151 a, Cum magna multitudo ciuium me de domo deduceret. d̃ Sen. 90 a, Deduci.)(. Reduci. Att. 111 b, Deducere præsidia ex oppidis. Att. 130 b, Coss. præsidia deducturi sunt. de Pro. 71 b, Aliquem ex prouincia deduci. id est, reuocari I. Diripio. in Ver. 77 b, Quorum scelerum pœnis agitatur, à mente consilioq; deducitur. de Na. 56 a, Eloquentiæ deducimus perterritos à timore, & cõsolamur afflictos. in Verr. 202 b, Deducere aliquem ab humanitate & ab religione. de Or. 87 a, Voluntatẽ impellere quò uelis, unde autem uelis deducere. & 140 a, Deduci à tristitia. Quin. Fr. 291 a, Quem nulla conditio pecuniæ ab summa integritate continentiaq; deduxerit. de Fat. 144 a, Epicurus atomos de uia deducit. Q. de Pet. 211 a, Da operã ut illos de prauitate animis deducas. Epist. 2 b, Quod instituit referre de religione, ab eo deduci non potest. Epistol. 235 a, Neq; legis improbissimæ pœna deductus est, quo minus hospicij & amicitiæ ius officiumq; præstaret. de Clar. 173 a, & Atti. 25 a, De sententia deduci. ad Her. 17 a, Deduci à uia recta. in Ver. 71 a, Vt cuius diuitiæ me de fide deducere non potuissent, ne eiusdem pecunijs de honore deijcerer. In Cat. 1 10 b, Si quis me de hac animi lenitate deuxerit. Offic. 12 b, Vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo, deducendoq; uidere, quid reliqui summa fiat. deducẽdo, id est, detrahendo. de Le. 180 b, Partitionis caput scriptum cauẽ, ut centum nummi deducerentur. & ibid. 2, Si in testamento deducta scripta non essent. Item, Coniectura omnis ingenijs hominum in multas ac diuersas, aut etiam contrarias partes sæpe deducitur. Riuos à fonte deducere. l. Deductio. de Orato. 159 a, Ne uerba asperè concurrãt, neve uastius deducãtur. I. A. 279 b, Deducere coloniam. cont. Rull. 63 b, Deducentur, inquit, coloniæ. pro Cecin. 288 b, & 303 a, Et de fundo moribus Cecinna deduceretur I. Citimus.

Deductio, onis detractio, adductio. I. V. 189 a, Certis nominibus deductiones fieri solebant. Att. 59 b, Ne qua deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat. de Diu. 101 a, Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanę aquę facta deductio est. Top. 223 b, Riuorum à fonte deductio id est, deriuatio. I. A. 172 a, In oppida militum crudelis deductio. pro Cec. 291 a, Vt ius ac deductio moribus fieret. contra Rull. 63 b, deductio coloniarum in agros aliquos. de In. 46 a, In coniecturali autem constitutione, quia ratio non est, nõ potest ex deductione rationis nasci iudicatio.

Deductor, oris. qui honoris causa aliquem deducit. Quin. de Pet. 210 a, Deductorum officium, quod maius est quàm salutatorum.

Deerro, as. aberro. ad Her. 3 a, Si nullis transitionib. utemur, si non deerrabimus ab eo q̃ cœperimus exponere. & 40 a, Ait iste eos similitudine loci deceptos angiporto deerrasse. l. Pœnitet.

Defatigatio, onis. lassitudo. I. A. 198 a, Nulla res ei finem cædendi nisi defatigatio & satietas affer. de Sen. 84 a, Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingrauescunt, animi autem se exercendo leuantur. de Or. 159 a, Interspirationis enim, non defatigationis nostræ, neque librariorum notis, sed uerborum & sententiarum modo interpunctas clausulas esse in oratione uoluerunt. de Nat. 37 b. & pro Sest. 10 b, Deus morbum non metuens ex defatigatione membrorum. ad Her. 6 a, Ne qua possit animũ tuum defatigatio retardare. de Sen. 95 a, Senectutis defatigationem fugere debemus.

Defatigatvs, a, um. languens de uia, fessus de uia. de Diuin. 101 a, Puella defatigata petijt à materterra, ut sibi cõcederet, ut in eius sella requiesceret. Ep. 70 b, Vel animo defatigato tuo, qui nunc requiẽ quærit. Ep. 199 a, Quanquã sumus iam defatigati, sed nulla lassitudo impedire officiũ debet. Ep. 155 a, Sed mehercule iam defatigatus repub. conseruãda. & 199 a, Admodum sumus iam defatigati. ad Her. 19 a, Animi defatigati ab aduersarijs similitudine uerborum.

Defatigo, gas. defatigationem uel laborem affero. Att. 286 b, Te hortor ne defatigere, neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis, &c. pro Mar. 134 a, Noli igitur in conseruandis bonis uiris defatigari. de L. 190 a, defatigari i aliquem in aliquo negocio. pro Qu. 7 b, In quo ille tot & tales uiros defatigat? d̃ Or. 124 b, Ne auditor de fatigetur similitudinis satietate. & 156 a, Profectò nunquã conquiescam neq; defatigabor, antequam percepero, &c. de Cl. 172 a, Egerunt gratias, & ne defatigaretur, orauerũt. Epist. 232 a, Nec animi nec corporis laboribus defatigari. Lent. Ep. 191 b, Hæc & si adhuc non magnopere mihi tulisse fructum animaduerto, tamen non despero nec defatigabor permanere non solum in studio libertatis, sed etiam in labore & piculis. de Cl. 167 b, Laborare & defatigari idẽ. Item: In quo non modò defici, sed etiã laborare turpe est: id est, defatigari.

Defectio, onis. eclipsis, defectus. Attic. 48 a, Metuens credo defectionem animi mei. de Sen. 83 a, Et si itta ipsa defectio uirium adolescentię uitijs efficitur sæpius, quàm senectutis. Quin. F. 305 b, Subita defectio Pompeij, alienatio Coss. in Pison. 97 b, In illa omnium barbarorum defectione Macedonica. Tusc. 114 b, Intemperantia, quæ est à tota mente & à recta ratiõe defectio, sic aduersa à præscriptione rationis ut, &c. de Diuin. 103 a, Thales primus defectionem solis, quæ Astyage regnante facta est, prędixisse dicitur. & 111 b, Solis defectiones, itemq; lunæ prædicuntur in multos annos. de Nat. 57 a, Defectiones solis & lunæ. de Diuinat. 112 a, Vident Mathematici ex constantissimo motu lunæ, quãdo illa è regione solis facta incurrit in umbram terræ, quæ est meta noctis, ut eam obscurari necesse sit: quandoq; eam luna subiecta soli atque opposita oculis nostris, eius lumen obscuret. de Natura 46 b, Luna tum subiecta & opposita soli radios eius & lumẽ obscurat, rem ipsa in umbram terræ cum est è regione solis interpositu interiectuq; terræ repentè deficit.

Defectvs, a, um, perfectus. Attic. 213 a, Libri ad Varronem non morabantur, sunt enim defecti: tantum librariorum menda tolluntur. aliter defecti, fortè perfecti, uel descripti. nam antea dixerat se Romam misisse describendos, ut Varroni mitteret.

Defectvs, ctus: defectio. de Nat. 36 a, Neque solum eius species ac forma mutatur, tum crescẽdo, tum defectibus in initia recurrendo. de luna.

Defectvm, ti. pro Sestio, Ille ad eos à quibus audiebatur quotidie aliquid defecti afferebat. de Vatinio.

Defendo, dis, tego, protego, propugno, adfum, præsto, studeo, faueo pro aliquo dico, pro aliquo uerba facio, causam alicuius suspicio uel ago, sum aduocatus alicui, tueor, iniuria prohibeo, complector, calamitate uel periculo prohibeo. de Orat. 123 b, Carneades nullam unquam rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnauit, quam nõ euerterit. Off. 65 a, Oratam Crassus, Cratidianum defendebat Antonius. de Orat. 99 a, Armis prudentię causã tueri atq; defendere. pro Syl. 168 a, Hortensius Syllam de ambitu defendit. & 183 b, Nullum scelus defendo ac tego. & 176 b, Ego iacentem & spoliatum defendo & protego. pro Mil. 102 b, Defendere uitam ab inimicis. Offi. 5 b, Qui autem non defendit, nec obsistit si potest iniuriæ, tam est uitio, quàm, &c. Offi. 66 b, Qui non defendit iniuriam, neque propulsat à suis. Plan. Epist. 153 ego fratrem mittam qui Italiam à uastatione defendat. Epistol. 227 a, Diligentissimè aliquem tueri atq; defendere. pro Pomp. 6 b, Defendere aliquem à calumnia. pro Mur. 125 a, Defendere periculum ciuium. in Ant. 216 a, Ego semper ocio studui, pacem defendi. pro Mil. 103 a, Vim ui illatam defendere. Acad. 30 a, Illud autem superius sicut caput & famam tuam defendere necesse erit. Epis. 59 a, Pudor tuus te defendit. pro Quin. 7 a, Ne locum suum, quẽ adhuc honestissimè defendit, obtineat. Epis. 58 a, Quod sentias aut re efficere, aut deniq; libera oratione defendere. cont. Rull. 76 a, Mithridates ab inuicta manu Cn. Pompeij Mętre, & illis paludibus atq; alcitudine montium defenditur. de Senect. 88 a, Vua uestita pampinis, nimios solis defendit ardores. Antequam. 195 b, Pro fortunis meis apud uos loqui non licebit: id est, me defendere. de Orat. 87 b, Arma quibus uel tectus ipse esse possis uel prouocare improbos, uel te ulcisci. Epi. 228 a, Aliquem in omnibus rebus tegere atque tueri.

Defensio, propugnatio, patrocinium. de Ora. 105 b, Vtriusq; rei facilis est & prompta defensio. pro Cæl. 39 a,

Ad

Ad istam omnemorationem breuis est defensiõ. Epist. 6 b, Nostra propugnatio & defensio dignitatis tuæ. Att. 280 b, Quo in iudicio Lepidus defensionem non haberet. Epi. 65 a, Permanere in defensione alicuius suscepta. &, Suscipere defensionem alicuius. 15 a, pro Mil. 104 b, Qui non pœnã confessioni, sed defensionem dedit, & ibid. In confessione facti defensionem iuris suscipi posse.

Defensitro, tas. de Clar. 173 b, Fannius causas defensitauit. & Off. 24 b. & Acad. 18 a.

Defensor, oris. propugnator, patronus, tutor, aduocatus, adstipulator, custos, qui aliquem in fidem suam recipit, quẽ aliquis patronum adoptat, qui aliquem habet commendatum.) (. Oppugnator, aduersarius. de Ora. 106 a, Mutius paterni iuris defensor, & quasi patrimonij propugnator fui. pro R. 92 b, Defensor custosq; libertatis. Postquàm 212 b, Alter fuit propugnator mearum fortunarũ, & defensor assiduus. I. V. 63 a, Adoptare sibi aliquẽ defensorem sui iuris. Epist. 2 b, Is in omnibus rebus se acerrimum tui defensorẽ fore ostendit. pro M. I. 109 a, P. Lentulus propugnator senatus, defensor uestræ uoluntatis, patronus publici consilij. & ibi. Octo trib. plebis illius aduersarij, defensores mei. Postquàm. 205 a, Parens perpetuus reip. & tutor annuus reipub.

Defenstrix, quæ defendit. in Timæo, de Vniuersitate: testãte Prisciano, 245

Defero, fers, affero, confero, offero, tribuo, refero, renuncio, comporto. pro Fl. 150 b, Lex tabulas ad prætorem triduo deferri iubet. pro Mil. 107 b, Librarium te aiunt eripuisse è domo, ut præclarum inde munus ad aliquẽ deferre posses. pro Clu. 18 b, Si iudicia iam facta domo deferamus ad causas. pro Fl. 157 b, Deferre querelas suas ad aliquem per aliquem. pro Syl. 177 a, Deferre mãdata ab aliquo. Acad. 3 a, Ad quamcunque sunt disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tanquam ad saxum adhærescunt. pro Corn. 68 a, Deferre aliquem acerbum nũciũ alicui. pro Dom. 217 a, Quẽ tu ad hunc honorem rogatione tua detulisti. de Pro. 79 a, populus Rom mihi omnes honores detulit. pro Mur. 139 a, Hos ad magistros si qua te fortuna Cato detulisset, non tu quidem, &c. de Legibus 184 b, Quod genus imperij primũ ad homines iustissimos deferebatur. in Ant. 177 a, M. Antonius consul C. Cæsari Dictatori regnum detulit, Cæsar uti noluit. pro Flac. 149 a, Omnem ei suam auoritatẽ, gratiam, copias, opes, ad hoc negocium cõficiendum detulit. cont. Rull. 75 a, Si quis est honos singularis, populus R. eum, cui uelit, deferat. pro Pom. 17 a, Quid quid possum ad hanc rem conficiendam, tibi polliceor & defero. Epist. 56 b, Vltrò mihi Cæsar omnia detulit. & 2 a, Omnes rem ad Pompeium deferri uolunt. pro Lig. 137 b, Si illud imperium esse potuit, quod ad priuatum clamore multitudinis imperitæ nullo publico consilio deferebatur. Epistol. 54 a, Omnia delata ad unũ sunt. pro Pom. 16 b, Deferre omnia ad unũ idest credere omnia uni. pro Cor. 62 a, Deferre alicui potestatem beneficiorum tribuendorum. Ep. 224 a. Vltrò ei legationem detuli, cum multis iam petentibus denegassem? Epist. 94 a, Hanc meam uoluntatem ad matrẽ tuã detuli. & 211 b, Eiq; nec opinanti uoluntatem tuam per literas detuli. Attic. 207 a, Ligarianam præclarè uendidistis: posthac quicquid scripsero, tibi præconium deferam. de Cla. 172 a, Itaq; publicanos causam detulisse ad Galbam. Epistol. 75 a, Quanquam iustis de causis rationes deferre properarim. Octa. 330 a, Quæ tibi non antequàm postulares, matora quam uelles, plura quàm sperares detulit senatus? Att. 292 a, Qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris ac muneris non temerè libertis suis deferebant. In V. 114 a, Deferre aliquid cuipiam loco beneficij. Attic. 25 b, Et quoniam Nepos proficiscitur, scire uelim cui nam auguratus deferatur. Epist. 87 b, Vniuersum studium meum & beneuolentiam ad te defero. Epi. 16 b, Atque istam partem uitæ consuetudinisque nostræ totam ad te defero. & ibid. Quantum literis consequi potero, id omne ad arbiterium tuum conferam. de Nat. 5 a, Ad quem tum Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. de Orat. 129 b, Deferre palmam alicuius rei cuipiam pro Fl. 146 a, Deferre præmium dignitatis alicui. de Clar. 172 a, Tribuere primãs alicui. Att. 11 b, Defertur res ad senatum. Offic. 74 a, Rem ad populum detuli. pro Dom. 239 b, Deferre ad pontifices. ibidem. Referre ad collegium. pro Sest. 28 a, Cum ad uos iudicia communis exitij detuli. I. A. 153 a, Ad istunc ordinem res optimas deferebat. I. C. 119 a, Hæc omnia iudices detulerunt, rei confessi sunt. de Diuin. 136 a, Deferre ad coniectorem quidam somniasse se, &c. pro Pl. 280 b, Iã insidias mihi ab inimicis meis paratas detulit. in Verr. 148 b, Ad eum defertur esse, &c. id est, renunciatur. Epist. 474 a, Te esse solicitum multi ad nos deferunt. Attic. 38 b, Hoc Curio ad patrem detulit, ille ad Pompeium res delata ad senatum est. & ibidem, Nisi Curiones rem antè ad Pompeii detulissent. pro Mil. 106 a, Quam uocem ad Catonem statim Fauonius detulit. Quint. Frat. 297 b, Sic ad nos omnes ferè deferunt, nihil te fieri posse iucundius. in Cat. 105 a, Sed quàm multos fuisse putatis, qui quæ ego deferrem pro crederent. Attic. 177 b, Multos esse arbitror, qui ad Cæsarem detulerunt, me pœnitere consilij mei. pro Clu. 47 b, Qui nostra consilia ad aduersarios deferunt. contra Rul. 87 b, Si quæ apud uos de me deferũt. pro Cæl. 49 b, Deferre nomen alicuius de aliqua re id est, accusare, insimulare. & pro Dom. 223 a, & pro Cæl. 53 b, Deferre nomen alicuius de ambitu. pre Sex. Ros. 23 a, Deferre nomen alicuius de paricidio. & 29 a, Nomina filiorũ de paricidio delata sunt. de Inu. 69 a, Cum uenefici cuiusdam nomen esset delatum. pro Cæl. 49 b, Hic nemini nomẽ detulit. pro Cor. 63 a, Is in consulatu præfectum fabrum detulit. Off. 73 b, Deferre iusiurandum alicui. Epi. 76 a, Scito a me & tribunos militares, & præfectos, & cõtubernales duntaxat meos delatos esse, in quo quidem me, ratio fefellit: liberum. nam iii tempus ad eos deferendos existimabam dari: posteà certior sum factus, triginta diebus deferri necesse esse, quib. rationes retulissem. de Nat. Deor. lib. 1. 22 b, Vt igitur Tib. Gracchum cum uideor concionantem in Capitolio uidere, de M. Octauio, deferentem sitellam, &c.

Defervesco, scis, deferbui. refrigerari, calorẽ remitti. Tusc. 216 b, Aut rogandi sunt, ut si quam habent ulcescendi uim, differant in tempus, dum deferuescat ira. Deferuescere autem certè significat ardorem animi inuita ratione excitatum. Or. 206 b, Quantis illa clamoribus diximus de supplicio paricidarum, quæ nequaquã deferbuisse post aliquãto sentire cœpimus pro Cæl. 46 b, Cum adolescentiæ cupiditates deferbuissent.

Defessvs, a, um, defatigatus. de Orat. 110 b, Animi nostri ãto renibus negocijs defessi gestiunt, ac uolitare cupiũt, uacui cura atq; labore. & 130 b, Defessus sum labore atq; itinere disputationis meæ. & 156 b, Quamobrem nisi fortè iam defessus, & si tibi graues non sumus, referte &c. 192 a, Neq; quisquam est, quin satietate iam defessus sit. contra Rull. 83 b, Aratores cultu agrorum defessi. pro Archia, 187 b, Vbi aures conuicio defessæ cõquiescant. Epi. 161 a, Egiq; acerrimẽ, senatum iam languentem, & defessum ad pristinam uirtutem consuetudinemq; reuocaui.

Deficio, cis. desum, desciscо, defero, p Quintio, 1 a, Quod mihi consueuit esse adiumento, id quoque in hac causa deficit. I. V. 82 a, Vererer ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne uox uiresq; deficerent. Epist. 51 b, Eamq; solatia deficiunt quæ cæteris, quorũ mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt. pro Flac. 159 a, In hac repub. ad quam opprimendam non animus eis, sed uires deficiunt & defuerunt. Postquàm. 198 a, Vt quod odiũ in omnes bonos conceptum iam diu continebant, id in me uno potius quàm in uniuersa ciuitate deficeret. de Vniuer. 201 a, Sed quia nondum omne animal in mundo intus includerat, ex ea parte deficiebat ad propositum exemplar imaginis similitudo. de Finib. 74 a, Si memoria deficeret, tuum est ut suggeras. Acad. 3 a. Tamen nec illi defecerunt, neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus. Orat. 197 b, Multi orantes clari ὀῆτ Δημοσθένες fuerunt, & antea fuerant, nec postea defecerunt. Attic. 115 a, Deficit enim non uoluntas, sed spes. de Nat. 66 b, Animanteis, cum calor defecerit, tum interire. Att. 12 a, Ne P. C. una plaga accepta conciderent, ne deficerẽt. pro Sex. Ros. 20 a, Sin à nobis deserar, tamen animo non deficiam. in Verr. 171 b, Leontina ciuitas me defecit. pro Font. 281 a, Si eum in causa deficerent omnia. de Clã. 172 b, Cum motus omnis animi à quam uentus hominem defecerat. Qu. F. 314 b, Omnia colligo, ut noui scribam aliquid ad te, sed ut uides, res me ipsa deficit. de Or. 101 b, Iam me uires deficere cœperunt. in Ver. 250 b, Me non solum uires, sed etiam uita deficit. I. V. 213 a, Vox me citius defecerit quàm nomina. I. V. 119 b, Iãme dies, uox latera deficiãt si uelim, &c. pro Cæl. 43 a, Dies iam me deficiet, si quæ dici in eam sententiam possunt, conuerprimere. pro Sext. Rosc. 33 a, Tempus hercule te citius quàm oratio deficeret. de Nat. 76 a, Dies me deficiat, si, &c. I. V. 72 b, Quàm multa te deficiant uides Cæcili. pro Dom. 149 a, Ea tamen illum studia defecerunt. de Ora. 173 a, Prudẽtia nunquam deficit oratorem. in Cat. 106 a, b, Res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit. Orat. 197 a, Si quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenij uis fortè deficiet. de Orat. 150 b, Si quos discentes uita defecit in Ver. 268 a, Dolor me non defecit. Epist. 95 a, Vox eum defecit. Epist. 56 a, Relinquebatur triste quoddam literarum genus, id quoque deficiebat me, in quo, &c. de Clar. 167 b, In quo non modò defici, sed etiam laborare turpe est. pro Cluent. 56 b, Mulier abundat audacia, consilio, rationeq; deficitur. de Ar. 253 a, Ne patres auxilio diminuti deficiantur. pro Syl. 173 b, Nec si à me fortè discueris, idcirco te à se, & a, republica, & à tua dignitate deficere patitur. in Catilin. 103 a, Qui è republica deficiunt, ciuium iura non tenent. in Verr. 92 a, Deficere ab imperio ac nomine nostro uolebat. pro Planc. 277 b, Consule à republica & à bonis omnibus defecerunt. Epist. 187 a, Cæteriq; qui unà cum illo à republica defecerunt. Epist. 26 b, A meq; ipse deficerẽ. de Fin. 81 a, Si utilitas ab amicitia defecerit de Am. 4. Difficile est amicitiam manere si à uirtute defeceris. Epist. 101 b, Quare si plane à nobis deficis, molestè fero. Tusc. 163 b, Qui, cũ acriter deficientẽ solem intuerentur. de Somn. 130 a, Olim deficere sol hominibus extinguiq; uisus est. de Diui. 105 a, b Si luna paulo ante solis hortum defecisset in Signo leonis.

Defigo, gis. colloco, pono, immitto. pro Rab. 92 b, Qui in campo Marcio crucem defigi, & constitui iubes. de Som. 128 a, Quousque humi defixa tua mens erit. de Pro. 70 b, Hæc audacia quam illa præsens in oculis uestris, mẽtibusq; defixit. pro Do. 214 b, Ea sententia, quam populi sermo in animis uestris iã antè defixerat. In Ant. 260 b, Qui omnes suas curas in reip. salute defigunt. & 232 a, In omnium possessiones atq; fortunas impudẽtissimos oculos spe & mente defigit. de Or. 197 b, Aliquid intueri, in eosq; defixum esse. I. V. 62 b, Vt non modò in auribus uestris. sed in oculis omnium sua furta atq; flagitia defixurus sim. de Or. 144 a, Cum eum in cogitatione defixum esse sensisset, statim recessisse. & 124 b, His locis in mẽte & cogitatione defixis. I. A. 193 b, Virtus è altissimis defixa radicibus. I. C. 100 b, Sicã consulis in corpore defigere. de Or. 145 a, In eo mentẽ orationemq; defigit.

Defigere. uerbum mali ominis, à sagis ductum. d' Legibus lib. 2, Quæq; angue iniusta, nefasta, uitiosa, dirave defixerit, irrita infectaq; sunto.

Definio, nis. describo, definitione explico, quid aliquid sit cõstituo, circumscribo, termino definitione, uniuersam rei uim explico, perscribo. de Or. 123 b, Cum res quæ sit tota quæritur, definitione uniuersa uis explicanda est. Ora. 107 In omnibus quę ratione docentur & uia, primum cõstituẽdum est, quid quidque sit: nisi enim inter eos qui disceptẽt conuenit, quid sit, illud de quo ambigitur, nec rectè differi, nec unquam ad exitum peruenirі potest: explicanda est sæpe uerbis mens nostra, atq; inuoluæ rei noticia, definiẽdo aperienda est. & ibid. Erit igitur hæc facultas in eo, ut definire rem possit, neque id faciat tam presse & angustè, quàm in philosophorum disputationibus fieri solet. de Legi. 170 b, Videamus igitur rursus, priusquam digrediamur ad leges singulas, uim naturamq; legis, ne cum referenda sint ad eam nobis omnia, labamur interdum errore sermonis ignoremusq; uim sermonis eius, quo iura nobis definienda sint. de Finib. 64 b, Omnis autem in quærendo, quæ uia quadam & ratione habetur oratio, perscribere primum debet, ut quibusdam in formulis ea res agatur, ut inter quos differitur, conueniat, quid sit id de quo disseritur. de Ora. 90 b, Si quis uniuersam & propriam oratoris uim definire, complectiq; uult, hic orator erit, qui, &c. de Orat. 123 b, Aliquid breuiter illustrare, uerbisq; definire. de In. 44 a, Definire uim uocabuli alicuius. de Fin. 143 a, Perficiendi uis ita definit à Stoicis, ut neget, &c. de Or. 153 a, Philosophi causam aut cõtrouersiam appellant, eamq; tribus literis, aut delibe ratione, aut laudatione, definiunt. de Fin. 101 a, Itaq; id definimus quod sit indifferens cum existimatione mediocri. Offi. 19 b, Quæ autem pars subiecta generi est, eam sic definiunt, ut id decorum esse uelint, quod, &c. & ibid. Atq; illud superius fic definiri solet decorum id esse, quo, &c. de Cl. 178 a, Definiendo explicare rem latentem. pro Sest. 23 a, Sed genus uniuersum breui circumscribi & definiri potest, omnes optimantes sunt, qui, &c. Of. 13 a, Itaque probè definitur à Stoici fortitudo, cum eam uirtutem esse dicunt propugnantem pro æquitate. de Orat. 107 a, Res inuolutas definiendo explicare. de In. 44 b, Definire rem uerbis breui terq; describere. de In. 68 a, Vis uocabuli definiẽda uerbis est. Or. 207 a, Rei, id est, eloquentiæ uim ac naturam explicemus. de Orat. 44 a, Artem definire ex rebus perspectis, planeq; cognitis, &c. de Or. 91 b, In hoc quidem certè propè idem nullis ut terminis circumscribar, aut definiat ius suum. I. P. 88 b, Qui mala dolore, bona uoluptate definiũt. de Or. 143 b, Atque his ferè ipsis definietur uiris. I. A. 216 a, Sedes sibi optimas, hortos, Tusculana, Albana definiunt. cont. Rull. 72 b, Dat præterea potestatem uerbo præcoriã, re uera regiam definit in quinquennium. Orat. 29 2 b, Sæpissimeq; extrema definiunt. ad Heren. 17 a, Si unam quanque rem certo naturæ termino definiemus. de Fin. 64 b, Epicurus negat definiri rem placere: sine quo fieri interdum non potest ut inter eos qui ambigunt, conuenat quid sit id de quo agatur. pro Mar. 135 a, Hic tu modum uitæ tuæ non salute rip. sed æquitate animi definies. de Fat. 142 a, Non tamen sequitur ut etiam sedere eos & ambulare principalibus causis definitum & constitutũ sit. Postquam. 203 a, Ne quæ æquum est tempore & die memoriam beneficij definire, pro Cor. 68 a, Loca quæ legionibus orbem terrarum, rebus illius gestis imperium populi Rom. definiunt. Ora. 202 a, Similiter extrema definire. pro Sest. 18 a, Qui imperium populi Romani orbis terrarũ terminis definiunt. pro Arc. 190 a, Res quas gessimus orbis terræ regionib. definiuntur. de Diuin. 127, Illi orbes qui aspectum nostrum definiunt. de Ar. 256 a, Quas ego optimatium discordias à dijs immortalibus definiri putem? Acad. 38 b, Tu mores fingas, fines bonorum constituas, officia describas, quam uiam in gredior definias, &c. Item cur quæ optimo iure esse debet, huic præcipuè rex iniurię definitur? pro Qu. 15 b, Tibi quid facias definit.

Definite, finitè. pro Cor. 61 b, Lex Gellia quæ definitè potestatem Pompeio ciuitatem donandi dederat. & de Or. 119 2, Definitè de singulis hominibus.

Definitio, onis. descriptio. de Orat. 100 b, Definitio est earum rerum, quę sint eius rei, quam definire uolumus, breuis & circumscripta quædã explicatio. & ibid. Definitionibus, quam uim res habeat est exprimendũ, & ibidẽ: Primum cuiusq; rei uim definitione declarare. de Orat. 118 b, Inuolutæ rei notitia definiendo aperienda est: definitio. nest oratio, quæ quid sit id de quo agitur, ostẽdit quàm breuissimè. Top. 221 b, Definitio est, quæ id quod quasi inuolutum est, euoluit. ad Her. 32 a, Definitio est, quæ rei alicuius proprias amplectitur potestates breuiter & absolutè. & ibid. Hæc exornatio omnem rei cuiuspiam uim & potestatẽ dilucidè proponit, & breuiter explicat. & ibi multa definitionum exempla sunt. de Fin. 64 b, Atqui hæc patefactio quasi rerũ opertarum, cũ quid quicq; sit aperitur, definitio est. de Or. 102 b, Faciam quod in principio fieri in omnibus disputationibus opportere cẽseo, ut quid sit illud de quo disputetur explanetur, ne uagari & errare cogatur oratio, si ij, qui inter se dissenserint, non idem esse illud de quo agitur intelligẽt. Offi. 2 b, Omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur quid sit id de quo disputetur. de Or. 116 a, In uerborũ definitionib. neq; abesse quicquam decet, neq; redũdare. itẽ, Atq; in hoc genere causarum nonnulli præcipiunt, ut uerbũ illud, quod causam facit, lucidè, breuiter uterque definiat: quod mihi quidem perquàm puerile uideri solet. alia est enim, cum inter doctos homines de ijs ipsis rebus quæ uersantur in ar

tibus

tibus disputatur, uerborum definitio: ut cum quæritur, quid sit ars, quid sit lex: in quibus hoc præcipit ratio atq; doctrina, ut uix eius rei quam definias, sic exprimatur, ut neque absit quicquam, neque superset. Top. 222 b, Definitiones aliæ sunt partitionum, aliæ diuisionum: partitionum, cum res ea quæ proposita est, quasi in membra discerpitur: ut si quis ius ciuile dicat id esse, quod in legibus senatusconsultis, rebus iudicatis, iurisperitorum authoritate, edictis magistratuũ, more, æquitate consistit. diuisionum autem definitio formas omnes complectitur, quæ sub eo genere sunt, quod definitur hoc modo: Ab alienatio est eius rei quæ mãcipi est, aut traditio alteri nexu, aut i iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Top. 222 b, Definitio est oratio, quæ id quod definitur, explicat quid sit. definitionum autẽ duo sunt genera prima: unum earum rerum quæ sunt, alterum earum, quæ intelliguntur, &c. Par. 233 b, Definitio genere declaratur & proprietate quadam aut etiam communium frequentia, ex quibus proprium quid sit elucet. Top. 228 a, Cum autem quid sit quæritur, notio explicanda, & proprietas, & diuisio, & partitio. hæc enim sunt definitioni attributa. ad ditur etiam descriptio, quãm Græci καταγραφὴν uocant. de In. 68 b, Breuis & apta & opinione hominũ definitio. de L. 161 b, Ita quæcunq; est hominis definitio, una in omes uaiet. de L. 161 b, Nulla dissimilitudo est in genere, quæ si esset, non una omnes definitio contineret. Part. 239 a, Definitio atque descriptio aut informatio uerbi. pro Sest. 23 a, b, Omnes optimates sunt, qui neque nocentes sunt nec natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti. I. V. 65 a, Quid est quæso Metellẽ iudicium corrumpere, si hoc non est? At. 285 b, An tu Romæ habitare, id putas incolumem esse? pro S. R. 27 a, Quid est aliud legibus abuti, nisi hoc modo accusare? de Or. 135 b, Vellem hoc esset, inquit labore. de Fi. 65 a, Voluntatem hanc esse sentiũt omnes, quam sensus accipiens mouetur, & iucunditate quadam perfunditur. de Diuin. 131 b, Hominum & tẽporum definitione sublata.

Definitivus, ua, uum. ut definitiua constitutio. de In. 68 a. & 46 a.

Definitvs, a, um. certus. Ep. 36 b, Nihil habent quod definitum sit, aut certum. d' Som. 127 b, Hic certus est in cœlo ac definitus locus. de Or. 109 a, Benedicere autem non habet definitam aliquam regionem. ad Her. 1 a, Si recta intelligẽtia & definita moderatione animi gubernetur. de Ora. 121 b, Genera esse definita non solũm numero, sed etiam paucitate. de Or. 112 b, Certum autem in quo quid i personis & in constituta re & definita quæretur. & 114 b, Vnum de certa definiraq; causa.

Defit, deest. Tus. 200 a, Pol mihi fortuna magis nunc defit, quãm genus. poetæ.

Defixvs, a, um. infixus, hærens in aliquo, positus. pro Fl. 146 Totum statum ciuitatis & omnem spem, &c. in uestra potestate, & in hoc uno iudicio positam esse & defixam. pro Do. 233 b, Porticus furoris Tribunitij, defixum iudicũ ad memoriam omnium gentium sempiternã. de Ar. 257 a, Vicia in aliquo penitus defixa atque hærentia.

Deflagratio, onis. exustio, flamma, ardor. pro Plan. 279 b, Cum mea domus ardore suo deflagrationem urbi minaretur. de Diuin. 103 b, Deflagratio futura aliqua cœli atque terrarum. de Fin. 103 b, Terrarum omnium deflagratio.

Deflagro, as. conflagro, comburor, ardeo. de N. 40 a, Quanocte natus Alexander esset, eadem Dianæ Ephesiæ templum deflagrauisse. de D. 86 b, Curia Saliorum deflagrauit. Ac. 30 a, Fore aliquãdo, ut omnis hic mundus ardore deflagret. I. A. 177 b. Illæ faces, quibus incẽsa L. Bellieni domus deflagrauit. Off. 71 a, Phaeton ictu fulminis deflagrauit. Para. 121 b, Aedes nympharum manu tua deflagrauerunt.

Deflagratvs, a, um. exustus. Tusc. 200 a, Fana flamma deflagrata.

Denvncio, as. quasi indico, palām dico, testor, ostento, significo, prænuncio. in Verr. 70 b, Siculis denunciatum esse audio, domum ad illum ut uenirent. Epistol. 179 a, Expectanti mihi tuas quotidie literas, Lupus noster subitò denunciauit vt ad te scriberem. Epistol. 195 a, Ego autem nūquam, cum mihi denunciatū esset à tuis ire aliquem, non edi. de Diuin. 94 a, Hector moriens propinquam Achilli mortē denūciat. de Orat. 93 b, Cum se ad omnia, de quibus quisque audire uellet, esse paratum denunciaret. pro Quin. 4 b, Sext. Alphenus denunciat se procuratorem esse. pro Cæc. 288 b, At ille denunciat fundum illum suum esse. pro Quint. 10 a, An cum Romæ domus eius fit, domus potius denunciem? pro Cecin. 303 a, Cur Ebuti de isto potius fundo quām de alio Cecinnæ denunciabas? In Ant. 187 b, Denunciare timorem alicui. pro Mil. 101 b, Quamobrem illa arma non periculum nobis, sed præsidium denunciant. in Ant. 108 a, At illa inimicitias mihi denunciauit. Offic. 8 a, Nullum bellum esse iustum, nisi quod denunciatum antè sit & indictum. Attic. 35 a, Clodius mihi adhuc denunciat periculum. Attic. 38 a, Clodius non mediocres terrores iacit & denunciat. Epist. 198 a, Quod senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denunciandum misserat. pro Fla. 146 b, Denunciare nouas inimicitias alicui. de Di. 100 b, Quibus portentis magna populo Rom. bella denunciabantur. pro Mur. 136 a, Catilina Sulpitio non denunciabat. pro Sest. 11 b. Denunciare iudicium alicui. pro Sext. Rosc. 36 b, Denunciare testimonium alicui. pro Cluent. 22 b, M. Aurius qui antè denunciarat. in Ant. 96 b, Testificor, denuncio, antè prædico, nihil eum factūrum, &c. Epist. 47 a, Monente & denunciante te. in Verr. 37 a, Moneo, prædico, antè denuncio. de Ora. 156 a, Plus enim aliquanto attulisti, quām tibi esset tributum à nobis atque denunciatum. in Ant. 189 a, Quid erat aliud nisi denunciare populo Rom. seruitutem? Epist. 66 b, Vt quicquid opus esset mihi denunciaret. Tusc. 174 a, Vt à Deo denunciātum uideatur. pro S.R. 49 a, Denunciare iudici, & denūciare in iudicium. pro Mil. 111 a, Mortem ab illo denunciatam palām Miloni & prædicatam.

Denvò, deintegrò. in Verr. 136 b, Sicilia te prætore cuncta denuò est. & 83 b, Recita denuò. ad Her. 30 a, Quæ denuò alio orationis membro excipitur. de Clar. 182 b, Deintegrò ordiens.

Deonero, as. exonero, depono. in Verrem 61 b, Quidquam commiserari & conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid & in te traijcere cœperit.

Deorsvm. (.Sursum. de Vn. 203 b. I. Sursum. de N. 15 a, Dērectò deorsum ferri.

Depaciscor, ris. depactus sum. paciscor, spondeo. Arti. 140 a, In quo non extimesco periculum: cum enim tot impetrandant, cur non honestissimè depacisci. uelim? pro S. R. 98 b, Cum illo partem suam depacisci & 37 b, Ipse tria prædia sibi depactus est. I. V. 160 b, Neque antè dimissus est, quām ad conditiones eius depactus est. de Iuuent. 61 a, Depacisci cum aliquo, ut aliquid fiat.

Depasco, scis. absumo, resecо. de Ora. 136 a, Qui à pecore eius depasci agros publicos dicebant. de Le. 167 b, Depasci ueterem possessionē Academiæ, ab hoc acuto homine non finemus. de Orat. 137 b, In summa ubertate inest luxuries, quæ stylo depascenda est.

Depeculator, oris. fur reipub. I. V. 67 a, Depeculator ærarij. I. P. 200 b, Depeculator, uexator, &c.

Depeculor, aris. est furari & compilare. In Ver. 68 a, Verres in prouincijs omnia fana depeculatus ē. & 69 a, In Ver. 218 b, Cur pro isto, qui laudem honoremq; familiæ uestræ depeculatus est, pugnas. I. V. 108 a, Eum omni argento spoliasti, & depeculatus es. ad Her. 32 b, Ciuitates, regna, domos omnium depeculatus est.

Depello, lis. pello, repello, expello, declino, propulso. (. Apeto, ascisco, assumo. I. C. 114 b, Non facilè tantam molem mali à ceruicibus nostris depulissem. & pro Flac. 146 a. & pro Dom. 225 b. pro Cec. 294 a, Dimoueri & depelli de loco. & contra Rull. 71 a. Episto. 7 b, Scito nos de uetere illa nostra diuturnaque sententia propè iam esse depulsos. pro Liga. 141 a, Depellere aliquem de proposita sententia. in Ant. 248 a, De falerno anseres depellātur. de Nat. 53 a, Stomachus agitatione linguæ depulsum, & quasi detrusū cibū accipit. de Fat. 144 a, Sequitur enim, ut si alia ab alia nūquā depellatur, ne contingat quidem alia aliam. pro Sest. 22 a, Qui ab aris, focis, ferrum, flammam depellit, &c. de Clar. 192 b, Lōgi sermonis initium depulisti. Att. pro Quin. 2 a, Tela depellere, & uulneribus mederi pro Cec. 289 a, Quo loco depulsus Cecinna, ramen, &c. de Arusp. 257 b, Qui patriæ conseruatorem urbe depulit. de Orat. 143 a, C. Cotta per inuidiam depulsus tribunatu. de Proun. 70 a, Virgines uoluntaria morte nefariam turpitudinem depulerunt. Antequām 194 b, Quem fortuna erexerat ad gloriam, eundē tribuni furor depulit ad calamitatem. pro Dom. 216 a, Depulsis & dissipatis copijs, hostiū. in Catil. 115 a, Cum & simulachra deorum immortalium depulsa sunt, & statuæ ueterum hominum deiectæ. Epi. 183 a, Vt tantummodo odiū illud hominis impuri, & seruitutis dolor depulsus esse uideatur. pro Sest. 20 b, Nec alia ulla re ab se mortem, nisi mortis opinione depulit. Epi. 26 b, Nisi iam ipsa ratio depulisset omnes molestias. & 107 b, Sed si morbum depulero, facilè ut spero, illa reuocabo.

Dependo, dis. pendo, soluo. Attic. 5 a, Mihi abiurare certius est quām dependere. Episto. 11 b, Dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopondisti. pro Sest. 27 a, Omnes reipub. pœnas præsenti morte depēderunt. In C. 120 a, Latorem legis Sempronię pœnas reipub. pepēdisse. Epi. 286 a, Quod spoponderis quemadmodum soluas, nisi is dependi facilè patiatur, pro quo spopōderis? Att. 231 b, Puto si quid in homine pudoris est, præstaturum eum, ne ferò quodammodo dependatur.

Deperdo, dis. amitto, perdo. pro Font. 280 a, Ne quid apud nos de existimatione sua deperderet. pro Cec. 305 a, De iure ciuitatis nihil potuit deperdere. de Pro. 71 a, Qui non solūm bona, sed etiam honestatē miseri deperdiderunt. Tuscul. 236 a, Nam qui timebit, ne quid ex his deperdat, beatus esse non poterit.

Depereo, ris. pereo. Top. 222 a, Si seruus, cuius usus fructus legatus est, deperisset. Attic. 20 b, Enitere, ut scheda nequa depereat.

Depingo, gis. pingo, describo. Aca. 13 a, Vt ea declarāt, quę cogitatione depingimus. de Nat. 9 b, Mens nostra quiduis cogitatione potest depingere. Or. 200 b, Minuta quædam numisq; depicta. pro S.R. 30 b, Quemadmodum uitam huiusce depinxeris.

Deploro, as. lamentor, conqueror. de Sen. 94 b, Non libet mihi deplorare uitam, quod multi & indocti sæpe fecerūt. pro Sest. 5 b, Necessariò mihi de ijsdē rebus esse arbitror, sinon subtilius disputandum, at certè dolentius deplorandum. de Or. 128 a, Quæ de altero deplorētur, ad suas res reuocare. In Verr. 122 a, Socijs ne deplorare quidem de suis incommodis licet. & 157 a, De iniurijs deplorare ac conqueri. Offi. 47 a, Deplorare interitum alicuius. Tusc. 250 a, Deplorare suam cæcitatem. pro Cluen. 31 a, Quorū alter eloquentia damnationem illam, alter tacita pietate deplorat. in Catil. 119 a, Vt nemo ne ad deplorandum quidē rei pub. nomen, atque ad lamentandam tanti imperij calamitatem relinquatur. in Verr. 271 a, Si ad saxa hæc conqueri, & deplorare uellem. de Senect. 78 a, Sæpe interfui querelis, quas illi deplorare solebant, &c. Attic. 32 a, Nam ita deploratę primis uersibus mansionem suam, ut quemuis mouere posit. I. A. 231 b, Quis est qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? Att. 153 a, Multaq;, inquam, de C. deplorabo.

Depono, nis. repono, colloco, abijcio, exuo, pono, cōmodo, credo. (. Suscipio. pro Cec. 305 a, De relinquo iam communem causam, populiq; ius in uestra fide ac religione depono. Off. 61 b, Athenienses statuerunt ut coniugibus & liberis Trœzenæ depositis naues conscenderent. I. Ant. 251 b, Cum in gremijs Mimarum mentem mētumq; deponeres. Epist. 203 a, Si audierit te ædificationem depositisse: id est, abiecisse. pro S.R. 20 a, Opprimi me onere officij malo, quā id quod mihi cū fide semel impositum est, aut propter perfidiā abijcere, aut propter infirmitatem animi deponere. pro Cæl. 49 b. Obliuiscor iniurias, depono memoriā doloris. contra Rul. 87 b, Sin aliter, eam opinionem hoc ipso in loco depositam & obiectam relinquatis. Att. 14 a, Animus mollis & ad accipiendam & deponendam offensionē. pro Cecin. 304 b, Non admittur ijs ciuitas, sed ab ijs relinquitur atque deponitur. Epistol. 99 b, Tu modò ineptias istas & desideria urbis depone. pro Quin. 8 a, Possumus petitoris personam capere, accusatoris deponere. in Ant. 250 a, Deponere alienum nomen ipse maluit, quām suum illis reddere. Episto. 25 a, Deponere simultatem. pro Cluent. 58 a, Deponere inimicitias ueteres. de Ami. 110 b, Deponere amicitias. (. Suscipere inimicitias. I. A. 220 a, Deponere errorē. Ep. 178 b, Deponere timorē. & pro Mil 102 a, in Pis. 80 b, Deponere prouinciam. Epistol. 60 a, Vt primum in cōcione prouinciam deposui, statim, &c. & Attic. 21 b, de Orat. 128 a, Gloriam partam abijcere atque deponere. in Antonium, 218 b, Prouinciam remitto, exercitū depono. pro Quint. 7 b, Depositis armis de re pecuniaria disceptare. Episto. 51 b, Cuius in sermone & suauitate, omnes curas doloresq; deponerem. in Ant. 264 b, Deponere mœrorem, & luctum. Att. 25 b, Sed quid ego hęc, quæ cupio deponere & toto animo philosophari? Item. Cum nostrum negociū aut cōfecerimus, aut deposuerimus. Acad. 39 b, Deponere aliquid de manibus. pro Syl. 170 a, Deponere ex memoria insidias factas. & pro Pom. 17 a, p S.R. 26 a, Deponere studium faciendi aliquid. Tuscul. 149 b, Sic nobis placet, nec pristinum dicendi studium deponere, & in hac maiore, & uberiore arte uersari. pro Planc. 295 b, Is deposuit simultates, quas mecum habebat. de Diuin. 131 b, Libri Sibyllæ ualeant ad deponendas potius quā ad suscipiēdas religiones. pro Syl. 179 b, Cæcilius deposito onere domestici officij, nihil postea nisi de reipubl. commodis cogitauit. cōt. Rul. 80 a, Deponere inuidiam, pecuniam condere. Offi. 14 a, Deponere imperium. (. Accipere imperium. de Orat. 147 a, Ponere uicia: id est, deponere. de Natur. 28 a, Consules imperium deponere, consules abdicare. Epist. 28 a, Rationes mei quæstoris Apameæ deponere cogitabamus. Quin. Fr. 316 b, Tribunitij candidati HS. CCCC. apud M. Catonem deposuerunt. I. V. 206 a, Habere aliquid depositum apud aliquem. Atti. 245 a, Apud me item puto depositum. Offic. 75 a, Deponere pecuniam apud aliquem. de Legib. 178 a, Credere pecuniam alicui.

Depopvlatio, onis. uastatio. pro Font. 283 a, Prouincia à Thracum depopulatione defensa. de Ar. 244 a, Qui excisionem, inflammationem, euersionem, depopulationem, uastitatem meis omnib. tectis atque agris intulerunt. I. V. 68 b, Aedium sacrarum, publicorū operū depopulatio. I. P. 88 a, Agrorum depopulatio. I. A. 199 a, Depopulationes, uastationes, &c. pro Do. 243 a, Non me bonorum direptio, non uectorū excisio, non depopulatio prædiorum, non præda consulum ex meis fortunis crudelissimè capta permouet.

Depopvlator, oris. prædator, direptor. pro Do. 215 b, Depopulator fori, obsessor patriæ.

Depopvlor, aris. uasto, diripio, depopulationem infero. I. V. 56 b, Verres Siciliam per triennium depopulatus est. I. A. 252 a, Antonius agros depopulatus est.

Deporto, as, affero, exporto, palam porto, porto. pro Dom. 235 b, Hoc simulachrum quidam homo nobilis ad ornatū ædilitatis suæ deportauit. pro Pom. 15 b, Pompeius bellum in Africa confecit, uictorem exercitū deportauit. Ep.

102 b, Nihil ex ista prouincia potes, quod iucundius sit deportare. I. V. 59 a, Illi quidem, ut est hominum genus nimis acutum, & suspiciosum, non re ex Sicilia in Verrē deportare uelle arbitrantur, sed quod ijsdem literis illius prætura & tua quæstura consignata sit, asportare te uelle ex Sicilia literas suspicantur. Item: Vt ante Calen. Sext. omnes decumas ad aquas deportatas haberet. Off. 16 a, Deportare triūphum ex prouincia. Epi. 119 b, Mittam, qui pantheras alāt, & eas deportent. in Verr. 243 b, Tertia illa tua, quam tecū deportabas pro Mur. 126 b, Aliquod aut in Asia susceptū, aut ex Asia deportatum flagitiū ac dedecus. Ep. 256 b, Mihi placebat fi firmior esses, ut te Leucadem deportares, ut ibi te planè confirmares. de Sen. 77 a, Teq; non cognomen solùm Athenis deportasse, sed humanitatem.

Deposco, scis. omnino posco, appero, expeto. I. V. 88 b, Cum iste rer hoc sibi ad quæstum suum depoposcisset. pro Flac. 194 b, Hoc non modò non recusò, sed etiam depoposcit. de In. 98 a, b, Quam uolet sibi rē à magistratu deposcito. I. A. 190 a, Hoc non modò non recuso, sed appeto etiam atque deposco. pro S. R. 34 b, Te ne has partes tibi depoposcisse? pro Pom. 4 b, Pompeium ad id bellum imperatorem ab omnibus deposci atq; expeti. pro Pom. 12 a, b, Populus Rom. unum sibi ad commune omnium gentium bellum, Cn. Pompeium imperatorē depoposcit. I. C. 105 b, Qui sibi has urbanas insidias cædis atq; incendiorū depoposcerat. I. Ant. 248 a, Sed hāc mihi dissipationem pro paterna necessitudine & coniunctione deposco. Attic. 69 a, Hortensio deposcē ti cætera mea mandata uniuersè mandaui.

Depositvm, ti. alicui commendatum uel creditum. Off. 7 a, Vt non reddere depositum, etiam ne furioso promissum facere. & 71 a, Tusc. 194 a, Qui propter auaritiam clām depositum non reddit, quod est iniustitiæ.

Depositvs, a, um. creditus, commendatus. contra Rul. 74 b, Misimus qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent. I. V. 77 a, Itaq; mihi uideor magnam & maximā, ægrā & propè depositam reipub. partem suscepisse: id est desperatam.

Depravate & corrupte iudicare de aliqua re. de Finib. 63 b.

Depravatio, onis. corruptio, distortio. Offi. 73 b, Depravatio & fœditas turpificati animi. de Leg. 161 a, Depravatio consuetudinum, & opinionum uanitas. & 177 b, Hæc nō interpretatio, sed depravatio uerbi est. de Or. 132 a, Oris depravatio non digna nobis. Part. 241 b, & de Diu. 136 b, Depravatio uerbi.

Depravatvs, a, um. de Diu. 128 a, Quædam contra naturam depravatā habere, & ea ab natura restitui atq; corrigi, &c.

Depravo, as. corrumpo. de Finibus 52 a, Epicurus quæ corrigere uult, depravare mihi uidetur. Att. 157 a Filius indulgētia uidelicet nostra depravatus est. Brut. 289 a, Multi ad depravandum parati. contra Rull. 85 b, Nimiæ rerum copiæ illos depravabāt. in A. 159 a, Mores hac dulcedine corrupte laq; depravati sunt. pro Arch. 187 a, Ea quæ depravari non possunt, repudias tabulas: quas dicis solere corrumpi, requiris. de Fin. 71 b, Depravari mala disciplina.

Deprecatio, onis. detestatio, amotio, remotio, precatio, postulatio. de In. 75 a, Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur. Para. 241 b, Ad eius facti deprecationem ignoscendi petenda uenia est. & de Or. 162 a, pro Rab. 96 a, Huic afferet aliquam deprecationem periculi, ætas illa, qua tum fuit pro Cluen. 19 a, Vtar ea deprecatione ēqua, &c. Postq. 199 b, Non enim ille deprecatione redijt, sed, &c. I. An. 198 a, Nulla æquitatis deprecatio. pro Qu. R. 52 b, Quis enim deprecatione deorum, non conscientiæ fide permouetur. Epistol. 66 a, & 53 a, De Catilio, nescio quid ad me scripsisti deprecationis diligentissimæ. pro Cluent. 19 a, Aggrediar ad crimen cum illa deprecatione iudices, qua mihi sæpius utendum esse intelligo.

Deprecator, oris. qui reo ueniam & impunitatē deposcit, & eximit periculo. Att. 175 b, Filium misit non solùm sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. & 179 a, pro Pomp. 10 a, Cretenses ad Pompeium legatos deprecatoresq; miserunt. pro Fl. 146 a, Sperabam iudices honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum, quàm miserarium deprecatorem. pro Planc. 281 a, Deprecator fortunarū alicuius. pro Sest. 8 b, Deprecator salutis meæ. Epist. 21 a, Potē temeritatem nostri Dolabellę, deprecatorē me pro illius periculo præbeo.

Deprecor, aris. precādo impetro, supplico, recuso, detestor, remoueo. In V. 109 a, Iam qui tot scelera commisit, is nullū ab sese calamitatem poterit deprecari. Tuscul. 186 b, Qs nullum supplicium deprecatus est, neq; reculauit. pro Syll. 180 b, Multorum hic uitam est à L. Sylla deprecatus. Pol. quam. 199 a, Pro reditu P. Popilij multi cognati & affines deprecati sunt. & ibi. b, Me autem fratris lachrymæ à uobis deprecatæ sunt. & Epist. 53 a, Lachrimæ fratris deprecantur. Postquam. 212 a, Deprecari aliquem pro aliquo. pro Planc. 281 a, Custodem salutis meæ a nouis deprecor Iul. & ibid. Pro uno filio duo patres deprecamur. In Cicon. Vt à me quandam propè iustam patriæ querimoniam desister, ac deprecer. pro Clu. 34 b, Inuidia remota, quam demitigauit, oratio mea deprecata est. in Verr. 261 a, Deprecari mortē alicuius. & 269 a, Supplicij uim deprecari. contra Rull. 86 b, Si quid de libero, nullæ sunt imagines, quæ nobis deprecentur. Epist. 122 a, Deprecari iniuriam alicuius. pro R. 97 a, Non supplicium deprecarer, sed premium postularem. de Orat. 92 b, Ad extremum deprecari aliquid & conqueri. de Fi. 64 a, Primùm inquam deprecor, ne putetis, &c. I. V. 264 b, Seruilius & reuāte & deprecari. Orat. 209 b, Deprecari, supplicare. Ep. 163 b, Neque est ullum periculum, quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. pro Mur. 138 a, In quo ego accusatorem illud deprecabor, ne quid L. Murænæ dignitas illi noceat. pro Corn. 58 a, Deprecandæ maleuolentiæ causa. Att. 280 b, Mater & soror deprecatur pro pueris. 147 b, Auaritiæ crimina frugalitatis laudibus deprecari. pro Cæc. 290 b, Excusatione summæ stultitiæ, summæ improbitatis odium deprecari. Orat. 143 b, Cum Q. Catulus sibi non incolumem fortunam, sed exilium & fugam deprecabatur. pro Flac. 151 a, Tamen ciuis à ciuibus communis humanitatis iure ac misericordia deprecare, ne, &c. in Anto. 138 b, Primùm deprecor, ne ira sceleris. de Ora. 149 b, Quæ cum in sunt, paululum equidem de me deprecabor, & petam à uobis, ut, &c. Cæl. Epist. 111 a, Tamen in hoc te deprecor, ne, &c. de Ora. 127 a, Omnia semper pro amicorum periculis, nihil unquā pro me ipso deprecatus sum pro. Font. 181 b, Iratos hostium animos atque horribiles eorum impetus deprecari. Ep 198 a, Quos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denunciandum miserat. in Verr. 150 a, Deprecari aliquid ab aliquo. & 235 b, Tum deprecabitur à uobis. in Ant. 194 b, Pacem uult M. Antonius, arma ponas, roget, deprecetur.

Deprehendo, dis. comprehendo, animaduerto, agnosco, cōperio. de Cla. 187 a, C. Statienus in facinore manifesto deprehensus pœnas legibus & iudicio dedit. Orat. 218 a, Nec deprehendetur manifestò, quia à nobis de industria fiat. pro Clu. 21 b, Cum manifestò uenenum deprehēdisset. de Cl. 190 b, Sibi eum uenenum parauisse, idq; à se esse deprehensum dicebat. de Or. 192 b, Deprehensum me, inquit Antonius, planè uideo. pro Cæl. 40 a, Cū ego facinora eorum prius quam opinione, manib. antequā suspicione deprehendi. pro Qu. 11 a, Hominem P. Qu. deprehēdis, in publico conaris abducere, &c. in V. 148 a, Qui quod uitium in alterō reprehendit, in eo ipse deprehenditur. in Verr. 111 a, Vt tota res à nobis manifestè deprehenderetur. & 113 a, De gladijs & ficis, quæ apud se erant deprehensæ, respondit. &c. & ibidem: Propter sceleris manifesti atque deprehēsi. pro Mil. 113 b, Scutorum, gladiorum, pilorumq; multitudo deprehendi posse iudicabatur. pro Flac. 154 a, Cerā deprehensa considerem totius testimonij fictam audaciam manifestò comprehensam atq; oppressam teneri. Epist. 188 b, Tabellarios deprehendere, literasq; intercipere. & 116 b, Deprehendi cum aliqua muliere. de Or. 134 a, Deprehendi in adulterio. Or. 204 b, Aliquid manifestè deprehensum apparere. de In. 63 b, Deprehendi in maleficio. in Ver. 39 b, Deprehendi in manifesto scelere. Att. 7 a, P. Clodius deprehensus domi C. Cæsaris.

Deprehensio, onis. pro Cluen. 27 b, Manifesta uenenī deprehensio.

Depressvs, a, um. demissus.)(. Sublatus. in Pis. 82 a, Altero ad fontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio. In V. 249 b, Lætumiæ opus ingens in mirandam altitudinē depressum. ad Her. 21 a, In conquestione utemur uoce depressa: id est, humili.

Deprimo, mis. affligo, prosterno, conculco, depello, demitto.)(. Extollo, erigo, effero. I. P. 88 a, Etiam ne uos meam fortunam deprimitis, uestram extollitis? de Sen. 93 a, Est enim animus ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram. Tusc. 238 a, Tantum propendere illam boni sui in lancem putat, ut terram & maria deprimat. pro Clu. 56 b, Hoc modo sæpe multorum improbitate depressa ueritas emergit. Epistol. 140 b, Batuit, inquit, impudenter, depsit multo impudētius. ad Her. 16 b, In quib. extranea cā concierdet deliberationem, in his ea ipsa erit cā ad agendū, aut deprimēda. & 20 a, Si quam maximè depressa ac sedata uoce principia dicemus. pro Pomp. 7 a, Ac eodem imperatore classem magnam superatam esse atq; depressam. pro Arch. 190 a, L. Lucullo dimicante cum interfectis ducibus depressa est hostium classis.

Depromo, mis. exprimo, profero, expono, eruo. de Orat. 119 a, Vt habeant, unde statim possent argumenta deprimere. 120 a, Illa deprome nobis, unde afferas, &c. de Fin. 108 a, Nam è quibus locis quasi thesauris argumenta deprome rentur, uestri ne suspicati quidem sunt. Epi. 205 a, Et pollicitus sum, me ex intima nostra arte depromptum mirificum genus commendationis. Off. 43 b, Altera ex arca, altera ex uirtute depromitur. de Orat. 138 a, Res penè ex intima defensione depromptæ. pro Cl. 29 b, Cum illa uerba ex intimo artificio depromptisse, respicite iudices, &c. de Ora. 101 a, In causis priuatis depromenda sæpe oratio est ex iure ciuili, & 106 a, Mutius quid attulit, quod de re ciuili depromptum uideretur? de Orat. 107 a, Iuris utilitas ad quanque causam euamuis repentè, uel à peritis, uel de libris depromi potest. pro Pomp. 11 a, Pecunia ex ærario depromptā ad bellum administrandum. I. A. 186 a, Primum in Cæsarē maledicta congessit, depromptā ex recordatione stuprorū suorum. I. V. 182 b, Depromere aliquid domo alicuius. Parad. 116 b, Vereor ne cui ex Stoicorum disputationibus, nō ex meo sensu depromptā hæc uideatur oratio.

Depso, sis. depsui. manu subigendo emollire ac omnino pinsere: à Græco δέψέω: id est mollio, coquo, tingo: etiamsi latinis obscœnum aliquid significarit. Ep. 140 b, Batuit, inquit, impudenter, depsit multo impudentius. Att. qui neutrum est obscœnum.

Depvgno, as. decerto, dimico. Attic. 106 a, Cum hoc aut depugnandum est, aut habenda è lege ratio: depugna, inquit, potius quàm seruias. Tusc. 210 a, Aiax depugnaturus cum Hectore. de Fi. 80 a, Torquatus cum Gallo apud Anienem depugnauit pronocatus. in Ant. 198 a, L. Frater, qui Myrmillo Mylasis depugnauerat. Att. 259 a, Calendis Ianuarijs erat fortasse præfidio, aut quidem antè depugnabitur.

Depvlsio, onis. expulsio, inficiatio. de Finib. 73 a, Adeptio boni.)(. Depulsio mali. I. A. 216 b, Seruitutis depulsio. de In. 45 a, Intentionis depulsio. & ad Heren. 6 a, Intentio occidisti Aiacem: inficiatio, non occidi. de Fin. 528 a, Voluptatis alij primum appetitum putant, & primam depulsionem doloris. de Vn. 203 b, Supina etiam ora cernuntur depulsione luminum.

Depvlsor, oris. expulsor. I. A. 165 b, Depulsorq; dominatus, quàm particeps esse maluit.

Depvlsvs, a, um. depulsus. ad Her. 27 a, Nam qui perduellionibus uēditat patriam, nō satis supplicij dederit, si præceps in neptunias depultus erit lacunas.

Depvto, as. puto, constituo, destino, dico, cōsecro, despōdeo. de Diu. 89 b, Proinde uide ne quem tu esse hebetem deputes æquè ac pecus, is sapientia munitum pectus egregium gerat. Accij.

Derelictio, onis. contēptio. Offic. 58 a, Cōmunis utilitatis derelictio, contra naturam est.

Derelictvs, a, um. desertus de Cl. 169 a, Ager incultus & derelictus. & ad Her. 22 a, Locus celebris.)(. Derelictus. I. C. 102 b, Aliquis perditus, & ab omni nō modo fortuna, ue rumetiam spe derelictus.

Derelinqvo, quis. desero. I. V. 174 a, Aratores agros deserent, totasq; arationes derelinquerent. pro Cecin. 105 a, Derelinquo iam communem causam, populiq; ius in uestra fide depono.

Derepente. pro Lig. 139 a, Si cum hoc domi fecimus; tu de repentè irrupisses, &c. de Di. 94 b, Sed quid oculis rapere uisa est derepentè ardentibus?

Derideo, es. lubo. delubo.)(. Arrideo. de Orato. 147 b, Quare istos omnes deridere atque contemnere. Quint. Fratr. 316 a, Domitius se derideri putat. pro Flacc. Pergameni te deriserunt, quid tu? Iudi te non intelligebas? de Opt. 423 b, Aut adhibiti derideantur: nam si arrideantur, esset idipsum Atticorum.

Derivatio, onis. deductio. Off. 35 b, Adde ductus aquarum, derivationes fluminum.

Derivo, as. duco, deduco, traho, mano, accersio. I. A. 235 a, Et cogeris partem aliquam in Asiam deriuare curæ & cogitationis tuæ. I. V. 104 b, L. Domitius alio responsionē suā deriuauit. pro Mil. 107 a, Dicam enim nō deriuandi crimini causa, sed ut factū est. Tus. 242 b, Iustitia nihil in suam domum inde deriuat. Ar. 6 a, Id poterat inficiari, poterat in alios deriuare. I. V. 118 b, Quid est quamobrem putes te tuam culpam non modò deriuare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse? & Ar. 56 a. ad Her. 14 b, Considerandū est ne tota causa mutata, in aliam causam deriuetur.

Derodo, dis. corrodo. de Diuina. 100 b, Clypeos à muribus esse derosos.

Derogatio, onis. diminutio. ad Heren. 9 a, Cum duæ leges inter se discrepant, uidendum est num quæ abrogatio aut derogatio sit.

Derogo, as. detraho, delibo, minuo.)(. Arrogo. de D. 138 b, Quomodo isti si somniū uerum euasit aliquod, non ex multis potius uni fidem derogāt, quàm ex uno innumerabilia confirmāt. pro Font. 278 b, Quorum uirtuti & rebus gestis fidem & authoritatem in testimonio inimiciarum suspicio derogauit. da In. 84 a, Digna ne causa uideatur, quare aut de magnificentia, aut de honestate quiddam derogetur. pro Qu. 13 b, Ne fides mea perfidia illius derogetur laboro. pro Cec. 286 b, De aduersarij testium fide derogatur. de In. 68 b, Derogare aliquid de dignitate populi. & 79 b, Derogare aliquid de lege, abrogare legem, commutare legem aliqua ex parte. pro Fl. 147 b, Nō ego nationi huic fidem derogo. ad Her. 9 a, Cum ostenditur id factum esse, quod ea lex sanciat, cui legi abrogatum uel derogatum sit. pro S. R. 33 a, Non enim mihi tantum derogo, tametsi nihil arrogo, ut te copiosius quàm me putem posse dicere.

Derthona, næ. urbs Ligur. am. Ep. 173 a.

Dervo, ruis. diruo, euerto. Ar. 258 b, De laudibus Dolabellæ deruam cumulum.

Descendo, dis. è loco superiore uenio, uenio, delabor.)(. Ascendo. in Var. 34 a, Vt cum iam Vectitus ad arbitriū tuū peroraffet, discendisset; de rostris, eum repente reuocares. Tusc. 210 a, Vt enim in inferiorem ambulationem descendimus, &c. pro Plan. 266 a, Cum ille domum descēdēs rogasset Grannium, quid tristis esset. pro Quin. 9 a, Viri boni eum experiundi potestas non est, timidè & pedetentim huc descendunt. in Verr. 53 a, Subitò nunc mutata uolunta te ad accusandum descendere. de Orat. 107 a, Quantò minus est ad iuris ciuilis dediscendi occupationem descendēdum? pro Mur. 137 a, Non qui odio inimicitiarum ad accusandum, sed qui studio accusandi ad inimicitias descenderunt. pro Cæl. 37 b, Si constituetis iudices, non descensurū quenquam ad hanc accusationem fuisse, cui utrum uellet, liceret. pro Font. 276 a, Videte quò descendam iudices. I. A. 215 a, Consensus populi Ro. qui iam descendit in causam. I. V. 144 b, Placet mihi ista defensio, descendo, æqua enim conditio, æquum; certamen proponitur. de Sen. 83 b, In equum ascendere.)(. Ex equo descendere. de Or. 164 a, Est item contrà quiddam in remissione grauissimum, quo tanquam sonorum gradibus descenditur. Asin. Epistol. 166 a, Si nihil in Lepido spei fit, descensurum ad extrema, & non modò nationes, sed etiam seruitia concitaturum. in Verr. 96 a, Ad omnem animi remissionem ludumque descendere. Cæl. Epistol. 118 b, Alterutram ad conditionem descendere uult Cæsar: ut aut, &c. Tuscul. 118 b, Descendere in aliquod certamen. ad Heren. 37 b, Descendere in

magnam dimicationem uitæ. de Or. 133 b, Descendere in forum. Off. 68 a. Descendere in rostra.

DESCISCO, scis, desicio, retrahor. I. A. 235 a, Cum à republica pestiferi cines descciuerint. & pro Rab. 95 a. d' Ar. 153 a, Tibi Gracchus à senatu descciuerat. & 214 a, Desciscere à patribus. Attic. 25 a, Neque me unquam pœnitebit, quod à me ipse non descciuerim. Epist. 16 b, Qui ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem descciscerem. & ibid. A me que ipse deficerem. de Fin. 110 a, Scire cupio, quæ causa sit, cur Zeno ab hac antiqua institutione descciuerit. de Fin. 103 a, Sæpe officium est sapientis desciscere à uita, cum sit beatissimus. Acad. 12 b, Desciscere à ueritate.

DESCRIBO, bis. definio, designo, descriptionem facio, distribuo, scribo, exscribo, transcribo. de Orat. 103 a, Crassus mihi uisus est oratoris facultatem, nõ illius artis terminis, sed ingenij sui finibus immensis describere. de Inuent. 44 b, Definire rem uerbis breuiterque describere. ad Her. 9 b, Primùm igitur uocabuli sententia breuiter describeretur. & 14 a, Quadruplator, ut breuiter describam, capitalis: est enim improbus & pestifer ciuis. de Diui. 110 b, Quæ in Geometria describuntur, &c. Mathematicorum sunt, &c. de Senec. 89 b, Dimetiri atque describere ordines arborum, &c. pro Clu. 36 a, Si nos ut dicimus DCXLI. millia nummũ sexdecim iudicibus darentur, non Archimedes melius potuit describere. de Se. 78 a, Naturam sequimur ducem, à qua cum cæteræ partes ætatis bene descriptæ sint, non uerisimile est extremum actum tanquam ab inerti poeta esse neglectum. Ora. 209 a, Hominum sermones moresque describere. pro Cæl. 48 a, Si qua mulier sit eiusmodi, qualem paulo antè de scripsi, uita instituto que meretricio. in Pis. 94 a, Non meher culè contumeliæ causa describam quenquam, præsertim in genio sum, &c. pro Flac. 152 b, Flaccus descripsit pecuniam ad Pompeij rationem, quæ fuit accommodata L. Syllæ descriptioni. in Ver. 248 a, Ciuitatibus. pro Numero militum pecuniarum summas describere pro Fla. 152 b. L. Sylla omnes Asiæ ciuitates proportione in prouincias descripsit. Q. Frat. Vectigal, quod Græcis æqualiter Sylla descripserat. cõtra Ru. 83 a, Dena perscribit in singulos iugera. I. A. Quorum ipsorum bona quantacunque erant, statim suis comitibus corporibusque describpsit. I. C. 99 a, Descripsisti urbis partes ad incendium. & 112 b, Vt urbem omnibus ex patribus quemadmodum descriptũ distributumque erat, incenderent. & 107 a, Docui quemadmodum esset ei ratio belli descripta. Postquàm. 198 b, Quorum bona suis comitibus compotoribusque descripsit. de Orat. 87 a, Quæ mihi uidetur non tam ipsa aquila, quæ describitur, quàm Platonis oratione creùsse. & 122 a, Materiam orationis, cuiuscunq; sit generis, omnibus locis describptam, instructam ornatamque comprehendere. & 90 a, Ius ciuium generatim in ordines ætatesque descriptum. in Ver. 241 a, Verres precio, non æquitate iura describebat. de Offi. 11 a, Quæ descripta sunt legibus, & iure ciuili, hæc ita teneantur, ut sit constitutum. pro Quint. 8 a, Quis nobis ista iura tam æqua describit? & Offic. 25 a, Est proprium magistratus iura describere. Qu. de Pet. 213 b, Describere suum cuique munus. Attic. 254 b, O dies in auspicijs Lepidi descriptos. Quint. Frat. 308 b, Respondit ei uehementer Pompeius, Crassumque descripsit. de Orat. 135 b, Describere aliquid in multa genera. & 150 a, id est diuidere. d' Fin. 137 a, Archimedes, qui dum in puluere quædam describit attentius, ne patriam quidem capiam esse sensit. de N. 43 b, Cum solarium uel descriptum, aut ex aqua contemplere. Acad. 28 b, Tu mores fingas, fines bonorum & malorum constituas, officia describas, quã uitam ingrediar definias, &c. ad He. 39 b, Cum aliquius natura certis describitur signis. pro Mil. 110 b, Videlicet illi me latronem describebant. Epi. 119 a, Nam hoc quam uehementer ad me pertineat, in ijs, quas tibi illi reddent literis describpsi. Epi. 195 a, Dicam tuis ut eum librum describant, ad teque mittant. Acad. 4 a, Qui se ab ipso libros dicerent describpsisse. Att. 123 a, Eam epistolam multis dedi describendam. & 210 b, Scripsit Balbus ad me, se à te quintum de Finibus librum descripsisse.

DESCRIPTIO, onis. designatio, figura forma distributio, definitio, dispositio. Offic. 228 a, Domus finis est, usus ad quem accommodanda est ædificandi descriptio. pro Sest. 29 a, Nos se descriptionem ciuitatis à maioribus uestris sapientissimè constitutam. contra Rul. 86 b, Vrbis salubritas, descriptio, pulchritudo. p Syl. 177 a, Tam descriptio totam per urbem cædis atque incendiorum constituta est. de Nat. 47 b, Ita demetata signant, ut tantis descriptionibus diuina solertia appareat. de Somn. 130 b, Cum cuncta astra eadem totius cœli descriptionem longis interuallis renuntiant. de Legib. 184 b, Magistratus, quorum descriptione omnis republicæ moderatio continetur. de Legib. 186 b, Descriptio magistratuum. & ibidem magistratuum compositio. de Legib. 50 a, Solers subtilisque descriptio partium corporis. contra Rul. 74 a, Vrbs & natura, & situ, & descriptione ædificiorum nobilis. Of. 35 b, Iuris æqua descriptio certaq; uiuendi disciplina. de Inuent. 52 a, Horum exempla & descriptiones, in præceptis elocutionis continentur. pro Dom. 239 a, Seruorum omnium uicatim celebratur uita urbe descriptio. de Diuin. 87 a, Quæ sit ab Actio Naui per lituum religionum facta descriptio. de Or. 114 a, Rerum ratio ordinem temporum desiderat, regionum descriptionem. Offic. 5 a, Similisque est priuatarum rerum descriptio. & 20 b, Hæc est enim ferè descriptio officij. de Nat. 90 a, Solers subtilisque descriptio partium in figuris animantium. de Natur. 7 a, Anaxagoras primùm omnium rerum descriptionem & modum mentis infinitæ in hac ratione designari & confici uolunt. Tus. 156 a, Rationem illi sententiæ suæ non fere reddebant, nisi quod erat numeris aut descriptionibus explicãdum. & 242 b, Descriptio experendarum fugiendarumue rerum. Acad. 40 b, Descriptio temporum. de Inuc. 69 a, Nominis breuis & aperta & ex opinione hominum descriptio.

DESCRIPTIO, cum & sententiarum lumen. ad Her. 36 a, Descriptio nominatur, quæ rerum consequentium continet perspicuam & dilucidam cum grauitate expositionem, &c. de Orator. 162 a, Vel grauissimum lumen augendi descriptio. Topic. 228 a, Descriptio quam Græci ὑποτυπωσιν uocant ut qualis sit auarus, qualis assentator, cætereaque eiusdem generis in quibus natura & uita describitur. ad Her. 6 b, Bis. Deinde factum nostrum cum uerbi descriptione coniungetur, &c.

DESCRIPTVS, a, um. dispositus, Qu. de Pet. 208 a, Fac ut plenè his in rebus descriptum ac dispositum suum cuique munus sit. de Fi. 105 b, Natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius. pro Do. 215 b, Cum desperatis ducibus decuriatos, ac descriptos haberes exercitus perditorum.

DESECO, as. seco. I. Empirici. Att. 255 a, Tu illud desecabis, de hoc conglutinabis. de Vniu. Partes rursus ex toto desecantur.

DESERO, ris. destituo, relinquo, derelinquo, non adsum, absum, desertum esse patior, prodo, à causa alicuius recedo, negligo, prætermitto. in Verr. 174 a, Aratores agros deserent, totasque rationes derelinquerent. pro Quint. 94 Viri bonis multis uadimonijs desertis, læpe illusi ac destituti hoc faciunt. pro Quint. 8 a, Vadimonium sibi ait esse desertum. Att. 121 a, Turpe erit Domitium deserere implorantem eius auxilium. Atti. 60 b, A cæteris obiectionibus deseror, & uoluptatibus pro republica. Quin. Frat. 304 a, Amici partim deseruerunt me, partim etiam prodiderunt. Att. 252 b, Certè enim deseremur ocyus à re familiari, quàm à republica. pro Sest. 14 b, Non ne si uitam meam deseruisem, rempublicam perdidissem. Offic. 6 a, Prætermittendæ defensionis, deserendique officij plures solent esse causæ. pro Cecin. 305 a, Is nec suum deseruit, nec quicquam illius audaciæ concessit. & ibidem. Ius suum dissoluere relinquere. de Fat. 142 a, Vigila Crysippe, ne causam tuam deseras. pro Pomp. 10 a, Multas insulas esse desertas. Item: Multas urbes esse relictas. pro Cluen. 56 b, Illi quorum neminet audacia à malicia deseruntur. pro Syl. 178 a, Nonenim mihi deserenda est causa amici ueteris. Tusculan. 198 a, An tu cũ me in summam expectationem adduxeris, deseris? pro Planc. 261 a, Deinde fictentem me uirtutis tuæ deseruisti, ac dereliquisti. pro Cælio, 43 b, Si quem offendit huius splendor, si nitor, tam ista deseruerit. de Diuinatione 89 a, Vires uitaque corpus meum deserit omne. de Senect. 92 a, Deserere uitam. & in Verr. 258 b, Deserere exercitum. Epist. 5 a, Vereor ne aut eripiatur à nobis causa regia, aut deseratur. Offic. 6 b, Vt eos quos tueri debeant, deseruisse patiantur. Tusculan. 230 b, Non sum passurus amicos meos à me deseritos. I. A. 181 a, Cur honorem Cæsari tua lege datum deseri patimur? pro Sex. Rosc. 20 a, Sin à uobis deserar, tamen omnino non deficiam. de In. 79 b, Si tum cum spes deseruisset, opitulatus sit. Attic. 45 b, Deseri à mente id est præ nimio dolore insanire. Ep. 8 a, Multũ interest utrum laus minuatur, an salus deseratur. I. A. 225 a, Deserere ac prodere aliquem. Tuscul. 172 b, Fama nunquam deseret Curium. Attic. 48 b, Non deseram preces fratris, nec cæterorum promissa, nec spem uxoris, nec obsecrationẽ filiẽ, nec fideles literas tuas, id est, non frustrabor.

DESERTOR, oris. Postquam 220 b. Cum uiderem eos aut proditores esse, aut desertores salutis meæ. Attic. 124 a, Quid hoc miserius, quàm alterum existimari conseruatorem inimicorum, alterum desertorem amicorum?

DESERTVS, a, um. relictus, inculturus, uastus, uastatus, nudus. de Am. 106 b, Vita inculta & deserta ab amicis, non potest esse iucunda. in Pis. 100 b, Introitus in urbem desertus ab amicis. & 91 a, Vt nullius unquam reditus fuerit desertor. Ep. 61 a, Desertus ab officijs amicorum. & 5 b, Desertus & afflictus. Qu. Fr. 320 b, Nihil turpius, nec desertius. pro Clu. 40 b, Locus à Tribunitia uoce desertus. pro Cec. 285 a. & de Legib. 164 a, In agro locisque deserti. I. V. 271 a, In desertissima solitudine. cont. Rul. 82 b, Ager desertus à plebe atque a cultura hominum. Par. 233 b. & ad Her. 7 a, Loci celebres..)(. Loci deserti. Qu. Fr. 294 b, Multas dirutas & desertas urbes per te esse recreatas. pro Cæl. 46 a, Via deserta & inculta, atque intercluſa in frondibus & uigultis.

DESERVIO, uis. seruio. pro Syll. 172 a, Si officia mea, si operæ, si uigilię deseruiunt amicis, & præsto sunt omnibus. Of. 22 a, Item alij, qui diuitis perpetiantur, cuius deseruiunt, dum quod uelint, consequantur. de Legi. 163 b, Epicurei sibi indulgentes & corporibus deseruientes, &c. Ep. 263 b, Indulge ualetudini tuæ, cui quidẽ tu ad huc dum mihi deseruis, seruiuisti non satis.

DESIDEO, es. uel desido, dis. resideo, quasi descẽdo. de Diuin. 100 a, Labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinẽ terra desedisset. de Diuin. 96 b, Multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terræq; desederint. Desidere dicuntur terræ cum facta labe, id est, hiatu, quasi descendunt & demerguntur.

DESIDERABILIS, le. expetendus. Top. 226 b, desiderabile.)(. quo quis facilè carere possit. de Finib. 60 a, Nihil desiderabile concupiscunt.

DESIDERATIO, onis. desiderium, cupiditas. de Sen. 86 b, Nõ est uoluptatum tanta quasi titillatio in senibus, sed nec desideratio quidem.

DESIDERATVS, a, um. Postquàm 198 b, Omnia desiderata magis, quàm assiduè percepta delectant.

DESIDERIVM, rij. cupiditas, studium, amor, sitis igniculus desiderij. de Orat. 102 a, Ea si paululo latius dixeris expleris omnem expectationem diuturni desiderij nostri. Tuscu. 213 b, Desiderium est libido eius qui nondũ absit uidendi. de Clar. 165 a, Hortẽsius extinctus, & autoritatis, & prudentiæ suæ triste nobis desiderium reliquit. Quint. Fr. 299 b, Annus tertius accessit desiderio nostro & labori tuo, de Amic. 111 a, Deinde requirunt atq; appetũt, ad quas se applicent eiusdem generis animantes, idq; faciunt cum desiderio, & cum quadam similitudine amoris humani. in Ant. 169 a, Is desiderium tui dissidijs ferre non potest. de Sen. 88 b, Homerus Laertem lenientem desiderium, quod capiebat è filio, colentem agrum fecit. Att. 144 b, Nunc emergit amor, nunc desiderium ferre non possum. Epist. 246 b, Voluntas, in qua inest aliqua uis desiderij. in Anton. 159 b, 160 a, Populus Romanus desiderium liberatoris sui perpetuo plausu & clamore leniuit. Postquàm. 199 b, Qui suo fletu desiderium mei, memoriamq; renouaret. Quint. Fr. 315 b, Faciam ut in medio dolore ac desiderio mei læteris. pro Rab. 93 a, Tyb. Gracchus magnum desiderium sui reliquit apud populum Romanum. pro Rab. 95 b, Qui hominis seditiosi imagine desideria imperitorum misericordia commoueret. Postquàm. 298 a, Vt aliquando uos memoria mei, desideriumq; teneret. de Senect. 83 b, Ne ille quidem magno desiderio tenebitur uirium. Epist. 24 a, Me mirum desiderium tenet urbis. Epist. 24 b, Spes triumphi in qua satis gloriose triumpharem, si non essem tam din in desiderio rerum mihi charissimarum. in Aut. 227 a, Brutus erat in desiderio ciuitatis. Ep. 260 a, Non ignoro quantum ex desiderio labores, sed, &c. & 255 b, Tum discedis à nobis, in quo tanto desiderio afficis, ut unam consolationem mihi relinquas fore ut utriusque nostrum absentia desiderium crebris & longis epistolis leniatur. Ep. 255 a, Vt tolerabilius ferimus igniculum desiderij tui, crebris nos literis appellato. 103 b, Sed magis ut desiderio nostri te æstuare putarem, & 234 a, Valete mea desideria, ualete. Epist. 233 b, Hem mea lux, meum desiderium. Ar. 25 a, b, Satietas nostri.)(. Desiderium nostri.

DESIDERO, as. desiderio alicuius rei flagro, in desiderio alicuius rei sum, desiderium alicuius rei me tenet, ex desiderio laboro, desiderio uel studio alicuius rei teneor, requiro, postulo, sitio, quæro. de Sen. 82 b, Neque nunc uires desidero adolescentis, non plus quàm adolescens tauri uires desiderabam. Attic. 117 a, Sin erit bellum, ut uideo fore, partes meę non desiderabuntur. I. V. 222 b, Nec quicquam ex eo fano præter unum perparuulum signum ex aere desideratum est. Quint. Fr. 311 a, δεδιδαχεναι illam, quam tu soles dicere, bono modo desidero. de Pro. 78 a, Cum uos me ut charissimum filium desiderabitis pro Planc. 251 b, Desiderarunt. re, inquit, oculi mei. cum tu esses Cyrenis. Att. 76 b, Dum hęc quę longiorem desiderant orationem summatim tibi perscriberem. de Orat. 101 b, Iam illa non longam orationem desiderant, quamobrem, &c. Attic. 132 a, Quis ab eis ullam rem laude dignam desiderat? & 200 a, Quis congressum meum aut facultatem sermonis desiderauit? de Cl. 175 a, Vnum excipio Catonem, in quo perfectus mo Stoico summam eloquentiam non desiderem. Orat. 198 a, Antonius multa in se & in alijs desiderans. Att. 11 b, Referitur ad consilium, una sola sententia præsidium non desiderauit. Qu. Fr. 325 b, Nec honores sitio, nec desidero gloriã. pro Ar. 191 a, Virtus nullam aliam mercedem laborum suorum desiderat, præter hanc laudis & gloriæ, pro Qu. 10 a, Desiderare uel requirere aliquid ab aliquo. I. V. 150 a, Et reliquos non desiderarer solum, sed etiam posceret & flagitaret. Epist. 104 b, Ius ciuile, doctorem usumque desiderat. Epist. 153 b, Lepidus, quod ego desiderabam fecit, ut, &c. & 76 b, Quãdo id te uideo desiderare. Epist. 18 a, In quo autẽ desiderare te significabas literas meas, præ te fers, &c. Epi. 108 b, Intellexi te ex libris meis animũ meum desiderare.

DESIDIA, diæ. inertia, ignauia, languor. cõtra Rul. 87 a, Qui propter desidiam in ocio uiuunt, tamen in turpi inertia capiunt uoluptatẽ. Tusc. 243 b, Sed nos umbris, delicijs, ocio, languore, desidia animum infecimus. In Sal. 273 b, Homo desidię ac luxurię plenus. pro Sest. 26 b, Sed mihi omnis oratio est cum uirtute, non cum desidia. de Cl 165 b, Configere in portum, non inertiæ neque desidiæ, sed ocij moderati atq; honesti. Offic. 25 a, Languori desidiæq; se dedere. Acad. 45 a, Hic gignebatur fuga desidiæ. ad Her. 2 a, Inertia, ignauia, desidia, luxuria. & 15 a, Socordia atque desidia.

DESIDIOSVS, a, um. ociosus. de Or. 151 a, Aliquid quod cum desidiosa delectatione uestiges. contra. Rul. 84 b, Inertissimum & desidiosissimum ocium. ad Her. 34 a, Vt cũ desidiosam artem dicimus, quia desidiosos facit.

DESIGNATIO, onis. descriptio. de N. 6 a, Requiro omnem totius orbis designationem & apparatum. At. 57 a, Offendes designationem Tirannionis. de Ora. 96 b, Infinitæ rei quæstio sine designatione personarum & temporum.

DESIGNATOR, oris. qui ludis funebribus præest, quique locũ & tempus personis designat ad agendum. Attic. 56 a, Post has ruinas desertus à suis uix iam decimum designatorem, uix Gellium retinet.

DESIGNATVS, a, um. in annum proximum, aut consul, aut prætor aut Trib. pl. creatus, renunciatus, declaratus. Epist. 170 b, Cum Tribuni plebis haberent in animo de præsidio consulum designatorum referre. Attic. 6 a, Quod in epistola tua scriptum erat, me iã arbitrari designatum esse scito nihil tam exercitum esse nunc Romæ quàm candidatos. cõtra Rul. 69 a, Rullus iam designatus Tribunus plebis alio multa, alio uocis sono, alio incessu esse meditabatur. Attic. 38 a, Permagni nostra interest, te, si comitijs non poteris, at declarato illo esse Romæ. Item. Consul designatus à populi suffragijs

suffragijs, declaratus autem uel renunciatus ab alio consule uoce. pro Cl. 24 a, Designatus Reipu. ciuis: id est, infans in utero matris necatus.

DESIGNO, as. describo, noto, significo, constituo, definio. de N. 7 a, Anaxagoras omnium rerum descriptionem & modum mentis infinitæ ui ac ratione designari & confici uoluit. de Vn. 203 a, Quæ cum ita designasset, &c. de N. 77 a, Nec domus, nec respub. ratione quadam & disciplina designata uideatur, si in ea nec rectè factis præmia extent, nec supplicia peccatis. I. A. 224 a, Vt ique locum sepulchro pedes triginta quaque uersus designat. de D. 98 a, Neque dij ignorãt, quæ ab ipsis cõstituta & designata sunt. de D. 135 a, Sin uera diuina sunt, falsa autẽ humana, quæ est ista designandi licentia? I. C. 97 b, Catilina notat & designat oculis ad cædem unumquenq; uestrum. & 100 b, Cõsulares, qui tibi perſæpe ad cædẽ constituti fuerunt. de Ora. 94 a, Res aliquas uerbis designare, generibus illustrare, partibus distribuere. & 130 b, Hæc enim ridentur, quæ notant & designãt turpitudinem aliquam, non turpiter. contra Rull. 71 b, At quomodo nõ ij decemuiratũ haberent, quos plebs designauerit, oblitus est nullos à plebe designari. de Ar. 256 a, Nã hoc uerbo, nec Clodius, nec quisquã de gregali b. eius designatur. de N. 8 b, Aristoteles quodam loco mundum designauit Deum. de In. 49 a, Ex qua certum quiddam designatur oratori, in quo animum debeat habere occuparum.

DESILIO, lis. celeriter, & quasi saltu descendo. pro Mil. 106 b, Milo de rheda reiecta penula desiluit.

DESINO, nis. desisto, cesso, finem facio, omitto, conquiesco, confido, cado, prætermitto, intermitto. Ar. 19 a, Conuẽtus, qui initiò celebrantur, iamdiu fieri desierunt. de Som. 130 a, Quod sese mouet, nunquam moueri desinit. pro Qu. 5 a, Iste caput petere non desinit. de Or. 113 b, Illud iam mirari desino, hunc, &c. Epist. 179 a, Quem ego ad bellum cum mune uocare non desino. & 17 b, Non desinam tua decreta defendere. & 141 b, Te ad cœnas ire desisse molestè fero. Att. 272 a, Nam mihi stat alere, morbum desinere. de Fin. 73 b, Recte contra eos desitum est disputare. Epist. 159 b, Qui primus est Papisius uocari desitus. de In. 48 b, Ab eo in quo desitũ sit, rursus incipere. Offi. 38 a, Desitũ est enim uideri quicquam in socios iniquum. Epist. 95 b, Libenter meherculè artem definerem. Acad. 20 a, Define communibus locis. Or. 218 b, Hæc copia facultatem assert, non semper eodem modo definendi. Offic. 27 b, Vt incipiendi ratio fuerit, ita desinendi modus. de Or. 162 a, Illa quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter. Or. 216 a, Verba melius in syllabas longiores cadunt. de Cl. 189 b, Omittamus luge re. Epist. 194 a, Nam illum cohortari non intermittemus, quo in dies discendo longius procedat.

DESIPIENS, tis. demens. de D. 119 a, An est quisquam ita desipiens, qui credat, &c. Epist. 37 a, Neq; enim eram tam desipiens, ut, &c. de N. 25 b, Nec enim tam desipieus fuisset, ut, &c. & 29 a, Desipiens arrogantia.

DESIPIO, is. demens sum, deliro. I. V. 260 b, Vtrum ego desipio, an uos quoq; doletis? Epist. 22 b, In quo cum obiurgarer, quòd nimio gaudio penè desiperem, ita me defendebã, &c. Epist. 14 a, Populus Atheniensis penè iam desipiens senectute, & ibid. b, Desipiente populo. pro Planc. 278 b, Licet me desipere dicatis. de Nat. 20 a, Desipere, delirare, dementem esse.

DESISTO, stis. cesso, intermitto, dimitto, discedo. I. V. 132 b, Vt aliquando de rebus ab isto iudicatis dicere desistamus. de Clar. 194 a, Cum amici me hortarentur, ut causas agere desisterẽ, quo duis periculum mihi adeundũ, quàm à sperata dicendi gloria discedendum putaui. Epist. 2 a, Põpeiũ hortari & orare non desistimus, ut, &c. pro Quin. 3 a, Auctionem Quintus uelle facere destitit. Tus. 181 a, Verbo de sententia destitisti. Ep. 60 b, Qui agerent cum eo, ut ab illa mente desisteret. Offic. 74 a, Docuit cur fabi a causã desistere necesse esset. pro R. P. 123 b, Vt magis pœniteret cœpisse, quàm liceret desistere. de Clar. 195 a, Nos non desistebamus augere illud, &c. Att. 264 a, Ego id facere non destiti. I. V. 256 a, Rogat eos, ut id facere desistant. Tuscul. 174 a, Vt homines mortem timere desistant. Quint. Fr. 297 a, Non desistunt nobis agere quotidie gratias honestissimę societates. Offic. 55 a, Cum sint docti à peritis desistunt facilè sententia. Acad. 16 b, & Offi. 55 a, Desistere sententia. Epist. 13 a, desistere pugna. Desistere causa. Epist. 14 a, Qui desistiterim pristina causa.

DESITVS, a, um. l. Defino. de D. 128 b, Nam si esset facilitas, non esset desitum. de Cl. 175 b, Veteres orationes post ante, ras, & plerisq; legi sunt desitæ.

DESPECTIO, contemptio. In Hor. Consolabitur eam magnitudo animi & humanarum opinionum alia quædam despectio. ex Non.

DESPECTVS, a, um. I. P. 101 a, Abiectus, contemptus, despectus ab omnibus.

DESPECTVS, us. ad Heren. 36 a, Ludibrio & despectui omnibus esse.

DESPERANTER, desperans. Attic. 234 a, Serius proficiscens, quod desperanter tecum locutus est, minimè miror, &c.

DESPERATIO, onis.)(. Spes, bona spes. Ar. 120 a, Fuga & maritima opportunitas uisa quæri desperatione. Tusc. 213 a, Desperatio est ægritudo sine ulla rerum expectatione melliorum. Attic. 173 b, Desperatio rerum Põpeij omniũ animos occupauit. Epi. 47 b, Tanta est omniũ rerũ amissio & desperatio recuperãdi. I. C. 109 b, Bona spes cum omnium rum desperatione confligit. Postquàm. 209 a, Qui me à desperatione ad spem reuocauit. Att. 285 a, Ita uerò imbecillitas & desperatio, &c. I. A. 177 a, Quæ propter cõsciencia scelerum desperatio uitæ? & 241 b, Desperatio victoriæ.

DESPERATVS, a, um. ab omni spe derelictus, destitutus, depositus. Acad. 9 b, Illos autem qui omnia incerta dicunt, quasi desperatos aliquos relinquamus. I. C. 105 a, Exercitus deiectus ex sensibus desperatis, ex rusticis mẽdiculis, &c. pro Syl. 182 b, Magnus & diuturnus & iã desperatus morbus. I. A. 200 b, Post discessum Iatronis uel potius desperationẽ gam. pro Domo. 218 a, Res penè iã desperata. pro S. R. 1 a, Alicui oppresso iam desperatoq; ab omnib. opitulari. V. 66 a, Hoc remedium est ægrotæ ac propè desperatæ reipublicæ. Epist. 224 b, in perditis ac desperatis habere aliquod negocium. I. P. 101 a, Despectus à cæteris, à seipso desperatus & relictus. pro Mur. 134 a, Desperatas iam pœnas exigere. Att. 67 b, Lustrum iam desperatum est. & 116 b, Causa publica desperata est. Quin Frat. 289 b, Cũ iam ab alijs desperata res esset. de L. 188 b, Quod est enim tam desperatum collegium, in quo nemo è decem sana mente sit? Att. 41 b, Sed meherculè tam obiectam compositionem spem non desperatisimam esse puto. & 261 b, Desperatus uetar Hippocrates adhibere medicinam. & 287 b, Reipublicam desperatam quoq; sanari puto posse.

DESPERO, as. diffido, perdidi spem faciendi aliquid, in perditis ac desperatis habeo, animo cado, hastas abijcio, à spe faciendi aliquid absum. de Fin. 137 b.)(. Spero, confido. Epist. 20 a, Tu tamen siue habes aliquam spem de reipublica, siue desperas, ea meditare, quæ, &c. de N. 118 a, Nõ equidem planè despero ista esse uera. de Or. 92 b, & Epist. 33 b, Ego quantum auguror coniectura, nõ despero fore aliquid, &c. Att. 3 a, Noli desperare eos meos facere posse. Ant. 123 b, Volo circũ uillulas nostras errare, quas me uisuri sum postea desperaui. Offi. 15 a, In quo considerandum est, ne aut temerè desperet, propter ignauiam, aut nimis confidat, propter cupiditatem. Or. 197 b, Nam neq; illud quod est optimum, desperandum est, neq;, &c. Quint. Frat. 304 b, Si ue restituimur, siue desperamur, nihil opus est, &c. I. C. 108 b, Essent illi quidem desperandi, sed tamẽ ferendi. de Am. 113 a, Cuius aures ita clausæ sunt ueritati, ut ab amico neminem audire nequeat, huius salus desperanda est. pro Mil. 112 a, Serui desperantes uitam domini. I. C. 108 a, Desperare honores uel aliquam rem: id est, non sperare. Epist. 90 b, Rhodij nos & rempublicam ualde desperauerunt. pro Mur. 134 b, Vt honorem desperasse uideatur. Epist. 191 b, Desperare de aliqua re. Epist. 156 a, Laterensis suo chirographo mittit mihi literas, desperans de se, de exercitu, de Lepidi fide, querensq; se destitutum. Attic. 127 b, Reipublicę causa, de qua desperaui. pro Cl. 31 a, b, Is eum promittis suis excitauit & simul saluti desperare uetuit. Postquã. 17 b, Bonos uiros lugere malui meas fortunas, quàm suis desperare. I. P. 97 b, Qui cum oppido desperassent, munimentis arcem cœperunt. & 98 b, Diffidens & desperans rebus suis. pro Mur. 134 b, Quoniam sibi hic ipse desperat.

Qu. Fr. 189 b, Cum iam ab alijs desperata res esset. Attic. 247 a, Desperaui: id est, prorsus diffisus sum. I. P. 18: b, De sperare ab aliquo.)(. & ibid. Habere spem ab aliquo.

DESPICATIO, onis. despicatus, despicientia. de Finib. 62 b, Vt odio, inuidia, despicationes aduersantur uoluptatibus fic, &c.

DESPICATISSIMVS, a, um. contemptiss. pro Sest. 10 b, Despicatissimi Tribuni furor, contemptissimi Consulis leuitas.

DESPICATVS, tus. despicatio. pro Flac. 160 a, Prouerbium, si qui despicatiui dicatur, ut Mysorum ultimus esse dicatur.

DESPICIENS, entis. de Or. 142 a, Nemo unquam tam sui despiciens, qui, &c.

DESPICIENTIA, tiæ. contemptio. Par. 237 a, Magnitudinem animi despicientia imitatur in contemnendis honoribus. Off. 40 b, Hæc animi despicientia admirabilitatem magnã facit. Of. 13 b, Despicientia rerum externarum. Tuf. 169 a, Totam uim bene uiuendi in omnium rerum humanarũ cõtemptione & despicientia ponamus.

DESPICIO, cis. contemno, despicatui duco. Academ. 33 a, Hos si contemnimus, etiam abiectos putamus, illos certè minus despicere debemus, &c. de Nat. 67 a, Nec uerè uulgi inscitiam despicere possum cum considero, &c. pro Sex. R. 41 a, Omnes despicere hominem præ se neminem putare. de Finib. 96 a, Omnia quæ cadere in hominem possunt, despicere, & pro nihilo putare. & ibid. Nemo potest id quod malum esse decernit, non curare atque contemnere. I. V. 168 a, Tu sic ordinem senatorium despexisti? & ibi. b, In alterius iniuria sese despectos, dignitatemq; contemptam & abiectam. de Sen. 78 b, Despici ab omnibus.

DESPICERE. non animaduertere, non attendere, oculis deijcere. pro S. R. 22 a, Simulatq; ille despexerit, aliquid huiusce modi moliantur. Q. F. 305 b, Si tuam solitudinem communemq; calamitatem nemo despexerit.

DESPICERE, uidere, animaduertere. de Finib. 121 a, Catuli, qui iam despecturi sunt. cæci æquè ut hi qui modo nati. id est, qui uisuri sunt. de Ar. 251 b, Tollam altius tectum, non ut ego te despiciam, sed ut, &c. pro Syl. 174 b, Et tot res, tantas, tam uarias mea sponte despexerim: id est animaduerterim.

DESPOLIO, as. spolio, dispolio. I. V. 159 a, Qui duxisti ad despoliandum Dianę templum fuit. Attic. 107 a, Quintius ad bustum Basilij despoliatus est. Epistol. 233 b, Illud doleo, quæ impensa faciẽda est, in eius partem, miserã & despoliatam uenire.

DESPONDEO, des. pacisco, promitto, destino. Attic. 173 b, L. Lentulus Hortensij domum sibi & Cæsaris hortos despondet. Attic. 12 a, Desponsam homini iam Syriam ademi. Attic. 207 b, Nunc illam περὶ τελῶν σύνταξιν Bruto, uti tibi placuit, desponditmus. de Pro. 70 b, Vt prouinciam desponsam, non decretam habere uideatur. de Ar. 244 b, Desponsam iam & destinatam laudem alicui præripere. Epist. 116 a, Cornificius Orestillæ filiam sibi despondit. Attic. 2 b, & 5 b, Tulliolam C. Pisoni Frugi despondimus. de Orat. 105 b, Cum Seruius Galba Crassi filiam Caio filio suo desponderet. pro Cl. 55 b, Tum illa despondit ei filiã suam. Ep. 187 a, Exigua est spes reipublicæ, nam nullam non liberè dicere. sed quæcunque est, ea despondetur, anno consulatus tui: id est, promittitur.

DESTINATVS, a, um. designatus, constitutus. Attic. 196 b, Ais te putare si addiderimus aliud à quo refugiat cum ab ipso id fuerit destinatum, uenditurum. de Ar. 244 b, Desponsam iam & destinatam laudem alicui præripere. Tusculan. 176 a, Quicertis quibusdam destinatisq; sententijs quasi addicti & consecrati sunt. Tusc. 140 b, Alter præstò fuit ad horam mortis destinatam.

DESTINO, nas. attribuo, designo, decerno, constituo. Offic. 61 a, Cum eorum alteri Dionysius diem necis destinasset, & is, qui morti addictus esset, postulasset, &c. pro Sest. 17 b, Qui locus orbis terræ iam non erat alicui destinatus? Att. 216 a, Sed si Plancus destinat, cũ haberes difficultatem. Att. 248 a, At ego iam destinarã. Ep. 106 a, Quod tibi destinaras trapezophorõ, si te delectat habebis. Ep. 159 b, Non est annus hic tibi destinatus. ad Her. 5 b, Si prius aperuerimus quid oporteat ab ambobus in causa destinari, quo oratio omnis totius orationis conferatur.

DESTITVO, is. quod promisi non præsto, desero. I. A. 202 a, Qui ne sorti quidem fortunas nostras destituit, sed libidini cuiusque nos addixit. Attic. 16 b, Ita sum destitutus, ut nihil requietis habeam. pro Cl. 32 b, Is quæritur se ab Oppianico destitutum. I. A. 179 a, Quid eundem in decemuiratu non destituisti? pro Cl. 35 a, Destitui ab aliquo. pro Quint. 9 a, Viri boni multis uadimonijs desertis sæpe illusi ac destitutiẽ hoc faciũt. pro S. R. 37 b, Roscius socios induxit decepit, destituit, &c.

DESTITVERE, pro statuere, uel constituere. I. V. Porrò alios in publico custodiri, destitui alios in conuiuio. ibid. Quia Cleomenem in defendendo filio læserat, nudus penè est destitutus.

DESTITVTIO, onis. de relictio. pro Qu. 3 b, Destitutione illa perculsus Qu. à Scapulis pauculos dies aufert. pro Cl. 22 a, Vt iudices destitutione iratos illi redderet.

DESTRVO, is. tollo, deleo, diruo, euerto, diripio, excido, excindo, conuello, uasto, opprimo, extinguo, occido, interficio, dissoluo, disturbo, exuro, nullum alicuius rei uestigium relinquo, imaginem nullam reipub. relinquo, ruinam edo, extinguo & funditus deleo.)(. Construo, coagmento, de Sen. 92 a, Vt nauem, ut ędificium idem destruit facillimè, qui construxit. Of. 16 b, De euertendis diripiendisq; urbibus. pro Sest. 10 b, Vrbs excisa & euersa.

DESVBITO, pro subito de Rep. ex Nonio.

DESVDO, as. sudo, nitor. de Sen. 84 b, Desudare atq; elaborare in aliqua re.

DESVEFACTVS,)(. Assuefactus, assuetus. pro Cluen. 40 b, Is multitudinem iam desuefactam à concionibus, ad ueteris consuetudinis simillitudinem reuocauerat.

DESVLTORIVS, a, um. qui ex equo in equum facilè desilit, relicto priore, in alterum transit. hic comparatio est, qua Posthumij inconstantiam notat. pro Murẽn. 137 b, Qui nescio quo pacto mihi uidetur prætorius candidatus in cõsularem quasi desultorius, in quadrigarum curriculum incurrere.

DESVM, es. non adsum, deficio, absum. Quint. Frat. 309 b, 310 a, Huic conuiuio Quintus tuus defuit: id est, non affuit. pro Syl. 169 b, Vt mirari Torquatus desinat, me, qui Antonio abfuerim, Syllam defendere: id est, defuerim, nõ adfuerim, non defenderim. de Cl. 186 b, Paucæ sententiæ ad consulatum defuerunt. de Orator. 91 b, Nobis si ingenium, ut putas, non defuit, doctrina certè & ocium defuit. cont. Rul. 74 a, Oratio ad eius rei disceptationem non deerit. de Cl. 175 b, Et uita suppeditauit, & splendor ei non defuit. de D. 93 b, Siue deest naturæ quippiam, siue abundat atq; effluit. de Orat. 144 a, Nec in Antonio defuit hic oratorius, nec in Crasso redundauit. Epist. 64 a. Nunquam mihi tui ornandi uoluntas defuit. Epistol. 153 b, Quod si quis uestrũ nõ probabit, mihi prudentiam in consilio defuisse sciam, non illi erga patriã fidelitatẽ. pro Mil. 121 a, Tibi nullũ à me pietatis officiũ defuit. Epistol. 14 a, Tantũ enitor ut neq; amicis, neque alienioribus, opera, consilio, labore desim. Epist. 181 b, Quod officium tuum, uel in absentem me, uel in præsentes meos defuit? Epstol. 227 a, Non putaui fieri posse, ut mihi uerba deessent, sed tamen in C. Lenio commendando desunt. ibid. Sed uereor ne iam mihi superesse uerba putes, quæ dixeram defutura. de Claris orat. 176 a, Qui cum remiserant dolores pedum, non deerat in causis. de Ar. 252 b, Cibi hominum pœnæ desunt adhuc, non deorũ. I. A. 137 b, Cur ei bello propter timiditatẽ defuisti? I. A. 221 a, Non quod L. Philippo aut studium, aut cura defuerit, tanto munere. Attic. 61 a, Nec me tuo tamen ne mihi sermo desit abs te, quo magnopere delector. pro Flacc. 159 a, In hac republica ad quam opprimendam non animus eis, sed uires deficiunt & defuerunt.

DETERGO, gis. uel detergeo, ges abstergeo. In Ar. cum neque caligans detergit sidera nubes. Attic. 226 a, Primo anno LXXX detersimus.

DETERIOR, us, deterrimus. peior, durior, durissimus, nequissimus. de Ar. 257 a, Deterioris uerbum in eum maximè cadit, qui sit unus omnium mortalium fine ulla dubitatione deterrimus. & ibidem. Nullum decus reperiri potest, quod non in deteriore insit. de Opt. 243 a, Quod optimo dissimillimum

dissimillimũ est, id est deterrimum. de Or. 154 b, Quicquid detraxeris, uiciosius & deterius futurum est. Attic. 226 b, Rem non fecit deteriorem, haud scio an fructuosiorem. At. 143 b, Curfare huc & illuc uia deterrima. de Natur. 43 a, & de Cl. 188 b, Si corrigere aliquid uoles, deterius id faciet. I.A. 215 a, Res uerbo fieri interdum deterior solet. In Ver. 178 a, Nisi hoc statuistes quicquid dixisses, te deterius esse facturum. de Nat. 33 a, Natura non optima putanda potius quàm deterrima. I.A. 256 a, Deteriores iugulare cupio, meliores uincere. pro Cec. 288 a, Esse deteriore iure quàm cęteri ciues. pro Cec. 293 b, In iudicijs deterior causa est eorum qui fugiunt. pro Cor. 62 a, Nec ideo est Gaditanorum causa deterior, grauissimis enim & plurib. rebus est fulta. pro Qu. 3 b, Deteriore tempore absens auctionatur. de Ar. 258 a. Meliore loco esse. & ibid. Deteriore statu esse. Epist. 70 b, Ego ualeo, sicut soleo, paulo tamen etiam deterius quàm soleo. De Finib. 120 b, Ex his angustijs ista euaserunt deteriora quàm Aristionis. Item 50 b, Quæ tam inculta de malis Græcè Latine scripta deterius. ad Heren. 27 b, Vt si qua res honestiori ordini placeat, quę à deteriore ordine improbetur. ad Her. 17 b, Homo deterrimus. de Ami. 107 a, Tertius uerò ille finis deterrimus, ut quanti quisque se ipse faciat, tanti fiat ab amicis. de Legib. 172 a, Theophrastus autor haud deterior mea quidem sententia, &c. de Ar. 256 a, Hetrusci libri deteriores, & repulsos hos appellant, quorum & mentes & res sunt perditæ. & 257 a, De repulsis & deterioribus multa.

DETERMINATIO, onis. terminus, conclusio, finis. de In. 60 a, Conclusio est exitus & determinatio totius orationis. de Nat. 46 a, Cęli complexus, extrema ora & determinatio mundi.

DETERMINO, as. termino, concludo. de Or. 159 a, Et id quod dicit, spiritu non arte determinat. de Diu. 84 a, Omnia fixa tuus glomerans determinat annus.

DETERREO, es. dehortor, tardo, reuoco, auoco, deduco, repello, remoueo, restingo, auerto, debilito, summoueo, studium alicuius tardo uel restinguo. de Orato. 94 b, Neque hæc in eam sententiam disputo ut homines adolescentes à dicendi studio deterream. Epistol. 7 a, Sed ut ego ad certam laudem adhortor, sic à dimicatione deterreo. de Ar. 247 b, Non his delector literis, quæ nostros animos deterreant atq; auocent à religione. Attic. 278 a, Me quidem autoritas tua à nimio mœrore deterruit. de Orat. 107 b, Illud uereor ne maiorem uim ad deterrendum habeat q̃ ad cohortandum. de Cl. 189 b, Cæsar sanos homines à scribendo deterruit. At. 235 b, Non te Bruti nostri iulticulus ab ista oratione deterret? At. 284 a, Sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrere. de D. 125 a, Num igitur eorum frequentia Stoici de sententia deterrẽtur? Br. 173 a, Quod me de statu meo nullis contumelijs deterrere possunt. Att. 280 a, Is nulla re deterreri à proposito potest. Epist. 115 b, Deterreri ab officio. Tusculan. 168 a, Itaque non deterret sapientem mors, quo minus in omne tempus reipublicæ cõsulat. de Clar. 197 a, Nec uerò Aristotelem in philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis, nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia & copia cæterorum studia restinxit. pro Quint. 2 a, Deterrere aliquem ne faciat aliquid. Offic. 46 a, Eamq; iniuriam in deterrenda liberalitate sibi geri putant. de Or. 121 b, Debilitatus à iure cognoscendo: id est, deterritus.

DETESTABILIS, le. execrandus. Off. 36 a, Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. I. A. 232 b, Atq; hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter. Off. 22 a, Quo est detestabilior istorum humanitas, qui lacerarunt omni scelere rempublicam. Tuscul. 221 a, & 204. Iam ægritudinem laudare, unam rem maximè detestabilẽ, quorum est tandem philosophorum. Tusculan. 195 b, Res tetra, misera, detestabilis. de Sen. 85 b, Nihil tam detestabile tãq; pestiferum q̃ uoluptas. in Ant. 159 a, metui, inuidiosum & detestabile est. & 172 b, Hic execrandus populo Rom. & detestabilis est. de Am. 101 b, Scelus detestabile. I. A. 181 a, O detestabilem hominem.

DETESTATIO, onis. deprecatio. pro Domo. 241 b, Cum pro detestatione tot scelerum, unam aram nefariè consecrarat.

DETESTOR, aris, deprecor, remoueo. I.A. 193 a, O dij immortales auertire & detestamini quęso hoc omen. I. C. 204 b, Vt à me quandam propè iustam patrię querimoniam detester ac deprecer. I. A. 215 b, Proximi belli ciuilis causas ignoro, detestor exitum. I.P. 100 a, Omnes memoriam fulatus tui, facta, mores, faciem denique ac nomen à reipublica detestantur. I. Vat. 36 b, Omnes te uitant, & contemnerint, tanquam auspicium malum detestantur. de Natur. 25 b, Quæq; dixerit, inuidiæ detestandæ gratia dixisse. de Ar. 146 a, Detestaris hoc diligenter XI. Calend. Mart. id est, quasi ita non esse testaris.

DETEXO, xis. pertexo. de Orat. 123 a, Reperiunt non modo ea, quæ iam non possunt ipsi dissoluere, sed etiam quibus ante exorsa & potius detexta propè retexantur. Itẽ in Arat. His non perpetuum detexens conficit orbem. ad Her. 145 b, Nunc ego te ab summo iam detexam exordio.

DETINEO, nes, teneo, demoror, At. 154 b, Consilium tuum diu nos in longinquum tempus differs, tamen suspensum nos detines. Attic. 48 b, Hactenus Thessalonicę detentus fuisti. Lent. Epistol. 193 a, Nonnullis etiam ipsi magistratus suo niebant in suspicionem, detinuisse nos & demorator esse dum, &c. ad Heren. 23 b, Nunquam est enim quin aliqua memorię tradere uelimus, & tum maximè cùm aliquo magiore negocio detinemur. de In. 79 a, Quare in alienis negocijs detineantur.

DETORQVEO, es. deflecto, auerto. pro Cæl. 41 b, Voluntatis istium, quæ nullo negocio flecti ac detorqueri potest. Offic. 40 b, Voluptates animũ à uirtute detorquẽt. de Vn. 190 b, & Tusc. 239 b, Eamq; detorsit à latere in dextrã partem. de Or. 91 a, Vt ea ipsa nescio quomodo rursus detorquerẽs. Ut oratori propria traderes.

DETORTVS, a, um. de Fin. 39 b, Pars corporis imminuta & detorta. (. Apta, integra.

DETRACTIO, onis. diminutio. Of. 59 a, Detractio atq; appetitio alieni. de D. 118 b, Statuæ enim ipsæ efficiuntur detractione. de Vn. 198 a, Detractio confecti & consumpti cibi. Att. 197 b, Cuius loci detractionem fieri uelit.

DETRAHO, his. minuo, delibo, derogo, abrogo, deseco, auferro, decerpo, detractionem facio. pro Cl. 34 b, Nihil potest neque additum neq; detractum de re familiari latere. pro Cæl. 44 b, Claudia patrem triumphantem de curru deprehi passa non est. Epistol. 45 a, Ne quid de summo meo cursu te amore detractum esse uideatur. I.V. 189 a, Scribæ nomine binæ quinquagesimæ detrahebantur. de Am. 107 a, Malitæ res sunt, in quibus de suis commodis uiri boni multa detrahũt. I.A. 108 a, Celeritas de causa detracta est. pro Mil. 132 b, Quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferet laudibus. de Diu. 137 a, Nunc propter intermissionem forensis operæ & lucubrationes detraxi & meridianas nes addidi, quibus antea non utebar. de Diu. 105 a, Parui enim momentis, multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. de Finib. 55 a, Detractis de homine sensibus, nihil qui nihil est. pro R.P. 129 b, Restituere id quod detractum est ex aliqua re. Ep. 5 b, Nihil enim tibi detraxit senatus nisi id quod per eandem religionem dari alteri non potest. & ibid. Si quid ex ijs rebus, quas tibi fortuna elargita est, nonnullorum hominum perfidia detraxerit. & 34 b, Si absenti mihi unius mensis labor detractus esset. I. A. 235 b, Si quis hanc consuetudinem plerisq; in rebus bonos obuertẽdi tibi detraxerit, aliàs bonis. Acad. 2 b, Ne quid prudentis studijs de opera publica detrahemus. de Pro. 69 a, Quibus mihi homines ex prouincijs potissimum detrahendi fuerunt. contra Rull. 63 b, Dat de lucro, nihil detrahit de uino. pro Verrem. 203 a, Honorem debitum detraxerunt non homini, sed ordini. de Finib. 54 a, Detractis homine sensibus. I.V. 62 b, Cum ipse de ea facultate, si quam habet, aliquantum detracturus sit. Epistol. 69 b, Egi cum Claudia uxore tua, & cum uestra sorore Mutia, ut cum ab illa iniuria detrahere. In Ver. 81 a. Sed de meo iure aliquid & commodo remitto. Postq. 199 a, Non solùm calamitatem mihi detraxistis, sed etiam dignitatẽ auxistis uidemini. & 202 a, Mihi quod potuit sceleratorum furor detrahere, eripuit, abstulit, diuisit, pauit. Off. 56 b, Detrahere aliquid alteri, & rapere ad se commoda alterius. de Orat. 135 a, Cõcedere aduersario id quod tibi ille detrahit. pro Planc. 27 a, Nihil enim mihi

mihi crede, de te detractum, sed aliquid etiam de uirtute significatum tua. Quint. Frat. 299 a, Sermo eorum qui de te detrahere uolunt. pro Cæl. 38 a, Ea quæ accusatores deformandi huius causa, detrahendæ, spoliandæ dignitatis gratia dixerunt. Acad. 5 a, Socrates de se ipse detrahens. Offic. 27 a, Cum de absentibus detrahendi causa maledicè contumeliosęq; dicitur. In Verrem 212 a. Vt ipse de me detrahã. ad Atticum. 177 b, Ille non cessat de nobis detrahere. de In uen. 66 a, Detrahere de honestate alicuius. & Epistol. 38 a, Detrahere de Fama alicuius. Attic. 135 b, Cum aliquid de illo detrahatur, nefas esse approbare. pro Pomp. 5 a, Ne ue laus ei detracta oratione nostra, nec falsa afflicta esse uideatur. de Orator. 88 a, Ne de C. Lælij gloria detrahã. pro Flac. 152 a, Minuere gloriam alicuius. pro Rab. 94 b, Detrahere de aliquo, & eum in inuidiam uocare. Antequam. 197 a, Neque Quintus Metellus quicquàm de uirtute sua detraxit, quod cessit L. Saturnino, &c. pro Cec. 289 b, Detrahere de aliquo. & Off. 5 b, Aliter, alteri. pro Sexto R. 51 b, Nihil mihi detraham, cum illis exactæ ætatis seuerissimè fructum, quem meruerunt, retribuam. in Verrẽ 204 a, Detrahere aliquid de summa. Attic. 158 b, Rogaui, & si quid posset, ex ea summa detraheret. de D. 125 a, Cæsar Deiotaro detraxit Armeniam à senatu datam. de Natur. 76 b, Dionysius Ioui aureum detraxit amiculum. de Orator. 94 b, Fingere aliquem detractis omnibus uitijs, atq; omni laude cumulatum. Offi. 39 b, Quo quis callidior est, hoc inuisior detracta opinione probitatis. de Clar. orat. 189 a, Commentarij Cæsaris nudi omni ornatu orationis tãquã uestę detracta. pro Cl. 55 b, Vt hunc Oppianicum ad hanc accusationem detraheret. pro. Mil. 190 a, Detrahi in iudicium. de Pro. 35 a, At hi illum inimicum ex Gallia suis sententijs non detrahebant: id est, non reuocabant. de Arusp. 250 a, Qui sacerdotem ab aris detraxisti. Item: detrahere aliquem de cruce.

DETRIMENTVM, detrimenti, damnum. Ὄλεθρος (. Emolumentum. de Finib. 104 b, Emolumenta & detrimenta quæ ὀφελήματα, & βλάμματα appellant. de Orat. 88 a, Plura detrimenta publicis rebus quàm adiumenta per homines eloquentissimos importata. I.A. 201 a, Consules prouideant, ne quid resp. detrimenti accipiat. I. V. 104 a, Resp. detrimentum fecit, quod per te imperij ius in ciuitate imminutum est. & ibid. Non sine magno reip. detrimento. de Fin. 60 a, Plusq; in ipsa iniuria detrimenti est, quàm in his rebus emolumenti, quæ iniuria pariuntur. Attic. 265 a, Ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari, eodem magnam partem fortunarum traiecit suarum. de Cl. 165 a, Nostro incommodo detrimẽtoq; doleamus. pro Pomp. 6 b, Accipere detrimentum in aliqua re. & 16 b, ut in bello. In An. 179 b, Tua ista detrimenta sunt, illa nostra Plan. Epistol. 154 a, Tamen si quid Lepidus bene sentiens. detrimenti cepisset, hoc omne assignatum iri aut pertinaciæ meæ, aut timori uidebam. Plan. Ep. 156 b, Neque tamẽ refugiendo commissuri sumus, ut maius detrimentum respub. accipere possit. Off. 11 a, Quicquid sine detrimẽto possit commodari, id tribuatur cuiq. Ep. 260 b, Senatus consulibus prætoribus, Tribunis plebis, & bonis qui proconsules sumus, negocium dedit, ut curaremus ne quid respublica detrimenti caperet. pro Mil. 115 a. & I.C. 99 a, Vt uideret ne quid resp. detrimenti caperet.

DETRVDO, dis. depello, deturbo, expello, differo. de Ora. 89 a, Oratorem in iudicia & conciunculas tanquam in aliquod pristinum detrudi & compingi uidebam. Of. 23 a, Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenij non erunt, &c. de orat. 95 b, Detrudere aliquem ad id quod facere põt. de N. 53 a, Stomachus agitatione linguę deprimitur, & quasi detrusum cibum accipit. Quin. Frat. 305 b, In maximum luctum laboremq; detrusus sum. pro Quin. 4 b, Quintius de agro communi à Seruis communibus ui detrudi. pro Cec. 294 a, Potest ne detrudi quisquam, qui non attingitur? non ne, si uerbum sequi uolumus, hoc intelligamus necesse est? eum detrudi cui manus afferantur? necesse est, inquam, si ad uerbum rem uolumus attingere, neminem statu detrusum, qui non adhibita ui manu demotus & actus præceps intelligatur. de Vn. 203 b, Et ita dextra detrusit in lauã partem oculorũ, lęuaq; in dextram. Ep. 66 b, Quatuor

enim turres, & quatuor muros cepi, & arcẽ eorũ totam ex qua me niues, frigora, imbres detruserunt. Q. 314 b, Putantur detrudi comitia in mẽsem Martium: id est, differri. At. 66 a, Putant fore aliquem, qui comitia in aduentum Cæsaris detrudat, Catone præsertim absoluto.

DETVRBO, bas. demolior, deijcio, detrudo. I.V. 221 a, Tindaridani statuam istius deturbarunt. Parad. 129 a, Cum parietes disturbabas. pro Quint. 8 a, De fortunis omnibus P. Q. deturbandus est. In Pis. 89 b, Suum quẽque scelus de sanita te ac mente deturbat. I.P. 99 a, Illi statuam istius deturbãt, affligunt, comminuunt, dissipant. Qu. F. 328 b, Quod fi cęmentum bonum non haberem, deturbẽ ædificium? Parad. 121, Deturbare aliquem de possesione. Deturbari ex magna spe. Epist. 63 b, Sed hoc scito, uetes ueteres hostes, nouos amicos, uehementer literis perculsos, atque ex magna spe deturbatos iacere. Epistol. 198 b, Deturbari spe. Item: Neque solum spe, sed certa re iam & possesione deturbatus est.

DEVEHOR, uehor, aduehor. I.A. 154 b, Atq; ego celeriter Veliam deuectus sum.

DEVENIO, nis. uenio, prœuenio. de Ora. 131 a, Quæ cuiusmodi sint, facilius iam intelligemus cum ad ipsa ridiculorũ genera deuenerimus. I.P. 94 b, Deuenit, aut potius incidit in istũ Græculus, &c. Epi. 51 a, Quoniam in eam fortunã deueni, &c. p Mur. 130 b, Qui oratores euadere non possunt ad iuris studium deuenire. Ep. 97 a. Aut deueniendum in uictoris manus. At. 5 a, Nolebam illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus deuenire.

DEVEXATVS, ta. ualde uexatus. afflictus. Ep. 145 a, Per tot annos repub. deuexata.

DEVEXVS, a, um. deflexus. inclinatus. de D. 101 a, Lucus Vestæ, qui à palatij radice in nouam uiam deuexus est. At. li. 9. Aetas iam à diuturnis laboribus deuexa ad ocium, domesticarum me rerum delectatione molliuit.

DEVINCIO, deuincis. obstringo, alligo, constringo, comprehendo. pro Sest. 6 a, Hunc Pompeius omni cautione, fœdere, execratione deuinxit, nihil contra me esse facturum. Of 74 b, Fœdera, quibus etiam cum hosti deuincitur fides. p Cluen. 55 b, Vt eũ nuptijs alligatum. simul & testamenti spe deuinctum haberet in potestate. contra Rull. 63 b, Italiam omnibus uinculis deuinctam & constrictam tenere. Orat. 204 b, Nec aceruatim multa frequentia una complexiones deuinciet. de N. 56 b, Eloquentia nos iuris legũq; societate deuinxit. I.P. 85 b, Qui in Italiã omnes omnium gẽtium partes tribus triumphis deuinxit. de Fat. 144 a, Hi mentem hominis uoluntate libera spoliatam fati necesitate deuinciunt. de Ar. 244 b, Hic maximo se scelere deuinxit. pro Cec. 302 b, Ad duas dissimiles res duo deuincta interdicta sunt. Qu. Frat. 300 a, Hermippum non solum sermone meo, sed etiam familiaritate deuinxit. In Anton. 182 b, Cęsar aduersarios clementiæ specie deuinxerat. de Clar. or. 187 a, Verba eligere, collocare, & compresione deuinciri. Offi. 11 b, Sanguinis autẽ coniunctio & beniuolentia deuincit charitate homines Epi. 203 b, Ipsum præterea summo officio, & summa obseruantia tibi in perpetuum deuinxeris. I.V. 252 b, Cleomenes ab isto donis beneficijsq; plurimis deuinciebatur. pro Planc. 267 a, Tenere aliquem deuinctum largitione. Item, Is totam Hortensiorum domum deuictam consuetudine tenebat. de Clar. or. 133 a. P. Crassus cum seruio Galba affinitate sese deuinxit. Q. F. 300 a, Quem non solum sermone meo, sed etiam familiaritate deuinxi. Epi. 45 a, Ijs studijs, quibus uteroq; nostrum deuictus est. & 206 b, Tum uiros primos & homines & honestissimos summo beneficio in perpetuum tibi tuisq; deuinxeris. & 14 b, Cuius officijs me esse deuinctum cõfiteor. & 6 b, Hic tibi tua præstãti in eum libertate deuinctus est. & 88 b, Nunc tanto sum deuinctus eius beneficio, ut nemini plus debeã. Ep. 87 a, Omnes ferè familiarissimi eius deuincti meis magnis ueteribus officijs me diligenter obseruant. pro D. 239 b, Deuincire aliquem locum religione id est, dedicare.

DEVINCO, cis. uinco. supero. I.C. 101 a, Tu ad deuincendas perfringendasque leges ualuisti. de Natur. 27 a, Cum ad fluuium Sagram Crotoniatas Locri maximo prælio deuicissent. contra Rull. 84 a, Quibus Coss. Capua deuicta atque

que capta est.de N.27 b,Classe deuicta.Orat.211 a,Duellius qui Pœnos classe deuicit.contra Rull.73 a, Nuceriam suis præstijs deuincent.

Devinctvs,a,um.obstrictus.de Clar.Or.168 b, Nec in impeditis ac regum dominatione deuinctis nasci cupiditas discendi solet.Atti.263 a, Me maximo beneficio deuinctũ semper habebis.pro Cæl.45 a, Eum habere tuis copijs deuinctum non potes.de Pro.73 a, Nationes nondum legibus & iure certo, nec satis firma pace deuinctæ. pro Mil. 118 b,Pompeium nouo reditu in gratiam quasi deuinctum arbitrabatur.

Devitatio,onis.fuga,uitatio. Attic.252 a, Facilior & exploratior deuitatio legionũ fore uidetur, quàm piratarum, qui apparere dicuntur.

Devito,as.defugio,uito.I.V.68 a,Procellam temporis deuitauit.Attic.139 b, Ne Cæsar se à me deuitatum putet. Tuscul.188 b, Nullum ab ijs, qui in id certamen descendant, deuitari dolorem.

Devivs,a,um.qui de recta uia deflexit, à uia remotus, alienus,aduersus.Attic.25 a,Id & nobis erit iucundum, & tibi non sanè deuium.I.P.93 b,In oppidum deuium Beroã per fugisti. Attic.41 a,Sed itineris causa ut diuertat,primũ est deuium,&c.& 56 b,Metellus per itinera deuia ad campum currebat,&c.& 225 b,Trebonius itineribus deuijs proficiscitur in prouinciam.I. A.180 b, Quid Anagnini? qui cum essent deuij,obuiam ei descenderunt.de Amic.113 b,Quid enim potest esse tam flexibile, tam deuium quàm animus assentatoris?qui,&c.In Ant.201 b,Homo amentissimus atque omnibus consilijs præceps & deuius.Vita deuia.I.Pœnitet.

Devnx,cis.undecim unciæ, quasi una de asse dempta.pro Cecin.288 a.I.As.

Devoco,as.reuoco.de Pro.75 a, Nihil est quod eum de prouincia deuocent.& ad Heren.6 b, In suspicionem maleficij deuocari Tusculan.230 a, Socrates primum philosophiam deuocauit è cœlo.

Devolo,as.auolo,2.ufugio.pro Quint.17 a, Ab afflicta amicitia transfugere & ad florentẽ aliam deuolare.ad Heren. 29 b,Falsi amici simul ac fortuna dilapsa est, deuolant oẽs.

Devolvo,uis.reuoluo. I. A.211 a, Non auditis sententiam meam flagitari? cui cum pridie frequentes essetis assensi, postridiè ad spem estis inanem pacis deuoluti.

Devoro,as.ligurio,helluor.de N.53 a, Stomachi partes quæ sunt infrà quàm id quod deuoratur,dilatantur: quæ autem suprà,contrahuntur.Attic.57 b,Dudum circumrodo quod deuorandum est.Epi.177 b, Quocirca Segulium negligamus, qui res nouas quærit, non quod ueterem comederit nullam enim habuit: sed hanc ipsam recentem nouam deuorauit.I.A.208 b, Quapropter Quirites expectate,& paucorum dierum molestiam deuorate.pro Do.22 a,Cũ omnium locupletum bona spe & auaritia deuorasses. I.V.188 a,Non leuiter furta ligurire,sed denotare pecuniam.I.V. 103 b,Iste qui iam spe & opinione prædã illam deuorasset. & pro Flac.158 a,Quod erat spe lucrum deuoratum.& At. 12 a, Ille legis hæreditatem spe deuorarat. I.A.246 b,Beneficijs Cæsaris deuoratis. de Cl.191 a,Orationem à multitudine deuorari: id est, non planè intelligi.I. V.188 a, Deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. de Cl.186 a,M. Piso hominum ineptias & stultitias, quæ nobis deuorandæ sunt,non tulit.pro Sest.7 b, Verbum ipsum uoluptatis omnibus modis animi & corporis deuorabat.I. P.90 a, Cum partim eius prædæ profundæ libidines deuorassent: partim, &c.In Sal.275 a, Patrimonio non comesso,sed deuorato.Item: Quid enim tibi faciam?qui illos libros deuorasti?& alibi,In quo tu accepta tamẽ & deuorata pecunia Vtinachorum centũ talenta euomere non poteras. I.A.232 b,In omnium possessiones atq; fortunas impudẽtissimos oculos spe & mente defigit.

Devotio, deuotionis. dedicatio, consecratio, de N.62 b, Deciorum deuotionibus placatos esse deos.pro Dom.242 b,Hãc ego deuotionem capitis mei cum ero in sedes meas restitutus, tum denique conuictam esse & commissam putabo. Postq. 198 a, Eius deuotionis me esse conuictum iudicio deorum, &c. testimonio senatus, confessione inimicorum maximè lætor.

Devotvs, ta, tum,destinatus constitutus.de Ar.244 a,Accedit enim, quòd T.Annio deuota & constituta ista hostia uidetur.

Devoveo,ues.uoueo,destino,dedico,consecro.de Natur.2 b, Quidam imperatores se ipsos Dijs immortalibus capitis uelato uerbis certis pro repub. deuouerunt. de Diuinat. 91 a, P.Decius deuouit se, & in aciem Latinorum irruit armatus.& de Fin.77 b, Num etiam eius colleg. P.Decius princeps in ea familia cõsulatus,cum se deuoueret, & equo admisso in mediam aciem Latinorũ irruebat, &c.I.A.191 b,P.Decius cui maiorum suorum exempla persequens,pro alieno se ære deuouit.Para.117 b,Quæ uis patrem Decij, quæ filium deuouit?& immisit in armatas hostium copias? Postq.198 a,Cum me fortunasq; meas pro uestra incolumitate,ocio, concordiaq; deuoui. pro Dom.242 b, Meque meum caput hac cõditione deuoui,ut,si,&c.pro Dom.242 a, Quosdam se in medios hostes ad perspicuã mortem & salute exercitus iniecisse.Offic.71 a.Agamemnon deuouit Dianæ, quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno,immolauit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius.

Devs,dei. diuinus spiritus,diuina prouidentia, numen diuinum,præstans æternaq; natura,diuus,cœlestis, qui in deorum numero est,illæ cœlum atq; terras tuens & regẽs deus procreator ille mundi Deus,summi rectoris & domini nomen.Tusculan.162 a, Nec Deus ipse qui intelligitur à nobis,alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædam & libere,segregata ab omni concretione mortali,omnia sentiens & mouens, ipsaq; prædita motu sempiterno. de Nat. 12 b,Roges me, quid, aut qualis sit Deus: autore uate Simonide,de quo cum quęsisset hoc idem tyrannus Hieroni, liberandi causa sibi diem postulauit: cum idem ex eo postridie quæreret biduum petiuit: cum sæpius duplicaret numerum dierum, admiransq; Hiero quæreret cur id faceret: quia (inquit) quanto diutius cogito,tanto mihi res uidetur obscurior.de Natu. lib.1.Plato sine corpore deum uult esse,ut Græci dicunt, ἀσώματον, de Ar.248 a,Quis est tam uecors,qui cum suspexerit in cœlum,deos esse non sentiat.& ibi multa de Deo ac prouidentia.de Som.127 b,Ille princeps Deus, qui omnem hunc mundum regit, de Som. 128 b, Nouem orbibus connexa sunt omnia,quorum unus est cœlestis extimus,summus ipse Deus arcens & continens cęteros.de Somn.130 b, Deum igitur te scito esse,siquidem Deus est,qui uiget,qui sentit, qui meminit, qui prævidet, qui tam regit & moderatur id corpus, cui præpositus est, quàm hunc mundum princeps ille Deus. de Diuinat.198 a,Esse præstantem aliquam æternamq; naturam, & eam diligentiam admirandamq; hominum generi pulchritudinem mundi ordoque rerum cœlestium cogit confiteri.de Fin. bus,108 b, Sed etiam modestiam quandam cognitionem cœlestium affert,his qui uideant quanta sit etiam apud deos moderatio, quantus ordo: & magnitudinem animi, deorum opera & facta cernentibus: iustitiam etiam, cum cognitum habeas quod sit summi rectoris & domini numen. de Legib.161 a,Nulla gens est tam fera, quæ nõ etiam si ignoret qualem deum habere deceat,tamen habendũ sciat. de D.105 a,Quanto id deo est facilius, cuius nomini parent omnia.de Natur.26 b,Iupiter dominator rerum,omnia nutu regens, pater diuumque hominumque. de Vniuers.201 b,Deus, qui omnia genuit ad alios Deos genitos fatur. de Vniu.198 b,Sic deus ille ęternus,hunc perfectè Deum procreauit.de Natur.deorum 78 b,Nihil est quod Deus efficere non possit & quidem sine labore ullo.de Diuin.134 b, Nec frustra & sine causa quid facere, dignum Deo est. de Legib. 175 a, Et quod Thales dixit, homines existimare oportere,Deos omnia cernere, deorum omnia esse plena, fore enim homines castiores. Offic.72 b, Nunquam uereri aliquid deum, nec nocere.pro S.R.40 a, Commoda quibus utimur, lucemque qua fruimur, spiritumque quem ducimus à Deo nobis dari atque impartiri uidemus. Offic.38 a, Dij ratione utentes. & ibi. Deos placatos pietas efficiet & sanctitas. Attic.226 b, Nostri illi Heroes, sed Dij futuri quidam, in gloria sempiterna sunt. de Natur.37 b, Deos quosdam ex magnis beneficijs fuisse constitutos.de 67 a,Piscem Syri uenerantur. & ibi alia multa de deis aegyptiorum.de Sen.94 b,Sic me colite,ut Deum.I.V.259 a,& de N.17 b,Dij manes. Parad.118 a, Cum sitis siue Deus, siue natura dederit animum,&c.de N.12 b, Tragici poetæ cum explicare argumenti exitum non possunt, confugiunt ad Deum.pro Pomp.17 a, Testor omnes deos,& eos maximè qui huic loco temploq; præsident,qui omnium mentes eorum,qui ad rempublicam adeãt maximè perspiciunt. de Diuinat.116 b,Deos ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos & perflabiles,&c.de N.71 b, Deos ea facie nouimus,qua pictores & fictores uoluerunt.de N.76 b,Malos felices contra deos testimonium dicere.& 78 a,In prorum prosperitates secundæq; res redarguũt uim omnem Deorum ac potestatem.& 59 b,Magna dij curant,parua neglignt. Antequam.197 a, Testor eos deasq; omnes immortales,me,&c.196 b, Dij deæq; immortales, qui, &c. I.V.77 b,Dij patrij.de In.74 b,Ei Deo: idest, Dianæ.Atti. 77 b,Dij boni.& 96 b,Ac te apud eum,Dij boni,quanta in gratia posui.At.134 a,Quibus optimatibus,Dij boni. Tusc. 169 b,Dij boni quid lucri est emori.I. A.164 a, Quàm id (Dij boni)non decebat.de Clar.170 a,At quem uirum,Dij boni.At.225 b,O dij boni uiuit Tyrannus? de Clar.191 a, O Dij boni,quid quasi nos aliud agimus.Att.153 a, Reliquo,ò Dij,qui comitatus.Attic.236 a,O Dij boni,quam facilè perspiceres temere ocium.pro Sest.6 b, Alter ò dij boni,quãt eter incidebat.Off.32 b,Quid est enim per deos optabilius sapientia?I.A.216 a,Nunquid tale habemus?dij meliora,id enim ipsum agimus,&c.Attic.135 a,Dij auerrũcent.Item.Contra igitur?Dij inquis,auertuncent. Tusculan. 234 b,Cui,si Dijs placet, uidetur sapiens semper beatus.I. P.87 b, Appellatus est hic Vulturius illius prouinciæ (si dijs placet)imperator.I.A.190 b,His ducibus Dijs iuuantibus erimus liberi breui tempore.Quin.Frat.309 b,Dijs hominibusq; plaudentibus. Off.9 a,Doq; uolentib.cum maceratis Dijs. Dijs approbantibus iuuantibus.Epi.105 a, & 156 b,Meq; Dijs iuuantibus ante brumam expectabis. de Se.94 b,Si quis Deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam.Tusculan.153 b,Harum sententiarum quæ uera sit, Deum aliquis uiderit.At.92 a, Sed hæc deus aliquis gubernabit.At.138 b,Quid tu autem posis?aut quid homo quisquã? uix iam Deus. Tusc.170 a, Dij immortales sciunt,hominem puto scire neminem.de Orat.124 b, Qui ordo tibi placet,& quæ dispositio argumentorũ,in quo tu mihi semper deus uideri soles.Postquam.200 a,P.Lentulus,consul, parens,deus,salus nostræ uitę.pro Sest.28 a,P.Lentulus,cui iusego patrem Deum ac parentem statuo fortunæ ac nominis mei. Deus qua facie sit,aut ubi habitet,ne quærendum quidem est. Tusculan.q.lib.1. Deus qua mente sit futurus, quando ei aliquid ab impijs donatur,uetat Plato dubitare, cum uir nemo bonus ab improbo donari uelit, 2.de L.e.Si deus esset animus hominis,cur quicquam ignoraret? de N. deor.1.Si mundus est deus,quoniam partes mundi sunt,dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicenda sunt, de Natur.deor.1. Sapiens est mundus, & propter ea deus, de Natur.deor.2.Deus mundum ædificauit, secundum Platonem in Timæo.Tusc.q.lib.1.Deus aliquis mihi medicinã fecisse uideatur,14.Fam. Deus effector mundi atque moliator.de Vn.Deus uel effector mundi, si natus est: uel moderator,si semper fuit, Tuscul. q.lib.1 Deus inclusus corpore humano.Diu.lib.1.Deus is, qui erat, quum mundum crearet, de aliquando futuro Deo cogitans, de Vniuers.Deus nulli naturæ obediens,aut subiectus, 2.de Nat.deor.Deus ille noster Plato, 4.ad Atti.Deus Platonis de Timæo,opifex ædificatorq; mundi.de Nat. deor.1.Deus Platonicus, de Nat.d.1.Deus præsens & præponens,de Natura.d.1.Tãtus & tam præsens habetur deus, Tusculan.q.libr.1.Deus qui nos melius,quàm optare auderemus,liberauit,7.ad At. Fors uideri aut si quis est deus qui hæc curet, 4.ad Att.Nisi quis nos deus respexerit,1.ad Attic.Nisi quis deus uel casus aliquis subuenerit,16.Familiarũ.Deus significatur beatus & æternus,denatura deor.1 Vetat dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos suos demigrare,Tuscul.q.libro.1. Deus deuindex cõstituitur,ut præsentis pęnæ metu religio confirmetur,2.de Legib.Mundus,deus uolubilis, de N.d. 1,Dei formam intelligi nõ posse censet Aristoteles,de N. d.1.Dei formam mutabilẽ esse uult Heraclides Põticus,de N.d.1.Dei formam quæri non oportere;Socrates apud Xenophontem,de N.d.1.Dei notitiam nullũ est animal quod habeat præter hominem, 1.de Legib. Dei speciem cogitatione percipi cum sensu,de Nat.d. 1.Deo nihil minus gratum,quàm non omnibus patere ad se placandum & colendum uiam,2.de Legib.Deo isto rotundo quæ uita tribuitur. de Natu.d.1.Deo pie & castè satisfacere,14.Familiar.Deo nihil,quod quidem in terris fiat, accepimus est,quàm concilia,cœtusq; hominum iure sociati,quæ ciuitates appellantur,Som.Scip.Deo pater mundus,& huic obediunt maria, terraq; & hominum uita iussis supremæ legis obtemperat, 3.de Legib.Deo probitas grata est,sumptus remouendus, 2.de Legib.Deo proximum & antiquissimum id habendũ, quod sit optimum,2.de Legib.Deo sponsione uoti obligamur,2.de Legib. Non membra solum hominis deo tribuũt imperiti,se usum etiam membrorum, arcum, sagittas, hastam,& cætera,de N.deor.1.Deo tribuenda est ratio recta constans,2.de Nat.deor.Paulo post uocat perfectam & absolutam. Deum dixit Thales Milesius eam mentem quæ ex qua cuncta fingeret, de Natur. deor. 1. Deum qui esset optimus,fas nec est, nec unquam fuit facere quicquam, nisi pulcherrimum, de Vniuers.Deum pythagoras cesuit esse animum per naturam rerum omnem intentum & commeantem,ex quo animi nostri caperentur, de Natur.deor. 1. Deum noluit esse Xenocrates, mente adiuncta,omne pterea quod esset infinitum, de Nat.deor.1.Deum esse mundum & cęlum & astra & terram & animos,& eos quos maiorum institutis accepimus,de Nat.deor.1.Deum esse mundum,omnemq; uim mundi diuina natura contineri, de N. d.2.Deum solem & animum esse ait Socrates apud Xenophontem,& modò unum,tum autem plures deos cõstituit de Natura deorum 1. Ad deum reuocat Parmenides cupiditatem,bellum, discordiam,de Natur. deorum, 1.Deum etsi non uidemus, tamen agnoscimus ex operibus eius, Tuscul.q.libr.1. Deum non attingit labor, de Nat.deor.1. Deum ipsum cogitatione complecti non possumus. Tuscu. quæst lib.1.Contra deum disputare,3.de Nat.deor.Deum non modò aliqua, sed etiam pulcherrima specie esse decet, de Nat.deor.1,Ex quo efficitur, ut is agnoscat deum, qui unde ortus sit quasi recordetur ac agnoscat, 1.de Leg.Deũ omnia nostri causa fecisse docent Stoici, Acad.q.ed.1.libr. 2. Fingeret deum lineamentis duntaxat extremis, de Nat. deor.1.Ne in deum quidem cadere,ut sciat quid casu & fortuitò futurum sit,Diuin.lib.2.Deum certissimum iudicat. Cleanthes,ultimum & altissimum,atq; undiq; circũfusum, & extremum omnia cingẽtem, atq; complexum ardorem, qui æther nominetur,de Nat.deorum,1.Sed nos deum nisi sempiternum intelligere qui possumus, de Natur. deor. 1. Aera deum statuit Anaximeres, de Nat. d. Quis enim deũ non timeat omnia prouidentem & cogitantem & animaduertentem, & omnia ad se pertinere putantem, curiosum & plenum negotij deum?de Nat.de.1. Nihil à deo significari somnijs,Diuin.libr.2.Deo inuito,non sunt dissoluta p eum facta, de Vniuer. Nisi iuuante deo tales non fuerunt, Curius Fabricius,Coruncanus, reliquique uiri fortes,2.de Natura deor.Dij approbent uelim quod egeris, 2.Fam Dij approbent quod actum est,2.Fam.& 6.ad Att.Quod si iam (quod dij omen auertant) fatum extremum Reipub.uenit &c.3.Phil.Dij Barbarorum,3.de Na.deorum.Dii benefici sunt,generiq; hominum amici,Diuinat.lib.2.& libr.1 Dij bellis prælijsq; non caruerunt,ut fabulæ ferunt, 2.de Nat. deor.Dij commentitij & ficti,2.de Natur.deor.Magna dij curant,parua negligunt, 2.de Natur. deor. Dij deæq; mihi prius omnia eripuerint,ad Brut.Dij faciant, ut rei militaris, ut belli mentionem facere audeas,in Verr. Dij isti male faciant,11.Fami.Dij faxint,quod prommittis.15. ad At. & 16.Dij genitales.Tusc.q.li.1.Dij maiorũ,gentiũ. Tuscu. quæstion.libr.1.Dij illi mortuo, 15.ad Attic. Imprecatio est suppresso uerbo. Ergo habet Antonius quod suis policeatur. quid nos? nunquid tale habemus? dij meliora. Id enim ipsum agimus, ne quid posthac eiusmodi quicquam possit policeri, 8. Philip. Dij minora negligunt, neque agellos singulorum, nec uiticulas persequuntur.3. de Natura deorum, Dij ipsi se nobis non offerunt, uim autem

autem suam longè lateq; diffundunt, Diuin. lib. 1. Dij poetici, 3. de Nat. d. Dij præsentes ubi uisi fuerint, 3. de Nat. d. Quod dij prohibeant. 10. Fam. Pollionis. Dij quales sint, ratione cognoscimus, Tusc. q. lib. 1. Dij quomodo placandi, pro Clue. Dij, quos tu castissimè coluisti, gratiam nobis non retulerunt, 14. Fam. Dij hominum similes, &c. de Nat. d. 1. Dij induti specie humana, fabulas poetis suppeditauerunt, 2. de Nat. de Deorum, quos Græci δαίμονας appellant, nostri opinor lares, de Vn. 47. Cur paupertatem sumptu ad sacra adhibito deorũ aditu arceamus, 2. de L. Quum essent agri deorum immortalium excepti lege Censoria, 3. de Na. d. Deorum beneficio multi peruersè utuntur, 3. de Nat. d. Deum benignitate, 10. Fam. Planci. Tanquam descendisset ex deorum concilio. 1. de Nat. d. Deorum cultus quis optimus & castissimus, 2. de Nat. d. Deorum forma & ætates, & uestius, ornatusq; noti sunt, 2. de Nat. d. Deorum honore res sordidas atq; deformes afficere, de Nat. deor. 1. Deorum iram donis placare impius ne audeto, 2. de Legib. Deorum manium iura sancta sunto. Hos leto dato diuos habento. Sumptum in ollos, luctumq; minuunto, 2. de Leg. Deorum natura præpotens & excellens, 2. de Natur. deor. Est deorum eximia quædã præstansq; natura, de Nat. deor. 1. Quæ de deorum, qui cernuntur, quiq; sunt orti natura, præfati sumus, de Vniuers. Quisquam nobilium deorum, 3. de Nat. deor. Deorum nomen obtinuerunt eæ res, quarum uis erat tanta, ut sine Deo regi non posset (nempe fides, uirtus, honor, salus, concordia, libertas,) de Natura d. 2. Quot hominum linguæ, tot nomina deorum, de Na. d. 1. Deorum notionem in hominũ animis impressit ipsa natura, de Nat. d. 1. Cleanthes quatuor modis formatas in animis hominũ putat deorum esse notiones, 3. de Natura d. Deorũ immortalium numine omnia regi, gubernariq; perspeximus, de Arusp. resp. In deorum numero esse maiores uoluerunt eos qui ex hac uita migrassent, 2. de Leg. In deorum numero Democritus refert imagines, earumq; circuitus, & cætera. de Natura d. 1. Deorum omnium plures, singuli singulis sacerdotes, 2. de Leg. 30 Deorum omnium terra, sacrum domicilium, 2. de Leg. Deorum omnium qui intra cœlum gignerentur, terram custodem esse uoluit deus, de Vniuers. In deorum opinione turpissimè labitur Empedocles, de Nat. deor. 1. Deorum ortus habeatur, atque dicatur, ut Oceanus, Salaciamq; cœli fatu, terræq; conceptu generatos, editosq; memoremus. ex his Phorcyn, Saturnum, & Opem: deinceps Iouem atque Iunouem, reliquos, quos fratres inter se, agnatosq; usurpare atque appellare uidemus. de Vniuers. Deorum progeniem se esse dicebant ueteres & prisci uiri, de Vniuers. Deorum species quadam opinione in oculis est, non solùm in mentibus, 2. de Legib. Deorum speciem, corpus non esse, sed quasi corpus: nec habere sanguinem sed quasi sanguinem dixit Epicurus, de Natura deor. 1. Deorum ignotorum turbam magnam congregat Chrysippus, de Natura deor. 1. Deorum immortalium ui, natura, ratione, potestate, mente, numine natura omnis diuina regitur, 1. de Legibus. Improborum prosperitates, secundæq; res redarguunt uim omnem deorũ ac potestatem, 3. de Natura deor. Deorum uim & naturam tollit Antisthenes, de Natura deorum 1. Deorum uirtus natura excellit, hominum industria, Top. Dijs immortalibus gratulari nos, quàm tibi, acceptũ referre mauis, gaudeo, 15. Famil. M. Catonis. Deos frustrà appello, quorum aures atque animus à nobis abhorret, ad Octa. Deos certos cur Homerus principibus heroũ periculorum comites adiunxerit, 2. de Nat. deor. Qui canè & felem ut deos colunt, eadem superstitione, qua cæteræ gentes conflictantur, 1. de Legibus. Mala & impia est consuetudo contra deos disputandi, 2. de Natura deo. Deos esse, & consulere rebus humanis, Diuin. libr. 1. Deos non esse parietibus claudendos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera, quorumq; hic mundus templum esset, censuerunt Magi Persarũ, 2. de Legibus. Cur deos esse credamus, firmissimum hoc afferri potest, quòd nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio, Tusc. l. libro 1. Deos esse dominos ac moderatores omnium rerum, eòq; quæ gerantur, eorum geri iudicio ac numine, eosdemq; optimè de genere hominũ mereri, & qualis quisque sit, quid agat, quid in se admit-

DISTARE, interesse, longè positum esse. de Natur. 59 a, Terræ ab huiusce regionis, quam nos incolimus continuatione, distantes. Tusc. 241 b, Sidera inter se & altitudine, & humilitate distantia.

DISTORQVEO. es. de Orat. 133 b, Gallus pictus in Mariano scuto sub nodis distortus, eiecta lingua, &c.

DISTORTIO, uel distorsio, onis. de Finibus. 133 b, Distortione & deprauatione membrorum. Tuscul. lib. 4. Distorsio membrorum.

DISTORTVS, a, um. contortus. pro Mur. 138 b, Solos sapientes esse, si distortisſimi sint, formosos. de Fat. 143 a, Multa sunt genera enunciandi, sed nullum est distortius quàm hoc, &c.

DISTRACTIO, onis. disiunctio. Of. 59 a, Nulla est nobis societas cum tyrannis, sed potius summa distractio. de N. 7 b, Distractione humanorum animorum, discerpi & dilacerari deum.

DISTRACTVS, a, um. pro Dom. 226 b, Vis oriens & congregata.)(. Iam distracta & extincta.

DISTRAHO, is. diuello, disiungo, dissipo, deduco. de Na. 65 a, Indiuiduum corpus est, quod dirimi distrahiq; non potest: pro. Qu. 9 a, Ad reliquias uitæ lacerandas & distrahendas. pro Sylla, 178 a, Vt ab his membra diuelli citius & distrahi posse diceres. Offic. 54 b, Qui hæc natura

cohærentia opinione distraxissent. Tusc. 240 a, Distrahi in contrarias partes. Ep. 56 b, Quos aut mors eripuit nobis, aut distraxit fuga. Att. 130 b, Sed diligentius est uidendũ, ne distrahi partes aduersarij esse non posimus. I. A. 165 a, Postea uerò quàm Pompeius se totum Cæsari tradidit, quid ego illum ab eo distrahere coner? At. 133 a, Vt Cæsarem & Pompeium perfidia hominum distractos, rursus in pristinã concordiam reducas. Of. 2 b, In deliberando sæpe animi in cõtrarias partes distrahuntur. Ac. 34 a, Distrahor, tum hoc, tum illud uidetur. Off. 3 a, Fit ut distrahatur in deliberando animus, afferatq; ancipitem curam cogitandi. pro Cec. 286 a, Omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt, pro Dom. 323 b, Distrahi à complexu suorum. Att. 130 a, Antequam copiæ illius nos à nobis distrahant. de Or. 107 a, Oratoris industria in plura studia distrahi nolim. pro Planc. 271 a, Nemo eum à me diuellat ac distrahat. de Fin. 59 a, Vt ab ea nullo mõ nec diuelli, nec distrahi possint. Q. F. 304 a, Metuebam ne à me distrahi non posses. p Pom. 5 b, Vos ancipiti contentione distracti de imperio dimicaretis. Ora. 211 a, Distrahere uoces. Epist. 52 b, Qui nõ idem consiliũ quod tu secuti sunt, eos uideo in duo genera esse distractos. de Or. 143 a, Ambitionis labore uita distracta.

DISTRIBVO, is. diuido, partior, tribuo. Atti. 111 a, Sanè commodè Pompeius distribuit binos singulis patribus familiarum, I. V. 248 a, Nonnullos scribis suis, filio cohortiq; distribuit: id ẽ, seruos. I. C. 99 a, Fuisti igitur apud M. Leccam ea nocte Catilina, distribuisti partes Italiẽ, statuisti quo quẽq; loco proficisci placeret. I. C. 112 a, Vt urbem omnibus ex partibus, quemadmodum descriptum distributumq; erat, incenderent. pro Fl. 159 a, Athenienses unde fruges & leges ortæ, & in omnes terras distributæ putantur. Epist. 46 a, Orbem terrarũ distributis imperijs ardere bello. & 183 a, Pecuniæ maximæ distribuũtur, Qu. de Pet. 209 b, Postea totã Italiam fac ut in animo ac memoria distributã, comprehẽsamq; habeas. pro Cl. 33 a, HS. quadriginta milia nummũ in singulos iudices distributa, eum sententiarum numerum conficere debebant. pro Rab. 94 a, Ex armamentis publicis arma pop. Rom. C. Mario consule distribuente dantur. de Ora. 94 a, Res aliquas uerbis designare, generib. illustrare partibus distribuere, pro Dom. 219 b, Oratio quæ est in ius religionis, & in ius reip. distributa. Tusc. 185 b, Est enim animus in partes distributus duas: quarũ, &c. de Fin. 67 b, Omnem uim loquendi in duas tributam esse partes. Ad Her. 3 b, Causarum diuisio in duas partes distributa est. Item: In tres partes à plerisq; distributa sapientia est.

DISTRIBVTE, distinctè. Tusc. 176 a, Qui profitentur se neq; distinctè, neq; distributè, neq; eleganter, neq; ornatè scribere.

DISTRIBVTIVS, tractare. de In. 84 b.

DISTRIBVTIO, onis. diuisio, partitio, descriptio. pro Cl. 18 a, Mihi certum est, hanc tandem distributionẽ inuidiæ & criminum seruare. Part. 230 b, Nam aut temporum seruantur gradus aut generum distributiones. de D. 117 b, Cęli distributio, & certarum rerum notatio, docet unde fulmen uenerit. Qu. de Pet. 212 b, Aberrare à distributione. de Oratore. 162 a, Deinde dubitatio, tum distributio, ad Her. 3 b, Distributio diuiditur in enumerationem & expositionem.

DISTRIBVTOR, oris. I. P. 87 a, Vos rogatores, uos distributores, uos custodes fuistis tabularum, alias diribitores. l. Diribitio.

DISTRICTVS, a, um. strictus, occupatus, distentus. de Ar. 258 a, Suffragia districta tenentur à paucis. de Orat. 143 a, Quã diu Crassi fuit ambitionis labore uita districta, aliàs, distracta. Q. Fr. 317 a, Sic habeto, nunquã me à causis & iudicijs districtiorem fuisse.

DISTRICTVS, eductus è uagina. I. C. 111 a, Districtos in rẽp. gladios retudimus.

DISTRINGO, gis. constringo. Off. 75 a, Fraus enim distringit nõ dissoluit periurium. Ep. 26 a, Repub. Nihil est carius, in qua tu nõ ualde te iactas, districtus enim mihi uideris esse: id est, angi, & cruciari. I. V. 79 b, Videbam me hoc iudicio districtum & obligatum fore.

DISTRINGERE, educere è uagina. Off. 74 b, At ille ut ingressus est, confestim gladium distrinxit, iurauitq;, &c.

DISTVRBATIO, onis. euersio. Off. 61 a, Vt in disturbatione Corinthi, &c.

DISTVRBO, as. deijcio, demolior, dissipo peruerto. de Nat. 33 b, Ignis quocuoq; inuasit, cuncta disturbat & dissipat. pro S.R. 37 a, Qui fidem Iædit, quantum in ipso est, disturbat uitæ societatem. In Arat. 198 a, Huc etiam, nisi uis fabros se missurum, & domum meam disturbaturum esse exit. cont. Rul. 86 b, Si hoc dissuadere est, ac non disturbare atq; peruertere. pro Syl. 169 b, Ille ambitus iudicium turbare ac disturbare uoluit. pro Syl. 180 b. Vi & armis disturbare iudicia. pro Dom. 232 b, Disturbari tecta, diripi fornas. Attic. 55 b, Disturbata porticus Catuli, quæ refertabatur, & ad tectum iam penè peruenerat. & pro Dom. 323 a, Disturbare porticum. ad Heren. 4 b, Pontes disturbatos deijcit. pro Dom. 336 a, Quib. spectãtibus, domus disturbaretur, diriperetur. Ep. 178 a, Cum quidã agrariã rationẽ ligurirent, disturbaui rem, totamq; integrã uolebant seruaui. de D. 96 a, Simia & sortes ipsas, & cætera quæ ad sortem parata disturbauit, & aliud aliò dissipauit.

DITHYRAMBICVS, a, um. de Optim. 243 a, Dithyrãbici pes.

DITHYRAMBVS, bi. uersus genus, qui uersus, quod Bacchũ deneretur (qui & ipse Dithyrambus dictus est) id reuinum men, quo uersu usus est Pindarus. de Orator. 160 a, Indeque licentior & diuitior fluxit dithyrambus, cuius membra & pedes sunt in omni locupleti oratione diffusa.

DITIO, onis, imperium, potestas. I. V. 65 a, Nationes, quæ amicitiam. pop. Ro. ditionemq; essent. & 213 b, Quæ in rum regno ac ditione sunt. de Pro. 75 b, Cæsar tot an Galliam in nostram ditionẽ redegit. I. V. 87 a, Vrbes; Arcas multas sub imperium pop. Rom. ditionemq; subiunxit. Qu. I b, In ditione ac potestate alicuius esse. & 17 b, Sibi est respirare, P. Quintium cõtra nutum ditionemq; Nemo cõtra Rul. 81 a, Redigere aliquem in suam ditionem & testatem Anteq. 296 b, Iupiter Opt. Max. cuius nutu ditione sola terrarum gubernantur. I. V. 96 a, & contra Rul. 74 a, Tenere aliquem in sua potestate & ditione.

DITIOR, us. diuitior. de Am. 107 a, Ditior mihi & affluentior uidetur esse uera amicitia. Parad. 125 a, b, Vt quisq; quam plurimi est, possidet, ita dijsimus habendus est.

DITO, as. locupleto. Off. 31 a, Si contingerit ea uita sapientis, ut omnium rerum affluentibus copijs ditetur. ad Her. 4 b, Vrbis triumphis ditata.

DIV. perdiu, multos annos, multos dies, porrò multorum annorum memoria, diuturnus. de Sen. 91 b, Quanquam (fidij boni) quid est in hominis uita diu. Pro Mar. 135 a, Quid est enim omnino hoc ipsum diu, in quo aliquid extremum est? de Diuin. 101 b, Neque diu uox illa extitit. Att. 8 b, Mirabant illum primùm sanè diu multa contra. In A. 248 a, Sed hæc satis diu multumq; defleta sunt. de Orat. 97 a, Nec quisquam nisi diu multumq; scriptitarit, consequetur. Ep. 3 a, Omnia iam ex eo, quæ diu cupio, cognoscam. pro Dom. 225 b, Vis improborum diu collecta & inueterata, tandem odio iam erumpebat in actum. pro Syl. 181 a, Hęc diu multum & multo labore quæsita, una eriputi hora. In Verr. 2 a, Quæ singulatim ac diu collecta sunt, uno tempore uniuersa perdere. contra Rull. 83 b, De Capua multum est ac diu consultum. pro Cl. 60 a, Hic satis diu in miseriis fuit, Iam multos annos ex inuidia laborauit. Att. 50 a, Perdiu multa de te audiui. & 61 b, Libri oratorij diu ac multum in manibus fuerunt. pro Qu. 18 a, Sæpe ac diu iacui, &c. Or. 19 a, Vtrum difficilius esset, &c. diu multumq; dubitaui. Ep. 1 b, Qui quidem eas copias, quas diu simulatione reipub. parabant, subitò ad patrię periculum conuerterunt. de Or. 152 a, Hoc non potest in delectatione esse diuturna: id est, hoc non potest diu delectare.

DIVARICO, as. dilatando crura distendo. I. V. 220 b, In ea tua Sopatrum diuaricari ac deligari iubet.

DIVELLO, lis. distraho, separo pro Pl. 281 a, Nemo eum à me diuellat ac distrahat. I. C. 109 a, Neq; diuelli ab eo possim. pro Mil. 121 a, Magno dolore è te diuellor. Off. 66 b, Rerum natura copulatas errore diuellere. pro Sy. 178 a, Vt ab eo membra diuelli citius & distrahi posse diceres. pro Dom. 233 a, A quibus cum summo dolore diuellitur. pro Qui. 1 b, Affinitas filijs istius uiuis diuelli non poterat. I. V. 31 b, Cum tot rerum tanta uarietate diuellerer. & Or. 145 a, Ea qua diuulsa & quasi discerpta contrectare. de Arusp. 14 b, Consensus ordinum est diuulsus. de Finibus, 59 a, Vt ab ea nullo modo nec diuelli, nec distrahi possint. Pro Plancio. 276 a, Destineor tamen & diuellor dolore.

DIVENDO, dis. contra Rul. 62 a, Hic permittit sua lege, ut Decemuiri bona pop. Rom. possint diuendere.

DIVERSE, uariè. de In. 59 b.

DIVERSOR, aris apud hospitem sum, uersor. In Verr. 99 a, Verres Rubrium delicias suas parum laute diuersari dicit, In Verr. 90 a, Domus in qua iste diuersabatur. & 108 a, Lyso apud quem diuersatus es. Attic. 89 a, Vedius diuersatus est Laodiceæ apud Pompeium. In Ant. 173 b, Hac te in domo tandiu diuersari non puder. Tuscul. 232 b, Nuper cum athenis imperator apud Aristonem diuersarer. Attic. 204 b, Inuito eum per literas, ut apud me diuersetur.

DIVERSOR, oris. hospes, qui recipitur. de In. 64 a, Caupo cum quibusdam diuersoribus illum, qui antè exierat, consequitur.

DIVERSORIOLVM, li. Atti. 225 a, Accepi VII. Calendarum in diuersoriolo tuas literas. Ep. 196 a.

DIVERSORIVM, rij. hospitium. I. A. 280 a, M. Varro uoluit uillam illam esse studiorum suorum, non libidinum diuersorium. de Orat. 130 b, Requiescam in Cæsaris sermone, tanquam in aliquo peropportuno diuersorio. & ibi. Non nimium liberale hospitium dices, nam te statim extrudam & eijciam. & 135 b, Qui hoc diuersorio sermonis tam liberaliter acquieturũ te esse dicebas. Epistol. 92 b, Nam & uilla, & amœnitas illa commorationis est, non diuersorij. de Sẽ. 94 b, Ex uita ista discedo tanquam ex hospitio, non tanquã ex domo: commorandi natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. Att. 61 a, Cogito in hortis Crassipedis, quasi in diuersorio cœnare. Epist. 106 a, Næ ego multo libentius emerim diuersorium Tarracinæ, ne semper hospiti molestus sim. pro S.R. 41 a, Officina nequitiæ, diuersorium flagitiorum omnium.

DIVERSVS, a, um, dispar, distans, uarius, impar, dissimilis, dissunctus, contrarius ferè, totus alius, disparilis. de In. 63 b, Separatim sunt aliæ cuiusq; generis & diuersæ præceptiones. pro Pomp. 5 b, Duo loca disiunctissima, maximeq; diuersa. de Som. 129 b, Duo aliqua inter se maximè diuersa. pro Pom. 12 b, Ex tam longinquis & tam diuersis locis. contra Rul. 83 b, Corinthus duo maria maximè nauigationi diuersa penè coniungit. Q. Fr. 297 a, difficile est ea, quæ utilitatẽ & propè natura diuersa sunt, uoluntate coniungere. de Or. 108 a, Cætera quæ constant ex uarijs & diuersis studijs. de Cl. 193 a, Hæc uidentur esse à proposita ratione diuersa. Ac. 25 b, Epicurus, qui à te totus diuersus est. de Opt. 243 a, Hoc est diuersum à reliquis. de Or. 148 b, Variæ & diuersæ, & in omnem partem diffusæ disputationes. & ibid. Familiæ dissentientes inter se, & multum disiunctæ & dispares. de Cl. 188 q, Confluxerunt in hanc urbem multi ex diuersis locis. I. C. 108 b, Diuersa Catilinę studia in dissimili ratione. de Ar. 249 a, Quod ex aliquo disiũcto diuersoque monstro significatum caueremus. I. A. 178 a, Quæ à diuersis emebantur: id est, à diuersis hominibus. de In. 49 b, Hoc igitur uitandum est, ne cuius genus posueris, eius secũ aliquam, sicuti diuersam & dissimilem partem ponas, in eadẽ partitione. I. V. 227 b, Portus qui diuersos inter se aditus habẽt. Top. 225 a, Lõgè diuersus. I. A. 204 a, Cæsaris autẽ lõgissimè diuersa ratio. pro Pom. 9 b, Varia & diuersa genera bellorum.

DIVERTICVLVM, li. flexio uiæ, anfractus. I. P. 90 b, Quos tu Meandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula flexionesque quæsisti? pro Qu. R. 53 b, Saturius aliud fraudis, & insidiarum in eodem uestigio diuerticulum repetit. Partit. 242 a, N. diuerticula peccatis darentur.

DIVERTO, tis. diuertor, de uia decedo. de D. 92 b, Cum duo quidem iter unà facerent, alter ad cauponem diuertit, alter ad hospitem. pro Deiot. 146 b, Cũ domum regis hospitis tui diuertisles, Att. 169 a, Hortensius ad Terentiam salutatum diuerterat. I. V. 79 a, Diuertere ad amicos & de Fin. 125 a, Diuertere ad hospitem. Att. 222 b, Diuerti ad illum de quo tecum manè. & ibi. Ille ad quem diuerti. Off. 46 b, Cimon imperauit uillicis suis, ut omnia præberentur, quicunque Laciades in uillam suam diuertisset. pro Mil. 111. a, Clodius Aritia rediens diuertit ad Albanum. & ibi Suspicari debuit Clodium ad uillam suam diuersurum. I. A. 248 b, Nunciant se Pompeij conueniendi causa diuertisse Massiliã. Epist. 199 a, Sed redeamus ad illud unde diuertimus.

DIVERTOR, ris. diuerto. Att. 41 a, Sed itineris causa ut diuertat, primùm est deuium. pro Font. 278 a, Qui Cobiaco diuerterentur, neque Tholosam ire uellent.

DIVES, tis, fortunatus, locuples, copiosus, beatus, affluens, opulentus, pecuniosus, ditior, refertus omnibus copijs circumfluens, opibus & copijs præditus, omni copiarũ genere abundans, diuitijs affluens, cui amplissimæ fortunæ sũt, qui habet quàm plurimum. Par. 124 b, Animus hominis diues, non arca appellari solet quamuis illa sit plena: dum te inanem uideo, diuitem non putabo. de Ora. 160 a, Inde ille diuitior & licentior fluxit dithyrambus. Par. 124 a, Diues est cui tanta possessio est, ut ad liberaliter uiuendum facilè cõtentus sit. pro Mur. 138 b, Solos sapientes esse, si mẽdicissimi sint, diuites. Of. 45 a, P. Crassus cùm cognomine diues tum copijs. Of. 48 a, Diues, fortunatus, opulentus.) (. Pauper humilis. & 47 b, Qui locupletes, honoratos & beatos putant, hi ne obligari quidem beneficio uolunt. de Fin. 105 b, Rectius enim appellabitur diues quàm Crassus, qui nisi eguisset, nunquã Euphratem nulla belli causa transire uoluisset. In Vat. 35 a, Ex pauperrimo diues factus est. I. A. 216 a, Ex mendicis fieri repentè diuites. Par. 124 b, Neminem esse diuitem qui non exercitum alere possit suis fructibus. & 126 b, Hic nõ modò nõ copiosus & diues, sed etiã inops & pauper æstimandus est. pro Qu. R. 52 b, Vir copijs rei familiaris locuples, & pecuniosus. contra Rul. 82 b, Copijs & opibus affluens. I. C. 108 a, Omnibus rebus ornatus & copiosus. p Fl. 161 a, Aliquis pecunia princeps suę ciuitatis.

DIVEXO, as. uasto. I. A. 231 a, Omnia diuexare & diripere cupiens. 250 b. Diuexat agros, &c.

DIVIDO, dis. partior, dispartior, distribuo, dispertio, partibus distribuo, seco, digero, distinguo, tribuo, discrimino, distraho, segrego, describo, conijcio, consumo, excludo. Att. 79 a, Amanus Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit. de N. 65 a, b, Omne corpus secari ac diuidi potest. de L. 170 a, Fluuius diuisus æqualiter in duas partes, latera hæc insulæ alluit. pro Syl. 175 a, Diuisi illas tabulas toti Italiæ, diuisi i omnes prouincias. de L. 175 a, Nos legem bonam à mala nulla alia nisi naturali norma diuidere possumus. Or. 207 a, Ambiguè dicta diuidere & explanare oportet. & 209 b, Diuidere i partes. de Or. 116 a, Pòst diuidere causã, aut proponere. Or. 207 b, Partiri ac diuidere genus uniuersum in species certas, ut nulla neq; prætermittatur neque redundet. pe N. 60 b, Religio in sacra & in auspitia diuisa est, tertium adiunctum est, &c. Par. 232 b, Quæ ad faciendã fidem, pertinent, ea in confirmationem & confutationem diuiduntur. Tusc. 236 a, Aristoteles bona diuisit tripartitò. de Fin. 53 a, Epicurus nihil de uidẽdo & partiẽdo docet. de Fin. 70 a, Quomodo aũt philosophus loquit ẽ tria genera cupiditatũ, naturales & necessarias, naturales, nõ necessarias nec naturales, nec necessarias primũ diuisit in elegãter: duo n genera quæ erant, fecit tria: hoc est nõ diuidere, sed frangere rẽ. qui si diceret cupiditatũ esse duo genera, naturales & inanes, naturalium quoque duo, necessarias & nõ necessarias, confecta res esset: uiciosum est enim in diuidendo partem in genere numerare. de Or. 116 a, Hæc sunt quidẽ concinnè distributa, sed non peritè. de In. 49 b, Hoc igitur uitandum est, ne cuius genus posueris, eius sicuti diuersam partem ponas in eadem partitione. At. 207 b, Academiam ex duobus libris contuli in quatuor.

DIVIDVVS, a, um. de Vn. 198 b, Idque interiecit inter indiuiduum, & id quod diuiduum esset in corpore ibid. Materia quæ diuidua gignitur. de Nat. 65 b, Dissolubile & diuiduum est omne animal mortale.

DIVINANS, tis. prædicens futura. de D. 118 a, Quædam casu euenium, ut prædicta sunt à diuinantibus.

DIVINATIO, onis. uaticinatio, augurium, prædictio, præsensio uel scientia rerum futurarum, auguratio, ariolatio, oraculum. coniectura. Epistol. 45 a, Quod tamen ipsum, nescio qua permotus animi diuinatione non despero. Epi. 83 b, Quare, quando ut augures & astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus prædictis cõstitui apud te autoritatem augurij & diuinationis meæ, debet habe-

debet habere fidem nostra prædictio, de D. 135 b, Crysippus diuinationem definit his uerbis, uim cognoscentem & uidentem, & explicantem signa, quæ dijs hominibus portendantur: officium autem eius esse, prænoscere dei erga homines mente qua sint, quidq; significent, &c. de L. 176 a, Diuinationem, quam Græci μαντικὴν appellant, esse censeo, & huius hanc ipsam partem, quæ est in auibus cæterisq; signis disciplinæ nostræ. de D. 111 a, Diuinatio est earum rerum, quæ fortuitæ putantur, prædictio atque præsensio. de D. 80 a, Diuinatio quam Græci μαντικὴν appellant: id est, præsensio & scientia rerum futurarum. de D. 95 b, a, Potest autem quis cum diuinationem habeat, errare aliquando. & 96 b, Fiunt certæ diuinationum coniecturæ à peritis. de D. 81 & 82 Xenophantes diuinationem funditus sustulit. de N. 12 b, Sequitur μαντικὴ uestra, quæ Latinè diuinatio dicitur. pro Cl. 37 b, Iam ista diuinatio est, qua si licet uti, uide ne mea coniectura multo sit uerior. de N. 59 b, Multa diuturnus usus ita notauit, ut artē diuinationis efficeret. ꝓ S.R. 34 b, Eò rē adducam, ut nihil diuinatione opus sit.

Divinatio quoque genus erat causæ, cum de constituendo accusatore quærebatur. unde Diuinatio Cic. In Verr. Q. Fr. 322 a, Apud Catonem erat diuinatio in Gabinium futura inter Memmium, & T. Neronem, & C. Antonium, putabamus fore ut Gabino daretur. Epist. 117 a, De diuinatione Appius cum calumniam iurasset, contendere ausus non est Phyloq; cessit. Ad Her. 4 b, In publicis quæstionibus cauetur legibus, ut antè si reo commodum sit, iudicium de accusatore fiat, utrum illi liceat accusare, nec ne. Item: Cōstituere accusatorē uel patronū causæ, uel locū reo. l. Cōstituo.

Divinē, diuinitus. Att. 157 a, Nunquam de republica nisi diuinē cogitaui. de diuinatione 106 a, Multa diuinē præsensa reperiri id est, diuinitus.

Divinitas, tis, de Or. 116 b, Quorum alterum diuinitatis mihi cuiusdam uidetur, alterum humanitatis. de Diu. 125 a, Placet igitur humanitatis expertes habere diuinitatis autores. Orato. 202 b, Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit. de N. 8 b. Aristoteles menti tribuit omnem diuinitatem. de D. 113 b, Diuinitas, unde animos haustos aut acceptos, aut libatos habemus. de N. d. lib. 1. Diuinitatē dedit Solī & Lunæ, reliquisq; sideribus, animoq; præterea. Eodē. Diuinitatē tribui putat stellis errantibus Heraclides Pōticus. Eodē. Diuinitatē omnē tribuit astris Cleantes. de Vn. & de Or. lib. 2. Ex diuinitate sua animum genuit Deus.

Divinitus, diuinē, diuino numine. At. 12 a, Ille locus inductus est à me diuinitus, id est diuina quadam solertia. At. 32 b, Varro satis mihi facit, Pompeius loquitur diuinitus, pro Syl. 175 a, Multa prouidit diuinitus. de Ora. 102 a, Aliquid ad nos diuinitus dilatum: id est, à Deo. Partic. 237 a, & de Orator. 78 a, Quæ diuinitus accidunt. de Or. lib. 2. Diuinitus à Platone disputata. pro Dom. Diuinitus inuenta & instituta. Postquam. Diuinitus mereri de aliquo. Fam. lib. 1. Diuinitus scripta. id est, diuino quodam ingenio.

Divino, as. uaticinor, auguror, conijcio, futura significo, in posterum præsentio, præsagio, ariolor, oraculum edo, cōiectura prospicio. Att. 257 b, Non equidem hoc diuinaui, sed aliquid tale putaui fore. pro Qu. 11 a, Nemo diuinare poterat te postulaturum, Qu. Fr. 107 b, Quod futurum est Iatrocinio Tribunorum non diuino. de Di. 99 a, Veteres ut sapere, sic diuinare regale ducebant. Ep. 45 a, Quasi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum studiū tuū, sic, &c. & 79 a, Diuinare futura. Br. 289 b, Diuinare de aliqua re. Item: Non ariolari, &c. Sed coniectura prospicere. l. Ariolor. de Diu. 90 a, Est quiddā ī nobis præsentiens atque diuinans. I. V. 112 a, Diuinare conijcere, augurari. de Diuin. 94 a, Morientes diuinare & ibidem, Animi futura augurant. & 80 a, Omnes significari futura, & à quibusdam intelligi prædiciq; posse censent.

Divinvs, a, um. cœlestis, δαιμόνιος, memorabilis, singularis, inauditus, incredibilis, diuinans. de Fat. 73 a, Homo diuinum atque cœleste animal, &c. de Or. 88 a. Homo diuinus in dicendo. Qu. Fr. 310 b, Idibus Maijs senatus frequēs diuinus fuit in supplicatione Gabinio denegāda. de Orat. 95 a, Hæc in te Sulpici diuina sunt. Postquam. 199 b, Cn. Pisonis diuina quædam & inaudita autoritas, atque

uirtus. In Anton. 200 a, Ille cœlestes diuinæque legiones Martia & quarta. pro Mil. 117 b, Qui nullam uim cœlestis existimant numenue. Item: Patera, qua ad res diuinas uterbantur. I. V. 203 b, Res illum diuinas apud eos deos in sacrario propè quotidie facere uidisti. I. A. 188 b, Sores diuina. de D. 97 b, Melancholicos habere aliquid in animo præsagiens atque diuinum existimat Aristoteles. & 103 b, Nec Pherecydes potius diuinus habebitur quàm Physicus. de Fat. 143 a, Hoc loco Crysippus æstuans, falli spem Chaldæos cæterosq; diuinos. I. V. 244 a, O diuina senatus admurmuratio: id est, quæ diuinabat. Homo diuinus in dicendo, 1. de Orat. Diuinus ille cœli sensus in celeritate uirtutū conseruari quomodo potest, de Nat. d. 1. Diuina bonitas erga homines, de Nat. d. 2. Diuina illius in me liberalitas, 1. Famil. Diuina memoria, 4. Acad. Diuina solertia, de Nat. d. 1. Cōsilium diuinum. pro Leg. Manil. Diuinum & fortuitum, opponuntur, 7. Famil. Diuinæ cuiusdam uirtutis esse uidetur, 1. ad Quint. Frat. Cum nomini diuino omnes naturæ, cœlum, ignes, terræ, maria, parerent, de Na. d. 1. Quendam è cœlo diuinum hominem esse in prouinciam delapsum putent, 1. ad Qu. Fra. Diuinam uim in ratione esse poetum ait Crysippus, de Nat. d. 1. Sine aliquo afflatu diuino nemo unquam fuit uir magnus, 2. de Nat. d. Homo diuina & incredibili fide, pro Mil. Diuina tua mente prosperiti, 12 Famil. Lentuli. Omnis mundi uis, diuina naturā continetur, de Nat. d. 2. Quasi diuino cōsilio isti negocio prospicum esse, 13. Fam. Diuino ingenio esse, Acad. q. ed. l. lib. 2. Diuini animi hominū, de Amicit. Diuini uiri, 14 ad Attic. Diuina animantia infixa cœlo sidera, de Vniu. Diuinas esse quatuor naturas cēset Empedocles, ex quibus omnia cōstare uult, de N. d. 1. Nefas esse duxi, &c. ut de tuis diuinis à Rempub. meritis sileretur, 11. Fam. Diuinis laudibus ornauit res nostras, 2. Fam. Itaque appropinquante morte anima multo est diuinior. 1. de Diuin. Quid hoc somnio dici diuinius potest, 1. de Diuin. Diuinissima dona habent formæ ab uno pictore uno absolutæ die, 2. de Legib.

Divisio, onis. partitio, distributio, diuortium, dissidium, sectio. de N. 61 a, Quadripartita fuit diuisio tua: primùm uelles docere deos esse, deinde quales essent, tum de ijs mundum regi, postremò consulere eos rebus humanis. hæc si rectè memini partitio tua fuit. Off. 54 a, Qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est, reliquam tertiam. de N. 37 a, Diuisio trium regnorū, cœli, maris, & inferorum. Ad Her. 3 b, Causarum diuisio in duas partes distributa est. l. Intercapedo.

Divisio, exornatio est, quæ rem semouens à re, utranque absoluit ratione subiecta, ad Her. 36 b.

Divisor, oris. I. A. 233 a, Nucula & Lento Italiæ diuisores lege ea, quam senatus per uim latam iudicauit. & 198 a, b, Tantum quisque habebat possessor, quantum diuisor reliquerat Antonius.

Divisor, pecuniarum redemptor, quæ tributim diuidebantur à candidatis ad suffragia corrumpenda. pro P. 268 b, Doce per quem sequestrem, quo diuisore tribus corruptæ sint. I. V. 70 b. & de Ar. 253 b, Diuisores omnium ciuium noctu ad istum uocati. In Verr. 184 a, & 210 a, Furis ac diuisoris disciplina educatus. Epistol. 140 b, Non honestum uerbum est Diuisor? at mihi obscœnum, cum respondet intercapedo.

Divitiae, arum. opulentia, amplæ fortunæ, magnæ fortunæ atque copiæ, summa copia, opes & copiæ, omnium rerum abundantia.) (. Summa inopia. Atti. 3 a, Quod assequatur, supero Crassum diuitijs. de Am. 100 a, Diuitiæ opportunæ sunt ut utare, opes ut colare, honores ut laudere. Officij b, Expetuntur, diuitiæ, tum ad usus uitæ necessarios tum ad perfruendas voluptates. contra Rul. 80 a, Diuitijs augere aliquem, & fortunis locupletare. de Am. 105 a, Homines diuitijs affluentes. de Orat. 98 a, Diuitiæ atque ornamenta ingenij alicuius. Offi. 6 a, Infinita pecuniæ cupiditas est. Off. 6 a, Vt nuper M. Crassus negabat ullam satis magnam pecuniam esse ei, qui in rep. princeps uellet esse, cuius sumptibus exercitum alere non posset.

Divitior. de Or. 160 a, Hinc ille diuitior & licentior dixit dithyrambus.

Divortium, tij. affinitatis dissidium, discidium, dissidiū. To-

pic. 222 a, Si uiri culpa factum est diuortium, ꝓ liberis mapic. 222 a, Lentulus cum Metella fecit nere nihil oportet. Att. 206 a, Lentulus cum Metella fecit diuortium. Cæl. Epist. 116 a, Valeria diuortium sine causa fecit, nuptura est D. Bruto, nondum retulerat. de Or. 157 b, Nam si res suum nomen & proprium uocabulum nō habet, &c. ut in uxore diuortiū, necessitas cogit, quod non habeas aliunde sumere. pro Cl. 57 b, Sæpe fieri diuortia atque affinitatum dissidia uidemus. Att. 203 b, Sed quid est quod audio Spinterem fecisse diuortium. de Or. 100 a, Mater, quæ si iudicaretur certis quibusdam uerbis fieri cum superiore diuortium, in concubinę locum duceretur. I. A. 173 b, Antonius cum Mima fecit diuortium. & ibid. Ille uxorem suam, suas res sibi habere iussit, ex XII. tabulis causam addidit, exegit. Epi. 115 b, Vxor à Dolabella discessit. pro Cluent. 20 b, Ecce autem subitum diuortium, discedit à Melino Cluētia. de Or. 149 a, Sic ex communi sapientium iugo sunt dō ctrinarum facta diuortia. Att. 79 a, Amanus Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit. Ep. 23 a, Qui mons mihi cum Bibulo communis est, diuisus aquarum diuortijs.

Divvrnvs, a, um. quod ad diem pertinet, aut fit de die. contra Rul. 67 a, Quæ mihi nullam partem neque diurnæ neq; nocturnæ quietis impartiunt. Off. 69 a, Diurni nocturniq; metus. & de Sen. 94 a, Diurni nocturnique labores. de In. 51 a, Annuum, menstruum, diurnum, nocturnum spacium.

Divtinvs, a, um. diuturnus. Of. 23 a, Multa passus est Vlysses in illo errore diutino. aliter, Diuturno. Ep. 171 b, Liberta desiderio, & odio diutinæ seruitutis.

Divtissimē, longissimo tempore. Qu. Fr. 290 a, Vt te quàm diutissimè iucunda opinione oblectarem. I. P. 99 a, & Am. 96 a, Quod te quàm diutissimè torsit.

Divtvrnitas, tis. longinquitas temporis uel temporum, numerus dierum. de Leg. 174 b, Nā illud uel aspersione aquę, uel dierum numero tollitur, animi labes diuturnitate uanescere non potest. de N. 26 b. Non stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis. de Or. 95 b, Diuturnitas memoriæ. de Or. 88 a, Diuturnitas pacis ociū confirmauit. Att. 115 b, Nihil Cæsari minus expedit ad diuturnitatē gloriæ. pro Pomp. 9 a, Quod imperij diuturnita tī modum statuendum ueteri exemplo putauistis. Ep. 72 b, Diuturnitas maximos luctus uetustate tollit. de Fi. 83 a, Negat Epicurus diuturnitatem temporis ad beatē uiuendum aliquid afferre, d Fin. 57 a, Dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis esse solet, ut eius magnitudinem celeritas, diuturnitatem alleuatio consoletur.

Divtvrnvs, a, um. longus, diutinus, longinqui temporis, longinquus. Of. 41 b, Nec simulatum quicquam potest esse diuturnum. de Sen. 91 b, Nihil mihi diuturnum uidetur in quo est aliquid extremum. de Diu. 114 a, Et quàm diuturna ista obseruatio fugit? aut quàm longinquo tempore obseruari potuit de Sē. 82 a, Diuturnam fitim expleui. pro Pō. 10 b, de In. 82 b, Diuturna perpessio rerum difficilium. de Orat. 152 a, Hoc non potest in delectatione esse diuturna. pro Mar. Diuturnum filētium. pro Syl. 181 b, Diuturnus morbus. pro Pomp. 12 b, & de Pro. 70 a, Diuturna pax.

Divs. I. V. 86 a, Sub dio id est, sub aere.

Divvlgatvs, a, um. peruulgatus, peruagatus, celebratus, sermone tritus, sermonibus celebratus. Epistol. 160 b, Te adipiscendi magistratus leuissimi & diuulgatissimi, si ita adipiscare, ut plerique, præpropera festinatio abducet à tantis laudibus. pro Planc. 268 b, Vulgaris & peruagata declamatio. pro Flac. 160 a, Quid in Græco sermone tam uulgatum, tritum, & celebratum est? I. A. 171 b, In rebus celebratissimis sermone omnium uersor. pro Cluent. 32 b, Manarat sermo in consilio. de Amic. 95 b, Sermo, qui tum ferè erat multis in ore. pro Cluent. 18 b, Res agitata in conciionibus, iactata in iudicijs, commemorata in senatu. & 24 b, Res clara atque omnium sermone celebrata. pro Cluent. 34 a, & pro Domo. 241 b, Res patefacta & in forum prolata. pro Muræn. 129 b, Rebus prolatis. & 130 b, Ratio dierum peruulgata & cognita. contra Rul. Completi sunt animi, aureque omnium, me, &c. pro Cæl. 5 2 b, Audita & peruulgata & percelebrata sermonibus res est.

Ivvlgo, gas. foras do, edo, in medium profero, in uulgus in dico, in apertum refero, celebro, percrebesco, peruulgo, palam recito. Orat. 207 a, Hunc librum etiam si minus uestra

cōmendatione, tuo tamē nomine diuulgari necesse est. pro Font. 278 a, Inimici hanc rem sermonibus diuulgare uoluerunt. Att. 199 b, Volo eum librum diuulgari. Item: Hermodorus qui solitus est Platonis libros diuulgare. Att 232 b, Liber αὐξήσοτος. I. A. 162 a, Hæc nullo pacto diuulganda sunt. Br. 91 a, Non supprimenda res erat, sed diuulgāda. Ep. 89 a, Quare usum est occultius agēdum, neque ullo modo diuulgādum, de te iam esse confectum. Postq. 206 a, Cuius primum tempus ætatis palām fuisset ad omnes libidines diuulgatum. I. V. 120 a, Res percrebuit, in ore atque in sermone omnium cœpit esse. pro Cæl. 38 b, Quæstus forensis in medium proferebatur. contra Rul. 68 b, Lex in publicum proponitur.

Divvlsvs, a, um. distractus, disiunctus. de Or. 100 b, Ars, quæ rem dissolutam diuulsamque conglutinaret, & ratione quadam constringeret.

Divvs, a, um. Deus, homo diuinus. de Legib. 173 a, Ad diuos adeunto casté. de N. 27 a, & de D. 85 a, Præsentiam sæpe diuisuā declarant. I. A. 181 a, Est ergo flamen diuo Iulio M. Antonius. de Legib. 173 a, Diuos eos, qui cœlestes semper habiti, colunto.

Do, das, impertio, largior, defero, numero, soluo, dono. de Vn. 198 a, b, Ad hanc conuersionem quæ pedibus, & gradu non egeret, ingrediendi membra non dedit Deus. contra Rul. 69 b, 70 a, Domitius quod per ceremonias populi fieri non poterat, ratione affectutus est, ut id quoad liceret, populi ad partes daret. de N. 75 a, Si rationem hominibus dij dederunt, & malitiam dederunt. pro Pom. 13 a, Hoc tantum boni quod à dijs immortalibus oblatum, & datum est. pro S. R. 40 a, Commoda quibus utimur, à deo nobis dari atq; impertiri uidemus. I. V. 252 b, & pro Domo sua, Dare potestatem, honorem, autoritatem, & ornamenta alicui. de N 73 a, Dare perniciem, mærores, luctum, exitium, exilium alicui in uersu. de Or. 94 b, Hæc turba & barbaria forensis dat locum uel uiciosissimis oratorib. Parad. 121 a, Iniuria tua dedit mihi reditum gloriosum, non exitum calamitosum. Epi. 2 b, Is acerrimum tui defensorem fore ostendit, quod dat accipimus. de Orat. 120 b, Si se dant, & sua sponte, accipio quod datur. de Fin. 8 2 a, Hoc & si multis modis reprehendi potest, tamen accipio quod dat. Attic. 9 a, Et tamen ab illo apertè, rectè, quicquid est datam, libenter accepi. Epi. 60 b, Da hoc illi mortuæ, de cæteris amicis. de Fin. 82 b, Aeque hoc dabitis, ut opinor. At. 116 b, Ne me dem incertę & periculosæ fugæ. I. V. 241 a, Dare se labori atque itineribus. pro S. R. 21 b, Dare se rei familiari, uitæq; rusticæ. Att. 27 b, Ego me do historiæ. Attic. 75 b, Dare æstiuos menses, rei militari, hybernos iurisdictioni. Att. 13 a, & 69 b, Dare opera alicui. Att. 3 b, Dare aures alicui. & 66 a, Dare dies alicui. I. A. 235 b, Dare tempus alicui rei. Att. 138 a, Video ut se huic dent, ut daturi sunt. & 109 b, An ijs me dem, qui potiuntur. Epist. 22 a, Da te homini. de Som. 130 b, Neque seruitutibus uulgi te dederis. Ac. 41 a, Da quæso te huic etiam generi literarum. de N. 3 b, Dare se ad aliquam rem faciendam. Att. 245 a, His literis scriptis me ad σωτάξεις dedi. de Fin. 115 a, Dare se ad iudendum. de Leg. 158 a, Si te ad ius respondendum dedisses. & ibid. Cicero se ad dicendum dit. de Clar. 193 b, L. Scæuola nemini se ad docendum dabat. contra Rul. 68 a, Quum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem. I. V. 143 a, Is bene penitus in istius familiaritatem sese dedit. I. P. 94 a, Is dedit se in consuetudinem, &c. Qu. de Pet. 207 a, Qui ad meam gloriam augendam tanto studio te dedisti, At. 212 a, Da te in sermonem. Ep. 202 b, Dare se ad lenitatem. pro S. R. 38 a, Is se in cruciatum dari cupit, dum hac de re quæratur. Tus. 244 a, Dare se in tormenta. de Or. 134 b, Dare patronū alicui. At. 263 b, Consules Plancum dederunt: id est, iudicem uel arbitrū. Part. 241 a, Ea litera de accusatore solet dari iudicii: id est, transferri in iudicem. Att. 73 a, Dare literas. Item: Huic toties ne me literas dedisse Romam, cum ad te nullas daremꝫ at uerò post hac frustra potius dabo, quàm si rectè dari potuerint, committā ut non dem. At. 217 b, Datur mihi epistola à sororis tuæ filio. Att. 70 a, & 221 a, Fessulanus mihi literas tuas dedit: id é, reddidit. I. C. 111 b, Dare literas alicui ad aliquem. Atti. 122 a, Epistola quàm de nocte datarus eram. & 76 a, Tu autem sæpe dare tabellarijs publicano-

rum poteris per magistros scripturæ.& ibid.Tardè tibi reddituro dabam familiari homini ac domestico.& 75 b,Dederam Epheso pridie,has dedi Trallibus.Attic.126 b ,& 130 b,Dare mandata alicui ad aliquem.In Vat.Dare dilaciatores.Quint.Frat.327 b , Dare munus populo,In Ver.59 b , Dare aliquid crimini.& de In.71 b,& 73 b,In Ver.78 b ,& 259 b,Veritas est ne sibi crimini daretur, eos , &c.Epi.179 a,Dare aliquid uicio.de Finib.115 a,Obliuiscemurque quæ uirtuti ipsi principia dederimus.Aca.40 b,Da,pro dic. Sed da mi nunc,satis ne probas?Do hoc naturæ meę,14.ad At. id est,in hac re naturæ meæ obsequor.'Sed do hoc uobis & concedo esse multos,&c.5.Verr.Quod tu mihi das , Acad. quæst.ed.1.lib.2.Hoc est,concedis, ut fit in disputando.Cognitionem Consulibus dat lex,ad Attic.libr.16.de Arusp. resp.Tulliola tibi diem dat,sponsorem appellat,ad Attic. lib.1.Hodie non descendit Antonius, cur? dat natalitia in hortis,2.Philip.Dat amico suo cuidam negocium,qui tum magister erat eius societatis,'ut diligenter caueret,In Verr. de Arusp.resp.Operas in scriptura pro magistra dat,ad Filium,libr.13.4.In Verr.Sibi enim bene gestæ, mihi conseruatæ Reipub.dat testimonium , ad Attic. libr.2.& lib.7.Id quoque damus,& libenter quidem,de Nat. deo.1.Quid cõsilij datis,4.Acad.Vos autem quid mali datis,de Nat.deor. 1.Videamus partes,quarum est aspectus illustrior,quæ quò sunt excelsiores,eò dant clariora indicia naturæ,5,de Finibus.Re & ueritate nobis milites fine ulla recusatione,summo etiam cum studio,nomina dant , Philipp. Hoc est,seipsos scribendos offerunt , & curant nomina sua inscribenda. Si se dant, &c.accipio quod datur,& ad id unde aliquis flatus ostenditur,uela do,2.de Orat.Dant sese in fugam istius præclari Imperatoris nocturni milites,In Verrem . Vnum omnia posse , disrumpuntur ij qui me aliquid posse doluerunt.multa mihi dant solatia,ad Attic. libr. 4.de claris Orator.Nullas dant uias uobis ad significationum scientiam,2. de Diuinat. Denique etiam sermonis ansas dabat , quibus reconditos eius sensus tenere possemus , pro Sestio. Is cœnam isti dabat apud illam in Tindaritano , 6. Verrin. Sed uide audaciam , etiam Hircio cœnam dedi sine pauone, ad Pætum , lib. 9.Dedi Antiocho operam diligentius, ut causam ex eo totam cognoscerem,Acad.quæst.ed.1.lib.2.Iam Clitomacho Philo uester operam multos annos dedit , 4. Acad. Dedit operam , ut Halesinus ad se Dio continuò ueniret,&c.4.Verrin. In quam exercitationem ita nos studio sè operam dedimus,ut,&c.1.Tusculan.Non reddit quæ dedi eius filio mutuo,& utitur excusatione temporis,ad Atti. lib.10.pro Leg.Agr.Sapienter igitur,quòd manus dedisti, quodq; etiam ultrò gratias egisti,ad Attic.libr.16.Sed maximè eorum incolumitates,quibus salutem dedisti,pro Deiot.pro Plancio,& pro Ligario,1.de Orat.Mulieri crudelissimæ seruum fidelissimum non in quæstionem tulit , sed planè ad supplicium dedit , pro Cluent.Dedit diuinitatem soli & lunæ,&c.de Natur,deor.1.Qui, ut aliud nihil,hoc tamen profecit: dedit illi dolorem , ad Attic. lib. 7.Annis enim ferè CCCCX.post Romam conditam Liuius fabulam dedit.1.Tusculan.3.Brut. Nam qui non pœnam confessioni,sed defensionem dedit, is,&c.pro Mil.Oculos autem natura nobis,ut equo & leoni setas, caudam , aures ad motus animorum declarandos dedit , 3,de Orat.Cohors tota illa tua , quæ plus mali Sicilię dedit , quàm si centum cohortes fugitiuorum fuissent,4.Verr.Quo tempore quidem signi fatis dedit,si quid esset quod posset dicere, fe tacere non posse,3.Verr.cui magnam dedimus pecuniam mutuam,ad Attic.libr.11. Iosis piratis lucis usuram tam diuturnam dedistis,6.Verr.Scilicet uerba dedimus:decepimus : ignorabat ligio Marcia quarta , nesciebant uxterani quid ageretur, 13.Philippic.Itaque ipsi(ne dicam mihi)populo Romano pœnas dederuntme saluum adhuc respub. conseruauit.12. Philippic.& Antequam . Sed me illorum sententiæ minus mouebant, minus multa dederant illi Reipub, pignora , ad Attic.lib. 8. Quare quoniam hoc à me fic petis,ut quæ tua potestas est , ea negès te inuito usurum , puero quoque hoc à me dabis,si tibi uidebitur,ad Attic. lib.14. Sed si quid res dabit tibi facultatis , id me maximè consolari poterit , ad Attic.libr.11.Dabimus hoc Pompeio,ad Attic.libr.1.Hoc est,Pompeij causa faciemus. Dabitis enim profectò,Acad. q.ed.2.lib.1.pro,præmittetis,concedetis.Da hoc illi mentuæ,da cæteris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore interent:da patrię,ut si qua re opus sit,opera & consilio tuo uti possit,Sulp.lib.4.Sanè si nudus es,da iugulum,2.Tusc.Cæ tè optabilius Miloni fuit dare iugulum P.Clodio,pro Mil. Da melius,16.ad Att.unum inquam,da mihi ex illis aratoribus,qui uel ad statuam , &c.5.Verr. Quare da te huic complectatur , mihi crede,2.Fam. id est , infinua te in eius amicitiam. Non habui,cui potius id negocij darem , quàm tibi , Ruffo.lib.5 . Qui tibi ut beneficium daret , primo iniuriam fecit,ad At.lib.10.post Red.in Sen.pro Rab.Posth. pro Marc.& pro Sylla.Off.2. 6.Fam.& 13.Domitius,qui per cæremonias populi fieri non poterat, ratione affectus est,ut id,&cæ.quoad liceret,populi ad partes daret,2.de Leg.Agr.Cuius igitur audita uirtus dubitationis loco non daret,pro Corn. Balbo , Qui negare noluit esse in eodem numero Syllam,quo plus spei Gallis daret,pro Sylla.Quę rebant quę in uerba Recuperatores daret,5.Ver.Non committam,ut,si defugerim,tibi causam aliquam dem recusandi,2.de Orator.Negas sine deo posse quicquam: ecce tibi transuerso Lampsacenus Strato,qui det isti deo nomen magni quidem muneris , Academ. quæst.ed.1.lib.2. 1.Philippi.Atticæ, quoniam(quod optimum in puerisch hilarula est , meis uerbis suauium des , ad Attic. libr.14.Iuliam quod te des hoc tempore,nihil est,Terentiæ,libr.14. Quineriam necesse erit cupere , & optare ut quàm sepissimè peccet amicus, pro plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum,de Amic.Ad extremum det manus , uiciique patiatur: ut is qui illusus sit , plus illusisse uideatur,de Amic.Sermoni reliquo demus operam sedentes , 2.de Legibus. Quam igitur sententiam demus?1.de Legibus.Quæso à uobis , ut in hac causa mihi detis hanc ueniam,accommodatam huic reo,&c.pro Archia.id est,Indulgeatis,concedatisque mihi hoc,si fortè peccauero . Ea uero ipsa nulla ratione melius frui potui , quàm si me ad totam philosophiam pertractandam didissem , de Natura deor.1.Ego hoc optimum factu iudicarem, P.C.Catilinam mortem mutari,unius usuram horę gladiatori isti ad uiuendum non dedissem,in Catil.Quinetiam memini , quum in accusatione sua,Quin.Gallio crimini dedisset, sibi eum uenenum paruisse,&c.de Clar.Orator.Eloquētia uarietate , copia,quam se cunque in partem dedisset,omnium fuit facilè princeps. 3.de Orator. Qui uxori suæ Cluentiæ quum ipse pocula dedisset,pro Cl.Lælius si digito quem attigisset,pœnas dedisset,5 . Tusc.Neque sermonibus uulgi dederis te, neque, &c.Somnio Scip.Postremo quum,&c.dederit aliquid cum poris ad ludum ætatis , atque ad inanis hasce adolescentiæ cupiditates,reuocet se aliquādo,&c.pro Cælio.Qui tanta de rebus huic mandata dedit,ad Attic.lib.7.Qui dederit se motibus animi,iniustè uixerit , de Vniuers. Quis enim mihi dederit aut deum omnia posse , aut ita faturū esse si posset, Academ. quæst. ed.1.lib.2.Tu ad me uelim proximis litteris,ut se initia dederint,præscribas. ad Atti.lib.3.Dare aliquem ad alterius iniurias, 5. in Verr. Sed aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis dare pollicetur, ad Atti.lib.14. Ad salutem communem aliquid dare,6.Verr.dare animum suum mœrori,3 , ad Attic. Arbitrum illum adegit,qui illi dare facere oporteret ex fide bona , 3.Off.Dare auctoritatem alicui,3.Philip.& 8.Audaciam . pro Ligar.Noli putare mi Cicero,me hoc auribus tuis dare , 12.Fam.C.Trebonij.id est,in hoc tibi assentari, uel hoc assentationis causa tibi dicere,Dare bellum,11.Philip.Dare beneficium,necessarium,in nostra potestate est, Offic.1.Causam dicendi instaurare, necessariam,de Arusp.resp. Ceruices,pro Rosc. Amer.& pro Sest.Philip.12.Itaque mihi uideris,Latinè docere philosophiam, & ei quasi ciuitatem dare , quæ quidem adhuc peregrinari Romæ uidebatur,3.de Fin.Concionem alicui, 4.Ad Attic.pro Flacco.Cogitandum alicui, 14.ad Attic. Cognitionem rei alicuius,16.ad Attic.Cognitorem,3.ad Fiden. Consilium fidele deliberanti . Offic. 1.Consilium rerum dare gaudeamus liberè,de Amic.2.Famil. Consilium . pro Muræ.Contentionem reiectionis , in Vatin.Carmen suspicioni,11.Philipp.Dare defensionem,pro Milone. Delationem,1.in Verr.Demonstrationem,Top.Dotem, pro Milon. Dare epistolam de phaseso, 1.ad Attic. Excusationem,6. In Verr.Expectationem,2 . ad Attic.pro mouere expectationem. Dare alicui facultatem sui irridendi,Diuin.lib.2.5.Philipp.Gloriam , in Pis. Dare hæreditatem,3.In Verr.Dare imperium.5,Philip..& 11.Dare in custodiam,7.In Verr.in Catil.& 3.Philipp. in quæst.oné.pro Rosc.Amer.Iudicium alicui,1.In Verr.& pro Cec. 13.Famil.hoc est,iurisdictionem,Dare lætitiam alicui.pro Plan. Laudi,uitio,contraria. Off.1.1. Tusc. pro Cl.Legem & disciplinam uiuendi populis,3.de Leg.Librum perferendum ad aliquem,.ad Attic.lib.2.Pueris licentiam ludendi,1.Offi. pro Domo sua.litem,pro Rosc.Com. Is quærit ex me num consuetissem Siculis locū gladiatoribus dare, Ad Atti.lib. 2 , Quacunque enim imus , quacunque mouetur , uidetur. quasi locum dare & cedere,2.de Natur. deor. Dare locum respondendi,5.de Nat.d. Dare mancipio,13.ad Att.manda ra alicui ad aliquem,ad Att lib.8.5.Philip.& Materiam iniuidiæ,11.Philipp.Materiam sermonis,1.ad Quin.Frat.Ali cui medicamentum.Offi.3.Mercedem,pro Do.sua.pro,da re pœnas.mentem.pro Milo.id est, in animum immittere . Merita,Læl.Munus gladiatorium alicui.pro Sest.id est , in eius memoriam.Dare operam funeri,15.ad. At.Liberis da re operam,re honestum est,nomine obscœnum, 1.Off.Hoc est,liberis procreandis.Operam rebus diuinis , 2.de Legib. Operam uaticinatio,1.de Orato.Optionem , Acad.q.ed.1. lib.2.Offi.3. Dare partes , pro Rab.Posth. Alicui plausum multiplicem,Cat.4.ad Att.& 3.ad Quin.Fra.Potestatem , & fortunam aliquid faciendi,3 .Philip.Potestatem ut quid fat,3.ad Att.Præcepta,in Pis.Præsidium,11.Philipp.Primas,secundas,tertias alicui rei, 3.de Orat.8.Philipp.Principatum alicui , τὰ πρωτεῖα διδόναι , Off. 2. primum; erit hoc quasi ,principia atomis dare,quæ rectè,quæ oblique feruntur.1.de Finib.Dare rationem,3 .In Verr.Rationem sui consilij,4.ad Heren.Reditum regis Consuli,pro Rab.Posthum.Recordationes,5.Fam.Dare se ad aliquam rem faciēdam,de Natur.deor.3.ad Attic.Se ad defendendos homines,1.In Verr.Se ad legendos libros , de N. deor.1.Se alicui,2.de Orat.pro Mil.& pro Rab.Posth.Se gemitui lamētabili,imbecillo,abiecto,flebili.Tusc.quæst.lib.2.Se in conspectum alicuius,7.Verr.1. de Diuin.Se in tormenta,5.Tusc.Se iucunditati,1.Off.Se petitioni,13.Fam.Se philosophiæ excolendum,4.Tusc.Se populo ad coronam,5.In Verr. pro Sestio,in Pisonem. Se prouinciæ uel rei militari,atque ibi piratarum contumelias perpeti . de Arusp.resp.Se amicorum salutationi,7,Fam.Se somno,1. Tusculan.Se uadem ad mortem pro amico.de Fini.lib.2.Se uoluptatibus de Senec.Dare Senatum alicui, de Arusp.resp.Sermonem alicui 9.Fam.Signum,3 .Philip.pro,ostendere uel probare.Addo etiam illud , multa iam mihi dare signa puerum & pudoris & ingenij,3.de Finib. Significationem,Top.& Orat.Virtutis specimen,1.Verr.Studium suum artibus,4.Fam.Dare ta bellam de aliquo , pro Flac. Tempus ad ludum ætatis,pro Cælio.Testes, pro Quint.6.In Verr.& 7.Testimonium dignitatis alicuius.pro Planc.Dare ueniam ad ignoscendum, in Pison.Alicui uenenum,Offi.1.pro Clu.Veritati uel amicitię,15.Famil.Vestitum & arma,10.Philip.Vicarium,12. Philipp.Vitam,2.Philipp.Vitio,uel culpæ,pro Ros.Amer. Vrbem diripiendam, 14.Fam. Deos gallis signum dedisse cantandi,Diuina.lib,2. Quanquam enim quod præsens tanquam in manu datur,iucundius est,tamen hæc in posterum gratiora,2.Offic. Datur opera de illo , 10. ad Attic. Ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur,2.de Finibus . Is accusatur,ficti testes in eum dantur,6.Verr.2. de Finibus . Si dabitur quies,2.ad Att. Quænam unquam ob mortem Mytili pœnis luendis dabitur facietas supplicij,3. de Nat.Hæc detur cura Censoribus,3.de Legib.Hoc est negotium , hoc illis committatur.Detur id uobis,de Nat.d.1.id est concedatur . Cæsio uerè sententia mea dominatum & principatum dari , 11.Philipp. Et tamen quid attinet luxuriosis ullam exceptionem dari, aut fingere aliquos , &c.2.de Fin.Is se in cruciatum dari cupit,dū hac de re quęratur,pro Rosc. Amer.Dari in seruitutem,ad Oct. neq; ijs à Senatu respondum dari patitur,ad At.lib.1.Sed tum dari foras scripta,cū utrij nostrum uidebitur,13.ad At. Est enim quatenus amicitiæ dari uenia possit, de Amic,5.de Finib.2.de Offi. Virtuti opera danda est,de Amic. Dāda palma docto oratori, 5.de Orat.Quantum autem consuetudini famęq; dandum sit,&c.Tusc.q.lib.1.Cæteris autem, si errorem suum deposuerit, & in reipub. gratiam redierint, ueniant & impunitatem dandam puto , 8 .Philipp. Concinit autem cùm in dando munificum esse,tum in exigendo non acerbum,Off. 2.Vestorio dādi sunt dies,ad Att. lib.4.Ingredientibus cō fiderandum fuit quid ageremus: nunc quidem iam quocunque feremur,danda nimirum uela sunt , in Orat.Vt in dandis recipiendisq; meritis, quod quisq; minus per se posset, id acciperet ab alio,uicissimq; reddere , de Am.Siquis eū pulsasset,edixit le iudicium iniuriarum non daturum , &c. 4.Ver.Spero celeriter eum pœnas daturū, Lentulus Ciceroni,lib.12.Quamobrem opinione confido sceleratissimū latronem pœnas daturum,Lentul.libr.12.Non intelligunt idcirco esse ea propter se expetenda , quòd nulla utilitate obiecta delectentur animi , atque ipsa scientia etiam si incommoda datura sit,gaudeant,5.de Finibus.Quibus quum à cuncto consessu plausus esset multiplex datus dixisse ex eis quendam,Athenienses scire quæ recta essent,sed facere nolle, de Senectut. Huic quoque ergo à maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus, 2.Offic.Eodem igitur die Tyrijs est Senatus datus frequens, ad Quint. Frat. lib.2.Virtutum amicitia adiutrix à natura data est, non uiciorū comes.de Amic.Data IIII . Calend. Quint.Data est mihi facultas,ut meo arbitratu facerem.1.de Finib.Quod non prius quàm datum,adempum sit,4 Fam.Ser.Sulpitij. Tantum boni à dijs immortalibus oblatum & datum , pro Lege Manil.Et tamem ab illo apertè,rectè,quicquid est datum, libenter accepi , ad Attic. Ne legi quidem quicquam per tribunum plebis laxamenti datum est,pro Cluent.Ego planè uellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Zenonem datum, 1.de Legibus . Non M.Attilium , qui ad supplicium est profectus, ut fidem hosti datam cōseruaret, de Senect.2.de Finibus . Offic. Ferebat grauiter illam sibi ab isto prouinciam datam.6.Ver.Datum III.Iunij,Terentiæ , lib.14.Datum pridie Idus Iunij , ad Tironem. lib.16. Datam ad III.Non.Octob.Thessalonicæ,Epistol.Hoc tantum boni quod à dijs immortalibus oblatum,& datum est, pro Pomp.Ne Marco quidem Scio uitio datum est , quòd in caritate asse modium populo dedit,2. Offic.Ad sepulturam corpus uitricī sui negatā me datum , 2.Philip.Alterum Consulatum à Repub.ne data quidem occasione repulimus,& Atti.lib.7.Data opera paraui,8.Fam.Cælij.Apud amicos multa deposita , multa aliqs data atque donata , 6. Verr.Accepi literas tuas Corcyræ datas.Epistol.Itaque uetomperi legatos,&c.atque huic esse ad Catilinam datas literas, &c.3.in Catil. Accepi literas tuas datas Placentiæ , ad Quint.Frat.lib.2.

Doceo,ces.trado,instituo, ad faciēdum aliquid instituo,præcipio,erudio,edoceo,præcepta do,optimarum artium uias trado,ætatem puerilem ad humanitatem informo,hęc uox huius præceptis confirmata disciplinam trado . pro Quin. Rab.49 b,de Ora.128 b, Aut si qua est ars falis, eam nos tu potisimum docebis.I.P.95 a,Quid nūc te asine literas doceam?non opus est uerbis,sed fustibus.de Or.126 b,Quamobrem hoc uos doceo Sulpici,ut in dicendo irasci,ut dolere positis.pro Quin.14 b, Docet me eiusmodi rem , & factum simul Sex.Nœuij,quod si solum proferretur,satis esse deberet.pro Pomp.7 a, Deinde nos idem iste Mithridates docuit,id quod certè calamitate docti memoria retinere debemus.de Legib.179 b, Iureconsulti ignoratione docendi (nam non solum scire aliquid artis est , sed quæ dam etiam ars docendi)quod positū est in una cognitione,id in infinita dispartiūtur. de Sen.82 b, Senectus adolescentes docet , instituit, ad me officij munus instruit . pro Mil. 193 a , Ad hanc legem non docti,sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.Offic.55 a,Itaque cum sunt docti à peritis,desistunt facilè sententia.Attic.118 b , Nihil arbitror fore quod reprehendas,si quæ fecerunt,doce me.Att.257 a , Docui literis,hoc fieri non posse.Epist. 34 a , Cum interea ne literas quidem ullas accepi,quæ me docerent quid ageres . pro S.R.23 b , Vt mori mallet,quam de his rebus Syllam doceri.pro Do. 219 b,Docere pōtificum collegiū de rebus diuinis . de Or. 118 a,Equidem soleo dare operā,ut de sua quisq; re me ipse doceat . & 156 b,& 115 a, Cum docendus iudex est,aut

dedocendus, I.V.226 b, Docere iudicem de iniurijs suis.de Clar.182 b, Doceri de aliqua re.& pro S.R.39 b, Aliquem doceri ab aliquo de aliqua re. Epist. 61 b, De rationibus prouinciæ quid uellem fieri, ut is uos doceret & commone faceret. Orat.200 b, In quo cum doceret eos, qui, &c. domus eius officina habita eloquentiæ est. contra Rull. 88 a, Vt doceam te in his tacere rebus.de Orat.116 a, Docilem, non cum polliceor me demonstraturum, sed cum doceo, & explano. Off.26 b, Alteraq; docet & explanat quid faciẽdũ fugiendumq; sit. de Orat. 115 a, Dicam enim tibi Catule non tam doctus, quàm (id quod est maius) expertus. pro Plan.176 b, Locus ille mutus, ubi quisque altus aut doctus est. Off.31 a, Erudire atque docere aliquem. de D. 109 a, Docere atque erudire iuuentutem. de Orat. 95 a, Docere mercede. I.A.162 a, Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede nihil sapere docuit. Qu. Fr. 309 b, Tyrannio docet apud me. pro Flac.155 a, Tradere artem docendi. Epist. 140 b, Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicem. de Orat.95 b, Docere, tradere, inculcare. de Orat. 202 b, Hæc non aliqua mihi doctrina tradita sunt, sed, &c. Atti.121 b, Ciceronesq; nostros meo potius labore subdoceri, quàm me alium magistrum quærere. de Clar. 104 b, Vir instituendo docẽdoq; prudens. de Fin.104 a, Natura impellimur, ut prodesse uelimus quàm plurimis, in primisq; docendo, rationibusq; prudentiæ tradẽdis, itaq; non facilè est inuenire, qui quod ipse sciat, non tradat alteri : ita non solum ad discendum propẽsi sumus, uerùm etiam ad docendum. de Op.243 a, Docere, delectare, permouere animos audientium, de Orat.119 b, Conciliare, docere, mouere.

Dochimvs, mi. pes oratorius ⏑ -- -- ⏑ -- Orator.218 b, ut Amicos tenes.

Docilis, le. qui facilè libenterq; docetur & intelligit, aptus ad disciplinam.)(.indocilis. de Orat. 116 a, Iubent enim exordiri ita, ut eum qui audiet, beneuolum nobis faciamus & docilem, & attentum. & 138 b. de Or. 116 a, docilem autem facio, non tum cum polliceor me demonstraturum, sed tum cum doceo & explano. ad Her. 2 a, Docilis est, qui attentè uult audire. Tusc.179 a, Præbere sed docilem ad ali quam sententiam. Epist.105 a, O medicum suauem, meque docilem ad hanc disciplinam.

Docilitas, tis. discendi facilitas. pro Sest. 22 a. Ii perfecto genere humanæ docilitatis atq; ingenij dissipatos unum in locum congregauerunt. de Fin. 133 a, Prioris generis est docilitas, memoria : quas uirtutes qui habent, ingenio, si uocantur.

Docte. peritè, literatè. in Sal. 273 a, Satis doctè ac peritè fecisti.

Doctor, oris. magister, præceptor, interpres. de Or.87 a, Ea, quæ Græci dicendi artifices & doctores relinquerunt. de Orat.19 a, Summus ille doctor istius disciplinæ Appollonius.& 95 a, Cum mercede doceret. Or.207 b, Iudicem me esse, non doctorem uolo. de D. 81 a, Panætius Posidonij doctor, discipulus Antipatri. de Orat. 148 a, Neque disiuncti doctores, sed ijdem erant uiuendi præceptores atque dicendi. Or.148 a,& Off.1. Doctor sapientiæ. Epistol. 104 b, Libri iuris ciuilis quanquam plurimi sunt, doctorẽ tamen lumenq; desiderant.

Doctrina, nę. eruditio, literę. I.V.194 a, Homo omni doctrina & uirtute ornatissimus. de Orat. 85 b, Qui in artium studijs liberalissimis sunt doctrinisq; uersati. Orat.200 a, & pro S.R.25 b, In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ. pro Cæl. 42 a, Studium doctrinæ atque humanitatis. de Or.154 a, Nostra est omnis ista prudentiæ doctrinæq; professio. de Clar. 186 a, M. Piso quicquid habuit ex disciplina, maximeq; ex omnibus qui fuerunt, Græcis doctrinis eruditus fuit. Epistol. 48 a, Is autem summè omnium doctrinarum studiosus fuit. de Or.110 b, Res quę doctrina aliqua continerur, Epist.49 a, Me omnis ars & doctrina liberalis, & maximè philosophia delectat. pro Arch.187 a,& 188 a, Relaxare animum doctrina. & ibi. Excolere animum doctrina. Ac.1 a, Magnum optimarum artium studium, & omnis liberalis & digna homine nobili à Lucullo percepta doctrina. de Orat.132 b, Ambiguigenera, de quibus est doctrina quædam tubtilior. de Or.198 a, Ab alijs rerum, ab alijs uerborum doctrina quæritur. Part. 139 a, Doctrina dicendi in tres partes distributa est. Orat.212 b, Quod si indocta consuetudo tam est opifex suauitatis, quid ab ipsa tandem arte & doctrina posset fieri putamus? pro Mur. 138 a, Ego quoque in adolescentia diffisus ingenio meo quæsiui adiumenta doctrinæ. de Ar. 188 b, Sæpius ad laudem atque uirtutem naturam sine doctrina, quàm sine natura ualuisse doctrinam. de Leg. 137 b, Ciuitates malis studijs malisq; doctrinis euertit. de Or. 118 b, Eiusmodi definitio genere ipso doctrinam redolet, exercitationemq; penè puerilem.& 154 a, Institutus liberaliter educatione doctrinaq; puerili.& 102 b, Hæc non aliqua mihi doctrina tradita sunt.& 107 a, Ius ciuile summatim percipi sine doctrina potest. Off. 30 b, Doctrina rerum honestarum: id est, ipsum docere res honestas.

Doctvs, a, um. literatus doctrina excultus, eruditus, intelligens, literis perpolitus, homo abundanti doctrina, doctrina atque optimarum artium studijs eruditus, uir præclare eruditione atque doctrina ornatus. de Or.93 b, Quid mihi tanquam Græculo ocioso & loquaci fortasse docto & erudito, quæstiunculã ponitis? de Or. 124 b, Hæc apud doctissimi doctus ipse percurro. & 111 a, Ea quæ scribo neque ab indoctissimis neque ab doctissimis legi uellem. de N. 13 b, Simonides non solùm poeta suauis, sed etiam doctus fuisse traditur. Or.108 a, Ita & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit. de Cl. 181 a, In quo nunquam fuit populo cum doctis intelligentibusq; dissensio. Tusc.148 b, Antiquissimum è doctis genus poetarum. de D.80 a, Gens humana atque docta.)(. Immanis atque barbara. pro Cæl.42 a, Adolescens humanissimus & doctissimus rectissimis studijs atque artibus præditus T. Coponius. pro Cæl.49 a, Vir illa humanitate præditus, illis studijs artibus, atque doctrina. pro Cor. 55 a, Viri literati at studijs doctrinisq; dediti. de Cl. 179 b, M. Gratidius doctus Græcis literis.& ibid. Doctus & Græcis literis & Latinis,& 196 b. Off. 1 a, Vt non modò Græcarum literarum rudes, sed etiam docti aliquantum se arbitrantur adeptos. de Cl.173 a, Vir doctus ex disciplina Stoicorum, & 174 b, Doctus uir & Græcis literis eruditus. de Cl. 175 b, Tria nostrorum hominum aures & erudita ciuitas. de Orat.195 b, Quidam doctus homo,& in primis eruditus.

Docvmentvm, ti. admonitio, præceptum, exemplum, monumentum. pro R.P.127 a, P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus nostris uirtutis, antiquitatis, prudentiæ. I.A.195 b, Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna uoluit, quid esset uictis extimescendum. pro D. 138 b, Homo omnium scelerum flagitiorumq; documentum. Att.284 b, Vt in posterum documentum statuerem ne quis, &c. pro Mil.105 b, Iam ab adolescentia dederas documenta mania, quam contemneras populares insanias. contra Rull.89 b, Habere aliquem sibi documento.

Dodona, næ. Epiri. urbs. de D. 100 a, Aut à Dodona oraculum petebant.

Dodonaevs, a, um. de D. 96 a, Cum oraculum à Ioue Dodonæo petijsset. & 80 b, Dodonęum oraculũ. Att.55 a, Quercus Dodonæa.

Dodrans, tis, nouem unciæ quasi de asse adempto quadrante, & significat totius integræ rei tres partes. Attic. 19 a, Qu. Frater qui Argiletani ædificij reliquum dodrantem emit.&c.

Dogma, tis. decretum quasi dictatum, præceptum, δόγμα. Acad.33 b, Scelus enim dicebas esse Luculle, dogma prodere. Acad. 8 a, Sapientia neque de se ipsa dubitare debet, neque de suis decretis, quæ philosophi uocant δόγματα, quorum nullum sine scelere prodi poterit : cum enim decretum proditur, lex ueri rectiq; proditur.& 86 b, Vt prouerbia nonnulla ueriora sint, quàm uestra dogmata. pro Mur.139 b, Zenonis sententię sunt & præcepta huiusmodi : Sapientem gratia nunquam moueri, &c. de Fat.143 a, Præcepta appello, quæ dicuntur Græcè θεωρήματα. Præcepta medicorum, si cui uenæ sic mouentur, is habet febrem. I.Vna. de Fat.142 a, Sunt igitur Astrologorum præcepta huiusmodi : si quis uerbi causa, oriente canicula natus est, is in mari non morietur.

Dolens, tis. dolenter, Parad.122 b.

Dolenter. dolens. de Orat.128 a, Casus humanarum miseriarum grauiter accipiuntur, si dicuntur dolenter.& Orat. 209 a, Ep.159 a, Dolenter meherculè magis, quàm inimicè facio. I.A.218 a. Dolenter hoc dicam potius, quàm contumeliosè. pro Dom.232 b, Atque ita ut dolenter abfis.

Doleo, es, dolorem capio uel accipio, condoleo, indoleo, mœreo, angor, dolenter fero, angor animo, dolore ardeo, ingemisco, acerbè fero, dolorem animo capio, molestiam capio, in dolore & mœstitia sum, dolor mihi accidit, in dolore sum uel mœrore potius, dolori esse. de Or.104 b, Nemo ingemuit, nihil cuiquã doluit, nemo est questus, nemo remp. imploratit, nemo supplicauit. pro Mu. 134 a, Cui placet, obliuiscitur : cui dolet, meminit. pro Cæl.45 a, Si egebis, tibi dolebit. Att.288 b, Dolet mihi, quo tu non stomacharis Ep.70 b, Doleo quia doles & angere. Atti.252 b, Dummodo doleant aliquid, doleant quidlibet. Brut.165 a, Si id dolemus, quod eo iam frui nobis non licet, nostrũ est id malum. Att. 186 b, De Atticæ febricula scilicet ualde dolui. Ep. 64 a, Quædam pestes hominum laude aliena dolentium. pro Flacc.158 a, Non enim omnia quæ dolemus, eodem iure queri possumus. Att.278 a, Et est dolendum in tã graui uulnere. Oct.329 b, Quis ista aut diissimulare possit, aut non dolere? & pro Sest. 28 a, Qui meum casum luctumq; doluerunt. Tusc.206 b, Quid ergo? illud quod Alcibiades dolebat, non ex animi malis uitijsq; constabat. In Vat.35 a, Quis tum non ingemuit? non doluit Reip. casum? pro Cæl. 42 a, Qui ex omnibus maximè Dionis mortem doluit. Ep. 197 a, Hæc à te ulciscenda sunt, etiam si nõ sint dolenda.& 122 a, A te peto, ut meas iniurias perinde doleas, ut me existimas & dolere, & ulcisci tuas solere. & ibi. Doleo dolorem tuum. Atti. 134 a, Vt meam uicem doleres, cum me uideres derideri. & 118 b, Pompeius, cuius ego uicem doleo. I.V. 99 a, Si alienã uicem pro nostra iniuria doleremus. At.92 b, Curionis & Pauli meorum familiarium uicem doleo. At.92 b, Equidem doleo non me tuis literis certiorem fieri. At.58 a, Nosq; malo solatio sed nonnullo tamen consolamur, quòd ipsius uicem minimè dolemus.& 95 b, De Hortensio te certò scio dolere. pro Plan. 266 a, Omnibus illa iniuria dolori fuit. Qu. Fr.305 a, Illud mœreo, quod, &c. id est, doleo.

Dolium, lij. uas amplum in quo uinum in annum reconditur. de Cla.192 b, Qui hoc sentiat, si is potare uelit, de dolio sibi hauriendum putet?

Dolo, as. edolo. de D. 226 b, Quis robur illud cæcidit? quis dolauit? de Or.113 b, Dolare aliquod opus. de Or. li.2. dolare orationem. Acad. li. 4. Non enim est è saxo sculptus, aut è robore dolatus. de homine loquitur.

Dolopes, pum. I.P.99 a.

Dolor, oris. mœror, acerbitas, lachrymæ, acerbus sensus animi uel corporis, animi cruciatus, sensus. Attic. 110 b, Tusc.172 a, Dolor autem motus asper in corpore à sensibus alienus. In utraque re summa difficultas erit, summus animi dolor. Tusc.213 a, Dolor est ægritudo crucians. At. 142 b, Plus apud me ualere beneficij gratiam, quàm iniuriæ dolorem uolo. de Pro.78 a, Ego dolorem & inimicitias meas reip. concessi. I.A.217 b, Quanquam proprios dolores suarum rerum omnes habebant, tamẽ huius ciuitatis miserijs non poterant non commoueri. de Pro.79 a, Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori meo, nec iracundiæ seruiam.& ibi. Tamen aliquam dolori meo ueniam tribueretis. pro Clu.19 b, Huic nihil potest offensionis accedere, sine acerbissimo animi sensu & dolore. de Arus. 247 b, Animi quiddam dolor homines aliquando effert ad gloriam in refutandis maledictis improborum. At. 175 b, Sed augeo commemorando dolorem, & facio etiã tibi. pro Dom. 232 b, Accepi magnum atque incredibilem dolorem.& Epi.47 b, Est omnino uix cõsolabilis dolor. At.124 a. Sed hęc omittamus, augemus enim dolorem retractando. & 45 b, Ne scindam dolorem meum.& 49 a, Augere mœrorem. de Or. 127 a, Et eorum dolorem qui lugebãt suos, oratione refricabam.& ibi. Nihil mihi ad dolorẽ acerbius accidere poterat. pro Dom. 242 b, Vt perpetuum dolorem auulsus à meis sustinerem. I.C.118 a, Mihi hæc conditio consulatus data est, ut omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusq; perferrem. pro Cæl.44 a, Minimum enim dolorem capiet, qui illam non uidebit, de Cl.165 a, Opinione omnium maiorem animo cepi dolorem.& Ep.5 b, Summus dolor, quẽ in rebus tuis capio. de Clar. 176 a. Is cum remiseram dolores pedum, non deerat in causis Qu Frat. 305 a, Sed omnis dolor est, quod, &c.& 300 b, Atque his dolor est, quod, &c. & 315 b, Faciam ut in medio dolore ac desiderio mei læteris. pro Mur.145 a, b, At habet magnum dolorem, unde cũ honore decesseris, eodem cum ignominia reuerti. de Orat. 203 b, Quid esset iracundia, feruor ne mentis, an cupiditas puniendi doloris. de Arusp. 215 b, Hominibus iniuria tui stupri illata in ipsos, dolori non fuit.& 254 a, Causa grauis & cum aliquo animi & iuris dolore conficta. I. V.158 b, Il le facile dolorem corporis patiebatur. pro Sest.14 a, Hunc dolorem perpeti malui, quàm, &c. pro Cæl.50 a, Vidi enim & illum hausi dolorem, uel acerbissimum in uita, cum, &c. I.V.210 b, Hæ res magnum & acerbum dolorem commouent, mulierculis præsertim. Epist.50 b, Nullus dolor est quem non longinquitas temporis minuat atque molliat. Att.138 b, Obsecro te eripe mihi hunc dolorem. & ibid. Non angor, sed ardeo dolore. & 85 b, Accipiam equidem dolorem, mihi illum irasci.& 110 a Hoc tamen profecit, dedit illi dolorem. I.V.231 b, Existimare uos hoc uolo, mirum quendam dolorem accidere ijs, ex quorũ urbibus hæc auferantur. Attic.4 a, Terentia magnos articulorum dolores habet. Octa. 329 a, Nulla remedia tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. Tuscul.246 b, Si uoluptas dolorem effectura sit. de Fin.53 b, Vt omittam dolorem, quẽ optimus quisque pro patria & pro suis suscipit.& 56 b, Aliquẽ in uoluptate esse aut in dolore. Ep.51 b. Sed opprimor interdum & uix resisto dolori Epist.52 a, Nec eum doloré, quem à Repub. capio, domus iam consolari potest, nec domesticum Resp. Ep.72 a, Exhaurire alicui uniuersum dolorem.& 50 a, Minuere dolem.)(. Augere dolorem. & 70 a, Abijcere omnem dolorem. Ep. 81 a, Hoc loco uides me augere dolorem tuum, quem cõsolando leuare debebam, Ep.62 a, Cuius in sermone & suauitate omnes curas doloresq; deponerem. Ep.47 a, Vehementer esse solicitum, & in cõmunibus miserijs præcipuo quodam dolore angi. & 81 b, Quãto fuerim dolore meministi, in quo, &c. I.A.130 b, Magno in dolore fum, uel mœrore potius, quem accepimus ex crudeli morte Trabonij. & 238 b, Quàm acerbissimum alicui dolorẽ inurere. Ep.4 b, Afficior summo dolore, eiusmodi tempora, &c. Tusc.186 b. Et tamen fuisse acrem mor sum doloris idem Marius ostendit, crus enim alterum non præbuit : ita & tulit dolorem ut uir, & ut homo maiorem ferre sine causa necessaria noluit. Att. 190 b, Recordationes effugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt. Attic.45 b, De luctu & dolore & ibid. Dies leuat luctũ. & ibid. Cæteri dolores mitigantur uetustate.

Dolose, maliciosè, ex insidijs, ex occulto. Off.64 a, Dolosè & maliciosè agere aliquid.& 22 a, Ex occulto agere aliquid.

Dolosvs, a, um. maliciosus. pro R.P. 123 b, Ptolemæus dolosis consilijs regno pulsus.

Dolvs, li. fraus, fallacia, machina, insidiæ subesse aliquid. de Nat.74 b, Doli, machinæ, fallaciæ, præstigiæ, sine ratione esse non possunt.& ibid. Commoliri dolus & fallacias ad aliquem in uersu. Top.234 a Dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur. Of.64 b, Simulatio & dissimulatio dolus malus est.& 60 b, Pacta semper ne sint seruanda, quæ nec ui, nec dolo malo, ut prætores dicere solent, facta sint. de Natu. 75 a, Iudicia de fide mala, & iudicium de dolo malo. & ibi. Quæ ex exempto & uendito contra fidem fiunt. Top.226 b, Bona fide.)(. Dolo malo. Offic. 64 a, Aquilius protulit formulas de dolo malo. & ibid. Iste dolus legibus erat uindicatus. & ibid. Iudicia in quibus ex fide bona agitur. de Nat.75 a, Iudicium de dolo malo, quod Aquilius protulit, quem dolum idem Aquilius tum teneri putat cum, &c. Ad Her. 16 b, Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentiones, &c.& 40 b, Dolis maliciosa Carthago.& 17 b, Nam quod in dicẽdo rei dilucidandæ causa dolum appellauimus, id in dicendo honestius consilium appellauimus. Attic. 1 b, Agere cœpit cum eius fratre de ijs rebus, quas eum dolo malo accepisse de Vario diceret. pro Flac. 161 b, Adductus est in iudicia Polemocrates de dolo malo, & de fraude a Dione huius ipsius tutelę noĩe.

pro Dom. 228 b, Illud in primis ne qua calumnia, ne qua fraus, nequis dolus adhibeatur. Off. 62 a, Sine insidijs agere quodpiam.

DOMESTICVS, a, um. familiaris, intestinus, uernaculus, priuatus, intimus.)(. Externus, alienus. I. V. 35 a, Quis unquam in luctu domestico, in funere familiari cœnauit cum toga pulla? Of. 38 a, Externa libentius in tali re, quàm domestica recordor. Ep. 59 b, Ego urbẽ à domesticis insidijs, & ab intestino scelere defendi. I. V. 179 b, Domesticum atq; uernaculum crimen, id est, Romæ non in prouincia paratum. & 84 a, Occultum, intestinum, ac domesticum malum. Ad Her. 24 a, Domestico & sui ipsius testimonio abuti. de Or. 116 b, Stultitiæ suæ quàm plurimos testes domestico præconio colligere. de Ar. 248 a, Huius gentis ac terræ domesticus natiuusq; sensus. Tusc. 148 a, Res domesticæ & familiares. p Sest. 23 b, Domesticis malis impediti.)(. Bene de reb. domesticis constituti. Difficultate domestica laborare I. Difficultas. Domesticus amor, 1. ad Att. Domesticus sanguis, de Arusp. respon. Domesticus usus & cõsuetudo, pro Rosc. Amer. Domestica crudelitas, pro Rosc. Amer. Domestica disciplina, Acad. q. ed. 2. lib. 2. Domestica dissensio, 8. Famil. Cælij. Id est, ciuiles discordiæ. Domestica inhumanitas, pro Deiot. Domesticum lenocinium, 5. Verr. Valde iã lautus es, qui grauere literas ad me dare, homini præsertim propè domestico, 7. Famil. Domesticum consilium capere, 16. ad Att. Domestica sed iucundior locus, 4. Fami. Domestici & alienigenæ, pro Fŏteio. Domesticæ epistolæ, ad Br. Id est, domo missæ, & de rebus domesticis scripti. Domesticæ res & forenses: publicæ & priuatæ, opponũtur, 1. ad Attic. Domesticæ tricæ, 10 ad Att. Domestica exẽpla, 2. de N. d. Vnde hoc tam insolens domesticarum rerum fastidium, lib. 1. de Fin. Intra domesticos parietes dicere, pro Deiot. Paucis enim diebus erã missurus domesticos tabellarios, Curioni, lib. 2. Id est, priuatim, & meo nomine. Externa libentius in tali re, quàm domestica, recordor, 2. Officior. Ergo & domestica feremus, ut censes: & publica paulò ẽt fortius, quã tu ipse q̃ præcipis; Luceio li. 5. Ne domesticis qui dẽ exẽplis docti, de N. d. 2. Domesticis rebus & cupiditatibus suis peropportunam uictoriam fore putabant, 6. Fami.

DOMICILIVM, lij, domus, habitatio, sedes, tectum de N. 45 a. Si essent qui sub terra habitarent bonis & illustrib. domicilijs. contra Rul. 83 b, Vt aratores cultu agrorũ defessi urbis domicilijs uterentur. pro Arch. 186 b, Cum hic domicilium Romæ multos iam annos haberet. contra Rul. 85 b, Coloni Capuæ in domicilio superbiæ atq; in sedibus luxuriæ collocati. Postquãm. 207 b, In qua urbe domicilii quõdam superbiæ fuit. Tusc. 153 a, In cœlũ quasi in domiciliũ suum peruenire. pro Ar. 187 a, Sedem omnium rerũ & fortunarum suarum Romæ collocauit. & ibid. Ac domicilium Romæ habuit. pro Cor. 57 a, Pompeij gloriæ domicilium communis imperij finibus terminatur. I. P. 96 a, Qui familiaritatis licentia suorum improbissimorum sermonũ domicilium in auribus uestris eius impulsu collocauerunt. de Nat. 163 a, Humanã figurã domicilium mentis esse. Epist. 263 a, Cui uerbo domicilium est proprium in officio. pro D. 238 b, Consecrantur ædes, non priuatorum domicilia. pro Ar. 186 b, Si in Italia domicilium habuissent. I. V. 110 a, Sedes ac domicilium collocare. de Sen. 90 a, Lacedæmone esse honestissimum domiciliũ senectutis. & 93 a, Est. n. animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus in terrã. pro Rab. 93 a, Quem censoriæ leges urbis domicilio carere uoluerunt. Epist. 108 a, Erat enim multo domicilium huius urbis aptius humanitati tuæ. de Clar. 188 b, Firmæ tecta in domicilijs habere. de Ora. 92 a, In hoc domicilio imperij & gloriæ.

DOMINA, næ. princeps, regina. Offic. 57 b, Hæc enim uirtus est domina & regina uirtutum. & 40 b, Voluptates blandissimæ domine. pro Marc. 132 a, Fortuna domina rerum humanarum. I. P. 80 a, Sit sanè fors domina campi. Parad. 123 b, Cupiditas honoris quãm est imperiosa domina. de Leg. 182 a, Et in ea lamina scriptum Dominæ honoris.

DOMINATIO, onis. dominatus, tyrannis, regnum. Attic. 110 b, Idem fecero, quod in Cinnæ dominatione & Marij tyrãnide Philippus. I. A. 190 a, Non modò crudelis & superbã dominatio nobis, sed ignominiosa etiã & flagitiosa est ferenda. Epist. 163 a, Vita sub dominatione misera est. ad Her. 30 a, De fortuna magnã in nos habeat dominationẽ. I. V. 108 a, Dominationem expectant, eorum potiri uolũt. contra Rul. 64 a, Nouam dominationem sibi comparat. 115 a, Nihil Cæsari minus expedit ad diuturnitatem uictoriæ & dominationis. & 125 a, Dominatio quæsita ab utroque est. I. V. 72 b, Dominatio regnumq; iudiciorum. de La. 82 b, Rationis in libidinem dominatio.

DOMINATRIX, cis. domina. de In. 42 a, Dominatrix animi cupiditas.

DOMINATVS, tus. dominatio, principatus.)(. Seruitus. de D. 57 a, Terrenorum commodorum omnis est in homine dominatus. de Nat. 31 a, Dignissimus potestate & dominatu omniũ rerũ. pro Deiot. 149 b, In dominatu seruitus fit, ibi seruitute dominatus. de D. 61 b, Vrbs ab Alexandro, tyranno crudeli dominatu premebatur. I. A. 238 a, Cæsio ipse sententia dominatum & principatum dedi. Parad. 19 b, Dominatus cupiditatum. & ibid. Iudex uerò quantum habet dominatum. Off. 33 a, Cum dominatu unius omnia teneremus. pro R. P. 128 b, Dominatus est, inquit, Alexandriæ, imò uerò in superbissimo dominatu fuit. pro D. 226 b, Ab quem nouo dominatu pulsum esse. de Or. 129 b. & pro Dom. 235 b, L. Brutus populum Romanum dominatu regio liberauit. de Fi. 115 a, Cum autem assumpta ratio est, tanquã dominatu locatur, ut omnia illa prima naturæ, huius tuæ subijciantur. Tusc. 239 a, Occupare dominatum.

DOMINOR, aris. rerum potior, regno, teneo, dominatum teneo, dominatu teneo, dominatu premo, imperium in aliquos teneo. de Fi. 32 a, Cleanthes solẽ dominari & rerum potiri putat. pro R. P. 128 b, Dominatus est, inquit, Alexandriæ, imò uerò in superbissimo dominatu fuit. In hoc exẽplo, Alexandriæ urbis, genitiuus est, non datiuus: ut æs alicas. Cæsar dominatus est Romæ: id est, in urbe Roma. Of. 218 a, Vbi libido dominatur, innocentiæ leue præsidium est. de Sen. 85 a, Libidine dominante, temperantiæ locus non est. de Or. 87 b, Hæc una res in ciuitatibus semper floruit, semperq; dominata est. I. V. 58 b, & 104 a, Dominari in iudicijs. Or. 204 a, Atq; hæc in oratore dominabuntur. Tusc. 164 a, Vetat enim dominans ille in nobis deus. de Orator. 111 b, Vsus dicendi in omni pacata & libera ciuitate dominatur. pro Qu. 17 b, Improbos in capite fortunisq; hominum honestissimorum dominari & 18 a, Dominari in bonis alicuius. Q. F. 290 b, Neq; eiusmodi partem reip. geris, in qua fortuna dominetur. Ep. 55 b, Casus & fortuna in bonis dominatur. pro Cec. 298 a, Nimia potentia in ciuitate dominatur. de Sen. 84 b, Senectus honesta est, si nemini incipata est, si usq; ad extremum spiritum dominatur in suos. de Sen. 84 b, Tenebat non modò autoritatem, sed etiam imperium in suos. Of. 28 a, O domus antiqua, heu quàm dispari dominaris domino. I. A. 180 O tecta misera quàm dispari domino, quanquam, &c. sed tamẽ quã a dispari dominẽ tenebãtur. pro Mil. 116 b, Dominante homine furioso. Of. 43 b, Vt nos adolescentes contra L. Syllæ dominantis opes fecimus. pro Clu. 31 b, Bestiæ fame dominante, plerumque ad eum locum, ubi aliquando pastæ sunt, reuertuntur.

DOMINVS, rex, princeps, tyrannus, imperator. Off. 68 b, Ecce tibi qui rex populi Rom. dominusq; omnium gentium effecit, concupierit. de Legib. 189 b, Senatus est dominus publici consilij. pro Dom. 231 a, Populus dominus regum, uictor atque imperator omnium gentium. I. A. 207 b, Populus Romanus uictor dominusq; omnium gentium. pro Planc. 261 a, Hic princeps populus & omnium gẽtium dominus atq; uictor. contra Rul. 70 a, Hos omnium rerum dominos habebimus. I. V. 163 a, Aratorum dominus & rex. de Finib. 61 a, In discordia dominorum domus beata esse non potest. Ac. 32 a, Cogimur dissensione sapientum dominum nostrum ignorare. de Vn. 198 b, Deus animum ut dominum atq; imperatorem obedienti præfecit corpori. At. 191 b, In omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate. Tusc. 192 b, Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum uetant XII. tabulæ. pro S. R. 31 b, Ne tam diu quidem dominus erit in suos, dum est ijs de patris morte quæratur. de Sen. 87 a, Libenter uero istinc tanquã à domino agresti ac furioso profugi. de N. 98 b, Dionysius tyrannus opulentissimæ ciuitatis. Tusc. 158 b, Liberatos enim se per eum dicunt grauissimis dominis, terrore sempiterno & diuturno ac nocturno metu. de Finib. 108 b, Deus summus rector & dominus. de Leg. 172 a, Dominus esse omnium rerum & moderatores deos. pro Dom. 61 a, Sui quenq; iuris & dimetendi & retinendi esse dominum. de Sen. 89 a, Semper boni & assidui domini referta cella uinaria, olearia, penuaria est pro Do. 234 b, Cum uir bonus dominum se in suis ædibus esse uoluisset. I. V. 35 a, Cum ipse epuli dominus Quin. Arrius albatus esset. I. A. 249 b, Nam si ipse seruire poterat, nobis dominum cur imponebat? de Or. 134 b, Nasica sensit ancillam domini iusu dixisse, &c. Of. 28 a, O domus antiqua, heu quẽ dispari dominaris domino. de N. 58 a, Canum tam fida custodia, tam amans dominorum adulatio. Off. 28 a, Non domo dominus, sed domino domus ornanda est.

DOMIPORTA, tæ. de D. 136 a, Terrigenam, tardigradam, domiportam, sanguine cassam. I. Coclea. exemplum hoc est obscuræ circuitionis, seu descriptionis.

DOMITIA VIA, pro Font. 277 b.

DOMITOR, oris. Off. 18 b, Equos propter crebras præliorum contentiones ferocitate exultantes, domitoribus tradere solemus, ut his facilioribus possimus uti. pro Mil. 108 b, Milo domitor armorum Clodij.

DOMITVS, tus. de Nat. 56 b, Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum uectiones.

DOMO, as. condocefacio, edomo. Of. 35 b, Sine hominũ opera, aut pascere equos, aut domare non possemus. de Sen. 18 a, Qui seruitia uirtute uictoriaq; domuit. de Pro. 75 b, Omnes has nationes frangi domariq; cupiunt. & ibid. C. Pontinus Allobroges domuit. pro Mar. 132 a, Domuisti gentes immanitate barbaras. de Or. 101 a, Docemur autoritate nutuq; legum, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. de N. 58 b, Belluæ domitæ & condocefactæ. pro Syl. 167 a, Improbi ciues domiti atq; uicti. pro Fon. 276 b, Galli subacti & bello domiti. de Pro. 70 a, Domitis gentibus finitimis, barbariaq; compressa.

DOMVS, mi, & mus. æ. tes, domicilium, tectum, dij penates, lares, lar familiaris, lares, familiares, sedes, foci patrij, aræ fociq. pro Dom. 235 a, Nihil sanctius, nec omni religione munitius, quàm domus uniuscuiusq; ciuium: hic aræ sunt, hic dij penates, hic sacræ religionis cerimoniæ cõtinentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, ut inde abripi neminẽ fas sit. pro Do. 242 a, Domus, sedes, aræ, foci, dij penates. pro Deio. 145 a, Domus dij penates, aræ fociq;. I. A. 174 b, Cn. Pompeij liberi repetebant deos penates patrios, aras, focos, larem suum familiarem. I. P. 99 a, Quos tu demigrare, & aras, & focos relinquere coegisti. pro Quin. 16 a, Ali cui manus allatas esse ante suos lares familiares. Off. 85 a, Ornanda est dignitas domo, nõ ex domo dignitas tota quẽ renda. ibid. Non domo dominus, sed domino domus honestanda est. & ibid. Domus finis est usus, ad quem accommodanda est ædificandi descriptio. & ibid. Cn. Octauius præclaram ædificauit in palatio, & plenam dignitatis domum. I. C. 118 a, Domus cõmune perfugium. I. V. 200 b, Domus amicis apertissima & perhospitalis. At. 246 a, Nescio quomodo ὁ κοσμος ἴδιος: itaq; me referunt pedes in Tusculanum. Qu. Fr. 299 a, Iam tibi Asia, sicut unicuiq; sua domus, nota esse debet. I. P. 82 b. Me domo mea expulistis. Pompeium domum suam compulistis. pro Flac. 149 a, Qui domo exire nolebant. & ibid. Qui domi stare non poterant. Or. 205 a, Ridicula ex tempore ficta uel domo allata. Art. 26 b, Clodius in domo Cæsaris quondam unus uir fuit. At. 7 a, P. Clodius deprehensus domi Cæsaris. I. V. 7 a, Siculis denuncitum est domum ad illum ut uenirent. de Fin. 147 b, Sed tẽpus est, si uideatur, & recta quidem ad me, quod cum ille dixisset, ad Põponium perreximus omnes. Ep. 229 a, Apud eum sic fui, tanquam domi mæx. I. V. 250 b, Is domi apud me est. Att. 71 b, Cum Pompeio & apud Pompeium fui. I. V. 86 a, Apud istũ in ædibus. I. V. 214 a, Ego uerò neq; uenj, & domo me tenui. & ibi. Scio me domi mansisse. Att. 54 b, Venonius domum Ventidij uenit. Off. 74 b, Is cum prima luce Pomponij domum uenit. Tusculan. 250 a, Diodorus multos annos nostræ domi uixit. Epistol. 138 a, Balbus rectè à porta domum meam uenit, neque hoc admiror, quod non ad suam potius, sed illud quòd nec ad suam. ad Her. 34 a, Qui nuper alienę domui, non ausim, &c. de D. 90 a, Quæ ipsa domi Phalaridis consecrauisset. Ep. 38 a, Nonne mauis sine periculo domi tuæ esse, quàm cum periculo alienæ? Ep. 222 a, Quem tibi sic commendo ut unum ex domo nostra. Ep. 135 a, Tu uelim cum fabris domum perspicias: si enim nihil est in parietibus aut in tecto uicij, cætera mihi probabuntur. pro Dom. 136 a, Is duas magnas & nobiles domos coniungere uoluit. Epi. 64 a, Vt domus tua tota cognosceret, &c.

DOMVS illa æterna, ad Oct. ubi uidelicet agunt beatæ animę. Ampla domus, 1 Off. Quocum domus fuit & militia communis, Læl. Domus clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cuiusq; generis multitudo, qualiter comparata esse debeat, Offic. 1. Domus in imperio est, de Arusp. resp. Domus magna pulchraque, de Nat. deor. 2. Tota domus superior uacat, 12 ad Atti. Affligere domũ alicuius. pro Domo sua, Disturbare ac diripere domum alicuius. pro Domo sua, Extra domum gratiosus, 2 ad Quint. Frat. Domum & familiam perfringere, 4 ad Her. Domum conijcere aliquem, pro Domo sua. Domum deducere, Acad. q. ed. 2. li. 1. Domum denuntiare, pro Quint. Domum aliquid literarum dabis, 15 Fam. Domum aliquem expectare, 8. ad Att. Statim Luculli, &c. eum domum suam receperunt, pro Archia. Domum alicuius uẽtitare in summis officijs ducebatur, 11. Fam. Domum uocare, pro Rosc. Amer. Odiosum est, cum à præteeuntibus dicitur, ò domus antiqua, heu quam dispari dominare domino, Off. 1. De domo me deduceret, 10. Fam. Eum tibi igitur sic commendo, ut unum ex nostra domo, Apuleio, libr. 13. Adiunxit illa, ut eos qui domo exire nolebant, testimonij denunciatione terreret, pro Flac. Domo se non commouerunt, 9. Fam. Domo consilium petere, 2. Philip. Domo se recipere, 11. ad At. Propter metũ dimicationis & sanguinis domo se tenere, Post redit. Clamor interea fit tota domo inter seruos Rubri atque hospitis, &c. 3. Verr. Duas & magnas & nobiles domos coniungere, pro Dom. sua. Est enim ualde decorum, patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus, Off. 2.

DONATIO, onis. I. A. 193 a, Quos non bonorum donatio, nõ agrorum assignatio fatiauit. & de L. 180 a, de Opt. 244 b, & pro Sext. Rosc. 22 b, Eaq; donatio in theatro facta est.

DONEC, dum, quoad, usq; eo, dum, tandiu dum, usq; ad eum finem dum, usq; eo, quoad. Epi. 67 b, Ad properationem meã quiddam intereest, non te expectare donec ad locum uenias. Ac. 6 b, Multaq; facimus usq; eò dum aspectus ipse fidem faciat sui iudicij. de N. 5 2 a, Vsq; ad eum finem, dum possint se ipsa defendere.

DONO, as. condono, largior, munere afficio, munus do, dona & munera do, munus affero, donum affero, stipendio afficio, muneribus amplissimis orno, pmitto. I. V. 190 a, Qui Rubriũ corona, & phaleris, & torque donasti. & Ep. 69 a, Cum ipsi corona donarentur. de N. 58 a, Nisi fortè dubium est, quin hominibus hæc omnia natura donauerit. de Fini. 94 a, Cauda pauoni à natura donata est ornandum. de Or. 94 a, Hæc quidem inferi & donari ab arte non possunt. de Fin. 94 a, Alia uidentur à natura propter eorum usum tantum esse donata. de Ar. 144 b, Aliquem quasi diuino munere donatum reip. uideri. de N. 27 a, P. Vacienus, & agro à se natu, & uacatione donatus. I. P. 80 b, Mihi populus Romanus non unius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemq; donauit. pro Ar. 186 b, Itaq; eum Tarentini ciuitate cæterisq; præmijs donauerunt. pro S. R. 36 a, Donari ab aliquo maximis præmijs, I. C. 101 b, Vtinam tibi istam mentem dij immortales donarent. pro S. R. 22 a, Is nõ paucis suis adiutoribus large effuseq; donabat. Quint. Fr. 329 b, Minuebat uectigalia, donabat ciuitates ex commentario. de Leg. 178 a, Vir nemo bonus ab improbo se donari uult. Tusc. 249 a, Munera ista ciuibus tuis dona. Ep. 62 a, Tu tuas inimicias, ut reip. donares, te uicisti: id est, permitteres. At. 277 a, Dyrrachini sibi donatum æs alienum à Cæsare dicunt. I. V. 114 a, Donare aliquem annulo aureo. & 190 a, Aduocare concionem donandi causa. de Op. 544 b, Corona aurea donari.

DONVM, ni. munus. de Leg. 386 a, Donum ne capiunto, neue danto, neue petenda, neue gerenda, neue gesta potestate. de

Orat.

Efferre,proferre in uulgus,promere, pronunciare.de Ora. 94 a,Peto a uobis , inquit , ne has meas ineptias efferatis. Or.203 a, Res alio atque alio elata uerbo.& 211 b.Efferre sententiam grauem inconditis uerbis . Item : Eadem enim sunt elata primùm a pluribus,&c. Ad Her.39 b,Verba,quæ similiter ipsdem casibus efferuntur.

Effervesco,scis,efferbui.ebullio,erumpo.de N.31 b, Aquæ quæ efferuescunt subditis ignibus,de Pro.70 b,Totus Pontus armatus,efferuescens in Asiam,atque erumpens . Epist. 127 a , Censeo latendum tantisper ibidem , dum efferuescat hæc gratulatio.pro Cæl.53 b, Si nimium efferbuisse uidetur huius in gerendis inimicitijs uis, ferocitas , pertinacia.pro Plan.261 a,Sic campus atque illæ undæ comitiorũ ut mare profundum & immensum , sic efferuescunt quodã quasi æstu,ut,&c.de Cl.187 a, Pontidius efferuescens in dicendo.de Or.116 a,Verba efferuescentia.

Efficacitas,tis . Tusc.215 b, Itemque uiribus corporis , & neruis & efficacitati similes, similibusque uerbis animi uires nominantur.Qu.de Pet.206 b, Qui tantum habet in libidine artis & efficacitatis,ut, &c.

Efficax,cis.qui multum habet efficacitatia.Ep.120 a,Nosti Marcellum quàm tardus & parum efficax sit , itemque Seruius quàm cunctator.

Efficiens,tis conficiens,quod efficit.de D.106 b,Nihil est futurum,cuius non causas id ipsum efficientes natura continet . de Fat. 146 a, Sed causas id efficientes non habebat. Off.14 a , Causa autem & ratio efficiens magnos uiros est in priore.Off.75 b,& de Fin.68 b,Cyrenaici uirtutem ceu fuerunt esse laudandam,quòd efficiens esset uoluptatis.Ac. 43 b,Philosophi uirtutem diuidebant in res duas,ut altera esset efficiens,altera autem quasi huic se prębens,eaque efficeretur aliquid,in eo quod efficeret,tum esse censebãt: in eo quod efficeretur, materiam quandam. Efficientem hic, pro forma usurpauit .Top.225 b,Res effectæ ab efficientibus causis.Top.225 b,Res efficientes,quæ causæ appellantur.Tusc.195 a,Origo,&c.id est, causa efficiens .Top.238 a,Efficiens causa:aliter,Conficiens.de Fin.l.3.101 b,Bonorum alia ad illud ultimum pertinentia:sic enim appello quę

τελικὰ dicuntur:alia efficientia , quæ Græcè ποιητικὰ uocantur .

Efficienter.de Fat. 147 a, Quod cuique efficienter accedat.

Efficientia,tiæ.uis efficiendi. de Fat.144 a, Interessimus causas fortuitò antegressas,& inter causas cohibentes efficiẽtiam naturalem.de N.45 a,Cum aspexissent solũ, quę tum magnitudinem pulchritudinemq;,tum etiam efficientiam cognouissent,quod is diem efficeret toro celebrice diffusa .

Efficio,cis.facio , re ipsa facio , efficiens sum , effector . persequor,concludo,conflo,effero. Atti.204 a,De pecunia uerò,uideo à te omnem diligentiam adhiberi,uel potius adhibitam esse:efficis enim:à te hortos habeo. Top.31 Causæ quæ sine ulla appetitione animi , sine uoluntate quasi opus efficiunt.Ac.98 b,Feci igitur atque effecisse uideor,quemquam omnium pluris quàm me faceret.de Or. b,Hoc ille in nostros mores induxit, solus auxit, solus efficit.de Orat.95 a,Qui nihil possunt dignum hominum uirtubus efficere atq; edere.de Am.107 a,Sed potius debemus ti & efficere,ut exciter,&c.de N.12 a,Vt innumerabilibus dos natura effectura sit,efficiat, effecerit. Att. 263 b,Fingere,elabora,uel potius eblandire,effice. Orat.229 a, Magnum opus institutum est,quàm effici potuerit. Off. 4 a, Quę ex rebus conflatur & efficitur id quod quærimus honestum. Epist.35 a,b,Si habero , quicquid arte effici potuerit(nihil enim,&c.)sed tamen quicquid elaborari aut effici potest, ad istorum benuolentiam conciliãdam summo studio consecutum esse. Or. 206 b, Nam in me quidem iampridem effectum quod futurum fuit.Att.213 a,Heri effecei epistolam ad Cæsarem,tibi enim placebat . Epistо. 115 a, Nec adhuc frequentem senatum efficere potuit.Att.85 a,Ea uirtus Pompei,quod fatis fit,efficiunt . & ibidem . Necio quo tis efficitur in usuram menstruam.Att.260 a,Hoc necessitatis efficiri in usuram menstruam.Att.260 a,Hoc necessitatis efficiri potest sine tua ope.Qu.Frat.297 b,Causam quantum efficere & consequi possimus,ne,&c.de D.19 b, In latere & cæmento ex quibus urbs effecta est.de Nat.D. a,Hinc omnia effingis atque efficis.Off.54 b,Si uirtus efficiens utilitatis esset.I.A.250 b,Quæ L.Antonius in Pansam uxoribus effecerit.de Fi.56 b,Doloris amotio,fortitudinem sionem effecit uoluptatis.Epistо. 1 a,Ego quia non iudicium tua causa efficio,uitam mihi acerbam puto.Ep.58 a,Quę sentias,aut re efficere,aut denique libera oratione defendere.de Fin.127 a,Vsus progrediens familiaritatem efficit. Leg.159 a,Cuius muneris colendi efficiendique causa sumus.Att.10 a.Tu mandata effice,quæ recepisti.L.A. a,Statimque illa mirabilia facinora effecit.Par.116 b, Quanto minutis interrogatiunculis quasi pũctis,quod propositum efficit.Off.32 b,Quare hoc quidem effectum sit in omnibus deligẽdis, hoc genus officiorum excellere,quod,&c.de Fin. 53 a,Efficere & concludere rationem .

Effictio,onis.ornatio sententiarum.ad Here.39 b,Effictio est,cum exprimitur.& effingitur uerbis corporis cuiusque forma,&c.

Effigies,ei.species,imago,simulacrum.de Fin.76 b,Effigies moris,sermonis,animi mei.de Fin.76 b,Reliquam effigiem & humanitatis & probitatis suæ filium.Qu.Fr.9 a, Cyrus ille à Xenophonte non ad fidem historiæ scriptus sed ad effigiem iusti imperij.pro Ar. 191 b,Consilium relinquere & uirtutum nostrarum effigiẽ multo malle esse nostrum summis ingenijs expressam & politam.de Ora.10 a, Plurima in XII.tabulis antiquitatis effigies.I.V.141 a, Effigies simulacrumque Mithridatis.de N.21 b,Hominum effigies & imago.Quin.Fr.303 a,Quædam effigies spiritus mortui.de Or.141 a,Res autem ipsas rerum effigies nominaret.Tusc.190 b, Eminens effigies uirtutis.& ibi.Admirata imago gloriæ .

Effingo.gis.exprimo.pro S.R.26 a , Vt effictos mores nostros in alienis personis , & expressam imaginem moris uitæ quotidie uideremus . de Orator. 135 a,Mores oris effingit oratio.de Legibus. 161 a , Tum natura speciem formauit oris,ut in ea penitus reconditos mores effingeret.Tusculan.161 a,Quæ porrò tam immensa magnitudo,quæ illa tam multa posit effingere?de N.14 a,Hinc omnia effingis atque efficis.de D.85 a,Aspersat temere pigmenta

ta in tabula oris lineamenta effingere possunt.de Na.64 a, Natura sui dissimilia non potest effingere . de Orat. 141 a, Effingere animo , quæ memoria tenere uelis . & b,Ea animis effinguntur nostris . ad Her.39 b, Exprimere & effingere formam alicuius.Ac.6 a,Visum igitur impressum efficiũque unde esset,&c.

Efflagitatio,onis.peritio, postulatio.Att.287 a,Efflagitatio omnium,&c.& Plan.Ep.159 a.

Efflagitatus,tus.efflagitatio.I.V.251.a.

Efflagito . as.magnopere postulo. pro Mil.119 b, Eorum nos magis miseret , qui nostram misericordiam non requirunt,quàm qui illam efflagitant.Qu.Fr.313 a, Epistolam hanc conuicio efflagitarunt codicilli tui.I.V.56 a, Iudicium desiderio tribunitia potestas efflagitara est.Attic.287 a,Quoniam efflagitas,coactu tuo scribam.I.V.88 b,Cũ iste quasi,Dolabella efflagitasset,ut,&c. Antequam . 194 a,Auxilium ab alienis efflagitabis , cum ciues uestros deseratis ?

Effio , as. emitto,ago. pro Mil. 111 a,Clodius Cyrum animam efflantem reliquit.Ac.12 a,Nam & agere animam & efflare dicimus.de D.102 a,Abijcit efflantem & laceratum affligit in unda .

Efflorescо , scis . splendesco,eluceo,eniteo, existo , manо.de Or. 86 b,Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio . de Am.115 a,Vtilitas efflorescit ex amicitia,etiam si tu eam minus secutus fis . de Orat.160 a , Post anapæstus procerior quidam numerus efflorуit . pro Cæl. 35 b,Amputandа multa sunt illi ætati , si quidem efflorescit ingenij laudibus. de Orat. 138 a , Et apparebit eas penitus ex ea causa , quæ tum agatur , efflorуisse . de Fin.63 a,Cum autem usus progrediens familiaritatem effecerit , tum amorem efflorescere, &c.

Effluo , is . elabor , excido , affluo , mano , abeo . de Orat. 136 b,Quod semel esset infusum , nunquam efflуere posset . At.201 b , Considerabis etiam de Tusculano , ne ætas effluat . de D. 93 b , Siue deest naturæ aliquid , siue abundat atque effluit . pro Dom. 237 b , Etsi effluunt multa ex uestra disciplina , quæ etiam ad nostras aures sæpe peruenиant . de D. 100 a , Quondam lactis imber effluit . de Se. 78 a, Præterita ætas , quamuis longa , cum effluxerit , non potest consolari stultum senem . de Clar.184 a , Huic minimum est ex tempore recenti , solitam efflуere mentem . de Sen.91 b , Cum enim id aduenerit , tunc illud quod prætexit effluxit. I.V.213 a,Hoc modo me commonuit Pisonis annullus,quod totus effluxerat . id est , excideрat . Epist. 102 a, Antequam planè ex animo tuo effluo . de Fi. 57 b, Nec præteritas uoluptates effluere patiatur . Tuscul. 187 b, Cùm unà cum sanguine uitam effluere sentiret . de Vn. 203 a,Influere.)(.Effluere.

Effodio,dis.eruo.Offic.35 a , Nec ferrum,aurum,æs,argentum efforderetur penitus abditum,&c.de Na.78 b,Hi duos ocnios oræ maritimæ effoderunt.pro Mar.132 b , Omniũ Marcellorum meum pectus memoria effodit .

Effeminate,muliebriter.Off.4 a , Cauetque ne quid indecorè effœminatè,muliebriter . Offic. 4 a,Cauetq; ne quid indecorè effœminateq; faciat .

Effœminatus,a,um.qui animum gerit muliebrem . Offic. 26 a,Ne quid effœminatum aut molle , aut ne quid durum, aut rusticum sit . pro Mil.119 a,Homo effœminatus . I.A. 185 b,Impudicus & effœminatus.Tuscu.223 b,Videndum est in utrisq; ne quid humile,summissum , molle,effœminatum,fractum abiectumq; faciamus . pro Plan.277 b , Illa uox furialis nefarij stupris effœminata.

Effœmino,as.enerruo,mollio.Tuscu.169 a , Nam nunc quidẽ cogitationibus mollissimis effœminamur . de Fin.84 b, Fortitudinis quædam præcepta sunt, quæ effœminari uirũ uetant in dolore.de N.39 a, Effœminarunt autem eum,Iunoniq; tribuerunt,quod nihil est eo mollius : id est aerem.

Effoetus,a,um.exhaustus , confectus debilis.de Se.93 a , Intemperans adolescentia , effœtum corpus tradit senectuti.

Effrenate,tenere.de Sen.85 a , Voluptatis auidæ libidines temere & effrenatè ad potiundum incitantur . Tusc.192 a, Effrenatè ferri.Ar.263 a, Libertatis auida legio effrenatius in aciem hostium irrupit.

Effrenatio , onis,impotentia , insolentia.I.A .198 b , Quæ effrenatio impotentis animi ?

Effrenatior , de Orat. 162 a , Vox quædam libera, atque etiam effrenatior .

Effrenatus,a,um . proiectus, præceps , indomitus, profusus impotens. Off.18 b , Homines fecundis rebus effrenatos fibiq; præsidentes , quanquam si in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet . pro Cl.29 b , O libidinem effrenatam & indomitam. In.A. 244 b , Noui hominis furorem , noui effrenatam uiolentiam.I.V.88 a , Indomitæ atque effrenatæ cupiditates.I.C.102 a , Quò te ista tua cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat . de Or.111 b,Languentis populi incitatio & effrenati moderatio . de Ar.243 b, Effrenatus & præceps furor alicuius . pro Cæl. 44 b, Mens & effrenata & preceps . pro D. 236 a, Proiecta quædam & effrenata cupiditas . Tusc.212 b , Libido efficit effrenatam appetentiam .

Effringo , gis.frango,deijcio,perfringo.I. V.211 b,Effcingi fores , reuelli claustra . & 222 a , Conuulsis repagulis , effractisque ualuis . pro Mur. 132 a , Ianua qua effracta & reuulsa tota pateret prouincia.pro Cęl.45 b , Fores effregit restituentur.

Effugio , gis.euito,elabor , euolo . pro Pom.8 a,Rex ipse è manib.effugit.ad Her.7 b,Aut eum effugisse alias rationes commodiores,ppter cupiditatem . Qu.F.305 b,Quod ad effugiendos intolerabiles dolores fuit aptissimum.I. V.97 a,In quib.nõ dubito Quin offensionem negligentiæ uitare atq; effugere non possim . de Or.180 a,Theophrastus molestè tulit,se non effugere hospitis speciem,cũ ætatem ageret Athenis.Att.256 b,Effugere uituperationem. Ep.49 a, Et effugere offensionẽ alicuius.pro Fl. 147 b, Et is est reus auaritiæ,qui in maledicẽtissima ciuitate in suspiciosissimo negocio maledictum omne , non modò crimen effugit.de Or.122 a , Nihil te effugiet , atq; omne quod erit in re occurret , atq; incidet.de Fi.56 b, Dolorũ effugiẽdorũ gratia

Effugium,gij.refugiũ,profugium. de N.50 a,Quasdam animantes habere affugia pennarum.I.V.270 a , Non modò effugium, sed ne moram quidem amoris assequi potuit.

Effundo , dis. profundo,emitto . de Or.98 a , Effudi uobis omnia quæ habebam.pro Flac.154 b,Testis effudit quæ uoluit omnia.de Orat.107 b, Hæc enim ætas effudit hanc copiam . Orat.291 b, Segetes fœcundę effundunt herbas inimicas frugibus.Ep.15 b,Quod ego odiũ effudisse me omne arbitrabar.Ar.274 a, Magno timore perculsa ciuitas tota ad te se cum coniugibus & liberis effundebat . pro Flac. 160 b, Vox in coronam turbamq; effunditur . Epistоl.198 b,Effundere furorem in aliquem . de Ar.251 b,Qui omnes iudices Tribunus è carcere in forum effudit. I. P. 82 b, Quod in me carcerem effudistis.de N.49 a,Mare,medium terræ locum experens conglobatur undiq; æqualiter neq; redundat usquam , neq; effunditur.Att.283 a,Per eos ipsos dies effudi(si ita uis)in honores in mortuos.pro Pl.281 a, Effudi plurimas lachrymas.Atti. 256 b , Brutus effudit illa omnia , quæ tacuerat.I.A.284 a , C. Cæsar patrimonium suum effundit , quanquam non sumus usi eo uerbo,quò decuit: non enim effudit , sed in salutem reipublicæ collocauit.pro Deiot. 145 b , Consules ex Italia profugiße , cunctum senatum,totam Italiam esse effusam . Atti.60 a,Pompeius in nos suauissimè est effusus.Of.44 a,Effundere patrimonium.pro S.R.19 b , Per luxuriam effundere & consumere omnes fortunas.& 29 b, Sumptus effusi cum dedecore. Item,C. Gracchus cum largitiones maximas fecisset & effudisset ærarium,uerbis tamen defendebat ærarium.contra Rul.84 a,Effusis ac dissipatis fructibus uestris. Par.119 b, An temperantem eum dices , qui se in aliqua libidine continuerit,in aliqua effuderit?

Effuse , largè , prolixè.pro S.R.22 a, Large effuseq; donare alicui.& pro Cæl.45 b.Tuscul.212 a , Cum & inaniter & effusè animus exultat,tum illa lætitia gestiens,uel nimia dici potest.I.P.81 a, Id nemo tã effusè petulans conatus est.

Effusio , nis.φορὰ largitio,corruptela,eruptio.de Offic.lib. 2 , effusiones pecuniarum . pro S. R. In hac uita iudices quos sumptus quotidianos , quasi effusiones fieri putatis ? Par.237 a,liberalitatẽ effusio imitat.Ar.102 a , Pro ipsius in alios effusione. Effusio aliter accepta.Tul.242 a , eodem uicio est effusio animi in lætitia , quo in dolore contractio. de N.31 a,Aquæ effusio.I.P.90 b , Quid dicam aduentus

meos? quid effusiones hominum ex oppidis? quid concursum ex agris?

Effvsvs,a,um.prodigus,profusus.pro Cæl.40 a,Quis in largitione effusior.

Effvtio,tis.inaniter fundo.de Nat.45 a, Quidam temerè de mundo effutiunt. Tusc.245 b,Nec hoc fic agit,ut ex tempore quasi effutire uideatur.de N.18 a,Quàm bellum erat cõfiteri potius nescire, quod nescires, quàm ista effutientem nauseare.de D.132 a,Quorum partim ficta sunt apertè, partim effutita temerè.

ἡγεμονικὸν.l.Principatus.

Egens,tis.indigens,qui eget, qui in egestate est, cui quæsito opus est.)(.Locuples.At.85 a, Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius.At. 226 b,Serui & egentes in tecta nostra cum facibus immissi.pro S.R.22 a, Qui in sua re fuisset egentissimus,erat(ut fit)insolens in aliena.pro Fla.153 b,Asclepiades fortuna egens.Ep.93 b.Ipse egens rebus omnibus.ad Her.29 b, Egens æquè est is qui nõ satis habet,ut is cui nihil satis potest esse. Att.140 a,Egestates tot egentissimorum hominum.& 118 b,Vagantur egentes cum cõiugibus & liberis.

Egeo,es.mihi opus est,mihi quæsito opus est,indigeo.)(.quã plurimum habeo,abundo.de N.49 a,Quæ ut fierent,ratione egerunt.& 55 a,Cum oculis ad cernendum non egeremus.Top.226 b,Quæ se ipsis contenta sunt,meliora quàm quæ egent alijs.de Cl.186 b,C.Macer authoritate semper eguit. Offic.10 b,Etiam si ille his non eget.Tusc.176 a,Ne bibliothecis quidem Græcis egebimus.de Diui.109 b, Vt Græcis de philosophia literis non egeant. Quint.Fra.325 b,Incredibile est quàm egeam tempore.Ep.153 a,Tu quãquam consilio non eges,uel abundas potius,&c.Offic.35 a, Earum rerum quibus abundaremus exportatio,& earũ quibus egeremus inuectio.Epist.82 b,Egere auxilio alicuius. & 71 b,Et egere consolatione.Atti.116 a,Recte fic censeo cedendum de oppidis ijs,egeo consilij, quod optimum factu uidebitur,facies.Epist.127 b, Grauitas morbi facit,ut medicinæ egeamus.ad Herẽ.41 a, Egent longæ orationis. pro Qui.R.48 b,Egebat,imò locuples erat. At.284 b,Themistoclis liberi egeruint.Antequàm. 195 a, Quondam felix, &c.nunc ab amicis circunueatus, eget indignè. Offic. 11 a,Eorum qui egent,infinita est multitudo.de Amic.100 a,Amici egetes abundant.Att. 261 a, Illi opera mea nihil opus est.

Egere,confirmationis.ad Her.24 a.

Egestas,tis.inopia,indigentia,mendicitas, domestica difficultas.)(.Abũdantia,copiæ.Par.124 b, Ista paupertas uel potius egestas & mendicitas tua.Attic.140 a,Egestates tot uehementissimorum hominum.Postquàm.206 a,Qui egestatem & luxuriam domestico latrocinio sustẽtauit. pro S.R.42 b,& 32 b,Degere uitã in egestate.I.C. 109 b,Copię cum egestate confligunt.de In.58 b,Si propter inopiam in egestate estis.pecunias non habetis.I.P. 84 a,Non capiunt angustiæ pectoris tui, non egestas animi recipit tantam personam.

Egialevs,ei.uiri nomẽ apud Pacuuium comicũ. de N 69 a.

Egyna.ciuitas.I.V.170 a.

Ἐγκελεύσματα.uide Cohortatio.

Ego,mei.I.C.118 a,Ego sum ille cõsul,qui, &c.pro Syl.170 b,Atque idem ego,neque,&c.I.C.98 b,Si ego idem in sena tu,&c.Att.152 a,Nihil malo quàm & me mei similem esse, & illos sui.

Egreditor,ris.exeo,prodeo. pro Quint.6 b, Certos mihi fines terminosq; constituam,extra quos egredi non possim. & ibi.Si extra hos cancellos egredi conabor,quos mihi ipse circundedi.de Ar.243 b, Cum egredientem insequi cœpissem.I.P. 90 a, Cum senatum egressum uidi ad complectendum conseruatorem suũ. Tusc 151 a,An tu egressus portã Capena,putas,&c.Att.96 b,Tarquinius simul è portu egressus est,&c.& 208 b,Nos pedẽ è uilla adhuc egressi nõ sumus.I.C.104 b,Egredi urbe.pro Lig. 137 b,Roma est egressus ad bellum.pro Qu.4 a,Roma egreditur Quintius, &c.Epi.241 b,Ex prouincia egredi.I.V.212 b,Egredi è nauigio.Cl.171 b,Egredi à proposito orandi causa.

Egregie,bene,ualde,præclarè.de Or.133 b,P.Cornelius egregie fortis & bonus imperator.Qu.F.293 a,Seruus egregiè fidelis.de Cla.167 b,Egregiè subtilis scriptor.Att.231 a,Dollobellam ualde tibi placere uideo,mihi quidem egregiè.de Clar.188 b,Pauci possunt egregiè pingere.Attic.37 a,Egregiè gratum.de Orat.101 b,Egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus.

Egregivs,a,um. excellens,præstans, præclarus I.A.153 a, Præclara tum oratio Antonij, egregia etiam uoluntas.de Or.95 b,Egregia & præclara indoles. & 85 b,Minimam copiam poetarum egregiorum exitisse. de Cla.172 a,Lælius in laude bellica egregius.de Or.103 a,Vir in procuratione ciuitatis egregius.de N.21 a,Egregium opus.Ad Her.33 a, Egregia pulchritudo,unica turpitudo.de Fi.78 a,Egregius color,integra ualetudo.Ep.22 a,Ciuis egregius.

Egressvs,profectio.I.P.86 a, Qui frequentia sua egressus uestrum in prouinciam ornauerunt,& celebraueruntq.

Ehev,doloris nota.Anteq. 197 b, Eheu conditionem huius temporis.

Eho.admonentis uox.Or.211 b, Eho tu cognatum tuum nõ noras?ad Her.13.de In.59.Or.201.Ennij.

Eiectio,onis.Att.33 a, Tenemur undique,neq; iam quo minus seruiamus,recusamus:sed mortem & eiectionem,quã maiora timemus,quæ multo sunt minora.

Eiectvs,a,um. ut eiectum cadauer. I.P.83 a,I.Cadauer.pro S.R.19 b,Damnatus & eiectus:id est, in flumen proiectus. pro Quin.11 b,Eiectum hominem.

Eiero,as.eiuro. de Or. 135 a, Non ego mihi illum iniquum eiero,uerùm omnibus:id est,testor,reijcio.

Eiicio,is.expello,excurbo,extrudo,detrudo, deijcio,exterminio, effundo, profundo, moueo.de Orat.130 b,Non minium liberale hospitium meum dices, nam te in uiam statim extrudam & eijciam.pro Milo.121 b, Ex urbe expelli, exterminari, eijci. de Orat.143 b,C.Cotta eiectus est è ciuitate.& ibid.a.pro Quin.4 b,Expelli atque eijci è prædio. Qu.Fr.312 a, Furium Flaccum Capitolini,& Mercuriales de collegio eiecerunt.I.C.103 b,Quid si fe eiecerit,secũque suos eduxerit?& 106 b,A me in exilium eiectus est.Catilina.de Or.133 b,Gallus pictus eiecta lingua,buccis sibitibus.I.A.246 a, Eumque ex numero hominum eijciendi ex finibus humanæ naturę exterminandum puto.Orat.206 a,Ita postremo eijciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui quiescant.pro S.R.27 a,Amorem illum penitus infixum ejecere ex animo.Epist.234 a,Eijcere nos magnum fuit, excludere facile est.

Εἱμαρμένη.uide Fatum.

Εἴρων.l.Simulator.

Eivlatio,onis.eiulatus.de Leg.182 b, Lessus,quasi lugubris eiulatio.

Eivlatvs,tus.eiulatio.de Ar.252 b,Non sunt illi gemitus & eiulatus Philoctetę tam miseri,quàm, &c.Tusc.187 a,Eiulatus ne mulieri quidem concessus est.

Eivlo,as.ploro.Tusc.178 b, Aspice Philoctetã magnitudine dolorum eiulantem.

Eivro,as.eiero,iuro, reijcio detestor.IV.178 b, Negociatores putant esse turpe,id forum sibi iniquum eiurare, ubi negociẽtur.prętor prouinciam tuam totam sibi iniquam eiurat.I.A.242 b,Itaque ut alacres illi inter se quasi uicissim, gratulabantur;sic me iniquum eiurabant,de me quærebantur.Epistol. 136 b, Tu autem, quod mihi bonam copiam eiures,nihil est.

Eivsdemmodi,eiusmodi.I. V. 114 b, Eiusdemmodi tonum ius prętorium,eiusdẽmodi omnis res iudiciaria fuit. & Ac.19 b,Vt doceret nullum tale esse uisum à uero,ut non eiusdemmodi etiam à falso posit esse.

Eivsmodi talis,eius generis,generis eiusdem,eiusdemmodi. pro Pom.4 b, Genus belli est eiusmodi,quod maximè uestros animos excitare debet.Ac.10 b, Si id tale esset ab eo quod est, ut eiusmodi ab eo quod non est, posset esse.Epist 55 b,bis.Reliqua sunt eiusmodi,ut,&c.Ep.55 a, Sed tamen in eiusmodi rerum perturbatione,quanquam omnia mente da sunt,nihil magis quàm perfidiam timemus.Orat.207 a, nam cum compresserat digitos pugnumque fecerat,dialecticam aiebat eiusmodi esse.

Eivsmodi,pro adeò. pro Cælio,Quod quanquam nec sapiẽter,& me inuito facit,tamẽ est eiusmodi cupidus, ut magis infectari,&c.

Elabor,ris.excido,euado. de Or.117 a, Nihil unquam uidi quod tam è manibus elaberetur,quàm mihi tum elapsa est illa causa.pro Dom. 227 a, Frater meus ex uestro ferro ac manibus est elapsus. Epist. 172 a, Dabo operam ne Ventidius elabatur. Q.Fr. 324 a, Quid essem,si me agente esset elapsus?I.C.100 b,Quoties tibi sica excidit casu aliquo & elapsa est.pro Dom.234 a,Ex ore isto religionis uerbum excidere atq; elabi potest?de Nat.51 b,Cum animal ex utero elapsum excidit.de D. 90 a, Cum se conuoluẽs sol elaberetur & abiret.de Som.131 a,Eorum animi corporibus elapsi cœlum terram ipsam uolutantur.I.V.137 a,& de Sen.85 b, Ex ot tantisq; criminibus elapsus est.At. 11 b,Statum illũ quem,&c.elapsum scito esse de manibus.Item: Et cum extraordinaria pecunia crimen subterfugere uelles, satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare.ad Her.23 a,Vsitatæ res è memoria elabuntur. Tusc. 153 b, Composui,librũ, assensio omnis illa elabitur.

Elaboratio, onis.labor,nimia cura.ad Her.31 a,Hæc non uidentur reperiri posse sine elaboratione, & operæ consumptione.

Elaboratvs,a,um.exornatus,exculcus,politus.de Clar.194 a,Diligenter elaborata etiam quàm elucubrata oratio. pro Cæl.47 a,Oratio & cura & uigilijs elaborata. Or. 200 a,Ornati elaboratique uersus. Or. 204 a, Elaborata concinnitas.pro Pom.4 a,Perfectum ingenio, elaboratum industria.

Elabore,as.laboro,operam do,contendo,enitor,elucubror, excudo.de Or.136 a.Non tam ut profim elaborare soleo, quàm ut ne qd obsim.& 85 b,Qui nõ aliqua in re una separatim elaborauerunt.& 87 a,Neque in uniuerso genere singulos elaborasse,sed,&c.contra Rull.79 b,Nullum est tam asperum saxetum,in quo agricolarum cultus non elaboret. de Orat 86 b,Ex illis rebus uniuersis eloquentia constat, quibus in singulis elaborare permagnũ est.At. 72 b, Quod superest,elaboratur in hoc à me, sicut tibi sensi placere.I.A.210 a,Omne curriculum industriæ nostræ in foro elaborarum est. Tusc. 149 a,In quo eo magis est elaborandum, quod,&c.pro Mur.135 a, In hoc tibi elaborandum est,rem pub.ut cõstituas.de Sen.84 a,Desudare & elaborare in aliqua re.pro Mur.118 a,Elaborare in aliqua scientia. Orat. 201 b,Elaborant alij puro quasi quodam genere dicendi.& 205 b,Qui in illo subtili elaborauit, &c. Epist. 45 a, Hæc mihi amplora multo sunt,quàm illa ipsa propter quæ elaborantur.de Sen.42 a,In literis elaborani. Q.de Pet.208 b, Elaborare & enitri causa alicuius.Brut. 281 b, Sacerdotum comitia mea summa contentione in alterũ annum sunt reiecta,quod Ego cùm Cic.causa elaborauit,cum Domitij,&c. Att.163 b,Enitere, elabora, uel potius eblandire.effice ut Plancus,&c.Quin.Fr.198 a,Contende quæso atque elabora,ut,&c.Epist.21 a,& 19 b,& 30 a,& 231 b,Mihi est in petitione Milonis non modò contentione,sed etiam dimicatione elaborãdum. Or. 200 a, De industriaque non ex insidijs elaborãt,ut uerba uerbis quasi demensa & paria respõdeant.Ep.135 a,b, Sic habero quicquid arte effici potuerit (non iã satis)&c.sed tũ quicquid elaborari,aut effici potuerit ad istorum beneuolentiam conciliandam,summo studio me consecutum esse. Tusc.171 a, Qui se ostenderit de hoc toto genere nihil elaborare: id est, curare. de Cla. 167 a, Græcia omnes artes uetustiores habet,quàm hæc est à Græcis elaborata dicendi uis:id est,exculta.

Ἐλάχιστον.l.Minimus.

Elapsvs a,um.pro Mur.144 a,Si hæc elapsa de manibus nostris in eum annum,qui consequitur,redundarint.

Elargior,ris.largior.Ep. 5 a, Ex ijs rebus,quas tibi fortuna elargita est.

Elatio,onis.præstãtia.)(.Submissio. Top. 227 a,Parium cõparatio nec elationem habet,nec submissionem.de Di.97 b,Lætitia,quasi gestientis animi elatio uoluptaria. Off. 13 a,In hac elatione & magnitudine animi facillimè pertinacia & nimia cupiditas principatus innascitur.de Cl.170 b, Horum sententijs officit Theopompus elatione atq; altitudine orationis suæ.

Elatvs,a,um.cõtra Rul. 85 b, Quib. illi rebus elati & inflatiũ continebantur.Of.12 b, Quod animo magno & elato factum sit.Or.268 a, Principia uerecunda non elatis incensa uerbis.de D.90 b, Ille autem elatus cupiditate respexit.Tusc.231 b, Elatus inani lætitia exultans, temerè gestiẽs de N.13 a,Sed elatus studio uereor ne longior fuerim. Or. 203 b,Res alio atq; alio elata uerbo.

Elate.Tusc.233 a,Elatè & amplè loqui.)(. Humiliter demisseq; sentire.de Opt.243 b,Elatè dicere.)(.Submissè.

Elativs,nomen.de Cl.Orat.Nihil tam ornatum aut uerborum grauitate,aut sententiarum, quo quicquã esset elatius.

Electe.distinctè,disertè.)(.Permixtè.de In.52 b,Electè gerere.

Electio, onis'. lectio,selectio . Orat. 203 a, Iudicium electioq; uerborum. & de Fi. 116 b, Initia quorum ex electione uirtus posit existere.& ibid.Non enim in selectione uirtus ponenda est.

Elector,oris.ad Her.25 a, Postremò in eo uim artificij consumant,ut ipsi ab alijs potius eligendi, quàm aliorum boni electores existimentur.

Electvs,a,um.lectus.pro Quint.1 b,Vir electissimus nostrę ciuitatis.I. V. 95 b, Prudentissima electissimaq; fœmina.

Elegans,tis.luculentus,concinnus,politus.de Orato.131 a, Perspicitis hoc genus quàm sit facetũ,quàm elegans, quàm oratorium.de Cla.192 a,Faceta & elegans ironia.de D.53 b,Epicurus sentit nihil unaquam elegans,nihil decorũ.Tusc. 191 a,A quibus mansuefacti & exculti ad elegãtiora deflu ximus.Ep.105 a,b,Homo in omni iudicio elegantissimus. de Fin.69 b,Vir mundus & elegans.de Cla.161 b,& Of.21 a,Politus,urbanus,elegans.de Cl.167 b,Lysias subtilis scriptor atq; elegans.& 170 a,Acutus,elegans,facetus,breuis. Or.204 b, Vem epularum apparatu à magnificentia recedens,non se par cum solùm,sed etiam elegantem uideri uolet,eliget quibus utatur. pro Sex. Rosc. 58 b, Pueri ex tot elegantissimis famil jbi lecti.pro Plan.279 a,Perelegans & perlubtibilis oratio.de Cla.186 b,Torquatus elegãs in dicendo.Att.259 b,Elegantissima epistola.I.Parcus.

Eleganter.ornatè, politè , enucleatè.)(.Iuelleganter.Tusc. 176 a,Qui profitentur se neq; distinctè neq; distributè,neque eleganter,neque ornatè dicere.de Cla. 172 a,Causam pro aliquo politè eleganterq; dicere.& ibid.Diligẽtius me iusque dicere.Attic.222 a, Liberti lautiores eleganter accepti.de Clar.118 a,Cæsarem omnium ferè oratorum latinè loqui elegantissimè.Ep.69 b, Quæ eleganter copiosęq; collegisti.

Elegantia,tiæ.mundicia,lauticia, Latinus atticismus.Att. 103 a,Terentius, cujus fabulæ propter elegantiam sermonis putabantur à Lælio scribi . de Or. 111 a,Catulus cui Græci ipsi solent suæ linguæ subtilitatem elegantiamq; cõcedere.de Cla.188 b,Itaque ad hanc elegantiam uerborum latinorum adiungit illa oratoria ornamenta dicẽdi.de Or. 85 a,b,Tu autem eloquentiam ab elegantia doctrinæ segregandam putas?Or.204 a,Elegantia & mundicia orationis. de Cl.184 a,Loquendi elegantia.de Fin.90 a,Politior elegãtia.Ep.48 b,Scriptorum tuorum subtilitas & elegantia.de Fi.70 a,Epicurus contemnit elegantiam disserendi,confusè loquitur.& ibid,b,In hac diuisione rem ipsam probo,elegantiam desidero.Ad Her.27 b, Elegantia est, quæ facit ut unumquodq; purè & apertè dici uideatur.eius partes sunt latinitas & explanatio.Ep.138 b,& 139 a, Verius tuus & Camillus qua mũdicia homines?qua elegantia? & ib.Lautitia.de L.184 a,Quid enim est elegantia tua dignius ? Att.5 a,Elegantia hominis . pro Syl. 182 a, Vos qui cum summa elegantia aręq; integritate uixistis.

Eleo.pop.de D.114.

Elementvm, ti. initium. Acad. 44 a, Ergo illa initia & ut è Græco uertam, elementa dicuntur: è quibus aer & ignis mouendi uim habent,& efficiendi,reliquæ partes accipiendi & quasi patiendi,aquam dico & terram.de N. 65 b,Omne corpus aut aqua,aut aer,aut ignis,aut terra,aut quod cõcretum ex his.de N.12 a,Nam locus his etiam naturis,quæ sine animis sunt,suus est cuique proprius, ut terra infimum teneat,hanc inundet aqua , superior aer , ignibus altissima ora reddatur . pro S.R.39 a, Cœlum, sol,aqua & terra,ex quibus omnia nata esse dicuntur.de Or. 98 a, & 112 b,Hæ quæ isti fortsitan puerorum elementa uideantur . Ac. 35 b, Quod in elementis dialectici docent.Acad. 23 a,Dialectica,quæ primo progressu tradit elementa loquendi,&c.

Elephantvs,ti.& elephas,antis,de N. 20 b, Elephanto bellnarum nulla prudentior.de N.50 b,Manus etiam data elephantis,quia propter magnitudinẽ corporis difficiles aditus habebant ad pastum.I.A.231 b,Romani nepotem Antiochi elephantos alere prohibuerũt.I. A. 20 b,Equites,sagittarios,elephantos in suam potestatem redegit.de Se.82 b,Nec adolescens uires tauri aut elephantis desiderabam. pro Cæl.46 a, Qui hæc ex minimis tanta fecerunt.& 45 a, Verbis paruam rem magnam facere . Item : Facere arcem ex cloaca.

Elevo,as. leuo,subleuo,minuo.de Am.112 b,Suspiciones & offensiones in amicitia tum euitare,tum eleuare,tum ferre, sapientis est.Tusc.198 a,Nihil est quod tam obtundat eleuetq; ægritudinem,quàm,&c. de In.57 a,Reprehensio est, per quam argumentando aduersariorum confirmatio diluitur,aut infirmatur,aut eleuatur.aliàs alleuatur.de Ora.130 a,Quod est ab aduersario obiectum,lepore magis eleuãdũ quàm contentione frangendum uidetur.Epi.70 b,Non intelligis duplicari solicitudines, quas eleuare tua te pruden tia postulabat . de Or. 230 b , Mouere risum oratoris est, quod frangit aduersariũ,quod impedit,quod eleuat , quod deterret,quod refutat,&c.

Elevsin , ciuitas in Attica prouincia non longè ab Athenis. Att.95.b.de Nat.24.

Elæytherocilices,pop.Att.79 Ep.245.

Elicio,cis.educo,extraho,allicere.de N.31 a,Lapidum conflictu atq; tritu elici ignem uidemus.de N.55 b,Nos è terræ cauernis ferrum elicimus.& ibi.Manus aptæ ad neruorum eliciendos sonos.de Sen. 88 a, Terra semen tepefactum cõplexu suo diffundit,& elicit herbescẽtem ex eo uiriditatẽ. de Or.97 b,Et quicquid erit in unaquaq; re probabile,eliciendum atque dicendum.pro Cor.59 a,& 62 b,Propositis præmijs elicere ex ciuitatibus sociorum optimum quenq; ad subeundas pericula pro nobis.Tus.132 Elicere aliquem præmio,ut agat aliquid.At.99 a,Tamen dabunt operam ut eliciãt sententiam meam.de Or.190 b, Dolor & ardor animi,qui etiam ex infantium ingenijs elicere uoces & quere las soleт. de In. 53 b , Si tacebit, elicienda est responsio. Ac.3 a,Neque nostræ disputationes quicquam aliud agũt, nisi ut in ut ranq; partẽ dicendo & audiendo eliciant,& tã quam exprimũt aliquid,quod aut uerũ sit , aut ad id quàm proximè accedat.de In.42 a, Si quis opportunitatem, quæ in animis inesset hominum posset elicere , & præcipiendo meliorẽ reddere.de D.63 a,Quis igitur elicere causas præsensionum potest?Tusc.174 a,Vt hostium sanguis eliciatur suo.pro Cæl.50 a,Nonne ipsam domum metuet, ne quam uocem eliciat?de Or.93 a,Verbum ex eo nunquam elicere potui ratione dicendi. I. V. 31 b , Elicere animas inferorum.de Or.109 b,Tu quem ego toties omni ratione tẽtans ad disputandum elicere nunquam potui.Q.F.300 a,Elicere aliquem blanditijs ad iudicium.de In.67 a,Ex quibus eliciтur aliquid suspicionis.At.135 b,Vt aliquas abs te epistolas eliciã.& 109 b,Tuas uolo elicere literas.At.37 a,Multa ab ipso Publio elici, multa cognosci poterunt.

Elido,dis.frango,incido.Tusc.280 b, Poetæ neruos omnes uirtutis eliduntㄗTusc.208 b,Stirpes ægritudinis trũco euersos omnes elidendæ sunt.Tus.208 b,Hæ sunt illæ fibræ stirpium,quas initiò dixi,persequendæ & omnes elidendæ,ne ulla unquam possit existere.& 231 a,Qui rebus his fractus ægritudine eliditur .

Eligo,gis.lego,deligo,carpo,excerpo,opto,adopto.At.147 b,Aliquot enim sunt anni cum uos duos elegi, quos præcipuè colerem. Or.215 b,Elegit ex omnibus Isocratis libris uersus fortasse XXX.Hieronymus Peripateticus.I.V.61 b, Facere alicui potestatẽ optionemq; , ut eligat utrum uelis. de In.62 b,Eligere à multis cõmodissimum quodq;. I.A. 225 a,Ac permitto,ut de tribus Antonijs eligas, quem uelis.de Am.108 a,Sunt igitur constantes eligendi amici.cõtra Rul.85 a,Isti ab Rullo conquisiti atq; electi coloni.Of. 53 a,Non solùm ex malis eligere minima oportet,sed etiã excerpere ex his ipsis si quid inest boni.ꝓ S.R.38 b,Pueru lie ex tot elegantissimis familijs lecti.pro Dom.213 a,Eligere amplissimos uiros ad facerdotia. Ep.204 b, Legere aliquem in senatum.Ep.91 b, Cũ qui hodie aruspicinam facerent,in senatu Rom.legerentur.

Elimo,as.perpolio,limo. At. 256 a, Velim σχολιον aliquot elimes ad me.Aca.17 a, Sed ad Helicem & clarissimos peptentriones: id est, rationes has non latiore specie,non ãtenue elimatas .

Elingvis,gue.murus.de Cl.173 b,Fannius nunquam est latibitus elinguis.pro Fla.150 b, Conuicit , elinguẽ reddidit. I.Mutus .

Elis,dis.urbs Peloponnesi de D.99 a.

Eloco,as.loco.I.V.259 a,Xenophon fundum elocatum eidicebat.pro Fl.160 b,Nunc uerò hoc magis,quòd illa ipsa est uicta,quòd elocata, quòd seruata.

Elocvtio, onis. explicatio. de Orat. 86 b, Oratio quæ ita subest res ab oratore percepta & cognita, inanem quandã habet elocutionem,& penè puerilem.de In.44 a,Elocutio est idoneorum uerborum & sententiarum ad inuentionem accommodatio.ad Heren. 34 a, Circuitio est oratio, ubi simplicem assumptam circunscribens elocutione.& 27 b, Elocutio commoda & perfecta tres res in se habere debet, elegantiam,compositionem,dignitatem .

Elogivm,gij.dictum.siue sententia laudem alicuius uel uituperationem,uel aliquid aliud declarãs.de Se.90 a.Attilius Calatinus,in quem illud elogium unicum plurimæ conscribunt gentes,populi primarium fuisse uirum.de Fi.89 a,Neminem uidebis ita laudatum,ut artifex callidus compaginarum uoluptatum diceretur,non elogia monumentorum id significant,uelut hoc ad portam,uno ore,cui plurimæ consentiunt gentes,populi primarium fuisse uirum . Tuſ. 35 b,Quid ipsa sepulchrorum monumenta,quid elogia significant?nisi nos futura etiam cogitare? pro Mur. 142 a,Quis Maximus cum P. Africanum supremo eius die laudare aduxit necesse fuisse,ibi esse terrarum imperium ubi ille esset. Item: At hoc nusquam opinor scriptũ fuisse in illo elogio, quod te consule in sepulchro reip.incisum est,uelitis,uelitis,&c. In Sal.274 b,Si illud censorium elogiũ Appij Claudij,& L.Pisonis,quo usus est quisque eorum , pro lege pellàm uniuersis recitarem, nonne tibi uiderer æternas inuitare maculas?pro Cl.45 b, Quod elogium recitasti de testamento Cn.Egnatij , idcirco se exhæredasse filium, quod is ad Oppianici damnationem pecuniam accepisset.de Sen.92 a, Solonis quidem sapientis elogium est, quod negat uelle suam mortem dolore amicorum lamentisque uacare .

Eloqvens,tis.rhetor,copiosus ad dicendum,copiosè sapienterqi dicens,in dicendo suauis,ornatus,non infans,non indisertus,Plato singulari suauitate orationis. Or. 206 a, Qui est eloquens,qui humilia subtiliter , & magna grauiter,& mediocrita temperatè potest dicere. ibid. Parua submissè modica temperatè,magna grauiter dicere.Item:Erit igitur eloquens,is qui in foro causisq; ciuilibus ita dicet, ut probet,ut delectet,ut flectat:probare necessitatis est,delectare suauitatis,flectere uictoriæ. Orat. 208 a, Is erit eloquens, qui ad id quodcunque docebit, poterit accommodare orationem.Or.198 a,Antonius disertos ait se uidisse multos, eloquẽtem uerò neminem.& de Or.92 b, Disertos cognouimus nonnullos,eloquentem adhuc neminem . & ibid. Qui eloquens uerè,quid disertus sit.Orat.202 b.Perfectus orator & Græcè ab eloquendo rhetor,& Latinè eloquens dictus est.de Orat. 90 a , Socrates dicere soleбat, omnes se eo quod scirent , satis esse eloquentes . Offic. 43 a, Magna est enim admiratio copiosè sapienterq; dicentis , quem qui audiunt,intelligere etiam & sapere plus quàm cæteros arbitrantur.de Or. 89 a , Peripatetici , qui eloquentes & in dicendo suaues,& ornati fuerunt.de N. 26 a, Necessitas muissem sine ista philosophia rhetorem quamuis eloquentem.Ad Her. 40 b , Cum res muta aut informis sit eloquens & formata.

Eloqventia,iæ.eloquendi uis , dicendi ratio , dicendi gratiositas & copia , summa copia & singularis facultas dicendi, quæ tanta ubertas ingenij , quæ tanta dicendi copia quod tam diuinum atq; incredibile genus orationis ? nullum tantum est flumen ingenij , nulla dicendi aut scribendi tanta uis tantaq; copia , quæ , &c. Par. 236 b. Nihil aliud est eloquentia, quàm copiosè loquens sapientia. de Orat. 147 b,Est enim eloquentia una de summis uirtutibus & 148 b,Stoici eloquentiam uirtutem ac sapientiam eadem dixerunt.Item : Eloquentiam rem unam esse omnium difficillimam, quibus enim ex quinq; paribus constare dicitur, earum unaquæq; est ars ipsa per sese . de Or. 86 b , Ex illis rebus uniuersis eloquentia constat, quibus in singulis elaborare permagnum est. & 97 a , Non esse eloquentiam ex artificio , sed artificium ex eloquentia natum . de Clar. 169 a, Vt hominis decus est ingenium , sic ingenij lumen eloquentia est . & 191 a, Multitudo & forum,cui nata eloquentia est.168 b,Pacis est comes, ociq; socia , & iam penè constitutæ ciuitatis quasi alumna quædam eloquentia. Or.210 a , Eloquentia primas tenuit semper urbanis pacatisq; rebus , secundas iuris scientia . Or. 210 a,Eloquentia illi ipsi , qui consecuti sunt , tamen se ualere dissimulant , propterea quòd prudentia hominibus grata , lingua suspecta . de Opt.243 a, Eloquentia constat ex uerbis & sententijs . Tusc. 175 b , Popularis enim est illa facultas , & effectus eloquentiæ est audientium approbatio . Tuſcu.161 b, Eloquentiam non sine ui quadam maiore fluere, abũdantẽ sonantibus,uerbis uberibusq; sententijs . de In. 42 a , Hæc ars quæ uocatur eloquentia,siue ars,siue studium, siue exercitatio,siue facultas à natura profecta.de Natu.56 b,Domi na rerum , ut uos soletis dicere,eloquendi uis.& ibi,de opportunitate eloquentiæ.Offic.31 b, Eloqui copiosè, modò prudenter melius est , quàm uel acutissimè sine eloquentia cogitare.Off.42 b , Contentio orationis maiorẽ uim habet ad gloriam,ea est enim quam eloquentiã dicimus . & 43 b, Quid tam humanum , quàm eloquentiam à natura ad salutem hominum & ad conseruationem datam , ad bonorum pellem perniciemq; conuertere.& 46 b,Quid enim eloquẽtia laudabilius & præstabilius , uel admiratione audientiũ, uel spe indigentium,uel eorũ qui defensi sunt gratia ? Tusc. 149 b , Aristoteles prudentiam cum eloquentia iungebat. de Or.95 a,b , Tu autem eloquentiam ab eleganria doctrinæ segregandam putas . & 86 a, Athenis studia eloquentiæ uiguerunt . de Fin. 52 a , Et tamen à philosopho , si afferat eloquentiam , non asperner : si non habeat,non admodum flagitem.de Na.55 b , De quo dum disputarem, tuam mihi dari uelim eloquentiã.Top.228 a, Eloquẽtia.)(.Infantia.

Eloqvor ,ris . dico,effero,enuncio,exprimo,effaris . Part. 230 a,In rebus inuenire,in uerbis eloqui dicitur . Tusculã. 149 a,Fieri autem potest, ut rectè quis sentiat , & id quod sentit politè eloqui non possit : sed mandare quenquam literis cogitationes suas,qui eas nec disponere,nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem,hominis est intemperanter abutentis & ocio & literis.de Cl.188 a, præclarè eloqui cogitata mentis. de Orat. 89 a , Oratoris est compositè,ornatè,copiosè eloqui.Orat.202 b,Dicendi, id est , eloquendi maxima uis oratori conceditur . de Or. 123 a , Omne quod eloquimur , fit ut id aut esse dicamus , aut non esse.Ep.140 b, Memini in senatu disertum consulem ita eloqui , hanc culpam maiorem an illam dicam ?de Fin.74 b,Vereturq; quicquam aut facere , aut eloqui,quod parũ utile uideatur.Or.31 b,Eloqui copiosè, modò prudenter,melius est , quàm uel acutissimè sine eloquentia cogitatio in sepsa uertitur.de Or. 102 b,Nullũ est periculum ne quid tu eloquare nisi prudenter.Qu. Fr. 325 b,Qui omnes isto eloquendi & exprimendi genere superasti . de Orat.62 b, Exercitatio eloquendi celeritatem incitat . Or. 202 b,Græcè ab eloquendo rhetor,Latinè eloquens dictus est.de Nat. 56 a , Eloquendi uis. id est, eloquentia. Ad Her.30 a , Eloqui rem aliquam per continuationem.Orat. 209 b,Muta quædam eloquentia inducere.& Ad Her.40 b, Cum res muta fit eloquens .

Eloritnvs,na.ex Eloro Siciliæ urbe.I.V.170 a.

Elvceo , es . appareo,exto, emineo,excello,uigeo.de A.115 a,Amicitia magis elucet inter æquales . Offi.4 b,Excellentia magnitudo;in utilitatibus desperiendis elucet. de Or. 113 b, Nemo studet eloquentiæ , nisi ut in causis & in foro eluceat.O.at.209 b, Hoc in genere eluceat oportet omnis eloquentiæ magnitudo.pro Fon.278 b, Quid est igitur ubi elucere possit prudentia ? Off.20 b , Ex quo eluceat omnis cõstantia.Par.233 b , Ex quibus proprium quid sit eluceat . Ep.47 b, Existimant quasi lumẽ aliquod elucere sãctitatẽ tuã.Ep.149 b,Quare si modò aliqua resp.in qua honos elucere possit,omnibus(mihi crede) honoribus abundabis.ꝓ S.R.23 a,Tenuitas huius eo magis elucet.quo magis occultatur.Of.21 a , Ipso ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat.ꝓ Cæl.47 a,Atq; in eo ingenium eius elucere uidebatis.de Am.105 b,Si qua significatio uirtutis eluceat. de Or. 128 a, Inter flãmas circulus elucẽs splendidissimo cãdore.

Elvcvbratvs,a,um.elaboratus,politus.de Cla. 195 a,Diligenter etiam quàm elocubrata oratio.

Elvcvbror,aris.elaboro,excudo.Att.114 b , Epistolam quã eram elucubratus,ad te non dedit.

Elvdo,dis.irrideo,fallo.Acad.312 , Sed uos ab illo irridemini & ipsi illum uicissim eluditis . pro S.R. 39 b . & de Ar.249 a,Nos ab isto nebulone facetè eludimur. I.V.72 a, Ita magnas accusatoris minas magnamq; iudicij expectationem ad nostrum arbitrium libidinemq; eludimus. I. V 58 b,& 61 b,Pueri quos adhuc elusit.de Opt. 244 b,& pro Mi.107 b,Quasi rudibus Isocratis eludit oratio.de Di.138 a Quæ est ilta ars coniectoris eludentis ingenio . de Leg. 180 b,Sed quod idem iuris ciuilis est,sperritis , & scientia illa eluditis.I.A.175 b, Dolabella qui tũ est impulsus , elusus,inductus.I.C.97 b, Diu nos etiã furor iste tuus eludet.

Elvgeo,es.lugeo,defleo.Ep.139 a,Inde corpori omne tempus datur : patriam eluxi iam & grauius & diuitius , quàm ulla mater unicum filium.

Elvo , is , diluo , deleo , abstergeo . I.A.242 a,Vt centurionum profusus sanguis eluatur,nũ elui crudelitatis prædicatio poterit?& 156 b,Sordes eluere.pro Sest.17 a , Macula quam nemo iam posset eluere.& de Leg. 174 b. l. Vanesco.

Elvvies , ei.labes,macula,contagio. pro Dom.224 a , Labes atque eluuies ciuitatis .

Elvvio , onis . terrę hiatus , uorago aquarum ut facta . de Som.130 a , Eluuiones exustionesq; terrarum , quas accidere tempore certo necesse est.Off.36 a, Causæ eluuionis, pestilentiæ,&c.

Emancipo , as. quasi manu mitto , à patria potestate libero. pro Do. 220 b , Adoptatum emancipari statim , ne sit eius filius qui adoptarit, cur ergo adoptatur ? Liberos propriè emancipari seruos manumitti dicemus.

Emando,as,amando,mitto. Att.103 b , De Ciceronibus nostris dubito quid agam : nam mihi interdum emandandi uidentur in Græciam . aliàs Amadndandi.

Emano, as . exeo , effluo.de Inu.63 a, Alij ex alio fonte præceptores dicendi emanauerunt. pro Cæl.41 a , Quæro ex quo iste fonte senator emanes . de Ora.149 a, Ab Arcesila recentior Academia emanauit . pro S. R.19 a,Oratio mea nequaquam similiter exire atq; in uulgus emanare poterit.de L.164 a, Metuo ne hoc emanet. Attic. 115 a , Mala enim nostra istinc emanant. Attic. 44 b , Orationem ita compresseram , ut nunquam emanaturum putarem. de Or. 120 b,Partes autem sunt , quæ generibus , ex quibus emanant subijciuntur . de In.55 a,Ex quo omnis uis emanat argumentationis.Or.261 a,Ex quo emanant,qui communes appellantur loci. Qu.de Pe.207 b , Nam ferè omnis sermo ad forensem famam ab His emanat autoribus . de Cl. 185 a , Vereri te arbitror,ne per nos hic sermo tuus emanet . I. V.76 b , Quæ fama non idcirco solùm emanarat. Ep.115 b , Denique inuidiosum tibi sit , si emanarit , de Di. 121 a, Sub platano umbrifera fons unde emanat aquai.

Emathivm,thij.Attici uilla.de L.170.

Emax,cis.qui libenter & sæpius emit,emendi cupidus.Parad. 125 a,Non esse emacem, uictigal est.

Embaenetica , cæ.nauicularia. Ep.112 a,Qu.Pompeium Baulis Embæneticam facere.Cælij.

Emblema , tis . Signa & ornamenta uasorum , quæ detrahi possunt , emblemata dicuntur , nec non etiam aliarum rerum.In.V.212 a , Vasis crustę aut emblemata detrahebantur.I.V.211 a,Duo pocula cũ emblematis . & ibid.Emblemata auellenda curauit.I.V. 208 a.Scaphia cum emblematis Lilybæi empta . & 210 a , Thuribulum auulso emblemate remisisti.

Emblema , cum de pauimentis aut tabulis intelligitur , est opus ex tesserulis , uel è lapidibus,uel ex ligno minutatim confectis & concisis , uarijs coloribus distinctis & notatis compositum,uarias rerum formas & effugies ostendens.Id circo uermiculatum uocatur,quod sit minutatim sectum & uariè distinctum.de Or.158 b,& 210 b, Quàm lepidè lexis

compostæ ut tesserulę omnes Arte pauimento atque emblemate uermiculato.Ex Lucil.& de Cl.190 a.

EMBOLIVM,ij,interpositio.pro Sest.25 a, Qui omnia sororis embolia nouit.Att.314 b,Emboliũ mirificum cogito.Budæus embolimon,& embolima legit in Comment.

EMENDATE,latinè,de Opt. 243 a, Purè & emendatè loqui, quod est,latinè.

EMENDATOR,oris,corrector. de Cl.188 b,& pro Cor.58 b, Sisenna quasi emendator sermonis usitati esse uolebat. I. A.168 b,Iam de ipso emendatore & correctore nro dicã.

EMENDATRIX,cis.de Leg.167 b,Lex est emendatrix uitiorũ. Tuf.224 b,O preclaram emendatricem uitæ poeticam, q̃ amorem flagitij,&c.

EMENDATIO,onis,de Fini.111 a, Nec uidelicet est correctio philosophię ueteris & emendatio.Ac.lib.3. Felicior emendatio temeritatis.Lact.Firm.Inst.Diu.lib.6.c.24.

EMENDATVS,a,um,de Cl.187 b,Locutio emendata & latina.

EMENDO,as.corrigo. Or.211 b, Sero à quibusdam emendatur antiquitas,qui hęc reprehendunt? nam,&c. pro Muręn. 138 b,Consilium tuum utuperare non audeo non nulla in re forsitan conformare,& leuiter emendare possim.At.32 a,Me rogat,ut annales suos emendem,& edam, de Cl.118 b,Cęsar rationem adhibens,consuetudinem uitiosã & corruptam,pura & incorrupta consuetudine emendat. Ami. 107 b,Cum emendati mores amicorum sint,tum,&c. Acad. 4 b,Certè enim recentissima quæque sunt correcta,& emẽdata maximè.de Leg.190 a,Vt uitijs principium infici solet tota ciuitas,sic emendari & corrigi continentia.

EMENTIOR,ris.mentior.de Opt. 244 b,& pro S.R.39 b,pro Plan.274 b,Aeschines legationem ementius est. Par. 234 a,Alij ementiti sunt in eos quos oderãt.pro Cor.55 b,Emẽtiri genus suum.& ibid.Non furatus est ciuitatem, non pe nus suum ementitus?de D.83 a, Videmus hæc signa nunq̃ ferè ementientia.I.A.176 a,Ementius est auspicia. & 177 a,Quod me de ementitis auspicijs putares esse dicturum. Tuf.203 a,Quantum sit ementita opinio apparet. pro Do. 223 b,Me non ementitum esse authoritatem eius ordinis.

EMEREO,es.mereo,stipendia facio.At.91 a,Annuę mihi opere ad III.Cal.Sextil.emerentur.de Sen.87 a,Animum tanquam emeritis stipendijs ambitionis,secum esse:id est, confectis stipendijs,

EMERGO,gis.exeo, euado,existo) (. Mergo,demergo , pro Pom.5 a, Mithridates non se Capadocię latebris occultare uult,sed emergere è patrio regno.de Natu.51 a,Aues, quæ se in mari merserant,emerserũt,pro Cl.56 b,Hoc uno modo sępe multorum improbitate deprehensa ueritas emergit.,p Cęl.43 b,Quã ex uita emersit, totumq; se eiecit atque exuit.& 48 a,Emersi iam è uadis,&c.de Fi.100 a, & 120 b,Emergere ex aqua.de Ar.255 a,Respirare à metu cędis,emergere a fluctibus seruitutis.In Vat.33 b,Emerge re ex mẽdicitate.I.V.78 a,Emergere ex peculatus iudicio. & 184 b,Filium emergere ex paternis probis,& 230 a, Cũ multa ex illo mari bella emerserint, & multa in pontum inuecta sint.71 b, Incommoda ualetudo, quã iam emerseram.& 72 b,Meum consilium reprehendo, quòd non aliqua ratione ex hoc negocio emerseram.Off.37 b, Quamuis enim demersę sint leges, quamuis tremefacta libertas, tamen emergunt hęc aliquãdo.At.29 b, Emerseram cõmo de ex Antio in Appiam.& 144 b,Nunc emergit amor, nũc desiderium ferre non possum.& 90 b, Hac autem re incredibile est quãtum ciuitates emerserint.Of,22 b,Ex quo magis emergit quale sit decorũ illud,&c.de D.95 b, Ab infima ara subitò anguis emersit.& 122 b,Dionysij equus emersit ex flumine.& 137 a,Tibi autem de me cum solicitudine cogitanti,subitò sum usus emersus ex flumine,de Sene.88 a,cum uiriditas herbescens è uaginis emerserit. pro Sest. 7 b,Homo emersus subitò ex diuturnis tenebris lustrorum ac tupororum.In Vat.32 b, Homo emersus è cœno.de Na. 48 a,Vt sese emergens,ostendit Scorpius altè.de Ar.256 b, Ista serpens,quę tum hic delitescit,tum se emergit.de Vn. 201 b,Quibus temporibus stellę à nostro aspectu oblitescant,rursusq; emergant.& ibi.Stellę emersę.

EMERITVS, a, um. qui iam stipendio confecto est. Attic.95 a, Nos annuum tempus propè iam emeritum habebamus.

EMETIOR,tris.de Cl.166 a, Ego uoluntatem tibi profectò emetiar,sed rem ipsam nondum posse uideor:id est,cumulatè præstabo.

Excepti o, onis. adiunctio. de Am. 107 b, Tum fit omnium rerum sine ulla exceptione communitas. 82 a, Quotiescunq; filium tuum uideo, polliceor se quidem meum & operam sine ulla exceptione uitæ aut occupationis, aut temporis: gratiam autem & aut tem cum hac exceptione, quantum ualeam, quantum posim. contra Rul. 70 b, Optimæ leges hac lege fi exceptione tollentur. de Finib. 69 a, Quid attinet fi sis ullam exceptionem dare? pro Cor. 61 a, Quod ex ptio facit ne liceat, ibi inesse est licere. contra Rul. Sunt in tota lege exceptiones duæ, excepit enim, &c. 69 a, Prætorijs exceptionibus multę excludunt ad & ibi. Exceptio, extra quam in reum capitis præiudi fiat. pro Cec. 289 a, Prætor interdixit sine ulla excepti tantum ut unde deiecisset, restitueret. de Or. 98 b, unde peteretur, uetus atq; usitata exceptio daretur, pecuniæ dies fuisset. de Or. 98 b, Vt petitor rurs peteret, ne exceptione excluderet. de In. 53 b, Excepti

ra quàm si quis, &c. Ar. 87 b, Habeo exceptionem ἰσοδυναμοῦσαν, extra quam si, &c. de In. 83 a. Homines ut cibo utan tur non necesse est, nisi cum illa exceptione extra quam si nolint fame perire. & ibi homines mortales necesse est in rerire sine adiũcto, id est, sine exceptione. ad Her. 4 b, In pri uatis actionibus, prætorię exceptiones fiunt. I.V. 152 a, Ta mesti rectè sine exceptione dixeram. de Inu. 80 a, Quædam tacitis exceptionibus cauentur. de Orat. 121 b, Nunquam ego cuiquam tam præcisè negaui, quàm hic mihi planè sine ulla exceptione præcidit. Quint. 297 a. Non patiar te cum exceptione laudari.

Excepto, as. excipio, extraho. Par. 123 a, Aliquis barbatulos mulos excepians de disciplina, & pertractans.

Exceptvs, a, um. extra, præter. Epi. 2 b, Is hac regia cã excepta, pollicetur se, &c. & 77 a, Mihi solitudo iucundior est, quàm sermones eorum qui frequentãt domum meam, excepto uno, aut ad summum altero. de Or. 88 a, Omnes, exceptis Crasse uobis duobus. Postq. 205 b, Duos cõsules im probos nunquam, excepto illo Cesonio, tempore fuisse. I. V. 99 b, Tantum quod, &c. de Or. 101 a. Cum ab hoc discesserit, nemo erit, &c. id est hoc excepto, &c.

Excerpo, pis, decerpo, deligo. Of. 53 a, Non solum ex maiis eligere minima oportet, sed etiam excerpere ex his ipsis si quid inest boni. de Inu. 62 a, Quod quisque commodissimè præcipere uidebitur, excerpsimus. de Or. 112 b, Non enim fieri est facilius, eo de numero est excerpendum.

Excessvs, sus. de I. eg. 156 b, Romulus post excessum suum Proculo Iulio dicit, &c.

Excetra, træ. hydra. Tus. 179 b, Hæc dextra Lernam terram mactata excetra placuit.

Excido, dis. elabor, fluo, defluo. I.A. 240 b, Excident gladij, fluent arma de manibus. de Am. 107 a, Neq; enim uerendũ est, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat. I.C. 100 b, Quoties tibi fica excidit casu aliquo, & elapsa est. ꝓ Syl. 180 b, Verbum ecquod unquam ex ore huius excidit, unde quisquam posset offendi. pro Do. 234 a, Ex isto ore religionis uerbum excidere aut elabi potest? I.A. 225 a, Quod uerbum tibi non excidit fortuitu. Att. 278 b, Quodammodo ui storia excidit è manibus. de N. 51 b, Cum animal ex uẽtre elapsum excidit. At. 145 a, Sol excidisse mihi è mũdo uidetur. de Or. 85 a, Libellus, qui me imprudente & inuito exci dit, & peruenit in manus hominũ. & ibid. quæ pueris nobis ex commentariolis nostris inchoata atq; rudia exciderunt.

Excidere, obliuisci. de L. 179 a, O miram memoriam Pompeiorum, at mihi ista exciderant. Att. 137 b, Sed ea iam mihi exciderunt. Ep. 99 b, Quæ cogitatio cum mihi nõ omnino excidisset, etenim penitus insederat, tamẽ, &c. Att. 86 a, Sed planè te intelligere uolui mihi non excidisse illud, quod tu ad me quibusdam literis scripsisses. pro. 78 a, Ex animo excidere aliquid.

Excido, dis. cædo, ex cindo, excisionem infero. de Or. 143 a, Hæc tibi est excidẽda lingua, qua uel aulisa libidinem tuã libertas mea refutabit. At. 256 b, Excisa est arbor, nõ auulsa, &c. Ep. 105 a, Quãquam illa quidem habet locum, à quo etiam aduenæ teneri solent, quem tamen si excideris, multum proficeris. pro Dom. 225 b, Excidere urbes hostiũ. pro Sest. 23 a, Qui ædes sacras expugnauit excidit, incendit. Of. 15 b, Africanus in excidenda Numãtia reipub. pro fuit. ad Bru. 286 a, Ijs qui illud malum exciderint, cuius istę reliquię sunt nullum unquam dignum prẽmium tribui potest. Of. 35 a, Nec lapides exciderentur è terra ad usum nostrum necessarijs. I.V. 246 b, Opus ingens multorum operũ penitus excisum.

Excindo, dis. excido, euerto, diruo, deleo. pro Planc. 280 a, Vrbs quę se uel potius excindi facilè pateretur, quàm, &c. pro Mil. 119 a, Curiam inflammari, excindi, funestari. de Som. 129 a, Numantiam excindens.

Excio, cis. euoco. I.A. 242 a, Iuuentutem omnem ex tota Italia exciuimus.

Excipio, pis. excludo, secerno. pro Cec. 200 b, Nulla res est, quæ aut comprehẽdi satis, aut caueri, aut excipi possit. Ac. 8 b, Qui negat quicquam esse quod percipiatur, is nihil excipit. Att. 174 a, Tum ille ita edixit, ut me excipere & Lælium nominatim. & ibi. Poterat enim sine nomine res excipi. Acad. 18 a, Democritus ita est ausus ordiri, hæc loquor de uniuersis, nihil excepit de quo non profiteretur. quid enim esse potest extra uniuersa? Qu. Fr. 297 a, Omnes ita de tua commemorant, ut in summis tuis laudibus unam excipiant iracundiam. & 295 a, Cum lex nominatim exciperet, ut ad templum monimẽtumq; capere liceret. Att. 85 b, Id uerò p te exceperamus negociatori, quod si cuipiam huic tamen non. pro Cl. 42 b, Leges quibus exceptum est, de qui bus causis iudicem legi non liceat. Att. 81 b, Hic facit ut mihi excipiendus sit, cum teruncium nego sumptum factum. de Di. 98 b, Excepi de antiquis præter Xenophãtem neminem. I.A. 215 b, Omnes idem sentiũt; cum omnes dico, eos excipio, qui, &c. de Or. 114 b, Deniq; ei, qui profitetur, &c. nullum potest esse genus orationis, quod sit exceptũ. I.C. 121 b, Hosce ego homines excipio & secerno libenter. Tuscu. 150 a, Nam si solos eos diceres mortuos quibus moriẽdũ est, neminem tu quidem eorum, qui uiuerent, exciperes.

Excipere. recipere, accipere, capere. pro Pom. 7 a, Hunc in illa fuga Tigranes res excepit, diffidentemque rebus suis confirmauit. pro Milo. 122 a, O terram illam beatam, quæ hunc uirum exceperit. pro S.R. 42 b, Roscius fua omnia tibi concessit, ex omnibus rebus seipsum nudum, neque præterea quicquam excepit. Epist. 51 b, Mon enim ut tum me à rep. mœstum domus excipiebat, quæ leuaret, sic nũc domo mœrens ad remp. cõfugere possum, ut in eius bonis acquiescam. de Legib. 170 a, Patria est illa, quæ nos genuit, & illa quæ excepit. I.V. 256 b, Vt filiorum extremum spiritum excipere sibi liceret. pro Plã. 271 a, Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur. Atti. 164 a, Omnino excipiam hominem. Or. 216 a, Eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos, & præteruolat numerus. de Arusp. 254 a, Cum in me illa flamma illorum temporũ conijciebatur, excepi, & pro patria solus exarsi. ꝓ Dom. 225 b, omnem uim improborum excepi meo corpore. de Pro. 73 b, Vnum pro uniuersis subire atque excipere periculum. de Pro. 77 b, Quamuis excipere fortunam, subire uim atq; iniuriam. de Or. 93 a, Aliquid ex sermone alicuius memoria dignum excipere. I.V. 144 b, Is omnia tela excipiat necesse est. Att. 29 a, Nisi si quid ex præteruenute uiatore exceptum est, nihil scire possumus. de Or. 122 a, Aduersarij non solum sententias, sed etiam uerba omnia excipere. đ Clar. 165 a, Excipere sanguinem pateraid est, bibere. I.A. 126 b, Brutus legiones conscripsit nouas, excepit ueteres. de Diu. 119 a, Omnia alicuius loquentis uerba excipere, literisque mandare. pro Deiot. 148 a, At eo tempore ipso misit, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se deferrent. de D. 113 a, Genus diuinandi naturale, quod animus arripere aut exciperet extrinsecus ex diuinitate. de N. 53 a, Anima quæ excipitur spiritu ac respiratur. de In. 49 a, Cũ rei expo sitio magnam excipiat offensionẽ. de Or. 134 a, Ex alterius oratione excipere aliud atq; ille uult. Epi. 16 a, Nullũ meũ dictum nõ modò factum pro Cæsare intercessit, quod ille non illustri gratia exceperit. pro S.R. 44 a, Isti bonorũ emptores arbitrãtur uos hic tales uiros sedere, qui excipiatis eos, qui de suis manib. effugerint pro R.P. 129 b, Excipere aliquẽ labentẽ. Ar. 127 a, A multis admoniti sumus, ut caueremus ne exciperemur à Cæsare. Br. 91 a, Timeo ne illũ aliquorũ furor excipiat. Ep. 190 a, Classis dissipata est, one rariæ omnes ad unam a nobis sunt exceptę. Ep. 156 b, Excipere aliquem cum literis. I.C. 112 b, Excipere fugiẽtes. de Cl. 187 a, & Ep. 233 b, Excipere labores. pro Sest. 7 b, Excipere uulnera. pro Sest. 27 b, Herculis ambusto corpore, uitã & uirtutem immortalitas excepisse dicitur. de Cl. 194 b, Interim me Quæstorem Siciliensis excepit annus. ad Her. 27 b, Grauem figuram excipiat attenuata. Or. 212 a, Ex usu dicunt & ex rep. quod in altero uocalis excipiebat, in altero erat asperitas. de Di. 99 b, Nihil est quod diuturnitas tẽporum excipiente memoria prodendisq; monumentis efficere atq; assequi possit. de Sen. 80 b, Sed memoriam illius uiri excipient omnes anni cõsequentes. de N. 52 a, Linguam ad radices eius hærens excipit stomachus. Att. 8 b, Crassus postea quàm uidit illum excepisse laudem, surrexit, &c.

Excipere pro cauere, sancire, statuere. pro Clu. 42 b, In omnibus legibus quibus exceptum est de quibus causis aut magistratum capere non liceat, est. Item exceptum fœdere, in Verrem. & pro Corn. Balbo.

EXCISIO, onis. pro D. 243 a, Tectorum excisio. & 244 a.
EXCISVS, a, um. pro Sest. 10 b, Vrbs excisa & euersa.
EXCITATVS, a, um. erectus.)(. Inclinatus. de N. 54 a, Deus homines humo excitatos, cellos & erectos constituit, ut, &c. Epi. 23 a, Qui ab excitata fortuna ad inclinatam & ppè ia centem descisserem. de Som. 129 a, Summus ille cęli stelli feri, cursus, cuius conuersio est concitatior, acuto & excitato mouetur sono.
EXCITO, as. incito, allicio, suscito, commoueo, concito, stimulo, elicio, stimulos admoueo. pro Pl. 272 b, Quę scripsit gra uis ille poeta, nostros liberos ad laborem & laudem excitaret. pro R.P. 129 b, Sunt ea quidem magna, sed magnis excitata sunt premijs ad memoriam hominum sempiternam. pro Pl. 263 b, Nec uides istorum ipsorum charitate ad huius salutem defendendam maximè stimulari me atque excitari. Top. 221 b, Vt mea diligentia mandatorum tuorum, te quoq; ad memoriam rerum nostrarum excitarem. pro Mureń. 136 b, b, Ecitare incendium in fortuna alicuius. d̃ Diu. 120 a, Galli uictores alacritate ad canendum excitantur. Ac. 23 b, Excitare aliquem ex somno. Epist. 262 a, Excita ex somno tuas literas. Qu. Fr. 298 b, Dormientem excitare, currentem incitare. Off. 65 b, Excitare atque agitare feras. Att. 278 b, Erectior senatus erat, non sententijs solùm nostris, sed etiam cohortationibus excitatus. Off. 36 b, Hoc cognito, dicendum est, quonam modo hominum studia & utilitates nostras allicere atque excitare possimus. Epi. 256 a, In excitando autem, & in acuendo plurimum ualet, si laudes eum quem cohortere. Pl. Ep. 154 b, Quæ si aduentus meus represserit, agam gratias fortunæ constantiæq; meæ, quæ ad hanc experientiam excitauit. Att. 96 a, Eum ualde tuę literæ excitarunt. Ep. 79 a, Quem authoritate tua cunctantẽ, & diffidentẽ excitare solitus es. Off. 4 a, Facies honesti quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sui. de Fin. 75 b, Sapientia ardentes amores excitaret sui, si uideretur. Epi. 43 a, Excitare risum. & 140. Excitare Clamorem. Ora. 218 a, Magnus clamor concionis excitatus est. de Cl. 195 a, Excitare summam hominum admirationem. Off. 43 a, Quę in multitudine habetur oratio, ea sæpe uniuersam excitat gloriam. pro Sest. 25 b, Excitare fletum alicui. & ibi Tantus ex omnibus spectaculis plausus excitatus. & 122 a, Hanc ei suspicionem quidam nuncijs excitarunt. de Ar. 244 a, Tum uidi ac multo antè prospexi quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella reipu. pro Mar. 133 b, Dij, qui facilè tantum bellum excitauerunt. Or. 200 a, Excitare alicuius memoriam charam alicui. Of. 49 a, Tantum Italicum bellum propter iudiciorum metum excitatum est. pro Mu. 133 a, Tempestates commoueri, concitari, excitari. de Or. 125 b, Omnia dicendo excitanda sunt, nihil adiuuante natura. de Or. 86 b, In eorum qui audiunt mentib. sedãdis, aut excitãdis. pro Pom. 4 b, Genus belli est eiusmodi, quod maximè uestros animos excitare atque inflammare debet. de Or. 102 a, Motus in animis hominum dicendo excitare uel sedare. Off. 21 a, Appetitus omnes contrahendi sedandique sunt, excitandaq; animaduersio, &c. de Or. 124 a, His locis in cogitatione defixis, & in omni re ad dicendum posita excitatis. d̃ Cl. 166 a, pro Mar. 134 a, & pro Do. 232 b, Excitare iacentem. de Am. 107 a, Excitare animũ abiectum & iacentem. Att. 122 a, Confirmare & excitare afflictos & abiectos, & eos ad pristinam dignitatem reuocare. p̃ R.P. 130 b, Possum excitare multos reductos testes liberalitatis meę de Or. 106 b, Dicendo excitare aliquem à morte. Ora. 204 b, & Top. 224 b, & I.V. 262 a, & I.C. 108 b, Excitare mortuos ab inferis. Post. 209 b, Excitare aliquem ab inferis uel ab Acheronte. pro Fon. 281 a, Ita uerò C. Marius excitandus erit ab inferis, qui, &c. de Or. 119 b, & 126 b, Excitare reum consularẽ, & cicatrices aduersas senis iudicibus ostẽdere. de Cl. 195 a, Ab inferis locupletissimos testes excitare. de N. 49 b, Vapores, qui à sole ex aquis excitantur. Item Excitari humo. I. Excitatus. de L. 183 b, Nec è lapidè excitari plus nec imponi, quàm quod capiat laudẽ mortui incisa.
EXCITVS, a, um. experrectus. de D. 88 b, Ennij.
EXCLAMATIO, onis. acclamatio. ad Her. 28 b, Exclamatio est, quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius, per hominis, aut urbis aut loci, aut rei alicuius compellationem: hoc modo, Te nunc alloquor Africane, cuius, &c. & 20 a, Acutas uocis exclamationes uitare debemus. Or. 299 b, Exclamatio uel admirationis uel conquestionis.
EXCLAMO, as. de N. 4 b, Itaque mihi licet exclamare, ut Sitius in Synephebis. prò Deum, &c. Tusc. 187 a, Qui uoces exclamare, maius toto corpore contentioni uocis affert. de Som. 127 a, Hic cum exclamasset Lælius, &c. de Or. 1 a, Non possum quin exclamen, &c. I.A. 166 a, Brutus noster natim Ciceronem exclamauit.
EXCLVDO, dis. prohibeo, portas alicui claudo, excipio. Cor. 63 a, Gaditani Pœnos mœnibus excluserunt. Att. 1 a, Priusquam Cæsar aut tuum iter impedire, aut te à mœnibus cludere posset. pro Cl. 24 a, Ne partu eius ab hereditate aeterna excluderetur. contra Rul. 78 a, Qui honore Dei ratus excluditur nominatim. Anteq. 196 b, Aliquem limine cem à se absterrere & excludere. de Ar. 254 a, Quidquid antè senatus excluserat. de N. 75 a, Ratio quę uitia eiiciũtque excluderet. de Ora. 89 b, Repelli oratorem à gubernaculis ciuitatum, & excludi ab omnium rerum scientia. 136 b, Quę soluto animo familiariter scribi solent, temporibus his excluduntur. Attic. 127 b, Qui regionibus extra intra præsidia aliena uenissent. pro Cor. 59 b, In sortiendo incuriosum est, ijs præmijs exclusos esse eos, quę pro stipendiarijs. de Cl. 196 a, Pacis spem à publico consilio se exclusam uidemus. Br. 91 a, Dolabellã à Rhodijs excluso sum. Qu. Fr. 294 b, Nullius inopiam ac solitudinem domus tua & cubiculo esse exclusam. 19 a, Nec excludẽtes à publico usu suos, potiusque & amicis impartiẽtes & reipublicæ. a, Exclusit eum à rep. distraxit, segregauit celes illius. de I.V. 259 b, Matres ab extremo complexu liberum exclusæ. Epi. 71 b, Sed nescio quomõ ipsæ illæ excludẽre me à portu & profugio uidentur. I.V. 213 a, Hi exclusi temporibus populi Rom. agere quę uoluerant non potuerunt. & 16 b, Angustijs temporis excludũtur omnes. pro Cec. 339 a, Aliquem uerbo excludi. I.A. 174 a, Itaque exclusis tuis uicibus ad te milites misit. de Or. 98 b, Vt petitor rursus conpeteret, ne exceptione excluderetur. de In. 69 a, Præter exceptionibus multæ excluduntur actiones. Epi. 26, Cassius treis legatos decernit, nec excludit Pempeium. de Nat. 50 b, Ex ouis pũlli orti, relinquunt matres, à quibus exclusi fotique sunt. de N. 52 a, & de Or. 150 a, Gallinę ex ouis pullos excludunt: id est, pariunt, emittunt.
EXCOGITATIO, onis. Tus. 161 a, Illa uis, quæ inuestigatione rerum, quæ inuentio atque excogitatio dicitur. de Oratore 1 b, Hæc excogitationem non habent difficilem.
EXCOGITO, as. cogitando inuenio, machinor, fingo, medito. de Nat. 12 a, Vita, qua nihil beatius excogitari potest. 135 b, Mira quædam excogitare genera furandi. Ac. 130 b, Ad hæc igitur cogita, uel potius excogita. & 281 a, In quo tuo cõsilio egeo, & si nihil excogitas. de Or. 94 a, Mortalis nimi atque ingenij celer ad excogitandum. pro C. 24 b, Illatio excogitata Larini est. I.C. 105 b, Quicquid sceleris ingenio, aut excogitari potest. I.A. 217 b, Excogitare quæ ratio fieri, fit, Calene non possum. Ac. 18 a, Excogitauit aliquid, quod dici, quæ Stoici.
EXCOLO, lis. exorno, expolio. Or. 199 b, An uictus hominum Atheniensium beneficio excoli potuit, oratio non potuit? Par. 116 a, Nihil est tam horridum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur. Or. 201 b, Ingenia quæ disciplina exculta sunt. pro Ar. 188 a, Nisi animos nostros doctrina excolamus. Off. 35 b, Quibus rebus exculta hominum uita plurimum distat à uictu bestiarum. Qu. Fr. 307 b, A propensis in hanc partem uehementer excolimur, & amamur.
EXCORS, dis. amens, uecors. de N. 26 b, Quæ anus tam excors inuenire potest, quæ extimescat? Tusc. 150 a, Quis tam excors est, quem ista moueant? de Am. 124 b, Aperte adiuuantem nemo non uidet, nisi admodum est excors. pro Do. 31 b, Neque tu eras tam excors tamque demens, ut ne, &c. I.A. 195 b, Hoc qui non uidet, excors est. de Diu. 126 a, An quod aspexit uestitu purpureo excordẽ Cæsarem esse? corde priuatus est.
EXCRVCIO, as. conficio exanimo, interimo. Attic. 192 a, Non loquor plura, ne te quoque excruciem. ipse conficior, ut nihil se tempus, &c. Epist. 234 a, Conficior enim mœrore meo. Terentia, nec me meæ miseriæ magis excruciant, quam tuę, pro Pom. 5 b, Aliquem uinculis ac uerberibus, atq; omnimi supplicio excruciatum necare. de Fi. 59 b, Libido & ignauia animatum excruciant. I.V. act. 3. Hominem fumo excruciatum semiuiuum reliquit.
EXCVBIAE, arum. diurnæ nocturnæque uigiliæ. pro Mar. 136 a, Nos tibi excubias & custodias pollicemur. I.A. 213 b, Cuius ego excubias, & custodias mei capitis cognoui in consulatu meo. pro Mil. 114 fi, Si excubiæ, uigiliæ, &c. pro Pl. 280 b, O excubias tuas Cn. Planci miseras.
EXCVBO, as. uigilo, uigilans sum. I.A. 208 a, Quamobrem Qui rites quantum potero excubabo uigilaboq; pro uobis. de D. 103 a, Vt tecta relinquerent, & armati in agro excubarent. de D. 100 a, Lacedæmonij non contenti uigilantibus curis in Pasithee fano somniãdi causa excubabant, quia uera quietis oracula ducebant. Tus. 217 a, Qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improuisum possit accidere. Att. 147. & Tus. 217 a, Et tamen omnis spes salutis in illis est, & ego excubo animo, nec partem ullam capio quietis. Pl. Ep. 148 a, Ex quo intelligi potest curam reipub. summè defendẽdæ impridem apud nos excubare.
EXCVDO, dis. componere, elucubrare. Att. 249 b, Tibi de gloria excudam aliquid ἱερακλείδιον, quod lateat in thesauris tuis.
EXCVLPO, pis. Att. 214 a, Tamen nescio quid è quercu exculpseram quod uideretur simile simulachri.
EXCVLTVS, a, um. de Cl. 173 a, C. Tuditanus omni uita atque uictu excultus atque expolitus. Tusc. 161 a, A quibus man suefacti & exculti à necessarijs artibus ad elegantiora deflueximus. Tu. 149 a, Nec qui id nesciebat satis excultus doctrina putabat. & 236 a, Humanus animus si est excultus, &c. sit perfecta mens.
EXCVRRO, ris. Att. 168 b, Ego dum naues & cætera parantur, excurro in Pompeianum. & 231 b, Cupio excurrere in Græciam. & 1 b, Fortasse excurremus mense Septembri legati ad Pisonem. I.V. 79 b, Excurrat aliquis, qui hoc tãtum mali filio suo nunciet. Ep. 35 b, Mãdaui utrique, ut antè ad me excurrerent, ut ibi obuiam prodire possem. cont. Rul. 83 b, Excurrere ex Africa, & imminere populo Rom. I.V. 110 a, Habent propinquam prouinciam, quò facile excurrunt. de D. 102 b, Quorum animi spretis corporibus euolant & excurrunt foras. pro Mu. 128 a, Campus in quo excurrere uirtus & cognosci possit. de Cl. 190 a, Itaque tantos processus faciebat, ut euolare non excurrere uideretur. Orat. 213 b, Orationem non claudicare nec insistere, sed cum sententia pariter excurrere. & 214 b, Productiora alia & quasi immoderatius excurrẽtia. At. 70 b, & 71 a, Summa excurrens DCCCXX.
EXCVRSIO, onis. decursio, latrocinium, incursio. de Pro. 69 b, Via illa excursionibus barbarorum est infesta. & de Inu. 79 b, de Di. 113 b, Sed hæc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima excursio, nũc cominus agamus. pro D. 147 b, Tueri fines suos ab excursionibus hostium, & latrocinijs. pro Pom. 6 b, Cum una excursio equitatus perbreui tẽpore totius anni uectigal ferre possit. de Sen. 81 a, Nec enim excursione, nec saltu uteretur, sed, &c.
EXCVRSOR, oris. I.V. 112 b. I.A. 194. I. Emissarius.
EXCVSATIO, onis. purgatio, satisfactio, causa. de Or. 95 a, Stultitiæ peccatum excusationem non habet. de Sen. 90 b, Mores tamen & hæc uitia, quæ dixi, habent aliquid excusationis, non illius quidem iustæ, sed quæ probari posse uideatur. I.V. 229 b, Nam Sappho, quæ sublata de Prytaneo est, dat tibi iustam excusationem propè ut concedendum atque ignoscendum esse uideatur. de Orat. 126 b, Vix mihi tenuis quædam uenia dabatur excusationis, quod tamen eum defenderem, qui mihi quæstor fuisset. Att. 128 b, Nihil præter missum est, quod non habeat sapientem excusationem, non modò probabilem. I.A. 197 a, Qui habent legitimam excusationem, exilij causa solum uertisse. Or. 210 a, Quibus si nihil aliud responderem, &c. ista esset excusatio. pro Cæl. 37 b, Sed ego Atracino ignosco, qui habet excusationem uel pietatis, uel ætatis, uel necessitatis. Off. 47 b, Vtendum est excusatione aduersus eos quos inuitus offendas quacunq; possis, quare id quod feceris necesse fuerit, nec aliter facere potueris. I.P. 82 a, Vti excusatione ualetudinis. pro Cęl. 47 b, Defendere uitia alicuius excusatione adolescentiæ. pro R.P. 126 a, Necessitatis excusatio Rutilium facilè defendit. de Ar. 244 b, Si autem id nõ uidet, periculum est, ne se stuporis excusatione defendat. p̃ Syl. 172 a, & I.P. 87 a, Me neque honoris, neq; ætatis excusatio uendicat à labore. pro Syl. 176 a, Illæ ualent apud me excusationes iniuriętuæ, iratus animus tuus, ætas, amicitia nostra. de Am. 104 a, Turpis excusatio est & minimè accipiẽda cùm cæteris peccatis, tũ si quis contra rempub. se amici causa fecisse fateatur. I. P. 81 a, An potest ulla esse excusatio consuli malè sentienti? I.A. 211 b, & 222 a, Ser. Sulpitij excusatio legationis obeundæ. de Ami. 104 b, Talis improborum consensio excusatione amicitiæ tegenda non est. pro Cæc. 290 b, Excusatione summæ stultitiæ, summæ improbitatis odiũ precari. pro Rab. 91 b, Cum ad iudicij moram familiaris funeris excusaio quæreretur. Att. 195 a, Dubito an excusationem aliquam ad Silium parem. & ibi. b, Quærenda est excusatio. ad Brutum. & 138 a, Hãc eram ipsam excusationẽ relicturus. ad Cæsarem. 165 a, Is mihi non reddit quod ei dedi mutuum, & utitur excusatione temporis. Item: Conferre causam in tempus. de Or. 134 a. Cùm Metellus excusationem aculeorũ à me nõ acciperet. p̃ Mu. 230 a, Morbi excusationi pœna addita est. & 195 a, Nullæ istæ excusationes sunt, meus amicus est, &c. de Amic. 103 b, Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaueris. Or. 219 b, Nobis in scribendo atque in dicẽdo, necessitatis excusatio nõ probatur. de N. 78 a, At deo ne excusatio quidẽ est inscięntiæ. de In. 74 b, & 75 a, Quibus in simili excusatione nõ sit ignotum, I.P. 87 a, Nemini ciui ulla, quo minus abesset, satis iusta escusatio uisa est. Epi. 198 b, Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. & 199 a, Accipio excusationẽ tuã de Sẽpronio. At. 58 b, De Philoxeno ignosco: id est, excusationem accipio. & Att. 74 a, Ep. 145 a, Ego autem præteriti temporis excusationem affero. & ibi. Afferre excusationẽ cęstationis. de Ami. 103 a, Hanc ut sibi ignoscerem causam afferebat, quod, &c. Ep. 86 a, Vtrique rei excusationem tuæ uitæ consuetudo dat. & 180 a, Errare cũ excusatione posse. & 266 b, Vti excusatione iusta & idonea. & 25 b, Accipere excusationẽ, & Accipere causam. 264 a. de L. 158 a, Atqui uereor ne istam causam nemo noscat. I. P. 82 a, Quam nos causam accepimus: id est, excusationem.
EXCVSATVS, a, um. I.V. 97 a, Hic omnibus me uehementer excusatum uolo, non negligentia mea fore, ut, &c.
EXCVSO, as. purgo, excusatione utor, excusationem affero, satisfacio, culpam in alium confero uel transfero, crimen remoueo, culpa libero, à culpa eximo, excusatione alicuius rei tego, adumbro.)(. Accuso. At. 250 a, Atticæ meæ uelim me ita excuses, ut omnem culpam in te trãsferas. Qu. Frat. 307 a, Primùm me tibi excuso, in eo ipso in quo te accuso. me enim, &c. I. A. 197 a, Si Lysiades citatus iudex non responderit, excusetur que Areopagites esse, accipiet ne excusationem is, &c. & ib. Sũt item lecti iudices, qui fortasse excusabuntur. At. 249 b, Varroni memineris excusare tarditatem literarum mearum. I.A. 214 a, Quãquam is quidẽ ante quam sententiam diceret, propinquitatẽ excusauit. de Am. 108 a, Quidam excusari se arbitrantur, quia nõ fine magna causa peccauerint. pro Lig. 140 b, Is cum morbo impeditur, statuerat se excusare. de Ora. 132 a, Cum eam gregales requirerent, excusauit Vespa Terentius, quòd eum brachiũ fregisse diceret. At. 189 a, Sed cura, ut excuser morbi causa in dies singulos: quod si erit durius, ueniam ipse, & perpetuum morbum iurabo. & 190 a, Apud Apuleium, quoniam in perpetuum non placet, in dies ut excuser uidebis. & 189 a, De me excusando apud Apuleium dederam ad te pridie literas. & 190 a, Martianus ad me scripsit, me excusatũ esse apud Apuleium à Torquato & Strabone, & 149 b, Viris bonis me non nimis excuso. & 183 b, An his illuc euntibus mãdem ut me excusent. de Cl. 173 b, C. Lælius se excusans dixit, &c. Att. 174 b, Quod te excusas, ego uerò tuas causas nosco. Epist. 175 a, Collegæ mandasti, ut te mihi per literas excusaret. Cæl. Ep. 111 b, Sed ipsum uolumen, quod tibi mi si facilè ut ego arbitror, me excusat.
EXCVSSVS, a, um. de Ar. 252 b, Iudices te demiserunt excussum & exhaustum.
EXCVTIO, tis, excussi. exquiro, inuestigo, agito, explico. Tusculan. 167 a, Hoc igitur probè stabilito & fixo, illud excu

ziendum est, ut sciatur, &c. Pro cæl. 52 a, Quamobrem executiemus omnes istorum delicias, omnes ineptias, si prodierint. pro Plan. 265 a, Aspicitur, non attrectatur: procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur. contra Rul. 78 a, Decemuiri qui nostros imperatores excutiant. pro S. R. 34 b, Nihil est quod metuas, nō excutio te: si quid forte ferri habebas, nō scrutor, &c. Q. Fr. 291 b, Scrutari omnes fordes, & excutere unumquenque comitum. Par. 241 a, Explicare & excutere aliquod uerbum. pro Mu. 130 a, Res p uulgata atque in manibus iactata & excussa. Off. 68 a, Explicea atque excute intelligentiam tuam, ut uideas, &c. Asin. Ep. 163 b, Tabellarijs sexcentis locis excutiuntur.

Excvtio, eripio, eijcio, remoueo. pro Mur. 131 a, Omnia ista nobis studia de manibus excutiūtur. pro Dom. 228 a, Quare illa calamitas excusit hoc genus totum maledicti. pro Syl. 179 a, Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari. de N. 44 b, Excutere aliquid in terram. pro Syl. 171 b, Excutiam tibi istam iactationē. Tusc. 173 a, Hanc excutere opinionem mihi metu radicitus nolui. Epist. 131 a, Adeon' tu mihi excussam seueritatem putas, ut ne in foro reliquiæ pristinæ frontis appareant?

Execo, as. seco, resecо. pro Cl. 55 b, Ipse armarij fundum execuit. & nūmos abstulit. de N. 38 b, Vetus opinio est, execti esse Cœlū a filio Saturno. pro Sest. 26 a, Hi medentur ciuitati, qui execant pestem aliquam tanquam strumam ciuitatis. pro Cl. 57 a, Strabo in crucem actus est execta lingua, contra Rul. 84 b, Neruis omnibus exectis. At. 22 b, Nō minus esset probanda medicina quæ sanaret uiciosas partes, quām quæ execaret.

Execrandvs, a, um. detestabilis. I. A. 172 b, Hic execrandus populo Rom. & detestabilis est.

Execratio, onis. preces malæ. pro Sest. 19 a, Exierunt malis omnibus & execrationibus duo Vulturij. p Sest. 6 a, Hūc Pōpeius omni cautione, fœdere, execratione deuinxerat, nihil contra me esse facturum. I. V. 257 a, Vbi fides? execrationes? Ofl. 62 b, Quod Athenis execrationibus publicis sācitum est. & de Or. 135 b, l. Minatio. & 162 a, Habet etiam Campana lex execrationem in concione candidatorum. I. P. 88 b, Thyestea ista execratio est.

Execratvs, ta, tum. I. A. 153 b, Euersio illius execratæ columnæ.

Execror, aris. malè precor. I. V. 101 a, Alij sacerdotem execrābantur, qui Verrem tam nequam reliquisset. I. P. 101 a, Omnes te oderunt, tibi pestem exoptant, te execrantur. I. P. 86 b, Quod tibi proficisciēti euenit, ut omnes execrarentur, malè precarentur. de L. 162 b, Rectè Socrates execrari eum solebat, qui, &c. Off. 54 a, Itaque accepimus Socratem solitum execrari eos, qui, &c. Tusc. 262 b, Execratur apud Ennium Thyestes, primū ut naufragio pereat Atreus. Or. 209 b, Vt optet, ut execretur. de N. 39 a, ex En. Cui, qd in me est execrabor hoc quo lucet, quicquid est.

Exectio, onis. excisio. pro Cl. 55 b, Cum illa exectio fundi in armario animaduerteretur. I. V. 58, Exectio linguæ.

Execvtio, onis. persecutio. ad Her. 9 b, Quæritur in translatione, primūm, num aliquis eius rei actionem, petitionem, aut executionem habeat, quam non oportet.

Exedo, dis, & exes. consumo, conficio, corrodo, Tusc. 196 b, Aegritudo lacerat, exest animum, planeque conficit. Tusc. 231 b, Quem nullæ ægritudines exedunt. de Fi. 59 b, Solicitudines, quibus hominum animi dies & noctes exedūtur. de D. 116 a, Cor est in extis, iam abscedet, deus id eripiet, uis aliqua conficiet, aut exedet.

Exedra, dræ. locus ubi sint sedes multæ paratæ, præterea nihil, quas uacuas aulas uocant. de Or. 14 a, Cotta in eā exedram uenit, in qua Crassus lectulo posito recubuisset. de N. 5 a, Offendi eum sedentem in exedra. de Fin. 125 a, Tū ego illa moueor exedra.

Exedria. pro exdris. Ep. 106 a, Exedria quædam mihi noua sunt instituta, in porticula Tusculani.

Exemplar, ris. exemplum, codex, species quam artifex imitatur, & quam sibi proponit ad imitandum, ad quod efficitur aliquid. Itē Asin. Ep. 146 a, Ex literis, quas Pansa mihi misit, cugnosces omnia, nam earum tibi exemplar misi. At. 57 b, Vrgebar ab eo cui misi, & non habebam exemplar. pro Mur. 140 a, Ad imitandum uerò tam mihi propositum exē plar illud est, quām tibi. de Vn. 195 b, Qui aliquod m efficere molitur, si eam speciem, quæ semper est eadem, tuebitur, atque eam sibi proponet exemplar, præclarū pus efficiat necesse est. & ibid. Vtrum fabricator ille t operis imitatus sit exemplar, quod semper unum & id est. de Vniu. 196 a, Si ergo generatus est mundus, ad id effectus, quod ratione sapientiaque cōprehenditur. & a, Mundus factus est ad exemplum. de Vn. 201 a, Ex te deficiebat ad propositū & exemplar imaginis similē do. de Ami. 100 a, Amicum qui intuetur, tanquā exemp aliquod intuetur sui. pro Cec. 290 a, Falcula exemplar quę religionis. In Sal. 274 b, Eius enim partis exemp erat Salustius, quo, &c. Or. 197 b. Vnde illud, ut ex Ecl quo quasi imago exprimatur.

Exemplvm, pli. exemplar, imago, factum, autoritas, doctrī tū, specimen, clarissimis monumentis testata confirmatq; que antiquitas. At. 116 b, Cæsaris literarum exemplū ad bi misi. Atti. 122 a, Earum literarum exemplū infaci psi. Epi. 48 a, Sępius ad aliquem literas uno exemplo dic & 135 a, De quo tu mihi antea scripseras bis eodem ex plo. contra Rul. 76 b, Literarum exemplum composui se arbitror, P. Seruilius Cn. Pōpeio, &c. Att. 138 a, Cæ literæ sunt allatæ hoc exemplo, Pompeius mare trā &c. de Or. 100 b, Hisce ego rebus exempla adiungere si cernerem, &c. Off. 2 b, Superioris generis huiusmodi pla sunt: omniāne officia perfecta sint, nunquid, &c. de 69 b, Exemplum translationis in causa nobis posuim huiusmodi, cū, &c. de In. 81 b, Supponere exemplum cuiusque rei. Top. 225 a, Exempla posui ex inre ciuil Or. 162 b, Quæ tu crasse fine definitionibus & fine exem plis effudisti. ad Her. 24 b, Hoc interest inter exemplū testimonium, exemplo demonstratur id quod dicimus, c iusmodi sit, testimonio esse illud ita ut nos dicimus, con matur. de D. 88 b, Sed exemplis grandioribus decurr A. 246 b, Exempli causa paucos nominaui. Par. 117 a, Ob hæc uideri possunt obscuriora, cùm sine appositione exē plorum lentius disputantur, uita atque factis illustrat sunt summorum uirorum hæc, quæ uerbis subtilius quā satis est, disputari uidentur. de In. 55 a, Vt certum quidā & breui exempli causa ponamus. pro Mu. 130 a, Vt quin alicuius libris exempli causa id nomen inuenerant, pu ruīt &c. de In. 55 b, Eorum igitur quæ constant, exē ponemus, horum quæ dubia sunt rationes afferemus. & Id ut perspiciatur aut scribamus, aut in quolibet exē de ijs quæ proposita sunt, hoc idem exerceamus. de b, Perspicuo & grandi uitio præditum posuimus exē de In. 25 b, Exemplū est, quod rem autoritate aut cāl cuius hominis, aut negocij confirmat aut infirmat, dō exempla, & descriptiones in præceptis elocutionis cōp scentur. ad Her. 39 a, Exemplum est, alicuius facti aut ct præteriti cum certi autoris nomine propositio; exē rem ornatiorem facit, cum nullius rei nisi dignitatis cā sumitur: apertiorem, cum id, quod sit obscurius, magis lucidū reddit: probabiliorem, cum magis uerisimilem ci citante oculos ponit, cum exprimit omnia perspicue, dicta prope manu tentari posit. de Dl. 110 a, Exēpla clara & illustria. de Pro. 73 a, Cum ego meorum facto exēpla ex summis uiris petam. pro Cor. 61 a, Autoritas exēplo alicuius facere aliquid. & de Ar. 249 b, pro Flacc 278 b, Perēptū esset mea morte id exemplū, qualis sum in meo retinendo fuisset senatus. de D. 94 a, Diuinare morientes, etiā illo exemplo confirmat: Possidonius affert Rhodium quendam, &c. I. A. 155 a, Iun. Brutus rempub. regio dominatu liberauit, & ad similem u & similē factum stirpem suam excitauit. Or. 38 b, Ad exē plum amissi imperij, portari in triumpho Massiliam mū mus. pro Sest. 5 b, Cuius oratio uidebatur reipub. capē dæ autoritatem disciplinamque præscribere. & 6 b, Vt aliquem re ex barbaris illis exemplū imperij uetere ginem antiquitatis diceres intueri. In Sal. 272 b, Vt sim posteris meis nobilitatis initium & uirtutis exēplu Deiot. 149 a, Is uir unde pudor is pudicitiēque exēpla terentur. Ep. 13 a, Exemplum præclarissimum uindicat religionis sustulerunt. In Sal. 272 b, Sallustius omnū iores ad unum exēplum & regulam quærit. de L. Non tantum mali est peccare principes quantū illud, quod permulti imitatores principum existunt. & ibid. Perniciosè merentur de republica uiciosi principes, quod nō solum ticia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem: neque solum obsunt quod illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusq; exemplo quām peccato nocent. Orat. 13 b, Habet autem ut in ætatibus auctoritatem senectus. sic in exemplis antiquitas. de Or. 104 b, Cum esset ille uir exemplum ut scitis innocentiæ. pro S. R. 23 a, In qua mulie re etiam nunc quasi exempli causa, uestigia antiqui officij remanēt. I. A. 186 a, Quod in iuuentute habemus illustrius exemplum ueteris sanctitatis? de Or. 209 a, Si exempla sequitur, ā Demosthene sumanus. Qu. Fr. 300 a, Edere exemplum seueritatis alicubi. pro Mil. 149 a, Domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum. & ibid. Est illud quidem exemplum tibi propositum domi. Off. 21 a, Suppediant autem & campus noster, & studia uenandi honesta exēpla ludendi. pro Fl. 151 a, Tamen hæc in imitatione, atque in exemplo pertimescenda uidentur. & ibid. Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. Ep. 134 a, Liberasti ciuitatem metu, neque solùm ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum facti. pro Flac. 151 b, In hoc ego reo, ne quod perniciosum exemplum prodatur, pertimescam? pro Syl. 176 b, Et tamē id ueteri exemplo atque instituto optimi ciuisq; faciebant. Or. 101 b, Monumentum rerum gestarum, uetustatis exempla oratori nota esse debēt. de In. 62 b, Non unum aliquod proposuimus in exemplum, cuius omnes partes exprimerē tur. Or. 208 a, Commemoratio antiquitatis, exemplorumque prolatio. pro Cl. 45 b, Qua de re tota si unū factum ex omni antiquitate protulero, plura non dicam, non enim exemplum, &cæ. I. A. 153 a, Athenienſium renouaui uetus exemplum. Ep. 47 b, Quod exemplo fingit, iure fieri putāt. Off. 65 b, Imagines enim illæ feruntur ex optimis naturę principijs, & ueritatis exēplis. de In. 62 b, Vt mutum simulacrum ex animali, exemplo ueritas transferatur. de L. 179 a, Itemque cętera huius exempli dona sunt. de Am. 111 a, Nec ipsi sibi exemplo sunt, hæc uis amicitiæ qualis & quāta sit. de Am. 102 b, Atque harum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis, quod, &c. Off. 55 a, Nec uerò ab his iusticiæ, tanquam à sapiente petitur exemplum. I. A. 182 a, Quod si illi è conspectu nostro se abstulerunt, at exemplum facti reliquerūt. & ibid. Cum ipsum factum per se præclarum est, tum expositum ad imitandum. & 225 a, Et proponis illi exempla ad imitandum. ad He. 26 b, Aut si acetuos se dicant tritici habere, & eorum exemplum pugno non habeant.

Eo, is. egredior, prodeo, progredior, pedem effero, foras me do, procedo, excedo, emergo, erūpo, emano, mano, euoloj euado, orior, nascor. de Or. 129 a, Minimè mirum est te sura dere, modò enim existi de balneis. de Or. 133 a, Quādo tādem Galba de triclinio tuo exibis? Cum tu, inquit, de cubiculo alieno. Off. 11 b, Qui cum una domo iam capi nō possint, in alias domos tanquam in colonias exeunt. Off. 24 a, Herculem ferunt exisse in solitudinem, atque ibi sedētem diu secum, &c. I. V. 31 a, Aliquem exire legatum in aliquā prouinciam. I. V. 121 a, Cum omnes boni perspicerent ad istum non modò illos nummos, qui per simulationē ab isto exierant, reuertisse. Att. 18 a, Cum de consularibus mea prima sors exisset, &c. de Cl. 189 a, Nihil non consideratū exibat ex ore. pro S. R. 19 a, Nequaquam tamen similiter oratio mea exire, atque in uulgus emanare poterit. Atti. 208 a, Libri quidem exierunt, ut in tali genere ne apud Græcos quidem simile quicquam. Tusc. 192 a, Exisse ex potestate dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine, aut iracundia. Ibidem: Qui igitur exisse ex potestate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi à natura tributum est. pro D. 229 b, Exire è patricijs. i. fieri plebium per adoptionem. de D. 91 b, Quinto autem anno exeunte, cum esset spes, &c. Ep. 11 a, Exire domo. & 46 a, Exire ex urbe. I. P. 86 b, Exire patria. & At. 27 a, Exire de Naui. Off. 68 a, Exire de uita.

Eo, ex eo quòd, ex eo quia.)(. Ex quo. de D. 123 b, Attulit in cauea pullos is, qui ex eo nominatur pullarius. de Orat. 119 b, Si quid in me est, eo est, quòd, &c. de Diu. 123 a, At paulò pòst audita uox est monentis, ut, &c. Ex eo Aio loquenti ara consecrata est. de Or. 135 a, Scaurus nonnullam habet inuidiam, ex eo quod aliorum bona sine testamento possidet. d Fin. 122 b, & 70 b, Præposito ex eo credo appellatum est, quod præponatur alijs. Att. 97 a, Cognoui ex eo, quod ita scripseras, te Romā uenisse, &c. Att. 9 a, & de Or. 141 a, Posteaquàm uidit illū excepisse laudem, ex eo quòd hi suspicarentur, &c. id est, pro propterea quod, &c. de Cl. 168 b, Cum ex eo quia quasi committeret contra legem, sæpe in iudicium uocaretur.

Exequiae, arum, funus, pompa, iusta, iusta funeris, supremi diei celebritas, litatio, parentatio. pro Qu. 9 a, & de Inu. 62 b, Funus, quò amici conuenirent ad exequias cohonestandas. pro Cl. 60 a, Mater exequias illius funeris prosecuta est. de Leg. 278 b, Qui sepultura & iustis exequijs caruerūt. pro Mil. 108 a, Cadauer P. Clodij spoliatū imaginibus, exequijs, pompa, laudatione, &c. pro Mil. 108 a, Clodius sine imaginibus, sine cantu, sine ludis, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere, spoliatus illius supremi diei celebrita te ambustus est abiectus. Attic. 138 a, Dare operam funeri. Attic. 228 a, Lucullus matrem efferebat. Cæsar funere elatus est. I. Funus.

Exequor, ris. conficio, explico, persequor, imitor. Tuscul. 191 b, Contūrbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. At. 177 a, Ne fit quidem quod ad te debeam scribere, facilè id exequi possem. I. A. 22 a, Exequi mandata alicuius. Off. 16 a. In exequendis negocijs rationi obedire. At. 46 a, Exequi sua officia & studia. de Sen. 83 b, Massanissa se nēx omnia regis officia & munera exequitur. & 92 a, Quo ad munus officij exequi & tueri possis. pro R. P. 123 a, Difficilè est quod cùm spe magna sit ingressus, id non exequi quē ad extremum. de Senec. 82 b, Quod si exequi nequeas, possis tamē alijs præcipere. & 84 b, Quæ qui exequi nequirem tamen, &c. I. A. 171 a, Omnes consulares, qui per ualetudinem exequi fugam illam potuissent. I. V. 157 a, Tamen antiquum modū sationis nulla ex parte exequi potuit. Att. 148 a, Cur non omnes factum illius executi sumus? de Vn. 296 a, Non igitur dubium est, quin æternitatem maluerit exequi. I. S. 274 a, Neque tu si qua in pueritia peccasti, exequar. Epist. 181 a, Nam præter hæc habeo multa occultiora, quæ uix uerbis exequi possim.

Exerceo, ces. colo, excolo, facio, factito, tracto, exercitatione utor, uersor in aliqua arte, uersor in exercitatione dicendi, ludo, cōsuetudinem atque exercitationem capio, solicito ango. Att. 28 a, Messala graui iudicio multaque arte se exercuit in uerisimo genere dicendi. de Or. 97 a, Plerique in hoc uocem & uires exercent suas. & ibid. uehementissimè exercere in se aliqua re. Att. 137 a, Exercere se in consultationibus & disserere in utranque partem. Or. 205 b, Is in hoc solo se exercuit, huic generi studet uni. Or. 106 a, In hoc genere pueri apud magistros exercentur. de Cl. 185 b, is me adolescentem multos annos in studio eiusdē laudis exercuit. de Cl. 196 a, Pammenes exercuit Brutum. de Cl. 187 b, Is se quotidianis commentationibus acerrimè exercuit. & 194 a, A Diodoro cùm in alijs rebus, tū studiosissimè in dialectica exercebar. Or. 201 a, Aristoteles adolescētes in thesi, non ad philosophorum morem tenuit disserendi, sed ad copiam rhetorum in utranque partem exercuit. de Cl. 164 b, Apud Demetrium studiosè exerceri solebam. de Or. 97 b, Exercere se ad uersus alicuius. Epi. 8 a, Ad hæc te exerceas, hæc cogites. pro Pom. 9 b, Quod genus belli est, in quo illum non se excuerit fortuna republicæ? de N. 58 b, Vt exerceamur in uenando. I. V. 212 b, Prætor armis exercetur. Att. 86 b, Pueri amant inter se, discunt, exercentur. de Or. 135 b, Cum cæteris in campo exercentibus ipse in herba recūbebat. Tusc. 123 b, Subdūc cibum unum diem athletæ, Iouem ipsum, cui se exercebit, implorabit Tuscu. 228 b, Fortuna me in multis uarijsq; casibus exercuit. de S. 82 b, Athletæ in curriculo se exercentes. Tusc. 187 a, Faciūt idem cum exercentur athletæ. Off. 16 a, Exercendum autē est corpus. & ita afficiendum, ut obedire rationi possit. de Som. 131 a, Exercere animam in optimis rebus. I. C. 102 a, Ad hanc te amentiam natura peperit, uoluntas exercuit, fortuna seruauit. de Sen. 81 a, Exercere memoriam. ad Her. 22 a, Exercere ingenium. I. V. 265 a, Exercere crudelitatē

I.A. 232 a, Exercere crudelitatem suam in aliquo. I.V. 57 a, Exercere inimicitias nimium familiariter. At. 274 a, Exercere iracundiam in superatos. pro Pom. 6 b, Qui uectigalia exercent atque exigunt. pro Pom. 4 b, Quorum magnæ res aguntur in uestris uectigalibus exercendis occupatæ. de L. 158 b, Exercere ius ciuile. pro Cl. 55 b, Exercere medicinam. de Cl. 176 a, M. Brutus accusationem factitauit. I. V. 245 a, Facere nauicularium. Qu. Fr. 317 a, Scauri iudicium statim exercebitur. pro Cæl. 37 b, Omnibus negocijs inter misis unum hoc iudicium exercetur. pro Ar. 186 a, Prætor exercens iudicium. I.V. 107 b, Atq; etiam iudicium in prætura publicum exercuit. de Fin. 75 b, Cum prætor quæstionem inter sicarios exercuisset. Off. 18 a, Exercenda est facilitas & altitudo animi quæ dicitur, pro Ar. 191 a, Quid est quod nos in hac breui uita tantis nos in laboribus exercea mus [Ep. 185 a, Nunc me reliquiæ uestræ exercent. Att. 211 b, Tertius pro prædio auiæ exercері molestè fero.

Exercitatio, onis. usus tractatio, actio, meditatio, commentatio, consuetudo, munus, studium, ludus, industria, agitatio, curriculum. de Nat. 31 a, Corpora nostra motu atque exercitatione recalescunt. I. V. 62 a, Visus exercitatio; forensis. de Fin. 99 a, Exercitatio in dialecticis. & de Nat. 57 b, Exercitationes rhetoricæ. & 21 b, Pueri etiam cum cessante exercitatione aliqua ludicra delectantur. Attic. 224 a, Nosti horum exercitationem in latrocinio. pro Mil. 108 a, Milo exercitationem uirtutis dedit. de Sen. 84 b, Hæ sunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis. Off. 25 a, Senibus labores corporis sunt minuendi, exercitationes animi etiam augendæ uidentur. de Sen. 78 b, Aptissima sunt omnino arma senectutis, artes exercitationesq; uirtutum. Off. 16 b, Color exercitationibus corporis tuendus est. de Sen. 84 a, Vtendum est exercitationibus modicis. pro Cæl. 39 b, Vt exercitatione ludoq; cãpestri tunicati uteremur. I.C. 106 a, Aliquis scelerum exercitatione assuefactus. pro Dom. 213 b, Is conuicij exercitationem cum intolerabili petulantia, tum diuturna impunitate muniuit. de Clar. 196 b, Exercitatio dicendi linguam acuit. de Or. 92 b, Consuetudo exercitatioq; & intelligendi acuit prudentiam, & eloquendi celeritatem incitat. de Orator. 106 a, Quid tibi iuris ciuilis exercitatio profuerit, non intelligo. de Or. 107 b, Subitæ ad propositas causas exercitationes. de Fat. 140 b, Oratorias exercitationes non tu quidem ut spero reliquisti. & ibid. Nec enim oratoria illa studia de ferui. de Orat. 160 b, Cum exercitatione, tum stylo formanda nobis oratio est. pro Pomp. 4 a, Quantum ex forensi usu, propè quotidiana dicẽdi exercitatio potuit afferre. pro Cæl. 48 b, Exercitatio ususq; dicendi. Off. 12 b, Cõsuetudo exercitatioq; capienda est, ut & ibid. Nec medici, nec imperatores, neq; oratores quamuis artis præcepta perceperint, quicquã magna laude dignũ sine usu & exercitatione consequi possunt, &c. pro Mur. 130 b, Dicendi consuetudo longè isti uestræ exercitationi ad honorẽ antecellit. pro Arch. 185 b, Exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse uersatum. de Or. 91 b, Abstrahi ab exercitatione & consuetudine dicendi. de D. 128 b, Multi naturę uicium meditatione & exercitatione sustulerũt, ut Demosthenes. ad Heren. 1 b, Exercitatio, est assiduus usus cõsuetudoq; dicendi. Tus. 184 a, De exercitatione, & consuetudine, & commentatione dixi. & 193 b, Tantum exercitatio, meditatio, consuetudo ualet. Epi. 17 a, Tu me de Lentuli tui nostriq; studijs & exercitationibus uelim quàm sepissimè certiorem facias.

Exercitatvs, a, um. uersatus, agitatus, iactatus, exercitatione prædictus.)(. Rudis. I.V. 264 b, Sex littores ualentissimi, & ad pulsandos uerberãdosq; homines exercitatissimi. pro Cl. 28 a, Homo in hominibus necãdis exercitatus. pro Pomp. 14 a, & pro Mur. 129 a, Homines in maritimis rebus exercitatissimi paratissimiq;. Att. 227 b, Vestorijus in arithmeticis satis exercitatus. I.A. 208 b, An sum rudis in repub. quis exercitatior? qui, &c. de D. 95 b, Hetrusci ob eam causam portentorum exercitatissimi interpretes exiterunt. de S. 131 a, Agitatus & exercitatus in optimis curis. Or. 216 b, Id autem bona disciplina exercitatis, qui & multa scripserint, & quæcunque etiam sine scripto dicerent, similia scriptorum effecerint, non erit difficillimũ. Qu. F. 290 a, Animus maximis in reb. gerendis & sustinendis exercitatus. pro Qu. 1 a, Homo & in alijs causis exercitatus, & in hac multum & sæpe uersatus. contra Rul. 81 a, Aratores glebis subigendis exercitati. pro Qu. 18 a, Magni in propinquorum proscribendis bonis exercitata. Off. 12 a, Paratiores erunt & tanquam exercitatiores ad bene & multis promerendum. Acad. 27 b, & 6 b, Item si de officiis multisq; alijs de rebus in quibus uersatus exercitatusq; fuit nescire se dicat. Qu. Fr. 323 b, Peonius rhetor, homo tantũ exercitatus & bonus.

Exercitvs, a, um. peritus, agitatus. pro Fon. 182 b, M. Fonteius usu bellorum in primis eorũ hominum, qui nunc sunt exercitus. pro Pl. 176 a, Quo quidem etiam magis fum nos dicam miser, sed certè exercitus. pro Mil. 102 a, Quid enim nobis duob. laboriosius, quid magis solicitum, magis exercitum dici aut fingi potest. At. 6 a, Scito nihil tã exercitum fuisse Romæ, quàm candidatos omnib. iniquitatibus.

Exercitvs, tus. manus, copiæ. pro Pom. 15 b, & I.A. 208 b, Pompeius exercitum difficillimo reipub. tempore conscit. I.A. 192 a, Cæsar exercitum inuictum ex Hispaniis litibus conduxit. I.A. 199 a, Cæsar paucis diebus exercitum fecit. pro Mur. 131 b, Maximus & fortissimus exercitus. A. 201 b, Conscribere & comparere exercitum. de Pro. 69 b, Dimittere exercitum. pro Muræn. 128 a, Ducete exercitum: id est, ducem esse. de Pro. 69 b, Exercitus ille nostri superbissimo delectu & durissima conquisitione collectus omnis interijt. de Pro. 61 a, Exercitus instructus. Item Mithridates ab inuicta Cn. Pompeij manu montium alitus ne diffenditur. I.C. 105 a, Magnopere contemno collectos ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis nidis stinis, decoctoribus, ex ijs qui uadimonia deserere, quàm illum exercitum maluerunt.

Exesvs, a, um consumptus. Tusc. 241 a, Exesis posterioribus partibus uersiculorum dimidiatis ferè.

Exhaeredo, as. hæreditate priuare. I.A. 168 b, Igitur fratrem exhæredans te faciebat hæredem. pro S.R. 26 b, Pater filium exhęredare in animo habebat. pro Cl. 45 b, & 52 a, Ille filium exhęredaret, quem oderat, ei filio homines alienissimos cohæredes coniunxit. ad Her. 31 b, Sed etiam uxori sarijs omnibus exhæredatus est.

Exhaeres, dis. hæreditate exclusus. de Or. 99 a, Egit hęres in hæreditatem paternam testamento exhæres filius. & ibid. b, Posset ne paternorum bonorum exhæres esse filius, qui pater testamento, neq; hæredem, neque exhæredẽ scripsisset nominatim.

Exhalatio, onis. uapor, anhelitus terræ, afflatus ex terra, expiratio, aspiratio. Tusc. 157 a, Cœlum hoc, quod humore & caliginosum est propter exhalationes terræ.

Exhalo, as. spiro, respiro, emitto: In Ant. 135 b, Qui nondum conuiuijs crapulam exhalassent. I.A. 168 b, Quisquam tu quidem uini exhalandi, non acuendi ingenij cauta desiderabitis. & 166 a, Edormi crapulam & exhala.

Exhaurio, ris. exinanio, exsicco, eijcio, consumo, debilitor. In Sal. 275 a, Ex Africa tantum hic exhausit, quantum potuit in naues contrudi. I.P. 90 a, Prædam, quàm ex tribus sociorum exhauseras, deuorasti. de Sen. 80 b, Cum alij pecuniis currant, alij sentinam exhauriant. Att. 18 a, Exhaurire sentinam urbis. In Vat. 29 b, Aerarium exhaurire, imperia compilare. I.A. 196 a, Immanes quæstus quos M. Antonius tota exhausit domus. I.A. 172 b, Tantum uini in Hippiæ puteis exhauseras, ut tibi necesse esset uomere. I.C. 99 b, Sin extieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magnitudo perniciosa sentina reip. I.C. 105 b, Vno mehercule Catilina exhausto releuata mihi resp. uidetur. contra Rul. 80 a, Vrbanam plebem nimium posse, exhauriendam esse. de Orat. 152 a, Actio consumpta superiore motu & exhausta. Attic. 55 a, Amicorum benignitas exhausta est in ædificando. I.P. 98 a, Ciuitates omnibus rebus exhaustæ. Qu. Fr. 19 a, Prouinciam sumptu exhauriri. Oct. 329 b, Antonius publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat uectigalia. contra Rul. 86 a, Cum omnem pecuniam ærario exhausissetis. Q. Fr. 299 a, Exhaustus enim est sermo hominum, & multę emissę iam eiusmodi uoces. Epist. 73 a, Non facilè exhauriri tibi istum dolorem posse uniuersum puto. & 133 b, Libentiusq; omnes meas laudes ad te transfuderim, quàm aliquã partẽ exhauserim ex cuis. pro Cl. 9 a, Is exhausto illo poculo mortis, est mortuus. Att. 36 a, Tãtus fuit amor, ut exhauriri nulla posset iniuria. pro Sest. 13 b, M. Crassus eadem sibi manu uitam exhausit, qua mortem sæpe obtulit hostibus. & 20 b, Plaga illa una extremo desuit: quæ si accessisset, reliquum spiritum exhausisset. Att. 16 a, b, Multa sunt quæ me solicitant anguntque, quæ mihi uideor aureis nactus tua, unius ambulationis sermone exhaurire posse. Attic. 98 b, Reliquum est ut, mandata nostra exhaurias. & 71 a, Mandaui omnia, quæ tu exhauries.

Exhaustvs, a, um. consumptus, exinanitus. Attic. 84 b, Prouincia sumptibus & iacturis exhausta. de Pro. 70 a, Byzantij exhausti sumptibus bellisque maximis. I.V. 164 b, Aratores funditus euertebantur, & eo magis quod superioribus annis exhausti erant ac penè perditi. I.V. 184 b, Aerarium inops & exhaustum. de Pro. 69 a, Vt exhaustas domos replere possent. ad Heren. 27 a, Scurra exhausto pudore. de Ar. 252 a, Iudices te dimiserunt excussum & exhaustum.

Exhibeo, es. profero, do, ostendo. pro Fl. 153 b, Cedo tabulas, non deportauit: fratres exhibe, non denunciaui. pro Mil. 90 b, Exhibe quæso Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum uestrarum, quod, &c. I.V. 148 a, Misit complures, ut omnia sibi integra quàm primum exhiberentur. pro Sest. 24 b, Ipse non solùm autorem meæ salutis, sed etiam supplicem populo Rom. exhibuit. Att. 78 a, Sed iam exhibeo pupillum, neq; defendo. Acad. 42 b, Qui philosophiam iam professus sim populo nostro exhibiturum. I.A. 207 a, Horã exhibere ullam in tali ciue liberando non possumus, aliter, eximere ullam. de N. 11 a, Quod æternum beatumq; sit, id nec habere ipsum negocij quicquam, nec exhiberi alteri.

Exhibere, facessere. Offic. 74 a, Quod audisset adolescens filius negocium exhiberi patri, accurrisse Romam. Atti. 21 b, Exhibere molestiam alicui.

Exhilaratvs, ta. hilaratus. Ep. 42 b, Miraris tam exhilaratam esse sernitutem nostram?

Exhorresco, scis. horrore perfundor. de Orat. 147 b, In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur? in quo exclamant? de Fi. 78 a, Exhorrescere metu. Ep. 154 b, Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest uulneris.

Exhortatio, onis. Pl. 147 a.

Exhortor, aris. de Sen. 85 b, Cum esset consul in Gallia, exhortatus est in conuiuio à scorto, ut, &c. Si uera hæc lectio est habes hic exhortor in patiendi (ut aiunt) significationem. Sed ego, exoratus, integram esse lectionem arbitror. Ac. 4 Exhortari ad uirtutis studium.

Exiego, gis. ad dissolutionẽ cogo, postulo, flagito, extorqueo. de Cl. 166 a, Ego uerò expectabo ea quæ polliceris, neque exigam, & erunt mihi grata, si solueris. Epist. 253 a, Sed non urgeo, longiores enim expectabo, uel potius exigam. I.V. 60 a, Mancipes à ciuitatib. pro frumento pecunias exegerunt. pro Mur. 134 a, Desperatas iam pecunias exegerunt. de Or. 120 a, Quo facilius id à te exigam, quod peto, nihil tibi à me postulanti negabo. pro Fon. 178 a, Quãternos denarios in singulas amphoras portorij nomine exegisse. pro R.P. 128 a, Posthumus exegit quod tradiderat. Qu. Fr. 296 b, Exigere uestigal.)(. pendere uectigal. Epist. 35 a, Et simul querebare, quod eos tributa exigere uetarẽ. & 20 a, Ne id quod petat exigere magis quàm rogare, & in mercedis potius quàm beneficij loco numerare uideatur. & 9 a, Teneor tanditu dum à Dolabella procuratorib. exigam primam pẽsionem. Ep. 208 b, & de L. 180 b, Ad pecunias, quæ à colonis debentur, exigendas, legatos equites Romanos misimus. Ep. 115 a, Si ad illam summam ueritatẽ ius exegeris. de Fi. 80 a, Omnibusq; ex rebus uoluptatem quasi mercedem exegit. Tusc. 168 b, Atqui ab hoc acerbius exigit natura, quod dederat. de Opt. 244 a, Vt intelligant quid ab illis exigant, qui se Atticos uolunt. de L. 156 b, Qui à poeta ut à teste ueritatem exigũt. de Am. 102 a, Liberales sumus non ut exigamus gratiam, non enim beneficium fœneramur, sed, &c. Offic. 46 a, b, Conuenit autem tum in dando munificum esse: tum in exigendo non acerbum. Atti. 286 b, Benefacta pro debitis exigimus. Of. 90 a, Vti seruis ut mercenarijs ad operam exigendam. de Or. 130 a, Exigere collectam à cõuiua. I.V. 81 b, Exigere nomina sua. Att. 53 a, Exigere fructus prætermissos. Of. 71 a, Exigere promissa. de Fi. 89 b, Exigerem ex te, cogeremq; ut responderes. Q. de Pet. 212 a, Demonstres quàm moleste feras, alijs te id rebus exacturum esse persuadeas: id est, quasi cumulatè compensaturum.

Exigere. expellere. I.A. 173 b, Is uxorem suam suas sibi res haberè iussit, ex XII tabulis causam addidit, exegit. de Or. 127 b, Reges ex ciuitate exigi.

Exigve. tenuiter, exiliter. de Or. 156 a, Cum de duabus primis celeriter exigueq; dixisses. de Am. 107 a, Nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare amicitiam. Pl. Epist. 149 a, Nihil aut ferò aut exiguè à patria ciui tributum potest uideri. At. 180 a, Epistola exiguè scripta.

Exigvitas, tis. exilitas. de Fin. 113 b, Istæ ipsæ obscuritates, quæ propter exiguitatem uix aut ne uix quidem appareant. Cæl. Epistol. 120 a, Nunc exiguitas copiarum recessum non dimicationem mihi tuam præsagiebat.

Exigvvs, a, um. exilis. de D. 119 a, Possum suspicari contractum morbo aliquo bouis exile, & exiguum, & uietum cortfuisse. Par. 125 b, Ille sumptus non modo ad fructum, sed et ad fœnus est exiguus. Ep. 63 b, Quanquam literæ tuæ exiguam significationem tuæ erga me uoluntatis habebant. de Or. 149 b, Ex ingenij quodam oratore immensoq; campo in exiguum sane gyrum compellitis. de Or. 108 b, Tu autẽ exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circundedisti. pro Qu. 1 a, P. Quintius cui tenues opes, nullę facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt. de Or. 86 b, Exiguum oratorum numerum inueniri. & 59 b, Tenui quodam & exiguo sermone disputare. contra Rul. 67 a, Cui errato exigua laus proponitur. pro Rab. 92 a, Exiguum & angustum tempus. de L 157 b, Exiguo tempore obsoluere aliquid. de Or. 92 b, Exigui temporis opinio. pro Deiot. 148 a, Magnę copiæ.)(. Exiguæ copiæ.

Exilio, lis. profilio, euado, proripio. Ep. 153 a, Mihi credetuis & illius literis perlectis exilui gaudio. I.V. 269 b, Cum populi Romani clamore perturbatus exiluisti. & 250 a, Exiluit conscientia sceleris excitatus.

Exilis, le. tenuis. de D. 114 b, Iecur nitidum atq; plenũ.)(. Iecur horridum & exile. contra Rul. 76 b, Solum exile & macrum. pro Mur. 135 a, Commoti animi tenuium, exiliũt in ordinem nostrum. de Or. 123 a, Genus sermonis exile, aridum, concisum, minutum.)(. Liquidum, fusum, profluẽs de Cl. 171 b, Exiliores orationes. de Orat. 91 b, Spinosa & exilis oratio.

Exilitas, tis. tenuitas, ieiunitas. de Orator. 89 a, & de Cl. 161 a, Qui discernes eorum, quos nominaui ubertatem in dicendo & copiam. ab eorum exilitate, qui hac dicendi elegantia non utuntur?

Exiliter. tenuiter, ieiunè. de Or. 89 a, Videmus ijsdem de rebus ieiunè quosdam & exiliter disputasse. de Orat. 146 b, Verba exiliter examinata exire. de Cla. 147 a, Orationes exiliter scriptæ. I. Calculus.

Exilium, lij. patriæ, aut aliquius ciuitatis priuatio, pœna exilij, in exilio esse, proscriptio, extermino.)(. Restitutio, restituo, reduco. de Orat. 99 b, Qui Romam in exilium uenisset. cui Romæ exulare ius esset, &c. Par. 119 a, Exilium terribile est illis, quib. circumscriptus est habitandi locus. Par. 121 b, Exilium est pœna scelerum. & ibid. Leges uolũt sceleratos exilio affici. pro Cec. 304 a, Exilium non supplicij. & ibid. In nulla lege nostra reperietur, maleficium nullum exilio est mulctatum, & ibid. b, Cum is profugit, receptus est in exilium: hoc est, in aliam ciuitatem pro Muræn. 145 a, Quem noua pœna legis & domo & patria priuat. I.C. 101 b, Egredere ex urbe Catilina, in exilium proficiscere. & ibi. In exilium. pro Mur. 145 b, Ibit igitur in exilium miser. I.C. 106 b, Eijci in exilium. Ac. 151 a, Abillo patriæ proditore de exilio reductos esse. Anteq. 107 b, Proijcitur Tullius in exilium. I.A. 162 a, Reducere aliquẽ de exilio. Post. 219 b, In patriam reduci. pro Syl. 181 a, Et cum lege retineretur, ipse se exilio penè mulctauit. I.A. 197 a Aliquem exilij causa solum uertisse, nec postea esse restitutum. de N. 76 a, Cur P. Rutilius in exilio est? Ar. 167 b, Dãnati restituentur, in exilium ibo. de Or. 113 b, Aliquem in exilium pulsum esse. pro Cl. 23 a, & contra Rul. * Mulctare aliquem in exilio. de Fin. 76 a, Profectus est in exilium Tubulus

bulus ſtatim.Tuſc.248 b,& 249 a,De exilio multa & pulchra.I.V.84 a,Exportari in ultimas terras.

EXIMIE,egregiè,pro Arch.189 b,C.Marius eximiè L.Plocium dilexerit.

EXIMIVS,a,um.egregius,præſtans.pro Pom.4 b, Dicendum eſt enim de C.Pompeij ſingulari eximiáque uirtute. & de Pro.76 b,& pro S.R 39 b, Syllæ eximia uirtus.de Or.120 a,Sed hæc ipſa,quæ nunc ad me delegare uis, ea ſemper in te eximia & præſtantia fuerant.pro S.R.315 b,Viri fortes quoru m opera eximia in rebus gerendis extitit. Offic.14. Ea quæ eximia pleriſque & ꝓclara uidentur,parua ducere. de Finib. 57 b,Itę ueſtrę eximię pulchrę; uirtutes.I.V. 252 a, Erat Nice facie eximia, ut prædicatur, uxor Cleomenis,&c.de D.91 a,Fœmina eximia pulchritudine. Epi. 82 b,Eximium ingenium.

EXIMO,mis, emi, emptum. excludo, aufero, excipio, libero. De Amic. 100 a, Si exemeris ex rerum natura amicitiam, nec domus ulla,nec urbs ſtare poterit.I.P.100 a,Nulli conijcientur in hunc ordinem,nulli eximentur.Q.Fr.312 a, Si ſibi cum populo dies agendi eſſent exempti. Ar. 56 b,Metellus calumnia dicendi tempus exemit:id eſt, cõtriuit,cõſumpſit.Qu.F 306 b,Clodius rogatus diem dicendo exime re cœpit.Tu.181 a,Illud quod me angit, non eximis. I. V. 134 b,Eximere unum diem ex menſe. Or. 204 a, Eximere aliquem è uinculis. de In. 65 a,Eximere aliquẽ à culpa. ꝓ S.R.22 b,Ille confirmabat ſeſe nomen S.R.de tabulis exẽpturũ.& 23 a.)(.Referte aliquem in proſcriptos . Ep. 63 a, Qui ex obſidione fœneratores exemerit. I. A.179 b,Agrũ de uectigalib. eximi.I. V. 128 b, Ob eam cauſam ne tu ex reo eximere,ſi ego nõ adeſſem ad diẽ.I. V.209 a.Abſentem de reis eximit.de Or. 133 b , Eximere aliquem ex ærarijs. Ar.167 b,Eximere aliquẽ de proſcriptorũ nume.in uita Ar.

EXIN.exinde.de Diuina.92 a , Exin cuidam ruſtico , &c. de * 48 a, & de Orator. 211 a , Exin contortis aries cum cornibus hæret.

EXINANIO,nis.exhaurio.I.V.56 b,Verres fana ſpoliaſſe , domos exinaniſſe dicitur.I.V.174 a,Agros uaſtare atq; exinanire.I.V. 248 b, Nox illa tota, exinanienda naui conſumitur.& 257 a,Nauis exinanita.contra Rul.80 b,Regibus atque hominibus exinanitis.

EXINDE, leinde, exin. de D. 46 a , Exinde mari finitimus aer die ac nocte diſtinguitur.

EXISTIMATIO,onis.autoritas, honeſtas, fama, opinio, commendatio.de Or.124 a, Bona exiſtimatio diuitijs præſtat. Antequam. 196 a, Vtiq; ea maneat opinio & exiſtimatio, quæ uirtute parta,non quæ infelicitate illata eſt.Epiſt.74 b, & 75 a.Nihil feci ſciens, quod ſit contra aut rem,aut exiſtimationem tuam.pro Fl.157 a,Homo egens,ſordidus , ſine honore,ſine exiſtimatione,ſine ſenſu.de Orat. 127 a, Nihil mihi ad exiſtimationem turpius , nihil ad dolorẽ acerbius accidere poruit.pro Qu.R. 47 b, Iudicia ſummæ exiſtimationis,& penè dicam capitis.I V.120 b, & 143 a , Qua in re ipſius prætoris caput exiſtimatioq; agitur. de Or.126 a, Cũ agitur ingenij noſtri exiſtimatio.pro Syl.182 a , Quod ad tempus exiſtimationis partæ fructus reſeruabitur . Pro Fl.153 a,Aſclepiades fortuna egens, uita turpis , exiſtimatione dãnarus.pro Deiot.148 b, In ea exiſtimatione & ætate ſaltauit.pro Cæl.38 b,Meus hic forenſis labor damnauit ad exiſtimationem hominum.Ep.230 a, Violare exiſtimationem alicuius.Ar.2 a,]Venire contra exiſtimationem alicuius.pro Pl.260 a,Offendere exiſtimationẽ alicuius . Epi. 138 b,Vt cum me hoſpitio recipies, exiſtimationem te aliquam putes accipere.ad Heren. 27 a, Perdere exiſtimationem.pro Qu.R. 47 a,Cuius exiſtimatio ſanctiſsima eſt.pro Cec.286 b,Turpis exiſtimatio. de In. 66 b, & 82 a, Exiſtimatio bona & mala . I. V. 191 b, In hoc genere facilior eſt exiſtimatio,quàm reprehenſio.de Pro.77 b,Quo minus ſæpe aut interpeller à nonnullis , aut tacita exiſtimatione reprehendar. pro Cæl. 29 a , Oppianicus re & exiſtimatione iam,lege & pronunciatione nondũ condemnatus.pro Fon. 282 b,Tum continuę præturæ , quæ & cæteris ornamentis & exiſtimatione innocentiæ maximè floruerunt.

EXISTIMATOR,oris.iudex, opinator . de Cl. 195 a , Tantum detraxit, quantum non quiuis unus è populo ſed exiſtimator doctus & intelligens poſſet cognoſcere.Orator.207 a,

Exiſtimator alicuius artificij,non magiſter.& ibid.b,Iudex non doctor.de Cl.182 b , Intelligens dicendi exiſtimator iudicat.& 188 a, Huius generis acerrimus exiſtimator . Orator.150 b, &.de Cl. 277 b, Non ſtultus alieni artis exiſtimator.

EXISTIMO,as.puto, reputo, ſentio, opinor, duco,iudico, habeo,ille habet opinionem iuſticiæ. Off. 40 b , & 141 a, 191 b,Eum qui hoc fecit,auarum poſſumus exiſtimare. Or.109 a,Craſſus exiſtimari uolebat non deduſſe.pro Cæ. 237 a, Is domi ſuæ honeſtus in primis exiſtimatus eſt. 256 a,Cum uerò ea fine ſummo amore cogitare.nõ putaris,non poſſum exiſtimare plus quenquam à ſeipſo quàm à te amari.Epi.5 a.& ibi , Tuæ ſapientiæ eſt,cuiuſque omnem amplitudinem & dignitatem in uirtute tua exiſtimaſtam.Epi.5 a,Quorum utrum minus uelim non facile exiſtimare.At.274 b,& 275 a,Quanta ſim lætitia exactus cognitis rebus Bruti noſtri, facilius eſt tibi exiſtimare quàm mihi ſcribere.Epiſt.256 a,De ingenio eius uelim exiſtimui bene.Epi.258 a,& Ar.152 b,De medico & uate exiſtimari ſcribis & ego ſic audio.Atti.90 a, Diuinitatem Dicæarcho bene exiſtimabat.de Or. 138 a,Iudices bonos & bene exiſtimantes facere. Off. 58 a, Homo ipſe cũ bene exiſtimans,ſeſe q; diligens . I. V. 67 b, Verres ſuis denib.bonis malè exiſtimat.Off. 40 a, Malè exiſtimare de quo.Ep.38 b,Simulq; non de meis peius quàm de re mea mat,de L.157 a,Scriptores qui nõdũ ediderũt,de quibus exiſtimare nõ poſſumus.Tu.228 b,Sed in hoc me ipſe cũ quòd ex aliorum & noſtra fortaſſe malicia,non exiſtimate de uirtutis robore exiſtimo.de Or.109 a,Attes de bus aliquid exiſtimare poſſem. de Or. 133 b, P. Cotta homo(ut exiſtimabatur)auarus & furax. de Cl.171 b, tiones ex quibus exiſtimari de ingenijs poteſt.Ep.7 a, ex euentu homines de tuo conſilio exiſtimaturos uideamus.Or.204 a,Orationis ſubtilitas imitabilis uidetur exiſtimanti,ſed nihil eſt experienti minus. pro Fon. Ad unãquamq; rem exiſtimandam , & momento ſuo ponderandam . pro Cæl. 27 b, Si exiſtimare uerè de omni cauſa uolueritis. Att. 110 b , Ne me exiſtimaris admirandum eſſe propenſiorem.de Or.118 a,Nonnulli dumtaxat ſuam multam exiſtimari uolunt,uolitant, &c. Orat.211 a, Quod ſi,&c.quid tandem in cauſis exiſtimandum eſt? bus,&c.de Cl.177 a,Ego ſic exiſtimo,hos oratores,&c. Sal.275 b,Deſine unumquenq; moribus tuis exiſtimare. Cl. 186 b , Torquatus, elegans in dicendo, in exiſtimandis admodum prudens. de Ar.250 b, Deiotarus ſæpe à me regali nomine dignus exiſtimatus eſt,pro Do.216 b,Illud de quaſi iſti.de Cn. Pompeio aliter atq; ego exiſtimo tiant . contra Rul.84 a, Quod ſi maiores noſtri exiſtimaſſent quenquam,&c.pro Cl. 51 b, Maximè exiſtimare conſcientiam mentis ſuæ.

EXISTO,ſtis,extiti.ſum,appareo , ſubitò uel repentè apparere,erumpo,exorior,emergo.de O. 190 a, Talem uerò eloquentiam,qualis fuerit in Craſſo,non potuiſſe cõmo.Offic. 28 b , Vt in corporibus magnæ diſſimilitudines ſunt,ſic in animis exiſtunt etiam maiores uarietates.Epi. 43 a,Nec tam glorioſum exitum tui iudicij exiſtiſſe, tam prauam inimicorum tuorum mentem fuiſſe mirabor. Ep.115 a,De Gallijs conſtituetur. erit qui intercedat,aliquis de alius exiſtet,qui impediat, &c. Antequam,174 a, Ita quod putaui fore gaudium , id extitit exitium. de Nl. 49 a, Vt ſi quis dicat , dentes & pubertatem natura exiſtere,ſed ſum autem cui ea exiſtant, non conſtare natura. At.164 a, Eo magis timeo ne in filium exiſtam crudelior.de Or.131 b,Quidam ſic inſulſi extiterunt,ut nihil aliud eorum mirabiſa inſulſitas rideatur. pro S.R. 19 a, His de cauſis ego bene cauſæ patronus extiti.de Clar.167.Huius ex uberrimis hominibus extiterunt doctiſsimi uiri.Ep.12 a,Cuius ego fautor & adiutor extiti.Ep. 20 a,Tua in me clariſsima & magna beneficia extiterunt . & 64 a, Quantum meum fructum extiterit dignitatis tuæ euendæ, non dubito quin,&c.Ep. 95 a,In aliquo admiratio magna uulgi , delectatio nulla extitit.Tuſc.142 a , Ex qua cum ſumma extitit utilitas ad ponderandas,tum maximè ingenua delectatio .Epiſt.74 b, Qui animo in remp.extitit conſulari . pro Arc.190 a, Vt Ilias extitiſſet illa,idẽ,&c.de In.51 a,Res,quæ in periculum extiterunt.

Exiſtunt.pro R. P.122 b,Si extitiſſet in rege fides , nihil ſapientius Poſthumo.de Or.75 b, Cur plures in omnibus artibus,quàm in dicendo admirabiles extitiſſent.de Orat.85 b,Quo in genere multi perfecti homines extiterunt . & ib. Minimam copiam poetarum egregiorum extitiſſe.de Am. 209 a,Exiſti autem hoc loco quæſtio ſubdifficilis , nũ quãdo,&c.de Am.100 b,Itaq; ſi quando aliquod officium extitit amici in periculis adeundis . &c. quis id non laudet ? de Orat.130 b,Quo pacto concitetur riſus, ubi ſit, quomodo exiſtat,atq; ita repente erumpat.pro S.R. 30 b, Ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt , ex auaritia erumpat audacia, &c.Of.50 a,Ex quo tantæ diſcordiæ ſecutæ ſunt,ut tyranni exiſterent,& optimates exterminarentur.At.104 b,Exuſtoria cum multa mala,tum certè tyrãnis exiſſet . pro Cor. 54 b,Exiſtat ille uir parumper cogitatione ueſtra , quoniã ſe non poteſt, &c.pro Cæl.44 a , Exiſtat igitur ex hac ipſa familia aliquis,& potiſsimum cæcus ille.&c. qui ſi extiterit ſic loquetur,&c.de N.3 a.Partim admirantium,ut hoc philoſophandi nobis ſubito ſtudium extitiſſet. I.V.85 a , Hoc malum non modò non exiſtit,ſed etiam opprimit, antequã poſſit perſpici.I.V.95 b , Quid expectas ? an dum ab inferis ille Maleolus exiſtat?I. V. 225 a, Spelunca ,'qua ferunt Diem patrem repente cum curru extitiſſe.de Nat. 11 a, Cum ſpecies innumerabilibus indiuiduis exiſtat.& 57 a , Ex quibus uita beata exiſtit.& 4 b, Ex quo exiſtit & illud , &c.de Or.127 a, Poeta nemo exiſtere poteſt ſine quodam afflatu, &c.de D.122 b,At in eius capite corona extitit, & quidem ſubita.& 92 b,Cum delapſus in flumen nuſquam apparuiſſet,repentè lætus extitit.& 93 b,Summerſus equus uoraginibus non extitit.& 122 a,Anguis ab ara extitit. & ib.Anguis ille,qui Syllę apparuit immolãti.& 96 b,Lyſandri ſtatuæ,quæ Delphis ſtabat,in capite ;corona extitit ex aſperis herbis.& 191 b,Cũ terræmotus factus eſſet, uox ab æde Iunonis ex arce extitit ut ſue plena , procuratio fieret . & ibid.Neq; die uox ulla extitit.

EXITIABILIS,læ.Att.li.10.156 b,Bellum extiiabile.

EXITIALIS,le.exitioſus.I.V. 226 a, Perditæ ciuitates ſolent exitus exitiales habere .

EXITIOSVS,a,um.perniciosus.pro Pl.378 a, Quibus armis à ſeruis cædem fieri ſenatus reip.exitioſum fuiſſet. Epiſto.70 a,Sed quod & fieri poſſe & exitioſum fore ſi euenirent,uidebam.I.C.119 a, Tam exitioſam haberi coniurationem . de Aruſp.244 a,Exitioſum prodigium,&c.

EXITIVM,tij.pernicies. I. C. 99 a, Quid de noſtro interitu,& huius urbis exitio cogitent. & 120 a, De pernicie reipu.& de exitio urbis cogitare.Qu.F.305 b,Me miſerum, ego omnibus meis exitio fui .

EXITVRVS,ra,rum.Ep.Fam.lib.15 , Non plus quàm has quas nunc legis,exiſtimaui exituras .

EXITVS,tus.euentus,caſus,finis. de Cl.176 a , L. Beſtia bonis initij orſus tribunatus,triſtes exitus habuit conſulatus. Ep. 27 b,Sed ego fortaſsis uaticinor,& hęc omnia meliores habebunt exitus.Attic.279 b, Si contigerit noſtris rebus exitus,quem optamus.Epi.23 b, Hæc eſtas hunc habuit exitũ ſanè felicem.de D.119 b,Reſponſa aruſpicum,quæ aut nullos habuerunt exitus,aut contrarios.I.A.202 b,Fugam quę rebamus omnes,quæ tamen exitum non habebat . de Fat. 149 a,Vtriq; ad eundem exitum ueniunt. Or. 207 b, Nunquam ad exitum peruenirí poteſt.Epiſt.156 b,Cum ea quæ conſulebantur ad exitum non peruenirent.Or. 212 b,Verba,quæ caſus habent in exitu ſimiles.de Or.92 b,Artem rebus in unum exitum ſpectantibus , & nunquam fallentibus contineri.Tuſ.231 a,Atqui profligata iam hæc , & penè ad exitum adducta quæſtio eſt.Ep.44 b , Expedire exitum inſtitutæ rei.& 49 b , Sed etiam qui curſus rerum , qui exitus futurus ſit.pro Pom.4.Principium orationis.)(.Exitus orationis.Tuſ.168 a, Quo modo initio nobis rerum omnium ortus noſter affert,ſic exitum mors.Br.91 b,& de D.113 a, Ea quoque habuit exitum optabilem.Ep.68 a,Viri excellẽtis ancipites uariiq; caſus , ſi notabili exitu concluduntur, expletur animus uoluptate.de N.78 a , Boni bonos habent exitus.I. V. 238 a, Perditæ ciuitates hos ſolent exitus exitiales habere.pro Mur.143 a,In exitu eſt iam conſulatus. pro Cæl.51 b,Mimi ergo eſt exitus , non fabulæ,in quo cũ clauſula nõ inuenitur,fugit aliquis è manib. Att.102 b,Ar-

morũ exitus ſemper incerti.pro Seſt. 5 a,Communis mars, belliq; caſus eſt incertus . pro Mar. 133 b , Incertus eſt exitus & anceps fortuna belli. At.261 a, Exitum expectare debemus.de L.189 a,Atq; hoc rei exitus indicauit.quis enim &c.Ep.148 a Vt quæ reip.polliceremur,exitu præſtaremus. de Finib. 60 a , Ne ipſarum quidem uirtutum laus reperire poterit exitum,niſi dirigatur ad uoluptatẽ. de * 61 a, Quo ad audiamus hæc quæ commota ſunt,quorſum euadant .

EXLEX,qui lege aliqua non tenetur. pro Cl. 37 a , Non quod illi Syllam exlegem eſſe putarent .

EXOLESCO,ſcis.quaſi inueteraſco . In Sal. 274 b,Poſteaquam ætas tua iam ad ea patienda,quæ alteri facere collibuiſſet, exoluerat.

EXOLETVS,ti.quaſi emeritus,catamitus. pro Mil. 112 a, Clodius ſẽper ſecũ ſcorta,ſẽper exoletos,ſẽper lupas ducebat.

EXOLVO , uis. ſoluo,diſſoluo.I.V.159 b,Ille tantum decumanis quantum iſte imperauit,exoluit. Of. 53 b , Nec exoluit quod promiſerat.Att. 255 b, Nomina mea per deos expedi exolui,bella reliqui.Ep.95 b, Si me occupationibus relaxaro:nam ut planè exoluam,non poſtulo.

EXOPTATVS,a,um.expectatus.pro S.R.21 b,Exoptatum nuncium alicui afferre,At.lib.5,Nihil exoptatius aduẽtu meo. Item lib.4.Exoptatiſsima gratulatio.

EXOPTO,as.Epiſto.52 a, Multis de cauſis te exopto quàm primum uidere.&21 a, Vt ſempiternæ laudi tibi ſit iſte Tribunatus exopto.I.P.100 b,Omnes te oderunt,tibi peſtẽ exoptant,te execrantur.At.148 a,Torqueor infelix , ut iã Mutianum exitum exoptem.Qu.Fr.302 b, Nunc ea cognoſce, quæ maximè exoptas.Epiſtol.20 b,Si unus ex omnibus exoptandus eſſet.

EXORABILIS,le.placabilis.)(.Inexorabilis.Ar.2 b,& Q.Fra. 298 a,Ille eſt minus exorabilis.& pro Dom.122 a,Exorabilis iracundia.

EXORBEO,es.haurio,helluor. de Or. 104 a , Ne iniquo iudicio exorbeatur ſanguis meus .I.A.173 b,Guſtaras ciuilem ſanguinem uel potius exorbueras.Tuſc.179 a, Iam decolorem ſanguinem omnem exorbui.Item:Quæ unquã Charybdis tantos haurire gurgites poſſet , quantas iſte Byzantinorum prædas exorbuit ? pro Mur. 128 a,Seruius multorũ difficultates exorbuit.

EXORDIOR,iris. ordior.exordium capio,principium duco.de Or.94 b,Qui non timidè ad dicendum accedens , neque in exordienda oratione perturbantur,penè uidentur impudẽtes.de Diu.129 a,Quæ , cum ille dixiſſet , tum ego rurſus quaſi ab alio principio ſũ exorſus dicere,Nõ ignoro Quinte,&c.de Or.123 a,Ea quib.antè exorſa , & potius detexta propè retexantur.de Orator.116 a , Iubent exordiri ita,ut eum qui audiat,beneuolum nobis faciamus , & docilem,& attentum.& 121 b,Pertexe modò Antoni quod exorſus es. 11 b,Exorſus es non glorioſè magis, ut tu putas à ueritate, quàm à neſcio qua dignitate.de Or.138 & 160 a , Exordiri ab ipſa re.ad Heren. 2 b,Exordiri cauſam à dicto aduerſarij.pro Cl.45.Clamore exorſa uerbis, paruam rem magnã facit.de Fin.54 b,Tunc dicere exorſus eſt . Primùm igitur, inquit,&c.

EXORDIVM,dii.principium,exorſus, prœmium . de Or. 95 a. Animaduerti ſummos oratores in dicendi exordio permoueri.de Vn.196 a,Difficilimum eſt in omni conquiſitione rationis exordium.Tuſc.149 b,Ergo ita naſcetur exordiũ. pro Cl.28 a,Semper equidem magno cum metu dicere incipio,quotieſcunq; dico,toties mihi uideor in iudicium uenire non ingenij ſolùm,ſed etiam uirtutis atq; officij . Ora. 208 a,Principia uerecunda, non elatis intenſa uerbis , ſed acuta ſententijs,uel ad offenſionem aduerſarij,uel ad commendationem ſui.de Or.137 b,Exordium aut exile,aut nugatorium,aut uulgare atq; commune.de I.. 157 b , Ego ab ultimis temporib.ſcribendi exordium capiendum cenſeo. de Fi.129 a,Ergo hinc capiamus exordium , omne animal, &c.I.A.201 a,A Bruto igitur exordium capiamus. de Fi. 128 b,A qua totius uitæ ducat exordium.de Vn.199 b,Seſe que ipſa uerſans ſempiternæ uitæ induxit exordium.de Fat. 147 b,Neue inde nauis inchoandæ cepiſſet exordium .de In.42 b,Exordium mali .

EXORDIOR,ris.orior,exiſto,erumpo,exardeſco . de D. 127 b Poſt ſolſtitium canicula exoritur. pro Syl. 182 a , Noua quædam

quædam ille immanitas exorta est. pro Cl. 30 a, Repentè est exorta mulieris importunæ nefaria libido. de Natur. 58 a, Ferrea tum uerò proles exorta repentè est. cont. Rull. 89 a, Et repentinus Sylla nobis exoritur. Ep. 4 b, Subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio. Tuf. 234 b. Qua gloria cõmotus Epicurus exoritur. de Fi. 140 a, Honestum, quod ex his uirtutibus exoritur. Off. 92. Exoritur Antipatri ratio ex altera parte. de Op. 224 a, Sed exorietur Thucidides. Att. 117 a, Ego nunc paulum exorior, & maximè his literis, quę Roma afferuntur. cont. Rul. 84 a, Antè extingui atq; opprimi, quàm planè exortum ac natum esset.

EXORNATIO, onis. ornamentum, ornatus, confirmatio, lepor, concinnitas, festiuitas quædam. de In. 63 b, Exponere aliquid simpliciter sine ulla exornatione. de Orat. 132 a, Nam quod quibuscunq; uerbis dixeris, facetum tamen est, re continetur, quod mutatis uerbis salem amittit, in uerbis habet laborem omnem. Orat. 209 b, Ornamenta quasi conformationes sententiarum. & ibid. de exornationibus uerborum & sententiarum. de Op. 244 a, Sententiarum formę tanquã figurę. ad Her. 28 a, Dignitas est elocutionis forma, quę redit ornatam orationem uarietate distinguens, hæc in uerborum & sententiarum exornationem diuiditur. Item: Verborum exornatio est, quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione, sententiarum exornatio est, quæ non in uerbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem.

EXORNATOR, oris. de Ora. 111 a, Cæteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.

EXORNO, as. expolio, illumino. (.Deformo. I. V. 214 a, Exornat amplè magnificeq; triclinium, exponit plurima ac pulcherrima uasa argentea. Tusc. 230 a, Pythagoras exornauit eam Græciam, quę magna dicta est, præstantissimis artibus. de Or. 156. Illustrare & exornare orationem Tuscu. 177 b, Exornare aliquem falsa gloria. de Or. 135 b, Id amplector, exorno, exaggero. de Ar. 254 a, Mulieres cum ita exornatũ deprehenderũt. I. V. 125 b, Domus exornata & instructa.)(. Nuda & inanis. de In. 55 b, Clarum & exornarum trophæum. Ad Her. 23 a, Id accidet, si imagines aliqua re exornabimus, ut si coronis aut uestę purpurea, aut si qua re deformabimus, ut si cruentam aut cœno oblitam inducamus.

EXORNARE, pro subornare. de In. 29 a, Et utrumne aliquem exornari oportuit qui ista prohiberet, ac fieri non sineret, an non?

EXORO, as. impetro, placo. de Orat. 96 a, Nunc te iam exoremus necesse est, ut nobis explices, &c. Item, Brutus & Cassius utinam quàm facile à te de me impetrare possunt, ita per te exorentur, ne, &c. de Orat. 109 b, 110 a, Ita me frater exorauit, ut huc secum uenirem. pro Deiot. 145 a, Cùm facilè exorari Cæsar, tum semel exorari soles. I. A. 217 b, & de Pro. 78 a, Antea deterrere, te ne popularis esses nõ poteramus, nunc ut sis popularis exorare non possumus. de Sen. 85 b, Is exoratus est à scorto, ut securi feriret aliquem, &c. Epi. 264 b, Exoro enim, ut mecum cœnet. pro Q. R. 52 b, Quem ego ut mentiatur inducere possum, ut peieret facilè exorare potero, Oct. 336 b, Ille ea exorabat, quæ uolebat, auferre, tu extorques. Post. 203 a, Bene meritos quin colas, exorari fas non est. I. V. 104 a, Negat illa posse hominem exorari. pro Mu. 138 b, Viri non esse, neque exorari, neque placari. pro Cl. 52 a, Post exornatus, poposcit, &c.

EXORSVS, sus. exordium. pro Pom. 5 b, Quoniã is est exorsus orationis meæ.

EXORTVS, tus. ortus.)(. Occasus. ad Her. 23 a, Solis exortus, cursus, occasus nemo miratur, quia quotidie fiunt.

EXOTERICVS, a, um. At. 63 b, Aristoteles in libris, quos exotericos uocat, &c.

EXPALLESCO, cis. exalbesco. ad Her. 7 b, Erubuisse, expalluisse, titubasse.

EXPECTATIO, onis. spes. contra Rul. 79 b, Nolo suspensam & incertam plebem Rom. obscura spe & cæca expectatione pendere. Att. 45 a, Ex tuis literis plenus sum expectatione de Pompeio. & 30 a, Quantam tu mihi moues expectationem de sermone Bibuli. Attic. 26 b, Quam mihi expectationem dedisti conuiuij istius. & 2 b, Crebras expectationes nobis tui commoues. I. S. 272 b, Scio mę in respondẽdo non habere magnam expectationem, quod, &c. At. 1[illegible] a, Pendeo animi expectatione Corfiniensi, in qua de fa[illegible] reip. decernitur. de Or. 115 a, Quo ista maiora fecisti, co[illegible] maior expectatio tenet quibusdam rationibus, &c. Att. [illegible] a. Aliquid in summa expectatione esset, audimus, &c. & 1[illegible] b, Omnis expectatio nostra erat in nuncijs Brundusinis. [illegible] Or. 135 a, Nihil magis rideat, quàm quod est præter ex[illegible] tationem. de Or. 135 b, Decipere expectationem alio[illegible] de Cl. 189 b, Præteritorum recordatio est acerba, acerb[illegible] expectatio reliquorum. pro Ra. 93 b, Harum rerum non [illegible] lùm euentus atq; perpessio, sed etiam conditio, expectat[illegible] mentio ipsa deniq; indigna homine libero est. Att. [illegible] Profectò istis bona nulla uacua expectatione periculi [illegible] quetur. Of. 53 b, Sustinet enim magnam expectationem [illegible] dustrię nostrę, magnam honorum, nonnullam fortass[illegible] minis. Ep. 18 b, Vt quam expectationem tui concitasti, [illegible] sustinere ac tueri possit. de Or. 99 b, Ea causa quo [illegible] hominum, qua expectatione defensa est? & 96 a, Nihil [illegible] expectatione uestra dignum. Att. 112 b, Nunc has expect[illegible] tiones habemus duas, unam, &c. alteram, &c. & 46 a, [illegible] ronis sermo facit expectationem Cęsaris. de N. 60 a, [illegible] quanta cum expectatione te sim auditurus. Attic. 10[illegible] Scribis mirificam expectationem esse mei. de Or. 192 a, [illegible] si paulò latius dixeris, expleris omnem expectationem d[illegible] turni desiderij nostri. Att. 284 a, Summa est expectatio [illegible] Ep. 19 a, Summa scito in expectatione te esse. Tusc. [illegible] Cum me in summam expectationem adduxeris. Attic. [illegible] a, Afferre expectationem alicui. Acad. 3 b, Facere expect[illegible] tionem sui. Ep. 19 b, Vincere expectationem & 245 b, S[illegible] in expectatione omnium rerum, pro Cl. 53 a, Sũma omn[illegible] expectatio, quidnam sententiæ ferent nummarij iudices.

EXPECTATVS, a, um. exoptatus. At. 56 a, Aduentus tuus [illegible] suauissimus, expectantissimusq; erit. Ep. 145 b, Intellex[illegible] laborare, ut ad me tuæ expectatissimæ literæ perferant. [illegible] 257 a, Charus omnibus expectatusque uenies. & 55 a, [illegible] nies, mihi crede, expectatus. de Sen. 91 a, Aliquis exp[illegible] ctatus ad amplissimam dignitatem: id est, de quo spes [illegible] fore clarissimum.

EXPECTO, as. præstolor, spero. Att. 117 b, Diem ex die exp[illegible] ctabam, ut statuerem quid esset faciendum. & 121 b, Exp[illegible] cto ut sciam quid respondeas consultationi meæ. I. A. 3[illegible] b, Hanc rem auidissimè ciuitas expectat. At. 264 b, Qu[illegible] cum magna spe expectauimus. Ep. 253 a, Longiores exp[illegible] ctabo, uel potius exigam. & 170. Non expectant solum, [illegible] postulant. Ac. 6 a, Neq; hoc loco expectandum est, dum d[illegible] remo inflexo respondeam. I. De Aufidio, non puto te exp[illegible] ctare dum scribam, &c. de In. 73 a, Non necesse est exp[illegible] ctare, quin mox fiat, etc. Ep. 256 a, Reliquum est ut mea [illegible] profectionem amore prosequar, reditum spe expectet, [illegible] absentiem memoria colam. Attic. 2 a, Nos hic te ad menses [illegible] Ianuarium expectamus ex quodam rumore, &c. Epist. 90 [illegible] Omnia uolo à me postules & expectes. At. 35 b, Si hom[illegible] nes transitum tempestatis expectare potuissent. & 71 b [illegible] Sed cursum expectabimus.

EXPECTORO, as. e pectore eijcio, expello. de Or. 157 b, Pan[illegible] sapientiam mihi omnem ex animo expectorat. & 163 b, & [illegible] Tusc. 213 a. Ennij.

EXPEDIO, is. conficio, libero, uindico, explico, extrico.)(. [illegible] pedio. Att. 39 b, Aut nos expedies omni molestia, aut en[illegible] particeps. I. P. 95 b, Imo habeo gratiam, hærerem enim [illegible] si tu me expedisses. Ep. 239 b, Sed me multa impedierun[illegible] quæ ne nunc quidem expedita sunt. Ep. 219 b, Pero à te [illegible] eum expedias. & 138 b, Me aliud ex alio impedit, sed si me [illegible] expediero, &c. Ep. 129 a, Nam non expeditur successio, qu[illegible] do Galliæ, &c. Epist. 92 a, Non desinam cum Galba comm[illegible] nicare, si quid expedire poterit. Attic. 70 a, Sed non dubito [illegible] quin S. C. expeditum sit. At. 65 a, Iudicia reliqua impedi[illegible] nondum est planè expeditum. Ep. 214 b, Peto à te ut eius n[illegible] gocia explices & expedias, tum iure & potestate quam h[illegible] bes, tum etiam auctoritate & consilio tuo. de Finib. 61 a, [illegible] remotis sensibus, ne i dipsum quidẽ expedire possunt quod [illegible] differunt. Ep. 44 b, Expedire exitum instituræ rei. de Clar. [illegible] 178 a, Expediendis conficiendisque rebus uincere alios. [illegible] In Ver. 129 a, Expedire se ex laqueis.)(. Induere se in la[illegible] queos. de Aruſp. 247 b, Sed quoniam mea causa expedi[illegible] ta est, uideamus nunc quid aruspices dicant. pro Mil. 103 b, [illegible] si uita nostra in aliquas insidias incideret, omnis honesta ra[illegible] o esset expediendæ salutis. pro Cæl. 41 b, Cum Licinius [illegible] enisset, oxidem expediret, manu porrigeret. &c. pro R. P. [illegible] 26 b, Sapientis est cum stultitia sua impeditus sit, quoquo [illegible] modo posit expedire. I. V. 129 b, Videte, ut dum expedire [illegible] se nolit, induat. At. 255 b, Quod satisfdato debeo, peto à te [illegible] ut ante prouideas. planè expedias, & soluetum relinquas. Q. [illegible] rat. 316 b, Ad expediendum te, si causa fuerit, commorere. [illegible] de Sen. 89 a, Breui expediam, agro bene culto, &c. Attic. [illegible] 51 a, Nihil expedio, nisi, &c. id est, extrico. Attic. 81 a, [illegible] Dum hic nodus expediatur. & 49 a, Expedire se ab omni occupatione.

EXPEDIT, bat. utile est. conducit. Attic. 115 b, Nihil Cæsari minus expedit ad diuturnitatẽ dominationis. pro Cec. 288 a, Pecuniam in prædijs collocare expedit. pro Mar. 135 b, Multi dubitabant, quod sibi expediret. cont. Rul. 79 b. & 70 a, Idem expedit & tibi & mihi. Off. 67 a, Facere quod utile est, quodq; expediat. Ep. 74 b, Quid rectum sit apparet, quid expediat obscurum est. I. A. 240 a, Omnibus bonis expedit suum esse remp. At. 130 b, Neq; ex omnibus oppidis conuehere copias expedit, ne receptam amittam.

EXPEDITE, planè. de Cl. 186 b, C. Censorinus quod propose[illegible] te explicans expeditè. de In. 70, & 82.

EXPEDITIO, onis. ad Her. 41 a, Habet paucis comprehensa [illegible] ceuitas multorum rerum expeditionem. de D. lib. 1. Educe[illegible] te exercitum in expeditionem.

EXPEDITVS, a, um. promptus, paratus, facilis. de Am. 68 a, Re[illegible] ditus ad cœlum optimo cuique expeditissimus est. Att. 39 [illegible] Quare aduola, expedita mihi erunt omnia, si te uidebo. [illegible] P. 316 b, Sic habeto, nihil nobis expeditis fore fortuna[illegible] tus, pro Qu. 4 a, Hic cum cæteris, quæ habebat uadimonia [illegible] ffert, ut expeditus in Galliam proficisci posset. pro Mil. [illegible] 96 b, Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rhe[illegible] da, nullis impedimentis. I. A. 236 a, Expedito nobis homine [illegible] parato opus est, qui, &c. & ibid. Bonorum animus ad nu[illegible] um nostri ordinis expeditus iam non erit. Antequam. 193 [illegible] Non conuenit enim cum ego ad promerendum officium [illegible] erim expeditus, uos ad referẽdam gratiam esse tardiores. [illegible] ont. Rul. 82 b. Ad uim promptus, ad seditionẽ paratus, ad [illegible] dem expeditus. Qu. F. 316 b, Ea sunt ad explicandum ex [illegible] editissima. de Cl. 188 a, Disciplina Hermagorę ad inuenię[illegible] um expedita. Ar. 78 a, Exercitus expeditus ad mutandum [illegible] locum. de Cl. 180 b, Facilis & expeditus ad dicendum. de [illegible] rat. 120 b, Expeditus ad pronunciandum. de Cl. 187 a, A[illegible] tura satis solutus atq; expeditus ad dicendum. & 185 a, [illegible] xpedita & perfacilè currens oratio. & 184 b, Expedita & [illegible] rofluens in dicendo celeritas. pro Fl. 166 a, Illam uiam si[illegible] i uidens expeditiorem ad honores. de Or. 219 a, Quos lo[illegible] os multa commentatione & meditatione paratos atq; ex[illegible] editos habere debetis. At. 124 a, Põpeius expeditus ante[illegible] esserat legiones XI. Luceria. Ac. 26 b, Si igitur inducto & [illegible] onstituto probabili, & eo quidem expedito, soluto, libero, [illegible] nulla re implicato, uides profectò Luculle, &c. de Fin. 55 [illegible] Facilis & expedita distinctio.

EXPELLO, lis. eijcio, exigo, detrudo, exturbo, depello. Attic. [illegible] 16 b, Hi sunt, qui me ciuitate expulerunt. cont. Rul. 82 b, [illegible] xpelli atque exturbari ex agris. pro Qu. 4 b, & 15 b, Expel[illegible] li atq; eijci è prædio. pro Cl. 20 b, Expulsa atq; exturbata fi[illegible] lia. & 57 b, Cupiditate matris expulsa ex matrimonio filia. [illegible] pro Mil. 121 b, Ex urbe expelli exterminari, eijci. Att. 119 [illegible] Non expulsi, sed euocati è patria pro Mil. 111 a, Multi à [illegible] Clodio bonis expulsi.

EXPENDO, dis. perpendo. exquiro, examino. pro R. P. 129 a, [illegible] Hæc laus non poetarum carminibus celebrata, sed prudẽ[illegible] tium iudicio expenditur. de Orator. 137 b, Equidem cum [illegible] obligo argumenta causarum, non tam ea numerare soleo, [illegible] quàm expendere. pro Fl. 158 b, Vos, qui in iudicijs testem [illegible] diligenter expenditis. de Cl. 181 a, Nos qui hęc arte aliqua [illegible] solumus expendere. Off. 23 a, Quæ contemplantes expen[illegible] dere oportebit, quid quisq; habeat sui. Orato. 201 a, Nec ue[illegible] ro uterer impudenter hac copia, sed omnia expendet ac se[illegible] ger. Post quam. 207 a, Idem expendunt atq; æstimant uo[illegible] cpates. I. V. 240 a, Deinde hac expendite ac æstimate pe[illegible] nnia. pro Flac. 160 a, Ante pedes prætoris in foro expẽsum est auri pondo centum paulò minus per Sex. Cæsium. Tuf. 179 b, Expendere pœnas alicui.

EXPENSVS, a, um. datus.)(. Acceptus. I. Acceptus. I. V. 95 a, Expensa Chrysogono HS. sexcenta, accepta pupillo Maleolo retulit. & ibid. Chrysogono expensa lata sunt. Att. 24 b, Ne tu expensum muneribus ferres. Att. 247 b, Videas enim unde numeri sint, mihi feras expẽsum. I. A. 108 a, Quis unquã in illo Iano inuentus est, qui I. Antonio mille nummum ferret expensum.

EXPERGEFACIO, cis. ex somno aliquem excito. I. V. 243 b, Si fortè expergefacere te posses. ad Herenn. 34 a, Hic Italiã tu multus expergefecit terrore subito. I. A. 166 a, An faces admouendæ sunt, quæ te excitent, tantæ causæ indormientem.

EXPERGISCOR, ris, experrectus sum, excitor à somno, uel de somno, excitor, somno soluor. I. Experrectus. Attic. 38 a, Si dormis, expergiscere. Acad. 14 a, Itaq; simul experrecti sumus, uisa illa contemnimus. de D. 93 a, Cum autem experrectus esses, hora secunda ferè te sibi somnium narrauisse. In Sal. 274 a, Sed non ita experrecti sumus, ut à te caueri possimus. At. 217 b, Deinde cùm somno repetito simul cum sole experrectus essem, datur mihi epistola à fororis tuæ filia.

EXPERIENS, tis. expertus. I. V. 158 b, Homo nauus & industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. & 208 a. Pro Cl. 22 a, A. Aurius uir fortis & experiens.

EXPERIENTIA, tiæ. periclitatio, usus, exemplum. Pla. Ep. 115 b, Quæ si aduentus meus repressérit, agam gratias fortunæ constantiæq; meæ, quę ad hanc experientiam excitauit. pro R. P. 129 b, Experientia patrimonij amplificandi. de Orat. 427 b, Docuit enim iam nos longa uita ususq; rerum maximarum, ut teneremus, &c. de Am. 102 b, Atq; harum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis.

EXPERIMENTVM, ti. argumentum. Tuf. 206 b, Sed nimirum hoc maximum est experimentum, cum constet, &c.

EXPERIOR, ris. periclitor, periculum facio, usu tractando cognosco, tento, ago in iure. Attic. 101 a, Itaq; omnia experiar, &, ut spero, assequar. Orat. 197 a, Experiri id noli, quod te assequi posse diffidas. Ep. 10 a, Te autem & si mallem in meis rebus expertum, quàm etiam in tuis: amen, &c. & 317 b, Ego quod in me ipso experiri potui, ad te refero. Orat. 197 a, Par est omnes omnia experiri, qui res magnas & magnopere expetendas concupiuerunt. pro Flac. 160 a, Si quid cum periculo experiri uelis, in Caria id potissimum esse faciendum. de Amic. 108 a, Et iudicare difficile est sanè, nisi expertum, experiendum autem est in ipsa amicitia. de Diuin. 128 b, Babylonij CCCCLXX. millia annorum in periclitandis experiundisq; pueris quicunq; nati essent. pro Se. 26 b, Alicui magnos esse experiundos & subeundos labores. pro Cæl. 50 a, Vim ueneni aiunt Cæliũ esse expertum in seruo quodam ad rem ipsam parato, cuius perceleri interitu esset ab hoc comprobatum uenenũ. At. 135 b, De Bruto etiam experti sumus, quo nuper in edicto tuo scripseram rogatu tuo. I. A. 140 b, De me experior. de Clar. 185 b, Te arbitror malle ipsum tacere, quàm taciturnitatem nostram experiri. At. 145 a, Nunc sine periculo experiendum erit, experiar certè ut hinc auolem. Epist. 47 b, Quod ego experiens quotidie probo. Att. 286 b, Experiar & tẽtabo omnia. At. 263 b, Facilè patior oblatum tempus, in quo amorem experiar tuum. pro Pl. 263 b, Omnia quæ dico de Plancio, dico expertus in nobis. pro Dom. 215 a, Neq; i cõiectura ꝓspiciebamus, sed iã experti uidebamus.

EXPERIRI, ad forũ & iudicia relatum, pro agere in iure. pro Qu. 12 b, Fuit procurator, qui cum experiri posset. & 13 b, Ego experiri non potui. pro Cec. 291. Qui ad constitutũ experiundi iuris gratia uenisset pro, Qu. 6 b, Experiri summo iure pro Q. R. 49 a, Iudicio graui experiri nolebas. pro Cæl. 41 b, Qui nunquam ne congressu quidem & constituto cœperunt de tantis iniurijs experiri.

EXPERRECTVS, a, um. I. Expergiscor. pro S. R. 42 a, Nobilitas experrecta rempub. recuperauit. Antequam. 195 a, Ne rei crudelitas in me experrecta in uos conualescat, præcauete.

EXPERS, tis. non particeps, uacuus. de Orat. 168 b, Antonium omnium omnis eruditionis expertem atque ignarum fuisse. de Or. 108 a, Censebam oratorem nullius ornamenti expertem esse oportere. Attic. 123 a, Pompeius omnes nos

nos προσήγορίτυς expertes fui tanti ac tam inusitati consilij relinquebat.de Legib. 160 b,Cum cætera sint omnia rationis expertia. Off. 112 a, & Oct. 329 b,Feræ rationis & orationis expertes.Epistol.58 b. & de Finib.72 b, Te omnium periculorum uideo expertem fore.. Orator. 298 b, Vtriusque participes,uel utriusque potius non expers. de Am.112 a, Amicitiam nullam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui.de D. 125 a, Placet igitur humanitatis expertes habere diuinationis autores. pro Corn.38 b, Facere aliquem expertem alicuius rei.pro Sest.13 b,Homo expers consilij & ingenij.To.226 b,Expers rationis.)(.Ratione utens.

Expertvs,a,um.pragmaticus, habens usum multarum & magnarum rerum,usu bellorum gerendorum exercitus,multarum rerum peritus.de Or. 115 a,Dicam enim tibi Catule, nõ tam doctus quàm(id quod maius est) expertus,&c.pro Mil.114 b,Hoc quàm crebro accidat, experti debemus scire.pro Cor.58 a,Cuius audita uirtus dubitationi locum nõ daret,huius præsens experta atq; perspecta obtrectatorum uoce lædetur? de Amic. 108 a, Et iudicare difficile est sanè nisi expertum.

Expetendvs,a,um.optabilis.de Or. 197 a, Qui res magnas, & maximè expetendas concupiuerunt.de Or.104 a, Quæ uulgo expetenda & optabilia uidentur. de Am. 111 a, Ea quæ putant homines expetenda,honestas,gloria,tranquillitas animi atq; iucunditas.de Finib.117 b, Quod optabile est,id esse expetendum.

Expeto,tis.opto,cupio,peto,ascisco.I.V. 225 b,Athenienssũ sacra summa cupiditate expetuntur. de Orat.96 a,Sine quo hoc quod tu expetis,nunquam assequere.At.290 a,Nostrã gloriam tua uirtute augeri expeto. de Clar. 183 a, Antonius, qui maximè expetebatur, facilis in causis reijciendis fuit.pro Pom.9 b,Italia ab hoc auxilium magnopere expetiuit.pro Fl.164 a,Nunc à Flacco,Lentuli pœnæ per uos expetũtur.pro Mar.133 b,Deos pœnas ab aliquo ob aliquod delictum expetere.de Ar.254 a,Expetere pœnas domestici sanguinis.pro Pom. 14 b, Ne legaretur A.Gabinus Pompeio expetenti ac postulanti.pro Ar.188 a,Nihil esse in uita magnopere expetendum,nisi laudem atque honestatem. Off.6 b,Ea quæ pleriq; uehementer expectant, contemnere.Ep.42 a,Quæ tamen omnia in expetenda amicitia tua secutus sum.& 173 b,Erichthei filię cupidè mortem expetiuerunt.de Or.124 a, Si pecunia tantopere expetitur, quanto gloria magis est expetenda.de Fi.72 a,Itaq; Epicurus semper hoc utitur,ut probet,uoluptatem natura expeti, quod, &c.& ib.Qui potiatur expetitis corporis uoluptatibus. de Fin.55 a,Voluptatem ipsam per se esse expetendam, & dolorem ipsum per se esse fugiendum.& 133 a,b,Ea enim uita expetitur, quæ sit animi corporisq; expleta uirtutibus. & 58 b,Nunc sapientia expetitur, quod est tanquam artifex comparandę uoluptatis.I.P.83 b,A me quidem etiam pœnas expetistis, quibus coniuratorum manus mortuorũ expiaretis.de Or.142 a,Si sapientia tantopere expetitur, &c. pro Mil.111 a,Ille noctrunus ad urbem aduentus uitandus potius quàm expetendus fuit.pro Pom. 4 b, Pompeium ab omnibus ad id bellum imperatorem deposci atque expeti. Att.96 b,Nec me κενὸν in expetẽdo cognosces, nec ἄσυνον in abijciendo.de In.72 a,Expetere.)(. Vitare.Or.202 b,In concionibus tracta quædam & fluens expetitur oratio. pro Deiot.149 b,Expetere uitam alicuius . Item:Non expetere uitam,non capitis arcessere.

Expiabilis,le.placabilis.I.A.246 a, Bellum expiabile.aliàs inexpiabile.

Expiatio,onis,procuratio.de Ar.247 b, Dijs uiolatis expiatio debetur.de L.163 b,Scelerum in homines atq; impietatum nulla expiatio est.

Expiatio,onis. Of. 49 a, Expilatio direptioq; sociorum. & 39 a,Expilationes & direptiones sociorum .

Expilator,ris.Q.Fr.291 a,Cum domus hospitem,non expilatorem recepit.

Expilo, as. de Nat. 76 b, Dionysius fanum Proserpinæ Locris expilauit.de Orat.154 a,Hæc sumenda sunt nobis ab ijs ipsis , è quibus expilati sumus . pro Cl. 56 a , Expilato armario,pecunia ablata . I. V. 214 a , Regem spoliatum expilatumque dimisit.pro Pom. 14 b, Expilare socios , diripere prouincias .

Expingo,gis.Tusc.250 a,b,Qui motus hominem,qui fr[illegible] non ita ab Homero expictus est, ut quæ ipse non uide[illegible] nos uideremus effecerit ?

Expio,as.procuro,placo,macto.At. 15 a, Quare quæ uiol[illegible] sunt,expiabuntur.pro S.R.30 a,Quare,quo omnia quæ [illegible] lata sunt,expiari putantur. pro Rab. 92 b, Qui expiabant forũ ab illis nefarijs sceleris uestigijs esse duco. de Ar. [illegible] b,Sed primum expiabo religionem ædium mearum.de [illegible] a,Eaq; errata expiantur.pro Mil.115 b,Cuius supplicio [illegible] natus religiones expiandas sæpe censuit. I. V. 226 a,O[illegible] ris numen istius supplicio expiari uolebant. de Leg. [illegible] Sacrum commissum,quod expiari non poterit, impie[illegible] missum esto:quod expiari poterit, publici facerdotes [illegible] to.I.P.98 a,Tua scelera dij immortales in nostros exp[illegible] runt,I.A.158 b,Expiato foro , dissipato concursu imp[illegible] de L.163 a, Nam & ijs siue illius suffimẽtis expiari [illegible] de Ar.251 b, Is nomen populi Romani tanto scelere co[illegible] minauit,ut id nulla re posit,nisi ipsius supplicio expiari [illegible] P.83 b,A me quidem etiam pœnas expetistis,quibus [illegible] iuratorum manes mortuorum expiaretis. de D. [illegible] Quæ dij significent,quemadmodumque ea procurentur [illegible] que expientur.

Expiratio,onis.exhalatio.de Nat.43 b, Terræ expira[illegible] bus aer alitur,& æther & sidera.

Expiscor,aris.indago,inquiro.I.P.94 b, Itaq; iste simu[illegible] audiuit a philosopho uoluptatem tantopere laudari, [illegible] expiscatus est. Ep. 138 a, Nescis me ab illo omnia exp[illegible] tum.l.Arabarches.

Explanativs.planius,apertius.Ora.207 b,Definire [illegible] cùm explanatius,tum etiam uberius .

Explanatio, onis. explicatio , enodatio , interpretatio . [illegible] Or.161 b,Commoratio una in re permultum mouet, [illegible] lustris explanatio . de D. 104 b, & 135 b, Quia erant [illegible] obscura & ambigua, explanationes adhibitæ fuge[illegible] tum.de D.135 b,Dijs nobis obijciunt, quorum neque [illegible] tiam,neq; explanationem habeamus.de Ar. 248 a,Pu[illegible] torum explanationes Hetruscorum disciplina cõtine[illegible] de Ar.246 a,Religionis explanatio,uel ab uno pontifi[illegible] rito rectè fieri potest.ad Her.27 b,Explanatio est,quæ [illegible] dit apertam & dilucidam orationem.& 29 a, Vnius [illegible] propositionis explanatio.

Explanator,oris.interpres,explicator. de D.104 a,S[illegible] explanatores,ut grammatici,poetarum.

Explano , as. interpretor , interpretationem uel explana[illegible] nem facio,interpretatione explico,illustro,exempla [illegible] no,uita factisq; illustro,expono,perspicuum facio,pla[illegible] facio,explico,aperio,patefacio.de N. 60 b. de Orat. [illegible] Ego uerò,si quid explanari tibi uoles,respondere [illegible] 207 a, Planè quid sit non intelligo , explanabis igitur [illegible] 229 b,Explanabis igitur hoc diligentius.de Leg.271 [illegible] antè,&c.uim istius cœlestis legis explana.Off.204 a,[illegible] quæ docet & explanat quod faciendum fugiendumq; [illegible] Orat.116 a,Docilem autem facio, non tum cum poli[illegible] me demõstraturum,sed tum cum doceo & explano.Of[illegible] a,Hoc facilius intelligi quàm explanari potest.de Ora. [illegible] a,Quæ coniectura explanatur longè aliter atq;.de Cla. [illegible] a,Explanare rem obscuram interpretando.Orat.294 a,[illegible] bum quod optimè sonat,& rem maximè explanat.de [illegible] 115 b,Non dum autem explanatum satis erat, quid [illegible] mè natura uellet,explanetur igitur . & 77 a,Explanare [illegible] quid apertius.Ep.30 b, Quapropter ille tibi omnia exp[illegible] bit,id est,exponet.de Fini.42 b,In lingua ponebant exp[illegible] natam uocum impresionem .

Expleo,ples.impleo,compleo,saturo,satio.de Nat.38 b,S[illegible] turnus annis insatiabiliter expletur.de Vn.196 a,Deme[illegible] pleuit mundum omnibus bonis.pro Domo,225 b,Ne[illegible] cæmentis ac tegulis meorum tectorum se famem sam[illegible] pleturos putauerunt.pro Syl. 184 b , Te iam Torquat[illegible] pletum huius miserijs pigeat,&c.de Or.104 a,Quorum [illegible] delitas nostro sanguine non potest expleri.de Fin.133 [illegible] Ea enim uita expetitur, quæ sit animi corporisq; expl[illegible] uirtutibus.& 97 b,Quicquid enim à sapiente proficiscu[illegible] id continuo debet expletum esse omnibus suis partibus [illegible] N.33 a,Perfectum expletumq; omnibus suis numeris [illegible] partibus.

artibus. Ora. 220 a, Neque inferciens uerba quasi rimas [illegible] pleat. & 200 b,Explere sententias meliorib.numeris.& [illegible] 9 a,Nihilo tamen aptius explet cõcluditque sententias. [illegible] e Orat. 102 a, Ea si paulò latius dixeris , expleris omnes expectationem diuturni desiderij nostri.I. V. 169 b, [illegible] aliquando expleti ac saturati discederent. Epist. 18 a, [illegible] non enim uereor ne non scribendo te expleam . de Sene. [illegible] a,Explere diuturnam sitim . pro Cæl.47 b,Explere libi[illegible] nem.Par.238 b,Explere cupiditates , satiare odium . pro [illegible] R.43 a,Explere auaritiam suam pecunia . ad Heren. 34 [illegible] Explere inimicias,& saturare odium . de Ar. 253 b , Ex[illegible] plere intemperantiam alicuius . Brut. 286 a , Is, qui illud [illegible] malum exciderint , nihil quo expleri posit eorum meri[illegible] tum,tribui unquam poterit . de Fini. 73 b , Explere cumu[illegible] tè uitam beatam . Offic. 58 b,Hanc igitur partem relictã [illegible] explebimus . de Am. 109 a, Vt amicitiæ munus expletum [illegible] t.Ep.266 b,Noli committere, ut excusatione potius ex[illegible] leas officium scribendi , quàm assiduitate literarum . de [illegible] Fl.178 a,Sic expleuit,quod utriq; defuit.

Expletio,onis.de Fin.134 a,Expletio naturæ .

Expletvs,a,um.plenus,perfectus. de Finib.74 b, Expleta & perfecta forma honestatis . Item : Quorum studijs, ea quæ natura desiderat,expleta cumulataque habemus .

Explicate,enodatè . de Or. 147 b , Explicatè & distinctè dicere .

Explicatio, onis.I.A.209 b, Quarum rerum facilis explicatio uidetur.de D.135 a, Vtrum philosophia dignius sanarum superstitione ista interpretari , an explicatione naturæ . de Orat. 119 b , Explicatio illustris & perpolita . de [illegible] N.71 b,Explicatio fabularum & enodatio nominum . de [illegible] D.106 b,Sed est quasi rudentis explicatio. I. Etymologia, [illegible] interpretatio .

Explicator,oris. explanator , interpres . de Or.196 b, Re[illegible] num explicator.de In.63 a .

Explicatrix,cis.Acad.45 a,Huic quasi ex altera parte oratoria uis dicendi adhibebatur , explicatrix orationis perpetuæ , &c.

Explicatvs,a,um. de Or. 85 a, Veteris cuiusdam memoriæ non satis explicata recordatio . pro Planc. 219 b,Sed mihi non causa facili & explicata , perdifficilis & lubrica defensionis ratio proponitur . de Ora.141 b , Locis est utendum [illegible] nulis,illustribus & explicatis . Brut. 91 b , Mihi non erat [illegible] explicatum quid agerẽ . Att. 139 b , Literæ tuæ,quib.nihil [illegible] potest esse explicatius,nihil perfectius . de Pro. 76 b, Rem [illegible] prope iam explicatam perturbare atq; impedire.Off.17 a, [illegible] oq; magis si plus adipiscare re explicata boni , quàm ad[illegible] hibita mali . Ep. 78 b,Explicata & explorata ratio salu[illegible] tis.de Vn.196 a,Explicata cognitio . contra Rul. 85 b , Ca[illegible] sua planissimo in loco explicata.

Explicatvs,tus.explicatio . de N.79 a, Natura deorum obscura est & difficiles explicatus habet .

Explico,cas.expono, dilato , in medio pono , enodo , euolo , aperio,dico, recito, uerbis rem amplector , exitum reperio , extrico , expedio . Atic. 119 b , Quid in utranque partẽ mihi in mentẽ ueniat,explicabo breui . de Diuin. 81 [illegible] Chrysippus totam de diuinatione duobus libris explicauit sententiam . Item: Perfice ut Crassus quæ coarctauit & [illegible] erangustè referst,in oratione sua dilatet nobis atq; explicet.I.A.211 a,Quæ tria dum explico, quæso attendite.Off. [illegible] b, Præcepta Stoicorum,de quibus est nobis his libris explicandum . Tusc.183 a,De omni animi perturbatione explicabo.de Ora.90 b,Quæcunq; res inciderit,quæ sit dictio [illegible] ne explicanda.de D.134 a,Si uelim grammaticum aut physicum quiddam explicare . pro Fl. 155 b, Nisi mihi totam [illegible] ratione omni & personarũ genere & literarũ explicaris.de [illegible] Fi.97 a,Explicare aliquid definitione.Att.244 b,No.τάς τε [illegible] τῆς καθηκουσης magnificè explicamus . Topi. 221 a , Aristotelis Topica , quæ sunt ab illo pluribus libris explicata. [illegible] contra Rul. 68 b , Is explicat oratione sanè longa . pro S. [illegible] R.35 a,Veniat modò, explicet suum illud uolumen , quod, [illegible] &c.de Fin.63 a,Aperiẽdũ est igitur quid sit uoluptas,aliter [illegible] nim explicari quod quæritur nõ potest , quàm si explica[illegible] tisset,nõ cã hæsitaret.Attic.69 b , Laxare aliquod ædificiũ, [illegible] & explicare illud usq; ad aliquem locum.& 214 b, Si Fabe[illegible] ius nobis nomen illud explicat , noli quærere quanti . & 102 a,Eiusq; rei causam uerè explicas.I. A. 228 a , In legibus interpretandis & æquitate explicandis . de Diuinat. 88 b,Somnia Anthiphonis interpretatione explicata.Epi.214 b,Alicuius negocia explicare,& expedire . At.74 b, Negocia nostra amabo te explica.At.231 a,Quare da operam ut te explices & huc quàm primũ uenias. & 190 b, Nihil uidi unquam quod minus explicari posit. & 120 b,O rem , inquis,inexplicabilem,atqui explicãda est.& 71 a , Sed antequã ,pficiscare,utiq; explicatũ sit illud.HS XX. & DCCC. Offic. 68 a, Explica atque excute intelligentiam tuam , ut uideas,&c.I.V.59 a,Vitam alterius totam explicare, atque eam in oculis conspectuq; omnium exponere . de V.201 b, Hæc si uerbis explicare conemur,frustra laboremus.Attic. 116 a,Explicari res non potest . de Nat. 1 a , Multæ res in philosophia nequaquã satis adhuc explicatæ sunt . de Clar. 186 b,Explicare expeditè quod proposueris.& 179 a,Capita multa exposita , nec explicata.I. V. 149 b. Explicare aliquid apertissimè & planissimè. Off. 67 a, Si quis uoluerit complicatam animi sui notionem euoluere . Part. 241 a, Explicare & excutere aliquod uerbum . de Nat. 54 a , Illa potius explicetur incredibilis fabrica naturæ. Episto.67 b, Explicare causas rerum. de Orat. 93 a , Nunquam te , nisi omnia quæ percunctati erimus,explicaris, dimittemus . de Cla.166 a,Explicare ordines temporum. de D. 109 b, Explicare philosophiam. pro Fl. 148 a, Explicare se dicendo. de Fi.64 a,Explicare sententiam suam. Or. 207 b, Explicare mentem suam de quaq; re.Att. 159 a, Explicare cogitationes suas literis.Ep.96 b,Explicare quid sit optimum factu. de Or.97 b,Summorum oratorum Græcas orationes explicabam,quibus lectis hoc assequebar,ut cum ea quæ legerẽ Græcè, Latinè redderem, nõ solùm optimis uerbis uterer, sed etiam, &c. Ep. 142 a, κύκλε παιδείαν quam contriueram, legendo totam in hoc imperio explicaui.de Or. 98 a, Tanquam in aliquam locupletem domũ uenerim nõ explicata uestę,neq; proposito argento, neq; signis ac tabulis propalàm collocatis. pro Pom.9 b, Siciliam undiq; cinctam periculis,celeritate consilij explicauit. de D. 116 b , Cur igitur uos inducitis in eas captiones, quas nunquam expliceris? pro Cæl.52 a, Qui se profectò nunquam, si in istum locum processerint,explicabunt:id est,expedient, extricabunt .

Explodo , dis. eijcio , exsibilo.de Orat. 108 a , Aesopum , si paulum irracuerit , explodi uideo . Part. 120 a , Histrio si paulò se mouerat extra numerum , exibilatur & exploditur. pro Qu.50 a, Erotes comœdus non modò sibilis,sed etiã conuicio à scena explodebatur . Qu. Fr. 131 b, Multa dixi in ignobilem regem , quibus totus est explosus . Offic. 2 a, Aristonis & Pyrrhonis explosa sententia . de Fin.29 b, Iam explosæ eiectæque sententiæ Pyrrhonis & Herili.pro Clu. 35 b, Id quod tum explosum & eiectum est . de D. 126 b,Sed hoc quidem genus diuinationis uita iam communis explosit .

Explorate.certè,planè.Plan.Ep. 148 a,b, Non solùm bene sperare de nobis homines , sed exploratè iudicare uolumus.de Nat.1 a, Exploratè perceptum esse & cognitum. Ep.259 a,Exploratè nauigare.

Exploratvs,a,um.certus,explicatus.)(.Dubius. Attic.47 a, Fac ut omnia à me pespecta & explorata perscribas. I. A. 228 b, Magna spe & propè explorata libertatis causam suscepimus.Offic.75 b,Spes alicuius explorata . de N.14 a, Non est igitur tam explorata ista ratio quàm uidetur. Epi. 78 b,Explorata nobis est victoria.pro Mur.136 a,Sic ut ei iam explorata & domi cõditus consulatus uideretur.Att. 62 a, Vt non libeat cuiquam dare , nisi de quo exploratum sit,tibi eum redditurũ. Epi. 27 b, De quo mihi exploratum est ita esse,ut tu scribis. Postquam. 201 a , Cum mihi esset exploratissimũ,P.Lentulũ proximo anno cõsulẽ futurum. Ac.14 b , Cui posit exploratum esse de sua salute ? Attic. 287 a,Quid enim exploratius esse potest , quàm illius animus in remp.Ep.131 b,Cum mihi erit exploratum,te libẽter esse risurum, scribã ad te pluribus . de N. 160 b,Quid si ne id quidem exploratum est,fore ut mihi liceat . Atti.252 a,& 261 a,Brundusium pergere cogito:felicior enim & exploratior deuitatio legionum fore uidetur, quàm piratarũ, qui apparere dicũtur.& 119 b,Dixi me nullo modo facere posse,nisi mihi exploratũ esset, eum Tyrannoctonis amicũ

fore.de Sen. 61 a, Quis est tam stultus cui sit exploratum, se usq; ad uesperum esse uiturum?

EXPLORATVM habere, id est compertum, perspectum, cognitum.de N.12 a, Deus habet exploratum fore se semper. I. A.212 a, Poteritis igitur exploratum habere pacem, cum in ciuitate Antonium uideatis? At.275 b, Si exploratum habere cœpero, Cæsarem honoribus extraordinariis fore cõtentum.& 141 b, Cæsarem hoc idem probaturum, exploratum habeo.de D.121 a, Illud exploratum habeo nihil fieri posse sine causa. At.47 b, Literæ a timore exploratæ.

EXPLORO, as. indago, exquiro, obseruo. I. V. 224 b, Quæ quidem prospectare iam exilium & explorare fugam uidebatur.de Orat. 173 b; Vide quæso ea quæ restant, & explora cum istis.ad Br.286 b, Futura quoq; nisi antè sit occursum, explores, in se insinuent. Attic.97 a, Sed explora rem totam.pro Pom.10 b, Pompeius Siciliam adijt, Africam exploraui t.

EXPLOSIO, onis. Ep.121 b, Ludorum explosiones & funerũ, Cælij.

EXPOLIO, lis. excoso, exorno, perpolio.de In.92 b, Nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. de D.118 b, Cum aut ad lineamenta oris peruentum est, tum intelligas illud quod iam expolitum sit intus fuisse.de Ora.155 b, Plato Syracusium Dionem doctrinis omnibus expoliuit.& 112 a, Nox te, inquit, nobis Antoni expoliuit. ad Her.11 a. Difficilimum uerò est inuentum expolire.de In.56 b, Neque eadem ratione expolire partitiones.

EXPOLITIO, onis. exornatio, explicatio. Ora.215 a, In uerbis inest materia quædam, in numeris expolitio.de Orat 89 a, Oratio ornata & artificio quodam & expolitione distincta.de In.56 b, Argumentatio est inuenti artificiosa expolitio.Qu.Fr.323 a, Expolitiones utriusq; nostrum sunt in manibus, sed tua ad perfectum.

EXPOLITIO, exornatio quædam sententiarum. ad Her.37 a, Expolitio est, cum in eodem loco manemus, & aliud atque aliud dicere uidemur, &c. ibidem pulcherrima.

EXPOLITVS, a, um. de Cl.173 a, Tuditanus omni uita atq; uictu excultus atq; expolitus.

EXPONO, nis. enarro, edissero, explico, edico, edo, diuulgo, expromo, exprimo.pro S.R.20 b, Ab initio res, quemadmodum gesta sit, uobis exponam. pro Mil.106 a, Exponere rẽ gestam.Am.96 a, Quas sententias in hoc libro exposui meo arbitratu.de Am.65 b, Is expoſuit nobis sermonem de amicitia, &c. Orat.198 a, Ille sermo noster, qui est expositus in Bruto. Ep.10 a, Quod tibi vt planius exponã, paulò altius repetam. & 12 a, Summam feci cognitionũ mearum omnium, quam tibi si potero breuiter exponam. Or.200 a, Difficile est formam exponere optimi. I.P.81 a, Exposui breuiter consulatum meum, audi nunc, &c.de Or. 104 b, Quam orationem in originibus suis exposuit ipse Cato. Epist.59 b, Hoc in sermone cum à me exponeretur, quæ mea expectatio fuisset orationis tuę, uisa est oratio non iniucunda. Orat.17 b, Si exponenda narratio est.de Inuent.63 a, Exponere præcepta diligenter enodata. I.C.113 b, Exponere aliquid ex memoria.de Or. 150, Qui artes rhetoricas exponunt.pro Cęl.44 b, & Ep.68 b, Reddere & exponere rationem alicuius facti. Off.72 a, Exponere mandata.de Orat. 113 a, Si mandata sint exponenda in senatu ab imperatore. de Fin.77 a, Exponere mandata alicuius alicui. Antequam. 195 a, Animus præcluditur ad exponendam rei indignitatem.de Fin.93 a, Equidem foleo, quod uno Græci, si aliter non possum, idem pluribus uerbis exponere. Par.233 b, Dictum de altero est, expone nunc de reprehendendo. de Or. 93 b, Hoc ꝗ quo modo exposuit Antonius. Ep.14 a, Ego autem cum illa sequor, quæ paulo antè proposui, tum hoc nõ in postremis, de quo cœperam exponere. de Cl.179 a, Capita multa exposita, nec explicata.de L.193 a, Qui magistratu abierint, apud censores edant & exponãt, quid in magistratu gesserint.pro Cl.24. Totam causam iudices explicemus, atq; ante oculos expositam consideremus. I.V.59 a, Vitam alterius totam explicare, atq; eam non modo in animis iudicium, sed etiam in oculis conspectuq; omnium exponere. I.C.113 a, Post autem aliquãto toto Vulturtij iam indicio exposito atque edito surrexit, &c. I.A.182 a, Vitam suam exponere ad imitandum iuuentuti. I.V.207 b, & 214 a, Ab hoc abaci nasa omnia ut exposita fuerant, ad statuit.pro M.142 a, Atque ille statuit lectulos, & exposita nasa Samia. Tusc.199 b, Expones quæ spectat floridi Asia. Attic.2 b, Signa quæ nobis curasti, ea sunt ad Cæsar exposita. Of.62 a, Frumentum aduexi, expossui, uendo &c. Attic.70 b, 71 a, Exponere & numerare pecuniam. 233 a, Ingenijs hominum criminosorũ exposita est nocẽtiũ. p Q.13 b, Quasi eximio præmio sceleris exposita.

EXPORTATIO, onis.)(. Inuectio. Off.35 a, Earum rerum bus abũdare mus exportatio, & earum quibus egeremus inuectio. I.V.146 a, His exportationibus, quæ recitate sunt.

EXPORTO, as.)(. inueho. pro Fl.149 b, Qui infame frumentum exportare ausus est. pro Flac.160 a, Cùm frumentum quotannis ex Italia, atq; ex omnibus prouincijs exportatur. pro Pomp.6 b, Asia fertilis multitudine earum rerum exportantur. I.V.144 b, Exportare aliquid ex urbe. I.V. a, O portentum in ultimas terras exportandum. In Verr a, Vt inde aurum exportari, argentumq; prohibere.

EXPOSCO, scis. pro Mil.119 b, Misericordiam ipse non plorar, ego autem repugnante hoc imploro & exposco.

EXPOSITIO, onis. ad Her.6 b, Narratio defensoris simplex & dilucidam expositionem habere debet. de Orator. Expositio sententiæ suæ. ad Her.36 a, Perspicua & dilucida expositio.

EXPOSITVS, a, um. de Or.100 b, Expositæ à Cn. Flauio pro actiones. I.V.207 a, Cum essent triclinia strata argentoque expositum in ædibus. pro Qu.17 b, Domus patens adeò exposita cupiditatibus. de Or. 163 a, Colores expositi ad uariandum.

EXPOSTVLATIO, onis. criminatio, quædam accusatio.)(. Purgatio. Epist.35 a, Nunc cognosce æquitatem expostulationis tuæ. Qu.F.306 a, Contumeliæ in Gellium, expostulationes cum absente Pompeio. pro Cl.52 a, Cum essent expostulatio facta. pro Do.216 a, Flagitabat bonorum expostulatione, &c.

EXPOSTVLO, as. exposco, expostulationem facio.)(. Purgo. I.V.156 b, Omnes de nostris iniurijs expostulauit. Epist. De qua alienum tempus est mihi tecum expostulandi, purgandi aũt mei necessarium. Ep.28 b, Sed locus uidetur tecum expostulandi. & 61 a, Facilis a te existimari debet, qui nihil tecum de ijs ipsis rebus expostulem. pro Sylla b, Aut quoniam tam facilè inueneris in amicos, cur non cundius aut uehementius expostulasti? pro Pl.271 b, Sonnio ad L. Cassium, cuius ex oratione ne illum quidem uentium tecum expostulaui. pro Qu.R.53 a, Vix mediocrius in Fannia Ballione hoc expostulare auderes, & impetrare posses.

EXPRESSE. planè, apertè. ad Her.26 a, Expresse conscripta nere oportet exempla.

EXPRESSVS, a, um. effictus, uerus, illustris.)(. Adumbratus de N.16 a, Species deorum, quæ nihil concreti habent, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis. Ep.8 a, Hæc quanto expressiora, quantoq; illustriora futura sint. Pl.265 a, Hæc sunt iudicia solida & expressa, hæc probitatis. pro S.R.28 b, Expressa sceleris uestigia. pro Cæ.39 b, Expressa signa uirtutis.)(. Adumbrata. Tusc.190 b, Res solida & expressa, non adumbrata. Of. 65 b, Sed nos ueri iuris germanæq; iusticiæ solidam & expressam effigiem nullã tenemus, umbra & imaginibus mur.& 27 a, Sonus erat dulcis, literæ neq; expressæ, neq; oppressæ. pro Fl.157 b, Fateantur in persona Meanti expressam esse faciẽ ciuitatis. pro Arch.188 b, Mulras imagines fortissimorum uirorũ expressas scriptores, nobis requerunt. de D. 123 b, Hoc auspicium diuini nihil habet, potest, quod tam sit coactum & expressum. & 117 a, Si bium conflictu ardor expressus se emiserit.

EXPRIMO, mis. expono, eloquor, consequor, oratione conficto, rimor, effingo. Qu.Fr.325 b, Tu qui omnes illos quendi & exprimendi genere superasti. Or.215 a, Ora ad exprimendos animi sensus reperta. Aca.19 a, Nemo periorum non modò expresserat, sed ne dixerat quidem posse hominem nihil opinari. de Or.146 b, Nolo exprimere literas putidius, nolo obscurari negligentius. pro Rab b, An de tabulario incenso longa oratio est exprimenda de D.93 b, Hæc uerba ipsa Platonis expressi, igit, &c. Arch.189 b, Bellum Mithridaticum totum ab hoc expressum est.de Diui.97 a, Atque hanc speciem Praxitelem cælauit argento, & noster Archias expressit uersibus. Itẽ: Cur non ipsius confessionem multorum oculis, facinoris deniq; uoce tanti sceleris crimen expresserint? Att.151 b, Omnem illius meumque sermonem omnibus uerbis expressum tibi statim mittam.de Ar.258 a, Poeta fingẽdo exprimens Scylam aut Charybdim. Att.124 a, Ille uir quem nostris libris satis diligenter, ut tibi quidẽ uidemur, expressimus. de Or. 144 a. In libris Platonis ferè omnibus Socrates exprimit. de Orat.125 a. Exprimere oratione mores alicuius. Acade. 41 a, Qui non uerba, sed uim Græcorum expresserunt poetarum.de Or. 86 b, Omnis uis ratioque dicendi in eorum qui audiunt mentibus, aut sedandis, aut excitandis, exprimenda est. Epist.43 b, Exprimere formam reipub. & temporum.de Ora.117 a, Exprimere quandam formam dicendi. pro Cec. 294 a, Qui iura nõ utilitate communi, sed literis exprimis. ad Heren.39 b, Exprimere & effingere formam alicuius.de Diu.97 b, Exprimere quædam uerba imitando. Orat. 102 b, Perfecti oratoris species exprimenda est.de Fini.93 a, Nec tamen exprimi uerbum è uerbo necesse est, ut interpretes indiscreti solentiũ est, exponi. & 49 a, Fabulæ ad uerbũ de Græco expressæ. de Or. 162 a, Manus digitis subsequens, uerba non exprimens, & ibid.b, Gestus scenicus uerba exprimens. pro Arch.191 b, Relinquere effigiẽ uirtutum nostrarum summis ingenijs expressam & politam. de Le.162 a, Lex est iustorum iniustorumque distinctio, ad illam rerum omnium principem expressa naturam, ad quã leges hominum dirigũtur. pro R.P.123 a, Filius liberalitate uitam patris expressit. de Ora.117 a, Exercitatio, qua illudum, quem antè delegeris, imitando effingas atque exprimas.& 147 a, Aliquod uicium imitatione ex aliquo expressum. pro S.R.26 a, Vt effictos nostros mores in alienis personis expressamque imaginem nostram uitæ quotidianæ uideremus. p Qu.Ros.48 a, Persona illa impura, inuisa, in huius moribus, natura, uitaque est expressa. pro Milo. 103 a, & Orator.212 a, Hanc legem à natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus. Orat.197 b, Vnde illud quasi imago exprimatur.

EXPRIMERE. elicere, extorquere. Attico, 36 b, Multa cum seditiosissimè diceret uocem exprimere non potuit. Atti.19 a, & 194 b, Si tuis blanditijs tamen è Sicyonijs nummulorum aliquid expresseris. I.V.143 b, Nullam pecuniam statuarum nomine, nisi ui expressam, & coactam. I.V.171 b, Cum in ius ipsum eduxi, expressi, ut conficere tabulas se negaret.

EXPROBRO, as. abijcio, probro, & uitio & culpę do, uerto, &cęd. I.V.162 a, Num tibi casus bellicos exprobare, aut obijcere uideor? pro S.R.25 b, Non enim hoc exprobandi causa, sed commouendi gratia dicam. I.S. 274 b, Exprobrare lãguore alicui. de Am.109 b, Quorum plerique aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant. & ibid. odiosum sane genus hominum officia exprobrantium. de Or.137 a, Quid si quæ uicia sunt in iudicibus, ea tu in aduersarijs exprobrando nõ intelligas te in iudices inuehi? Ep.71 b, Nescio quomodo illæ ipsæ literæ quasi exprobrare mihi uidẽtur, quod in uita maneam.

EXPROMO, mis. profero, expono. Ep.67 a, Quæ nunc expromam absens audacius. de Legib.173 a, Sed iam expromẽ, si placet, leges istas de religione. Att.29 b, Deinde fuum expromsit odium. pro Do.225 a, Sed ego uestram crudelitatem expromo? pro Mil.108 a, In meo inimico crudelitatẽ expromsisti tuã. Qu.Fr.295 b, Vt apud eos ipsos quod ab ijs didicerimus, uelimus expromere. Orat.208 a, Causa in qua uis eloquentiæ posit expromi. de Di.139 a, Conferre causas, & quid in quanque sententiam dici posit exprome re. I.C.109 a, Quorum omnis industriæ uitæ, & uigilãdi labor in antelucanis cœnis expromitur.

EXPVGNATIO, onis. pro Pom.6 a, Ipsorum aduentus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differt. Att. 184 a, Nocturnæ expugnationes.

EXPVGNATOR, oris. urbis expugnator. de In.59 a, Expugnator pudiciæ. I.V.or.3.

EXPVGNO, as. capio. Parad.120 b, Sapientis animum nũquam uincitur, nec expugnatur. de Cl.188 a, Qui Ligurum castella oppugnauerunt. pro Cl.24 b, Hoc se Aiulio tanquam aliqua machina admota, sperabat se capere Asinij adolescentiam, & fortuna eius expugnare posse. pro Cæl.47 b, Expugnare pudicitiam. I.V.133 b, Certa aliqua ratione expugnare, id est, conuincere. & 85 a, Dijimmortales quanta iste cupiditate, quibus allegationibus illam sibi allegationem expugnauit.

EXPVLSIO, onis. Par.125 a, Expulsiones uicinorum.

EXPVLSOR, oris. pro Qu.a, Iste bonorum possessor, expulsor, ereptor.

EXPVLTRIX, cis. Tusc.228 b, Philosophia expultrix uitiorum.

EXPVRGO, as. quasi expio. de Cl.188 b, Quo magis expurgandus est sermo. Antequam.196 a, Expurgare, suspicionem di mouere.

EXPVTO, as. excogito, reputo. Ep.159 a, Et rursum quæ mens eum à tanta gloria auocarit, & ad cogitationem consulatus bimestris transtulerit, exputare non possum. Planci.

EXQVILIAE, arum. mons Romæ. de L.175 a.

EXQVILINA porta. de Or.1342.

EXQVIRO, ris. quæro, requiro, perquiro, inuestigo, perscrutor. Att.109 b, A te nihil dum certi exquiro, sed quid u detur. Att.211 a, De Varrone non sine causa, quid tibi placeat, tam diligenter exquiro. & 114 a, Sed hæc non nimis exquiro à Græcis. pro Deiot.151 b, Exquire de Blesamio, nunquid, &c. pro Pom.13 b, Omissis autoritatibus ipsa re & ratione exquirere ueritatem. Offi.26 b, Cogitatio in uero ex quirendo maximè uersatur. & de Fin.51 a, Quid uerissimũ sit exquirere. pro Fla.148 a, Vos qui mores exquirendos putatis. I.V.202 a, Noli facta Verris, ad antiquę religionis rationem exquirere. Off.30 a, Quid in aliquo peccatum sit, exquirere. Tusc.241 a, Mens agitandis exquirendisq; rationibus alitur. pro Domo.221 a, Nõ sum in exquirendo iure augurum curiosius. de Diu.114 a, Sed soli sumus, licet uerũ exquirere sine inuidia. de Fat.540 a, Maximè nos quidem exquirentes ea consilia, quæ ad concordiam ciuium pertinerent. Att.121 a, Hæc scripsi sedato animo, nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuum. I.A.292 a, His senatus arbitratur singulares exquirẽdos honores. de Diu. 117 b, Cum ex te causam uniuscuiusque diuinationis exquirerem. & 118 a, Causam quærere. de N.45 b, Exquirere causas rerum. I.V.135 a, Exquirere aliquid palam. pro Cecin. 295 b, Exquirere uerba interdicti.

EXQVISITE. accuratè, diligenter. de Cl.190 b, Accuratè exquisitęque facere aliquid. Tusc.173 b, Rationes à Philosophis exquisitius colliguntur.

EXQVISITIVS, aduerbium. de Cl.195 a, Qui uideretur exquisitius, quàm uulgus hominum, studuisse literis. Tusc.1. Colligere exquisitius rationes.

EXQVISITIOR, & exquisitius nomen. de Clar.195 a, Exquisitius & minimè uulgare orationis genus.

EXQVISITVS, a, um. accuratus, lectus, excellens. de Or.107 a, Quanquam ipsi omnia, quorum negocium est, consulta ad nos & exquisita deferunt. de Cl.166 b, & de Fini.49 a, Tua exquisita doctrina & singularis industria. de Fin.55 a, & Ep. 57 a, Exquisitis rationibus confirmare aliquid. de Di.81 a, Philosophorum exquisita quędam argumenta, &c. de Ora. 124 a, Quod autem, &c. non est exquisitæ artis præscribere, sed mediocris ingenij iudicare. de Clar.191 a, Accuratũ & exquisitum dicendi genus. Or. 212 b, Verba bene sonãtia, sed non ut poetæ exquisita ad somnum, sed sumpta de medio. Of.26 a, Mũdicia odiosa & exquisita nimis. de Clar.175 a, Gracchus semper habuit exquisitos è Græcia magistros. Off.27 a, Nihil fuit in Catulis, ut eos exquisito iudicio putares uti literarum. de Or.88 a, Multæ literæ & exquisitæ Cęsaris. I.P.84 a, Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum. I.A.192 b, Laudantur exquisitissimis uerbis legiones. de Clar.150 a, Reconditæ, exquisitęq; sententiæ. Off.72 a, Nec uerò ignorabat se ad exquisita supplicia proficisci.

Ex quo, quo, qua ex re, quocirca, unde. de Fin.52 a, Atomi ita feruntur, ut concursionibus inter se cohęrescant, ex quo efficiuntur omnia. de Fat.149 a, ex quo facile intellectu est, uerbis eos, nõ re dissidere. pro Quin.4 b, Qua ex re intelligi facilè potuit, &c. de Am.100 a, ex quo quantum boni sit in amicitia iudicari poteſt. Off.8 a, ex quo intelligi poteſt,

nullum bellum,&c.de D.93 a, Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur,&c. de Diui. 87 a, Ex quo factũ est ut rex,&c.de Diu.87 a,Ex eo conuenit,ut rex,&c.de Diu.94 a,Ex quo illud est Caleni,&c.Of.7 b, Ex quo illud summũ ius,summa iniuria. & 5 a, Ex quo fit, ut ager Arpinas,Arpinatium dicatur,&c.& ibid.Ex quo, quia suum cuiusque fit, &c.quod cuique obtigit id quisq; teneat.de N.4 b,Ex quo existit & illud,&c.Off.3 b,Ex quo animi magnitudo existit &c.& ibi.Ex quo intelligitur,&c.de Or.1 22 b,Ex quo iudam ferunt.&c.de Nat.137 a,Ex quo etiam illud assequor, &c.& ibid.In quo ego existimor,&c.de Cla.169 b,Ex quo nulla suspicio est,&c.p Mar.133 a,Ex quo nemo erit,&c.i. quocirca.& Tusc.176 a,& 231 b.Ad Her.6 a, Quare genera constitutionum aperuimus,ex quo simul ostendebatur,quomodo,&c.Orat.200 b,Quo magis sunt Herodotus Thucydidesq; mirabiles,&c.id est,ex quo.

Exsatyro,as.uel exaturo,as.expleo. I.V.249 a,Pascere oculos & exaturare animum cruciatu alicuius.Tusc.148 a,Exsaturata libido.

Exsacrificare,sacrificare.de D.89 a,Ennij.

Exscribo,bis.describo.Ep.265 b,Multum mihi eripitur opera in exscribendis hypomnematis.I.V.147 a,Tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo . & 96 a, Proinde quasi exscribendi potestatem non habeas.

Exsibilo,as.explodo.Par.120 b, Histrio si paulò se moueat extra numerum, exsibilatur & exploditur.

Exsicco,as.exhaurio.Ep.266 a,Ne lagenę dicerentur inanes fuisse,quæ furtim essent exsiccatæ.de Cl.192 a, Exsiccatum genus orationis,id est,extenuatum.

Exspolio,as.pro Deiot. 148 a, Deiotarus auctionatus est,se seq; exspoliare maluit, quàm pecuniã tibi non subministrare.de Fi. 73 b, Vt uirtutem earũ rerum selectione expoliarent.Ar.lib.10.Expoliare Pompeiũ exercitu & prouincia.

Exsuscito,as.expergefacio,pro Mur.129 a,Te gallorum cãtus exsuscitat. Item:Animus aut renouatur ad ea quę restãt aut omnibus dictis exuscitatur. Off.3 b, Quæ cura exsuscitat etiam animos.&c.Att.287 a,Tu te exsuscita.ad Heren. 20 a , Cum sermone animum eius retinet , & exuscitat clamore. & 22 b, Si naturalẽ memoriam exuscitauerimus hac notatione.& 23 a , Docet ergo se natura uulgari & usitata re non exuscitari, nouitate uerò , & infigni quodam negocio commoueri.

Exsuscitatio,onis.commotio.ad Her.37 b.

Exta,orum.præcordia.de In.31 b , Puerorum extis deos manes mactare.de Diu.114 b, Gallinaceum fel , sunt enim qui uel argutissima hæc exta esse dicant.de D.82 b, Exta pecudum,aut monstra,aut fulgura interpretantium.Top.227 b, Præsentio per exta.

Extabesco,scis.totus liquefio,contabesco.Tusc.166 b , Corpus macie extabuit.& de N.27 b, Opiniones nouas diuturnitate extabuisse.

Extemplò.illicò.pro Qu.R.46 a,Quid fingat extemplò non habet.& in Arat.

Ex tempore.subitò,ex tempore,ex improuiso.)(. Cogitatè,accuratè,meditatus.de Or.131 b,Illud egregium & ex tempore:manus laua,inquit,& cœna. Item: Itaque his de rebus ex tempore & coràm.pro Arch.189 a, Sæpe ego hunc uidi cũ literam scripsisset nullam, magnum numerum optimorum uersuum de his ipsis rebus, quæ tum agerentur,dicere ex tẽpore.de Or.191 a,Antipater Sidonius solitus est uersus ex tempore fundere.de D.95 b,Alia autem subito ex tempore coniectura explicantur.de Clar.184 b, Ex tempore dicere. Off.39 b,Capere consilium ex tempore. Or.205 a,Ridicula ex tempore ficta non domo allata.pro Flac.153 b,Græcos ex tempore,quod opus sit, obsignare dixit . Att.154 b , Quę partim parari & iam cogitari,partim ex tempore futura censes.de In.47 b,Res ex tẽpore nata. Tus. 145 b, & de In.50 b,Ex tempore effutire,&c.Att.86 b,Te enim sequor κεφαλαιώδεις:id est,ex tempore agentem.

Extensus,a,um.extentus.Acad. 36 a, Nam cum extensis digitis aduersam manum extenderat, uisum inquiebat huiusmodi est.

Extentus,a,um.extensus,proiectus.de Or.131 a,Cum extento brachio paululum etiam de gestu addidit.

Extenuatio,onis. de Orat. 161 b, Distinctè concisa breuitas , & extenuatio.

Extenuatus,a,um.)(.Concretus.de N.46 a,Aer extenuatus in sublime fertur,concretus autem in nubem cogitur. Ep.174 a , Recurri ad copiolas meas , sic enim eas uere appellare possum:sunt enim extenuatissimæ, & inopia omnium pesimè acceptæ.

Extenuo,as.minuo,attenuo,deprimo.)(.Adaugeo.exaggero. amplifico.Att. 44 b, Posteaquam extenuari spem nostram & euanescere uidi.Tus.198 a, Quæ cogitatio omnes mortis tias extenuat.I.V.36 b, Nam locupletissimi cuiusque lectus extenuarant,tenuissimi auxerant. de N.53 a,Extenuat & mollire cibum dentibus. de Or.152 b,Amplificare & extenuando.)(.Extenuare,& abijcere.& Off. 48 a , Neque enim uerbis auget suum munus,sed etiam extenuat.pro Mar.13 a,Verbis extenuare aliquid. ad Her. 6 b, Aut causam uel omnino extenuabit. de In.71 b, Extenuare.)(.adaugere.

Exterebro,as.exterebrando extraho, perterebro. de Di b,Itaque ex eo auro,quod exterebratum esset,buculam rauit faciendam.

Exterminator,oris.expulsor.pro Do.242 a,Respondebatur ante oculos exterminatoris sui.

Exterminio,as.expello,eijcio.de N.14 a,Protagoras unde que agro est exterminatus.I.C.111 b, Cum ex urbe,Cassiam eijciebam, cum illum exterminari uolebam ,pro Sest. 221 b,Ex urbe expelli,exterminari,eijci.pro Fla.131 b, ius uirtute reges exterminati sunt.pro Do.242 a,Respondebat exterminata mecum.Postq.201 a,& 211 b,Itaq; reipublicæ exterminata,mihi locum in hac urbe esse non putaui , pro Sest. b,Idem C.Marcellum exterminãdum ab illa urbe cuiusque alter,cum illa. pro Sest.9 a, Exterminabit ciues Romanos consul à suis dijs penatibus?I.A.246 a,Hunc ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto.pro Cor.65 b,Atque nam,qui ubique sunt propugnatores huius imperij,poterit in hanc urbem uenire,& contrà oppugnatores reipublicæ tate exterminari.de Pro.66 b, Vt non antè attigerim,quam hunc ordinem condemnarint , quàm autoritatem uestram ex ciuitate exterminarint.Off.61 a,Malè etiam,qui perpetuos urbibus uti prohibent,eosq; exterminant.

Externus,a,um.extrarius,extraneus,exterus, alienigena. trinsecus accedens,aduentitius,peregrinus.quod est ens, uel extrinsecus.)(.Domesticus.In Ver.227 a, Neq; hæc peterna nobis est religio,neq; aliena.de N.58 a,Canum ad in dominos,& odium in externos.de D.233 a,Animus sterna & aduentitia uisione pulsari.de Na.31 a,Externa & aduẽtitius tepor.de Sõ. 131 b, Inanimatum est omne quod impulsu agitatur externo. At.278 b, Nec externis hostibus magis quàm domesticis laboramus.Off. 46 b,Apud populos externos.& ibid.Externi homines.de Nat.7 a,Memorigitur corpore externo.Ep.54 b, In externis locis minus ad facinus uerecundia.Tusc.233 b, Fortuna domina rerum externarum,& ad corpus pertinentium.Topic.228 b,Fortuna commoda.

Extero,is.comminuo,digero,cõficio.de N.53 b,Alumen iectam stomacho calorem multum habere exterendo cibum.

Exterreo,es.perterreo.de D.97 a,Of.40 b, Dolorum ira mouentur faces,præter modum pleriq; exterrentur.de D. 88 b,Talia commemorat lachrymans exterrita somno.

Externus,a,um.externus.pro Font.281 a, & I.V.57 b,Externæ nationes & gentes.I.C.116 b,Exterus hostis atque ginquus.

Extimesco,scis.pertimesco.Att.139 b, Vnum illud extimescebam,ne quid turpiter facerem.& Plan.250 a, Ep.49 b, Nihil est quod aduentum nostrum extimescas.Att.14 b, Cerulas enim tuas miniatulas extimescebam .I.A.305 a, Ab Antonio maius periculum quàm ullis nationibus pertimescendum est.de Fat.145 b,Nec ob rem fatum,aut necessitas extimescenda est.pro Deiot.144. De fortunis omnibus extimescebam.

Extimus,a,um.extremus.)(.Intimus. de Som.128 a, Orbis cœlestis extimus,&c.

Extinctor,oris.I.P. 85 a, Non extinctor, sed auror incendij.de Ar.253 a,Extinctor belli domestici . pro Do.243 b, Extinctor coniurationis . pro Syl. 184 a,Ne extinctor patriæ,ne proditor appelleturr.

Extinctio,onis.interitus . Tuscu.174 a, Supremus ille ignis extinctionem,sed commutationem affert loci.

Extinctus,a,um.mortuus.de Cl.165 a, Vir egregius,alienissimo reip. tempore extinctus .

Extinguo,guis.restinguo,opprimo,deleo, interitum alicuius facio.de N.30 b,Refrigerato autem & extincto calore, occidimus ipsi & extinguimur.Off.92 a, Itaque adolescentes mori sic uidentur,ut cum aquę multitudine uis flammę opprimitur,senes autem sic,ut sua sponte,nulla adhibita ui consumptus ignis extinguitur.de Orat.142 b,Illa uirtus L. Crassi morte extincta subitò est.pro Corn. 62 a,Cum duo fulmina nostri imperij subitò in Hispania extincti occidissent.& 58 a,Mors extinguit inuidiam.pro Cæl.52 b, Memoria tanti flagitij non extincta illa quidem ,sed repressa uetustate.pro Cæl.54 b,Nolite hunc natura ipsa occidente uelle maturius extingui uulnere uestro.de Clar. or.173 a, Cum ardor animi,consedit omnis illa uis, & quasi flamma oratoris extinguitur.pro S.R.24 a,Extinguere,atq; opprimere potentiam alicuius.contra Rull.84 a , Ante extingui atq; opprimi , quàm planè exorrum ac natum esset . de Ar. 244 b,Extinguere & funditus delere aliquid.de Orat.90 a, Animorũ motus inflammare uel extinguere . In Verrem. 59 a,Extinguere & delere improbitatẽ.In Ant.208 b,Omnes unum studetis,M.Antonij conatus auertere à Republica furorem extinguere,opprimere audaciam.pro Domo , 233 a , Extinctum iam est illud maledictum crudelitatis. Off.52 b,Extincto enim senatu , deletisq; iudicijs,quid est, &c.de Am.110 b , Vt extinctæ potius amicitiæ , quàm oppressæ uideantur.Ep.47 b, Omnes ciues sic existimat,quasi lumen aliquod extinctis cæteris elucere sanctitatem tuã. pro Cęl.50 b.Sin autem iam fuberat simultas,extincta erat consuetudo,diffidium extiterat,&c.de Am.103 a,Familiaritates extingui solere.Ep. 179 b , Causam dissensionis nascentem extingni summè studui.&c.2 b,Gratiam autem nostram extinguit hominum suspicio . de Pro. 73 b,Inimicitias in fortissimis uiris solùm extinxit Reip. dignitas,& ipsorum,sed etiam,&c.pro Mil.115 b , Quæ ędem nympharum incendit,ut memoriam publicam recensionis, tabulis publicis impressã extingueret.de Sen.84 a, Animus & mẽs nisi tanquam lumini oleum instilles,extinguuntur senectute.I.V.143 b,Vt si posset,quæ antea scripserat,ea planè extingueret.In Ver.85 b,Fuit illa cupiditas tanta , quæ tantã extingueret religionem:I.C.120 a,Quid delere imperium, qui populi Romani nomẽ extinguere conati sunt. pro Mil. 101 b,Alicuius non salutem modò extinguere,sed etiã gloriam per iudices infringere.Epist.159 b,Quæ ad extinguẽdas reliquias belli pertinent.de Ar.253 a. & Planc.157 b , Extinguere bellum domesticum.ad Heren.32 b,Formę dignitas aut morbo defloresciť , aut uetustate extinguitur.I. V.258 b , Non posse Verrem testes interficiendo crimina sua extinguere .

Extirpo,as.extraho , euello . de Fat.142 a,Vicia ex naturalibus causis nata extirpari,ac funditus tolli non possunt.de Amic.105 a , Nisi ex eius animo extirpatam humanitatem arbitremur.Tusculan.218 a,Nos perturbationes extirpandas putamus .

Extipex,cis.aruspex.de D.86 a , Ars exeiſpicum . & 114 a .

Extio,as . appareo,consto,sum.Att.25 a,Sed tamen ut iubes curabo,uti huius peregrinationis tibi opus extet.Attic.26 b , Denique aliquid aliud extabit, ne tibi planè cessasse uidear.Attic.244 b,Extabit opera peregrinationis huius . de Clar.169 b,Quem uerò exter , & de quo sit memoriæ prodictum,eloquentem fuisse,& ita esse habitum,primus est M. Cethegus.de Clar.or.167 b,& 170 a,Demadis nulla extãt scripta.de Or.117 a,Alicuius scripta constare , id est,extare.I.Consto.de Clar.or.192 a,Cedò quæso orationes,sunt enim,&c.Of.42 b,Extant epistolæ Philippi ad Alexãdrũ, quibus,&c.pro Corn.27 a,Vbiq; extant huius fortitudinis expressa exempla . de Inuent. 56 a, Si literæ non extarent, magnopere eas requireremus.Ep.6 b,Senatusconsultũ nullum extaťq; uo reductio regis tibi adempta sit . de Inuent. 51 a , Res quarum monimenta certa in literis extant . pro Plan.273 a, Non minus ocij quàm negocij rationem extare oportere.de D. 95 a , Sine oculis non potest extare officium & munus oculorũ.de D.130 b, Sine diuinatione non potest officiũ & munus diuinatione extare.de L.191 a , Graiora iudicia de potẽtissimis hominibus extant uoces quã tabellæ.Ep.175 b,Sed is ambitus extat,&c.& 60 a,Dum id senatusconsultum extabit, officium meum in te obseruare esse non poterit:pro Planc.259 a,Multa extant in me tua merita.Ep.9 b,Quæ si erunt allatæ,nostrum studium extabit in conueniendis magistratibus.Orat. 216 b , Non item in oratione ut in uersu extat numerus.I.V.266 a , Sed scriptum extat in ipsidem,ἐξεικωδωσαν.de Or.91 a,Tamen apparet atq; extat utrũ simus earũ rerũ rudes, an didicerimus . de Or.52 a, Quod magis id quod erit illuminatum,extare atq; eminere uideatur .

Extollo,lis;extuli . effero,erigo , animos tollo , insolentem facio.)(.Deprimo,submitto. Or.211 b,Neque tuum unquã in gremium extollas liberorum ex te genus . I.P.88 a,Etiã ne uos meam fortunam deprimitis, uestram extollitis?Antequam.102 b,Quem uirtutis gloria ad cœlũ extulit,eundem inimicorũ inuidia indignissimè oppressum deprimit ad supplicũ.pro Domo 237 a,Quę percussum ipsa Respublica suis manibus extollere.pro Mar.132 a,Extollere aliquem iacentem.I. A.165 a, Altè extollere manum,&c.uel pugionem uel quippiam aliud. Tus.187 a,Sic urgetur,ut se nequeat extollere.pro Plan.260 a , Vbi illa antiqua libertas?quæ malis oppressa ciuilibus,extollere iã caput,& aliquãdo recreata se erigere debebat? de Am.109 b,Vt hi qui superiores submittere se debẽt sic quodam modo inferiores extollere.de Fin.134 a,Erigere & extollere uites.Part. 237 a,Extollere animũ.I.Magnitudo.In.Sal. 275 a , Ac hercule egregia facta tuorum te extollunt.Epist.199 a,Quem tu ad cœlum laudibus extulisti. ad Heren.2 a , & de In.47 a,Extollere aliquem laudando.de Arusp.255 a,Laudibus aliquem aũ cęlũ extollo.pro Planc.279 b,Dum Planci in me uerbis meritũ extollerem, me arcem ex cloaca facere dixisti.I.Cloaca .

Extorqueo,ques.exprimo,aufero,eripio. Att.89 a,Iam uos à Cæsare per Ozodem talenta Attica. extorsistis. pro Cl. 34 a,Pecunia omnis ab eo exorta atq; erepta est.Of.33 b, Ille ea exorabat quæ uolebat auferre,tu extorques . de Or. 118 b,Definitio primùm reprehẽso uno uerbo,aut addito aut adempto,sæpe extorquet e manibus. de Clar.165 b , 8 pro Cluent.28 a,Extorquere arma è manibus iratorum ciuium.Or.212 a,Cum mihi extorta ueritas esset,concessi &c.de Sen.95 a,Nec mihi hunc erroremq; dum uiuo,extorqueri uolo.Tus.151 a , Quoniam extorsisti, fateor ira esse, &c.pro Mil. 105 a, Extorta est confitenti sica de manibus. 3.I.C.104 b,& 100 b, Extorquere ferrum alicui de manibus.de Pro.70 a,Postquam nihil exprimere ab egentibus, nihil ulla ui à miseris extorquere potuit . pro Lig. 239 b, Qua qui uetetur , suam citius abijciet humanitatem , quàm extorquebit tuam.I.P.98 a,& I.V.58 a, Vi extorquere aliquid.&c.134 b,Certa aliqua ratiõe expugnare. de Or. 115 b,Sententias de manibus iudicum ui quadam extorsimus. de Fin.67 b, Hoc est uim afferre Torquate sensibus, extorquere ex animis cognitiones uerborum .

Extorris,re.exul.I.V.174 b , Hinc centum patres familias extorres profugerunt .

Extra.extrinsecus,præter.de N.56 a , Sensibus & animo ea quæ extra sunt,percipimus.de Som.131 a , Eminere foras, & ea quę extrà sunt,contemplari,& quam maximè se à corpore abstrahere.de Vn.197 b,Si in omni mũdo omnes partes collocatæ sunt, & nulla pars huiusce generis excederet extrà.de Fi.79 a,Et in corpore,& extrà quædam bona sũt. de N.67 a , Sum futurus extra urbẽ ex Idibus Ianuarijs.de L.182 a, Extra portam Collinam ædes honoris est . Tusc. 230 a,Sola ne uita beata relinquitur extra ostium limen que carceris?Acad.18 b , Quid enim potest esse extra uniuersa?De Diuin.95 a , Ex quo intelligitur esse extra diuinũ animum,humanus unde ducatur.pro Syl.174 b, Hic extra coniurationem est,id est,in coniuratis non est. I. A.305 a, His militiæ uacationem esse placet extra tumultum Gallicum.de Vn. 103 a , Extra culpam ponere se.Attic.184 b, Multa occultare possunt ut extra ruinam sint ea quæ impendet.Orator.215 b,Nullus est numerus extra poeticos . pro Cecin.303 a,Id extra causam est.de Diuin.113 b,Nihil fieri extra fatum.I.C.100 a, Nemo est extra istã cõiurationem perditorum hominum , qui te non metuat. I.V.60

b, De te hoc extra hanc contentionem nostram familiarem tecum loquar. pro Do. 235 a, Ciuis est nemo in tanto periculo extra cõtaminatam illam manum, qui, &c. de Or. 146 b, Vox extra modum absona: id est præter modum. Offi. 28 b, Cauendum est etiam si ipse ædifices, ne extra modũ sumptu & magnificẽtia prodeas. de Diu. 94 b, Extra meũ id est, præter me. Epi. 96 b, Deinde extra ducem paucosq; præterea (de principibus loquor) reliqui, &c. de In. 54 b, & 55 a, Hoc separatum quidam est extra illud, id est, ab illo.

Extra quam, formula exceptioni. Att. 87 b, Habeo exceptionem ἰσοδυναμοῦσαν extra quam si negocium gestum est, ut eo stari non oporteat. de In. 53 b, Addat exceptionem hãc extra quam si quis Reipub. causa exercitum non tradiderit &c. & 69 b, Postulat is qui cum agitur, è Prætore exceptionem, extra quam in reum capitis præiudicium fiat.

Extraho, his. extirpo, euello, differo. de N. 25 a, Epicurus ex animis hominũ radicitus extraxit religionem. Aca. 27 a, Carneades ex animis nostris assensionem extraxit. pro S. R. 21 b, Extrahere telum è corpore. pro Sest. 5 a, Vrbem senatus atque omnes boni deprehẽsis atque oppresis domesticis hostibus, me duce ex periculis maximis extraxissent. Ep. 4 a, Res ab aduersarijs nostris extracta est uarijs calumnijs. Quin. Fr. 307 b, Per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta est.

Extraneus, a, um. extrarius. Anteq. 193 a, Pax concordia extraneis gignetur, cum iam domesticis non insidiat? Inuent. 84 b, Res extraneæ. ad Herẽ 34 b, & 16 b, Extranea bona.) (. Animi & corporis. & 5 a, Extranea causa.

Extraordinarius, a, um. extra ordinem.)(. Legitimus. Attic. 72 a, Summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducemus. I. A. 234 a, Extraordinarium imperiũ semper populare atque uẽtosum est. & ibid. & pro Dom. 218 a. De extraordinario imperio. I. A. 234 b, At. n. Cęsari imperiũ extraordinarium mea sententia dedi, sed illę mihi præsidiũ extraordinarium dederat. de Cl. 185 a, Consularis petitio extraordinaria. Att. 279, & 288 a, Honor extraordinarius. & contra Rul. 67 b, Imperia extraordinaria. Att. 375 b, Extraordinarios honores accipere. I. A. 236 a, Imperiũ extra ordinem alicui dare. p Pom. 216 b, Cn. Pompeio plurima bella extra ordinem commissa. & ibid. Non oportet quicquam uni extra ordinem decerni. pro Dom. 218 a, Prouincias extra ordinem sine sorte nominatim Reipublicę pestibus dedisti. & 217 b, Quod idem in postremum de extraordinarijs potestatibus libertatem ademisses. Epist. 116 b, Si extraordinarius nemo reus accessisset. In Verrem, 149 b, Hic cum uenit, extra ordinem uocatus, solus introducitur. In Ver. 96 b. & pro Quint. Ros. 45 b, Extraordinaria pecunia: id est, quæ in codicem relata non est. In Ver. 243 a, Vt omnia semper quæ iudicanda uidentur esse, non modò his extraordinarijs cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegarem.

Extrarius, tra, tia, trarium. extraneus. ad Her. 9 b, Cum ipsam rem, quam nos fecisse cõfitemur, iure factam dicemus, sine ulla assumptione extraræ defensionis.

Extremitas, tatis. ora. de Vn. 198 a, Globosum, quod σφαιροειδὲς Græci uocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur. de Fi. 86 a, Regiones quarum nulla esset ora, nulla extremitas. de Vn. 199 b, Si animus extremitatem cœli à suprema regione rotundo ambitu circumiecit. Tusc. 205 a, Ille omnem infinitatem peregrinabatur, & in nulla extremitate consisteret.

Extremus, a, um. postremus ultimus, nouissimus.)(. Intimus. pro Cluen. 56 b, De furto, si non eo loco quo debuit, ne in extrema quidem aut media, aut aliqua denique parte quæstionis, uerbum fecit nullum. de Natur. 39 a, Itaque in ea Dea, quæ est rerum custos intimarum, omnis precatio, & sacrificatio extrema est. de Di. 127 b, Cœlum ipsum, quod extremum atque ultimum mundi est. & 129 b, Quod finitũ est, id habet extremum. de D. 30 a, Quod non habet extremum, infinitum fit, necesse est. de Leg. 181 a, Februarius mẽsis extremus anni. In Sal. 274 a, In extrema fortuna flare. Ep. 166 a, Descendere extrema. Ep. 168 a, Si pesimus casus fuerit ad nouissima auxilia descendamus. de Clar. 185 b, Manus extrema non accessit operibus suis: id est, non recognouit opera sua. I. V. 259 b, Excipere extremũ spiritum alicuius. In Arato, Extrema nocte, & à prima nocte. de Or. 138 b, Est id quidem in totam orationem confundendum, nec minimè in extremam. Att. 225 a, Literæ quibus in extremis erat, sibi insidias fieri. Att. 219 a, Epistola in qua extrema scriptum erat, &c. Qu. Frat. 310 a, Iouis oratio, quæ est in extremo illo libro. & Off. 54 a, In extremo tertio libro. de Diu. 82 a, Vt in extremo tertio scribis. de Or. 84 b, Quod uerò in extrema oratione, quasi tuo iure sumpsit, &c. Epist. 34 a, & Ar. 195 a, In prima prouincia. Ep. 144 b, In Cappadocia extrema. p Mur. 140 b, In ultima urbe. Attic. 117 a, Sed in ea Pompeij epistola erat in extrema ipsa manu, ut censeo, &c. Att. 88 b, In extrema ferè parte epistolæ. Quin. Frat. 299 a, In extrema parte & cõclusione mineris ac negocij tui diligentissimus fis. I. A. 256 b, Sed iam colligit, & ad extremum incipit philosophari. Att. 39 a, Ad extremum, manus dedit. Att. 278 b, Cui cõsuli nõ animus ab initio, non fides ad extremum defuit. de N. 49 b, Ad extremum omnis mundus ignoscet. de Or. 116 a, & Par. 12 a, & de Or. 123 a, Primùm, &c. deinde, &c. post, &c. tum ad extremum, &c.

Extrico, as. explico, expedio. Ep. 65 b, De Dionysio tuo nihil adhuc extrico. Vatinij.

FVGIO, fugis. in fugam me do, in fugam me conijcio, in fugam me confero, fugæ me do, in fuga sum, uito, declino, abhorreo, aspernor. Off. 6 a, Ne uerò rei familiaris amplificatio nemini nocens uituperanda est, sed fugienda semper iniuria est. Item: Ita dum inertiæ uituperationem, quæ maior est, contemnunt, assequuntur etiam illam, quam magis fugiunt, tarditatis. I. V. 169 b, Sentio iudices moderandũ mihi esse iam orationis meæ, fugiẽdamque uestram satietatẽ. Att. 282 b, Stoici negant fugere sapientis. Or. 216 a, Eaque dum animis attentis excipiunt, fugit eos & præteruolat numerus. Off. 26 a, Et ab omni quod abhorret ab aurium oculorumque comprobatione fugiamus. Or. 215 b, Vitium lõga animi prouisione fugiendum. Att. 190 b, Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt. Part. 235 a. & Att. 128 a, Fugere, uitare, declinare aliquid. pro Pom. 9 b, Nulla res est in usu militari posita, quæ huius uiri scientiam fugerit. Att. 114 a, De Dionysio. & 74 b, Cui rei fugerat me scribere. de Orat. 107 a, Non fugisset hoc Græcos homines. de Fi. 120 b, Illos autem id fugerat superiores. de In. 43 a, Quod nostrum illum non fugit Catonem I. V. 205 b, Verum hoc amentem hominem fugit. At. 201 a, Illud alterum quàm sit difficile, te non fugit. Tus. 153 a, Nisi quę me forte fugiunt. Off. 70 a, Qui uinum fugiens uendit scienS. de Vniu. Fugientem materiam cum ea coniunxit. de Fin. lib. 5, Fugientes laborem.

FVGITIVVS, a, um, ,p rię seruus qui à domino fugit. I. A. 233 b, Dolabella habet legionem, habet fugitiuos. I. V. 226 b, Neque tam fugitiui, illi à dominis, quàm tu à iure, & legibus. Vat. Ep. 65 b, Dicitur mihi tuus seruus fugitiuus Varda ciesse. Tus. 240 b, Viuebat cum fugitiuis. I. V. 162 a, Athenio princeps fugitiuorum.

FVGITO, as. pro S.R. 31 a, Qui quæstionem fugitant.

FVGO, as. fugam facio, pello, repello. pro Cec. 29 a, Qui armis pulsus fugatusq; est. & ibi. Armis repulit, fugauit, auertit. đ At. 245 a, Fugare aliquem lapidibus, & ferro. Oct. 330 b, Hostis à te fugatus est. Att. 277 a, Hostes cæsos fugatosque esse. I. A. 206 a, Fugata concione.

FVLCIO, cis, fulsi, fultum. sustento, sustineo. de Ar. 258 a, Etenim uis hęc si undiq; fulciamus iam labefacta, uix, inquam, innixa in omnium nostrum humeris cohærebũt. Postquã.

FVCATVS, a, um. fucosus. de Clar. 167 b, In qua naturalis inesse non fucatus nitor. Or. 204 a, Fucati medicamenta candoris & ruboris omnia repelluntur. pro Plan. 163 b, Vicinitas non fucanda, non fallax, non erudita artificio simulationis. pro Mu. 130 a, Ijsdem ineptijs fucata sunt illa, quando te in iure conspicio. pro Plan. 265 a, Hęc sunt expressa signa probitatis, non fucata specie forensi. de Am. 113 b, Simulatus, fucatus.)(. Sincerus, uerus. l. Inflatus.

FVCOSVS, a, um. fucatus. Att. 16 a, Ambitiosæ fucosæque amicitiæ. & pro R.P. & Quin. de Pet. 210 a, Merces fallaces, & fucosæ.

FVCVS, ci. pigmentum, ornatus peregrinus & accersitus, fallacia, fraus. de Or. 161 b, Color non sanguine diffusus, sed fuco illitus. de Cl. 179 a, In his omnib. inest quidam sine ullo fuco ueritatis color. Atti. 1 a, Præsat unus P. Galba sine fuco & fallacijs. Quint. de Pet. 210, Si eum qui tibi promiserit, fucum ut dicitur, facere uelle senseris. de Or. 125 b, Sententiæ ueræ, nouæ, sine pigmentis focoque puerili. de Ora. 152 a, Cincinni poetę ac fucus.

FVGA, gæ. Att. 115 a, Mitto illam fugam ab urbe turpissimam. I. V. 222 b, Dant sese in fugam milites. I. A. 200 b, Post discessum latronis, uel potius desperatam fugam. pro Cecin. 289 a, Omnes se in fugam conferunt. pro Cæl. 51 a, Licinius in fugam se coniecit. Quin. Frat. 308 a, Factus est à nostris impetus fuga operarum. de Fini. 55 b, Laborum ac dolorum fuga. Attic. 116 b, Dare se incertæ & periculosæ fugæ. Atti. 116 b, In fuga omnes sunt. & 117 a, Fuga quę parabatur, repressa est. Or. 211 a, Axilla ala factus est, fuga literæ uastioris.

FVGATVS, a, ũ. pulsus, à fugo, as. de Ar. 245 b, Ab altaribus religiosimis fugatus. & Off. 75 a, Hostes fusi ac fugati.

FVGAX, cis. fluxus, ignauus, timidus, qui libenter fugit & declinat pericula. Ep. 151 b, Hæc breuia, fugacia, & caduca existima. In Sal. 173 b, Ego fugax Crispe Sallusti? Sal. in Cic. 271 a, Pedes fugaces.

FVGIO, fugis. in fugam me do, in fugam me conijcio, in fugam me confero, fugæ me do, in fuga sum, uito, declino, abhorreo, aspernor. Off. 6 a, Ne uerò rei familiaris amplificatio nemini nocens uituperanda est, sed fugienda semper iniuria est. Item: Ita dum inertiæ uituperationem, quæ maior est, contemnunt, assequuntur etiam illam, quam magis fugiunt, tarditatis. I. V. 169 b, Sentio iudices moderandũ mihi esse iam orationis meæ, fugiẽdamque uestram satietatẽ. Att. 282 b, Stoici negant fugere sapientis. Or. 216 a, Eaque dum animis attentis excipiunt, fugit eos & præteruolat numerus. Off. 26 a, Et ab omni quod abhorret ab aurium oculorumque comprobatione fugiamus. Or. 215 b, Vitium lõga animi prouisione fugiendum. Att. 190 b, Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt. Part. 235 a. & Att. 128 a, Fugere, uitare, declinare aliquid. pro Pom. 9 b, Nulla res est in usu militari posita, quæ huius uiri scientiam fugerit. Att. 114 a, De Dionysio. & 74 b, Cui rei fugerat me scribere. de Orat. 107 a, Non fugisset hoc Græcos homines. de Fi. 120 b, Illos autem id fugerat superiores. de In. 43 a, Quod nostrum illum non fugit Catonem I. V. 205 b, Verum hoc amentem hominem fugit. At. 201 a, Illud alterum quàm sit difficile, te non fugit. Tus. 153 a, Nisi quę me forte fugiunt. Off. 70 a, Qui uinum fugiens uendit scienS. de Vniu. Fugientem materiam cum ea coniunxit. de Fin. lib. 5, Fugientes laborem.

FVGITIVVS, a, um, ,p rię seruus qui à domino fugit. I. A. 233 b, Dolabella habet legionem, habet fugitiuos. I. V. 226 b, Neque tam fugitiui, illi à dominis, quàm tu à iure, & legibus. Vat. Ep. 65 b, Dicitur mihi tuus seruus fugitiuus Varda ciesse. Tus. 240 b, Viuebat cum fugitiuis. I. V. 162 a, Athenio princeps fugitiuorum.

FVGITO, as. pro S.R. 31 a, Qui quæstionem fugitant.

FVGO, as. fugam facio, pello, repello. pro Cec. 29 a, Qui armis pulsus fugatusq; est. & ibi. Armis repulit, fugauit, auertit. đ At. 245 a, Fugare aliquem lapidibus, & ferro. Oct. 330 b, Hostis à te fugatus est. Att. 277 a, Hostes cæsos fugatosque esse. I. A. 206 a, Fugata concione.

FVLCIO, cis, fulsi, fultum. sustento, sustineo. de Ar. 258 a, Etenim uis hęc si undiq; fulciamus iam labefacta, uix, inquam, innixa in omnium nostrum humeris cohærebũt. Postquã. 208 a, Horum cõsulum ruinas, consules uestra uirtute fulsistis. de Senect. 88 a, Vitis quæ natura caduca est, nisi fulta sit, ad terram fertur. I. A. 170 a, Cum labentem & propè cadentem rempublic. fulcire cuperetis. pro R. P. 129 a, Eum labentem accepit, corruere non finit, fulsit, sustinuit re, fortuna, fide. Acad. 19 a, Cryſippus, qui fulcire putatur porticum Stoicorum. Tus. 103 a, Omnibus modis fulciendi sunt, qui ruunt. Anteq. 194 a, Partim innocentia freti, partim nobilitate nixi, partim potentia amicorum fulti. Off. 69 b, Imperium quod debet beneuolentia fultum esse. Attic. 83 b, Thermum, ut scribis, creberrimis literis fulcio. de N. 31 a, Partes mundi, quæ maximo calore fultæ sustinentur.

FVLGEO, ges, fulsi. splendeo, fulguro. In Catil. 105 b, Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. aliter, nident. In Arat. Illæ quæ fulgent luces ex ore corusco. Parad. 118 a, Marmore atecta ebore & auro fulgentia. In Arat. Lacteus circulus nimio candore fulgẽs. In. Vat. 33 a, Ioue fulgente, cum populo agi nefas est. de Diu. 139 a, Si fulserit, si tenuerit, si tactum aliquid erit de cœlo. de N. 39 a, & Orat. 199 a, Iupiter in cœlo fulgẽs & tonans. aliter, Iouem fulgere & tonare. l. Fulguro.

FVLGINATES. pop. pro Cor. 64 b.

FVLGOR, oris. splendor. I. V. 216 a, & de N. 47 a, Fulgore auri collucere & illustrari templum. de N. 47 a, Hic illa eximios posita est fulgore corona. de N. 125 b, Prospera Iupiter his dextris fulgoribus edit. de Som. 128 b, Ille fulgor qui dicitur. Iouis. Quomodo fulgores & tonitrua existant, uide uocabulum Tonitrui.

FVLGVR, ris. fulgor. Plin. Fulgetrũ, & fulgetram uocat. de Diuin. 83 b, Quid de fulgurum ui dubitare possumus? 82 a, Exta pecudum fulgura interpretantium. de L. 173 b, Cœlij fulgura regionibus ratis temperamento. flamma inter nubes coruscat. l. Corusco.

FVLGVRATOR, oris. fulgurum spectator, uel interpres. de Diu. 151 a.

FVLGVRO, as. fulgeo, corusco. Orat. 199 a, Pericles ab Aristophane poeta fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus est. de D. 117 a, Ioue tonante & fulgurante comitia populis habere nefas.

FVLGVRALIS, le. ad fulgura pertinens. de Diuin. 95 b, Quod Hetruscorum declarãt aruspicini, & fulgurales, & rituales libri.

FVLIGO, nis. fumi nigra materies, caligo, tenebrę. I. A. 177 b, Dein tamen quasi fuligine abstersa, præclara senatusconsulta fecisti.

FVLIX, cis, non fulex. auis marina, quam Virg. Fulicam appellat. de D. 83 a, Rauca fulix.

FVLMEN, nis. aeris ardor, fulgur, fulgor. Off. 71 a, Sublatus est insanus, & antequam consiſtit ictu fulminis deflagrauit: id est, Phaethon. de D. 117 a, Quòd homines tonitrua & fulmina iactus extimuissent. I. C. 115 a, Fulminum iactus. đ D. 117 a, Si nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. & ibid. Non enim te puto esse eum, qui Iouis fulmen fabricatus esse Cyclopas in Aethna putes. & ibid. Quo modo toties Iupiter iaceret fulmen cum unum haberet? & ibid. Comitiorum solum uitium est fulmen. & ibid. Iupiter multa fulmina frustra emittit. Tusc. 179 b, Iace obsecro in me uim coruscã fulminis. de Diu. 119 a, Romulus lactens, fulmine ictus. & 123 b, Fulmen sinistrum auspicium optimum habemus præterquam ad comitia. I. A. 179 a, Cur ea comitia non habuisti? an quia tribunus fulmen sinistrum nũciabat? & 197 a, Hęc causa cur lex inter fulmina & tõitrua ferretur. de N. 77 a, Hunc igitur nec Iupiter fulmine percussit. & 71 a, Mercurius fulmine percussus dicitur humatus esse Cynosuris. de Di. 84 a, Aut cum terribili percussus fulmine ciuis, Luce serenanti uitalia lumina liquit. I. C. 115 a, Cum & legum era fulminis ictu liquefacta sunt. pro Corn. 63 b, Cum duo fulmina nostri imperij subitò in Hispania Cn. & P. Scipiones extincti occidissent. Or. 198 b, Quidã nec acumine posteriorum, nec fulmine utens superiorum. Tus. 189 b, Non modò stimulò doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus. l. Crispi fulcans.

FVLMINASTER, seu Fulminiaster. Att. 202 a, Sic enim habent exemplaria quædam: quod mihi magis placet, quàm fuliaster: significat enim Philotimum, quæ scribat de bello

semper augerẽ, adeò ut fulgurare, fulminaq; iacere uideatur: unde ioco eum fulminastrum appellat: hoc est fulmen quoddam paruũ, seu (ut ita dicam) fulminatorẽ ridiculum.

FVLTVS, a, um. subnixus. I. Fulcio. pro Cor. 62 a, Neq; ideo est Gaditanorũ causa deterior, grauissimis & pluribus rebus est fulta. Ep. 185 b, Magnis subsidijs fulta respublica ẽ. Ar. 218 a, Hic autem ut fultum est. aliter, Fulcrum. *.

FVLVIASTER. Att. 202 a, Solet omnino esse fuluiaster. aliàs, Fuluinaster. l. Fulminaster.

FVLVVS, a, um. color. qualis est aeri. de Leg. 156 a, Nuncia fulua Iouis miranda uisa figura.

FVMO, as. fumum emitto, ardeo. pro Sest. 7 b, Et quod ita domus ipsa fumabat, ut multa eius sermonis indicia redolerẽt de N. 31 a, Vos me primum ictum pro nobis fumantemque uidistis, Terram fumare calentem.

FVMOSVS, a, um. I. P. 79 b, Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione formosarum imaginum.

FVMVS, mi. I. P. 82 a, Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atq; fumo In Verrem act. 3, Fumo excruciare.

FVNALE, lis. cereus, seu fax funę, & cera. de Sen. 56 a, C. Duillus delectabatur crebro funali & tibicine.

FVNCTIO, onis, actio. I. V. 150 a, Vt ijs iucundior esset muneris illius functio. Tuf. 182 a, Labor est functio quædam, uel animi, uel corporis grauioris operis & muneris.

FVNDA, dæ. in ioculari libello, teste Quintilianus, 397.

FVNDAMENTVM, ti. folum, sedes, gradus, aditus. pro Plan. 265 a, Pietas fundamentum est uirtutum omnium. Off. 5 b, Fundamentum iusticiæ est fides. pro Cor. 61 a, Hæc sunt enim fundamenta firmissima nostræ libertatis. Par. 232 b, Narratio est quædam quasi sedes, & fundamentum constituendæ fidei. de Ora. 156 b, Fundamentum eloquentiæ, est uerborũ usus & copia bonorum. de N. 10 b, Quod igitur fundamẽtum huius quæstionis est id præclare iactũ uidetis. I. A. 191 b, Hodie fundamenta sunt iacta reliquarum actionum. de Sen. 90 a, Senectus, quę fundamentis adolescentiæ constituta est. I. P. 81 a, Ergo his fundamentis positis cõsulatus tui, triduo postquàm, &c. de D. 108 b, Fundamentum philosophiæ positum est in finibus bonorum & malorum. pro Plã. 265 a, In quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis. pro Cl. 23 b, Hoc utar initio & quasi fudamento defensionis. pro Sest. 4 a, Quibus initijs ac fundamẽtis hæ tãtæ laudes excitatę sint. de Fin. 79 b, Virtutum omnium fundamenta uos in uoluptate, tanquã in aqua ponitis. pro Mur. 127 a, Bene habet, iacta sunt fundamenta defensionis. Aca. 10 b, Sed paulo ante iacta sunt fundamenta. pro Fla. 147 a, Nisi fortè cui causæ fundamenta iaciãtur non uidetis. I. A. 153 a, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis. Ep. 12 b, Fundamenta iacta confirmandi senatus. & 161 b, Fundamẽta ieci salutis tuæ. Att. 287 b, Vindex illius mali autor extitit alterius fundamentum & radices habituri altiores. Bruti. pro Mar. 135 a, Tantum habes à perfectione magnorum operum, ut fundamenta quæ cogitas, nondum ieceris. Off. 7 a, Referri enim decet ad ea, quæ in principio proposui fundamenta iusticiæ, primùm ut ne cui noceatur, deinde ut cõmuni utiliari seruiatur. pro Mil. 116 a, Agere fundamenta. Item: Fundamenta tota domus nitntur. l. Nitor.

FVNDANVS ager. cont. Rul. 79.

FVNDATVS, a, um. l. Fundo. pro R. P. 122 a, Fundatæ atq; optimè constitutæ opes. pro Do. 232 b, Subita fundatissimæ familiæ ruina. Att. 11 b, Status ille reipublicæ, qui fixus & fundatus uidebatur. Qu. de Pe. 208 b, Partis ac fundatis amicitijs fretum ac munitum esse oportet.

FVNDI, orum. oppidum. Ar. 224 a, Pridie Iduum Fundis accepi tuas literas cœnnas.

FVNDITVS, prorsus, de Or. 161 a, Nec earum rerum quenquã funditus natura uoluit esse expertem. de Fin. 81 a, Præcepta ista funditus euertunt amicitiam. de In. 53 b, Ille hostis funditus uicit. Att. 85 b, Ciuitatem funditus perdidissem. pro Do. 220 a, ciuitatem funditus euertisti. Epi. 79 b, Funditus interire. Or. 218 a, Ne spondeus quidem funditus est repudiandus. & 217 b, Funditus tollit fidem.

FVNDO, as. constituo, fundamentum iacio, uel pono, uel ago, stabilio, nitor. pro Cor. 61 a, Illud maximè uestrum fundauit imperium. Par. 117 a, Qui hanc rempublicã tuam præclarè fundatam nobis reliquerunt. pro Flac. 151 a, Nihil religione testatum, nihil ueritate fundatum reperietur. I. C. 122 b, Magnis laboribus fundatũ imperium, multa uirtute stabilita libertas. de Fi. 106 a, Tam accuratè fundatam, & extructam disciplinam non est facilè perdiscere.

FVDO, dis. effundo, promo, emitto, diffundo, dispergo. de Nat. 52 a, Oua piscium facilè aqua sustinentur, fœcum fundunt. de D. 90 a, Fundere sanguinem è patera. de Or. 162 a, Fundere uersus ex tempore. Or. 217 b, Fundere orationem numerosè & uolubiliter. Tuf. 171 a, Cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. de Fi. 100 b, Vtrunque eorum fundi quodãmodo & dilatari putant. & 140 b, Iusticia ipsa se fundit usu in cęteras uirtutes. de N. 46 a, Aer fusus & extentus in sublime fertur, concretus autem in nubes cogitur. de N. d. lib. 1. de Diui. lib. 1, Fundo physicorum oracula. de Sẽ. Fundere frugem. de N. d. lib. 2, Fundi maxima largitate lẽgumina terra. Tusc. lib. 5, Fundere flores, fruges, baccas. de Fi. lib. 5, Iusticia se fundit usu in cæteras uirtutes. in Or. Sẽ. latius fundet orator. de Di. lib. 1, Fundere cantus è gutture tremulo. Tuf. lib. 1, Fundere carmen graue plenumq; Tusc. lib. 2, Fundere uastum clangorem. de Or. lib. 3. Fundere incondità. Tuf. lib. 5, Fũdere inanes sonos. de Fi. lib. 4, Fundere uerba more poetarum. Tuf. lib. 2, Elicere & fundere uocem. Tusc. lib. 3, Fundere inanes uoces. de Sen. Fundit in omnes partes uitis. de Fin. lib. 5, Semper enim ex eo quod maximas partes continet, latissimeq; funditur, tota res appellatur. de D. lib. 1, Sed illa quæ intinctu inflatuq; diuinò funduntur, scilicet oracula. de Vn. In qua omnem animum, uniuersæ naturę temperans, permiscebat: superisq; permissionis reliquias fundens, equabat.

FVNDERE, dissipare, disperdere, sternere. pro Mur. 128 b, Murena magnas hostium copias fudit. pro Rab. 96 b, Cum in numerabiles hostium copias in Italia fudisset. d' Fi. lib. 1. & pro Mur. & pro Rab. Fundere exercitum.

FVNDVM, di. uasis pars ima. Of. 44 a, Largitio fundum habet. Item: Ipse armarij fundum executi, & auri quinq; pondo abstulit.

FVNDVS, di. prædium, possessio, regnum. de Or. 106 b, Cuinostrum non licet fundos suos obire? aut res rusticas uel fructus causa, uel delectationis inuisere? de Or. 129 a, Testificatur pater, se tibi, Priuernatem fundum reliquisse. & ibid. Cum in Priuernati essemus. Par. 125 b, M. Manilius habuit ædiculas in carinis, & fundum in Labicano. Ep. 229 a, Inea cõtrouersia, quam habet de fundo cum quodam Colophonio. Ep. 237 a, Fundo Arpinati bene poteris uti. Att. 228 a, Ad lacum, quod habeo, uenditurus sum.

FVNDVS populus, nõ discedit à priori significatione: est enim possessio & regnum eius, cuius fundus factus ẽ. Id quomodo fiat, docet Cicero. pro Cor. 58 b, Totum in ea fuit positum semper ratione atq; sententia, ut cum iussisset prætor aliquid, si id asciuissent socij populi ac Latini, & si ea lex quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo recedisset: ut tum lege eadem is pop. tenereturnõ ut de nostro iure aliquid minueretur, sed ut illi populi ut iure eo quod à nobis esset cõstitutum, aut aliquo commodo, aut beneficio uterentur. & ibid. 59 a, & 64 b, Populi, Socij, Latini, Fœderati, Fundi.

FVNEBRIS, bre. lugubris. de Or. 140 a, Laudationes scribuntur ad funebrem concionem. In Vat. 31 a, Epulum funebre. de L. 182 a, Vestimentum funebre. ibi. Funebria cęteras quibus luctus augetur, duodecim fustulerunt.

FVNESTO, as. quasi funere inquinare, fœdare. pro Rab. 92 b, Funestari cõcionem contagione carnificis ueto. pro Fõt. 108 a, Galli humanis hostijs deorum aras, & templa funestant. pro Mil. 119 a, & de Fin. 83 b, Curiam inflammari, incendii funestari.

FVNESTVS, a, um. inquinatus perniciosus. Att. 137 b, Maiores nostri funestiorem esse uoluerunt diem Allienis pugnæ, quàm urbis captæ. I. C. 102 a, Hoc tibi perniciosum esse cõfido, & funestũ futurum. & 115 b, Qui deorum templis fuit funestos ignes inferre conati. Antequam. 196 b, Qui in suo magistratu funestam facem à uestris repulit templis. I. V. 260 b, Colonos agrorum ad huius fecurim funestam esse seruatos pro Sest. 8 b, O diem illum funestum senatui. pro Do. 213 a, Pestifer ac funestus tribunatus. p' Fl. 165 b, Nox funesta alicui. pro Qu. 18 b, Funestum est iugulari. pro Do. 215 b, Funesta fax. & 213 b, Funesta reipub. pestis. de L. 18 a, Funesta familia. Ep. 148 a, Funesta uictoria, id est, cruẽta.

FVNGOR, ris. efficio, colo. de A. 100 a, Valetudo opportuna ẽ, ut dolore careas & munerib. fungare corporis. de Cl. 170 a, Iysias est functus omni ciuium munere. de Diuin. 95 a, Possunt aliquando oculi non fungi suo munere. Att. 287 a, Fũgerer officio, quo tu functus es in meo luctu, teque per literas consolarer, nisi, &c. Of. 48 a, Neque enim uerbis augetur suum officium, si quò fortè fungitur. Tusc. 172 a, Nemo parum diu uixit, qui uirtutis perfecto functus est munere. pro Cœl. 41 b, Fungi officio: id est, facere quod debemus. d' L. 158 a, Vt consulentibus respõdeas, senectutis grato atq; honesto fungerer munere. Tusc. 193 b, Cõturbatus oculus non est probè affectus ad suum munus fungendum. Ar. 1 b, In omni munere candidatorio fungendo. de Cl. 187 a, Qu. Arrius omni iam fortuna, ꝓsperè functus. I. V. 193 a, Quid aratorem ipsum muneris in rempub. fungi ac sustinere uelitis. Of. 42 a, Qui adiscipi ueram iusticiæ gloriam uolent, iusticiæ fungantur officio. Offic. 45 b, P. Crassus functus est ædilitio maximo munere. & ibid. Magnificentissima ædilitate functus est. Br. Ar. 280 a, Dignitatem perfunctur us es. Fungi opere aliquo & munere. l. Functio.

FVNGVS, gi. Ep. 31 a.

FVNICVLVS, li. de In 81 b, Et in de funiculo nauim moderetur. & ibid. Funiculus à puppi religatus.

FVNVS, ris. exequię, supremi diei celebritas, exequię funeris. pro Cl. 23, Mater tibi de integro funus iam sepulcro filio fecit. & 60 a, Mater exequias funeris filij prosecuta esset. Qu. Fr. 137 a, Serrani funus perluctuosum fuit, ad (III. Calend. Decembris pro Quin. 9 a, Funus, quo amici conueniunt ad exequias cohonestandas. Att. 238 a, Ibi Pyliam uidi, uenerat enim funus, cui funeri ego quoque operam dedi. pro Qu. 9 a, Huic acerbissimũ uiuo uidentique funus ducitur. de Or. 135 a, Cum funus quoddam duceretur. accusator inquit, mortuus rapitur, uide, &c. de Or. 125 b, Cũ casu in eadem causa cum funere efferetur anus iunia. Attic. 226 a, Si Cæsar funere elatus esset. I. V. 260 a, Non palam uiuorum funera locabantur. I. V. 263 a, Dico mercedem funeris ac sepulcrum cõstituti nefas fuisse. pro S. R. 22 a, Soluere iusta paterno funeri. de Leg. 182 b, Inducere funus. In Vat. 35 a, quis unquam in luctu domestico & in funere familiari cænauit cum toga pulla? & ibid. Ita enim illud epulum est funebre, ut munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis. pro Domo, 221 b, Cum tua rogatione funere elata respub. est. Postquam. 208 a, Nondum palam factum erat concidisse rempublicam, cum tibi arbitria funeris soluebantur. de Pro. 78 a, Casum illum meum funus esse reipublicæ, sed funus iustum, & indictum. p' Dom. 221 b, Funestum funus. I. A. 224 a, Senatui placere eum quàm amplissimè supremo die suo efferri. periphrasis est amplissimi funeris. & ibidẽ Aediles curules edictum quod de funeribus habebant, Sulpitij funeri mittere. de Sen. 92 b, Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu faxit, cur? uolito uiuu' per ora uirũ. Epist. 56 a, & de In. 51 a, Ibiq; funus ei satis amplum faciendum curaui.

FVR, furis, plagiarius. d' Fin. 142 a, Fures earum rerum quas cęperunt, signa commutãt. pro Milo. 103 a, XII. tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderit, interfici impunè uoluerunt. pro S. R. 27 b, Canes publicè alũtur in Capitolio ut significẽt fi fures uenerint. de Or. 129 a, Is à Philippo interrogatus quid latraret, furẽ se uidere respondit. Qu. F. 300 b, Licinium plagiarium cum suo pullo miluino tributa exigere. I. V. 86 b, Aspendius citharista. pro Do. 223 a, Fur aut ficarius.

FVRACISSIMVS. a. apud Asconium, 78.

FVRACISSIME. in Vat. 31 a, Dum omnium domos, apothecas, nauis furacissimè scrutareris.

FVRAX, cis. fur, uel qui à furtis abstinere manus non potest. de Or. 131 b, Ridiculum est illud Neronianum uetus in furacem seruio, solum esse cui domi nihil sit obsignatum & occlusum. de Or. 133 b, Cornelius homo auarus & furax. I. P. 95 b, Furaces manus.

FVRCA, cæ. crux. de D. 92 a, Seruus per circum cum uirgis cæderetur, furcam ferens. ductus est.

FVRCIFER, ri. scelestus, furcam ferens. In Vat. 32 a, Id tu furcifer tibi sumes? & I. P. 82 a, & pro Deiot. 148 a.

FVRENS, tis. furibũdus, maximo furore, & scelere inflammatus, insanus, uesanus, effrenatus, præceps mente permotus, uiolentus. I. P. 90 a, Qui mentis suæ compos non est, qui mẽtis suæ non est. Par. 118 a, Cui mens ex sua sede & statu dimota est. pro Mil. 118 a, Præceps amentia. Tuf. 226 a, Iratos propriè dicimus esse de potestate, id est, de consilio, de ratione, de mente. Antequàm. 197 a, Quin. Metellus cessit L. Saturnino furenti. de Ar. 254 b, Alicuius furentis ac uiolenti impetus.

FVRENTER. furiosè. Ar. 86 b, Pueri aiunt eum furenter irasci.

FVRIA, riæ. furina. Qu. Fr. 320 a, Cæsar tibi amantissimè petẽti ueniam non dedit, uti illum ad illam furiam uerbum rescriberes. pro Sest. 10 a, Illa furia ac pestis patriæ. pro Sest. 11 b, Illa furia clamat, &c. de Na. 68 b, Eumenides, quæ si deæ sunt, quarum & Athenis fanum est, & apud nos, ut ego interpretor, lucus furinæ furiæ deæ sunt, speculatrices credo & uindices facinorum & sceleris. de L. 164 a, Furię agitant & infectantur impios non ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed angore conscientię & fraudis cruciatu. I. P. 89 b, Homines impulsu deorum terreri furiarum tædis ardentibus. pro S. R. 29 b, Hæ sunt impijs assiduæ domesticæq; furiæ, quæ parentum pœnas à conscelerati filijs reperãt. pro S. R. 29 a, Tamen eos agitant furiæ, neque consistere usquã patiũtur. & ibid. Agitari & perterreri furiarum tædis ardẽtibus. pro Syl. 101 b, Itaque ad eos perficiendum scelus furiæ quædam incitarunt. I. V. 259 a, Sceleratorum furias in tuum iudicium esse uenturas. pro Do. 213 b, Quæ te tanta pœna tuorum scelerum uexat? ut arbitrere, &c.

FVRIALIS, le. de Ar. 252 b, Tu cum furiales in cõcionibus uoces mittis, non sentis, &c. pro Plan. 277 b, Furialis illa nox.

FVRIBVNDVS, a, um. furens. Anteq. 196 b, Cedam priuatus furibundo magistratui. & ibid. Annibalis furibunda mens. de D. 80 b, Vatum furibũdæ prædictiones. Philip. 13 Cæsaris enim incredibilis ac diuina uirtus latronis impetus crudeles ac furibundos retardauit.

FVRIN[illegible]æ. furia. de N 68 b, Att. 318. l. Furia.

FVRIONE. furenter. Att. 122 a, Et si soleat eum, cum aliquid furiosè fecit, pœnitere.

FVRIOSVS, a, um. furens, furibundus, uesanus, mente incitatus. I. C. 102 a, Quò te ista tua cupiditas effrenata & furiosa rapiebat. p' Do. 224 a, Hæc furiosa uis Trib. pleb. facilè superari frãgiq; potuit. I. P. 89 b, & pro S. R. 24 a, Vecors, furiosus, mente captus, tragico illo Oreste aut Athamante dementior. p' Do. 213 b, Homo uesanus & furiosus. de Clar. or. 187 a, Feruidum quoddam & petulans, & furiosum genus dicẽdi. Ac. 22 a, Dormientium, & uinolentorum, & furiosorum uisa. Epist. 150 a, Pars exercitus nõ minus furiosa est, quàm qui cum Antonio fuerunt.

FVRO, ris. insanio, bacchor, uaticinor, maximo furore & scelere sum inflammatus, uis quędam abstraxit me à sensu mẽtis, à constantia atq; a mente, atq; à seipso discessit. I. V. 108 b, Vsq; eo commotus est, ut insanire omnibus ac furere uideretur. de Arusp. 352 b, Cum baccharis, cum furis. de Clar. 190 b, Eos furere & bacchari arbitrabatur. Or. 205 b, Furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari uinolentus uidetur. Aca. 4 b, Empedocles interdum mihi furere uidetur. de Ora. 126 a, Mihi Telamon iratus furere luctu filij uidetur. Qu. Fr. 306 b, Clodius furebat à Racilio se contumaciter urbaneq; uexatum. Ep. 123 a, Nunc furit Domitius tam gauisos homines suum dolorem. Att. 234 b, Pansa furere uidetur de Clodio. Off. 22 a, Solon furere se simulauit. de D. 97 b, Qui ualetudinis uitio furunt, & melancholici dicuntur. I. P. 90 a, Hic acerrimè furit. Quin. Fra. 308 a, Ille furẽs & exãguis interrogabat suos, quis, &c. I. C. 104 b, Catilina furens audacia, scelus anhelans. de Ar. 243 b, Hominem furentem exultantemque continui. Tuf. 231 b. Inflammatus & furens libidinibus.

FVROR, oris. ardor imperus, insania. I. C. 120 b, Versatur ante oculos aspectus Cethegi & furor in uestra cæde bacchãtis. de D. 94 a, Ioest igitur in animis præsagitio, quæ si exarsit acrius, furor appellatur. de D. 97 b, Negat sine furore Democritus quenquam poetam magnum esse posse. I. P. 99 a, Hic furore atq; insania pœnas pẽdit. d' Ar. 143 b, Effrenatus & præceps furor alicuius. Epist. 150 a, Si decima legio ad eundem

eũ dem furorem redierit.pro Dom.242 a, Istius inflamma tus atq; ignitus furor.Tusc.q.192 b,Furorem autem esse ra ti sunt,mentis ad omnia cæcitatem.Acad.22 a,Cuius furor considerit.pro Cl.4 a, Noratis animos eius & spiritus tribunitios.

FVROR,aris.furtum facio,cõpilo,expilo, eripio , surripio,clã eripio,clàm de medio remoueo , in meam rem aliena conuerto,bonis alienis manus affero, de medio remoueo,auerto,interuerto.I.V.88 a,Verres solet hæc quæ rapuit & furatus est,dicere se emisse.Off.41 a , Qui cuipiam furatur aliquid,aut clàm eripit.de Nat.57 b , Bestiæ furantur aliquid ex ijs,aut rapiunt.Art.21 a, Nam si ego tuum antè legissem furatũ me abs te esse diceres.I. V.274 b , Auertere aliquid id est,furari .

FVRTIM,clàm.)(.Palàm,liberè.Att.56 b, Metellus furtim in campum currebat.de Or.132 a,Tantum licet furtim,si quãdo & cursim.Ep.266 b,Lagenę, quæ furtim esset exiccatę.cõtra Rul.74 a,Occultè latere,reconditum esse,furtim tradi,&c.pro Do.241 b,Furtim facere aliquid.de N.57 b,Furtim.)(.Palàm liberè .

FVRTIVVS,a,um.occultus.I.P.100 b,Furtiuum iter per Italiã

FVRTVM,ti.compilatio, rei alienæ fraudulenta tractatio . pro Cl.55 b,Ille medicus domi furtũ fecit & cædem huiusmodi.de N.74 b,Consilio tuo furtum factum esse aio.Attic.90 b,Mira erant in ciuitatibus furta Græcorum. Qu.F.294 b, Plura oppidorũ & furta & latrocinia esse depulsa. pro Qu. 49 b,Res erat manifesta,furtum erat apertum,cuius rei furtum factum erat?Ep.266 b, Ne furtum cessationis quæ fisse uidearis .

FVRVNCVLVS,li.I.P.93 b,Iste tantummodo improbus,crudelis olim furunculus,nunc uerò etiam rapax.

FVSCINA,næ.telum tridens ad piscandum aptum. de Nat.21 b,Dãt enim arcum,sagittas,clypeum, fuscinam,fulmẽ,&c. & 44 a,Aut fortè Triton fuscina euertens specus. Accij.

FVSCVS,a,um.pro Sest.6 b, Purpura plebeia ac penè fusca.In Arat.At pars inferior delphini fusca uidetur.de Di.83 a,Fusca cornix.de Nat.55 b,Vox canora.)(.Vox fusca.

FVSE.dispersè,diffusè.de Le.163 a,Quę fusè olim disputabãtur & liberè, ea nunc articulatim distinctęque dicuntur.de Nat.30 a,Vberius ac fusius disputare aliquid.Or.207 a,Fusè latęque dicere.

FVSIO,onis.de N.9 b , Crysippus mundum deum dicit esse, & eius animi fusionem uniuersam.de Vniu.201 b,Fusiones autem deorum.nam apud Platonem est,χυσεῖας.l.Flexio.

FVSTIS.Ep.118 b, Quid si filius meus fustem mihi impingere uolet?In Ver.222 a , Qui primò cum obsistere conarentur, malè mulctati clauis,& fustibus repelluntur.I.P.95 a,Non opus est uerbis,sed fustibus.Att.56 a , Clamor , lapides,fustes,gladij, & hæc improuisa omnia.

FVSTVARIVM,rij.uerberatio, fustium castigatio , ut Modestinus ait.I.A.186 a,Nam si Antonius consul, fustuarium meruerunt legiones , quæ consulem reliquerunt.

FVSVS,a,um.dispersus.l.Fundo.de Or.128 b,Genus facetiarum æqualiter in omni sermone fusum.Orat.206 b,Hæc in omnia genera fusa oratio.de Or.137 b,Sanguis in corporibus fusus.& 123 a,Genus sermonis liquidum , fusum , profluens.)(.Exile,aridum,concisum,minutum.Off.20 a , Decorum quàm latè fusum sit apparet.I.A.258 b,Exercitum hostium cæsum fusumq; cognoui . Off.75 a , Hostes fusi ac fugati.pro Sest.22 a,Homines fuisse ut pro agros ac dispersi.

FVTILIS,le.leuis,uanus.de Diu.88 a,Aruspices uanos futiles que esse dicamus.Tuscu.217 a,Alacritate futili gestiens.& 231 b,Futiles lætitiæ.de Fini.98 a,Quis non odit sordidos, uanos,leues,futiles?de Nat.5 b , Commentitiæ futilesque sententiæ.

FVTILITAS,tis.uanitas.de N.40 a , Hæc plena sunt futilitatis summæq; leuitatis .

FVTVRVS,a,um.consequens,insequens,posterus,reliquus,impendens,quod euenturum est,uenturum, quod sequitur.Attic.93 b,Sed illũ eum futurũ esse puto , qui esse debet.I.A.153 b,Alia porrò propria Dolabella , quæ nisi collega abfuisset,credo eis fuisse futura communia. Ep.54 a,Eum magis cẽsemus communem in uictoria futurum fuisse ? de N. 25 a ,Homines futuros beneficos , & benignos fuisse. I.C. 102 a, Quam sibi perniciosam esse confido & funestam futuram.de Diu.137 b, An tu cẽses ullam anum tam delirantem futuram fuisse,ut somnijs crederet ? nisi, &c.In Arat.21 a, Non dubito quin reditus eius & nobis gratus fuerit,& reipub. salutaris futurus. de Fin. 84 b,& 63 a, Futurũ atq; impendens malum.& 63 a,Futurum,consequens,& posterum tempus.de Sen.93 a,Memoria prǫteritorum,futurorũ prudentia.pro Mil.125 a,Prouidere quod futurum sit.Off.38 b,Prospicere futura.de Nat.62 a,Sæpe ne utile quidem est scire quod futurum sit : miserum enim est nihil proficiendo angi.pro Cluen.19 b,Si in prǫsentia non potero,multæ mihi ad satisfaciẽdum reliquo tempore facultates dabuntur. de D.88 a,Secula reliqua,pro Rabir.96 b,Sapientissimi cuiusque animus prǫsentit in posterum. contra Rul.78 a,In posterum hæc lex imperatoribus uestris constituitur . contra Rul.84 b,Multum in posterũ prouidere.In.C.103 a,In posteritatem tibi aliquid mali redundabit.de Sen.91 b,Prǫteritum tempus nunquam reuertitur, nec quid sequatur scire poteſt.de Diu.130 a,Magnus Dicęarchi liber est,nescire quę euentura sunt:melius esse quàm scire.de Diui.98 a,Neque dij ignorãt ea quæ ab ipsis cõstituta & designata sunt, Epi.80 b.De futuris rebus.

G A

GABINVS,na.pro Plan.263 b , Gabina vicinitas .

GADES, dium . Insula Hispaniæ , & ipsa urbs.pro Corn.63 a,Gades Herculis innerum ac laborum terminus . & ibid.de Gaditanis.

GALATAE,arum.Asiæ populi . Attic.95 a Galatarum auxilia .

GALEA,læ.capitis armatura . I. V. 223 a , In hoc fano loricas galeasq; æneas P.Scipio posuerat.

GALEATVS,a,um.Vt galeata Minerua. de N.21 b.

GALLEOTAE,temporibus Philistini nominabantur in Sicilia interpretes portentorum.de D.88 b.

GALLIA,liæ.de Pro.76 b , Alter ulteriorem Galliam decernit,alter citeriorem. Attic.120 a,M.Marcello Coss.finiente prouincias Gallias Cal.Martijs ipse restitit. & ibid.Gallia ulterior.Epi.115 a,Propter Galliarum controuersiam.pro Mur.145 a,Gallia transalpina.I.A.219 a,Gallia comata.

GALLICANVS,a,um.Gallicus.pro Qu.3 a,De tota illa re atq; ratione Gallicana inter se communicant. I. C.120 a,Ager Gallicanus Picenusq; .

GALLICAE,arum.crepidæ,soleę.I.A.175 a,Nullis nec Gallicis , nec lacerna . Sic enim legendum est, non caligis,teste Gellio,lib.13.cap.22 .

GALLICVS,a,um.Gallicanus.de D.97 b, Brennus eiusq; Gallicæ copiæ.pro Sest.4 a,Pisauri & in alijs agri Gallici partibus.I.C.105 a,In agro Piceno,& Gallico.de Cl.169 b,Ager Gallicus & Picenus .

GALLINA,næ.de N.50 a , Anatum oua gallinis supponimus. Ac.15 a, Quæ id ouum gallina peperisset, dicere solebant. de D.120 a,& de Sen.89 a,Hoc igitur per Gallinas Iupiter tantę ciuitati signum dabat ?

GALLINACEVS,a,um.pro Mur.138 b , Qui Gallum gallinaceum suffocauerit,&c.de D.96 a , Gallos gallinaceos cinere cœpisse.de D.114 a, Gallinaceum fel.

GALLINARIA filua,Romæ.Ep.141 .

GALLINARIVS,narij.qui gallinas curat.Aca.21 b, Quoniam Gallinarium inuenisti Deliacum , qui oua cognosceret .

GALLOGRAECVS.de Ar.150 a,Brogitarus Gallogræcus.

GALLONIVS.præco,& insignis helluo.de Fini.83 b , Vnitur ut Gallonius,loquitur ut frugi ille Piso.,p Qu.17 b, Quæstus & sumptus Gallonij.& 69 b,70 a.

Gallus,li.auis nota.de D.120 a , Galli uicti silere solent,canere uictores.& ibid.Cur ante lucem galli cantat.de D.97 a , Nam auis illa uicta silere solet , canere si uicit.& ibid. Gallos Gallinaceos sic assiduè canere cępisse,ut nihil intermitterẽt.de D.120 a,Galli silentio noctis(ut ait Ennius) fauent faucibus,rursus cantu plausuque premunt alas.& ibi. Cum hoc animal tã sit canorum sua sponte.pro Mur.138 b , Qui gallũ gallinaceũ suffocauerit.& 128 b,Te gallorũ illi buccinarũ cantus exuscitat.ad Her.39 b,Gallus è Phrygia.

GALLVS,li.ex Gallia transalpina.de Or.133 b, Gallus captiuus lub nodis distortus,eiectus lingua,buccis fluẽtibus.pro Font.280 a,Galli humanis hostijs deos placãt.de Ar.248 a, Galli robore,Hispani numero,Pœni calliditate, Græci artibus ualent.pro Corn.61 a,Fœdera nonnullorum ex Gallia Barbarorum .

GAMELION.mensis Ianuarius , Iunoni sacer propter nuptias. de Fin.86 a.

GANEAE,nearum.lustra,loca libidini & helluationib. apta. I. P.82 a,Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo .

GANEO,onis.helluo.I.C.205 a, 106 a, Quis ganeo ? quis nepos,&c.pro Sest.25 a,Egẽtissimus ganeo. Postq.206 b,Cincinnatus ganeo.

GANGES fluuius Indiæ maximus.de Som.129 .

GARGETTIVS.id est,Epicurus Epi.253 .

GARRIO,is,garrire est auium,sed usurpatur pro loqui,idq; sine delectu.Att.186 a,Cum corãm fumus, & garrimus quicquid in buccam uenit.Att.92 a,Cupiebam etiam nunc plura garrire,sed lucet,urget turba.de N.22 b,Tanta est impunitas garriẽdi.de Or.110 b,Philosoph. ĩ gymnasijs garrire.

GARRVLVS,a,um. loquax. ad Hereno. 9 a , Vt huius infantiæ garrulam disciplinam contemneremus .

GAVDENS,tis.Attic.25 a,Animo æquo , imò uerò etiam gaudenti ac libenti .

GAVDEO,des.lætor,exulto, triumpho, lætitia exulto , gaudio exulto,gaudio triumpho,gaudio afficior , lætè fero,fruor. Leg.184 a,Sanè gaudeo,quòd te interpellaui.Attic.140 b, Quæ adhuc fecimus,probari ualde gaudeo,si est nunc ullus gaudendi locus.Q.Fr.313 b,Gaudeo tibi iucundas meas esse literas.& 319 b, Quod scribis te à Cæsare quotidie plus diligi,immortaliter gaudeo.pro S.R.41 a,Quæ perfecta esse gaudeo,uehementerq; lætor.Att.263 a , Id tu nos obtinuisse nõ modò facilè patiare,sed etiam gaudeas. & 152 a, Meum factũ probari abs te triumpho & gaudeo.pro Mar. 133 b,Quare gaude tuo isto tam excellenti bono,& fruere cũ fortuna & gloria,tum etiam natura & moribus tuis.de Finib.66 b,Cum priuamur dolore,ipsa liberatione & uacuitate omnis molestiæ gaudeamus.Cæ. Ep.123 a,Nunc furit tam gauisos homines suum dolorem. Ep.112 b, In theatrũ Curionis Hortensius introijt, puto ut suum gaudiũ gauderemus,& 10 a,In molestia gaudeo.Tuf.201 b, Quoniã hæc plausibilia non sunt,ut in sinu gaudeant.gloriose loqui desinant.de Off. 56 b, Cum intellexero te hoc scientiæ genere gaudere.& ibid.Lætari.

GAVDIVM,dij.lætitia, fructus. Tusc.lib.4, Nam cum ratione animus mouetur placidè atque constanter , tum illud gaudium dicitur:cum autem inaniter & effuse animus exultat, tum illa lætitia gestiens,uel nimia dici potest, quam ita definiunt,sine ratione animi elationem.I.C.102 b,Hic tu qua lætitia perfruere?quibus gaudijs exultabis?quanta in uoluptate bacchabere? Antequam.194 a,Itaque quod putaui fore gaudium,id extitit exitium.de Fin. 141 b , Gaudio compleri,affici,perfundi.

GAVRVS,mons.contra Rul.73 b.

GAZA,zæ.uox Persica , ærarium,pecunia , thesaurus, regiæ opes,bona fortunæque.pro Pom.16 b, Quis ab auro gazaque regia manus abstinuisset.Off. 49 a, Omni Macedonum gaza,quæ fuit maxima,potitus est Paulus.pro Do.225 a,Omnium locupletum fortunæ, omnium prouinciarum fructus, omnium regum bona.Parad.125 b,Pecunia,uectigal,diuitiæ,fructus.

GEDYLANVS ager.contra Rul.76 a.

GELLA,oppidum Siciliæ.6.I.V.

GELLENSES pop.I.V.217.

GELIDVS,da,dum.frigidus,alsior.de Leg.170 b,Fibrenus præcipitat in Litem,eum multo gelidiorem facit, nec enim ullum hoc frigidius flumẽ attigi.de N.45 b,Adde huc fontiũ gelidas perẽnitates.I.C.103 b,Si aquam gelidam biberint.

GEMINATIO,onis.exornatio uerborum.de Or.162 a , Geminatio uerborum haber interdum uim.leporem alias.

GEMINO,as.duplico.In Ar.Perſæpe ut parum tranans geminauerit orbem,de N.28 b,Sol geminatus,id est, duo soles. Par.231 b,Verba geminata atque duplicata .

GEMINVS,a,um. similis,duplex. pro S.R.38 a,Par est auaritia;similis improbitas,eadem impudẽtia, gemina audacia. pro Quin,Ros.54 a,Simillima & maximè gemina societas hæreditatis est.I.V.182 b,Conforti quidem in lucris atque furtis.gemino & simillimo nequitia,improbitate, audacia. In Arat.Quæ uolat & serpens geminis secat aera pennis. pro Ses.21 a,Cum quærerent alij Numerium,alij Quintiũ gemini nominis errore seruatus ẽ.de D.133 b,Gemino lucernæ lumine declarari dissensionẽ.I.P. 88 a,Vos geminæ uoragines,scopulique reip.de Or.160 a,Aliæ sunt geminæ percussiones,quibus,&c.pro Clu. 26 b,C.& L.Fabricij fratres gemini fuerunt.& de Diu.127 a, Fratres gemini. Aca. 15 a,Seruilij gemini.& ibid.Vt mater internoscit geminos consuetudine oculorum,sic tu internosces, si assueueris. de Nat.47 b,Et natos geminos inuises sub caput arcti.& ibid. Sub læua geminorum.

GEMITVS,tus.suspirium,uox dolore expressa. pro S.R.22 a, Vt tota urbe fletus gemitusque fieret. Postq. 208 a,Saltem dum cõticescat lamentatio & gemitus urbis.de Ar.252 b, Non sunt illi gemitus & eiulatus Philoctetæ tam miseri.I. A.176 b,Gemitus & plangor toto foro .

GEMMA,mę.lapillus preciosus ois , siue perlucidus, siue non. I.V.200 a,Nego ullam gẽmam,aut margaritam fuisse,quin abstulerit.& 214 a,Pocula ex auro gemmis distincta clarissimis.& ibi.Vas uinarium ex una gemma pergrãdi. de Sen. 89 b,Cyri ornatus Persicus multo auro multisq; gemmis. ad Her.39 a,Corona aurea magnis fulgentibus gemmis il lumina ta.

GEMMA, qui oculus , & germen in stirpibus ab alijs dicitur.de Sen.88 a,In utibus ineunte uere existit tanquam ad articulos sarmentorum ea quæ gemma dicitur .

GEMMEVS,a,um.I.V.214 a,Trulla gemmea .

GEMMO,as.quod Colum.& Plin.dicunt geminare.Or.204 b, Siquidem est rusticorum gemmare uites,sitire agros,lętas esse segetes.de Orat.Gemmare uites,luxuriem esse in herbis,&cæ.

GEMO,mis.gemitum facio,ingemo,ingemisco. Attic. 236 b, Hæc me species cogitatioq; perturbat,ne gemam . Anteq. 197 b,Equites Romani,quorum factis gloriantur ciues,lętantur socij,gemunt hostes.pro Plan.280 b, Hos pro mei, lugere,hos gemere uidebam.pro Sest.18 a,Hæc gemebant boni,sperabant improbi.I.P.85 a, Quorum nemo te aspexit,qui non gemeret desiderio mei.Postquam.206 b, Quo minus occulte uestrum malum gemeretis.Att.33 a,Hic status una omniũ uoce gemitur.& 34 a, Grauiter gemes istã iurtutem .

GENAE,narum.sunt oris partes eminentiores, oculis subiectæ,quæ malæ quoque dicuntur.de Nat.55 a,Genæ ab inferiore parte tutantur oculos , subiectæ leuiterque eminentes.Tusc. 204 a, Muliebres lacerationes genarum.de Leg. 182 a,Mulieres genas ne radunto.I.P.70 b,Pilosæ genę,dẽtes putridi.Tusc. 196 a,Lachrymæ perdere humore exangues genas.

GENEALOGI,gorum.sic enim legendum est, nõ genealogijs. sunt qui de ortu & originibus scribũt.de Nat.68 a,Dij,qui à genealogis antiquis nominantur.

GENER,ri.filiæ uir.Att.55 a , Is abiecta toga se ad generi pedes abiecit .

GENERALIS,le.communis,uniuersus,confusus,latè manans, ad multos pertinens,latè patens.Off.19 b,Generali quoddam decorum intelligimus,quod in omni honestate uersatur:aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis.de In.44 a,& 45 a,& 69 b,Cum de genere negocij controuersia est,constitutio generalis uocatur, Of.66 a, Fidei bonæ nomen manat latissimè, idque uersatur in multis iudicijs.pro Sest.3 b, Sed quoniãm singulis criminibus cæteri responderunt,dicam ego de omni statu P.Sestij , de genere uitæ,&c.& ibi. Contendamq; in hac confusa atque uniuersa defensione,ut nihil,&c.

GENERALITER.communiter,una comprehẽsione omnia cõplecti, γενικῶς. de In. 52 a, Nam tempus quidem generaliter definire difficile est. Ar.8 b,Vt omnia illius ordinis consultà γενικῶς laudaret.de In. 80 b, Deinde utra lex de genere omni,utra de parte quadã , utra communiter in plures, utra in aliquam certam rem scripta uideatur .

GENERATIM . per singula genera , generaliter . I. V. 143 b,

Ergo

Ergo ab uniuersa prouincia, generatimque à singulis eius partib. diligitur. & 136 b, Nam aut publicè ciuitates istos honores habent, aut generatim homines, ut aratores, mercatores, nauicularij. I.P. 98 a. Quid auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? genera tim ea, quæ maximè nota sunt, dicã. Or. 201 a, Orator percurret omnes locos, uteetur aptis generatim. de Or. 90 a, De iure generatim in ordines ætatesq; descripto. & 121 b, Sed hæc Crassus aliquando uobis expediet, & disponet, descripta generatim. & 100 b, Nulli fuerunt, qui illa artificiosè digesta generatim componerent. Ac. 12 b, Exponam igitur generatim argumẽta eorũ. At. 173 a, Non nominatim, sed generatim proscriptio est informata. I.V. 265 a, Nam quid ergo de cęteris ciuiũ Rom. supplicijs figillatim, potius quã generatim atq; uniuersè loquar? his duobus exemplis perspicuum est, generatim pro generaliter usurpari. de Or. 112 b, Infinitum mihi uideturid dicere, in quo aliquid generatim quæreretur, hoc modo: Expetenda ne esset eloquentia, expetendi ne honores. de In. 64 a, Vt si amicitiæ quid causa factũ dicetur, si inimici ulciscendi, si metus, si gloria, si dinique, ut omnia generatim amplectamur, alicuius retinendi, augendi, adipiscendi ue commodi causa, &c.

Generator, oris, genitor. de Vn. 201 b, Qui nosse generatores suos optimè poterant.

Genero, as. gigno. de L. 161 b, Hominem generauit & ornauit Deus. de Vn. 155 b, Semper ne fuerit mundus, nullo generatus ortu, an ortus sit. Tusc. 242 a, Initia, unde omnia sunt orta, generata, concreta. Of. 5 b, Homines hominum causa esse generatos. I.A. 192 a, Mars à quo populum Romanum generatum accepimus. Off. 21 a, Neq; enim ita generati à natura sumus, ut ad ludum & iocum facti esse uideamur.

Generosvs, a, um. qui altiore animo est, magnanimus. præstans, magnificus, clarus. Offic. 69 a, Cum de imperio certamen esset cum rege generoso ac potenti. de Clar. 183 a, O generosam stirpem. de D. 84 b, Ciuili generosa stirpe profectus. Tuscula. 178 a, Quod natura ipsa, & quædam generosa uirtus statim respuit. de Amic. 101 b, Humilem sanè relinquunt, & minimè generosum, ut ita dicam, ortum amicitiæ. de Cl. 189 b, Voce, motu, forma etiam magnifica & generosa quodam modo. Parad. 119 b, Virgo generosa & nobilis. (. Ignota.

Genialis, le. nuptialis, uoluptuarius. pro Clu. 20 b, Lectus ille genialis, quem biẽnio antè filiæ suæ nubenti strauerat.

Genicvlatvs, a, um. è geniculo: id est, geniculis distinctus. de Sen. 87 b, Culmus geniculatus.

Genitalis, le. indigenitalis, gentilitius. l. Aeuum.

Genitivvs, casus. In Or. Genitiuorum pluralium neutrorum secundæ declinationis syncopa.

Genitor, oris. generator. de Vn. 199 b, Quo nihil ab optimo genitore melius procreatum est. & 293 a, Imitantes genitorem & effectorem sui. de Diuinat. 121 b, Genitor Saturnius, &c.

Genitrix, cis. de Diu. 131 b, Nona super tremulo genitrix clangore uolabat. poetæ.

Gens, gentis. genus, natio. de Nat. 78 b. 79 a, Deum non curare singulos homines, nec ciuitates, nec nationes & gentes. Of. 11 a, Propior est eiusdẽ gẽtis, nationis, linguæ. I.C. 121 b, Quid id egerunt ut gẽtẽ Allobrogum in uestigijs huius urbis collocarent. pro Pont. 291 a, Exteræ nationes & gentes. pro Pom. 9 b, Gentes ac nationes. I.C. 99 a, O dij immortales ubi nam gentium sumus. Attic. 92 a, Quippe res est in manibus, tu autem abes longè gentium. Item: Nostri τυραννοκτόνοι longè gentium absunt. I.V. 265 a, Vbicunque terrarum & gentium. pro Flacc. 146 a, Gens Valeria. de Orat. 99 b, Marcelli ac liberti filio stirpe, Claudij eiusdem hominis hæreditatem gente ad se redisse dicebant. de Fin. 32 a, Cleanthes quasi minorum gentium Stoicus. Tusculan. 154 a, Dij maiorum gentium. Epistol. 139 b, Patricij minorum gentium. Acad. 32 a, Maiorum uel minorum gentium esse. l. Familia.

Gentilis, le. Topit. 223 a, Gentiles sunt, qui inter se eodem sunt nomine ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit, qui capite non sunt diminuti. de In. 80 b, Si furiosus est, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaq; eius potestas esto. & ad Her. 4 b, 5 a. Tusc. 156 a, Antiquus sanè, fuit enim meo regnante gentili. de Cl. 174 a, Tum etiam gentilis Brute M. Pennus. de Vn. Homines deorum immortalium quasi gentiles sunt. I.V. 147 a, Respondemihi nunc Verres, quem esse hunc tuum penè gentilem Verrutium putas?

Gentilitas, tis. genus, gens. de Ora. 99 b, In ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis iure dicendum.

Gentilitivs, a, um. gẽtis & generis cõmune. de Arusp. 251 a, Qui sacrificia gentilitia illo ipso in sacello factitarunt.

Genv, nu. genus, nodus in quo femora definunt, cuius pars posterior, poples dicitur. Postquam. 208 a, Tu affinem tuã filiam meam superbissimis uerbis à genibus tuis repulisti. Tuscul. 187 a, Genu M. Antonium uidi, cum contentè ipse pro se diceret terram tangere. Genu nixus, qui genu flexo connititur. l. Engonasis.

Genvarivs, rij. nummus Genuæ cusus, quæ erat in Cæsaris prouincia. Att. 89 a, Sed heus tu, Genuarios a Cæsare per Herodem, talenta Attica L. extorsistis.

Genvs, genu. I.A. Atq; inter flexum genus, &c. & læuum genus. & ibidem sæpius, poetica licentia.

Genvinvs, ni. de N. 53 a, Dentium aduersi acuti diuidunt escas, intimi autem conficiunt, qui genuini uocantur.

Genvs, ris. natura, ratio commune genus, genus primum genus uniuersum, res uniuersa, species, modus. Top. 223, Genus est notio ad plures differentias pertinens, forma est notio, cuius differentia ad caput generis, & quasi fontem referri potest. de Oratore, 100 b, Genus, id est, quod sui similes communione quadam, specie autem differentes duas aut plures complectitur partes. de In. 46 b, Genus est, quod plures partes amplectitur ut animal pars est, quæ subest generi, ut equus: sed sæpe eadem res alij genus, alij pars est, ut homo animalis pars est, Thebani aut Troiani genus, & 51 b, Genus est quod partes aliquas amplectitur, ut cupiditas pars est, quę subest generi, ut cupiditati amor, auaritia. & ibidem a, Quare cum genere idem sit, sit aliud, quod quadam parte & specie differat. de Orat. 146 a, Formæ dicendi specie dispares, genere laudabiles. Or. 199 b, Virtutes species dispares prudentia coniũgi. de Or. 145 b, In ea uaricate oratorem ferè melius à deteriore facultate magis quàm genere distinguitur. pro Sest. 33 a, Sed genus uniuersum breui circumscribi & definiri potest. de Or. 107 b, Idem genus uniuersum in species certas partietur & diuider. de Amicitia, 10 a, Amicitia nullam ętatis degendæ rationem patitur esse expertem sui. de L. 161 b, Prima & inchoata intelligentia: id est, primum genus. de Or. 119 a, Et idem de cæteris rebus eiusdem generis uel separatim dicere solemus de genere uniuerso, uel definitè de singulis temporibus, hominibus, &c. de Inuen. 80 b, Lex scripta, uel de genere omni, uel de parte quadam. de Or. 121 a, Argumentare uocentur oportet ad genus & ad naturã uniuersam. & ibid. Oratio ad uniuersi generis disputationem referatur, necesse est. & ibid. Generum uniuersæ quæstiones. & ibid. b, Perpetui iuris & uniuersi generis quæstio. pro Flac. 512 a, Quęrendum est ergo de communi genere testium. de Ora. 114 a, Generum infinitæ quæstiones. de Or. 121 b, Genera esse definita nõ solùm numero, sed etiam paucitate. de Or. 100 b, Si quis omne ius ciuile in genera diuidat, quæ perpauca sunt. de Orat. 95 a, Res aliquas uerbis designare, generibus illustrare, partibus distribuere. Acad. 13 b, Nihil de suo genere in aliud genus transferri potest. Of. 42 a, Mihi hæc ofo suscepta non de te est, sed de genere toto. Of. 55 b, Tota igitur ratio taliũ largitionũ genere uitiosa est, cẽpotibus necessaria. de Fi. 97 b, Sed ea ęstimatio genere uaet, nõ magnitudine. Tus. 235 b, Natura quicquid genuit in suo genere pfectũ esse uoluit. de N. 34 a, Sol efficit ut oia floreãt & in suo quęq; genere pubescãt. Tus. 195 b, Perturbationes genere quatuor sunt, partibus plures. de Or. 123 b, Genera & partes generibus subiectæ. de In. 69 a, Non in omnem causam, sed in omne genus causæ incidunt. & 75 a, Qui diligenter omnium causarum uim. & naturam cognouerit, cùm genere primo, tum etiam forma eas intelligat. diffidere. Top. 224 a, Vltimum genus, id est, quod uocant generalissimum. de Orat. 153 b, Explicatis his generib. & modis disceptationum. I.V. 112 a, Vt intelligatis cum Romæ quæsisse, non modò genera furandi, sed etiam nomina, Tus.

332 b, Diuitiæ genere, non numero cernuntur. de Opt. 243 a, Oratorem genere non diuido, perfectum enim quæro, & ibid. Verum id fit non genere, sed gradu. pro Pom. 9 a, Bellum genere ipso necessarium, magnitudine periculosum, &c. pro Dom. 228 a, Tantus splendor generis hominũ, ætatum, ordinum. pro Corn. 57 b, In omni genere & uarietate artium excellere. de O. 104 a, Teneat oportet uenas cuiusq; generis, ætatis, ordinis. I.A. 197 a, Num ex iudicũ genere & forma. & 196 b, Si hoc genus in unum redigatur: id est, si omnes hæ pecuniæ congregentur. I.A. 206 a, Semper eum duo genera, lenonum & latronũ delectarũt. pro Sest. 21 a, Non sum tam insolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper. pro Plan. 168 a, In hoc genere & fuimus ipsi & alij complures. Ep. 57 a, In hoc toto genere plura faciam quàm scribere audeo. & Tus. 171 a. Qu. Fr. 300 a, Qua de re & de hoc genere toto pauca cognosce. I.V. 61 b, Sed de isto custode toto sic uobis breuiter respõdebo. Brut. 91 b, Tuum consilium Brute de toto genere belli. & ibid. a, Quid sentiam tota de constitutione huius belli, &c. Qu. Fr. 307 b, Te quotidie in omni genere desidero. Att. 254 a, Is me in omni genere delectauit. Att. 197 b, Tota domus in omni genere diligens. Tusc. 192 b, Quo in genere Achamãtem furere dicimus. de Amic. 108 a, Sunt igitur constantes eligendi amici, cuius g generis magna penuria est. Attic. 5 a, Quo in genere magno studio efferimur. de Or. 110 a, Qui in aliquo genere inconcinnus est, is ineptus dicitur. de Or. 135 a, Huius generis plenus est Næuius. Att. 98 a. Prudentia tua, quam in omni genere iudico singularem. Or. 205 b, Genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν, nomine rectè, genere melius esse, qui ista omnia translationes uocat. & 198 a, Neque uerò sine philosophorum disciplina genus & speciem cuiusq; rei cernere, neque eam definiendo explicare, nec tribuere in partes possumus. Tribuere rem uniuersam in partes, id est, genus. l. Tribun. de Opt. 243 a, A perfecto qui absunt, non genere differũt, ut Actio Terentius, sed in eodem non sunt pares. Orat. 201 a, Orationis genus sonans est in illo epidictico genere. de L. 160 a, Ex tot animantiũ generibus atq; naturis. de. de N. 45 b, Varia genera bestiarum, uel cicurum uel ferarum. de Clar. 176 a, Licinius genere toto seruidior. Qu. F. 324 b, Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo quàm mihi. Of. 24 a, Implicaliquo certo genere cursuq; uiuendi. de Orat. 158 a, Ex quo genere hæc sunt. & 192 b, Et eius generis homines. & 103 a, Ex eo genere. Att. 207 a, Orationes, aut aliquid id genus soleo scribere. de Inuent. 83 b, Quod genus, ut necesse est, &c. & 82 b, Quod genus, fidentiæ contrarium est diffidentia. & ibid. Quod genus, pactum, par, iudicatum. & ibi. Quod genus, uirtus, scientia, ueritas est. & 83 a, Quo in genere est gloria. ad Heren. 15 b, Quod genus hi sunt, qui, &c. & 2 a, Quod genus, si dicam, me, &c. & 9, Quod genus ut eas, &c. & de Inuen. 47 b. de Finib. 107 a, Cæteraq; quæ sunt generis eiusdem. Offic. 2 b, Et quæ sunt generis eiusdem. & 4 b, Et ea quæ sunt his similia. de Finib. 69 b, Istius generis afotos.

Genvs pro gẽre, & nomine. de Clar. orat. 183 b, Scipionis genus est ex ipsius sapientiæ stirpe generatum. I.A. 193 b, Virtus, quæ propria est Romani generis atq; seminis. In Verrẽ 273 a, Qui nobili genere nati sunt. pro S.R. 20 b, Aliquis genere ac nobilitate suæ ciuitatis facilè primus. de Or. 135 a, Quidam malo genere natus. pro Cec. 296 a, Serui uæ familiæ & genere, & nomine continentur. pro Mur. 127 a, Contempsisti L. Murenæ genus, extulisti tuum. pro Flac. 147 b, Natio Græcorum, &c. à genere isto, &c. in illo numero, &c. de In. 50 a, Hominum genus in sexu consideratur, uirile an muliebre sit. l. Familia.

Geographia, phiæ. At. 25 a, De geographia dabo operam, ut tibi satisfaciam.

Geometra, metræ. geometres. Offic. 58 b, Geometræ solent non omnia docere, sed postulare, ut sibi quædam concedantur, quo facilius, quæ uelint, explicent. Ac. 28 a, Geometræ prouideant, qui se profitentur non persuadere, sed cogere. de Fi. 90 b. & de D. 110 b. & de Fat. 143 a, Geometræ, musici, grammatici, &c.

Geometres, træ. geometra. Ac. 7 a, Quomodo geometres cernere ea potest, quæ, &c.

Geometria, æ. geometrica. Tu. 149 a, In summo apud Græcos honore geometria fuit. de Or. 155 a, Geometriam Euclides & Archimedes tractauerũt. de D. 110 b, Quæ in geometria describuntur, mathematicorum sunt, nõ aruiolorum. de Fin. 53 a, Discere geometriam ab aliquo. de Or. 100 b, In geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines. Of. 4 b, In geometria S. Pompeium cognouimus, &c.

Geometrica, orum. Tusc. 160 a, Quasi geometrica didicisset.

Geometricvs, a, um. Tusc. 160 a, In illo libro Pusionẽ quendam Socrates interrogat quædam geometrica de dimensione quadrati. de D. 134 a, Si uelim geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare. Ac. 29 b, Quod si geometricis rationibus non est crediturus, quæ uim afferunt indicendo, nę ille longè abierit, ut rationibus credat philosophorum. de Finib. 126 b, Vt multa non modò probabili argumentatione, sed etiam necessaria mathematicorũ ratione concluderent. At. 187 b, Sed tu me γεωμετρικῶς refelleras.

Gerens, tis. pro Qu. 11 b, Aliquis locuples, & sui negotij bene gerens. I.C. 109 a, Malè gerendo negotio.

Germane, fraternè. Quint. Fr. 316 a, Ego tibi germanè fraternè; rescribam.

Germani, pop. At. 225. pro Cor. 61. de Pro. 75. I.P. 97.

Germanitas, tis. communio sanguinis, quam barbari fraternitatem dicunt, Verg. & Liu. consanguinitatem. pro Lig. 142 b, Moueat te horum pietas, moueat germanitas. de Ar. 253 b, Clodius in domesticis est germanitatis stupris uolutatus.

Germanvs, ni. ex eodem genere & stirpe eadem orti, præsertim fratres & sorores. I.V. 102 b, C. Fannius frater germanus. Qu. Ticinij. & pro Do. 237 a de Fi. 124 a, L. Cicero frater noster, cognatione patruelis, amore, germanus. pro Mil. 115 b. & de D. 89 a, Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. pro Fon. 283 b, Cum præsertim uirgo germana fratrẽ cõplexa teneat. Par. 237 b, Cõiuges, liberi, germani, parentes. I.C. 233 b, Nisi fortè iure germanũ Cimber occidit. locus est ex ambiguo.

Germanus. pro uerò & sincero. Of. 65 b, Sed nos ueri iuris germanæq; iustitiæ solidã & expressam effigiem nullã tenemus. de L. 165 a, Hæc est mea germana patria, hic enim ortus sum. con. Rul. 85 b, Illi uereres germaniq; Campani. de Cl. 192 b, Hæc germana ironia est. de Orat. 123 a, Inter Aristotelem & hos germanos huius artis magistros hoc interest, &c. Or. 199 b, Hi cum malitia quadam & hiantia loquti sunt, germanos se putant esse Thucydides. pro Cæl. 42 b, Germani Luperci. At. 17 a, Sub lustrum autẽ censeri, germani negotiatoris est id est, uerè negotiatoris.

Germanus, pro simili, & congruenti. Par. 232 a, Memoria literaturæ germanæ quodam modo, & in dissimili genere similis. I.P. 82 b, Illud uerò germanum consilijs Catilinæ & Lẽtu. quod me domo expulistis. Ac. 33 b, Erat Antiochus, si perpauca mutauisset, germanissimus Stoicis. hæc est uera lectio, etiam si quidam corruptè legant, gravissimus Stoicus.

Gero, ris. administro, tracto, facio, transigo, tueor. Epist. 5 b, Quę gerantur accipies ex Pollione. & 8 a, Quanquã te ita gerere uolo quæ per exercitum gerenda sunt. & 131 a, Nihil enim Romæ geritur, quod te putem scire curare. & 14 b, Qui mihi quæcunq; res gerat, tuendus est. pro S.R. 41 a, Viri fortes quorum opera eximia in rebus gerendis fuit. pro Do. 232 a, Illud pulcherrimum factum: quod ex auctoritate senatus gessi. Off. 3 b, Quæ cura exuscitat animos & maiores ad rem gerendam facit. At. 204 b, Si ipse negotiũ meum gereremi, nihil gererem nisi consilio tuo. pro S.R. 37 a, Qui rem mandatam malitiosius gessisset. pro Qu. 3 a, Res quæ libidine, non ratione geruntur. & 2 a, A principio quẽadmodum res gesta & contracta sit exponam. pro Qu. 4 a, Hæc dum Romæ geruntur, interea, &c. de Orat. 161 b, Res quasi gerantur, sub aspectum penè subijcere. & 131 b, Vt ijs qui audiunt tum geri illa fieriq; uideantur. & 140 a, Sapientia omnes res humanæ geruntur. pro Q. 7 b, & de Fin. 138 a, Quid negotij geritur, in quo ille tot & tales uiros de

fatigat? pro Quint. Rosc. 50 b, Tu tuum negotium gessisti bene. pro Qu. 11 b, Sui negotij bene gerens. Offic. * Nostro more, malè rem gerentibus patribus bonis interdici solet. I. C. 109 a, Malè gerendo negotio. de Finibus, 137 b, Maximè ij res gestis audire & legere uolunt, qui à spe gerendi absunt confecti senectute. At. 78 a, Cassius inscutus hostes rem bene gessit. Epist. 250 a, b, Gerere remp. & Post quàm. 203 b, Bene gerere rempu. pro S.R. 40 b, Cùm solus remp. gereret, orbemq; terrarum gubernaret. pro Do. 232 a, Illud pulcherrimum factum, quod ex autoritate senatus gessi. I. A. 202 a, b, Remp. ab aliquo bene & feliciter gestam esse. At. 257 b, Gerere rem publam. de Fi. 138 a, Gerere aliquid priuatim. At. 251 b, Gerere, regere, gubernare. de In. 50 b, Gerere & administrare aliquam rem uel negotium. de Fin. 104 b, Vt sapiens uelit gerere & administrare rem. Ep. 204 b, Neq; tamen te impedio, quo minus susceptũ negotium pro tua fide & diligentia ex uoluntate Cæsaris, qui tibi rem magnam difficilemq; commisit, gerere possis. Ep. 72 a, Gerere aliquam rem ex sententia. & 21 b, Gerere rem feliciter, & ex sententia. pro Qu. 2 b. Qui magna fide societatem gerunt. de L. 193 a, Comitia illa sunt armis gesta per uilibus. pro Sest. 20 a, Vt suis munitus tuto in foro magistratum gereret. pro Sest. 11 a, C. Marius sextum iam consulatum gerens. & 6 b, Gerere duumuirum Capuæ. I. V. 136 a, & ad Her. 18 b, Gerere potestatem, id est, magistratum.

Gerere, pro referre, uel repræsentare. Of. 25 a, Magistratus gerit personã ciuitatis. & 55 a, Illi septem ex mediorũ officiorum frequentia, similitudinem quandam gerebant speciemq; sapientum. & 68 a, In hominis figura immanitatem gerere belluæ.

Gerere, pro habere, uel ostendere. Of. 12 b, Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem. Par. 123 a, Gerere igitur animum laude dignum.

Gerere, pro habere, præbere. tractare, adhibere, probare. At. 87 a, Ille uaide se honestè gerit. & 37 a, Nunc ita nos gerimus, ut, &c. & 136 a, Qui hic potest se gerere non perditè? Of. 18 b, Quanto superiores sumus, tanto summissius nos gerimus. At. 77 a, Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus reruntius insumatur in quenquam. Of. 20 a, Natura nos docuit non negligere, quẽ admodum nos aduersus homines geramus. pro Ar. 187 a, Gerere se pro ciue. Ep. 181 b, Quonam modo me gererem aduersus Cæsarem, uitus consilio tuo sum. Tu. 185 b, Turpissime se gerere. At. * Prudenter se gerere. At. 33 a, Et ad me ab eo quasi κατοθήκας afferes, quemadmodum me gerã. Epi. 209 a, Quo in munere ita se tractauit, ut, &c. pro Lig. 137 a, Qui in legatiõe omnibus ita se probauit, ut, &c. I. C. 117 a, Deinde ita me in rep. tractabo, ut, &c. Q. F. 294 a, Bene se adhibere in potestate. pro Sest. 3 b, Gerere bellum cum aliquo. Ep. 38 a, Gerere amicitiam. Liber de amicitia gerenda. I. V. 65 b, Gerere graues inimicitias cum aliquo. id est, habere, uel exercere. At. 228 b, Gerere simultatem cum aliquo. pro De. 249 b, Tamen hominum more inimicitias gerere poteratis. de N. 26 a, Geram tibi morẽ. id est, obediã, parebo. Præ se gerere: id est, præ se ferre. de In. 82 a, Præ se gerere quandam utilitatem. & 65 b, Nam affectionis ratio perspicuam solet præ se gerere coniecturam.

Gesta, orum. acta, post Red. 207 b, Tunc ausus es isto oculo, non dicãm isto animo, ista fronte, nõ uita, tanto supercilio, non enim possum dicere, tantis gestis, cum Gabinio consociare consilia pestis meæ? &c.

Gestiens, tis. (. Perterritus. de N. 56 a.

Gestio, stis. gestu corporis desiderium aliquod ostendo, præ gestio, studio efferor tui uidendi, in foro salto, tanta lætitia auctus sum ut mihi non constẽ. de Fi. 67 a. de N. 16 b, Quod ni ita esset, cur non taurus æquè contrectatione gestiret? I. A. 194 a, Antonius senatum delere gestit. Att. 60 b, Gestio scire ista omnia. pro Mar. 132 b, Parietes huius curiæ tibi gratias agere gestiunt. Epistol. 93, Nihil est cur aduenientib. te offerre gestias. de Finib. 108 a, Nil erat quòd Zeno mutare gestiret. Attic. 27 a, Gestit animus aliquid agere in repu. de Pro. 76 a, Si in Capitolium inuehi uictor cum insigni illa laurea gestiret. Off. 20 b, Qui nimia uoluptate gestiunt. Tu. 212 a, Cum & inaniter & effuse animus exultat, tum illa lætitia gestiens uel nimia dici potest. & 231 b, Elatus inani lætitia, exultans, temere gestiens. & 211 b, Lętitia ut adepta iam aliquid concupitum, efferatur ac gestiat. de Fi. 67 a, Lætitia gestire. de Or. 110 b, Animi nostri forensibus negotijs defessi gestiunt, &c.

Gestio, onis. actio, tractatio. de In. 66 b, Deinde est ipsius negotij gestio pertractanda. & 50 b, In gestione negotij.

Gesto, as. fero, porto. I. A. 231 b, Idq; caput gestari iussit in pilo.

Gestvs, a, um. Or. 199 b, Thucydides res gestas & bella narrat. & Off. 12 b, Nemo non quasi mercedem rerũ gestarum desiderat gloriam. Item pro Cor. sæpe.

Gestvs, stus. motus, motus corporis. Actio. Att. 86 a, Illud de gestu histrionis tu sceleste suspicaris, ego ἀφελῶς scripsi. Or. 95 a, Qui in gestu semel peccarit, non continuò existimatur nescire gestum. Of. 26 a, Histrionum nonnulli gestus ineptijs non uacant. de Or. 95 b, & 130 a, Gestus penè summorum actorum. & pro Qu. 14 a, Miror eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum inspectante Roscio. pro R. P. 128 a, Humeris gestum agebant. Or. 204 a, Lumina, quæ Græci, quasi aliquod gestus orationis χύματα appellãt. de Or. 107 a, Vox & gestus subito sumi, & alicunde arripi non potest. Aca. 36 a, Et hoc quidem Zeno gestu conficiebat, manu extensis digitis aduersam manum ostendebat, ac uisum dicebat huiusmodi esse. de Orat. 131 a, Cum extento brachio paululum etiam de gestu addidit. Pa. 120 b, Vita quę omni gestu moderatior, omni uersuaptior esse debet. pro Cęl. 17 a, Gratificatur mihi gestu accusator, significat enim, &c. In Vat. 36 a, De gestu intelligo quid respondeas. de Or. 152 a, Nunquam agit hunc uersum Roscius eo gestu quo potest. pro Q. R. 48 b, Non eodem tempore, & gestum, & animam agere? ad Her. 21 a, In gestu conuenit nec uenustatem conspiciendam, nec turpitudinem esse, ne aut histriones, aut operarij uideamur esse. & ib. Si utemur amplificatione paulo tardiore, & consideratiore gestu conueniet uti. & ibi. Sedatus & constans gestus.

Getae, pop. At. 145.

Gigas, tis. Titanes. de N. 40 a, Dij cum Titanis & cum gigãtibus bellum gesserunt. de Ar. 248 a, Gigãtes illi, quos poetæ ferunt bellum dijs immortalibus intulisse. de Sen. 248 a, Nam quid est aliud gigantum more bellare cum dijs, nisi naturæ repugnare?

Gigno, gnis. genero, creo, pario, procreo, suscipio. de N. 12, Omnia quæ natura gignit, maturata pubescunt. & paulò supra, Et reliqua quæ terra pariat. & de Fin. 133 a, Ea quæ terra gignit. Of. 5 b, Quæ in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari. de N. 52 a, Pisces, ut aiunt, ouacum genuerint, relinquunt. de Orator. 121 b, Si mihi filius gignitur, &c. de Fi. 53 b, Ad maiora quædam nos natura genuit. & 87 b, Vt in gignendo, in educando, de N. 68 a, Hercules hic ex Latona quem Iupiter genuit. de D. 128 a, Semina uis, quæ ad gignendum procreandumque plurimum ualet. Tusculan. 215 a, Morbus & ægrotatio ex totius ualetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur. ad He. 25 a, Parere, gignere, proferre. & 24 b, Gignis nobis nouas præceptiones. de Cla. 188 a, Qui non illustrauit modò, sed etiam genuit in hac urbe dicendi copiam. Antequam. 193 b, Pax & cõcordia extraneis gignetur. I. A. 164 a, Vt idem Deus urbem hanc gentibus, uos huic urbi genuisse uideatur. Orat. 297 b, Plato ideas gigni negat. de N. 22 a, Cum ipse sui generis initium ab se gigni & propagari uellet. de Vn. 199 a, Cum Deus animum ex sua mẽte & diuinitate genuisset. Tus. 200 a, Tum opiniones uerę firmaque gignuntur. pro Cæ. 47 a, Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit.

Glacies, ei. de N. 31 a, Glaciem calore liquefactam & dilapsam diffundi.

Gladiator. oris. lanista, myrmillo, machærophorus. de Or. 116 a. Ars ludicra armorũ, & gladiatori, & militi prodest aliquid. I. A. 202 a, Quem gladiatorem non ita appellauit, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed appellant ij, qui planè & Latinè loquuntur, Myrmillo in Asia depugnauit. pro S. R. 21 a, Vetus ac nobilis gladiator. p S. R. 20 a, Homines sicarij atq; gladiatores. I. V. 180 b, Qui à scurris potius semper gladiator, quàm scurra appellatus sit. pro S. R. 38 a, Num ille lanista omnino iam à gladiatore

UNIVERSITAT DE GRANADA Hospital

gladiatore cessisse uidetur? I. P. 83 b, Si mihi cum illo bustuario gladiatore decertandum fuisset. I. A. 174 b, Tam bonus gladiator rudẽ tã cito accepisti? Orat. 219 b, Athletę & gladiatores. pro Syl. 177 b. Gladiatorum familiæ.

Gladiatoribvs absolutè, pro ludis funebribus, siue gladiatorum munere. Attic. 22 a, Is quærit ex me, num consuessem Siculis locum gladiatoribus dare. & Attic. 34 a. Item Famil. Epistol. 164 b, & In Ant. 159 b, & 224 a. Item. Atti. 38 b, Vt in foro, gladiatoribus Gabinij Pompeium adorirẽtur, malè legunt hic quidam, cum gladiatoribus: nam tempus significat ludorum, quo gladiatores à Gabinio exhibebantur.

Gladiativs, a, um. de Orat. 138 a, In ipso illo gladiatorio uitæ certamine. pro Mur. 141 b, Si uirgo Vestalis huius propinqua locum suum gladiatorium concessit huic, &c. pro Mil. 119 b, Pugna gladiatoria. I. C. 106 a, Ludus gladiatorius. Tuscu. 219 a, Gladiatoria iracundia. Ars ludicra armorum. I. Gladiator.

Gladivs, dij, sica. pugio. de Or. 124 a, Et tu inimicus eius cum gladio cruento comprehensus es. In Cat. 111 a, Iidem gladios in rempublicam districtos retudimus. & ibid. Mucrones gladiorum à iugulis nostris reiecimus. pro Mar. 113 b, Gladium uagina uacuum in urbe non uidimus. de Inuent. 63 b, Educere gladiũ è uagina. & At. 56 a, Eductis gladijs. Off. 74 b, Distringere gladium. In Ant. 164 b, Gladio stricto insequi aliquẽ. de Inuen. 63 b, & 64 a, Recõdere gladiũ in uaginam. I. C. 112 a, Ex ædibus Cerniis maximum sicarum numerũ gladiatorumq; extulit. Tusc. 240 a, Fulgentẽ gladiũ è lacunari seta equina appẽsum demitti iussit. Atti. 10 b, Gladio plumbeo iugulatum iri. pro Se. 7 b, Vt si gladium paruo puero dederis. pro Cec. 301 a, Suo quemadmodum dicitur, gladio confici.

Glandifer, a, um. In Antonium, 179 b, Quæ arationes glandiferæ & fructuosę ferebantur. de Legib. 156 a, Glandifera quercus.

Glans, dis. quercus arboris nux. de Ar. 244 b.

Glarea,ræ. arena, uel lapides minutissimi in littoribus. Q. Fr. 318 b, Eo loco puluis non glarea iniecta est.

Gleba, bæ. cespes terræ. de L. 181 b, Iniecta gleba tumulis & humatus est, & gleba dicitur. I. V. 153 b, Iniquos decumanis omnes dicebat esse, qui unam agri glebam possiderent. contra Rull. 88 a, & 80 b, Non admitur cuiquam gleba de Syllanis agris. pro Cec. 296 b, Glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem agere. & ibid. Non esse arma cespites neq; glebas.

Glisco, scis. cresco. In Hort. Ad iuuenilem libidinem copia uoluptatum glisciit, ut ignis oleo.

Γλίσχρος. I. Minutatim.

Globosvs, a, um. rotundus. de Vn. 198 a, Mundus globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci uocãt. de N. 49 a, Mũdus globosus est. de N. 35 b, Mundi uolubilitas, quæ nisi in globosa forma esse non potest. de N. 45 b, Terra solida & globosa. de Som. 128 a. Stellæ globosæ & totundæ. ad Her. 13 a, Saxum globosum: id est rotundum.

Globvs, bi. σφαῖρα. de N. 35 a, Duæ formæ præstantes sunt: ex solidis globus, sic enim σφαῖραν interpretari placet? ex planis circulus uel orbis, qui κύκλος Græcè dicitur. de Som. 128 a, Ille globus quem in hoc templo medium uides quæ dicitur terra. & ibi. Stellarum globi terræ magnitudinem facilè uincunt. Tusc. 162 b, Tum globum terræ eminentem è mari. de D. 100 a, Cum cœlũ discessisse uisum est, & in eo animaduersi globi.

Glomero, ras. colligo, inuoluo, implico. de D. 84 a, Omnia fixa tuis glomerãs determinat annus. & Tus. 180 a, Clades uetusta seclis glomerata horridis.

Gloria, tiæ. claritates, splendor, lux, amplitudo. de Inuent. 83 a, Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. pro Mar. 135 a, Gloria est illustris & peruagata multorum & magnorum uel in suos ciues, uel in patriam, uel in omne genus hominum fama meritorum. Off. 39 a, Summa igitur & perfecta gloria constat ex tribus his, si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore nos dignos putat. Tuscul. 190 b, Gloria est consentiens laus bonorum, incorrupta uox bene iudicantium de excellente uirtute, & ibi multa pulchra de gloria. pro Mil. 120 b, Gloria est cuius gradibus homines uidentur in cœlum ascendere. & ibi. Ex omnibus præmijs uirtutis, amplissimum præmiũ est gloria. I. P. 91 b, Leuis est animi, lucem splendoremque fugientis, ueram gloriam, qui est fructus ueræ uirtutis, repudiare. Off. 13 b, Vix inuenitur, qui laboribus suscepti periculisq; aditis non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. In Ant. 201 a, Neque enim ullam mercedẽ tãta uirtus præter hanc laudis gloriæq; desiderat. Tusc. 172 a, Gloria uirtutẽ tanquã umbra sequitur. Att. 226 b, Illi non heroes, sed dij futuri quidem in gloria sempiterna sunt. pro Arch. 190 b, Trahimur omnes laudis studio, & optimus quisque maximè gloria ducitur. philosophi etiam in libris, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt: in eo ipso in quo prædicationem nobilitatemq; despiciunt, prędicari de se ac nominari uolunt. de Or. 124 a, Si pecunia tantopere expetitur, quanto gloria magis est expetenda? Anteq. 193 a, Si dulcis est gloria, consequere uirtutem. pro Plan. 271 b, Is gloria maximè excellit, qui uirtute plurimum prẽstat. pro Sest. 13 b, Vita breuis est cursus gloriæ sempiternus. Anteq. 196 a, Nam uitam si eripiunt, non adimãt gloriam immortalem. I. C. 123 a, Sic in æterna gloria Marius, qui, &c. de Or. 115 b, Annibalis nomen erat magna apud omnes gloria. Offic. 69 a, Hic in maxima gloria est. pro Flac. 151 b, In imperio atq; in publica dignitate, omnia ad gloriam splendoremq; reuocantur. de Clar. 186 b, Cn. Pompeius maiorem dicendi gloriam habuisset, nisi, &c. I. A. 182 a, Illi eam gloriam consecuti sunt, quæ uix cœlo capi posse uideatur. Ep. 36 a, Vt mihi nihil neq; ad gloriam acquirendam deesse putarem. I. P. 93 a, Mihi illa omnia immortalem gloriam dederunt, tibi sempiternam turpitudinem inflixerunt. Epistol. 68 b, Vt me sempiternæ gloriæ per eum commendari uelim, qui non ipse quoq; in me commendando propriam ingenij gloriam consequatur. de Amic. 101 a, Qui ob amicitiam summa fide seruatam maximam gloriam ceperit. Partit. 118 a, Qui gloria se & prędicatione effert. In An. 158 b, Ea autem est gloria & laus rectè factorum & magnorum in remp. meritorum. I. A. 159 a Charum esse ciuibus, bene de rep. mereri, laudari, coli, diligi, gloriosum est. de Finib. 142 b, Gloria quæ habet formam honestatis & similitudinem. Of. 9. & 13 b, Altissimus animus & gloriæ cupidus. de Or. 122 b, Vt gloria clarus, authoritate grauis. Attic. 274 a, Solida ueraq; gloria. I. A. 204 a, Vera, grauis & solida gloria. pro Pl. 271 b, Honorũ gradus summis hominibus & infimis sunt pares, gloriæ dispares. pro R. P. 138 b, Quod genus est tandem istud ostentationis & gloriæ? Ep. 101 a, Moriar ni (quæ tua gloria est) puto te malè à Cæsare consuli, quàm inaurari. Attic. 249 b, De gloria excudam aliquid ἡρακλείδειον, quod lateat in thesauris tuis. At. 255 b, De gloria librum ad te misi.

Gloriati o, onis. de Fi. 69 a, Ex quo efficitur, gloriatione, ut ita dicam, dignam esse beatam uitam, & 117 b.

Gloriola, læ. Epist. 69 a, Vt nos metipsi uiui gloriola nostra perfruamur. & 98 b, Etiam hisce eum ornes gloriolæ insignibus.

Glorior, ras. prædico, de me prædico, gloria me & prædicatione effero. Antequam. 197 b, Equites Rom. quorum factis gloriantur ciues, lætantur socij, gemunt hostes. Orator. 213 a, Quidam nominibus ueterum gloriantur. de N. 77 b, Propter uirtutem iure laudamur, & in uirtutẽ rectè gloriamur. Tus. 258 b, Nõ pudet philosophum in eo gloriari? pro Lig. 140 b, Sed hoc non concedo, ut quibus rebus gloriemini in uobis, easdem in alijs reprehendatis. Offic. 45 b. & de Fi. 117 b, Nobis quoq; licet in hoc quod ammodo gloriari. de Fin. 96 a, Nemo de misera uita gloriari potest. pro Plan. 263 a. & Par. 118 a. In Vat. 35 a, Tu de tuis diuitijs intolerantissimè gloriaris. de Clar. 170 b, At ipse de se nec mentitur in gloriando. pro D. 231 b, De rebus suis gloriari. Sal. in Cic. 271 a, Quasi uerò togatus & non armatus ea quæ gloriaris, confecerit. pro Cæl. 47 a, Defendendi causa hæc, non gloriandi loquor. de Ar. 245 a, Et sua concio risit hominem, quomodo ipse gloriari solet, ducentis confixum senatusconsultis. de Ar. 447 a, Ne nimis gloriari uidear. de Sen. 94 a, Vt de me aliquid more senum glorier. Attic. 12 a, Non enim mihi uideor insolenter gloriari. de Sen. 83 a, Equidem posse uellem idem gloriari quod Cyrus, sed tamen

men hoc queo dicere, me. Off. 16 a, Licet enim mihi M. Fili apud te gloriari, ad quem, &c. de Fin. 75 a, Quæ cum dicerés, &c. tu ipse mihi gloriari uidebare. I. P. 79 b, Hic mihi etiam gloriabitur, se omnes honores sine repulsa obtinuisse: Tusculan. 233 a, Gloriari contra aliquem. de Orator. 132 a, Cum quidam omnes prouincias se peragrasse gloriaretur. de N. 15 b, Mali ædificij dominus glorians se architectum non habuisse.

Gloriandvs, da. Tusculan. 238 a, Nec in misera uita quicquam est prædicabile aut gloriandum. & ibid. Et est in aliqua uita prædicabile aliquid & gloriandum ac præ se ferendum. & ibid. Beata uita glorianda, & prædicanda, & præ se ferenda est.

Gloriose. magnificè, elate. pro Mil. 115 a, Gloriosè mentiri. & p Do. 131 b, De seipso gloriosius loqui. & de Or. 111 b, Exorsus es enim non gloriosè.

Gloriosissime. aduerb. Att. 223 b, Nostri autem ἡρῶες, quod per seipsos confici potuit, gloriosissimè & magnificè tisimè confecerunt.

Gloriosvs. præclarus, qui in maxima gratia est & gloria, ostentator. de Ar. 255 b, Mihi exire domo mea ad rationem reip. gloriosum fuit. de Diu. 92 b, In illa fuga nobis gloriosa, patriæ calamitosa. pro De. 151 b, Quæ si in priuatis gloriosa sunt, quanto magis commemorabuntur in regibus. I. A. 156 b, Idq; reip. præclarum fuisse tam multos, tum multo ipsis gloriosius est. de Diu. 109 b, Magnificum etiam illud, Romanisq; hominib. gloriosum, ut, &c. & 91 a, Cuius mors ita gloriosa fuit, ut eam concupiscere filius. Epi. 133 a, Mihi uerò gloriosum est habere, &c. de Fin. 56 b, Facta illustria & gloriosa. Atti. 129 a, Non solum gloriosis consilijs utamur, sed etiam paulò salubrioribus. de Orat. 101 a, Siue quē ista præpotens & gloriosa philosophia delectat. pro Fl. 157 a, Vbi illa magnifica & gloriosa ostentatio ciuitatis. pro Fl. Verum esto, gloriosus fuisti. Off. 28 a, Deforme est, cum irrisione audientium imitari militem gloriosum. de Amic. 114 b, Miles gloriosus.

Glvtidae. angues. de D. 99 a, Familiam glutidarum aruspicinæ nobilitate præstantem.

Glvtinator, tis. qui schedulas ex quibus indices librorum conficiuntur, tabulis seu chartis applicet. Attic. 57 b, Et uelim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos quibus Tyrannio utatur glutinatoribus.

Gnarvs, a, um. peritus, sciens. Or. 198 a, Pericles gnarus quibus orationis modis animi moueantur. pro Sest. 62 a, Gnarus & pudens impudentium malorum. de Cla. 185 b, L. Sisenna gnarus reip.

Gnatvs, ti. filius. pro Pl. 271 b, Quanquam ad præcepta ætas non est gnati. & de Diu. 89 a, O gnata, &c. alias cognata. poetæ.

Gnidivs, a, um. Gnidus oppidum est Cariæ, ex quo Gnidius. de Diuin. 85 a, Venus Gnidia. In Vat. 231 b, Quid Gnidios? &c.

Gnosivs, a, um. uel Gnobus, à Gnoso Cretæ urbe. de L. 159 a, In cupressetis Gnosiorum.

Gorgias, Leontinus orator. de Or. 93 b.

Gorgon, is. Medusa. I. V. 229 a, Gorgonis os pulcherrimum cinctum anguibus.

Gorgona, æ. alias gorgonophora. id est. Pallas Gorgonis caput in scuto ferens. Anteq. 196 b, I. Pallas.

Gortynivs, a. è Gortyna opp. Cretæ. I. A. 197 a, Gortynius iudex.

Grabatvs, ti. lectulus. de D. 135 a, Deos immortales concursare omnium non modò lectos, uerum etiam grabatos, & his obijcere uisa, &c.

Gracchanvs, na. de Cl. 176 a, Iudices Gracchani.

Gracilitas. corporis habitus tenuior, subtilitas. de Cl. 170 a, Qui non tam habitus corporis optimos, quàm gracilitates consectentur. de Cl. 194 a, Erat in nobis summa gracilitas & infirmitas corporis, procerum & tenue collum, qui habitus, &c.

Gradatim. gradibus, per gradus. Postq. 199 a, Honores quos eramus gradatim singulos assecuti, nunc à uobis uniuersos habemus. Par. 234 b, Quæ ascendunt gradatim ab humilioribus uerbis ad superiora. de Orator. 164 a, Hinc gradatim escendere uocem utile & suaue est. de N. 59 a, Licet enim contrahere uniuersitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, postremò deducere ad singulos. Ora. 209 b, Cum gradatim sursum uersus reditur. Ac. 13 a, Cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur. Acad. 13 a, Minutatim & gradatim interrogare. Tusc. 160 a, Gradatim respondens eò peruenì. Ep. 134 a, Ita pedetētim & gradatim tum accessus ad causam, tum recessus. de N. 19 a, Gradatim aliquò peruenire.

Gradatio, nis. exornatio quædam rhetorica. de Or. 162 a, Est etiam gradatio quædam. ad Her. 32 a, Gradatio est, in qua non ante ad consequens uerbum descenditur, quàm ad superius conscensum est, &c.

Gradiens, tis. Tusc. 235 b, Serpentes quasdam, quasdam esse gradientes, id est, bestias.

Gradior, eris. ambulo, eo, ingredior. de N. 50 a, Iam uerò alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedit. Tusc. 172 b, Quorum qui similitudinem aliquam arripuerit, fidenti animo gradiatur ad mortem.

Gradvs, dus. gradus propriè sunt, quibus in aliquem locum ascendimus: ex translatione autem & locum & dignitatē & momentū & ordinē & progressum quēdā gressumq; significat. Att. 53 a, Gradus templorum ab infima plebe compleri erāt. pro Sest. 10 a, b, Gradus eius templi tollebantur. pro Dom. 224 a, Cum gradus Castoris conuellisti. pro Cl. 174 a, Gradus illi Aurelij tum noui quasi pro theatro illi iudicio ædificati uidebantur, quos accusator concitatis hominibus compleuit. & pro Fl. 160 a. & I. A. 197 b. Ep. 85 b, Quemadmodum scalarum gradus, si alios tollas, alios incidas, nonnullos male hærētes relinquas, ruinæ periculum struas, sic ascensum pares, sic, &c. Off. 32 b, In ipsa communitate tum gradus officiorum, ut prima dijs, &c. secunda parentibus, &c. tertia patriæ debeantur. de N. 32 b, Quartus autem gradus est eorum qui, &c. Part. 2[illegible] b, In omnibus causis sunt gradus, &c. de Orat. 164 b, Est quiddam in remissione grauissimum, quo tanquam sonorum gradibus descēditur. Orat. 202 a, Orator omnes sonorum tum intendens, tum remittens, persequetur gradus. de N. 19 a, A beatis ad uirtutem uideo te uenisse gradibus. In Cat. 103 a, & pro Pl. 271 b, Ad summum imperium per omnes honorum gradus esferri. I. A. 203 b, Vt gradus essent petitionis inter æquales. pro Mil. 106 a, qui non honoris gradum spectat ut cæteri. In Ant. 225 a, Tibi summus honoris gradus est. pro Marc. 127 b, Pater facilem huic gradum consulatus adipiscendi reliquit. I. V. 168 a, quæstura primus gradus honoris. Off. 72 a, Tenere consularis dignitatis gradum. pro Planc. 166 b, Summum in aliquo loco gradum tenere & dignitatis & gratiæ. de Cl 189 a, Gradus tuos & quasi processus dicendi studeo cognoscere. Orat. 218 a, Stabilis quidam & non expers dignitatis gradus. de Cl. 181 a, Eosdem gradus orandi ante fuisse. Par. 230 b, Seruare gradus temporum. de Cl. 175 b, Nūc reliquorum oratorum ætates & gradus persequamur. pro Pomp. 15 b, Cuius ætas à senatorio gradu longè abest. & Epist. 45 b, Gradus ætatis. I. A. 155 b, In altissimo dignitatis gradu locatus. Antequàm 194 a, quis sunt assecuti summum gradum honoris. Postquàm 204 a, In altissimo gradu dignitatis collocati sumus. pro Clu. 49 b, Altiorem gradum dignitatis assequi. pro Sest. 7 a, Cum is prater spem in altissimo gradu alienis opibus positus esset. pro Mur. 231 a, Locari in amplissimo gradu dignitatis. I. V. 286 b, Gradus peccatorum in uno furto. Attic. 116 b, Causa publica desperata quasi hic gradus mei reditus est, quod mulieres reuertetūt. cont. Rul. 73 b, Sed attendite animos ad ea quæ sequuntur, hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera iactum intelligitis. de Arusp. 253 b, Atque P. Clodio gradus ad rempub. hic primus est aditus ad popularem iactationem & ascensus. I. V. 109 b, Itaq; maiores nostri in Africam ex hac prouincia gradus imperij factus est. pro Cor. 63 a, Vt sibi locus sit, his gradibus ascensus etiam ad ciuitatem. pro Do. 228 a, quibus tanquam gradibus in cœlum mihi uideor ascendisse. pro Mur. 137 a, Ascendere unum gradum dignitatis. Offic. 46 a, Ad altiorem gradum ascendere. de Arusp. 258 a, Deteriore autem statu ut simus, unus est inferior gradus aut interitus. aut seruitutis. pro Cor. 58 a, Aliqui ex infimo genere & fortunæ gradu. pro quin. 11 a, qui primus erat officij gradus, fortunatus est à procuratore diligenter. de Cl. 191 a, Is ad summam amplitudinem peruenit ascendēs gradibus magistratuum. Br. 99 b, Qui esset eo, quo ego sum gradu senatus populiq; iudicio collocatus. Aca. 2 b, Quos populus Rom. in hoc gradu collocauit. pro S. R. 11 a, Suum cuiq; honorē & gradum redditū esse gaudeo. de Cl. 191 b, Videar ne ignoret & gradus, & dissimilitudines, & uim, & uarietatem Atticorum. de Fin. 144 b, Gradus ista res non habet. Epistol. 179 b, Fateor me ad istum gradum sapientiæ nō peruenisse. de Fin. 177 b, Deinde reliqui gradus. pro Mur. 135 b, Vt omnes, & dignitatis, & gratię gradus tollerentur. de Fini. 134 a, Multis gradibus ascendere. Epist. 8 a, Obtinere summum & altissimum gradum ciuitatis. 146 b, & amplissimū Ep. 87 b, Omni gradu amplissimo dignissimus. de Or. 150 b, Cum omnis gradus ætatis recordor tuæ. de Fin. 99 b, Et gradus unus in ea uita quæ est hinc in Indiam. Off. 11 b, Gradus plures sunt societatis hominūm. & 12 b, Non ijdem erūt necessitudinum gradus, qui & temporum. I. A. 208 b, Quis ciuis præsertim hoc gradu, quo me esse uoluistis, &c. de Vn. 198 b, Ad hāc conuersionem, quæ pedibus & gradu non eget, ingrediēdi mēbra nō dedit deus. I. V. 107 b, Vno quoq; gradu de auaritia alicuius commoneri. de Or. 131 b, Vt quotiescunq; gradum facias, totiens tibi tuarum uirtutum ueniat in mentem. Of. 16 b, & At. 261 b, Tumultuante de gradu deijcit, ut dicitur. de Op. 243 a, Aliud alio melius sit non genere, sed gradu.

Graece. Offic. 75 b, Acilius ille, qui græcè scripsit historiam. de Orator. 97 b, Cum ea quæ legerem Græcè, latinè redderem. Tusculā. 151 a, Scis enim me Græcè loqui in latino sermone non plus solere quàm in Græco latine. de Ora. 135 b, M. Cicero senex, &c. dicebat, ut quisq; optimè græcè sciret, ita esse nequissimum. pro Flac. 148 a, Qui græce nesciret.

Graecia, ciæ. pro Do. 225 a, Cum alteri totam Achaiam, Thessaliam, Bœotiam, Græciam, Macedoniam, omnēque Barbariam condonasses. pro Flac. 159 b, Hæc cuncta Græcia, in qua sunt Athenienses, Aeoles, Dores paruum quendam locum Europæ tenet, Asię maritimam oram bello superatam cinxit urbibus, &c. & ibid. Græciæ laudibus. contra Rull. 83 b, Corinthus erat posita in angustis & faucibus Græcię. de Am. 98 a, Philosophi, qui in hac terra fuerunt, magnamque Græciam institutis & præceptis suis erudierunt. de Oratore 122 b, Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum cum erat in hac gente magna illa Græcia. Tuscul. libr. 2. Verborum inops interdum Græcia.

Graecostasis, sis. locus Romæ, ubi nationum consistebant legati: à Græcis tamen appellatus. Qu. F. 306. Deinde eius opere repētè à Græcostasi & gradibus clamorem satis magnum fastulerunt.

Graecvlvs, a, um. pro Fl. 151 a, Motus temerarius græculæ concionis. Postquàm. 207 a, Cum græculis philosophari. & I. P. 94 b, Græculus assentator. & p Milon. 112 a, Comites Græculi quocunq; ibat. Græculus ociosus & loquax. I. Græcus.

Graecvs, a, um. Graius. pro Fl. 159 b, Tria Græcorum genera uere, Athenienses, Aeoles, Dores. de Finib. 78 b, Sint ista Græcorum, quanquam ab his philosophiam & omnes ingenuas disciplinas habemus. de Cl. 171 a, C. Sulp. Gallus maximè omnium græcis literis studit. de Or. 155 a, Hæc politissima doctrina transmarina & aduentitia. id est, Græcorum. de Cl. 194 a, Græca oratio plura ornamēta suppeditans consuetudinem similiter latinè dicendi affert. de Ar. 248 a, Græci artibus, Hispani numero, Galli robore, Poeni calliditate ualēt. pro Arc. 190 a, Nam si quis minorem gloriæ fructum putat ex græcis uersibus percipi, quàm ex latinis, uehementer erat, propterea quòd græca leguntur in omnibus ferè gentibus, latina suis finibus exiguis sanè cōtinentur. de Cl. 179 b, Quò latinus orator sine græcis literis peruenire potest. de Cl. 188 b, Cotta se ualde dilatandis liberis à similitudine græcæ locutionis abstraxerat. de Or. 110 a, Hoc uitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio. & 115 b, Græcorum doctrina perridicula. & 109 a, Crassus contemnere, Antonius ne nosse quidem Græcos uidebat. Quint. Frat. 292 b, Græci fallaces & leues, & diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi. & ibi. Græci omnes uias pecuniæ norunt, omnia pecuniæ causa faciunt. & 263 a, Græcorum familiaritates parum fideles sunt. & ibi. b, Paconius nescio quis homo, ne Græcus quidē ac Mysius, aut Phrygius potius. pro Fl. 151 a, Homo leuita te græcus, crudelitate Barbarus. pro Fl. 161 a, Græcorū luxuria & leuitas. de Or. 93 b, Græci alicuius quotidiana loquacitas sine usu. de Or. 93 b, Quid mihi, inquit Crassus, tāquam alicui græculo ocioso & loquaci quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? de Orator. 104 a, Qui audiunt, aliquem ineptum aut oraculum putare. de Ora. 98 a, Verbi enim controuersia tamdiu torquet græculus, homines contentionis cupidiores quàm ueritatis. ad Heren. 1 a, Græci scriptores inanis arrogantiæ causa ne parum multa scisse uiderentur, ea conquisierunt, quæ nihil attinebant, ut ars cognitu difficilior putaretur. de Fin. 91 a, Latina lingua uberior quàm græca. de D. 93 b, Hæc uerba ipsa Platonis expressi, id est, in latinum uerti. I. V. 234 a, Apud Græcos græcè locutus sum. pro Mur. 147 b, & 148 a, Pro græcis & contra græcos multa. I. V. 89 b, Græcorum bibēdi mos. Ep. 95 a, Cum græcos ludos ita ames, ut ne ad uillam quidem tuam uia græca ire soleas. de Finib. 50 b, C. Marius μισέλλην. (. Albutius φιλέλλην. Ac. 2 a, M. Cato literas græcas in senectute didicit.

Graivgena, æ. de Nat. 44 b, Graiugena de isto, aperit ipsa oratio. Pacuuij.

Graivs, a, um. græcus. de Nat. 44 a, Quasi uerò non graius hoc dicat. de Nat. deor. 70 a, Dioscuri apud graios multi.

Gramen, nis. herba. de Finibus, 82 a, Si tua sint Puteolis graminā.

Graminevs, a, um. I. V. 229 b, Act. 6. Etiam ne gramineas hastas? ego Cælius lego grauissimas: nam de ijsdem hastis subijcit Cicero: In quibus neque manu factum quicquam, neque pulchritudo erat ulla, sed tantum magnitudo incredibilis.

Grammatica, cæ. ars grammatica. de Fin. 91 a, Verba quibus ex instituto ueterum pro latinis utimur, ut ipsa philosophia, ut rhetorica, grammatica, dialectica, &c.

Grammatica, orum. studium literarum, quod profitentur ij qui grammatici uocantur. de Or. 85 b, & de Or. 100 b, In grammaticis poetarum pertractatio, historiarū cognitio, uerborum interpretatio, pronunciandi quidam sonus.

Grammaticvs, a, um. ad Her. 27 b, Hæc quæ ratione uitare possimus, in arte grammatica dilucidè dicemus.

Grammaticvs, ci. de Diuin. 87 b, Grammatici interpretes poetarum. & 104 a, Tuscul. 177 b, a, Vt si grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur, turpe sit. Art. 103 Sed quoniam grammaticus es, hoc mihi ζήτημα persolue. Orat. 205 a, Hanc hypallagen Rhetores, metonymiam Grammatici uocant.

Grandesco, scis. cresco. de D. 83 a, Lentiscus triplici solita grandescere fœtū. poetæ.

Grandiloqvvs, a, um. grandis, grauis, planus copiosus, amplus. Or. 198 b, Nam & grandiloqui ut ita dicam, fuerunt, cum ampla sententiarū grauitate & maiestate uerborum. Tusc. 245 b, Isti grandiloqui contra hæc duo, &c.

Grandis, de. magnus, immanis. de Sen. 70 a, Hic & bella gerebat ut adolescēs, cum planè grandis esset. &, &c. I. P. 98 a, Videras enim grandis iam puer, &c. Attic. 210 a, Ad Hirtium dederam epistolam sanè grādem, quā scripseram proximè in Tusc. & 107 a, Grādiores fuit sum omnino libri quāmerant. I. V. 217 a, In qua basi grādioribus literis P. Africani nomē erat incisum. Qu. F. 318 a, Grāde cubiculū & altū. de N. 5 b, Pinna duabus grādib. patula cōchis. I. V. 210 b, Grāde uas & maius opus. & ibi. a, Patella grādis. I. V. 206 b, Hydria præclaro opere, grādi pōdere. đ N. 76 b, Dionysius aureū Iouī detraxit amiculū grādi pōdere. pro Cecin. 287 a, Grande pondus argenti. de In. 82 a, His duabus rebus duæ res grādes sunt attributę. pro R. P. 123 a, Is regi Alexandrino grandem pecuniā credidit. Ep. 226 b, & In Ver. 70 a, Nicenses ei grādem pecuniam debent. At. 28 a, Qui immanes pecunias paucis dederunt. pro Flacc. 157 a, Pecuniam illi grādi fœnore occupauisti. de Or. 120 b, Ager qui meliores fœtus posit & grādiores edere. cōt. Rul. 77 a, Sicque agro grande uectigal imponitur. ad Her. 31 b, Ipse grandi sponsione

fione uinctus est.de Cl.192 a, Subsellia grandiorem & pleniorem uocem desiderant. Or. 199 b, Causidicus non ille quidem amplus atque grandis, subtilis & elegans tamen. & 207 b, Orator quo grandior sit & quodammodo excelsior. de Cla. 183 a, Fuit enim Sulpitius uel maximè omniũ grandis,& ut ita dicam,tragicus orator.de Fin.94 b, Grandiora uerba. de Or. 139 b, Genus dicendi grandius.de Cl. 167 a,Hi grandes erant uerbis,crebri sententijs.de D.88 b, Sed exemplis decuit grandioribus uti.I.V.238 b,& pro Q. R.52 a, Pater grandis natu. de Sen.78 a, Non admodum grandis natu, sed tamen ætate prouectus. I.A. 203 b,Cum grandiorum ætatem ad consulatum constituebant. de Inu. 58 b,Perspicuum & grande uitium.contra Rul.85 a,Homo grandi macie torridus.

Granditas,tis.magnitudo.de Cl.175 b, Idq; apparet ex genere & granditate uerborum.

Grando,nis. de D. 28 b,Nimbi,niues,grandines. de N.77 b, Nec si uredo aut grando quippiam nocuit, id Ioui animad uertendum fuit.de Or.157 a,Grando mista imbri largifluo subita precipitans cadit.

Granum.ni. de Diu.96 b, Midæ dormienti formicæ in os tritici granua congesserunt.

Grassator, oris. latro. de Fato: Hoc enim modo uiator quoque beneuestitus causa grassatori fuisse dicitur cur ab eo spoliaretur.

Grate.animo grato.)(.Ingratè. pro Pl.180 a, Vt confiteare aliquando quod faciam, me & gratè & piè facere. de Or. 112 b, Quid piè,quid gratè,quid humaniter,&c.

Grates. gratias. de Som. 126 b, Et grates, inquit, tibi ago summe sol.

Gratia, tiæ. animus gratus & beneficij memor, uoluntas referendæ gratiæ, grati animi fidelis memoria, grata memoria, grates,beneuolentia, bona gratia, beneficium. de In.82 b, Gratia est, in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, alterius remunerandi uoluntas continetur. de In.70 b,Gratia quæ in memoria & remuneratione officiorum & honorum & amicitiarum obseruantiam teneat. Postq.209 a,Nemo gratiarum immemor est gratus inuentus.pro Cor.55 a, Omnibus salutis meæ, si minus ad referendam gratiam satisfacere potui, ad prædicandam certè & habendam satis sum facturus.Act. 235 a,& 105 a, Articã meam gratias mihi agere de matre gaudeo.pro Mar.136 a, Maximas tibi gratias ago,maiores ét habeo I.A.155 b,Maximas gratias & ago,& habeo L.Pisoni.& 188 a,Maximas gratias uobis omnes & agere & habere debemus. I.A. 124 b,Maximas tibi gratias omnes & habere &agere debemus. Epist 215 a, Hannonius incredibiles mihi per literas gratias egit,& suo & Aemilij patroni sui nomine. de L.170 a, Respub.nostra iustissima huic municipio gratias agere potest,quod,&c.pro Dom.230 a, Senatus gratias agendas cẽ fuit ciuitatibus quæ me recepissent.I.A.153 b, Eiq; amplif sim. uerbis per S.P.gratias egimus.pro Syl.183 b,Cui senatus singularibus uerbis gratias egit.I. C.119 a,Primùm quod mihi gratias egistis singularibus uerbis. Ep.17 b,Lentulo nostro egi per literas tuo nomine gratias diligenter. Att.245 a,Egi tibi gratias per literas ijs uerbis,ut,&c.Epist. 220 b,Lucerius homo omnium gratissimus mirificas tibi apud me gratias egit,cum diceret, &c. Att. 245 a,Is tibi apud me gratias egit. & 256 b, Ego uerò tibi miras gratias ago,qui,&c.Pl.Ep. 149 b, Immortales ego tibi gratias ago,agamq; dum uiuam: nam relaturum me affirmare non possum, tantis enim tuis officijs non uideor mihi respondere posse,nisi fortè, ut tu grauissimè scripsisti ita sensurus es, ut me referrre gratiam putes, cum memoria tenebo. Atti. 264 b, Tibi pro tuo summo beneficio gratias agam. Post. 209 a,Commemorare gratiam.I.A.180 a, Cui quanquam gratia referri tanta non pôt,quanta debetur, habenda tamẽ est, quantam maximam animi nostri capere possunt. I. C. 99 b,Magna dijs immortalib.est habenda gratia, & &c.de Or.93.a, Magnam habeo Crasse huic palæstrę & Tusc.tuo gratia.Att.153 b,Hanc adeo habeo gratiam tibi. Ep. 66 b, Grata tibi esse officia mea non miror,cognoui.n.te gratissimum omnium: nec enim tu mihi gratiam modò habuisti, uerum etiam cumulatissimè retulisti. & 47 b, Si feceris id quod ostendis,magnam habebo gratiã.197 b,Philosophiæ habeo magnam gratiam,quæ,&c.Tusc.170 a,Ego uerò illi maximam gratiã habeo,&c.de D.309 b, Dabis igitur mihi ueniam, uel gratiam potius habebis, & &c.pro Pl.273 b, Habere gratiã alicui, reddere quod debeas alicui uolitare ipsa,meritã alicui gratiã memori mente persoluere.de Or. 144 a,Atque ei,non parem illius ingenio, ac pro nostro tamen studio meritam gratiam debitamq; referamus.I.C. 103 a, Præclaram uerò populo Roman.referes gratiam, quòd,&c.I.C.118 b, Spero deos omnes pro eo mihi ac meo reor,relaturos gratiam esse.Ep.9 b,Nullam partem tuorum meritorum non modò referenda,sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum.Ep.21 a. Non enim mihi tam mea salus chara fuit, quàm pietas erit in referenda gratia iucundã.& 39 a,Et si uix fieri posset,tamen te parem mihi gratiã relaturum. pro Qu.R. 48 a, Referre alicui parem gratiam pro beneficio. pro Syl.176 a,Nunc tecum sic agam, tuliste ut potius iniuriam, quàm retulisse gratiam uideas. & 203 b,Cumulatissimè referre gratiam alicui. & 66 b, Epist. 61 b, Pro beneficijs in te meis nulla mihi abs te relata gratia est.ad Her. 17 a, Referre gratiam bene merenti. Ep.235 a, Huic utinam aliquando gratiam referre possimus,habebimus quidem semper. de Off.47 b, Inops si referre gratiam non potest,habere certè potest. Br. Ep.173 b,Iam non ago tibi gratias: cui enim reuix referre possum, huic uerbis nõ patitur res satis fieri. I. A. 191 a,Vt pro tantis eorum in remp.meritis honores eis habeantur, gratiæq; referantur. At.225 b, O Socratici uiri nunquam uobis referam gratiã. pro Cor.67 a,Cui munus hoc meritum, & iustã debitamq; gratiam refero.At.28 a, Referre bonam gratiam alicui. In Sal.273 a,Referre gratiam mutuam alicui. Qu.de Pe.103 a,Restituere gratiam alicui. pro Pl.275 b,Non eadem contendit in Tribunatu Plancius: id est, parem gratiam non retulit.pro Dom.117 b,Persoluere mercedem & pretium beneficij cuipiam.Post q.203 a,& pro Plan.273 b, Dissimilis est pecuniæ debito & gratiæ. nam qui pecuniam dissoluit,statim non habet id quod reddidit: qui autem debet,is retinet alienum: gratiam autem & qui refert habebat: qui habet,in eo ipso quod habet,refert. Offic.47 b,Commodè quicunque dixit,pecuniã qui habeat non reddidisse, & qui reddiderit non habere: gratiam autem & qui reddiderit habere,& qui habeat retulisse.de Fin.105 b, Debere gratiã alicui.& 89 a.I.A.165 b,Quo etiam tibi maiorem gratiam debeo, qui,&c.de Fin.109 a, Tribuere gratiam inuentori alicuius rei. Off. 64 b, Huic nec laus magna tribuenda est, nec gratia. Epist.154 b, Gratiarum actionem à te non deberabam, cum reipsa, & animo scirem esse gratum. Attic. 724 b,Gratiarum actio congratulatioque. pro Pom.17 b, Nec Pompeij gratiam mihi per hanc causam conciliari poto.& ibid.Nec bonam gratiam mihi quæro. Ep.68 b,Aucupari gratiam alicuius.de Pro. 72 b, Redire in gratiam. de Pro.729 a,& I.A.175 a.I.V.76 a,& 234 b,Redire in gratiã cum aliquo. & Epist.42 a,& Att.10 a,de Sen. 86 a, In gratiam cum uoluptate redeamus. & Att. 64 a, Epi. 45 a,& 59 a,Reconciliata gratia.24 b, Cum Cæsare reditus in gratiã. de Ar.256 a, Quid existimatis eum, si reditus ei gratiæ patuerit,esse facturum,qui tam libenter in opinionem gratę irrepat? I.V.75 a,Esse in gratia cum aliquo. & Att. 28 a,I. V.80 a,Cuius damnatione totus ordo cum populo Rom.& in laude,& in gratia posit esse. Epistol.10 b, Mecum Cæsar est in gratia. & 152 a, Mihi cum illo magna gratia est. Att.79 b, Erat in Syria nomen nostrum in gratia. Offic.69 a, Qui in maxima gratia est apud omnes. Cæl.Ep.162 a, Amabo te,si quid,quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. Attic. 74 a, Apud Patronum te in maxima gratia posui.At.96 a, Acte apud eum, dij boni, quanta in gratia posui. Att.88 b,Meq; apud eum magna in gratia posui.Attic. 2 b, Salustium præsentem restituere in eius uetere gratiam non potui.de Pro.73 b, Hic me meus animus in remp.pristinus,cum C.Gæsare reducit,reconciliat,restituit in gratiam.& 74 a, Cur igitur expectem aliquem, qui me cum illo in gratiam reducat? pro R.P.125 b,Reduci in gratiam cum aliquo. & ibi. Recipere aliquem in gratiam ex inimicitijs. de Or.155 a, Colligere gratiam ex priuatorũ negocijs.Att. 2 a, Omnes gratias non modò retinendas, sed etiam acquirendas putant.de Or.94 b,Quin.Varius illa ipsa faculatate, quamcunq; habet, magnam est gratiam consecutus.Epist.26 b, Effundere gratiam collectam. pro Dom.122 b, Illi quorum uita remota ab hoc honore popũlari,& ab hac illustri gratia est. Quin.de Pet.807 b,Homines excellenti gratia ad conficiendas certurias. I. P. 80 a, Ego illos nulla senatus mala gratia, comitiorum ratione primui.de N.11 a,Neq; ira,neq; gratia teneri.Epist.151 a, Efficere aliquid gratia.Epist.67 b,Flecti à gratia, uel à uoluptate.Ep.68 a,Nec Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimùm pingi uoluit. Ep. 2 b,& 3 b,Gratiam autem meritorum non modò referenda,sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum.Ep.21 a. Non enim mihi tam mea salus chara fuit, quàm pietas erit in referenda gratia iucundã.& 39 a,Et si uix fieri posset,tamen te parem mihi gratiã relaturum. pro Qu.R. 48 a, Referre alicui parem gratiam pro beneficio. pro Syl.176 a,Nunc tecum sic agam, tuliste ut potius iniuriam, quàm retulisse gratiam uideas. & 203 b,Cumulatissimè referre gratiam alicui. & 66 b, Epist. 61 b, Pro beneficijs in te meis nulla mihi abs te relata gratia est.ad Her. 17 a, Referre gratiam bene merenti. Ep.235 a, Huic utinam aliquando gratiam referre possimus,habebimus quidem semper. de Off.47 b, Inops si referre gratiam non potest,habere certè potest. Br. Ep.173 b,Iam non ago tibi gratias: cui enim reuix referre possum, huic uerbis nõ patitur res satis fieri. I. A. 191 a,Vt pro tantis eorum in remp.meritis honores eis habeantur, gratiæq; referantur. At.225 b, O Socratici uiri nunquam uobis referam gratiã. pro Cor.67 a,Cui munus hoc meritum, & iustã debitamq; gratiam refero.At.28 a, Referre bonam gratiam alicui. In Sal.273 a,Referre gratiam mutuam alicui. Qu.de Pe.103 a,Restituere gratiam alicui. pro Pl.275 b,Non eadem contendit in Tribunatu Plancius: id est, parem gratiam non retulit.pro Dom.117 b,Persoluere mercedem & pretium beneficij cuipiam.Post q.203 a,& pro Plan.273 b, Dissimilis est pecuniæ debito & gratiæ. nam qui pecuniam dissoluit,statim non habet id quod reddidit: qui autem debet,is retinet alienum: gratiam autem & qui refert habebat: qui habet,in eo ipso quod habet,refert. Offic.47 b,Commodè quicunque dixit,pecuniã qui habeat non reddidisse, & qui reddiderit non habere: gratiam autem & qui reddiderit habere,& qui habeat retulisse.de Fin.105 b, Debere gratiã alicui.& 89 a.I.A.165 b,Quo etiam tibi maiorem gratiam debeo, qui,&c.de Fin.109 a, Tribuere gratiam inuentori alicuius rei. Off. 64 b, Huic nec laus magna tribuenda est, nec gratia. Epist.154 b, Gratiarum actionem à te non deberabam, cum reipsa, & animo scirem esse gratum. Attic. 724 b,Gratiarum actio congratulatioque. pro Pom.17 b, Nec Pompeij gratiam mihi per hanc causam conciliari poto.& ibid.Nec bonam gratiam mihi quæro. Ep.68 b,Aucupari gratiam alicuius.de Pro. 72 b, Redire in gratiam. de Pro.729 a,& I.A.175 a.I.V.76 a,& 234 b,Redire in gratiã cum aliquo. & Epist.42 a,& Att.10 a,de Sen. 86 a, In gratiam cum uoluptate redeamus. & Att. 64 a, Epi. 45 a,& 59 a,Reconciliata gratia.24 b, Cum Cæsare reditus in gratiã. de Ar.256 a, Quid existimatis eum, si reditus ei gratiæ patuerit,esse facturum,qui tam libenter in opinionem gratę irrepat? I.V.75 a,Esse in gratia cum aliquo. & Att. 28 a,I. V.80 a,Cuius damnatione totus ordo cum populo Rom.& in laude,& in gratia posit esse. Epistol.10 b, Mecum Cæsar est in gratia. & 152 a, Mihi cum illo magna gratia est. Att.79 b, Erat in Syria nomen nostrum in gratia. Offic.69 a, Qui in maxima gratia est apud omnes. Cæl.Ep.162 a, Amabo te,si quid,quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. Attic. 74 a, Apud Patronum te in maxima gratia posui.At.96 a, Acte apud eum, dij boni, quanta in gratia posui. Att.88 b,Meq; apud eum magna in gratia posui.Attic. 2 b, Salustium præsentem restituere in eius uetere gratiam non potui.de Pro.73 b, Hic me meus animus in remp.pristinus,cum C.Gæsare reducit,reconciliat,restituit in gratiam.& 74 a, Cur igitur expectem aliquem, qui me cum illo in gratiam reducat? pro R.P.125 b,Reduci in gratiam cum aliquo. & ibi. Recipere aliquem in gratiam ex inimicitijs. de Or.155 a, Colligere gratiam ex priuatorũ negocijs.Att. 2 a, Omnes gratias non modò retinendas, sed etiam acquirendas putant.de Or.94 b,Quin.Varius illa ipsa

Gratuito, gratis. pro Arc.187 b, Multis gratuitò ciuitatem impartiebantur. Offic. 47 a,Multorum causas, & non grauatè,& gratuitò defendere.

Gratuitus,a,um.sine præmio & mercede.)(. Mercenarius conductus.Q.Fr. 317 a, Comitia, si gratuita fuerint, plus unus Cato fuerit quàm omnes leges. & Attic.63 a. & pro Mur. 140 b.pro Pl. 276 b, Tu ne gratuita quidem eorum suffragia tulisti.de Leg.165 b, Quid liberalitas? gratuita ne est,an mercenaria? si sine præmio benigna est,gratuita: si cum mercede,conducta.de N.25 b, Hominum charitas & amicitia gratuita est. de Fi.85 b, Innatam esse homini probitatem & gratuitam, non mutuatam uoluptatibus, nec premiorum mercedibus euocatam. pro Font. 280 b, Mercenarius.)(.Gratuitus.

Gratulatio, onis. læta supplicatio, lætitia publica, gratiarum actio.)(.Lamentatio. Attic.14 b, Fuit enim mihi sæpe & laudis nostrę gratulatio tui iucunda,& timoris cõsolatio grata.& 14 a, Mihi facta statim est gratulatio.I.V. 70 a, Nunciatur mihi maximam gratulationem huic esse factam. & 217 a, Diana summa cum gratulatione ciuium & lætitia reponitur.I.P.80 b,Mihi pop.Ro.non unius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemq; donauit.Att.274 b,Sed tamen omnium ordinum consensus gratiarum actio congratulatioq; me commouet. I. C. 123 a, Cæteris semper bene gestæ,mihi uni conseruatæ reip.gratulationem decreuistis.Ep.176 a, Gratulationem tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. de Pro.74 a,Gratulatio dijs immortallbus: id est, supplicatio. pro Mur. 126 b,Hic parẽti suo gratulationi in uictoria fuit. pro Do. 225 b,Consules epulabantur,& in coniuratorum gratulatione uersabantur. pro Mil.120 b,Nos in hominum cœtu gratijs agendis,& gratulationibus habendis,& in omni fermone celebramur.pro Mar.132 b,Hunc igitur diẽ tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus iure antepones. Att.138 a,Quicquã tu illa fuisse putas præ ijs gratulationibus? Att. 137 a, Ne gratulationibus obtulisse uideamur.

Gratulator. oris. de Fin.87 b, Ita fit ut gratulator lætior fit,quàm is gratuletur.

Gratulor, aris. cong atulor,lætor, gratulationi cuipiam sum,gratulationẽ facio,gratulationẽ habeo.Ep.8 b,Quod mihi de filia & de Crasipede gratularis, agnosco humanitatem tuam. Att.152 b, Vt tibi de reditu nostro gratularer. Ep.8 b,Quod mihi de nostro statu, de Milonis familiaritate,& leuitate & imbecillitate Clodij gratularis, minimè miramur, re, &c. & 44 a, Gratulor tibi de iudicio ambitus,neq; id,&c.sed illud,&c.Epist.122 b, Gratulor tibi affinitate uiri optimi.Ac.79 a,Qui mihi gratulatus es,illius diei celebritate.In Sal. 273 a, Cum populus Rom.frequens aduẽtu meo gratulatus est.ad Brut.91 a, De Cassio lætor & reip.gratulator,mihi etiam,qui,&c.Atti.Gratulor nobis Qu.Filium esse. Ep.43 a, Complexus igitur sum cogitatione te absentem.Epistolam uerò osculatus,& ipse mihi gratulatus sum. I.A.166 a,Brutus Ciceronis recuperatam libertatem est gratulatus.I.V.69 b, Et ei uoce maxima uictoriam gratulatus.Epist.242 a, Cum ei ego gratulatus essem, idq; me gaudere dixissem, discessit,&c.& 19 b, Vnum illud nescio, gratulerne tibi,an timeam. Ep.251 b, Alter fructus gratulationis est,& is quidem exilior, quàm si sibi te ipsum intuens gratularer: sed tamen, & feci antè & facio nũc,tibiq; cum pro rerum magnitudine,qua gessisti,tum pro opportunitate tẽporis gratulor,quod te de prouincia decedẽtem summa laus, & summa gratia prouinciæ prosecuta est.& 19 b,Tamen quod habes gratulor.pro Do. 217 b,Gratulor tibi, quòd, &c.pro Pl.278 a,Ego tibi in hoc gratulor.I.P.90 b,Omnes publice ad me uenerunt gratulatum.I.A.158 b, Mihi & gratias agebant boni uiri, & nomine tuo gratulabantur.& 242 b, Illi alacres & læti inter se quasi uicissent,gratulabant.At.254 a,Magis est quod gratuler tibi quàm quod te rogem. de Orat. 123 b, Cum uos nõ modò frequentes,sed lęto uultu gratulãtes uiderit.

Gratus, a, um. qui meritam alicui gratiam memori mente persoluit,qui beneficia accepta meminit,nõ ingratus,optatus,acceptus,multũ te amo, tuam diligentiã diligo.I.Iucũdus.de Leg.166 a, Gratus est, qui in referenda gratiã non commodum, sed eum ipsum cui refert gratiam, cernit.

Epist. 62 b, Tu quàm gratus erga me fueris, ipse existimare potes. Postq. 209 a, Vt erga authores salutis meæ satis gratus iudicarer. & ibi. Nemo gratiarum immemor, est gratus inuentus. I. A. 225 b, Laus Bruti, quæ gratissima memoria omnium ciuium inclusa non dum autoritate publica testata est. pro Plan. 278 b, Si bene de me meritis gratum me præbeo, non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiumque grati. Att. 147 b, Vt tuo beneficio uir gratus & pius esse in maximi beneficij memoria possim. Att. 283 a, Facilius in timore benigni, quàm in uictoria grati reperimur. Ep. 4 b, Vt quàm gratissimus erga te esse cognoscerer. Ep. 172 a, Gratiorem me esse in te posse quàm isti peruersi sint in me, exploratum habes. contra Rul. 70 a, Gratus ac memor beneficij. Attic. 275 b, Gratus animus & liberalis. Ep. 154 b, Re ipsa atq; animo gratissimus. & 214 b, Is magnis meis beneficijs ornatus in consulatu meo memor & gratus fuit. Anteq. 192 b, Liberale officium est ferere beneficium, ut metere posis fructum, fidei conducit, in loco debitum retribuere. illic enim animi uoluntas propensa comprobatur, hic memoria collaudatur. pro Plan. 276 b, Qui meritam dijs immortalibus gratiam iustis honoribus, & memori mente persoluunt. I. A. 263 b, Alicuius uirtutem grata memoria prosequi. & 191, Grato animo prosequi nomen alicuius. id est, esse gratum erga aliquem. Tusc. 237 a, Quod approbaris, id gratum acceptum; habendum. I.V. 56 a, Quid est quod omnibus gratius, optatius, aut magis accómodatum esse posit? Epi. 15 a, b, Cuius officia iucundiora scilicet sæpe mihi fuerunt, nunquã gratiora. Att. 5 a, Ista ueritas etiamsi iucunda non est, mihi tamen grata est. Epist. 71 a, Amor tuus, non ille quidem mihi ignorus, sed tamen gratus & optatus: diceré iucundus, nisi id uerbum in omne tempus perdidissem. Ep. 221 b. & Att. 14 b, Tale enim tuum iudicium non potest mihi nõ summè iucundum, quod cum ita sit, esse gratum ne cesse est. Qu. Fr. 302 a, Id mihi pergratum perq; iucundum erit. At. 220 a, Me & Cæsari, & sibi uehementer gratum esse facturum. de L 178 a, Velim hoc ego loquar, tibi gratum uideri potius quàm graue. Ep. 177 b, Te tamen mi Brute sic amo, ut debeo, quod istud quicquid esset nugarum, me scire uoluisti.

Gravate. difficulter, ægrè. de Or. 102 b. Meã facilitatẽ lauda tote cũ uobis nõ meo iudicio, sed uestro inductus nõ grauatè respondero. Offi. 63 b, Grauatè ille primò. quid multa? impetrat. & 47 a, Multorũ causa nõ grauatè & gratuitò defendere. pro Cor. 62 b, Benignè, non grauatè, comiter, &c.

Gravedinosvs, a, um. ad grauedine u procluis. Tusc. 214 b, Sunt alij ad alios morbos procliuiores, itaque dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia iã sint, sed quia sæpe sint.

Gravedo. nis. Græcè κορύζη dicitur, parum tamen differt à de stillatione hic capitis morbus, teste Cor. Celso. At. 169 a, b, Tu quoniam quartana cares, & nouum morbum remouisti, sed etiam grauedinẽ. & 258 b, Grauedo tua mihi molesta est. & 260 a, Grauedini quæso omni ratione subueni.

Graviditas, tis. de N. 49 b, Luna a Sole illuminata graui ditates & partus affert.

Gravidatvs, ta. grauidus factus. de N. 42 b, Terra grauidata seminibus omnia parit & fundit ex sese.

Gravidvs, a, um. prægnans, plenus, fœtus. pro Cl. 23 b, Cum mulier esset grauida, etiam appropinquare partus uideretur. I.V. 85 b, Latona grauida, & iam ad pariendum uicina. de D. 84 b, Vbera grauida uitali rore. & ibi. a. Aut cum se grauida tremefecit corpore tellus.

Gravis, ue. ponderosus, seuerus, tristis, serius, habens grauitatem, grauitati deditus, uehemens, austerus, molestus.) (. gratus. de N. 76 b, Atq; in eo cauillatus est, æstate graue esse aureum amiculum. de Som. 128 b, In terram feruntur omni suo motu pondera. Off. 59 a, Honestas omni pondere grauior est habenda quàm cætera omnia. Off. 21 a, Cum grauibus serijsq; rebus satisfecerimus. de Orat. 88 a, Homo prudens & grauis. & 122 b, Vir autoritate grauis. pro Deiot. 144 b, Quæ mihi ad spem obtinendæ ueritatis grauissima sunt. pro S.R. 37 a, Hoc minimè uidetur graue ijs, qui minimè ipsi leues sunt. pro Qu. R. 45 b, Quod apud omnes leue & infirmum est, id apud iudicem graue & sanctum esse ducetur? Postq. 202 a, Nomen uestrũ mihi graue & sanctum est. I.C. 98 a, Senatusconsultum uehemens & graue in aliquem. pro Fl. 262 a, Hoc perquàm graue est dictu. & ibid. Quod mihi grauissimum esset dicere. pro Cor. 59 a, Est enim in populum Rom. graue, non posse, &c. de In. 78 b, Nec fuisse ei graue nec difficile, eam causam excipere, quæ, &c. Ep. 39 b, Graue est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet. At. 3 b, Non mihi graue duxi rescribere ad te. Epist. 230 a, Si tibi graue non erit. & 231 a, Nunquam grauis tibi esse uolui. Top. 221 a, Vereor ne tibi grauis sim. de Sen. 77 b, Quod senectutem tuam nunquam tibi grauem esse senserim. I. V. 178 a, Eum ne uerbo quidem grauiore appellasses. de Leg. 178 a, Velim hoc quod loquor, tibi gratiam uideri potius quàm graue. Qu. Fr. 317 a, Atq; id anni tempore grauissimo & caloribus maximis. Ep. 72 a, Hoc grauissimo & pestilentissimo anno. Att. 228 a, Quod reip. defuerit tam graui tempore. de Cl. 270 a, Dato grauis in laudando. de Orat. 129 b, Omnium grauissimum & seuerissimum esse. de Cl. 191 a, Grauis sine arrogantia. de Ora. 164 b, Est quiddam in remissione grauissimum, quo tiqui sonorum gradibus descenditur. de Orato. 107 a, Vocem ab acutissimo sono usq; ad grauissimum sonum recipere. pro Cl. 20 b, Statuit sibi nihil grauius faciendum, quàm ut, &c. de N. 30 b, Cibus grauis: id est, difficilis ad concoquendũ.

Gravitas, tis. seueritas, pondus.) (. Autoritas tenuis, personaleuis, humanitas. Attic. 154 a, Et grauitatem in congressu nostro tenui. Epi. 72 b, Tuenda est tibi grauitas. Att. 155 a, Tu cum sexto seruasti grauitatem eandem, quam mihi præcipis de Cl. 195 b, Hæc genera descendi in senibus grauitatem non habent. Att. 145 a, Illud me præclarè admones, cum illud uidero, non nimis indulgenter, & ut cũ grauitate potius loquar. de Or. 115 a, Sententiarum grauitate uerborum ponderibus est utendum. de Clar. Verborum grauitas. de Am. 113 b, Quanta illi fuit grauitas, quanta in oratione maiestas. Off. 23 a, Catoni incredibilem tribuit natura grauitatem. pro Cæl. 51 a, Homo grauitati deditus. Tusc. 185 b, Personæ grauitas. Att. 183 b, Corpore uix sustineo grauitatem cœli huius. & ibid. a, Grauitas loci. de N. 75 a, Grauitas morbi. de N. 492, Tantæ contentio grauitatis & ponderum. de Fat. 145 a, Atomos grauitate & pondere moueri. de In. 47 b, Exordium sententiarum & grauitatis plurimum debet habere. & 62 a, In quo grauitas & autoritatis est, plus proficit ad misericordiam commouendam.

Graviter, ægrè, molestè, seuerè, priscè.) (. Remissè, leniter, urbanè, acutè, leuiter. de Ar. 55 a, Id grauiter equidem, sed aliquanto leuius ferebam. de Or. 128 a, Grauiter accipere aliquid. I.A. 244 b, Ciues inter se grauissimè dissentientes. Ep. 71 a, Grauiter accusare aliquem. I. C. 100 b, Si me meis ciuibus suspectum tam grauiter atq; infensum uiderem. Ep. 17 b, Grauiter inimicus. Att. 204 b, Dionysius grauiter quæritur. pro Cl. 20 b. & pro S.R. 20 a, Grauissimè conqueri de aliqua re cum aliquo. Off. 7 a, Grauiter ægrotare. Or. 199 b, Thucydides res gestas narrat, grauiter sanè & probè. pro Cæl. 44 a, Grauiter, seuerè, priscè agere cũ aliquo.) (. Remissè, leniter, urbanè. de Som. 129 a, Natura fert, ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè sonent.

Gravatvs, ta, tum. onustus, grauis. de Diu. 83 a, Iam uerò semper uiridis semperq; grauata Lentiscus, triplici solita grandescere fœtu.

Gravor, aris. grauatè aliquid facio, graue mihi duco, pigror. de Or. 93 b, Ego uerò, inquit, istis obsequi studeo, neque grauabor breuiter meo more, quid quaq; de re sentiã dicere. & 98 a, Te rogo ne grauere exædificare id opus quod instituisti. pro Clu. 31 b, Is primò grauari cœpit, quod, &c. de Am. 98 b, Ego uerò non grauarer, si mihi ipse considerem. Ep. 102 a, Qui grauere literas ad me dare. pro Mur. 140 b. In ea non esse grauatos homines prodire hora tertia in campum. Top. 221 a, Ne si ego grauarer, &c. de Or. 142 a, Non essem tam inhumanus, uti eo grauarer, quod uos cupere sentirem.

Gregalis, le. sodalis, ex eodẽ grege. ꝓ Do. 228 a, Quod uos gregales Catilinæ de me dicere solebatis. de Aruſp. 256 a, Nec Clodius, nec quisquam degregalibus eius, aut cõsilia ijs, &c. de Or. 132 a, Gregales eum in campum nõ uenisse requirebãt Ep. 110 a, Nos enim nobis quidem ipsi displicemus, gregalibus illis, quibus te plaudentem uidebamus, amissis.

Gregarivs, a, um. collectitius, uulgaris. pro Plan. 274 b, Gregarij milites.

Gregatim. per greges. I. V. 266 a, Videtis ciues Romanos gregatim coniectos in latumias.

Gremivm, mij. sinus, complexus. de Cl. 183 b, Filius in gremio matris educatus. de Leg. 116 a, Puer lactẽs in gremio matris sedens, mammam appetẽs. ad Her. 16 b, Liberi è gremijs parentum diripiuntur. de L. 183 a, Vt sinus & gremiũ quasi matris mortuo tribueretur. pro Cl. 20 b, Soror in amãtissimi sui fratris manibus & gremio consuescebat. I. P. 81 b, Hec sunt in gremio sepulta consulatus tui. pro Cæl. 50 a, Q. Metellus abstraheretur è sinu gremioq; patriæ. I.P. 99 a, Aetolia procul à barbaris disiuncta gẽtibus, in sinu pacis posita, medio ferè Græciæ gremio continetur. de Senec. 87 b, Terra gremio mollito & subacto semen sparsum excipit.

Gressvs, ſus. incessus, ingressus. Offi. 26 b, Caueudum est, ne tarditatibus utamur in gressu mollioribus. aliàs, ingressu.

Grex, gis. congregatio, cœtus, turba. Att. 106 a, Pecudes, quę dispulse sui generis sequuntur greges, ut bos armenta. I.A. 189 b, Antonius cædit greges armentorum, reliquiq; pecoris, quodcunque nactus est. pro S.R 33 a, Verùm ego fortũ propter multitudinem patronorum in grege annumeror. pro Syl. 181 b, In hunc igitur gregem P. Syllam, ex his honestissimorum hominum gregibus reijcietis. In Sal. 274 b, Is tamquàm ex illo grege uidebatur. Att. 16 a, & de Fini. 61 b, Greges amicorum. de Ora. 88 b, Philosophorum greges. I. Epist.

Grvnitvs, tus uox est porcorum. Tusc. 250 b, Nec grunitum audiunt, cum iugulantur sus.

Grvs, is. de N. 51 a, Grues cum loca calidiora petentes, mare transmittunt, trianguli formam efficere. & ibi. Grues in terra præuolantium capita reponunt.

Gvbernaculvm, li. clauus, administratio, munus, officium. de Inuen. 81 b, Hic iste naufragus ad gubernaculum accessit. pro Sest. 7 a, Clauum tanti imperij tenere, & gubernacula reip. tractare. pro Do. 218 a, Cum senatum à gubernaculis deiecisses, populum è naui exturbasses. pro S. R. 261 b, Qui omni tempore ad gubernacula reip. sedere debebant. Br. 91 b, Vt gubernacula reip. prenderem. de Or. 89 a, Oratorem repelli à gubernaculis ciuitatum. Att. 27 a, Non abiectis, sed ereptis gubernaculis. de Orat. 103 a, Gubernaculis ciuitatum regendarum. Epi. 267 a, Qui nisi à gubernaculis recesserint, maximũ ab uniuerso naufragio periculũ est.

Gvbernatio, onis. administratio, procuratio. de Orat. 154 b, Orbis terræ gubernatio & summi imperij procuratio. In Vat. 36 a, Populus nunquam hæc à summi consilij gubernatione auferre conatus est. de Fi. 95 a, Non enim gubernationi aut medicinæ similem sapientiam arbitramur. At. 281 b, Magnam gubernationem tui consilij res desiderat. In Cat. 115 a, Vix uidetur humanis consilijs tantam molem rerum gubernatio consequi potuisse. pro Do. 239 a, Tempus illud erat in gubernatione positum senatus. de In. 82 b, Cupiditas consilij gubernatione regitur.

Gvbernator, oris. rector, moderator, rector reip. & publici consilij author. de Sen. 80 b, Gubernator clauum tenens sedet in puppi. de In. 54 a, Nauis, quę scientissimo gubernatore utitur. & Par. 119 a, Si nauem auri euertat gubernator. I. A. 214 a, Summi gubernatores in magnis tempestatibus nõ nunquam à uectoribus admoneri solent. pro Rab. 96 a, Cuſtos gubernatorq; reip.

Gvbernatrix, cis. regina. de Or. 88 a, Eloquentia gubernatrix ciuitatum.

Gvbernvo, as. administro, procuro, rego, gero, moderor, clauum imperij teneo, gubernacula reipub. tracto uel teneo, nauem tractam teneo, ad gubernacula reipub. sedeo. Epist. 21 a, Teque hortor, ut omnia gubernes ac moderere prudẽtia tua. Att. 212 b, Velim ergo totum hoc ita gubernes, ut ne minima quidẽ re ulla commodum Bruti impediamus. pro S.R. 40 b, Cum solus rempub. gereret, orbemq; terrarum gubernaret. pro Mil. 10 a, b, Clodius contulit se ad Milonis competitores, sed ita, totam ut petitionem ipse solus etiam inuitis illis gubernaret, tota ut comitia suis (ut dictabat) humeris sustineret. Epist. 28 a, Sed tamen iter meũ resp. & rerum urbanarum ratio gubernabit. pro Syl. 282 a, Tormenta gubernat dolor, & moderatur natura cuiusque, &c. regit quæsitor. pro Rab. 91 a, Dij quorum ope & auxilio hæc resp. gubernatur. Attic. 92 b, Sed hæc deus aliquis gubernabit. & 226 b, Sed hæc fortuna uiderit, quoniam ratio non gubernat. de Natur. 12 a, Siue in ipso mundo deus est aliquis, qui regat, qui guberner, qui omnia conseruet. Attic. 121 b, Fortunæ motum ratione quadam gubernare. & 278 b, Cæsarem meis consilijs adhuc gubernatum quidam corruperunt. Offic. 18 a, Qui inter se contenderent uter potius remp. administret, ut si naturę certarent quis eorum potissimum gubernaret. pro Sex. Rosc. 37 a, Commune commodum mutuis officijs gubernatur. Attic. 251 b, Gerere, regere, gubernare. Par. 236 b, Gubernare, regere, moderari. de Fin. 73 b, Gubernare uitam. Acad. 17 a, Eoque directius gubernantur naues.

Gvla, læ. abdomen, guttur, fistula per quam cibus potusq; in stomachum descendit. I.V. 204 b, Quem obtorta gula in uiuicula abripi iussit. Att. 215 b, O gulam insulsam. In Sal. 174 a, Posteaquàm immensę gulæ, impudicissimi corporis quæ stus sufficere non potuit.

Gvlia, mæ. de Fi. 69 b, Compellans gumas ex ordine nostros. Lucilij.

Gvrges, tis. uorago, helluo. I. V. 152 a, Immensa aliqua uorago aut gurges uitiorum turpitudinumque omnium. pro Domo. 237 a, Ille gurges helluatus est simul tecum reipub. sanguinem de Arc. 258 a, Quæ unquam Charybdis tantos haurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum prædas exorbuit. de Orato. 19 a, Pater norat hunc gurgitem. I.P. 88 a, Ille gurges atque helluo natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. I. A. 232 b, Habet secum L. fratrem quem gurgitem? quam uoraginem? pro Sest. 25 a, Gurges & uorago patrimonij. I. A Epist. profundissimus libidinum gurges. I. A. Quos tenet Aegeo denixa in gurgite echineis. I. P. 94 a, Rhem fossa gurgitibus illis redundans. de Nat. 47 a, Rapido cum gurgite flumen. de Diui. 83 a, Fulix fugiens e gurgite ponti.

Gvrgvstivm, stij. locus, seu taberna obscura, & angusta. de N. 6 b, Antè uidelicet in tenebris tanquam in gurgistio habitauerat. I.P. 82 a, Nescio quo è gurgistio prodire, capite inuoluto.

Gvstatvs, tus. gustus. de Nat. 54 b, Gustatus, qui sentire eorum quibus uescimur, genera debet, habitat in ea parte oris qua esculentis, & poculentis iter natura patefacit. & 55 a, Gustatus ore continetur. de Orat. 152 a, Gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime uoluptarius. & qui dulcitudine præter cæteros sensus commouetur. de Natur. 58 a, Pomorum iucundus non gustatus solùm, sed odoratus etiam, & aspectus. Academ. 6 b, Nihil necesse est de odoratu & gustatu dicere.

Gvsto, as. degusto, libo, attingo. Epistol. 107 b, Cum quidem biduum ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem. de Nat. 51. Capræ dictamum quærunt, quam cum gustauerunt, sagittæ quibus confixæ sunt, excidunt. pro Mur. 142 b, Cretes, quorum nemo gustauit unquam cubans I.A. 173 b, Gustaras ciuilem sanguinem, uel potius exorbueras. de N. 6 a, Primis, ut dicitur, labris gustare physiologiam, & attingere. I. Labrum. de Orat. 96 b, Quædam de actione breuia, sed magna cum exercitatione præcepta gustaram. de Orat. 122 b, Istorum omnium summatim causas, & genera ipsa gustaram. I.P. 92 a, Pompeius non gustarat istam tuam philosophiam. Epistol. 197 b, Nullam partem reipub. gustare potuisti. de Finib. 61 a, Gustare partem aliquam uoluptatis. pro Ar. 189 a, Sed ipsi hæc neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus. pro Cæl. 43 a, Qui primoribus labris aliquid gustant, & extremis, ut dicitur, digitis attingunt.

Gvstvs, stus. gustatus. de Se. 88 a, Vua, & succo terræ & calore solis augescens primò est peracerba gustui. I.A. 182 a, Libidinosi, auari, facinorosi, ueræ laudis gustum non habent. & ibi. Quidam morbo aliquo, & sensus stupore suauitatem cibi non sentunt.

GVTTA, tæ. de Or. 160 a, Numerum in cadẽtibus guttis, quod interuallis distinguuntur, notare possumus. Tusc. 180 a, Ex quo liquatæ solis ardore excidunt guttæ. de N. 28 b, Guttæ imbrium quasi cruentæ.

GVTTVR, ris. gula. de Diuin. 83 a, Haud modicos tremulo fun dens è gutture cantus. pro Cæl. 47 b, Vicium uentris, & gutturis.

GYARVS, insula. Att. 74 b, De Gyaro dedi literas.

GYGES, gis. rex Lydiæ. Offic. 67 b, & 59 b, Gygis annulus.

GYMNASIARCHVS, chi. gymnasij præfectus. I. V. 221 b, Demetrius Gymnasiarchus, qui eo loco præerat.

GYMNASIVM, sij. locus ad exercendum, ut palæstra, schola. de Orat. 89 b, Clamabunt credo omnia gymnasia, atque omnes philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria. de Orator. 93 a, Magnam habeo huic palęstræ, & Tusculano tuo gratiam, & longè Academiæ illi ac Lycæo tuum hoc suburbanum gymnasium antepono. de Diuinat. 81 b, Cum ambulandi causa in Lyceum uenissemus, (nam id superiori gymnasio nomen est.) Par. 116 a, Quæ uix in gymnasijs, & in ocio Stoici probant. I. A. 221 b, Is Laodicææ in gymnasio à quodam Leptine est interfectus. Ser. Epistol. 56 a, Nos in nobilissimo orbis terrarum Gymnasio Academię locum delegimus. de Finib. 124 a, Gymnasium, quod Prolemęum uocatur.

GYMNICVS, a, um. de In. 72 b, Gymnicum certamen. & Tusc. 188 b. Ludi gymnici.

GYNAECEVM, cei. locus in ædibus sepositus, ubi solę mulieres uersabantur. I. A. 178 b, Syngrapha sestertij centies, &c. facta in gynæceo.

GYPSATISSIMVS, a, um. candidissimus, tenacissimus, quale gypsum est. Ep. 99 a, Medea manibus gypsatissimis.

GYRVS, ri. circulus, ambitus. de Orat. 149 b, Ex ingenti quodam oratore immensoque in exiguum sanè gyrum compellitis. Offic. 18 b, Homines secundis rebus effrenatos sibique præfidentes tanquam in gyrum rationis, & doctrinæ duci oporter.

GYTHEVS, est fluuius Laconum, qui in Argolicum sinum fluit. Off. 61 b.

H A

ASPIRATIONIS nota. Or. 212 a, Maiores nunquam nisi in uocali aspirationem utebantur. loquebantur enim sic ut dicerent. pulcros, Cætegos, triumpos, Cartaginem. & infrà, Orciuios tamen, & Matones, Otones, sepulcra, coronas, lacrymas dicimus, quia per aurium iudicium semper licet.

HABENAE, arum. lora sunt quæ freno utrinque adligantur ad equum regendum. de Or. 104 a, Cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem, quasi quasdam habenas tradidit. de Am. 104 b, Commodissimum est quàm laxissimas habenas habere amicitiæ, quas uel adducas cum uelis, uel remittas.

HABEO, bes. possideo, utor, mihi non deest, penes me est, particeps sum. de D. 128 a, Eodem temporis puncto nati dissimiles & naturas & uitas & casus habent. & ibi. b, Dissimili tudo locorum, dissimiles hominum procreationes habet. & 122 a, Dionysij equus habuit apes in iuba. & 95 a, Pars animi, quæ sensum, quæ motũ, quæ appetitũ habet. de Pro. 71 a, Deinde aduentus eius in Syriam primus, equitatus habuit interitum. de Or. 92 a, Demosthenes summam prudentiam summamq; uim habuit dicendi. 119 b, Neminem omnium tot ac tanta, quanta essent in Crasso habuisse ornamẽta dicendi. & ibi. Itemq; illa, &c. excogitationem non habent difficilem. I. A. 188 b, Is dixit se usq; ad Cal. Maias ad urbem exercitum habiturum. Ar. 129 a, Domitius suas XII. cohortes tribus in oppidis distributas habet. & 220 a, Omisi ea quæ in manibus habebam. & 90 b, Phlias dici sciebam. & ita fac ut habeas: nos quidem si habemus: id est, sic in nostro codice scriptum est. Att. 257 b, Octauius omnes bonos secum habiturus est. pro S. R. 43 a, Fœmina, quæ patrem habuit clarissimum uirum. Att. 253 b, Hæc nauigatio habet quasdam suspiciones periculi. de Or. 198 a, Eloquentia forensis iactationem habuit in populo. Ora. 197 b, Hæc ingressio mea, aut reprehensionis aliquid, aut certè admirationis habitura est. de Cl. 195 b, Hæc genera dicendi in sonibus grauitatem non habent. Orat. 206 b, Eaque hanc habent, quam probo, uarietatem. Qu. F. 303 a, Magnum facinnum habeas & spem bonam. de Or. 135 a, Scaurus nonnullam habet inuidiam, ex eo quòd aliorum bona sine testimento possidet: id est, sustinet inuidiã. I. V. 274 b, Dijs bellum, iste semper habuit indictum. de N. 5 a, Lucilius, qui magnos progressus habebat in Stoicis. pro Lig. 137 b, Profectio uoluntatem habuit non turpem, remansio etiam necessitatem honestam. de Leg. 181 b, Nam priusquàm iniecta gleba est, locus ille nihil habet religionis. I. A. 221 b, Vt Antiochum classes habere prohiberet. Off. 42 a, Tua ætas incidit in id prælium, cuius altera pars sceleris nimium habuit, altera felicitatis parum.

HABERE, pro existimare, ducere, iudicare, ponere, uel reponere. de Sen. 91 b, Omnia quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. de Cl. 173 a, Tum eius elegans est habitum orationis genus. Ep. 67 a, Dalmatæ semper habiti sunt bellicosi. Ep. 54 b, Tempori cedere: id est necessitati parere, sapientis semper est habitum. de N. 26 b, Natura insculpsit in mentibus nostris, ut deos æternos & beatos habeamus. & 77 b, Atque hoc quidem omnes mortales sic habent, prosperitatem uitæ à dijs se habere. Tus. 349 a, Themistocles, cum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior. de Fin. 56 b. Maximam illam uoluptatem habemus. de Cl. 170 a, Eum nos ut peruetterem habemus. Att. 71 a, Hoc uelim in maximis rebus & maximè necessarijs habeas. Attic. 93 b, Hunc ego si in præfectis habuissem, quem tu me hominem putares? de Clar. 173 a, Eodemque in genere est habitus M. Octauius. & ibid. b, Fãnius in mediocribus oratorib. habitus est. & 171 a, Hic oratorum in numero est habitus. de Finib. 51 a, An partus ancillæ in fructu sit habendus. Ar. 193 a, Habe tuum negocium: id est, tanquam tuum negocium. & 204 a, Iam istuc pro facto habeo. Epist. 75 a, Nisi in prouincias relictas rationes pro latis haberẽ. de N. 92 a, Habere aliquem in numero sapientum. de In. 81 a, Quo in numero hoc. & quo in loco illud haberi cõueniat. pro Ar. 191 b, Isque est eo numero, qui semper apud omnes sanĉti sunt habiti, atque dicti. Off. 41 a, Ille habet opinionem iusticiæ: id est, habetur iustus.

HABERE. pro facere, tractare. Att. 70 b, Habere διαλογον cum aliquo. & 28 a, Habere dialogum. de Clar. 179 a, Nulla est altercatio clamoribus unquam habita maioribus. Qu. Fr. 299 a, Statius interuenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipso habebantur. pro Mar. 141 a, Quæstiones in senatu habitæ. pro Mur. 138 a, Quoniam non est nobis hæc oratio habenda, aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conuentu agrestium. de Or. 126 b, Habere uerba. I. Verbum. Habere sermonem. I. Sermo.

HABERE, aliis quibusdam modis. Substãtiuis iunctũ. pro Sest. 18 b, Eos uoluntatem semper eandem, libertatem eandem non semper habuisse. pro Do. 230 a, In illo pœna legitima, turpitudinem nõ habuit. I. C. 119 b, Habere uidetur ista res iniquitatem, si imperare uelis: difficultatem, si rogare. pro Pl. 267 a, Habere magnas necessitudines in aliqua tribu. p Do. 238 a, b, Domus tua & quicquid habes aliud, est Cereri consecratum. Off. 43 b, Habere aliquid religioni. Art. 15 b, Habeo in animo consulatum statim petere. Plan. Ep. 154 a, Quid in animo habuerim cum Lernus discesset à me, ex eo potuisti cognoscere. & 72 b, Illa cõsolatio quam semper in ore atq; in animo habere debemus. Off. 69 a, Hunc quas pro conscientiæ labes in animo censes habuisse? I. V. 118 a, Clamare cœperunt, sibi ut haberet hæreditatem. In An. 173 b, Ille suam illã suas res sibi habere iussit. I. V. 124 b, Habeatis sanè uobiscum istum, &c.

HABERE. pro esse, aut esse loco, uel in loco, uel in statu. Ar. 217 a, Scire igitur aueo, quomodo res se habeat. de Orat. 134 a, Sic profectò res se habet, ut, &c. & Epist. 33 a. Ea res se habet. pro Quint. 1 a, Verùm ita se res haberet, ut, &c. I. V. 133 b, Quæ cum ita se res haberet, tamen, &c. & 3 b, Alio loco, ut se tota res habeat demonstrabitur. de Orator. 94 a, Præclarè enim se res habeat, si, &c. In Ver. 139 a, Omnino præclarè te habes, cum, &cæ. de Fat. 142 a, Nam nihil esset in potestate nostra, si res ita se haberet. Epistol. 45 a, Rem uides, quomodo se habet. Epistol. 124 b, Domitij se male habent. Attic. 74 a, Cum ego me non bellè haberem. Offi. 37 a, Malè enim se res habet, cum quod uirtute effici debet, id tentatur pecunia. de Orat. 137 b, Malè se res habet, quæ, &c. & 121 a, Quomodo nunc se istorum artes habent. Att. 27 b, Bene habemus nos.

HABERE cum adiectiuis. in quibus mira est uarietas. Epistol. 255 a, Quantum ex tuis literis habeo cognitum. & 211 a, Eum nondum habes satis cognitum. I. V. 248 b, Hodie omnes sic habent persuasum, istum, &c. Ep. 167 b, Habere uitam alicuius perspectam. & 251 a, Habere procurationẽ rerum alicuius susceptam. In Verr. 56 b, Siculi ad meam fidem quam habent spectatam iam & diu cognitam, confugiunt. & 155 a, Vt omnes ante Calen. Sex. decumas ad aquam deportatas haberent. & 230 b, Itaq; hi conuersam iam habent demonstrationem suam. de Clar. 177 b, Satis mihi uidebar habere cognitũ Scæuolam, ex ijs, rebus, quas, &c. Or. 207 b, Orator habeat omnes philosophiæ notos & tractatos locos. de Or. 191 a, Docemur authoritatem legũ, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. Quin. Frat. 293 b, Ex quibus non nullas simultates susceptas habemus. Atti. 119 a, In eo positas omnes nostras spes habemus. Ep. 173 a, Non habeo ambiguum. Epist. 158 b, Habeo expertũm. de Or. 122 b, Vt habeant paratum, quid quaq; de re dicant. Att. 154 a, Et boni ciues mare infestum habebimus. de Cl. 179 a, Scæuolæ dicendi elegantiam ex ijs orationibus, quas reliquit, habemus cognitã. Epi. 79 b, Ita statutum habeas, me, &c. Attic. 273 a, Clodij animum perspectum habeo cognitum, iudicatum. de Natur. 70 b, Mercurius, quẽ Aegyptij nefas habent nominare. Att. 275 b, Cũ exploratum habere cœpero, Cæsarem, &c. Orat. 208 a, Erit etiã ei perspectũ, nihil posse, &c., p Qu. R. 46 b, Cur hoc nomen in aduersarijs scriptũ habebas? Ora. 207 a, Qui ea multo quàm nos habes notiora. Qu. 328 b, Quod mehortaris ut absoluam, habeo absolutum. de N. 26 b, Habere aliquid cognitum comprehensumq; animo. Ac. 25 a, Aliquid comprehensum animo habere atq; perceptum. I. V. 270 b, Habuisse aliquem uinctum clausumq; custodijs. & 204 a, Habere aliquid reconditum: id est, tenere. & 73 b, Habere tempus distributum, ut prima pars, &c. & 87 b, Diligentius habere dico Seruiliũ prędam populi Rom. quàm te tua facta notata atq; descripta. & 130 a, Ita in tabulis scriptum habes. Attic. 83 b, Hoc quid intersit certè habes subductum. I. A. 248 b, Quorum habetis cognitam uoluntatem in remp. & 204 a, Omnes habeo cognitos sensus adolescentis, nihil est illi rep. charius. de D. 138 a, Hæc & innumerabilia quæ collecta habent Stoici. pro Cæc. 45 a. Eum habere tuis copijs deuinctum non potes. contra Rul. 69 a, Non enim bellum nescio quod habet susceptum consulatus cum tribunatu. pro Pom. 7 a, Pecunias contulerũt. & ibi. Pecunias collatas habent. Quin. de Pet. 209 a, Omnes centurias mulcis & uarijs amicitijs cura ut confirmatas habeas. & ibi. b, Postremo totam Italiam fac ut in animo ac memoria tibi distributam comprehensamq; habeas. I. A. 204 b, De Cæsare satis hoc tempore dictum habeo: id est, de Cæsare satis dixi. Ep. 44 b, Ego Plance necessitudinem constitutam habui cum domo uestra. Attic. li. 12. Constitutum habere cum aliquo. I. V. 124 b, Habere fidem pręcio addictam. & 125 a, Habere fidem alteri addictam pecunia. Epist. 69 b, 115 a, Quæ habes instituta, perpolies. In Verr. 201 a, Dum forum habuit dijs immortalibus ornatũ. Epistol. 26 b, Quæ non animum magis solicitum habent, quàm tuum. & 90 a, Cęsar diuitius uelle uidetur eos habere solicitos, à quibus se putat diuturnioribus esse molestijs conflictatum. Epistol. 96 b, Solicitum autem te habebat cogitatio tum officij, tum etiam periculi. pro Flacc. 161 a, Cur unus tu Appollonienses miseriores habes, quàm aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit unquam. I. Infestus. Sic habeto, &c. pro, sic tibi persuade: uel, hoc scito pro Cæl. 38 a, Hi. sic habeant, quæcunq; in equite Rom. dignitas esse poteſt, eam semper in M. Cęlio habitam esse summam, hodieq; haberi ab omnibus. Epistol. 216 b. Id primùm ergo habeto, me, &c. & 45 a, b, Illud uelim sic habeas, quod intelligas, &c. Ep. 22 a, Vnũ hoc sic habeto, &c. Ep. 23 a, Atqui sic habeto. Ep. 22 a, Tantum habeto, ciuem egregium esse Pompeium. Attic. 243 a, Tantum dico. & 41 b, Hoc confirmo. Non habere &c. pro nescire, nihil esse. Atti. 114 b, Nec de me laboro, de pueris quid agam non habeo. Episto. 22 a, Neque tamen adhuc habeo, quod te accusem. pro Mur. 129 b, Quid huic respondeas non habebis. de N. 72 a, De quibus habeo ipse quid sentiã, non habeo autem quid tibi assentiar. I. V. 211 b, Nec quid facerem habebam.

HABERE cum infinito, pro posse, uel esse. Attic. 37 b, De repub. nihil habeo ad te scribere. de Nat. 79 a, Hæc ferè obijcere habui de natura deorum. de Am. 115 b, Hæc habui de amicitia quæ dicerẽ. pro Cor. 61 b, Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiusmodi? Aca. 21 a, Quid enim dicere habeant? Par. 234 a, Non habebimus necesse semper concludere. Attic. 155 b, Eo minus habeo necesse scribere, quid sim facturus. de Or. 131 b, Ne quotiescunq; potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere. Episto. 5 a, De causa regia tantum habeo polliceri, me tibi absenti cumulatè satisfacturum. I. A. 175 b, Habebat hoc omnino Cęsar, &c. id est, hoc erat proprium Cæsaris, uel hic erat mos & consuetudo Cæsaris. Attic. 25 b, Nunc uerò cum omnibus musis rationem habere cogito.

HABERE, subſtantiuis iunctum alia atq; alia ratione. de N. 13 a, Quanquam nõ tam dicendi mihi ratio habenda fuit, quàm audiendi. de Am. 113 a, Omnis hac in re habenda ratio & diligentia est: primum, ut, &c. de L. 176 a, Habere concilium, ut habere comitia. pro Cluent. 37 a, Habere modum. Attic. 276 a, Habere rationem absentis. I. V. 250 a, Habere rationem dierum. I. V. 153 a, Habere censum, & habere æstimationẽ. I. Census. I. V. 273 b, Habere animos aliquorum inimicos. Epistol. 17 a, Habere prouinciam uel imperium. In Vat. 243 a, b, Habere multum negocij atque oneris. de Orat. 156 a, Habere sententiam iunctam eloquentiæ. & 132 b, Cum ille haberet filium delicatiorẽ. I. V. 73 a, Habere de rep. cum aliquo. id est, agere. I. V. 250 a, Vt is uictu cęterisq; rebus quàm liberalissimè cõmodissimeque habeatur: id est tractetur, accipiatur. de Diu. 100 a, Nostri nihil in bello sine extis agunt, nihil sine auspicijs domi habent. Ar. 51 b, Vt se initia dederint, id est, habuerint. Epi. 144 b, Habere rem communem cum aliquo. de Le. 173 a, Separatim nemo habeſsit deos: id est, nemo habeat.

HABERE. pro habitare. pro S. R. 40 a, Qui in Salentinis aut in Brutijs habent, unde uix ter in anno audire nuncium possunt. Epist. 99 a, Quæ corinthum arcem altam habebãt matronæ. Ar. 28 a, Video iam quò inuidia transeat, & ubi sit habitura. aliàs habitatura.

HABESSIT, pro habet, uetustum uerbum. de Leg. lib. 2. Separatim nemo habeſsit deos.

HABILIS, le. de Or. 94 b, Sunt autem quidam ita naturæ muneribus in ijsdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati, sed ab aliquo deo ficti esse uideantur. de I. 161 a, Natura homini figuram corporis habilem & aptam humano ingenio dedit. de Fin. 118 b, Res aptæ, habiles, & accommodatæ ad naturam. de Or. 105 a, Calceis Sicyonijs non uterer, quamuis essent habiles, & apti ad pedem.

HABILITAS, tis. agilitas. de Leg. 161 b, Omitto habilitates opportunitatesq; reliqui corporis.

HABITABILIS, le. Tuscul. 158 a, Regio habitabilis. & de som. 123 b, Duo sunt habitabiles, quorum australis, &c.

HABITATIO, onis. usus. Epistol. 203 a, Peto à te, ut ei de habitatione accõmodes. & pro Cæl. 40 b, Sumptus obiectus est habitationis, XXX. millibus dixisti eum habitare.

HABITATOR, oris. incola. Quint. Fr. 390 a, Tuam domum in Carinis mundi habitatores Lamiæ conduxerunt. de N. 54 a, Homines incolę atq; habitatores, &c. & 44 a, Habitator in hac diuina domo.

HABITO, as colo, domicilium habeo, sum. I. V. 208 b, Is Libyæi multos iam annos habitat. In Vat. 228 a, Coliturq; ea pars urbis & habitatur frequentissimè. & de D. 127 b, Omnis terra quæ incolitur. Attic. 41 a, Deinde fine tenatura castellum munitum habitanti mihi prodesset, transeunti non est necessarium. In Vat. 125 b, Cum apud eum nõ modò Thermis ſæpenumero fuisset, sed etiam habitasset. de Nat. 45 a, Si essent qui sub terra habitarent bonis & illustribus

ſtribus domicilijs.pro Cæl.40 b, Cuius in ædiculis habitat decem milibus.In Sal.274 a, Habitare ĩ domo alterius uel ſua.I.V.168 b,Omnes qui habitarent in Sicilia.Acad.31 a, Habitari ait Xenophanes in luna.cont.Rul.86 b,Habitare in carcere.de N.6 b,Habitare in gurguſtio.& Habitare me Iius.de Som.126 a,Vides habitari in terra raris & anguſtis in locis.pro Do.233 a,Demigrandum potius aliquo,quàm habitandum in hac urbe.I.A.180 b, Stultè Aquinates, ſed tamen in uia habitabant.pro Cæl.40 b,Sumptus unius generis obiectus eſt habitationis,triginta millibus dixiſtis eũ habitare.pro Do.236 a,Iſte habitare laxè & magnificè uoluit.& Att.269 b, Neq; tamen non in primis bene habituit.Tuſc.241 b, Habitare & pernoctare cum aliquo. I.V. 89 a,Filia cũ patre habitat.At.235 b,viuere & habitare cũ aliquo.de Se.94 b,Commorandi natura diuerſorium nobis non habitandi dedit.pro Cl.24 a,& Epi.135 a,& I.C.101 a,Habitare apud aliquem.Ac.29 a,Diodorus,quem à puero audiui,qui mecum uiuit tot annos,qui habitat apud me. de Cl.194 a,& pro Cæl.48 a,Diodorus habitauit apud me uixitq;.de Fin.84 a, Qui poteſt igitur habitare in beata uita ſummi mali metus? Or.201 b,Alioqui quonam modo ille in bonis hærebit & habitabit ſuis?de Or. 123 a,Illi autẽ qui hoc ſolum colendum putabant, habitarunt in hac una ratione tractanda.pro Mu.128 b,Abfueris tandiu, ut cum longo interuallo ueneris,cũ ijs qui in foro habitarunt, de dignitate contendas.de Cl.103 b, Diſerti quidem Qu. Varius,C.Carbo, & ij quidem habitabant in roſtris. I.A.239 b,Hic etiam fautores Antonij, quorũ in uultu habitãt oculi mei,triſtiores uidebam.ad At.lib. 3.Nam caſtellum mutum habitanti, mihi prodeſſet: tranſeunti, non eſt neceſſarium.

HABITVDO, nis.habitus,conſtitutio. ad Her. 27 a, Corporis bonam habitudinem tumor imitatur.

HABITVS,tus.affectio manens,conſuetudo,exercitatio, confirmatio,ornatus. habitudo, figura uel forma. de In.65 a, Habitus in aliqua perfecta & conſtanti animi aut corporis abſolutione conſiſtit,quo in genere uirtus, ſcientia, & c.de In.50 a,Habitus eſt animi aut corporis conſtans & abſoluta aliqua in re perfectio: ut uirtutis aut artis perceptio alicuius,aut cuiusq; ſcientia.de Inuen.50 a,Quæ induſtria cõparãtur,ad habitum pertinent.de Or.141 b,Exercitatio,ex qua conſuetudo gignitur.Ac.46 a,Habitus uirtutis.& uſus uirtutis,quem actum uocant indiſerti.Top.226 a,Habitus, ut facile & citò iraſcatur.de In.82 a,Iuſtitia eſt habitus animi,&c.de Finib.114 b, Cum eum ad rationis habitum perduxerit.de L.165 a.Prudens ex ipſius habitu,non ex aliqua re extrema iudicandum eſt.de Fin.113 b,Natura nunquam ſe deſerit, aut partem aliquam ſui aut eius partis habitum, aut uim.pro Arch.188 b,Quoſdam ſine doctrina naturę ipſius habitu ,ppè diuino per ſeipſos moderatos & graues extitiſſe.de Fin.133 a, Moderati æquabilesq; habitus.

HABITVS.pro habitudine,ornatu,figura uel forma. pro Cæl. 50 a,Quin.Metellus cum floreret integerrima ætate,optimo habitu, maximis uiribus ereptus eſt uniuerſæ ciuitati. de Cl.170 a,Qui non tam habitus corporis opimos,quàm gracilitates conſectentur.de Clar. 194 a, Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas & infirmitas corporis, procerũ & tenue collum, qui habitus & quæ figura nõ procul abeſt à uitæ periculo.de D.114 a, Habitu exortum & colore declarari futura. de D. 107 b, Exta quorum ex habitu & colore futura percipiuntur. & 114 b , Cum pecudum exta in eundem habitum ſe coloremq; conuerterint.I.V.126 a,Hi mera in muliebrem figuram habitumq; formata. & 201 a, Signa duo uirginali habitu atq; ueſtitu.de Clar.194 b,Corporis mediocris habitus.de N.21 a,Habitus oris : id eſt,figura uel forma.de Fin.101 b,Habitus oris & uultus. & de Or.161 b , Si habitum orationis & quaſi colorem aliquem requiritis.de Cl. 185 a, Orationis eius tanquam habitus erat non inurbanus.

HACTENVS . ad hunc diem,idcirco.Attic.75 a,Sed hactenus, præſertim cum , &c.& ibi. Ergo hæc quoque hactenus,redeo ad urbana.Attic.210 b , Sed hæc hactenus, ne uidear, &c.Attic.255 b,Sed hactenus.Epi.47 b , Hactenus exiſtimo noſtram conſolationem rectè adhibitam eſſe , quoad certior ab homine amiciſsimo fieres ijs de rebus , quib.leuari poſſent moleſtiæ tuę.de Or.119 b,Hæc autem quidem & præcepta duntaxat hactenus requirunt,ut certis dicendi luminib.ornẽtur.de D.83 a, Qui hactenus aliquid egit, ut earum rationem rerum explicaret.pro Fl.153 b,Niſi uerò hactenus iſta formula teſtimonij tui deſcribi ac diſtinguí poteſt , ut Flacco abſenti aliquid ciuitates tribuiſſe dicantur,Lælio præſenti nihil tribuiſſe uideantur .

HAEDINVS . pro Muræn. 124 a , Pelliculis hædinis lectulos ſtruit .

HAEDVS,di.capræ filius . de Sen. 89 a , Villa abundat porco, hædo,agno,&c.de Nat.47 b. & in Arato.

HAEMVS.I.Aemus .

HAEREDITARIVS, a,um.pro Cec. 287 a, Cum eſſet hæc actio hæreditaria conſtituta.& At.277 a,Controuerſia hæreditaria.& de In.56.de Som.127 a,Cognomẽ quod habet ex nobis adhuc conſtitutum . de Ar. 249 b , Multæ domus ſint iure hæreditario.

HAEREDITAS,tis.patrimonium,bona.de In.58 a , Hæreditate uenire bona dicuntur,quæ iure hæreditario alicui obueniunt.Topic. 223 a , Hęreditas eſt pecunia quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure : nec ea ut legata teſtamento,aut poſſeſsione retenta . pro Fl. 163 a, Communis hæreditas, quæ ad utrunq; æqualiter lege ueniebat.Att.16 a,& pro Qu.R.54 a.& I.A.168 b, Cum ipſe hæreditatem patris non adiſſes.pro Ar.187 b,Is adijt hæreditates ciuiũ Rom.Att.171 a,Hodie ex teſtamento creui hæreditatem ; & 178 a,Galeonis hæreditatẽ creui.At.86 b,Aufidius fratris Appij amorem erga me cum reliqua hęreditate creuit. Offic.38 b,Rei familiaris ad paucos,cupiditatum ad multos improbos uenit hereditas.In Ver.81 b,Mihi hæreditas à propinquo uenit.de Inu.70 a,Hæreditas,quæ pupillo uenit.Attic.220 b,Lepta ueretur, ne non liceat tenere hæreditatem.pro Cec. 287 a , In partem hæreditatis mulieres uocatæ ſunt.pro Cec. 304 b , Ariminenſes à populo Rom. hæreditates capere potuiſſe. contra Rullum.72 a,Hæreditatum obeundarum cauſa,quibus uos legationes dediſtis: contra Rull.74 b , Autoritatem ſenatus extare aditæ hæreditatis ſentio.pro Cec.299 a,Fundum ad aliquem teſtamẽto peruenire.& ibi fundum à patre relinqui.de N.77 a,Eãque poteſtatem,hæreditatis loco filio tradidit. Offic.164, Ad quem hæreditas huius gloriæ pertinet . pro Dom. 120 a, Quas adoptationes,hæreditates nominis, pecuniæ ſacorum ſecutæ ſunt.Off.24 b, Optima hæreditas à patrib.traditur liberis,omniq; patrimonio præſtantior, gloria uirtutis rerumq; geſtarũ.de Or.99 a , Cum miles domum reueniſſet egiſſetq; lege in hæreditatem paternam teſtamento exhæres filius.de Fin.77 a,Reddere hęreditatem . I.A.116 b, Hęreditates caducę .

HAEREO,es.adhęreo,adhęreſco,defixus ſum,habito.de Som. 129 a , Terra immobilis manẽs ima ſede ſemper hęret.Ac. 31 a, Vt uideamus terra ne pœnitus defixa ſit,& quaſi radicibus ſuis hęreat,an media pendeat.de Aruſp. 297 a, Vitia in aliquo penitus defixa atq; hęrentia . I.A. 172 b , Tamen infixus animo hęret dolor.de N.53 a, Stomachus ad radices linguę hęrens.& 38 a , Vir ſapiens confiteri peccatum ſuum maluit,quã hęrere in rep.religionem.pro Deiot.149 a,Vix hęrete in equo ſenex poterat . de D. 86 b,Vt peccatum hęreat,non in eo qui monuerit,ſed in eo qui nõ obtẽperauit.Aliquid alicui in uiſcerib. hęrere. Ar.86 a,Aliquę alicui hęrere in medullis.Ep.253 a , Aliquem in medullis alicuius ac uiſceribus hęrere.In An.195 b,Aliquid hęrere in memoria.Ac.1 b,pro Cęl.40 a , Nec Catilinę familiaritatis crimen hęreat.ibi.b, In quo nõ modò crimẽ nõ hęrebat,ſed uix.&c.& 53 b,Fama adoleſcẽtis paulũ hęſit ad metas.Att.145 b,Hoc mihi planè hęſit.pro Q.R.47 a , Poteſt homini huic hęrere peccatum ? Epiſtol. 82 a, Non poteſt hęrere in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria . de Finib. 87 a,Tu totus hęres in corpore.I.C.123 b , Memoria tantorum periculorum in omnium gentium ſermonibus ac mentibus ſemper hęrebit . de Orat. 201 b , Alioqui , quonam modo ille in bonis habitabit & hęrebit ſuis? Or. 209 b,Hęrere in eadem commorariq; ſententia.de Ora. 129 a, Facetè dictum ſtatim ut emiſſum eſt,hęrere debet.I.V.240 a, Cogitate in his iniquitatibus unum hęſiſſe Apollonium: cęteros ex his incommodis pecunia ſe liberaſſe . pro Mil.

112 a,Hęrere in pœnis.I. A. 247 a,Hi in oculis hęrebunt, & cum licebit in fauciibus.pro Cl.35 a,Hærebant in publicis tabulis reus & accuſator.Tuſ.205 b, Neq; tamen cum ſe in media ſtultitia,quo nihil eſt peius, hęrere intelligunt,ægritudine premũtur.de N.d.lib.2.Stomachus hęrens ad radices linguæ.Fam.lib.6.Malè hærentes ſcalarum gradus .

HERRERE,pro dubitare,ſeu dubium eſſe & uacillare.de N.71 a,In multis enim nominibus hęrebitis . At. 130 b, Hęrebitis.de Or.123 b,Hærere in aliqua re.& Qu.Fr.322 a,Hęrere in re.de Or.99 a,Hęrere in iure. Aca.4 b, Philoſophi cũ hęrent aliquo loco.de Fin.53 a, In quo etiam Democritus hęret.I.A.174 b,Hęrebat nebulo,quò ſe uerteret,uon habebat.de Vn.200 b,Incurrere in aliquam rem,& in ea hęrere atq; impediri . Ac. 130 a , Cauendum enim puto eſſe ne implicatus hęream.de Fin. 93 a,In cæteris ſubueniẽs,ſi me hęrentem uideris.Att.218 a, Vale de in ſcribendo hęreo.Q. F.30 b,In hac cauſa mihi aqua hęret.Of.76 a,Sed aqua hęret,ut aiunt.de Fi.144 b , Venit ad extremum,hęret in ſalebra.prouerbia tria hęc ſunt.Vide Eraſmi Adagia.

HERRES,dis.Epiſto.214 b,Lucius hęres eſt Marco fratri ſuo. Epiſto.217 a, Hęres ex parte dimidia eſt & tertia Capito, in ſextante ſunt hi,qui, &c.Epiſt. 199 a,Quin.Turius hęres deſecit ſimiles ſui,Cn.Saturniũ & Sex. Aufidium . & 226 a,Inſtituere aliquem ſecundum hęredem filio ſuo . Offi.66 b,In teſtamento ſcripſit hęredes ſecum M. Craſſum,& Q. Hortenſium.I.A. 172 a , Antonius in Cn. Pompeij locum ſucceſſit hęres. I. A. 168 b, Quem palãm hęredem ſemper factitarat.& ibid.Igitur fratrem exhęredans,te faciebat hęredem.pro Cl.24 a, Mulier ab hęredibus ſecundis acceptæ pecuniæ , partum ſibi ipſa medicamentis abegit. pro Ceci. 288 a,Teſtamento facta mulier moritur, facit hęredem ex deunce & ſemuncia Cecinnam.ex duabus ſextulis M.Fulcinium, Ebutio ſextulam aſpergit.At.220 a,Cæſar opinor ex nuncia,ſed Lepta ex triente.pro Mil.111 a,Cyrus teſtamentum palãm fecit,& illum,& me hęredem ſcripſit. Offic. 70 b,Scribere aliquem hęredẽ.de Or. 99 b, Poſſet ne paternorum bonorum exhęres eſſe filius , quem pater teſtamento neque hęredem neque exhęredem ſcripſiſſet nominatim. de Or.99 b,Qui eſſet ſecundum Poſthumum hęres inſtitutus.pro Cluent.32 a,Inſtituere aliquem hęredem.pro Qu. 3 a,Relinquere aliquem hęredem teſtamento.I.V. 99 a,Facere aliquem hęredem teſtamento.de Inuent.70 a,Poſſeſſio hęredum ſecundorum eſt.& ibid.Qui patris pupilli hęredes ſecundi ſunt.pro Cluen.25 b, Auia tua , cui tu es hęres.In Saluſt.274 b, Qui patre nondum mortuo pro hęrede geſſerit omnia .

HAERESIS,ſis.ſecta.Par.116 a, Cato in ea hęreſi eſt,quæ nullum ſequitur florem orationis.Att.229 b, De hęreſi Veſtoriana,& Perionum more Puteolano,riſi ſatis.Ep.253 a,Poſtulabimusq; ex qua hęreſi in hominibus armatis deiectus ſis,in eam reſtituere.& ibid.In iſta ipſa αἱρέσει.

HAESITANTIA,tiæ.titubatio,hæſitatio.I. A.186 b, Qui propter hæſitantiam linguæ cognomen ex ignominia traxerit.

HAESITATIO,onis.dubitatio.Ep.44 a, Noli ignoſcere hæſitationi mææ.de Or.127 a , Quæ dubitatio ? quanta hæſitatio, tractusq; uerborum ?

HAESITO,as.dubito,timeo,titubo.de Fin.68 a , Aperiendum eſt igitur quid ſit uoluptas , quam ſi explicauiſſet , non tam hæſitaret.Ac.39 b,Itaq; non multum hæſitans reſpondebo. Ac.9 a,Illi tum in nouis rebus quaſi modò naſcentes hæſitarunt.& 14 a,Dubitant,hæſitant,reuocant ſe interdum.I. C.107 a,Cum hæſitaret,cum teneretur, quæſiui,&c.de Or. 88 a,Carbo hæſitans in maiorum inſtitutis, rudis in iure ciuili.de Or.103 b,Quis enim unquam, &c. hæſitauit ob eã cauſam,quod,&c.pro Domo,240 b, Hæſitãtibus uerbis dicere aliquid.de Ora.94 b,Quidam lingua hæſitans,& uoce abſonus .

HALESSA urbs.I.V.112 a,& 146 a .

HALESINVS,a.pro Font.281 .

HALETHES fl.apud Veliam.Ep.lib.7. Has paternas poſſeſsiones tenebis:neque Halethen nobilem amnem relinques .

HALICARNASSEVS,a.de D.126 b,Scylax Halicarnaſſeus.

HALICIENSES pop.I.V.122 b .

HALVNTIOVM oppidum Siciliæ.I.V.211.

HALVNTINVS,a.I.V.170 b,Haluntina ciuitas .

HALICARNASSVS,ſi.urbs Cariæ.Qu.F.294 b,Tuſ.206.

HALIS,lis.fluuius.de D.132 b.

HALITVS,tus.ſpiritus.Tuſ.179 b,Efflare extremum halitum.

HALLVCINOR,aris.aut potius Allucinor, aberro. Qu.Fr. 313 a,Epiſtolæ noſtræ debent interdum hallucinari. At.250 b, Ego tamen ſuſpicor hunc,ut ſolet,hallucinari. de N. 15 b, Iſta enim à uobis tanquam dictata reddunturr , quæ Epicurus oſcitans hallucinatus eſt .

HAMATVS,a,um.aduncus.Ac.35 b,Hamatis uncinatisq; corporibus.

HAMVS,mi.de Senec.86 a,Plato eſcam malorum , uoluptatẽ appellat,quòd ea uidelicet capiantur,ut hamo piſces .

HARA,ræ ſtabulum porcorum,I.P.87 a, Epicure noſter,ex hara productæ,non ex ſchola,&c.

HARIOLVS,Haruſpex,& alia.I.Ariolus,& Aruſpex.

HARMONIA,niæ.concentus.Tuſ.152 a, Velut in cantu & fidibus,quę armonia dicitur.Tu.156 b,Harmoniam autem ex interuallis ſonorum noſſe poſſumus, quorũ uaria compoſitio etiam harmonias efficit plures. de N.65 a,Niſi putamus ad harmoniam canere mundum , ut Pythagoras exiſtimat.

HASTA,ſtæ.telum.de Fi.85 a,Euelli iuſsit eam , quæ erat trãſfixus haſtam.de Orat. 106 a, Amentatas haſtas torquere.& 138 a,Iactare gaſtas leniter. de Sen.81 a, Eminus haſta, cominus gladio uti.pro Mur.134 b,Abijcere haſtas.Off.38 a, Eſt enim auſus dicere haſta poſita, quum bona in foro uenderet,& bonorum uirorum& locupletum,& certè ciuium, prædam ſuam uendere.I.A.172 a,Haſta poſita pro æde Ionis Statoris,bona Cn.Põpeij uoci acerbiſsimę ſubiecta pœnis.Of.50 a,Haſtam in foro ponere,& bona ciuium uoci ſubijcere præconis.contra Rul.76 b, Rullus in ponto haſta poſita,cum ſuis formoſis finitoribus auctionans.contr.Rul. 62 a,Non obſcurè uidentur propè haſta præconis inſectari Cn.Pompeij exercitum.I.A.193 a , Quos non illa infinita Pompeij haſta fatiauit.I.A.180 a,Quis haſtam illius uendi tionis uidit?Att.186 b.Tres habet conditiones,aut emptionem ob haſtam,&c.I.Gramineus .

HASTATVS,ta,tum.qui haſta pugnat.de Di. 122 b,Quod euelli primi haſtati ſignum non potuerit.de D. 96 b,Cum ſigni fer primi haſtati,ſignum non poſſet mouere loco,&c.

HASTILE,lis.pro Ra.94 b,Qu.Scæuola confectus ſenectute, prępeditus morbo,haſtili nixus,&c.

HAVD.non.de Fi.125 b,Quẽ haud ſcio an rectè dixerim principem philoſophorum.pro Cl.53 a.Haud hęres eſt Cluentius.Off.15 a,Tibi non minus , haud ſcio an magis etiã hoc faciendum eſt.de Am.206 a , Atq; haud ſcio an ne opus ſit quidem,nihil unquam omnino deeſſe amicis.de Natu.73 b, Haud ſcio an melius fuerit.de Ar.243 b , Haud poteſt grauioribus à me uerbis uulnerari,quàm, &c. de Se.94 b,Quò quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facilè retraxerit. At.210 a,Vide quã philoſophos haud nos fruſtra exiſtimas.

HAVDQVAQVAM, nequaquam.de Or.88 a,Quorum pater homo prudens.& grauis,haudquaquam eloquens,ſaluti reipublicę fuit . & 121 b , Haudquaquam:id eſt,difficile Craſſo. de Am.108 b , Suauitas ſermonum atq; morum haudquaquam mediocre cõdimentum amicitię.de Vn.202 a,Haud quaquam boni eſt,ratione uinctum uelle diſſoluere.

HAVE.pro ſalue.Ep.125 a, Ac ſimul atq; haue mihi dixit, ſtatim quid de te audiſſet,expoſuit.

HAVRIO,ris.hauſi,hauſtum.traho.de Clar.191 b, Qui hoc ſentiat,ſi is potare uelit,de dolio ſibi hauriendum pauet . pro Cec.300 a,Quicquid'inde haurias , purum liquidumque te haurire ſentias.de Diuin.114 b, Aqua ex puteo hauſta . de Di.103 a,Natura deorum,à qua hauſtos animos & libatos habemus.de Diuin.95 a,Animos hominum quadam ex parte extrinſecus eſſe tractos , & hauſtos. pro Arch.188 a,Illa quidem certè, quę ſumma ſunt , ex quo fonte hauriam ſentio.Offic.2 b,E fontib.Stoicorum,iudicio arbitrioque noſtro,quantum quoque modo uidebitur hauriemus.de Ora. 102 a,Equidem uobis fontes unde haurietis,putaui eſſe demonſtrandos . Academ. 40 b , Vt ea è fontibus potius hauriant,quàm riuulos conſectentur.Epi. 84 a,Eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, è quo ſit leuiter aſperſus. de Clar.187 a,Tum Atticus.tu quidẽ de fere, inquit,hauris idq; iamdudum. de Or. 86 a, Cęterarum artium ſtudia ferè reconditis atque abditis è fontibus hauriuntur.contra Rul.

UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital Real

72 b, Sumptum haurit ex ærario, suppeditat socijs. Tusc. 23 b, Quoque affluentius uoluptates undiq; hauriat. de Clar. 196 b, Artes, quas cum domo haurire non posses, accersiuisti ex urbe Athenarum. pro Mil. 103 a. & Or. 212 b, Hanc legem à natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus. pro Cæl. 50 a, Vidi enim, uidi & illum hausi dolorem uel acerbissimum in uita, cum, &c. Tusc. 166 b, In propagatione uitæ quot, quantas, quàm incredibiles hausit calamitates? pro Dom. 219 a, Vnus pro omnibus hausi indignissimam calamitatem. pro Sest. 17 b, Luctum nos hausimus maiorem, ille animi non minorem. de Ar. 258 b. Quæ unquã Charybdis tantos haurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum prædas exorbuit? In Antonium, 232 a, Quid eum non sorbere animo, non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis?

Haustvs, a, um. de Diui. 113 b, Diuinitas, unde animos haustos, aut acceptos, aut libatos habemus. de Fi. 63 b, Omnia dixi hausta è fonte naturæ.

Haustvs, stus. cum aqua non ducitur, sed hauritur, ut ex puteo. pro Cec. 299 a, Aquæ ductus, haustus, iter, actus.

Εὐστοχημορήμενος. l. Puniens.

Hebdomas, dis. uel dos. septem dies, uel septenarius. Epi. 259 b, Symphoniam Lysonis uellem uitasses, ne in quartam hebdomadam incideres.

Hebes, tis. tardus, pinguis, natura tardior, obtusus, retusus.) (. Acutus. de Diu. 129 b, Epicurus, quem hebetem & rudè dicere solent Stoici. & de Fi. 68 a, Epicurus paulò hebetior. Att. 152 b, Tu cogita quid deinde, nam me hebetem mole stiæ reddiderunt. Aca. 44 a, sensus hebetes, tardi, & pingues. pro Plan. 273 a, Populum Rom. aures hebetiores, oculos acres & acutos habere. de Arusp. 244 a, Non dubito quin ea tela leuiora atque hebetiora sint, quàm, &c. Or. 218 a, Spondeus, quod est è longis duabus, hebetior uidetur & tardior. de Na. 29 b, Hebetiora sunt hominum ingenia propter cœli pleniorem naturam. Att. 120 a, Bonorum erat aliquis dolor, sed hebes. de Orat. 106 b, In communi uita non hebetem esse, nec rudem. Epist. 122 b, Hebes ad intelligendum, quia utile est. de Diu. 89 b, Hebes æquè ac pecus.

Hebesco, scis. obtundor, retundor. I. C. 98 a, At nos uigesimũ iam diem patimur hebescere aciem horum autoritatis. Tu. Sic mentis acies se ipsam intuens nonnunquam hebescit. Acad. 2 b, Hebescere & languere in ocio.

Hecate, tes. de N. 68 b, Hecate, quæ matre Asteria est, sorore Latona.

Hecvba, bæ. Priami uxor. Tusc. 204 a.

Hedone, nes. l. Voluptas.

Hedvi. pop. Att. 17.

Helenvs. nates. de Nat. 17. de D. 98.

Heletes fluuius, Att. 156. Ep. 105.

Helice, ces. altera arctos, maior ursa, septentrio, duæ enim ἄρκτοι sunt. Ego uerò ipse, & magnus quidem sum opinator, non enim sum sapiens: & meas cogitationes dirigo, non ad illam paruulam Cynosuram, quã fidunt duce nocturna Phœnices in alto, ut ait Aratus, eoq; directius gubernant, quòd eam teneant. Quæ cursu interiore, breui conuertitur orbe, sed ad Helicem, & clarissimos septentriones, id est, rationes has, latiore specie, non ad tenue elimatas, eo sit ut erem & uager latius. Acad. 17 a, & de N. 70 b.

Heliopolis, lis. urbs Aegypti. de N. 70 b.

Hellespontvs, ti. primæ maris angustiæ ex Aegeo nauigãtibus, quibus Asia ab Europa disiungitur: relinquiturque Abydos, urbs Asiæ, Sestos Europæ. Orat. 212 b, Quã pontus Helles, &c. & de Finib. 88 a, Hellesponto iuncto Athoque perfosso.

Hellespontivs, ia. Ep. 223 b.

Hellis, dis. urbs. I. A. 236 a.

Hellvatio, onis. Postq. 207 a, Cur in lustris & helluationibus huius saltatoris uirtus tandiu cessauit?

Hellvo, onis. ganeo, gurges. I. P. 88 a, Ille gurges atq; helluo natus abdomini suo, non laudi atq; gloriæ. contra Rull. 61 a, Impuro helluo turbat remp. Postq. 207 a, Helluo immanis. pro Do. 218 a, Helluo spurcissimus. Epis. 263 b, Helluo nequissimus. pro Sest. 8 b, Helluo patriæ, helluo patrimonij. de Fin. 91 b, Helluo librorum M. Cato.

Hellvor, aris. pro Do. 237 a, Ille gurges helluatus est simul tecum reip. sanguinem. pro Sest. 24 b, Quid tu meo periculo gurges ac uorago patrimonij helluabare? & de Pro. 74 a. l. Siparium.

Helvellae, larum. herbæ latæ quædam. Ep. 107 b, Nam dii uolunt isti lauti terra nata, quæ lege excepta sunt, in honorẽ adducere, fungos, helluellas, herbas omneis ita condiunt, ut nihil possit esse suauius.

Helvetii, orum. pop. pro Cor. 61 a, & de Prouinc. 75 b.

Hem. indignationis uox. Ep. 233 b, Hem mea lux, meum desiderium. Ep. 50 a, Hem nos homunculi indignamur, si, &c. pro R. P. 130 a, Hem Posthume, tu ne es Curij filius? I. A. 201 a, Hem, ad quem legatos mittamus? cui bellum moramur inferre? & 187 b.

Hemicyclvs, cli. sedes, solium. de Am. 95 b, Augur domi in hemicyclo sedens.

Hera, æ. fortuna, domina. Off. 9 a, Vos ne uelit an me regnare hera, quid ue ferat sors, Virtute experiamur. Item: Hera mea. pro Cæl. 41 a, Nunquam hera errans hanc molestiam nobis exhiberet. Ennij.

Heraclea, urbs. I. V. 133 b, pro Archia 186.

Heracliensis, e. I. V. 170 a. pro Ar. 186.

Heracleotae pop. Ep. 224 b, Heracleotæ & Bargiletæ, qui item debent, &c.

Heracleotes Zeusis, nomen pictoris clarissimi. de In. 612.

Heracleotes, etiam est cuiusdam philosophi, Dionysij nomine, cognomen. Ac. 18 a.

Heraclea pocula. I. V. 208 b. l. Toreuma.

Heraclitvs, ti. Philosophus quidam, qui cognomento Σκοτεινὸς perhibetur. de Fi. 67 a. de N. 16 a, Nec consulto dicis occulte ut Heraclitus. & 66 b, Heraclitus quid diceret, intelligi noluit.

Herba, bæ. de N. 58 b, Quædam stirpes & herbæ, quarum utilitates longinqui temporis usu, & periclitatione percepimus. de Orat. 135 b, Lepidus in herba recumbebat. de Am. 109 a, Vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat. de Diui. 96 a, Corona ex asperis herbis & agrestibus. de Diuin. 122 b, Herbam asperam credo auium congestu, non humano satu.

Herbesco, scis. de Sen. 87 b, Terra semen tepefactum, uapore & complexu suo diffundit, & elicit herbescentem eo uiriditatem. uetus lectio, compressu.

Herbigrada cochlea. de Natur. 136 a, Tetrigenam herbigradam domiportam sanguine cassam. Pacuuij. alias, tardigradam.

Herbita urbs. pro Cec. 289.

Herbitenses pop. I. V. 140.

Herbvla, læ. I. Sesclis.

Herciscor, eris. uel sine aspiratione ercisco r, partior, diuido. de Or. 105 b, Qui quibus uerbis hercisci oporteat nescit, idem hercisc undæ familiæ causam agere nõ potest. pro Cec. 288 b, Ebutius nomine hæredis arbitrum familiæ hercisc undæ postulauit. l. Familia.

Hercle. herculè. Epistol. 29 a, Et herclè sine dubio erit ignominia. & de Or. 121 b, Nã herclè, inquit, Antonius, &c. Attic. 238 a, Herclè dederam ad te literas exiens è Pureolano. de Leg. 184 a, Bene herclè faciunt. I. C. 105 b, Mehercle.

Hercvlanea uia. contra Rul. 73. Adiungitur etiam illa uendibilis Herculanea.

Hercvlanensis, se. Epistol. 142 b, Fundus Herculanensis.

Hercvle, iurandi uox. de Am. 103 a, Et hercule ita fuit. I. V. 123 b, Nam herculè, inquit, &c. Ac. 26 b, Herculè uerum, ut loquar. & Ep. 115 b, Et herculè confecta omnia. Att. 263 b, Sed hercule facilè patior datum tẽpus, in quo amorem experirer tuum. Att. 76 b, Me herculè etiam aduentu euo reui uiscunt iusticia, abstinentia, &c. Ep. 24 a, Mihi me hercule magnæ curæ est ædilitas tua. Or. 212 a, Libentius dixerim mehercule, quàm mehercules.

Hercvles, lis. de Nat. 67 b, Plures Hercules tradunt nobis ij, qui interiores scrutantur literas. & ibid. Multa de uatijs Herculibus. de Or. 115 a, Polycletus Herculem finxit cum pelle & hydra.

Hercvles. hercle, hercule. pro Pl. 272 b, Vere me hercules dicam, sic tum, &c. de Clar. 170 a, Et hercules hæ quidem extant. I. C. 107 b, Sic me Hercules, hoc, &c. Episto. 150 b, & 112 b, & 112 b, Cupio me hercules, &c. Epi. 113 b, Et hercules nisi, &c. Orat. 212 a, Libentius dixerim mehercule, quàm mehercules.

Heri. hesterno die. Ep. 167 b, Heri uesperi apud me Hircius fuit. At. 130 a: Heri aliquot adolescẽtuli coimus in Piræũ. Tusc. 222 a, Rationes quibus heri usi sumus. At. 220 a, Lepidus ad me heri uesperi literas misit.

Herillvs, li. philosophus, qui in cognitione & scientia summum bonum posuit. Ac. lib. 2. de Fin. 2. 4. & 5. Item de Off. 2 a. Tusc. 245 a.

Herillii, liorum. ab Herillo dicti. de Or. 148 b.

Hermagoras, ræ. de Clar. orat. 189 a. l. Inops. Item. de Inuent. 43 b.

Hermathena, næ. ex Mercurio & Minerua compacta statua. At. 2 a, & 3 a, Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est, & ornamẽtum academiæ proprium meæ, quòd & Hermes commune omnium, & Minerua singulare est eius gymnasij.

Hermae. m. g. Mercurij statuæ. Attic. 5 a, Hermas, de quib. ad me scripsisti, uehemẽter expecto. de L. 183 a, Nec Hermas hos quo uocant, licebat imponi. At. 4 b, Hermæ tui penteli ci, cum capitibus æneis, me admodum delectant.

Hermeraclae. statuæ ex Mercurij & Herculis formis compactæ. At. 6 b, Signa nostra, & Hermeraclas, ut scribis, cum commodissimè potestis, uelim imponas. alias, Hermerotas: id est, ex Mercurij & Cupidinis formis coniunctas statuas: nam ἔρως, Cupido, seu amor dicitur.

Hermes, etis. Mercurius. l. Hermathena.

Hermodorvs, ri. At. 210 a, Hermodorus, qui Platonis libros solitus est diuulgare.

Hernici pop. pro Corn. 61 b, de Off. 8.

Herodotvs, ti. de L. 156 b, Herodotus, pater historiæ. de Or. 113 b, Herodotus, qui princeps genus hoc ornauit: id est, scribendæ historiæ.

Heroicvs, a, um. Tusc. 229 a, Heroicis ætatibus Vlysses & Nestor habiti fuerunt sapientes. de Nat. 70 a, Quartus sol, quem heroicis tẽporibus Acantho Rhodi reperisse dicitur & c. 74 a, Medea & Athreus heroicæ personæ. de D. 80 a. Vetus opinio est iam usq; ab heroicis ducta temporibus. de L. 183 a, Quatuor heroici uersus, quos longos appellãt Ennius. At. 290 b, Quid quæris? heroica.

Ἡρῷον, ου, id est, uestibulum sepulchri, bustumve. de Leg. 182 b.

Heros, herois. princeps, diuus. Attic. 224 a, Colloquium cum heroibus pro re nata non incommodum. de Ora. 126 a, Heroum ueteres casus fictosque luctus imitari atque adumbrare dicendo. Attic. 57 a, Ignari quantum in illo heroe esset animi. & 15 b, Heros ille noster Cato. Att. 243 b, Octauius uidetur erga nostros ita fore ut nos uelimus animatus.

Heroicvs, a, um. de Or. 160 a, Heroici pedes treis, dactylus, anapæstus & spondeus. & b.

Hervs, ri. dominus. Offic. 37 b, Sed heris sit sanè adhibenda seuitia in famulos, si, &c. pro Cor. 65 a, Idem herus IX. Gaditanos.

Herilii philosophi. non Erylij.

Hesiodivs, a, um. Brut. 166 a, Illud Hesiodium laudatur à doctis, quod eadem mensura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis.

Hesiodvs, di. poeta græcus. Of. 10 b, Ea quæ acceperis, utenda maiore mẽsura (si modò possis) iubet reddere Hesiodus.

Hesperides, dum. de N. 68 b, Hesperides, Erebo, & Nocte natę.

Hesperos, Veneris stella. de N. 36 b, Infima est quinq; errantium, terreq; proxima stella Veneris, quæ φωσφόρος Græcè, lucifer Latinè dicitur, cum antegreditur solem: cum subsequitur autem, hesperos.

Hesternvs, a, um. de N. 40 b, Velut à teipso hesterno die dictum est. Ac. 3 a, Iam enim hoc uerbum satis hesterno sermone triuimus. de Or. 150 a, Disputatio hesterni & hodierni diei. In Catil. 105 b, Patefeci in senatu hesterna die.

Hetvria, tiæ. Italiæ regio florentissima. de Ar. 249 b, Aruspices ex Hetruria accipiendos puto. de D. 99 a, Hetruria scientiã imè interpretatur, quid quibusq; ostendatur portẽtis. & l. C. 105 b. & Ep. 162 b.

Hetrvscvs, à, um. Thuscus. de Ar. 248 b, Hetruscorum disciplina. & 256 a, Hetrusci libri. & de D. 99 a, Hetrusci religione imbuti studiosius & crebrius hostias immolabãt. Hetrusci prædones, l. Homo.

Hev. eheu. I. A. 211 b, At legatos misimus, heu me miserum, cur cogor, &c. Tusc. 225 b, Heu me infelicem. Off. 28 a, O domus antiqua, heu quàm dispari dominaris domino.

Hevs. ò, uocandi, seu attentionem postulandi. Attic. 243 a, Et heus tu, ne fortè sis nescius, Dolabella me sibi legauit. Att. 67 b, & 89 a, Sed heus tu, scripseram ne tibi me esse legatum Põpeio. Ep. 100 b, Sed heus tu quid agis? & 263 a, Sed heus tu, qui καν ὄν esse soles, &c. At. 13 a, Sed heus tu uides ne, &c. Qu. F. 317 a, Sed heus tu, cœlari uideor à te, quomodo nam mi frater de nostris uersibus Cæsar? pro Mil. 113 a, Heus ubi Ruscio? ubi Casca? ad Her. 27 a, Heus adolescẽs.

Hexameter, tri. sex pedum uersus, qui & senarius dicitur præsertim in lyricis. Or. 218 b, E quatuor igitur, quasi hexametrorum instar uersuum quod sit, constat fere plena cõprehensio.

Hiatvs, tus. labes, eluuio. de Nat. 50 a, Quædam animalia cibum oris hiatu & dentibus ipsis capessunt. de Nat. 28 b, Repentini terrarum hiatus. Of. 59 b, Ille Gyges, qui cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illũ hiatum descendit, &c.

Hiatvs. per tranlationem, est in orationis compositione, uocalium quarundã uastior concursus, ex quo tum hians, tũ hiulca dicitur oratio: ut, in Actæo Aracyntho & Neptuno Aegeo. Or. 40 a, Habet enim ille tanquam hiatus concursu uocalium, molle quiddam. l. Hio, & hiulcus.

Hic, hæc, hoc. pro Fl. 156 b, Cum iudicatum non faceret, ad dictus Hermippo, & ab hoc ductus est. pro Do. 215 b, Hũc istum ocij & pacis hostem, &c. pro Fl. 157 b, Huic illi legato. Ep. lib. 12. Hoc libertatis Trebonij. & lib. 2. Hoc literarum. ad At. libr. 1. Noui est in lege hoc, ut qui, &c. Ep. lib. 6. Siue hoc siue illud. de Vniuer. Hoc posito, quod sequitur uidendum est. de L. lib. 2. Atq; etiam hoc, quod est partitio, dant Scæuolæ. I. V. 4. Iucũda suburbanitas, huiuscæ prouinciæ. Ep. 149 a, Cum hæc leges: id est, quæ scribo. Hoc est, ἀντὶ τοῦ τοῦδε. l. Hoc est.

Hic. aduerbiũ. Epis. 37 a, Hic ego multa simul cogitaui. & 71 b, Hic tu miraris? &c. pro Cl. 29 a, Hic tum Fabricius, &c. I. P. Hic uos etiam crudeliores, &c. Qu. Frat. 322 b, Hic ò Dij. l. O.

Hiccine. pro hic ne? Epist. 23 a, Hiccine est ille, qui urbẽ? In Ver. 238 a, Hunccine hominem? hanccine impudentiam iudices? hanccine audaciam? pro Mil. 121 b, Hiccine uir? &c.

Hierosolyma, mæ. urbs Iudæorum quondam, totius orientis lumen. pro Fl. 260 a, Cum aurum Iudæorum nomine ex Italia Hierosolymam exportari soleret.

Hierosolyma, orum. idem, pro Flac. 160 a, Cn. Pompeius captis Hierosolymis uictor ex illo fano nihil attigit.

Hierosolymarivs, a, um. Att. 28 a, Hic Hierosolymarius traductor ad plebem.

Hilare, hilariter. de Or. 135 b, Ego hilare à te acceptus sum de Fi. 246 a, & Ep. 15 a, Hilare uiuere.

Hilaris, re. hilarus, promptus. Qu. F. 314 a, Te hilari animo & prompto ad iocandum esse ualde gaudeo. Tusc. 170 a, Hilaris & lætus uultus. pro Cl. 32 b, Hilari uultu.

Hilaritas, tis. festiuitas, iucunditas. de Or. 106 a, Itaque hilaritatis plenum iudicium ac lætitiæ fuit. At. 200 a, Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi. Ep. 131 b, Sed tamen hilaritas illa nostra & suauitas, quæ te præter cæteros dilectabat, erepta mihi omnis est. Off. 22 a, Erat in C. Lælio multa hilaritas. Of. 29 b, Superciliorum remissio, aut contractio, mœstitia, hilaritas, &c. Or. 202 b, Hilaritas.)(. Tristitia, mœstitia. ad Her. 21 a, Hilaritas.)(. Tristitia, mediocritatis uultus.

Hilariter. hilarè. ad Her. 20 b, Deinde modò acriter, tum clementer, mœstè in omnes partes commutabimus pronũciationem.

Hilaratvs, a. exhilaratus. de Clar. 168 b, Periclis suauitate maxime hilaratę sunt Athenæ. de Nat. 46 b, Accessus solis lætificat terram, ut cum cœlo hilarata uideatur.

Hilaro, as. de Fin. lib. 2. Omnes enim iucundum modũ, quo sensus hilaretur, Græcè εὐθυμίαν, Latinè uoluptatem uocant.

HILARVLVS,a,um.hilarus,a,um.Attic.259 a, Attica hilarula est.

HILARVS,a,um.hilaris.Attic.79 b, Hilara sanè Saturnalia. & de Finib.146 a,Hilara uita.Attic.255 b,Hunc tu lege in Arcano conuiuis tuis,sed si me amas, hilaris & bene acceptis,ne in me stomachum erumpant,cum sint ira tibi.Atti. 117 a,Literæ hilariores.I.P.81 b, Hilarioribus oculis intueri, &c.

HILVM,li.exigua res,uel nihil potius,quale niger in faba oculus.Tuscu.150 a,Sudans nitendo nec proficit hilum.poetę.

HIMERA,ræ. urbs.I.V.217 a,1262.

HINC.ex hac parte,hoc nimirum est illud quod,&c.Att.115 a, De malis nostris tu prius audis quàm nos:hinc enim ema nant:boni autem hinc quod expectes, nihil. I.C.109 b,Ex hac parte pudor pugnat,illinc petulantia,hinc pudicitia,illinc stuprum.de Fin.99 b, Via, quæ est hinc in Indiam. In Ver.97 b, Ex Sicilia testes erant ij,qui,&c. Hinc homines illustres.In Cat.122 a,Quidam hinc nati,&c.de Or.109 b, Scæuolam hinc euntem cõueni.contra Rul.85 a,Nos hinc Roma,qui ueneramus.de N.14 a, Hinc omnia effingis:id est,ex atomis.pro Clu.58 a, Hinc illæ infinitæ quæstiones. Off.58 b,Hinc ficæ,hinc uenena, hinc falsa testamenta nascuntur, hinc expilationes direptionesq; sociorum. & ibid. Ab eodem scelere triennio pòst habitæ quæstiones. & ibid. Ex eodẽ furore etiam illa erectio,&c.& ibid.Eiusdem amẽtiæ falsæ conscriptiones.Tuf.204 a,Ex hac opinione sunt illa uaria,&c.hic ille Agamemnon Homericus.& idem Accianus,&c.ex hoc uenit, ut in doloribus, &c.pro Fl.160 a, Hoc nimirum est illud, &c.

HINNITVS,tus.de N.95 b,Equi exaudiuit hinnitum.

HIO,as.hiare, est apertum esse, maleq; cohærere, & disiunctum esse. de Finib. 65 b, Omnes iucundum motum quo sensus hiarent, Grecè ἡδονὴν, Latinè uoluptatem uocant. aliter hilarentur.Or.199 b, Mutila quædam & hiantia loqui.Part.231 a,Disiuncti atq; hiantes concursus literarum. Orat.211 a,Poetæ qui ut uersus facerent, sæpe hiabant, ut Næuius.ad Her.27 b,Crebræ uocalium concursiones, quæ uastam & hiantem orationem reddunt.I.V.149 b,Huic homini,si cuius domus patet,utrum ea patere,an hiare ac poscere aliquid uideturʔI.V.135 b,Verres auaritia hiante neque imminenti fuit.

HIPPOCENTAVRVS, ri.monstrum poeticum & fictum.de N. 22 a,Quid interest ut de Hippocentauro,an de Deo cogitemusʔ&de D.118 b.Tuf.167 b,Hippocentaurus,qui nunquam fuit.

HIPPOCRATES,tis. de Orat. 154 b, Hippocrates ille Cous. Attic.261 b, Desperatis uetat Hippocrates adhibere medicinam.

HIPPONACTEVS.a.Epist.106 b,Præconium Hipponacteum. Or.215.

HIRPINVS, na. contra Rul.88 b, Ager Hirpinus. de Diuinat.97.

HIRSVTVS,a,um. horridus,asper.de N.50 a,Animantes quędam spinis hirsutæ.

HIRVDO,nis. quam sanguisugam uulgus uocat.Att.13 a,Illa concionalis hirudo ærarij.

HIRVNDO,nis.auis.ad Her. 39 a, Hirundines æstiuo tempore præsto sunt.

HISCO,scis. os aperio.I.A.181 b, Respondere ne ad hæc aut omnino hiscere audebis?

HISPALIS urbs. At.209.Ep.164. Pollionis.

HISPANIA,niæ.Ep.254 b, Quid in Hispania geratur, rescribe.At.253 b,Vlterior Hispania. & pro Cor.61 b, Et duæ Hispaniæ.

HISPANIENSIS,sæ.Ep.27 b, Neq; ego hunc Hispaniensem, casum expecto,de quo mihi exploratum est.de N.64 b,Aestus maritimi Hispanienses uel Britannici. pro Pomp.9 b, Hispaniense bellum.

HISPANVS a, um.I.A.192 a,Cæsar exercitum inuictum ex Hispanis militibus conduxit.de Ar.148 a,Nec numero Hispanos,nec robore Gallos,nec calliditate Pœnos,nec artibus Græcos superamus.

HISTER,stri.uel ister,stri.Danubius.l.Accolo.

HISTORIA,riæ. annales, memoria publica, memoria rerum ueterum,commemoratio antiquitatis, monumenta rerum ueterum,monumenta temporum,locorum,hominum,rerum gestarum,omnium seculorum memoria. de Orat.114 a, Prima est historiæ lex, ne quid falsi dicere audeat: deinde, nequid uerè non audeat, ne qua suspicio gratiæ sit in scribendo, ne qua simultatis. de Orato.111 b,Historia testis temporum, lux ueritatis, uita memoriæ, magistra, uitæ, nuncia uetustatis. Orato. 202 b, Historia, in qua & narratur ornatè, & regio sæpe aut pugna describitur: interponuntur etiam conciones & cohortationes; sed in his tracta quædam & fluens expetitur, non hæc contorta & acris oratio. de Clar. 189 a, Nihil est.in historia pura & illustri claritate dulcius.Ora.207 b,Cognoscat etiam orator rerum gestarum & memoriæ ueteris ordinem,quem laborem nobis Attici nostri leuauit labor,qui conseruatis notatisq; temporibus,annorum septingentorũ memoriam uno libro colligauit.& ibi.Nescire autem quid antequam natus sis acciderit,id est,semper esse puerum.de Cl.170 a,Quanquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior.multa enim scripta sunt in eis, quæ facta nõ sunt.de D.132 b, Simiæ Dodonęæ improbitatem historijs Græcis mandatam esse demiror. de Or.113 a, Summi oratoris in dicendo est,scribere historiam.& ib. Describenda historia. de Or. Historia nihil aliud erat,nisi annalium confectio.Ep.67 b,Videbam Italici belli historiã iam penè à te esse perfectã.de Clar.195 a, Memoriam rerũ Romanorũ tenere:id est,historiã.pro Mur.131 b,Monumẽta rerũ ueterũ.pro Font.282 b, Monumenta rerũ gestarum de Leg.156 b,Herodotus pater historiæ. & ibidem, de historia musta.

HISTORICVS. rerum explicator,rerum pronunciator. Top, 227 b,Philosophi poetæ & historici.pro Mur.127 b,Homines literati & historici. & 199 b,Thucydides rerum pronunciator syncerus. Item: Rerum explicator prudens,seuerus,gratus.

HISTRIO,onis. ueritatis imitator,comœdus,tragœdus,scenicus artifex.de Or.76 b,Actio sola per se quanta sit histrionum leuis ars & scena declarat.Para.120 b,Histrio si paulo se moueat extra numerum, aut uersus pronunciatus est una syllaba longior aut breuior, exsibilatur. de Finib.95 a, Histrioni actio saltatori motus est certus datus.de Senect. 91 b,Nec histrioni ut placeat, peragenda est fabula, modo in quocunq; fuerit actu probetur.Off.23 a,Scenici non optimas sed sibi commodissimas fabulas eligunt. i. histriones.pro Qu.R.50 a, Qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus,ad primos peruenerat comœdos.de Or.126 a, Oculi hominis histrionis.de Or.180 a,Roscius & Aesopus histriones clari.& pro Sest.25 a,Sũmus artifex: id est,Roscius.de Sen.87 a,Turpius Ambiuio.

HIVLCE.de Oratore 147 a,Aspere,uastè, rusticè, hiulcè loqui.

HIVLCVS,a,um.hians. Orat.211 a, Extremorum uerborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas uoces efficit,aut asperas.de Or.158 b,Ne asper uerborum concursus sit,neue hiulcus.l.hiatus.

HOC,eo.de Or.156 a,Sin eos disiungunt, hoc erunt inferiores,quod,&c.Att.12 b,13 a, Atq; etiam hoc magis, quod, &c.Att. 141 a,Consilio tuo utar libenter,& hoc libentius, quod,&c.id est,eo libentius.Epist.148 b, Certe hoc maius ius habes testimoniũ amoris mei, quo maturius, &c.Ep.48 b,Atq; hoc ipso melior est,quã,&c.quod,&c.& 57 b,Hoc scribo parcius,quod, &c.l.Eo.

HOC est,id est.Pro Cec.288 b,Fundus,quem quadriennium, hoc est,ex eo tempore fundus uenijt,possedi. pro Mil.106 a,Ad præturam legendam,hoc est,ad Remp. euertendam. pro Cec.299 a,Vsucapio fundi, hoc est, finis solicitudinis. pro Cec.304 b,In exilium, hoc est in aliam ciuitatem. pro Syl.176 a,Honos amplissimus familiæ uestræ,hoc est,consulatus parentis tui.I.A.175 b, At quàm crebro usurpat & consul Antonius, hoc est, dicere & consul improbissimus.Epistol.69 a, Quod si à te non impetro hoc est, si quate res impedierit. I. V.56 b.& pro Quint.13 b,Hoc est,de uoluntate,&c.

HODIE, hoc die, hodierno die,nunc,hoc tempore.I.V.72 a, Nonæ sunt hodiæ sextiles,hora nona conuenire cœpistis. In Ara.260 b,Per idus quintiles,qui dies hodie est. Acad. 1 b,

1 b,Vt hodie stet Asia Luculli institutis seruandis. Ep.140 a,At hodie penis est in obscœnis. pro Flac. 161 a,& pro Cæl.38 a,Hodie,pro,nunc.Att.138 b,Hoc die.

HODIERNVS,a,um.de Orat.150 a, Disputatio hesterni & hodierni.I.A.192 b, Quod ex hodierno eius edicto pspicere potuistis.I.C.115 b, Neq; à nobis ante hodiernũ diem collocatum est.

HOMERICVS,ca,cum.Tuf.204 a,Agamemnon Homericus.

HOMERVS,ri.poeta,qui Lycurgi temporibus fuit. Tuscu.230 a,Traditum est Homerum cæcum fuisse. Offic.71 b,Homerus optimus author.de Cl.168 a,Homerus cuius etsi incertaꝫ sunt tempora, tamen annis multis fuit ante Romulum. de Or.155 b, Pisistratus Homeri libros antea confusos sic disposuisse dicitur,ut nunc habemus. pro Arch.189 b,Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum uẽdicant,Salaminij repetunt,Smyrnæi suum esse confirmant, itaq; etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt.

HOMICIDA,dæ.I.A.186 b,Fateor eos plusquã sicarios, plusquàm homicidas,plus etiam quàm parricidas esse.

HOMICIDIVM,dij. cædes. I. A.166 2, Statuę,utrum illi,qui, &c.homicidij rei sunt, an uindices libertatis.

HOMO,nis.mortalis,mortales, persona. De Rep. lib. 3, teste Augustino,libr.4.contra Iulianum: Homo non ut à matre sed e nouerca natura edũ in uitam corpore & nudo & fragili & infirmo:animo autem anxio ad molestias, humili ad timorem,molli ad labores,prono ad libidines:in quo tamẽ inesse: tanquam obrutus quidam diuinus ignis ingenij & mentis.In Hortensio,teste Augustino,li. 4. contra Iulianũ: humanæ uitæ erroribus & ærumnis fit, ut interdum ueteres illi siue uates sint in sacris initijsq; tradẽdis diuinæ mẽtis interpretes,qui nos ob aliqua scelera suscepta in uita suscepta in uita superiore pœnarum luendarum causa natos esse dixerunt, aliquid dixisse uideantur: uerumque sit illud quod est apud Aristotelem, simili nos affectos esse supplicio atq; eos,qui quondam quum in prædonum Hetruscorum manus incidissent crudelitate excogitata necabantur: quorum corpora uiuæ cum mortuis, aduersa aduersis accõmodata, quàm aptissimè colligabantur, sic animos nostros cum corporibus copulatos,ut uiuos cũ mortuis esse coniunctos.huius supplicij autorem fuisse Mezẽtium,cecinit Vergilius octauo Aneidos:

Mortua quin etiam iungebat corpora uiuis,
Componens manibusq; manus atq; oribus ora,
(Tormenti genus)& sanie taboq; fluenteis
Complexu in misero longa sic morte necabat.

de Legibus,160 a,Animal hoc prouidum,sagax,multiplex, acutum,memor,plenum rationis & consilij,quem uocamus hominem.Offi.3 a,Homo qui rationis est particeps. de L. 161 a,Natura cæteras animantes abiecit ad pastum, solum hominem erexit, ad cœliq; quasi cognationis & domicilij pristini conspectum excitauit.de N.33 a,Homo ortus est ad mundum contemplandum & mirandum. de N. 54 a, Deus homines humo excitatos,celsos & erectos cõstituit, ut deorum cognitionem,cœlum intuentes,capere possent.de Vniuers.102 a,Homines deorum immortalium quasi gentiles sunt,& diuini generis appellantur,& omnium animãtium tenent principatum. Off. 5 b,Homines hominum causa generati sunt,ut ipsi inter se alijs prodesse possint. Tuscu.186 a,Ita tulit dolorẽ ut uir,& ut homo maiorem ferre sine causa necessaria noluit.pro Rab. 96 a, An non intelligis quos homines,& quales uiros arguasʔEp.40 b, Quoniam homo nata fuerat: Sulpicij de Tullia Cic. filia. pro Cl.59 b,Mater,cuius ea stulticia est, ut eam nemo hominem appellare possit.pro Dom.232 a, An poteram inficiari me esse hominem,& cõmunem naturæ sensum repudiareʔOf.57 a,Quid cum eo differas,qui hominem ex homine tollat? I.A.246 a, Eumq; ex numero hominum eijciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. Off. 43 a, Diri enim hominis,uel potius uix hominis uiderur, periculum capitis inferre multis.Qu.F.300 a,Hominum ingenia ad fallẽdum parata.de Aruspic.344 b,Stipes ille qui quorum hominum esset,nescire mus:nisi se Ligurẽ ipse esse diceret. Atti.103 a, Aueo scire quid hominis sit.& 92 a, Nescio quid sit hominis.Att.253 b, Nescio quid eius sit.Ep. 36 a,Homo summa prudẽtia,multa ẽt doctrina.& 26 a,Homo insolens,de Or. 134 a,P. Mummium cuiuis tempori hominem esse.& 94 a, Homo adolescens. Homo se non unis mœnibus circundatum,popularem alicuius loci,sed ciuem totius mundi,quasi unius urbis,agnoscat.1.de L. Quoniam homo est. 10. ad At.id est,errauit ut homo, & nihil noui ei accidit. Si homo uis esse recipe te ad nos,4. ad Att.Homo in primis acutus, de N.d.Ac.quæst.ed.1.lib.2.Homo amicissimus,Ac.quæst. ed.1.li.2.homo apertus,simplex,ingenuus,iustus,Of.3.Ac. quæstion.edition.1.lib.2.Homo bellus & humanus.de Fin. lib.2.homo clarus,nobilis,Acad.quæst.edit. 1.libr. 2.homo dum hominibus humana societate coniunctus, Acad. quæst.edit.1.lib.1. homo & studijs ijsdem,& uetustate amicitiæ cum aliquo coniunctus,Acad.quæst.edit.2.lib.1.homo quasi contemplator cœli ac deorum,ipsorumq; cultor, Tusc.quæst.lib.1.Contemptor & abiectus homo,Lentulo. lib.1.Figulo,lib.4.Homo cum primis prudens atq; doctus, D.lib.1.homo doctus,& copiosus,& paratus,Acad.quæst. edit.1.lib.2. Democritus homo eruditus, in Geometriaq; perfectus,lib.1.de Fin.homo omni doctrina eruditus.libr. 1.de Fin.homo frugi omnia rectè facit,Tusc.quæstio.libr. 4.homo gratiosus apud aliquem.de Petit.Cons.homo gratiosus in foro,nauusq;,de Pet. Cons.homo illustris honore ac nomine,de Petit.Cons.homo iners atq; inutilis.Officiorum 3.homo infans atq; impotens,de Fin. 1.homo non infans,9.ad Attic. homo ingenuus & liberaliter educatus, de Fin.li.3.homo insulsus, Tusc. quæst. lib. 1.homo natura lenissimus,Aca.quæst.edit.1. lib. 2.homo leuis atq; fallax,Læl.homo moderatus & temperans,Tuf.quæst.libr. 3. homo ad duas res,ut ait Aristoteles intelligendum & agẽdum est natus,quasi mortalis deus,de Finib.lib. 2.homo ad ciuilẽ societatem natus. 1. de Leg.homo ad tuendos conseruandosq; homines natus,de Fin.lib. 3. In unius mulierculæ animula si iactura facta est, tantopere commoueris? quæ si hoc tempore non suum diem obijsset,paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat, Sulpitij libro 4.Id est,humana sorte & conditione:quasi dicat mortalis.Est enim uis tanta naturæ, ut homo nemo uelit,nisi hominis similis esse,1. de N. d. homo nobilissimus, Tusc.quæst.lib.1. homo nouus. de Petit. Cons. homo qui rectè & honestè curriculum uiuendi à natura datum confecerit,ad illud astrum, quò, quum aptus fuerit, reuertetur. Qui autem immoderatè & intemperate uixerit,eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet, etsi ne tum qui dem finem uitiorum faciet, grauius etiam iactabitur, & in suis moribus simillimas figuras pecudum & ferarum transferetur: neq; malorum terminum prius aspiciet, quàm illam sequi cœperit conuersionem,quam habebat in se eiusdem & unius simul innatam, de Vniuers. homo qui se ipse norit,aliquid sentiet se habere diuinum, ingeniumq; in se suum, sicut simulachrum aliquod dedicatum putabit, tantoq; munere deorum semper dignum aliquid & faciet & sentiet, de L.homo qui nihil timet, nisi uel testem, uel iudicem,quid faciet in tenebrisʔquid in deserto loco, nactus quem multo auro spoliare possit imbecillum atq; solum?1. de L. Quid homo quisquam possitʔuix iam deus.9.ad Att. homo opiniosissimus,Ac. quæst. edit. 1. lib. 2. Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum & imitãdum deum,de N.d.homo pars quædam ciuitatis & uniuersi generis humani secundum ueteres Academicos,Acad.quæst. edit.2.li.1.homo est mundi pars, de Natur. deor.2.homo nullo modo perfectus, sed quædam particula perfecti. de Nat.d.2.homo ualde studiosus & diligens,Acad.quæst.ed. 1. 2. homo summa potentia, summaq; fortuna, Tusculanquęst.lib.3.Summissus & abiectus homo,1.Of.homo uersutus,obscurus,astutus,fallax, malitiosus, callidus, uerator,uafer,Off.3.homo uoluptuarius, Tuscul.quęst.li.2.homo ad nullam partem utilis.Off.3. Non homo,sed litus atque aer,& solitudo mera,1. ad Attic. Qualis homo ipse,talis est eius oratio.Tusc.quæst.lib. 5. Nihil minus hominis, quàm non respondere in amore ijs, à quibus prouocere,ad Brutum,1. Quædam non hominis,sed feræ nescio cuius im manis monstra,5.ad Attic.Repente Cæsar præter spem dixit se senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum,ad Sulpit.lib.4. hominis quæcunq; est definitio, una in omnes ualet. 1. de Legib. hominis figura omnium

nium animantium formam uincit, de Natur.deor. 1.Homi nis in primis propria est ueri inquisitio atque inuestigatio, Officio.1.'Ab hominis natura repetenda est iuris natura,1. de Legib.Hominis naturæ aptissimum, quod uerum, simplex,syncerumq;,Officio.1.Hominis uiram,cum conieciuris res agitur,quomodo spectare oporteat, 2.ad Heren.Ho minis utilitati agri omnes & maria parentia, Tusculan.lib. 1. Homini nihil tam tetrum, nihil tam aspernandum, nihil homini indignius, quàm quod est turpe, Tusculan. quæst. lib. 2. Homini rationem addidit natura amplius quàm be stijs, qua regenerentur animi appetitus, de Natur. deor. 2. Homini constanti nullo casu contingere potest, ut illa in termissio fiat officij, Læl.Homini datur ascensus in cœlum ob mentem,uirtutem, pietatem, fidem, 2. de Legib. Quòd homini homine nihil esset pulchrius, fortasse simulachro rum superstitionem inuenit,de Natu. deor.1.Nisi fortè re gium tibi uidetur ita uiuere, ut non modò homini nemini, sed ne cupiditati quidem ulli seruias, pro Syll. Quum persuasum sit nihil hominem aut admirari,aut optare, aut expetere oportete: nullique neque homini, neque perturbationi animi,nec fortunæ succumbere, Offic. 1. Hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam,quàm mors,quàm paupertas, quàm dolor, &c. Offic.3.Hominem te & uirum esse meminisses, id est, ut communem incertumq; casum, &c.5. Fam. Aequum est meminisse, & me, qui differam, hominem esse: & uos', qui iudicatis, ut si probabilia dicentur, nihil ultra requiratis, de Vniuers. Hominem solum erexit natura, cum cæteras animantes abiecisset ad pastum, &c. hominis oris speciem ita formauit, ut in ea penitus reconditos mores effingeret, 1.de Legibus'. hominem ex homine exuere. 5. de Finibus, Inter hominem & belluam quid interfit.Offic.1.hominem certum de comitibus meis misi 8. ad Attic. hominem hunc omnino numerare non decet quem astrorum ordines, quê dierum noctiumque uicissitudines,quem mensium temperatio, quemque ea quæ gignuntur nobis ad fruendum, nõ gratum esse cogunt, 2.de Legib. hominem occiderit oportet,qui uestra opera uti uelit. 2. Fam. hominem natura non solum celeritate mentis ornauit,sed etiam sensus tanquam satellites attribuit,ac nuncios,& rerum plurimarum obscu ras ac necessarias intelligentias enudauit, quasi fundamenta quædam scientiæ, figuramq; corporis habilem & aptam humano ingenio dedit, de Leg. hominem se præbuit in his malis, 15. Famil. hominem probiorem, meliorem uirum, prudêtiorem esse neminem,7. Fam. Quod tuum iudicium nisi mea summa beneuolentia erga te, omnibusque meritis comprobato, ipse me hominem non putabo, ad Oppium lib. 11. hominem te non putabo, si hoc feceris, 2.ad Quint. Frat. hominem mortuum, inquit lex in duodecim tabulis,in urbe ne sepelito, neue urito, 2. de Legib. hominem principium reliquarum rerum esse uoluit deus, 1. de Legibus.L.Cæsarem uidi Minturnis ad VIII.Calend.Feb. mane cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas, &c.7.ad Attic. Ab homine ignoto & sordido Gabinio lata lex tabellaria, 3. de Legibus. Loquor autem de docto homine & erudito,cui uiuere est cogitare.Tuscu. quæst.lib.5.Quot homines, tot sententiæ,lib.1.de Finibus. Sunt enim quidam homines non re,sed nomine, Officior. 1. homines à bestijs quid differant, 1.de Inuent. homines à feris sermone potissimum differunt,1.de Orat.Perpetuis cursibus, conuersionibus cœlestibus extitisse quandam materiam ferendi generis humani. quod sparsum in terras atque satum, diuino auctum sit animorum munere. Nam quòd aliquibus cohærent homines, è mortali genere sumpserunt, quæ fragilia essent & caduca: animum esse ingenerat um à deo,1.de Legibus, homines quibus rebus maximè moueanrur, Partit. homines, si quomodo est natura,sic iudicio humani nihil à se alienum putarent, coleretur ius æquè ab omnibus,de Legib.homines uisi sumus,13.ad Ar. homines deorum agnatione & gente tenentur, 1.de Leg. homines cum dijs lege consociati putandi sumus: inter quos est communio legis, inter eos communio iuris est: quibus autem hæc sunt inter eos communia, & ciuitatis eiusdem habendi sunt, 1.de Legibus. homines quasi cultores terræ constituti, 2.de Natur. deor. homines excellen-

ti gratia,de Pet.Cons.homines sibi indulgentes,atque omnia quæ sequantur in uita,quæque fugiant, uoluptatibus & doloribus ponderantes, ab omni societate Reipub. cuius partem nec norunt ullam, nec unquam nosse uoluerunt,facessant,1.de Legibus. homines multò magis mala fugiunt, quàm bona sequuntur. Partit. Immortales esse ullos negabant,qui homines aliquando fuissent,de N.d. homines hominum causa generati sunt, ut ipsi inter se alij alijs prodesse possint,Of.1.unde prouerbium, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον. homines ac lege sunt generati, qui tuerentur terram,Somn.Scip.homines humiles,& amplissimi uiri,9.ad Attic.Balbi & Oppij. homines iusti natura facti ad participandum alium ab alio, communicandumque inter omnes, 2. de Leg. homines mediocres, his non ita ualde mouentur,de N.d.1. homines municipales & rusticani,de Petit. Cons. homines perditi, Tuscul. quæst. lib. 2. homines perfecti pleneq; sapientes, Offic. 1. homines præstantissimis ingenijs, de Fin. lib. 2. homines probi non solent amicis impendentes calamitates prædicere, quas illi effugere nullo modo possint,de D.lib.2. homines proterui ac mole les,de Finib. lib.5. homines seueri & graues, Of.1. homines tenues,Tusc.q. lib.5. homines infima fortuna,nulla spe rerum gerendarum,de Finib.lib.5. Ad hominum commoditates & usus tantam rerum ubertatem natura largita est, ut ea quæ gignuntur,donata cõsuluerit nobis,non fortuito ea uideantur,1.de Legib. hominum coniunctio & naturalis societas inter ipsos, 1. de Leg. hominum à bestijs differentia, de Finibus lib.3. hominum genus ad honestatê natum,malo cultu,prauisq; opinionibus corruptum est,Part. hominum genus omne inter se sociatum, 1. de Leg. hominum duo genera.Part. Hominum interitu,sententiæ quoq; nõ occidũt,de N.d. Hominũ mos est,ut nolint eundê homi nem pluribus rebus excellere,Brut.Hominum more inimi citias gerere,pro Deiot. Stipes ille,qui quorum hominum esse nesciremus,nisi se Ligurem ipse esse diceret, de Aruſp. Non hominum uitia collegi,sed rerum,14.ad Attic.Homines plurimùm hominibus & prodesse & obesse,Off.2.Homines meliores efficit rectè uiuendi ratio, de Leg.Homines ad iusticiam esse natos, neq; in opinione sed natura cõstitutum esse ius,1.de Legib. Homines nos esse meminerimus, ea lege natos,ut,&c.5. Famil. Homines tribus modis deorum appulsu sumuiare,iuxta Possidonium.Diu.lib.1.

Homologia.l.Conuenientia.

Homvlvs,li.I. P.92 a, Hic homulus ex argilla & luto fictus.

Homvncio, onis. Academ.34 a, Deus ille, &c. homuncio hic, &c.

Homvncvlvs, li. Tuscul. 151 b, Homunculus unus è multis.& 240 b,241 a,Humilis homunculus.de Nat.25 b,Homunculis similem Deum fingere. Epist.50 a,He n,nos homunculi indignamur:aliter,homuncuſi. Vide Victorianas castigationes.

Honestas,tis. honestum, dignitas, decus, laus.)(.Turpitudo.Offic.59 a, Honestas omni pondere grauior est habenda, quàm cætera omnia, quod Aristoteli placet. Off.2, In officio colendo sita est uitæ honestas omnis, & in negligendo turpitudo.de Senect.86 a,Est profectò aliquid natura pulchrum atq; decorum, quod sua spõte petitur,quodq; spreta & contempta uoluptate optimus quisque sequitur.1. honestas.Off.72 b, Nunquam possumus nisi in laude,decoro & honestate utilia reponere. Attic. 208 b, O hominem amentem & miserum, qui ne umbram quidem unquam uiderit: ubi enim est dignitas, nisi ubi honestas? Off.4 b, Honestatem & decus conseruare.pro Qu.18 b,Quam existimationem, quam honestatem in iudicium attuli,&c.pro R.P.129 b,Aliquis honestate spoliatus. pro Rab.95 b,Virtus & honestas & pudor cum Coss.esse cogebat. pro Mur. 145 a, Nolite eum antè parti s honestatibus, atq; omni dignitate fortunaque priuare.pro Sest.24 b,Causa in qua omnes honestates ciuitatis, omnes ordines unà consentiunt, I.A.211 b,Autoritas senatus,decus,honestatê,laudem,dignitatem desiderat.de Fi.72 a,Vna simplex posita in decore tota,id est,honestate. Tuf.187 b, De honestate pulchra. Honestas cũ utilitate in deliberatiuo genere finis est, 2.de In.'Honestas in demonstratiuo causæ genere finis est, 2.de Inuen.Honestas laudationum finis, Top. & Partit. Honestas in uoluptate contemnenda consistit, Acad.q.edit.1.lib. 2.Omnis honestas manat à partibus quatuor, quarum una est cognitionis,altera communitatis, tertia magnanimitatis,quarta moderationis,Of.1.Honestas sola in uita expetenda,ut Zenoni uisum est,Of.3.pro Arch. Honestas dictorum atq; factorum,de Fin.lib.2. Honestas hominis,pro Fl. Honestas testudinis, 3. ad Qu. Fr. Honestatis si quasi lumen aliquod aspexerimus,nihil est quod,ut eo potiamur,non paratissimus & ferre & perpeti,Tusc.q.li.2.Honestatis naturam sumus studiosissimi,appetentissimiq;,Tusc.q.li.2.Honestatem amittere, pro Rosc. Amer. Honestatem & facultates tuas augeas,7.Fam.id est dignitatem. His enim rebus,quæ tractantur in uita, modum quendam & ordinem adhibentes,honestatem & decus cõseruabimus, Of.1.Honestatem cum uoluptate,tanquam hominê cum belua copulare, Ac. q.edit.1.lib.2.Qui honestatê cũ primis naturæ commodis coniunctam,summum bonum ponũt, inuidiosum uoluptatis nomen fugiunt,sed in uicinitate uersantur, Acad. q.edi. 1.lib.2.Honestate una uitam contineri beatam. Tusc.q.li. 5.Honestate spoliatus,pro Rab.Posth. Nolite per deos,&c. eum etiam cæteris antè partis honestatibus atq; omni dignitate,fortunaq; priuare,pro Mur.

Honeste,decorè,laudatè.Antequam,193 a,Honestè & laudatè acta uita.& Att.87 a,Illi ualde honestè se gerunt. Qu. Fr.320 b.& Sal.in Cic.271 a,Id tectum nunc honestè uergit in tectum inferioris porticus. de Off. lib. 3. Honestius hic quàm R.Pompeius.

Honesto,as,decoro,orno.)(.contamino. Of. 73 a, Quæcũque homines homini tribuunt ad eum augendũ atq; honestandum.Of.28 a,Non domo dominus,sed domino domus honestanda est.Postq.2 04 a,Senatus à quo sæpe magnificẽtissimis decretis fumus honestati.I.C. 103 a,Qui Saturnini sanguine non modò se non contaminauerunt, sed etiam honestauerunt.pro Mur. 141 a,Si interdum ad forum deducimur,si uno spacio honestamur.pro Dom.229 b,Vt acta tui præclari tribunatus hominis dignitate honestes. pro Rab. 95 b,Imagine mortem alicuius honestare. I.C.123 a,Tanta laus,quanta nos me uestris decretis honestauistis,& ibid. iterum.de Inuent.76 b, Honestare beneficiũ. ad Her. 11 a, Rei honestandę & collocupletandæ causa.

Honestvs,a,um.rectus,dignus,decorus, honoratus,quod cũ uirtute est.equus.)(.inhonestus,iniquus. Qui honorem sententijs & suffragijs adeptus est,is mihi & honestus & honoratus uidetur, de Clar. Conuentus honestus, Syracusis, 5. Verr.Numerius Suffucius honestus homo & nobilis, pro Murena.Honestus uir,12.Fa.Honesta ciuitas,5.Verr.Ampla & honesta familia,pro Mur. Aequa & honesta postulatio,pro Sext.Ros.Honesta utilitas,3.ad Herennium.Conuiuium moderatum atq; honestum, pro Muræna. Honestũ genus causæ,1.ad Here.& 1. de Inu. Honestum municipiũ, 13.Fam.Honestæ utilitatis species, 3. ad Heren. Cæsarem honestum esse cupio,2. Fam. Cupimus in libera repub.magnam atq; honestum te esse,11.Fa.M.Bruti & Cassij.id est tueri dignitatem tuam. Si minus cum honesto aliquo homine,cuius authoritate nauicularius moueatur, 16.Famil. Qui quum esset bonis parentibus, atque honesto loco natus,&c.Tuscul. quæstion. Honesto & probabili nomine errem objci,pro Cecinna. Moderator reipub. beata ciuium uita proposita est,ut opibus firma, copijs locuples, gloria ampla,uirtute honesta sit,8.ad Attic. Multa quæ honesta natura uidentur esse, temporibus fiunt inhonesta, Of. libr. 3.Cuius discessus omnibus honestis luctuosus tandem uisus est,Postquam. 209. b. Post tuum discessum is dies primus nobis honestissimus fuerat in Senatu,Lent.lib.1.id est habitus est in magno honore.Is pro eorum honestate repugnabat, propter quos honestissimus ipse inter suos numerabatur, pro Sexto Roscio. Vir honestissimus, uita rustica honestissima, pro Sexto Roscio. Optimi & honestissimi ciues,de Aruſp.res.Quid est aliud omnibus omnia peccata & maleficia concedere,nisi hoc, hominem honestissimorum testimonijs & uirorum bonorum tabulis non credere?3.Ver.

Honestvm. Quod autem totum aut aliqua ex parte propter se petitur,honestum nominabimus,2.de Inuent.Honestum aut ipsa uirtus est aut res gesta uirtute, de Finibus libro 5. Honestum id intelligemus quod tale est, ut detracta omni utilitate, sine ullis præmij fructibus,per seipsum possit iure laudari,3.de Finib.74 a. Honestum etiam si nobilitatum non sit,tamen honestum sit: quodq; uerè dicimus, etiã si à nullo laudetur,laudabile esse natura,Of. 1. 4 a, Omnino illud honestum,quod ex animo excelso magnificoq; queri mus,animi efficitur,non corporis uiribus, Offic. 1. Honestum omne sua sponte est expetendum,1.de Leg.Nihil honestum esse potest quod iusticia uacat', Off. 1. Nihil bonũ, nisi quod honestum, 10. ad Attic. Nihil utile,nisi quod rectum honestumq; sit, 5. Famil. Neque quicquam nisi honestum & rectũ alter ab altero postulabit, de Amicitia.Quid honestũ mihi sit,quid liceat,quid expediat, 14.ad At.Quic quid honestũ est,id utile cẽseruunt Stoici,Off.3.Quod honestum,id solùm bonũ,Tuscul.q.li.5. Parad. Quod honestum est,decet,Of.1.Honestum quod ducatur à conciliatio ne naturæ,Zeno statuit finem esse bonorum,Acad. q. ed.1. lib.2.Honestum quod ex uirtutibus exoritur, & in his hæret,per se esse expetendum, de Fin. lib. 5. Quod honestum est,id est maximè propter se expetendum, Of.3.Quod honestum,id iustum.Of.2.Quod decorum, honestumq; est,id per se nobis placet,animosq; omnium natura & specie sua commouet. Off. 36 b. Omne quod honestum est, id quatuor partium oritur ex aliqua,Off. 1. Partes uerò illæ sunt quatuor uirtutes,iusticia,prudẽtia,fortitudo, modestia seu temperantia.honestum quod propriè uereq; dicitur, id in sapientibus est solis, neq; a uirtute diuelli unquam potest, Of.3.honestum,etiam si in alio cernimus, tamen nos mouet,atq; illi,in quo inesse uideatur,amicos facit.Offic.1.honestum & utile pugnare aliquando uidentur. 16. ad Attic. honesti forma, si oculis cerneretur, ut ait Plato,mirabiles amores excitaret sapientiæ,Off.'1. Tanta uis est honesti,ut speciem utilitatis obscuret,Off.3. honesto nihil honestius, de Fin.lib.4. honesto detraho, quid poterit beatum intelligi? Tusc.q lib.4.Recta & honesta quæ sint,lib 1.de Fi.honesta in uirtute ponenda, in uitijs turpia,1. de Leg. honesta & turpia ad naturam sunt referenda, 2.de Legib.honestis similia sunt quædam non honesta, & bonis non bona, & artificiosis minimè artificiosa, Academi. q. edit. 1. libro secundo.

Honor,ris.& honos,ris. ornamentum, gloria, laus, decus, amplitudo,dignitas,honestas,gradus magistratus. de Leg. 182 a,hostis extra portam Collinam,ædem honoris,aram in eo loco fuisse, memoriæ proditum est: ad eam cum lamina esset inuenta, & in ea scriptum Lamina honoris, ea causa fuit ędis huius dedicandę.de Cl.291 a,honos est præmium uirtutis,iudicio studioq; ciuium delatus ad aliquem. Tusc.148 b, honos alit artes, omnesq; incenduntur ad studia gloriæ,iacentq; ea semper, quæ apud quosq; improbantur.Att.2 a, θεὸν ἀγαθὸν ἡ τιμὴ Parad. 237 b, Laus, honor, gloria.Qu.F.296 a,Semper putaui honores,si uulgares essent, uiles: si temporis causa constituerentur leues. Epist. 49 b,Is qui uere appellari potest honos, non inuitamẽtum ad tempus: sed perpetuæ uirtutis est præmium. & 246 b, Mores atq; uitam spectari solere in honoribus habendis, uel non habendis.Ant.194 a, Qui sunt assecuti summũ gradum honoris,non dispoliabuntur honore.pro Domo, 222 b,Illi quorum uita remota ab hoc honore populari,ab hac illustri gratia est.Ep.75 a, habere honorem alicui. pro Fl. 155 a,Cui nullus honos in sua ciuitate habitus est unquam, pro Cęl.38 a, Nemini unquam præsenti Puteolani maiores honores habuerunt, quàm M.Cælio.I.A.191 a, Vt pro rantis eorum in remp.meritis honores eis habeantur, & gratiæ referantur.pro S.R.41 a. Viris fortibus honos habitus est.de N.68 a, Vide ne uirtutibus hominum isti honores habeantur,non immortalibus.At.101 a,Chryſippum li benter uidi & in honore habui.Attic.181 a,Vereor ne Cęsari nullus honos à senatu habeatur. Attic. 283 a, huic habiti à me honores nulli quidem Brute nisi debiti,nulli nisi necessarij.Qu.F.295 b,Aliquê esse diligẽtem, ut sibi honores habeatur,Ep.259 b,Curio misi,ut medico honos haberetur. de Clar. 196 a, Amplissimos uel maximos honores alicui rei esse habitos.de Fin.105 a,Tribuere honorem alicui.Qu.F.296 a,Tribuere honores meriti alicuius. pro Pl. 272 b,Tribuere magnum honorẽ alicui. pro S.R.41 a,Suũ cuiq; honorem & gradum redditum esse gaudeo.I. V. 142 b,Mihi honorem illum non solùm datum, sed etiam creditum

ditum ac commissum puto. I. V. 219 b, Mandare honores hominibus nouis. I. A. 181 a, Cur honorem Cesari tua lege datum deferi patimur? Ep. 149 b, Is enim honos mihi uideri solet, qui non propter spem futuri beneficij, sed propter magna merita claris uiris defertur & datur. pro S. R. 31 a, Serui apud eum sunt in honore & precio. de Orato. 105 a, Hæc ars summo in honore semper fuit. Tusc. 149 a, In summo apud Græcos honore geometria fuit. de Cl. 176 a, Hic epilogus tanto in honore pueris nobis erat, ut eum etiam edisceremus. de N. 5 a, Philosophiæ quæ in honore sunt. de Cl. 167 a, Gorgias magno in honore fuit. pro S. R. 18 b, Qui apud uos in honore tãto sũt. I. C. 111 a, Hic dies apud uos in honore esse debet. Tusc. 148 b, Honorem poetis non esse. de Cl. 178 a, Iam tum honos erat eloquentiæ. Offic. 45 b. Honori summo nuper nostro Miloni fuit, quod, &c. pro Mil. 120 b, Beatos esse quibus ea res honori fuerit à suis ciuibus. Ep. 107 b, Adducere aliquid in honorem. Attic. 82 a, Ob hæc beneficia nullos honores mihi, nisi uerborum decerni sino. & 283 a, Tribuere laudem uerborum alicui. & ibid. Decernere honores alicui. & 275 b, Accipere honores extraordinarios. & 279 a. Att. 135 b, Recipere honorẽ ab aliquo, id est, uerbi gratia, ut sis legatus alicui. de Orat. 105 a, Amplissimis honoribus & præmijs decorari. I. V. 231 b, Qui honos apud Syracusios est amplissimus. de Or. 105 a, Qui honos apud Græcos maximus haberetur. Or. 208 b, Ornatus ille propter quẽ ascendit in tãtũ honorẽ eloquentiæ. de Cl. 187 b, Ascẽdere ad honores. pro Syl. 283 a, Nemo ex illo honoris gradu. Att. 101 a, Honore augeri. de N. 77 b, Honoribus aucti, aut re familiari. de Ar. 257 a, Honorem augeri cupiã. Honore augeri aliquem. pro Fl. 157 a, Homo sine honore, sine existimatione, sine censu. de In. 61 a, Homines honore usi: id est, qui magistratum gesserunt. I. A. 220 a, Quãquam hoc honore usi togati esse solent, cum est in sagis ciuitas. Ep. 9 a, Cùm honorib. amplissimis perfuncti essemus. Ep. 43 b, Cursus honorum. pro Deiot. 146 a, Cæsar Deiotarum amplissimo regis honore & nomine affecit. & ibid. Deiotarus honore amplissimo ornatus. pro S. R. 43 a, Magno honore filius ex patris dignitate afficitur. de N. 9 b, Res sordidas deorũ honore afficere. I. A. 222 a, Honorẽ mortuo, cui iniuriã uiuo fecimus, faciamus. Epi. 149 b, Sit modò aliqua resp. in qua honos elucere possit, omnib. mihi crede, amplissimis honorib. abũdabis. Ep. 140 b, Præfari honorẽ. Itẽ, Nos autẽ ridiculè si dicimus, ille patrẽ strangulauit, honorẽ non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lolia, honos præfandus est. pro Qu. R. 47 b, Hunc uirũ bonũ esse dixisti, & honoris causã appellasti, q̃ nemo nisi aut honestissimo, aut amicissimo facere consueuit. p̃ S. R. 19 a, Vir fortissimus & clarissimus L. Sylla, quẽ honoris causa nomino. I. A. 166 a, Qui stillantem præ se pugionẽ tulit, is à te honoris causa nominat. & ibid. b, Cur honoris causa à te sunt appellati? I. V. 69 b, Curio, quẽ ego hominẽ honoris potius, quàm ignominię causa nominatũ uólo.

Honorabilis, le. honoratus. de Senect. Hæc. n. ipsa sunt honorabilia quæ uidentur leuia atq; communia, salutari, appeti, deduci.

Honorarium, rij. munus quod honoris causa datur. I. P. 98 a, Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi? aut honorarij? si quidem potest ui & metu extortum honorarium nominari. de Opt. 243 a, Docere debitum est, delectare honorarium, permouere necessarium.

Honorarius, a, um. pro Cec. 286 a, Hoc non honorariam operam amici, sed seueritatem iudicis requirit. Tus. 251 b, Quorum controuersias solebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades.

Honorate. honorificè. I. A. 237 b, Multa & honoratè & honorificè de aliquo prædicare. aliter, ornatè, non honoratè, & melius.

Honoratus, a, um. q̃ in honore & precio est apud aliquos. de N. 77 b, Diues, honoratus, incolumis.)(. inglorius. Attic. 184 a, Dionysius apud me honoratior fuit, quàm apud Scipionẽ Panætius. Of. 28 a, Homo honoratus & princeps. p̃ Pl. 262 b, Præfectura honorata & suburbana. de Cl. 191 a, Qui honorẽ sententijs & suffragijs adeptus est, is mihi & honestus, & honoratus uidet. Orat. 199 b, Thucydides fuit honoratus & nobilis. de Se. 81 b, Clarus & honoratus uir.

Honorifice, honoratè. I. A. 213 a, Respondẽdum honorificè est Marrucinis. & 237 b, Multa & ornatè & honorificè de aliquo prædicare. & Qu. de Pet. 211 b, Largè ac honorificè promittere aliquid.

Honorificentius, & honorificentissimè. Att. 191 a, Non potuit honorificentius à me fieri de nepote. Ep. 215 a, Nec liberalius, nec honorificentius tractari potuisse. Ep. 84 a, Cæsar nunquam nisi honorificentissimè Pompeium appellat. Att. 14. 231 a, Vt me à te cũ his uerbis scripseris, liberalissimè atq; honorificentissimè tractatum existimem.

Honorificus, a, um. decorus, dignus. Att. 83 a, Quod imperium uidebatur illi ærati honorificum. I. A. 168 a, Nunquam ab eo mentio de me, nisi honorifica. I. V. 292, Verbũ honorificum. Att. 7 b, Honorificus in aliquem. Off. 48 b, Est enim ualde decorum, in externos hospitalem esse.

Honoro, as. honorem habeo, honorem adhibeo, honesto, in honore habeo. honorem facio, honorem debitum alicui præsto, honore afficio, honorem tribuo, apud me in honore & precio est, honore augeo, honore amplissimo orno, honorificis uerbis prosequor. de D. 98 Amphiaraum sic honorauit fama Græciæ, Deus ut haberetur. I. A. 165 a, Hic me non solùm meis laudibus ornat, sed etiam honorat alienis. I. A. 202 a, & 203 a, Eundem ordinẽ teneho in uiris fortibus honorandis. I. A. 221 a, Nemo tum uirtutem non honorabat. de Leg 612 a, Beati qui honorati sunt, uidẽtur, miseri autem, qui inglorij. I. A. 222 a, Mortem eius non luctu publico solum, sed etiam monumentis esse honorandũ puto. pro S. R. 43 a, Magno honore filius ex patris dignitate afficitur. pro Dom. 228 a, Quẽ populus Rom. à porta domum sua celebritate lætitiaque comitatum honestauit.

Hora, ræ. Quin. Frat. 308 a, Ea res acta est, cum hora ferè uix Pompeius peroraisset, usq; ad horam octauam. & ibid. Hora ferè nona Clodiani conputare cœperunt. I. A. 175 a, Cum hora diei decima ferè ad Saxa rubra uenisset. pro Mil. 106 b, Fit obuiam ei Clodius hora ferè undecima, aut non multo secus. I. V. 72 a, Nonæ sunt hodie sextiles: hora nona conuenire cœpistis. I. P. 82 a, Cum ad te quinta ferè hora uenissem. pro Qu. 4 b, Vt ad tabulam Sextiam sibi adsint hora secunda postridie. Brutus ad Cicer. lib. 5. Hora ante præsidium meum Pollentiam ueni. ad Att. libr. 12. Neq; enim illa ora tui mihi est operis ignota. Ep. lib. 9. Hora nona accubueram. Philipp. 6. Horam eximere. Philipp. 5. In horam uiuere. I. V. act. 3. Ne quã ego horam de meis legitimis horis remittam. I. A. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, uomebatur. I. V. act. 6. Hora amplius iam in demoliendo signo permulti homines moliebantur. Famil. lib. 15. In hora ternas epistolas dare. ad Att. lib. 12. Horæ quibus expectabam, longæ uidebantur. ad Attic. lib. 4. Cum horas tres fere dixisset, coactus est aliquando peroorare. Att. lib. 10. Ad horas tres dormijt. I. V. act. 3. Vel suis horis. Eadem, Quum horis nostris nos essemus usi.

Horatvs Cocles. de Leg. 171.

Horizon, tis. finiens. de Diuin. 127 b, Illi orbes, qui cœlum quasi medium diuidunt. & aspectum nostrum definiunt, qui à Græcis ὁρίζοντες nominantur, à nobis finientes rectissimè nominari possunt, uarietatem maximam habent, alijq; in alijs locis sunt.

Horme, es. l. Appetitio, & Appetitus, & ὁρμή.

Hornotinvs, a, um. huius anni. I. V. 157 a, Hoc quantum est ex Sicilia frumenti hornotini exarauerunt.

Horologvm gij. solarium. Ep. 265 b, Horologium mittam & libros, si erit sudum.

Horrendvs, a, um. horrificus, horribilis. Tus. 175 a, Nihil habet mors quod sit horrendum.

Horreo, es. cohorreo, formido, timeo. I. V. 250 b, Cum esses in imperio, iam tum iudicium & crimen horrebas. Attic. 136 a, Ingrati animi crimen horreo. de Orator. 125 a, Quæ ego cum à te tractãtur in causis, horrere soleo. de Fin. 37 a, Horrere diuinũ numẽ. Tusculan. 345 a, Horrere & reformidare dolorẽ. Att. 134 a, Horrere minas alicuius. de Arusp. 252 b, Quod sacrificium nemo unquam uir aspicere non horruit. Attic. 35 b, Hæc dominatio quorsum eruperit fo. horremus. p̃. Do. 241 a, b, Horrere animo. Ep. 96 b, Vt famã uictoriã horrerẽ. qu. Fr. 296 b, Quare nomen publicani, neq; ij debent horrere, qui semper uectigales fuerunt. I. A. 216 b, Periculose dico quemadmodum accepturi fitis, horreo. de Fin. 59 b, Quod si quis satis opibus hominũ sibi contra conscientiam septi esse & muniti uidentur, deorum tamen numina horrent. de N. d. 30 a, Vno tempore florere, deinde uicissim horrere terram.

Horresco, scis. perhorresco. de Fin. 152 a, Qui sibi iniecto terrore mortis horrescunt.

Horreum, rei. cella. In Verrem, 151 a, Neq; in segetibus, neque in areis, neq; in horreis. contra Rul. 84 a, Illi Capuam cellam atque horreum agri Campani esse uoluerunt.

Horribilis, le. horrendus, horrificus, formidabilis. At. 96 b, Hæc spero falsa, sed certè horribilia. de Or. 107 b, Illud uerò fuit horribile, quod, &c. de Ar. 248 a, Exauditus est strepitus quidam reconditus, & horribilis fremitus armorum. Att. 124 a, Cæsar mõstrum horribilis uigilantia, celeritate, diligentia. de Fin. 62 a, Horribili formido. I. C. 99 b, Hanc tam terram, tam horribilem, tam infestam reipub. pestẽ effugiamus. pro Fon. 181 b, Iratus animus atq; horribilis impetus cuiuspiam. Ep. 77 b, Horribile ac pertimescendum. de Or. 143 b, Horribiles & miseri casus aliquorũ. Att. 223 b, Horribile est quæ loquantur, quæ minitentur. pro Qu. 81 a, Horribile est causam capitis dicere. de Som. 128 b, Tum ratilus horribilisq; terris Mars.

Horride, aspere, duriter. Or. 199 a, Inculte & horridè dicere uel uiuere. pro Qu. 10 b.

Horridvlvs, a, um. At. 21 a, Quanquam illa tua mihi horridula & incompta uisa sunt. Or. 211 a, Orationes horridulę.

Horridvs, a, um. inculus, asper, durus.)(. Nitens, ornatus. pro Qu. 17 b, Vita horrida atque arida mihi cordi est. Post. 207 a, Cum eum inculum, horridum, mœstumque uidisses. de Cl. 175 a, Vir ut uita sic oratione durus, inculus, horridus. de Cl. 170 b, Antiquior est eius sermo, & quędam horridiora uerba. Or. 198 b, Aspera tristis, & horrida oratio. de Or. 147 b, Oratio de horridis rebus nitida, de ieiuna plena, de perualgatis noua. de Cl. 186 b, Nitens oratio.)(. Inculta, horridula. de D. 114 b, Iecur nitidum atq; plenum.)(. Iecur horridum & exile. pro Cæl. 44 a, Barbara horrida. pro Mur. 131 a, Horridus miles.

Horrifer, a, um. horrificus. Or. 211 a, Horriferum portentum. Poetæ.

Horrificvs, a, um. pro Domo, 225 a, Horrificum bellum. & in Arat.

Horrisonvs, a, um. In Arat. Et magis horrisonis aquilonis tangitur alis. Tusc. 180 a, Horrisonum fretum.

Horror, oris. metus, frigus, ut in febri. At. 122 b, Dij immortales quis me horror perfudit. At. 188 a, Atticam doleo tãdiu, sed quoniam fine horrore est, spero esse ut uolumus.

Hortensivs, sij. orator Ciceroni coæuus. Orat. 209 a, Dicebat melius quam scripsit Hortensius.

Hortensianvs, a, um. Att. lib. 4. 58 b, Quod me admones, ut scribam illa Hortensiana, &c. Consolationem philosophiæ intelligit, quod opus, Hortensium appellauit.

Hortatio, onis. cohortatio. Quin. Frat. 298 a, Non hortatione, neque præceptis, sed precibus tecum fraternis ago. Ep. 133 b, Quod cum ita fit, hortatio nõ esse necessaria, gratulatione magis utendum est.

Hortator, oris. suasor, consuasor, autor. de Orat. 105 a, Cum eius studij tibi & hortator & magister esset domi. I. A. 235 a, Quanquam hortatore non egetis ipsa enim uestra sponte exarsistis ad libertatis recuperandæ cupiditatem. Post. 199 b, Auditor, autor, hortator ad aliquid agendum. pro S. R. 39 b. & Par. 28 b, Hortator, autor, intercessor non faciendi aliquid.

Hortatvs, tus. hortatio. Ep. 217 b, Id feci aliorum consilio, hortatu, autoritate.

Hortor, aris. adhortor, suadeo, sum autor, cohortor, excito, impello, autoritate alicui ad aliquid faciendum do, acuo. Ep. 204 a, Hæc cò spectant, ut te horter & suadeam, reliqua sunt quę pertiuent ad rogandum. Att. 102 a, Ipsum tamen Pompeiũ separatim ad concordiã cohortabor. pro Ar. 191 a, Quibus auditis eũ ad perficiendum hortatus sum. de Or. 95 a, Impellere, exhortari aliquẽ ad aliquã artem. de Pro. 71 a, Hortari milites ad laudem. Attic. 126 b. & Offic. 1 b, Magnopere te hortor, pro tuo singulari perpetuoque studio, ut, &c. Att. 111 b, Pacem quidem hortari non desino. Quint. Frat. 29 a, Sed quid ego te hæc hortor? aliter deest hæc. I. C. 99 b, Sin exteris (quod te iam diu hortor) exhaurietur. &c. Ep. 54 a, Ijsdem igitur de rebus etiãm atque etiam hortor, quibus superioribus literis hortatus sum. de Fin. 125 b, Te hortor, currentem quidem, ut spero. Epi. 256 a, In excitando & acuendo plurimum ualet, si laudes eum quem cohortere. Ep. 133 b, Quare quid est quod ego te horter, ut dignitati & gloriæ seruias? proponam tibi claros uiros, quod facere solent, qui hortantur. Ep. 256 a, Consilium quod hortandi causã laudaui.

Hortvlvs. de Nat. 24 b, Democriti fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit. pro Cl. 25 a, Asinius autem breui illo tempore quasi in hortulos iret, in arenarias quasdam extra portam Esquilinam perductus occiditur. de Fin. 124 b, Platonis hortuli.

Hortvs, ti. & Horti, orum. pro Cęl. 45 a, b, Ep. 263 b, Phędrum excita, ut hortũ ipse conducat, sic olitorem commouebis. de Sen. 89 a, Iam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant. Of. 63 b, Dictitabat se hortulos aliquos uelle emere, quò inuitare amicos, & ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. pro R. P. 126 b, Deliciarum causã uoluptatis quosdam in hortis aut suburbanis suis cum mitrella sępe uidemus. Qu. Fr. 320 b, Nunc domus suppeditat mihi hortorum amœnitatem. Att. 191 b, Cogito trans Tiberim hortos aliquos parare. de Fin. 122 b, In hortis Epicuri, quos modò prętęriebamus. de N. 19 b.

Hospes, tis. is apud quem alius diuersatur, aut qui ipse diuersatur apud alium. de D. 123 a, Deiotarus Cæsarem eodẽ tempore & hospitem uidit. Offic. 76 b, Quanquam tibi hi tres libri inter Cratippi commentarios tanquam hospites erunt recipiendi. pro Mil. 107 b, An uerò tu solus ignoras? tu hospes in hac urbe uersaris? pro Ra. 96 b, Adeo ne hospes huius urbis. adeò ne ignarus es disciplinæ consuetudinisq; nostræ, ut peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere uideare? Attic. 93 a, Est enim aliquid aduenientem non esse peregrinũ atq; hospitem. cont. Rul. 85 a, Nos autem iam non hospites, sed peregrini atq; adue nę nominabamur. de Orat. 103 b, Fateor oratorem nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum atq; hospitem esse debere & 92 a, Qui nuper Romæ fuit Menedemus hospes meus. pro Deio. 145 a, Per istam dextram, quam hospes hospiti porrexisti. Offic. 28 a, Domus in quam & hospites multi recipiendi, & admittenda hominum cuiusque generis multitudo. Epistol. 138 b, Habuisses non hospitem, sed contubernalem. & 83 a, Ex multis hospitibus, qui ad me ex Asia uenerunt, audiui te, &c. de Diuin. 10 a, Diuertere ad hospitem. de Fin. 125 a, Non antè ad hospitem diuerti, quàm, &c. ad Heren. 40 a, Habere hospites domi. Ep. 143 a, & 212 a, Accipere hospitem, In Verr. 89 a, Recipere hospites. ad Her. 38 b, Deinde casu ueniunt hospites homini. pro Cl. 52 b, A. Binnius quidam caupo multorum hospitum.

Hospita, tæ. In Vat. 113 a, Seruilia Dionis hospita. & 127 a. Attic. 68 b, At illa, Ego ipsa sum, inquit, hospita. I. V. act. 4. Contemnere etiam signum illud Himeræ iam uidebatur, quod eum multò magis figura & lineamenta hospitæ delectabant.

Hospitalis. qui libenter hospites recipit. Of. 46 a, Cimon in suos curiales Laciadas hospitalis fuit. contra Rul. 75 a, Illa ipsa sedes hospitalis, in quam erit. dedecus. I. V. 211 a, Non dubitauit illud insigne penatium hospitaliumque deorum ex hospitali mensa tollere. pro Cæl. 84 b, Tua hospitalis illa Venus. I. V. 89 a, Homo, qui semper hospitalissimus amicissimusque nostrorum hominũ fuisset. & 206 b, Domus omnibus apertissima & perhospitalis. Q. F. 313 b, Sed non faciam, ut illum offendam, ne imploret fidem Iouis hospitalis. pro Deiot. 147 a, Sit e palãm interemisset, Iouis quidem illius hospitalis numen nunquam celare potuisset. de Fin. 104 a, Iupiter hospitalis.

Hospitalitas, tis. Off. 46 b, Rectè à Theophrasto est laudata hospitalitas: est enim ualde decorum, patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus.

Hospitivm, tij. diuersorium, familiaritas, amicitia, domus quæ gratis & libenter amicis patet, sedes hospitalis. Epist. 212 a, Cũ Lysone est mihi hospitiũ uetus. Att. 223 a, Pyliæ paratum

paratum est hospitium. Qu.Fr.293 a, Optimum quenq; hospitio amicitiaque coniungi dico oportere. pro Cor. 63 a, Gaditani cum L.Cornelio publicè hospitium fecerunt. & ibi.b, Facere hospitium cum aliquo. I.V.233 b, Decernunt statim ut L. Fratri hospitium publicè fieret. pro S.R. 21 a, S.Roscius florens gratia atq; hospitij nobilissimorum hominum, nam cum Scipionibus erat ei non modò hospitiũ sed etiam domesticus usus & consuetudo. I.C.123 b, Pro clientelis hospitijsq; prouincialibus. de D. 125 a, Cæsar à Deiotaro magnificẽtissimo hospitio acceptus est. I.A.244 a, Tota familia occurret, hospitio inuitabit. pro De.145 a, Tu illius domum inire, tu uetus hospitium renouare uoluisti. pro Do.151 a, Deiotarus, quo cum amicitiam resp. conciliauit, hospitium uoluntas utriusque coniunxit. I.V.126 b, Renunciare hospitium alicui, & domo emigrare. de Or. 130 b, Atqui non unium liberale hospitium meum dices. nam te simulac, &c. extrudã & eijciam. Attic.32 b, Te hospitio agresti accipiemus. I.V.113 a, Pro hospitio quod mihi cum eo est. de Se.94 b, Ex uita ista discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo: commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit.

Hostia, stiæ. uictima. de Leg.175 b, Quibus hostijs immolandum, cuiq; deo, cui maioribus, cui lactantibus, cui maribus, cui fœminis. cont. Rul.85 a, Erant hostiæ maiores in foro constitutæ, quæ ijs præteoribus de tribunali, sicut à nobis consulibus de consilij sententia probatis, ad præconem & tibicinem immolabantur. de L.173 b, Quæ cuiq; Dito decoræ gratæq; sint hostiæ prouidendum. de D.99 b, Hetrusci religione imbuti, studiosius & crebrius hostias immolabant. de D.101 a, Cum cẽsor populũ lustrare, bonis nominibus, qui hostias ducerẽt eligebantur. pro Font.280 a, Humanis hostijs deos placare. pro Cl.58 b, Hostiæ cæsæ ad sceleris perficiendum. de In.74 a, Præbere hostias ad sacrificiũ. Att.2 b, Adducere hostias ad montem Albanum.

Hostiensis, se. pro Pom.10 a, b, Nam quid ego Hostiense incommodum quærar? Att.194. pro Mur.128.

Hostilia curia Romæ. de Fin.124.

Hostilis, le. inimicus. infestus. de In.61 b, Hostili in terra turpiter iacuit insepultus. Att.275 a, Hostilis animus in remp. Item: Ea in hunc hostili odio est. pro R.95 b, Homo hostilem in modum seditiosus. Offi.75 b, Pactiones bellicas & hostiles perturbare. Auteq.192 b, Hostilis ciuium mens. de Pro.70 a, Hostilem in modum uexari.

Hostiliter. hostilem in modum, inimicè, infestè, iniquo animo. In Anton.199 a, Quid ille fecit hostiliter, quod hic non faciat?

Hostis, stis. perduellis, inimicus, qui contra arma fert, qui bellum reip. indixit. Off.8 b, Equidem illud etiam animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis uocaretur, lenitate uerbi tristitiam mitigante: hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. I.V.112 a, & 116 b, Verres communis hostis omnium prędoq; fuit. In Ant.263 a, Hirtius hostes prostrauit, fudit, occidit. pro Do.226 a, Iste non hominibus, sed uirtutibus hostis semper fuit. In Ant.172 b, Quis tam dijs hominibusq; hostis? qui auderet, &c. Offic.46 a, Eumq; qui facit communem hostem tenuiorum putant. de Fin.131 a, Quotiescunque dicetur malè de se quis mereri, sibiq; esse inimicus atque hostis. I.V.120 b, Ille aspicere te non posset inimicus, & hostis esset. de In.61 a, Inimicis atque hostibus ea displicent. pro Mil.109 a, & de Am.103 b, Cn. Pompeius Clodij hostis. Art.248 a, Ex eo sibi illum hostem: id est, inimicum. Ep.42 b, Si tibi, cui sum amicissimus, hostis essem, placarer tamen, &c. I.V.119 a, Hostis nimis ferus & immanis. In Cat.105 a, Hostis tam capitalis.

Hvc. Ep.8 a, Huc te pares, hæc cogites, ad hæc te exerceas. I.C.105 a, Rem huc adduxi, ut, &c. Offi.20 a, Pars, quæ hominem huc & illuc rapit. de Or.100 a, Aliquem erectũ & celsum huc atq; illuc intueri. Att.143 b, Ne cursem & huc & illuc deterrima uia.

Hvccine. I.V.269 a, Huccine tandem omnia reciderunt?

Hvi. admirantis & optantis interiectio. Att.95 b, Videbam sermones, hui fratrem reliquit, & 73 b, Hui totiens me literas dedisse Romam, cum ad te nullas darem? Att.216 b, Hui si scias quanto periculo tuo, &c. & 250 b, Sed qui hui non dicat? Ep.124 a, Hui uereor ne, &c. Ep.254 b, Hui quàm uelim scire, utrum, &c.

Hvivsmodi. id genus, huius exempli. de Leg.579 a, Epist. 233 b, Nec miror, sed mœreo casum huiusmodi. Top.214 b, Et cætera generis eiusdem. Att.207 b, Antea orationes aut aliquid id genus scribebam.

Hvmane. humaniter. Att.249 b, Sestius quod Puteolis profectus est, humanè: quod quæritur, iniuitè. & I.A.254 a, Att.201 b, Fecisti humanè. Tusc.li.2. Morbos tolerancr atque humanè ferunt.

Hvmanitas, tis. humanam naturam, uel ipsam naturam hominum & speciem significat. pro S.R.28 b, Magna est enim uis humanitatis, multum ualet communio sanguinis, recordatur ittiusmodi suspicionib. ipsa natura, &c. pro Fl.151 a, Tamẽ ciuis à ciuibus communis humanitatis iure ac misericordia deprecarer, ne, &c. pro Syl.179 a, b, Peterem ut niam errato meo ex intimis uestris cogitationibus, & ex humanitate communi. pro Quin.9 a, Hęc in homines alienissimos, deniq; inimicissimos, uiri boni faciunt, & hominum existimationis, & cõmunis humanitatis causa, ut cum ipsi nihil alteri scientes incommodarint, nihil ipsis iure incommodi cadere possit. pro Do.232 b, Tam amans tuorũ ac tui, quàm communis humanitas postulat. de Orat.89 b, Quæ nisi naturas hominum, uimque omnem humanitatis, causasque eas quibus mentes aut incitantur aut reflectuntur penitus perspexerit, dicendo quod uolet, perficere non poterit.

Hvmanitas. facilitas, lenitas, placabilitas, mansuetudo, comitas, urbanitas, suauissimi mores, benignitas, mansuetudo morum ac facilitas, suauitas sermonum atque morum, lepos, altitudo animi quæ dicitur. Epist.61 a, Cognosce nic humanitatem meam, si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria remisisto animi ac dissolutio. Epist.173 a, Ostinemus ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatem. Att.104 a, b, Tyronem propter humanitatem & modestiã malo saluum, quà propter uium meum. Att.68 b, Humanitas in meo iudicio die fuit. de Or.87 a, Tanta in Crasso humanitas fuit, &c. Qu.Fr.294 b, Clementia, mansuetudo humanitas. pro S.R.25 b, Natura tibi dedit, ut humanitatis non parum haberes. Qu.Fr.295 a, Nos ei generi hominum præstimus, non modò in quo ipsi fuit, sed etiam à quo ad alios peruenisse putatur humanitas. & ibid. Tribuere humanitatem alicui. Attic.262 a, Tua singularis humanitas suauissimique mores. Offi.13 a, In liberis uerò populis & in iuris æquabilitate exercenda etiam est facilitas, & altitudo animi quæ dicitur, ne fi, &c. & 36 b, Tantaque pœna eos afficiamus, quantum æquitas humanitasq; patitur. de Or.139 a, Nullum est uitæ tempus, in quo non deceat le porẽ humanitatemque uersari. pro Mur.139 b, Nemo Catone proauo tuo commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis. pro Syl.182 b, Tamen humanitate adductus eum defendit. pro Syl.85 a, In uestra mansuetudine atque humanitate totam causam repono. de L.184 a, Difficillima illa societas grauitatis cum humanitate. Ep.199 b, Vt summa seueritas summa cum humanitate iungatur. & 214 a, Facilitas & humanitas tua. & 6 b. Off. 13 a, Non modò id uirtutis non est, sed potius immanitatis, omnem humanitatem repellentis. de Am.109 a, Amicitia remissior esse debet, & liberior, & dulcior, & ad omne comitatem facilitatemque procliuior. de Or.116 b, Quorum alterum diuinitatis mihi cuiusdam uidetur, alterum humanitatis. de D.125 a, Placet igitur humanitatis expertes, habere diuinitatis autores?

Hvmanitas. pro ea quam Græci παιδείαν uocant, nos eruditionem etiam & doctrinam appellamus. de Orat.115 a, homo non hebes, neque inexercitatus, neque communium literarum & politioris humanitatis expers. Qu.Fr.295 b, In uirtute atque humanitate percipienda. pro Ar.165 b, Omnes artes, quæ ad humanitatem pertinẽt, habent quodam commune uinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur. pro Ar.186 a, Artes, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet. Qu.de Pet.210 a, Deinde habebis tecum ex iuuẽtute optimum quemque & studiosissimũ humanitatis. Epi.262 b, Literæ & humanitas. de Or.122 a, Vir humanitati politus. & 107 b, In omni recto studio atque humanitate, uersari. I.V.223 a, Tu fine ullaarte, sine humanitate, sine ingenio, sine literis solus iudicas? pro Mur.138 b, De studijs humanitatis. pro Ar.188 b, Hæc studia adolescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis pfugium & solatium prębent. delectant domi, nõ impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinãtur, rusticantur. pro Cæl.42 a, Studium doctrinę atq; humanitatis. & ibi. Adolescens humanissimus & doctissimus. & ibi. a, Qui in hac suauitate humanitatis, quæ propè iam delectantur homines, uersari periucundè solet.

Hvmaniter, humanè, benignè. Q.F.306 b. Sed fecit humaniter Licinius, qui ad me uenit. Epi.95 b, Humaniter uiuere. Att.2 a, Sin aliter acciderit, humaniter feremus. Att.228 b, Si humaniter, & sapiẽter, & amabiliter in me cogitare uis.

Hvmanivs, humano more, ut soler, ut fere fit. I.A.154 b, Si quid mihi humanitus accidisset, multa autem impendere uidebantur, præter naturam, præterq; factum.

Hvmanvs, a, um. affabilis, benignus, comis, blandus, commodus, urbanus, cuius uita lenior, mores sunt faciles. de Somn.292, Qui in uita humana diuina studia coluerũt. & 128 a, Ne nuous humanum assignatum à deo defugisse uideaminini. de D.80 a, Gens humana atq; docta.)(. Immanis atq; barbara. Att.263 b, Vir facillimus atq; humanissimus. de Se.89 b, Comes, benigni, faciles, suaues homines, qui, &c. & ibid. Cyrum omnibus in rebus comem erga Lysandrũ, & humanum fuisse. de Or.87 b, Homines à fera agrestiq; uita ad humanum cultum ciuilemq; deducere. pro S.R.28 b, Aliquis humana specie ac figura, qui immanitate bestiam uicerit. Attic.247 b, Sed humana ferenda. & 244 a, Sed hæc quidẽ humana. & 211 a, Possum falli ut humanus. & 188 b, Tuus dolor humanus is quidẽ est. I.V.223 a, Homo doctissimus atque humanissimus. Par.231 b, Animus humanus ac liberalis. Tusc.23 b, Humanus animus. Off.35 a, Humanum genus. & de Fi.107 a.

Hvmatio, onis. sepultura. Tusc.170 b, Aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum existimo.

Hvmatvs, a, um. sepultus. de L.181 b, Et quod nunc communiter in omnibus sepultis est, ut humati dicantur, id erat proprium tum in ijs, quos humus iniecta contegeret.

Hvmervs, ri. ceruices. de N.58 a, In bobus uires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda. Tusc.182 a, Nam scutũ, galeam, gladium in honore nostri milites nõ plus numerãt, quàm humeros, lacertos, manus. I.V.217 a, Sagittæ pendebant ab humero. Sal. in Cic.271 b. Italia Ciceronem exulẽ humeris suis reportauit. de Or.104 b, Cum Galba pupillũ penè in humeros extulisset. de Sen.83 a, Cum humeris bouem sustineret uiuum. pro Mil.206 a, Clodius totam pecuniam solus gubernat & humeris suis sustinet. de Arc.258 a, Vix hæc innixa in nostris humeris cohærebunt. pro Fla.164 a, Resp. quam uos uniuersam in hoc iudicio uestris humeris, uestris inquam humeris iudices sustinetis. pro Dom.242 a, Remp. in hac causa uestris ceruicibus sustinetis.

Hvmidvs, a, um. quod humorem habet. Tusc.150 b, Terrena, & humida suopte nutu in terram feruntur. de N.66 a, Natura animantis uel terrena, uel ignea, uel animalis, uel humida. In Ver.85 a, Ignem ex lignis uiridibus atq; humidis fieri iussit. In Arat. Humida aurora.

Hvmifer, a, um. de Diu.83 a, Naribus humiferum duxere ex aere fuccum. poetæ.

Hvmilis, le. contempeus, abiectus, demissus, summissus. Tusc.235 b, Vices, & ea quæ sunt humiliora, neque se tollere à terra altius possunt. de Leg.158 b, Quę & conscripta sunt à multis, & sunt humiliora quàm ea, quæ à nobis expectari puto. de Am.102 a, Qui suas cogitationes omnes abiecerũt in terẽ tam humilem tamq; cõemptam. Postq.206 a, Aliquorum mentes angustæ & humiles. de Am.101 b, Humilis sanè & minimè generosus, ut ita dicam, ortus amicitiæ. pro Ar.187 b, Homo mediocris, & aut nulla, aut humili aliqua arte prædicus. Att.229 b, Semper statui, non esse infestãdos inimicorum amicos, præsertim humiliores. pro Qu.18 a, In dignum est uinci ab inferiore atque humiliore. de Am.109 b, Qui parentibus nati sunt humilibus. I.A.176 a, Quis unquam apparitor tam humilis, tam abiect? Att.36 a, Vt ille tamen humilis, ut demissus erat. de Or.190 a, Verbum durum, insolens, & humile. Orat.215 b, Oratio humilis, abiecta.)(. Alta & exaggerata de Cl.166 b, Nemo est tam humilis, quin, &c. Att.121 b, Nunquam ego cuiquam tam humili, tam sordido, tã alieno, tam præcisè negaui. de Fin.59 a, Humilis & imbecillus animi. de In.47 a, Humilis ac supplex precatio. & 61 b, oratio. Ora.215 a, Demissus & humilis sermo. pro Fon.280 b, Animus demissus atque humilis. Or.203 b, Summissus & humilis. I.V.69 b, Humilis atq; demissus)(. Alacer & lætus. Att.142 a, Vir humilis.)(. Vir amplissimus. de D.98 b, Humilis & obscurus uir.)(. Clarus, & prestans. de In.43 a, Humilis & infirmus homo. de Finib. 158 b, Qui altiore animo sunt, nihil abiectum, nihil humile cogitant. pro Planc.269 a, b, Fracta animo atq; humili supplicare alicui.

Hvmilitas, is. abiectio, contemptio, ignobilitas. Tusc.241 b, Sidera inter se altitudine & humilitate distantia. de D.127 a, Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate luna feratur, terram prope continges. de N.50 a, Atq; etiã aliorum ea humilitas est, ut cibum terrestrem rostris facilè contingant, quæ antè, &c. Tu.234 a, Aderit paupertas, ignobilitas, humilitas. pro Cluo.40 b, Humilitas hominis. i. ignobilitas. Tusc.196 b, Habet ardorem libido, humilitatem metus. pro S.R.41 a, Humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere. Anteq.195 a, Obijcere humilitatẽ generis alicui. I.A.251 a, Despicere humilitatẽ alicuius. ℔ Qu.1 b, Nihil humilitatẽ cuiusquã uirtus iudicis cõsoletur. de Or.104 b, Hæc Rutilius ualde utuperabat, & huic humilitati dicebat mortem anteponendam. Offic.42 a, Quorum prima ætas propter humilitatem, & obscuritatem in hominum ignoratione uersatur. de Inuent.62 a, Humilitas, & obsecratio.

Hvmiliter, demisse, summisse, humili animo imbecilloque Tusculi.233 a, Elatè, & amplè loqui.)(. Humiliter demissè sentire.

Hvmo, as. sepelio. de Di.92 a, Simonides quendam mortuum tidit, eumq; humauit. de N.71 a, Is fulmine percussus dicitur humanus esse Cynosuris. de D.98 b, Locus in quo quis humatus est. de Or.141 a, Quos cum humare uellent, non potuerunt obtritos internoscere. Tusc.155 b, Corporibus i terram cadentibus, ijsq; humo tectis, ex quo dictum est humari. Tusc.172 a, Magnorum mos est, nõ humare corpora, nisi à feris sint antè laniata. l. Cecrops.

Hvmor, ris. aqua, liquor. de N.65 b, Humor ita mollis est, ut facilè comprimi collidique possit. de Nat.37 b, Nec dijs hiescis potionibusq; fruuntur, aut nimis acres, aut nimis cõcretos humores colligant. de Di.120 b, Et humor allapsus extrinsecus, ut in tectorijs uidemus, austro potest sudorẽ imitari. de N.342, Astra terrenis marisque humoribus longo interuallo extenuatis ali. & 29 b, Humor, & calor, qui ẽ infusus in corpore. & ibid. Aliud ab humore sumpsimus. & 31 a, Frigoribus durescit humor. & 55 a, Nares habent humorem.

Hvmvs, mi. terra, gleba, tellus. de Sen.89 b, Humus subacta, ac que pura. de L.181 b, Quos humus iniecta contegit. Corpora humo tegere. l. Humo. de Or.144 b, Hoc uidetur esse altius, quàm ut id nos humi strati suspicere possimus. I.C.102 b, Iacere humi.

Hyades, dum. quinque stellæ in capite tauri. de N.48 a, Has græci stellas hyadas uocitare sueuerunt. à pluendo. ὕειν enim est puluere, nostri imperitè succulas, quasi à suibus essent, non ab imbribus, nominatæ.

Hyberna, orum. loca in quibus milites hyemare solent, & hyeme conquiescere. de Pro.70 a, Quò ille cohortes in hyberna misit. I.P.98 b, Cũ hyberna legato profectoq; tradidisses, euertisti miseras ciuitates. Ep.245 b, & 100 a, & 163 b, Exercitum in hyberna admisi.

Hyberno, as. hyemo. pro Pom.11 a, Iam uerò quomodo milites hybernent, quotidie sermones proferuntur. Epi.103 b, Vbi sis hybernaturus, & quã spe aut conditiõe, scire uelim.

Hybernvs, na, num. hyemalis. I.V.240 b, Temporibus hybernis ad magnitudinem frigorum præclarum sibi hoc remedium cõparat. Attic.248 b, Hyberna nauigatio odiosa ẽ. I.V.241 a, Hyberni menses. In Arat. Hyberna nox. de Senec.86 b. Ignis hybernus.

Hyblenses.pop.I.V.160 b, Iam uerò ex Hyblēsium pactionibus intelligetis,&c.

Hydra,dræ.excetra,anguis.In Arat. Hydra tenet flexu crater ram,coruus adhæret.de Natur.48 b, Hic sese infernis è partibus erigit hydra,de Orator,115 a,Hercules cum pelle,& hydra.

ὑδραύλις.musicum instrumentum, quod organon uocant, ut Athenæus docet.Tusc.199 b , ὑδραύλεως hortabere ut audiat uoces potius quàm Platonis ?

Hydria,driæ.urna.I.V.118 a,Hydriæ argenteæ,scyphi cum plures.I.V.134 a,Vt quot essent renunciati,tot in hydriam sortes conijcerentur.& act.6.Hydriæ grandes in fano positæ.eadem : Cum iste ab sese hydriam Boeti manu factam per potestatem abstulisset.

Hydrvs,untis.oppidum in extrema Apulia.Att. 248.& 254. Epist.259.

Hyemalis,le.hybernus.de D.115 a, Arboresq; ut hyemali tempore,&c.tempestiuè cædi putant.Epi.92 b,Nauigatio hyemalis,& minimè portuosa.Tuf.243 b,Nudi hyemalem uim perferunt.

Hyemo,as.hyberno.Epi.99 b, Cupio scire ubi sis hyematurus.In Vat.224 b , Vbi piratæ quotannis hyemare solent. Attic.89 b,Non spero te istic libenter hyemare . pro Fon. 277 a,Cn.Pompeius hyemauit in Gallia.Atti.81 a,Hostes hyemant in Chyrestica. Att.252 a, Quoniã scribis hyematurum te in Epiro.& 89 b,Facies me certiorem quomodo hyemaris .

Hyems,mis.hybernum tempus, hyemale tẽpus , uis frigorũ, durum anni tempus.I.V.220 a,Erat hyems summa,tempestas perfrigida , imber maximus . I.A.221 a,Non illum uis hyemis retardauit,quo minus,&c.pro Ra. 129 b, Hãc uim frigorum hyememque,quã nos uix huius urbis tectis sustinemus,excipere.de Sen.86 b, Refrigeratio in æstate,& ui cisim in hyeme,aut sol,aut ignis hybernus.pro Pli.280 a, Nam maritimos cursus,præcludebat hyemis magnitudo. de Di.99 b,Arabes campos & montes hyeme & æstate per agrant.Qu.Fr.309 a,Nunc est hyems.Att. 165 b,Duro anni tẽpore:id est hyeme.pro R.P.120 b,Hyeme omnia bella iure gentium conquiescunt .

Hymnis,dis.poeta.de Finib.69 a,Vt illud in ore habeant ex Hymnide .

Hymettvs.mons in Attica. de Fini. 88 a,Vel se ex Hymetto afferre uoluisse diceret.

Hypallage,ges.metonymia.Or.205 a, Hypallagen Rhetores,quia quasi summutãtur uerba pro uerbis,metonymiam Grammatici uocant .

Hypanis, fluuius qui ab Europæ parte in pontum Euxinum influit. Tuf.lib.1.168.l.Bestiola.

Hyperatticvs.ualde Atticus,nimis Atticus , & ἀττικώτατος.id est,atticissimus,ut ita dicam. Att.238 a, Quanquam uereor ne cognomine tuo lapsus , hyperatticus sis in iudicando , &c.

Hyperbole,les.superlatio,exuperatio . Topic. 224 b,In hoc genere cõcessum est,ut aliquid, quod fieri nullo modo possit,augẽdæ rei gratia dicatur,aut minuendæ, quæ hyperbole dicitur,& multa mirabilia alia.Or.209 b,Sæpe supra fuerat,quàm fieri possit.Att. 82 a , ὑπερβολικῶς . Qu.Fr.316 b, Non dico ὑπερβολικῶς . Attic. 9 a, Exemplum hyperboles, &c.l.Lamentatio.

Hyperborei,orum populi in extrema Scythia . de N.71 a, Apollinem ex Hyperboreis ferunt aduenisse .

Hyperides,acumine in dicendo insignis.de Or.lib. 2. & 1. & in Bruto .

Hyperion,onis.pater solis.de N. 70 b.

Hypodidascalvs.qui sub primario magistro,secundo loco in schola docet,quem coadiutorem uulgò uocant.Ep.138 a,Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidascalo proxima, eam puluinus sequetur .

Hypomnema,tis.commentarium. Epist.265 b, a. Cicero filius. Multum mihi eripitur operæ in exscribendis hypomnematis .

Hypomnematismos.l.Monimentum.

Hyponactevs,a,um.ut hyponacteus senarius , ab Hyponacte inuentore.Or.216 b.

Hypotheca,cæ.pignus.Epistol.224 b , Præterea Phylotes Alabadensis ὑποθήκας Cluuio dedit.& paulò infrà.De hypothecis decedere,& eas alteri tradere,aut pecuniam soluere.Att.33 a,Pro documentis & præceptis positum .

Hypothesis,tis.materia , argumentum , genus quæstionis. Top.227 b,Quod græci ὑπόθεσιν uocant,nos causam . Att. 236 b,ὑπόθεσιν hanc habẽt, eamq; pro se ferunt:clarissimũ uirum interfectum,rempublicam perturbatam . Attic.9 a, ὑπόθεσις & materia idem.l.Causa & quæstio.

Hyrcania,regio.Tuf.172. In Hyrcania plebs publicos alit canes,optimates domesticos , sed pro sua quisque facultate parat à quibus lanietur : eamque optimam illi censent sepulturam .

Hysteron proteron.conuerso ordine.l.Respondeo.

I A



Litera in numeris,unum ualet: si uerò literæ X,anteponatur,unum tollit hoc modo IX,nouem enim ualent.

I litera,iota.de Or.147 a, Quare Cottanoster , cuius tu illa lata Sulpiti nonnunquã imitaris,ut iota literam tollas,& e plenissimum dicas, non mihi oratores antiquos sed messores uideris imitari .

Iacchvs,id est,Bacchus.I.V.131 b, Vt ex marmore Iacchi, aut Paralum pictum,aut ex ære,Myronis buculam.de Leg. lib.2.Iacchus quid age ?

Iacens,tis.cubans,abiectus.I.A.240 a,Si iacens id nobis cum ageret,audirem fortasse.& de Orat. 189 a , Cum uerba iacẽtia fustulimus è medio.& de Ar. 255 b,Homo afflictus, & iacens.de Amic.107 a,Animum abiectum , & iacentem erigere .

Illvstris, stre. clarus, nobilis. I. V. 79 b, Et hinc homines maxime illustres, qui & ipsi noti sunt, & alios optimè norunt. Qu. de Pet. 210 b, & de Clar. 191 a, Homo illustris honore ac nomine. de Cla.175 b, Sanè illustris orator. Ac. 243 b, Tam illustre ac nobile domicilium. & 93 a, Tam illustris ciuitas. de D.126 b, Quis.n.uir illustrior uiroribus de N.5 a, Bonũ & illustre domiciliũ. Off.15 b, Nomi Themistoclis illustrius est quàm Solonis. Anteq.196.b, Illustrissimũ orbis terrarũ monumentum. pro Dom.122 b, Illi quorũ uita remota ab hoc honore populari, & ab hac illustri gratia est. & 230 a, In eius uita nihil est ad laudẽ illustrius, quam calamitas. de Sen.84 b, Defendi multas causas illustres. I.A.244 b, Quis audeat lucẽ quis bene comitatum? quis illustrẽ aggredi? de Nat.4 b, Habere uisum quendam insignem & illustrem. Ep.181 b, Hæc quæ testata sunt, & illustria. ad Her.22 a, Illustris locus.)(. Obscurus. Ac.98 b, Ne illius iniuriam faciam illustrem. Epi.8. a, Hæc uides quanto expressiora, quãtoq; illustriora futura sint. Ac.243 b, Illustribus igitur rebus insistis. de Finib.56 b, Facta illustria & gloriosa.

Illvstrivs. aduerb. Epist.155 a, Vidi me à te amari semper quidem, sed nunquam illustrius: id est, clarius.

Illvstro, as. illumino, collustro. I.V.216 a, Fulgore auri colucere illustrari tẽplum. de Or.99 b, Patefacere & illustrare obscura. & de Am.114 b, Patefacere & illustrare uerità tem. de Inuen.67 b, Distinguere & illustrare orationem. de Orat.90 a, Illustrare artes Oratione. Or.205 a, Translata uerba quasi stellæ illustrant orationẽ. de Cl.185 b, Genus hoc scriptionis nõdum est satis Latinis literis illustratum.

Acad.39 b, Illustrare philosophiam Latinis literis. & Tuf. 149 a, I.C.113 b, Consilia mea contra nos illustrabuntur, ut ab omnibus perspici possint. pro Arch.189 b, Qui libri populi Romani nomen illustrãt. pro Do.228 b, In isto tuo maledicto probrum non modò mihi nullum obiectas, sed etiam laudem illustras meam. Off.43 a, P. Sulpitij eloquentiam accusatio illustrauit. pro Cæl.51 b, Signa quibus ueritas illustrari soleat id est, probari. Ep. 6 a, Illustrabit, mihi credo, tuam amplitudinem hominum iniuria. Epist.70 b, Illustrare aliquem laudibus.

Illvvies, ei. sordes. Tusc.196 a, Pectus illuuie scabrum.

Illiricvs, ci. regio. Att.159 a, Pompeius per Illiricum pro fisciscitur in Galliam. & 161 b.

Illiricvs, rica. pro Pop. 10 b, Mare Illiricũ. de Officijs 41. In, pro cum, uetustum est. de Legib. lib.2. 182 b, Quo auro dentes uinctí essent, ait im cum illo sepelire, urereue se fraudeesto. Hic etiam, se, pro siue usurpatum est.

Imacarenses, non Macarenses. pop. I. V. 169 a, Imacarenses iam omni frumento ablato, iam omnibus, &c.

Imacarensis, e. I.V.157 b, Ager Imacarensis.

Imago, nis. simulachrum, species, exemplar. de Nat.22 b, Fac imagines esse, quibus pulsentur animi, species duntaxat objicitur quædam. de D.136 b, Nulla species cogitari potest, nisi pulsu imaginum. & ibid. Imagines fluere à corporibus solidis & à certis figuris. Ac.31 b, Imagines extrinsecus in animos nostros irrumpunt. de Fin.53 a, Atomi, uanę imagines, quæ idola nominantur. pro S.R.26 a, Vt effictos mores nostros in alienis personis, expressamq; imaginem nostram uitę quotidianę uideremus. pro Sest.9 a, b, Se imaginem iudiciorum aut simulachrum aliquod in ciuitate futurum putasse. & 6 b. Vnum te aliquẽ ex barbatis illis exẽplum ueteris imperij, imaginem antiquitatis diceres intuere. pro Rab. Posth. Imago ad memoriam posteritatis prodita. contra Rul.66 a, Imagines familiæ.85 b, Imaginem nullam reipublicæ relinquent, & uestigium nullum. Epist.84. b, Filius tu? imago animi & corporis tui. de Or.163 b, Imago animi uultus est, indices oculi. de N.11 b, Mens intenta in eas imagines, &c. I.C.115 a, Est uerò, inquam, notum signum, imago aui tui clarissimi uiri. de Am.115 b, Memoriam & imaginem patris tui tibi propone. Ep.5 b, & 6 a, Recordatio meorum temporum, quorum imaginem uideo in rebus tuis. Orat.206 a, Demosthenis imaginem ex ære uidi. de In.62 a, Muta imago: id est, pictura. de Or.141 a, Artis imago quædam & similitudo. Ep.68 b, Agesilaus, qui neque pictam, neq; fictam imaginem suam passus est esse. I.A. 131 b, Imaginem Antonij crudelitatis in Dolabella cernitis. Tusc.190 b, Gloria uirtuti resonat tanquam imago. de In.52 b, Imago est oratio demonstrans corporum aut naturarum similitudinem. ad Her.39 a, Imago est formæ cũ forma, cum quadam similitudine collatio. Et 22 a, & deinceps de memoriæ imaginibus multa.

Imbecillis, le. imbecillus, infirmus, debilis. Epistol. 136 a, Fortuna, quam existimo leuem & imbecillem ab animo firmo & graui, tanquam fluctum à saxo frangi oportere, de Senect.84 a, Quãm fuit imbecillis P. Africani filius? & de Am.105 a, Amici imbecilles ualent. de Inuent. 50 a, Valens an imbecillis.

Imbecillitas, tis. infirmitas, debilitas, defatigatio. At.173 b, Tullię meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat. de Cl 182 b, Infirmitas laterum, & uirium imbecillitas. Ar.279 a, Imbecillitas ætatis non potest grauitatem rerum sustinere. At.285 a, Ista uerò imbecillitas & desperatio Cęsarẽ in cupiditatem regni impulit. Att.194 b, Nosti Niceæ nostri imbecillitatem, mollitiem, & consuetudinẽ uictus. Tusc.228 b, Imbecillitas frugalitasq; humani generis. Epi.95 b, Imbecillitas ualetudinis. & 4 b, In hac præsertim imbecillitate magistratuum. pro S.R.20 a, Susceptum onus propter imbecillitatem animi deponere.

Imbecillvs. Tuf.245 a, Qui imbecillius horrent dolorem & reformidant.

Imbecillvs, a, um. imbecillis, infirmus, debilis, eneruatus, exanguis, parum firmamenti ac uirium habens, tenui & nulla ualetudine. At.102 a, Nunc in uno ciue resp. ad resistendum imbecilla est. Ep.95 a, Cum homo imbecillus à ualentissima fera laniatur. & 259 b, Malo te ferò ualentem, quàm statim imbecillum uidere. Q.F.311 b, Quum neq; hoc tẽpore, neq; ab imbecillis accusatoribus mihi placuit accusari. & 313 a, Marius & ualetudine est, & natura ibecillior. de D.125 b, Imbecillus animus facilè superstitiosa ista concipit. & 134 a, Omnem superstitionem imbecilli animi atque anilis esse. de Fat. 142 a, & pro Cæl. 41 b, Imbecillus.)(. Valens.

Imbellis, le. ignauus. Off.16 b, Nunquam periculi fuga cõmittendum est, ut imbelles timidiq; uideamur. Item: Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem, Salmacida spolia sine sanguine & sudore.

Imber, ris, pluuia. I.V.220 a, Erat hyems, summa tempestas perfrigida, imber maximus. At.114 b, Maximo imbri Capuã ueni. & 208 b, Magnos & assiduos imbres habuimus. Tuf.157 a, Cœlũ hoc in quo nubes, imbres, uentiq; coguntur, de D.100 b, Sæpe lapidũ, sanguinis nõnunquã, terręin terdũ, quondã etiam lactis imber effluxit. & 121 a, Imber lapideus aut sanguineus. & de N.28 b, Imbres lapidei.

Imberbis, be. de N.17 b, Iupiter semper barbatus. & 77 a, Apollo semper imberbis. pro Do.220 b, Imberbis adolescentulus. I.C.109 a, Imberbis.)(. Bene barbatus.

Imbibo, bis. haurire, concipere. I.V.74 a, Imbibere animo malam opinionem de aliquo.

Imbvo, is. instituo, inficio, tingo, combibo. pro Deiot.149 a, Quibus ille studijs abeunte ætate se imbuerat. Off. 24 a, Plerunq; parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moremq; deducimur. de Nat.deor.17 b, Animi consuetudine imbuti. de N.d.12 a, & de Fin.61 a, Tãta imbueremur superstitione, si uos audire uellemus, ut aruspices nobis essent colẽdi. de D.99 b, Hetrusci religione imbuti, studiosius & crebrius hostias immolabant. I.A.228 b, Nos a maiorib. sic instituti atq; imbuti sumus, ut, &c. Atti.229 b, Pueri aium tenerũ bonis opinionibus imbuere. de Orat. 135 b, Itaq; puer is imbuẽdus est bonis moribus. & 123 b, Aliquis doctrina liberaliter institutus, atq; aliquo iã imbutus usu. Or.212 b. & pro Mil. 103 a, Ad hanc legem nõ docti, sed facti, nõ instituti, sed imbuti sumus. Tuf.154 b, Omnium hominũ mẽtes imbuit deorũ opinio. de Fi.67 b, Cognitiones uerborũ, quibus imbuti sumus. pro Domo, 225 a, Bellum nefarium, & omni odio imbutum. pro Font.282 a, Cuius sangnine totũ illud sociale bellum macula sceleris imbutum est. & ibidem: Manus imbutæ sanguine. I.A.184 a, Hac ille crudelitate imbutus nemini pepercisse. pro Milon. 105 a, Via Appia latronis sanguine imbuta est. I.A. 259 a, Imbuti sanguine gladij militum nostrorum, uel madefacti potius. Item: Cum autem semel gladium scelere imbuisset, nulla res ei finem cædendi, nisi defatigatio afferret. de Fin.91 b, Imbui bonis moribus. Tusc. 190 b, Imbui opinionum prauitate. Item: imbui erroribus. Tuf.151 a, Imbutus dialecticis.

Imbvtvs, a, um, tinctus, instructus, de Leg.172 b, His reb. imbutæ mentes haud sanè, &c.

Imitabilis, le. quod imitatione aliquis assequi potest. Or. 204 a, Orationis subtilitas uidetur esse imitabilis, sed nihil est experienti minus.

Imitatio, onis. æmulatio. I.A.261 a, Excellentiũ hominum uirtutem imitatione, non inuidia dignam esse. Offic. 16 a, Ad quem & huius gloriæ hæreditas & factorum imitatio pertinet. pro Fl.151 a, Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. Off.52 b, Hanc ingenij præstantiam si minus imitatione consequi possumus, uoluntate certè proximę accedimus. de Or.173 a, In omni re uincit imitationem ueritas. & 147 b, Vitium imitatione ex aliquo expressum: & 125 b, In eo nihil ẽ nisi falsum, & imitatione simulatum, & 131 a, Ridiculum, quod ex quadã deprauata imitatione fumi solet. de In.48 b, Multos imitatio decipit breuitatis: & cum se breues putent esse, longissimi sint. Contemplatio atq; imitatio aliquius. I. Contemplatio. ad Her.1 b, Imitatio est, qua pellimur, cum diligẽti ratione ut aliquorum similes in dicendo uelimus esse. de Or. 117 a, De imitatione multa & pulchra. Verba nouata imitatione. Part.Or.231 a.

Imitator, oris. æmulator, æmulus. de L.190 b, Non tantum mali est peccare principes, quantum illud, quòd permulti imitatores principũ existũt. pro Mar.131 a, Ille æmulus & imitator

imitator ſtudiorum meorum. Orat. 213 b, Quorum ſe iſti
mitatores eſſe dicunt. In Vat. 33 a, Veterum faciunorũ imi
tator. I. A 185 a, Imitator maiorum ſuorum. de Or. 129 a,
Imitator & narrator facetus. I. Fingo. de Or. 117, Vt mul
tos ſæpe imitatores uidi.

IMITATRIX, cis, æmula. de L. 165 b, Vel ab ea, quæ penitus
in omni ſenſu implicata inſidet imitatrix boni uoluptas.
Tuſ. 190 b, Gloriæ imitatrix temeraria atq; inconſiderata,
fama popularis.

IMITOR, aris, quaſi fingo, ſimulo, adumbro, exprimo, imita
tione exprimo, exemplum ab aliquo transfero, ſequor, exe
quor. de N. 43 b, Archimedem arbitrantur plus ualuiſſe in
imitandis ſphæræ conuerſionibus, quã naturam in efficien
dis. de Or. Imitatus eſt homo Romanus illum Socratem,
&c. & 117 a, Vitioſa cõſectari imitando. de N. 74 b, Imita
ri chirographum alicuius. de L. 157 b, Siſenna Clitachrum
imitatur: quem ſi aſſequi poſſet. aliquantum ab optimo ta
men abeſſet. de D. 120 b, Et humor allapſus, &c. poteſt ſu
dorem imitari. pro Qu. 3 a, Credidit eum qui orationẽ ho
norum imitaretur, facta quoq; imitaturum. pro Quint. R.
48 a, Imitari aliquem in perſona alicuius. Off. 17 a, In adeũ
dis periculis conſuetudo imitanda medicorum eſt, qui, &c.
de D. 118 a, Caſus poteſt imitari ueritatem. Or. 214 a, Tu
ipſe tibi imitandus es. Or. 168 b, Quem imitari atq; expri
mere non poſſumus. & 203 b, Pictor, cum ſummum illum
luctum penicillo non poſſet imitari, &c. de Or. 117 a, Imi
tari amictum alicuius, aut ſtatum, aut motum. & ibid. Sũt ta
mẽ oẽs in eodẽ imitandæ ueritatis genere uerſati. de Ora.
126 a, Heroum ueteres caſus imitari. de Clar. 170 b, Cana
chi ſigna rigidiora ſunt, quãm ut imitentur ueritatem. &
176 b, Myronis nondum ſatis ad ueritatem adducta, ſed,
&c. Item: L. Cotta cũm uerbis, tum ſono ipſo ſubruſtico
perſequebatur atq; imitabatur antiquitatẽ. Or. 197 a, Qui
Coæ Veneris pulchritudinem imitari non potuerunt. Off.
542, Oris pulchritudo reliqui corporis imitandi ſpem affe
rebat. Ep. 139 a, In qua cœna coquus meus præter ius ardẽs
nihil potuit imitari. de In. 57 b, Hoc imitatur illud, ſed nõ
eſt eiuſmodi. & 63 b, Taciturnitas imitatur confeſsionem.
Ep. 38 a, Ne in quo te obiurgem, id ipſum uidear imitari.
& 27 b, Eos ego fortaſſe nunc imitor. Ac. 41 a, Imitari Ari
ſtotelem aut Demoſthenem. I. A. 182 a, Hoc factum eſt ex
poſitum ad imitandum. de Orato. 111 b, Qui actor in imi
tãdo, quam orator in ſuſcipiẽdã ueritate iucundior? de Cl.
70 b, Signa Myronis nondum ſatis ad ueritatem adducta.
de Orat. 147 a, Aliquod uitium imitatione ex aliquo ex
preſſum.

IMMANIS, ne. importunus, ferus.)(. mitis, manſuetus. Part.
237 a, Patientiã duritia immanis imitatur. I. V. 77 b, Iſtius
immanis atq; importuna natura. & 119 a, Hoſtis ferus &
immanis. de N. 58 a, Immanis ac fera belluã. Acad. 27 b,
Vt fera & immanis bellua. Tuſculan. 218 b, Tetra & im
manis bellua. pro Font. 280 a, Immanis ac barbara cõſue
tudo. Qu. F. 295 a, Immanes & barbaræ nationes. de Finib.
103 b. & pro S. R. 30 a, Immanes quædam beſtiæ. Part. 237
b, Voluptatem immaniſsimus quiſq; maximè ſequitur. de
Ar. 244 b, immanis audacia. I. A. 172 b, Immanes populi. I.
171 b. Ingens immaniſq; præda. Att. 28 a, & pro Q. R. 48
b, Immanis pecunia. pro S. R. 29 b, Immane facimus.

IMMANITAS, tis. feritas, diritas. I. C. 100 a, Immanitas faci
noris. in Vat. 30 b, Omni diritate atq; immanitate teterri
mus. de D. 93 a, Feritas atq; agreſtis immanitas. & Off. 32
a, Feritas quædam & immanitas. de N. 46 a, Immanitas fe
rarum. Part. 236 b, & 237 a, Temperantiam immanitas in
uoluptatibus aſpernandis imitatur. de N. 14 a, Eſſe gentes
immanitate ſic efferatas, ut, &c. Ep. 143 b, Cuius tanta nõ
inſolẽtia, ſed immanitas, &c. Tuſ. 192 b, Immanitas in ani
mo pro Cæl. 40 a, Niſi tot uiciorum tanta immanitas qui
buſdam uirtutis radicibus niteretur.

IMMANSVETVS, a, um. de L. 160 b, Gẽs immãſueta atq; fera.

IMMATVRITAS, tis. nimia celeritas, acerbitas, importunitas.
pro Qu. 15 a, Quid hæc feſtinatio? quid hæc immaturitas
tanta ſignificat?

IMMATVRVS, a, um. crudus, peracerbus, fructus acerbitate per
mixtus. de Cla. 175 b, Gracchi immaturus interitus. I. A.
183 a. & I. C. 118 b, Seni mors immatura eſſe non poteſt,

IMMEMOR, ris. oblitus. At. 58 b, Immemor mandati. & 76 b,
Tamen ſurripiendum aliquid putaui ſpacij, ne me immo
morem mandati tui putares. I. A. 170 b, Huius rei ne poſte
ritas quidem omnium ſeculorũ immemor erit. de Cl. 180
a, Nec Romanorum immemor. & ibid. Magna hæc immi
moris ingenij ſigna. pro Syl. 183 a, Adeone uobis oblitus cõ
ſtãtiæ meæ, adeò immemor rerũ à me geſtarũ eſſe uideor.

IMMENSITAS, tis. infinitas. de N. 12 b, Immenſitas latitudi
num, longitudinum, altitudinum. de Nat. 45 b, Immenſita
tes camporum.

IMMENSVS, a, um. profundus, infinitus. Tuſ. 164 a, Tãquã ra
tis in mari immenſo noſtra uehitur oratio. ad Her. 12 b, Im
mẽſa, infinita, immoderata cupiditas. de Or. 149 b, Exigi
tã immẽſoq; cãpo. & 103 a, Ingenij ſui finibus immenſitã
quã artẽ deſcribere. & 116 a, In tanta re tamq; immenſa. &
154 a. de D. 82 b, Obſeruata ſunt hæc tẽpore immenſo, i.
menſo, id eſt, tẽpore infinito. de N. 7 a. & de Or. 86 b, Ae
immenſus & infinitus. I. V. 152 a, Immẽſa uorago uiciorũ.

IMMERGO, gis. ingurgito. pro Clu. 24 b, Iſe blandicijs illius
conſuetudinem penitus immerſit.

IMMERSVS, in flumen. de Vn. 203 b.

IMMERITÒ. de Or. 128 a, Si immeritò, &c.

IMMIGRO, as. migro, commigro. de Cla. 109 a, Sic tamen ut
non irruiſſe in alienum locum, ſed immigraſſe in ſuum di
ceres. pro Do. 242 a, Ex ſuis templis in eius ædes immigra
te nolebant. Tuſ. 160 b, Cum animus repentè in tam inſoli
tum domicilium immigrauit. I. A. 254 b, Paucis diebus in
domum paternam immigrabit. pro Do. 235 a, Deos in do
mum immigrare uoluiſſe.

IMMINEO, es. impendeo. pro Domo, 218 a, Impendebat di
reptio, imminebat tuus furor omnium fortunis. Off. 61 a,
Nimis enim imminebat propter propinquitatem Aegina
Piræeo. pro Cor. 61 b, Cum præpotens Carthago huic in
perio immineret. Tuſc. 168 a, Mors propter incertos caſus
quotidie imminet. At. 79 a, Certior ſum factus, Parthos ab
illo aditu Cappadociæ longe abeſſe, Ciliciæ magis immi
nere. Att. 231 a, Ipſe autem hodie in Peti noſtri tyrotri
chum imminebam. pro Domo, 222 b, Qui immineret iam
cupiditate uidetur in tribunitiam poteſtatem. I. A. 198 b,
Huius mendicitas auiditari coniuncta in fortunas noſtras
imminebat. I. V. 135 b, Aliquem auaritia hiante atq; imi
nenti eſſe. & 295 b, Iſte infeſtus in omnia maria ex omni
bus Siciliæ partibus imminebat. de Orat. 129 b, Coniectis
oculis geſtu omni imminẽti dixit. Brut. 91 b, Templis deo
rum immortaliũ imminet egentium & perditorũ ſpes. pro
Do. 216 a, Homo ad cædem imminens. pro Pom. 62 a, Im
minent duo reges toti Aſiæ. cõtra Rul. 83 b, Carthago et
currere ex Africa, & imminere populo Rom. uidetur. I. C.
103 a, Nonnulli ſunt qui ea quæ imminent, non uideant.

IMMINVO, nuis. diminuo, attenuo. contra Rul. 70 a. I. A. 204
b, Acerrima illa & fortiſsima cupiditas, &c. imminuta ac
debilitata eſt. de Or. 108 a, Imminuere aliquid de uoluptã
te alicuius. pro S. R. 36 b, Violare atq; imminuere ius oſſi
cium. Ep. 23 a, Si copias quãm minimum imminuerit. pro
Pom. 9 b, Bellum expectatione Pompeij attenuatum atq;
imminutum eſt. Acad. 2. minuere.)(. Amplificare.

IMMINVTIO, onis. diminutio. Ep. 36 b, Sine ulla imminutio
ne dignitatis.

IMMISERICORS.)(. Miſericors. de In. 75 b, Ipſum immiſeri
cordem, ſuperbum fuiſſe, & ſi poterit, oſtender ſemper ini
micum fuiſſe.

IMMISSIO, onis. de Sen. 88 a Sarmentorum ea quam dici
aliorum amputatio, & aliorum immiſsio.

IMMITTO, tis. mitto, iacio, impello, inculco. I. V. 223 b, Eone
tu ſeruos ad ſpoliandum fanum immittere auſus es? 226 a,
& pro Dom. 217 a, Serui cum facibus in tecta noſtra im
miſsi. de N. 78 b, Is non immiſſum à deo dolorem, ſed cõ
ceptum à ſeipſo continebat. de Ar. 249 a, In alteram caue
ſeruos immiſisti, ex altera liberos eiecisti. pro Dom. 221 a,
Tela quæ ex illius actionibus in meũ corpus immiſſa ſunt.
Parad. 117 b, Quæ uis Decium deuouit, & immiſit in arma
tas hoſtium copias? pro Font. 284 a, Immittere ſe armati
in hoſtium manus. Tuſc. 174 a, Immittere ſe in hoſtes. Ep.
162 b, Immittere equum ad legionem. Or. 215 b, Sed cri
men in eo ipſo loco immittit imprudens ipſe ſenatum. Pa

rad. 121 a, Iacere & immittere iniuriam in aliquem. Epiſt.
120 a, Immittere hoſtes in prouinciam.

IMMO, etiam atq; etiam, tam uerò etiam, citius dixerim. I. Ci
tiõ. Att. 140 a, Cauſa igitur nõ bona eſt, immo optima. pro
Cl. 31 b, Non quòd res alia eſſet, immo eadem. contra Rul.
85 b, Immo uerò etiam hoc magis quã, &c. quod, &c. Of.
Non igitur patriæ præſtat omnib. officijs, immo uerò, ſed
ipſi patriæ conducit pios habere ciues. & ib. Immo uero ob
ſecrabit patrem, ne, &c. & Epiſtol. 137 a. Or. 330 b, Etiam
plerunq; prudens: id eſt, immo etiam. I. V. 219 b, Atq; etiã:
id eſt, immo etiam. de Clar. 189 a, Iam uerò etiam: id eſt,
immo uerò etiam.

IMMOBILIS, le. torpens. de Som. 129 a, Terra noua immo
bilis manens, iam ſede ſemper hæret.

IMMODERATE. non moderatè, extra modum, immodeſtè, im
modice. Off. 18 b, Nam ut aduerſas res, ſicut ſecundas im
moderatè ferre Ieuitatis eſt. Item: Lingua uocem immo
deratè profuſam fingit ac terminat. Ep. 179 b, Immoderatè
abutialiqua re. de Vn. 202 b, Immoderatè & intemperatè
uiuere. de D. 92 a, Exultare immoderatèq; iactari. de Vni
uerſ. 196 b, Immoderatè agitatus & fluctuans.

IMMODERATIO, onis. petulantia, procacitas. pro Syl. 172 b,
Efferri immoderatione uerborum.

IMMODERATVS, a, um. immodeſtus, intemperans, nimius. At.
214 a, Alexãdrum poſtquã rex appellatus eſt, ſuperbũ, cru
delẽ, immoderatũ fuiſſe. Qu. Fr. 194 a. & I. A. 229 a, Immo
derata libertas infinita hominũ licentia. Or. 216 b, Immo
derata oratio. pro S. R. 40 a, Ventus uehemens, immodera
tẽpeſtas. de D. 93 a, Ea pars animi immoderato obſtupefa
cta potu, &c. pro Cęl. 48 b, Immoderata mulier. Acad. 46 a,
Immoderata intemperantia. ad Her. 12 b, Immenſa infinita,
immoderata cupiditas.

IMMODESTE. immoderatè. ad Her.

IMMODESTVS, a, um. immoderatus. Offic. 21 a, Genus iocandi
nec profuſum, nec immodeſtum eſſe debet, ſed ingenuũ
& facetum.

IMMODICE ferre aliquẽ caſũ. Tuſ. 217 b, id eſt, immoderatè.

IMMOLO, as. ſacrifico. de Inuent. 24 a, Lex erat ne quis Dia
næ uitulum immolaret. de D. 95 b, Cum Sylla immolaret
in agro Nolano. Tuſc. 204 a, Immolare hoſtias. de D. 116
a, Cũ pluribus dijs immolatur, qui tandem euenit, ut lite
ratijs, aſijs non literati? de L. 176 b, Quib. hoſtijs immolã
do, cuiq; deo: cui maioribus, cui lactentibus, cui maribus,
cui fœminis. cõtra Rul. 85 a, Maiores hoſtias à cõſulib. ad
preconẽ & ad tibicinẽ immolari. pro Font. 280 a, Cõſuetu
do hominũ immolãdoru apud Gallos. Ep. 85 a, Nemo no
ſtrum eſt, ut opinor, quin uota uictoriæ ſuæ fecerit, nemo
quin etiam cum de alia re immolaret, tamen eo quidẽ ipſo
tempore, ut quãm primum Cæſar ſuperaretur, optaret. de
N. 77 b, Pythagoras muſis bouem immolaſſe dicitur.

IMMOLATOR, oris. de D. 115 b, Vt ſe exta ad immolatoris for
tunam accommodent.

IMMORTALIS, le. indiſſolubilis, ſempiternus.)(. Mortalis. de
Orat. 65 a, Si omne mortale eſt, nullum eſt immortale. Of.
24 b, Vt forcuna nonnunquam ipſi mortalis cum immorta
li natura pugnare uideatur. de Or. 109 b, Reddere me
moriam alicuius immortalem. pro Cor. 63 a, Noſtri impe
ratores mortui, quorum uiuit immortalis memoria & glo
ria. I. P. 85 b, Immortalem quæſtum fieri. & 86 a, Immorta
lem fructũ capere. Att. 190 b, Ego his tẽporibus tã eruditis
illã cõſecrabo omni genere monumẽtorũ, id eſt, immorta
lem reddam. Qu. F. 298 a, Amplijs, mis monumentis conſe
crare memoriam nominis ſui. I. A. 166 b, Quæ res erit un
quam commendatior hominum memoriæ ſempiternæ?

IMMORTALITAS, tis. æternitas, memoria nominis ſempiter
na, immortalis gloria, perpetuitas, immortalis conditio ui
tæ, memoria hominum ſempiterna, memoria æternitatis.)
(. Mortalitas. I. A. 191 b, Sunt enim facta eius immortalita
tis, non ætatis: ſiue uerò legendũ cenſeo, nomen ætatis.
de Or. 148 b, Socratis ſermones immortalitati ſcripti ſuis
Plato tradidit. pro Do. 228 b, Id feci quod omnes nõ negẽt
immortalitati, ſi fieri poſsit, mandandũ. I. P. 80 b, Mihi po
pulus Romanus non unius diei gratulationem, ſed æterni
tatem immortalitatẽq; donauit. de Or. 111 b, Hiſtoria qua
nocè alia, niſi oratoris immortalitati commendatur? de N.
57 a, Vita beata nulla re niſi immortalitate cedens cœleſti
bus. I. A. 167 a, Quę tã immemor poſteritatis? quę tam ingra
tæ literæ reperientur? quæ eorũ memoriã nõ immortalita
tis memoria proſequ ancur? pro R. 96 b, Longius quãm uita
tæ termini poſtulant ſpe atq; animo de ſe & gloria ſua co
gitare. & ib. Optimi & ſapientiſsimi cuiuſq; animus ita præ
ſentit in poſterum, ut nihil niſi ſempiternũ ſpectare uidea
tur. & ibid. Spe poſteritatis fructuq; duci. & ib. Exiguũ no
bis uitæ curriculum natura circumſcripſiſti, immẽſum glo
riæ. I. A. 222 b, Vita mortuorum in memoria uiuorum eſt
poſita. & ib. De immortalitate ſtatuarum. I. A. 223 a, Sem
per illius uirtutem omnium mortalium fama celebrauit. &
147 a, Si non ſpiritu, at uirtutis laude uiuemus. I. A. 256 a,
Quem ego iniuſtum, &c. tradam hominum memoriæ ſem
piternæ. de Sen. 80 b, Sed memoriam illius uiri excipient
omnes anni conſequentes. de Sen. 94 a, Optimi cuiuſq; ani
mus maximè ad immortalem gloriam nititur. & ibidem:
non iiſdem finibus gloria quibus uita terminatur. de Sen.
92 a, Nemo me lacrymis deceret, nec funera fletu Fixit,
cur? uolito uiuus per ora uiũ. & ibid. Non eſt lugẽda mors,
quã immortalitas conſequatur. & 93 a, b. De immortalitate
animarũ. de L. 175 a, Omniũ quidẽ animi immortales sũt,
ſed fortium bonorumq; diuini. de Am. 98 a, Nõ enim aſſen
tior ijs, qui hæc nuper differere cepernnt, cum corpori
bus animas ſimul interire, atq; omnia morte deleri. & 115
b, Virtus Scipionis poſteris erit clara & inſignis. pro Arch.
191 a, Commemorationem nominis noſtri, non cum uitę
tempore dimittendam eſſe, ſed cũ omni poſteritate adæ
quandã. & ibi. de immortalitate multa. pro Sest. 23 b, Vita
breuis eſt, curſus gloriæ ſempiternus. pro Do. 230 b, Hu
ius uiri laudem ad ſempiternam memoriam temporis ca
lamitas propagauit.

IMMORTALITER. maximopere, incredibiliter. Qu. Fr. 319 b,
Quod ſcribis te à Cæſare quotidie plus diligi, immortali
ter gaudeo.

IMMORTVVS, a, um. planè mortuus. Ac. 92 a, De immortuis re
liquijs coniurationis.

IMMVNIS, nune. uacuus à munere, qui uacat muneribus, li
ber. I. V. 142 b, Qui agros immunes liberosq; arant. I. V.
150 b, & 167 b, Ciuitates ſine tœdere immunes ac liberæ.
pro Font. 277 b, Falſum eſt ob uocationem preciũ datũ, cũ
immunis nemo fuerit. contra Rullum. 89 a, Immunia com
modiore conditione ſunt, quãm ea quæ penſitant. I. A. 187
b, Is Campi Leontini duo milia iugerum immunia poſsi
det. & 168 a, Agri immunes. Ep. 119 b, Agros fructuarios
uult immunes eſſe. de Sen. 84 a, Senilis ætas uacat muneri
bus ijs, quæ non poſsint ſine uiribus ſuſtineri.

IMMVNITAS, tis. uacatio, libertas. pro Font. 279 b, Immuni
tas ac libertas alicuius prouinciæ. Acad. 30 a. & Epiſtol.
183 a, Dare alicui immunitatem munerum. & I. A. 153 a,
Immunitates dantur.

IMMVNITVS, nita, nium. apertus, non ſeptus. pro Cecin. 295
a, Si uia ſit immunita, lubet quã uelis, agere iumentum.

IMMVTABILIS, le. immobilis, perennis, proprius. de N. 35
b, Stellæ ſpacijs immutabilibus ab ortu ad occaſum com
meant. de Vn. 196 a, Immutabilis æternitas. de Fat. 145 b,
Cauſæ immutabiles & æterne. Cauſæ incluſæ in rerũ natu
ra atq; mundo. de Fat. 143 a, Omnia uerò in præteritis ne
ceſſaria ſunt, quia ſunt immutabilia. & 144 a, Hoc eſt im
mutabile ex uero in falſum. de Fat. 144 a, Immutabilia eſ
ſe, quæ futura ſunt. de Vn. 196 a, Res ſtabilis & immutabi
lis. Ac. 7 a, Comprehenſio ſtabilis & immutabilis.

IMMVTABILITAS, tis. neceſsitas. de Fat. 143 b, In factis im
mutabilitas apparet, in futuris non item.

IMMVTATIO, onis. metonymia, hypallage, traductio. Orat.
205 b, Et quanquam tranſlatio eſt apud eum multa, tamen
immutationes nuſquam crebriores, ut cum ponimus Afri
cam pro Afris.

IMMVTO, as. muto. Flac. 153 a, Cum ſucceſſor aliquid im
mutat de inſtitutis priorũ. de D. 127 b, Signiferi orbis unã
quamq; partem aliam alio modo mouere atque immutare
cœlũ, Ep. 12 a, & 60 a, Si quibuſdã in ſententijs paulum me
immutaſſem. Ep. 64 a, Qui & te nonnunquam à me alie
narunt & me immutarunt tibi. & 15 b, Conuerſis rebus,
ac bonorum uoluntatibus immutatis. Orator, 205 a, En
nius

nius pro Afris immutat Africam.Or.218 a. & contra Rul. 70 a,Verborum ordinem immuta,tac fic, comprobauit filij temeritas.

Impar,ris.dispar. Ac.9 b, Stellarum numerus par an impar fit nescitur.de Som.128 b, Sonus interualliis cõiunctus impariibus,sed tamen pro rata portione distinctis.

Imparatvs,a,um.incautus.immunitus, non paratus.)(Paratus.pro Sest.20 b,Inermen atq; imparatum Tribunũ gladijs adoriuntur.& Tuf.196 b,Ne me imparatum cura laceraret repẽs.I.A.183 b,Breue rẽpus longũ est imparatis.At. 112 a,& 151 b,Sumus enim flagitiose imparati,cùm à militibus,cum à pecunia. de Cl.177 a.M. Antonius imparatus semper aggredi ad dicẽdum uidebatur . Epi.Imparatũ te offendam.Ar.141 a,Nec ero,ut in malis imparatus. pro Mi.112 a,Imparatus in paratos inciderat.

Impartio,tis.impertio,impertior,do, tribuo. I. V. 125 b,& contra Rull.67 a,Cogitationes , quæ mihi nullam partem neq; nocturnæ neq; diurnæ quietis impartiunt.pro S.R.40 a,Commoda quibus utimur , à deo nobis dari atque impartiri uidemus . de Amic. 109 b, Vt fi quam præstantiam uirtutis consecuti sunt , impartiant eam suis , communicentq; cum proximis .

Impatibilis,le. quod ferri tolerariq; non potest.)(.Patibilis tolerabilis.de Fin.76 b,Quẽ quidem dolorem uos impatibilem improbis facitis,bonis tolerabilem.

Impedimentvm , ti.impeditio , mora, nisi quæ causa grauior obstiterit.de D.190 a.de Or.108 a, Demosthenes impedimenta naturæ diligentia industriaq; superauit. pro S.R.20 a,& 43 b, Nam commoditati ingenium est impedimento. pro Mil.106 b.Obuiã fit ei Clodius expeditus in equo nul la rheda,nullis impedimentis.& ibi. Cum Milo cum uxore ueheretur in rheda uulgi magno impedimento. Att.72 a,Patras accedere sine his impedimentis nõ satis uisum est decorum . Att.257 a,Impedimenta expectanda sunt, quæ Anania ueniunt,& familia ægra est.de In.44 b,Inferre moram & impedimentum alicui .

Impedio,dis . impedimento sum, impedimentum infero , interpello,obsto,excludo, interponor uel interpositus , præpeditus.)(.Expedio.Att.134 a, Cedendum enim celeriter est,ne fortè qua in re impediar atq; alliger . pro Cæl. 40 b, Sed hæc illius clarissimi uiri mentio , & uocem meam fletu debilitauit,& mẽtẽ dolore impediuit.de Pro.76 b,Rem propè iam explicatam perturbare atque impedire. de Fat. 140 a,Id in hac disputatione de fato casus quidam ne face rem,impediuit.pro R.P.126 b,Sapientis est , cum stultitia sua impeditus sit,quoquo modo possit se expedire.At.245 b,Te nolo impeditũ impedire.Att.220 a,Tu uelim fis(nisi te impediuisti apud nos pridie calendarum. Ac.6 a, Remouere omnia quæ obstant & impediunt,de Fi.106 b,Sed pudore impedior.pro Mur.133 b,Nos qui ab delectatione omni negocijs impediamur.de Ar.243 b,Cum is publicanorum causa stultissimis interrogationib.impediret.Bru.165 a,Alterum ab altero adiuuari uel impediri.Epi. 158 b, Me quotidie alio ex alio impedit , sed si me. expediero , &c.I. V.161 a , Is ætate & morbo impeditus uenire non potuit. I.Præpeditus.Ep.239 b,Impedire.)(. Expedire. ℔ Pom.7 a,Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse.Ep. 298 a,& 35 a,Ea mea quẽdã tibi non ignota dubitatio,aut impedire profectionẽ meam uidebatur , aut certè tardare.

Impeditio,onis.impedimentum.de Diu. 104 a, Animus liber sensibus ab omni impeditione curarum.

Impeditvs,a,um.præpeditus,irretitus, penè constrictus,difficilis.pro Mil.111 b,Cum Milo penula irretitus,rheda impeditus,uxore penè constrictus esset.)(.Promptus ad pugnam,expeditus.de Ar.249 a,Cum ille fernorum multitudinis.S.P.Q.R.uinctũ ipso consessu,& constrictũ spectaculis,atq; impeditũ turba & angustijs tradidisset.pro Cæl. 47 a,Animus libidini deditus,amore,desiderio, cupiditate impeditus.ibid.Amores hunc occupatum impeditumq; tenent.pro Sest.23 b,Impeditus domesticis malis. I. P.80 a, impedita reipublicæ temporibus .

Impello,is.urgeo,adduco,induco,iacto, incito.)(. Retardo, reuoco.de Diu.105 pro Cluen.32 a,Præcipitantem igitur impellamus,& perditum prosternamus. pro Fla. 162 a,b, Nonigitur secures ad iniuriam faciendam Flacci animum

impũlerunt.pro Syl.174 a,Qui Barbaros ad bellum impelleret.pro Flac.150 a,Qui nullo impellente fallebant, cos urgẽre Lælio religiosos fuisse putamus?pro Clu.32 a,Præcipitantem igitur impellamus,& perditũ prosternamus.I. P.79 b,Hic in fraudẽ homines impulit.de N.3 b, Quæ causa te impulit,ut ita faceres?de N.59 b , Quæ ratio poetas, maximeq; Homerũ impulit,ut,&c.de Or.95 b,& in Catil. 107 b,Impellere atq; hortari aliquẽ ad aliquã artẽ.de Cl. 166 b,Impelli atq; incẽdi ad aliquid faciẽdũ. de Fi.104 a, Impelli natura,ut,&c.de Inu.64 a,Ex aliqua causa,qua impulsum aliquẽ id fecisse dicet.de Or.87 b, Voluntates impellere quò uelis,unde autẽ uelis deducere.Ep.12 b, Grauissimè aũt me i hãc mẽtẽ impulit Põpeij fides.Att.277 a, Præterea est modestus homo & frugi, quem ne utilitas uideatur impulsura fuisse ad facinus.de Or.137 b,Loci, quibus imperus animorũ aut impellantur , aut reflectantur.I. A.165 b,Si autores ad patriam liberandam desiderarentur illis autoribus Pompeius ego impellerẽ.de Senect. 63 b,Nec me solũm ratio impulit ut ita crederem , sed etiam autoritas,&c.de Vn.196 a,Quæramus igitur causam,quæ eũ impulerit,ut,&c.pro Deiot.149 b,Promissis in fraudem impelli.ad Heren. 12 b , Auaritia hominem ad quoduis maleficium impellit .

Impendeo,es.immineo,iam iam adsum,instõ,appropinquo. Tuf.216 b,& de Fin.61 a,Poetæ impendere apud inferos saxum Tantalo faciũt.Ar.91 a, Magnũ bellum impendebat Parthis.& 95 b,Dũ impẽdere Parthi uidebantur, decernerã fratrẽ relinquere. de Or. 87 a,Nihil incidit postea mali, quod nõ impẽdere illi tanto antè uidissent . pro S.R.23 b, Omnes in me terrores,pericula; impendent omnia .Tuf. 216 b,Sẽper aliquis alijs dolor,alijs terror impendet.Bru. 289 b,Impendẽt infinitũ sumptus in hos exercitus , quibus defendimur.pro Qu.8 a, Quæ mala iam adesse atq; impendere uidentur. I. V. 268 a.Mercatoribus formidinesã uestris magistratibus impendent.de Pro.78 a,Tantũ reipub. sceleris impendere à consulibus nõ suspicabar. I. C.102 a, Quanta tempestas inuidiæ nobis impẽdet.Att.119 a,Propter suspicionem huius impendentis tempestatis, uel ruinæ.In Catil.100 a,Attic.125 a, Tanta malorum impendet ἰλιὰς.& 184 b.Ruina quæ impendet. de N. 11 a, Nullos à superis impendere metus Ep. 24 a , Belli magni timor impendet.Ep.58 a,Vt ea quæ partim adsunt , partim impendẽt,moderatè feramus.Ep.81 b,Nullũ est tãtũ malũ,quod nõ putẽ impẽdere.& 27 a,Calamitas impẽdet omnibus.& 123 b,Video magnas impẽdere discordias.I.C.106 b,Quibus ego confido impendere fatũ aliquod, aut instare iã pla nè,aut certè iam appropinquare.pro Do.218 a, Impendebat direptio,imminebat tuus furor omniũ fortunis.de Ar. 244 a,b,Tũ inquã,tũ uidi,& multrò ante prospexi,quantã pestas excitaretur,quanta impenderet procella reipublicę. I.A.154 b,Si quid mihi humanitus accidisset. multa.n.impendere uidebantur,præter naturã,præterq; fatum.pro C. 31 a,Ex eo quod alijs accidit,quid mihi impendeat , suspicor.Ar.37 a,Ea cõtẽtio quæ impendet : id est, futura est.& 34 a,Impẽdet negociũ,ad quod tu,scilicet aduolabilis. de N.45 b, Impendentium montium altitudines. Tusc.240 a, Gladium dimisti iussir, ut impenderet illius beati ceruicibus.Atti.65 a,& 99 a,Iudicia reliqua impendent,nondum est plenè expeditum.pro Mil.116 a,quę aderant iam & impendebant,quonam modo ea depellere potuissetis.

Impendiò.multò. Att. 158 a,At ille impendiò nunc magis odit Senatum .

Impendivm,dij.impẽsa.℔ Qu.2.b, Is quęstũ sibi instituit fine impẽdio.Impẽdiũ pro usura,id est,pecunia quæ sorti accedit,ut Varro ait.Ar.85 a,Itaq; cogito fœnus & impẽdiũ recusare.de Clar. 166 a, Solum ita diligenter colemus, ut impendijs etiam augere posimus largitatem tui muneris.

Impendo,dis . insumo , impensam ago uel facio , pecuniam in aliquam rem conijcio . consumo. pro Qu.2 b, Postea quam nescio quid impendit,& in commune contulit , mediocri quæstu contentus esse non poterat. I. V.215 b,Impẽdere pecunias in res uanas.I.V.174 b,Illi intelligebant sese Verri serere,impendere,laborare. I. V. 199 a,Ad incertum casum & euentum , certus quotannis labor & certus sumptus impenditur.I.V.245 a, Vbi tandem istuc latet,quod tu de tua pecunia dicis impensum?

Impensa,sæ.impendium, sumptus, iactura . I. A. 208 a, Possessores nullam impensam fecerant,nondum instruxerant. I.V. 158 b, Arationes magna impensa magnoq; instrumẽto tueri . Of.45 b, Atq; etiam illę impensę meliores sunt, muri,naualia,&c. Anteq.193 a,Quoniam maior impensa in patriam officij facta est , quàm in priuata fit defensione. Anteq.195 a, Qui neq; tantorum officiorum impensam egistis in patriam.I.V.105 b,Columnæ machina apposita, nulla impensa eisdem lapidibus repositæ sunt . Att. 212 b, Impensam facimus in Nacrocola.pro R.129 b, Turpes impensæ cupiditatũ atq; iacturæ.Cæl.Ep. 111 b, Ne molestiã tibi cum impensa mea exhibeam.Ep.263 b , Is ne nostãta impensa deideat,,calface hominem.de Fin.58 a,Necessariæ cupiditates , nec opera multa , nec impensa explentur.

Impense.uehemẽter.Ar.69 a,Impẽsę rogare aliquẽ.Ep.227 a,Nũc eo facio id impẽsius,quòd eius causã Nero suscepit

Impensvs,a,um.Ar.228 a,Vel impensò precio.i.non soluto.

Imperator , atoris . dux , qui exercitui præpositus est.de Orat,102 b , Imperator est administrator belli gerendi. de In.54 a , Callidus & sapiens imperator.& ibi . Exercitus,cui propositus est sapiens imperator. de Orat . 125 a, Impator bonus & fortis. & 133 b, Egregiè fortis & bon' imperator. pro Pom.9 b , In summo imperatore quatuor has res inesse oportet, scientiam rei militaris, uirtutem,authoritatem,felicitatem.de Cla.19; a,Is imperator esse cupiebat,cui muneri mos maiorũ ætatem certam,fortẽ incertã reliquit.pro Do.231 a,Populus Romanus dominus regũ,uictor atq; imperator omniũ gentiũ.de Cl.188 a,Orator præstat minutis imperatoribus . I. C . 98 a, Imperator eorum castrorum,duxq; hostium.I.V.219 b,Nomen inuitissimi imperatoris incidat.Tuf.185 b,Imperator.)(.Miles.Imperatoris Iouis tria olim signa in orbe terrarum pulcherrima,6.In Ver.In primis laudabat illud quod diceret, eosdem labores nõ esse equè graues imperatori & militi, quòd ipse honos laborẽ leuiorem faceret imperatorium, 2.Tuf.Vt enim gubernatori cursus secundus, medico salus imperatori uictoria:sic huic moderatori Reipublicę beata ciuiũ uita proposita est,&c.8.ad Attic.Solent hoc boni imperatores facere , quum prælium committunt , ut in eo loco,quo fugam hostium fore arbitrẽtur,milites collocẽt, pro Sexto Roscio.Sed hoc primùm faciã , ut imperatores appellem eos,quorum uirtute,& consilij fœlicitate,maximis periculis seruitutis atq; interitus liberati sunt, 14.Philipp. Imperatores appellati sumus,5.ad Att.Imperatores qui patriæ cõsulerent,uitæ nõ parcerent,3.de Nat . Quidã imperatores etiam seipsos dijs immortalibus pro Repub. deuouerũt,capite uelato,certis uerbis, de Nat.lib.2.Faciã igitur ut imperatores instructa acie solent , &c. 4. Philip. Imperatorum alter exercitum perdidisset, alter uendidisset,3.ad Quint.Frat . Animos imperatorum à uitæ prauitate ad deorum cultum conuerterent,de Nat.deor.1.Imperatorum illud consilium fuit,quod Græci στρατήγημα appellant,3.de Nat.deor. Imperatorum insigne,fasces laureati, pro Ligar. Imperatorum necessarij in decem non soliti legari,13.ad At.Imperatorum numerus maior quàm oratoriũ,1 . de Or. Imperatorũ non tam res gestas quàm mores, institutą,atq; uitã spectare in habẽdis honoribus, 15.Fam.

Imperatorivs,a,um.pro Corn . 65 a,Ille imperatorius ardor oculorũ.I.V.act.5 , Imperatoria donatio . Tuscul.lib. 2,Imperatorius labor.Acad.lib. 2 , Imperatoria laus.I.V. act.3,Imperatorium ius.de Or.143 b.Rostra imperatorijs manubijs ornata.Ep.lib. 2 . Nomen imperatorium Bruti.

Imperatrix , cis . pro Cæl.52 a, Fortes uiri ab imperatrice in infidijs atq; in præsidio balnearum locati.

Imperfectvs,a,um.inchoatus,mãcus,nõ absolutus , præcisus,impolitus,adumbratus,acerbus, infinitus,conatus.Ep. 13 b,Nũc ut Appelles Veneris caput,&c.reliquã partẽ corporis inchoatã reliquit, sic quidam homines in capite meo solũ elaborauerũt,reliquũ corpus imperfectũ ac rude reliquerũt.de Vniuer. 106 a , Omnia animãtia sunt inchoata, nulla ex parte perfecta,imperfecto autẽ nec absoluto simile pulchrum nihil est.I. V.214 a , Nõdũ etiam perfectũ tẽplum inuenerũt.de Nat. 13 a, Relinquere aliquid inchoatũ id est,imperfectũ . de N.32 b , Inchoatus.)(.Perfectus.

Imperiosvs,a,um . postquam.206 b , Eum consul imperiosus exire urbe iussit.de Fini. 77 a, Imperiosus ille Torquatus.& 86 b,Nimis imperiosi philosophi est , uetare meminisse. Parad.123 b, Cupiditas honoris quã dura est domina,quàm imperiosa,quàm uehemens.Orat . 207 b, Imperiosi populi & reges illustres:id est , qui multũ impetrarũt.

Imperite.insciter,indoctè,imprudenter.I.A.175 b , Est hoc imperitè.

Imperitissime , ℔ Co. 60 a.Aliquid imperitissimè dictũ.

Imperitvs,a,um. inscius, rudis , ignarus , indoctus, uulgus, barbarus . Part.238 a,Si apud indoctos imperitosq; dicemus.pro Fl.149 b.& I.V.103 b, Homines imperiti rerum omniũ,rudes ignariq;.de Or. 159 a , Imperitus dicendi & ignarus.pro S.R.42 a,Homo imperitus morum,agricola, rusticus.de Fin.105 b,Quæ irrideri ab imperitis solẽt.pro Corn.64 b,Marius nõ imperitus fœderis , non ignarus belli,non rudis exemplorum . ad Her.26 a,Imperitus rerum. & 17 a, Adolescens imperitus conuiciorum.de Or.105 b, Homo eloquens,iuris imperitus.

Imperivm,rij.potestas,ditio, publica dignitas , magistratus, prouincia.Att.183 a,Decreui etiam imperium, quod quanquam uidebatur illi ætati honorificum,tamen erat exercitum habenti necessarium:quid enim est sine imperio exercitus ? I.P.87 b, Quas res gessisti in imperio & prouincia cõsulari?& ibid.Ex Macedonia aliquot prætorio imperio, consulari quidem nemo redijt , qui non triumpharit . pro Font.276 b , Galli sub populi Romani imperiũ ditionẽq; ceciderunt . At. 244 a, Vides tyranni satellites in imperijs. Offic.14 a,Nec uerò imperia expetenda, ac potius non accipienda interdum,aut deponenda nonnunquam.Ep.36 a. Cepi & gessi mixima imperia. Epist . 2 b,esse cũ imperio, I.A.236 a,Dare imperium alicui extraordinarium, uel extra ordinem.I. A.203 a , Demus igitur imperium Cæsari, sine quo res militaris administrari nõ potest . Quin.F.294 a,Illi quidem imperium ita datum est , ut redderet.de Sen. 84 b,Appius tenebat nõ modò autoritatẽ,sed etiàm imperiũ in suos.pro Cec.294 b.& de In.80 a,Imperiũ domesti cũ in seruos.Tuf.218 a,Imperium seuerum . de Fin . 86 b, Imperia Manliana.de Sen. 87 b, Terra nunquã recusat imperium . Quin . Frat.297 a, Ad summum imperium etiam acerbitatẽ naturæ adiungere.de D.94 b,Cũ C. Coponius prætorio imperio classi Rhodiæ pręesset. de Ar.252 a,Sacrificium,quod fit in ea domo quæ est in imperio : i.in domocõsulis.℔ Fl.150 a,Is q nup summo cũ imperio fuerit.

Impero,as.leges alicui impono , præscribo . de Leg . 184 b, Qui bene imperat , paruerit aliquando necesse est : & qui modestè paret,uidet , qui aliquando imperet dignus esse. de Leg.185 a,Quodq; is qui bellum geret imperasit,ius, ratumq; esto:id est,imperauerit. At.225 b, Germani legatos miserunt , sese quod imperatum esset , esse facturos. de Am.111 b,Cupiditatibus,quibus cæteri seruiũt, imperare. I.P. 99 b , Mitto rationẽ exactì imperatiq; frumenti.& ℔ Fl.153 a,Illã rationẽ in imperãdo sumptu Flaccus secutus est. I. V.59 a , Cũ frumentũ sibi in cellam imperauisset . & 136 a,Singulis censoribus denarij.trecenti ad statuam prætoris imperati sunt.pro S.R. 28 a , Nõnunquã etiam puerũ uocabat,credo cui cœnã imperaret. I.V.136 a, In tributis imperãdis,℔ Fl.153 a.& Ep.169 a,Prętor pecuniã in remiges imperauit . Tuf.185 b, Vt alter imperet,alter pareat ,℔ Pomp . 14 b , Omnibus gentibus ac nationibus terra mariqúe imperare.

Imperio,is.impartio,impertior,do, tribuo , præbeo.de N. 31 b,Ignis omnib. rebus uitalẽ impertit calorem . de Or. 110 a,Et te exorabo profectò.ut mihi quoq; tuæ suauitatis aliquid impertias.Atti.47 a, Nil impertisti tuæ prudentiæ ad salutem meam.de Diu.126 b , Illius deus nõ potest hominibus diuinationem impertire.I. V. 125 b , & At. 37 b, Ille dolorem suum nemini impertiebat. I.V.119 a, Impartire diem festum alicui . Att. 33 a,Huic multa signa beneuolentiæ à bonis impertiuntur. Item : Te rogo,ut qualẽ te antea populo Romano præbuisti,talẽ te nobis hoc tempore impertias.At. 147 b , Quamobrem te rogo,ut in maximis tuis curis aliquid imperias tẽporis. huic quoq; cogitatiõi.pro Cor.55 b,Qui tantũ potuit impartire huic studio temporis,quãtũ,&c.I.C.113 b,Deinde collegæ meo laus impertitur,

impertitur, quòd, &c. pro Muren. 125 b, Meum laborem hominum periculis subleuandis impertio. pro Syl. 168 b, Oneris mei partem nemini impertio, gloriæ bonis omnibus. de Fi. 125 b, Vt aliquid suorum studiorum philosophiæ imperiat. Offi. 44 a, Sæpe idoneis hominibus indigentib. de re familiari impertiendum. de Diu. 86 a, Nam ut nunc extis, sic tum auibus magnæ res impertiri solebãt. Ep. 61 a, Sin aliquid impertiuit tibi tui cõsilij, debeo, &c. Epist. 69 a, & 68 b, Vt mihi non solum præconiũ, quod Alexander ab Homero Achilli tributum esse dixit sed etiam graue testimonium clari hominis magnique uideatur.

Impertior, iris. impertio, pro Pomp. 7 b, Lucullo tantum imperior laudis, quantum uiro forti debetur. pro Arch. 187 b, Multis gratuitò ciuitatem in Græcia homines impertiebantur. Ac 280 a, Cum rogamur, ut misericordiam liberis eius impertiamur. I. C. 113 b, Atque etiam uiro forti collegæ meo laus impertiur.

Impetratio, onis. Attic. 183 a, Impetrationes nostras nihil ualere.

Impetro, as. exoro, exigo, aufero, induco, ut facias aliquid inuenio. de Inuen. 46 b, Act. 135 b, Impetrabis igitur à Cæsare, ut tibi abesse liceat. Quin. de Pet. 209 a, A quo facilè, si contendes, impetrare poteris, ut, &c. Academic. 24 a, A me istam exceptionem non impetrabunt. Epist. 219 a, Et Dolabella rogatu meo ciuitate à Cæsare impetrauit. Ep. 217 b, Omnia quæ potuisse in hac summa gratia tua ac potentia à te impetrare, ultro te ad me detulisse purabo, si hanc rem impetrauero. Ep. 69 a, Neque enim fas esse arbitror, quicquam me rogantem abs te non impetrare. & 56 a, Ab Athenienfibus impetrare non potui, ut, &c. Ar. 241 a, Brutus & Cassius utinam quàm facilè à te de me impetrare possunt, ita per te exorentur, ne quod callidius ineãt consilium. Epist. 57 b, Impetrare ab aliquo de aliqua re. pro Planc. 264 a, Impetrare de aliqua re. Attic. 113 a, Minus honestè nunc quidem, quàm si olim de ratione habẽda impetrasset. Att. 285 a, Impetrare salutẽ alicui. de In. 75 a, Impetrare ab aliquo, ut ignoscat. de Diu. 80 b, in impetrandis cõsulẽdisq; rebus magna uis est in aruspicũ disciplina.

Impetvs, tus. impressio, uis, uiolentia, incursio, incursus, ferocia, conatus, irruo. de Ar. 244 b, Omnem impetum gladiatoris ferociamq; compressi. pro Do. 226 a, Itaq; infractus furor tuus inanes faciebat impetus. Tuscul. 219 b, An fortitudo, nisi insanire ceperit, impetus suos non habebit? Anteq. 194 b, Si uiolentiæ impetu opprimimur, decedam unus pro omnibus. pro Cec. 263 b, Incursio atque impetus armorum. pro Fon. 281 b, Iratos animos atque horribiles impetus hostiũ deprecari. Orat. 205 b, Ferri magno cursu & fouitu. Or. 219 b, Aliter in oratione nec impetus ullus, nec uis esse potest. pro Deiot. 144 b, Impetus cõuentioq; dicendi. Br. 91 b, Represi impetum, ardoremq; restinxi. & Ep. 5 b, Frangere impetum alicuius. de Or. 137 b, Loci quibus impetus animorum aut impellantur, aut reflectentur. I. V. 60 a, Animos & impetus alicuius retardare. de In. 64 a, Impetu quodam aninti potius, quàm cogitatione facere aliquid. & ibidem: Impetus & quasi quædam commotio animi affectioq;. & Att. 172 b. de Or. 148 a, Impetu quodã mẽtis uoluntate. de In. 82 b, Libido est impetus quidã animi non rectus. de Or. 88 b. & Ac. 38 b, Facere impetũ in aliquem. Att. 160 a, Impetus in priuatorũ pecunias. pro Do. 334 b, Irruere in aliquem & in eundem impetum perferre, idem. Epistola. 53 a, Tamen impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo. pro Cæc. 289 a, Ex conuentu uim fieri oportebat. Attic. 120 b, Qui autem impetus illius erit in nos fortunasq; nostras? acrior, quàm in cæterorum. Offic. 21 b, Bestiæ nihil sentiunt nisi uoluptatẽ, ad eam feruntur omni impetu. Offic. 35 a, Animalia quę habent suos impetus. de Finib. 58 a, Incurrere in aliquem cæco impetu. Ep. 5 b, Impetus Marcelli fesederunt. pro Cecin. 289 a, Impetũ illius, cæterorumq; tela etiam incursus refugit. de Ar. 245 a. & pro Sest. 27 a, Sed si feretur hæsitans, & impetũ in me facere conabit, resistã, & eius conatũ refutabo. de Ar. 255 a, Aliquius furẽtes ac uiolenti ipetus. pro Cæl. 40 a, Nunquã ex illo delendi huius imperij tã sceleratus impetus extitisset, nisi, &c. de Di. 104 a, Horũ sunt auguria nõ diuini impetus, sed rationis humanæ. de N. 45 b. Cum impetũ cœli admirabili cũ celeritate moueri uertiq; uidemus. Of. 10 b, Multi multa faciũt temeritate quadã, sine iudicio uel uno iõ oẽs, uel repẽtino quodã quasi uẽto ipetu animi cõcitati. Impie, sceleratè, nefariè. de N. 34 b, Quæ qui uideat nõ sit indoctè, sed eniã impiè faciat, si deos esse neget. & I. A. 179 a, & pro Deiot. 149 a. I. ingratè. & Tusc. 229 a. & I. V. 77 a.

Impietas, tis. impia fraus. de Fin. 121 a, Sed nihil est quod tam miseros faciat, quam impietas & scelus. de Am. 104 a, Qui fuerint impietatis duces.

Impiger, a, um. diligens. Epist. 18 a, Quis est tam in scribendo impiger quàm ego? I. V. 241 a, Is se patientẽ atq; impigrum prebebat. pro Font. 283 a, Impigre ad laboris bellũ.

Impigritas, tis. diligentia. de Repub. libro 3. esse Nonio.

Impingo, gis. iacio, impello, obijcio, obtrudo. Tusculan. quæst. 299 a, Quid? hunc calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat? Epist. 118 b, Quid si filius meus fustem mihi impingere uolet? I. A. 155 a, Vncus impactus est fugitiuo illi, &c. Attic. 85 b, Atque hoc tempore impingit mihi epistolam Scaptius Brutij sem illam suo periculo esse.

Impius, a, um. apietate remotus, consceleratus. pro Qu. 4 b, Si pietate propinquitas colitur, qui affinitatem prodit, impius fit necesse est. pro S.R. 29 b, Hæ sunt impijs, sfidiæ furiæ. de Legib. 174 a, Impius ne audeto placare deinsiram deorũ. de D. 18 b, Est enim periculum, ne aut his neglectis impia fraude, aut susceptis anili superstitione obligemur. I. P. 89 b, Me fugerat deorũ immortalium hos esse in impios & conscelerates pœnas certissimas constitutas. de Leg. 172 b, Deos piorũ & impiorũ habere rationem.

Implacabilis, cabile. inexorabilis. Quint. Frat. 298 a. & Tuscul. 179 b, Implacabilis iracũ dia. Epist. 41 b, Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis essem? cum, &c. I. P. 97 a, Prẽbere se implacabilem atq; inexorabilem alicui.

Impleo, es. compleo, expleo, augeo, præsto. de D. 132 a, Tuis enim oraculis Chrysippus totum uolumen impleuit. Ac. 22 a, De quibus rebus uolumina sunt impleta à Chrysippo. Ep. 138 a, Implere ollam denariorum. contra Rul. 75 a, Cum sese regum sanguine implerint. I. A. 172 b, Is uomes frustis esculẽtis totum tribunal impleuit. Or. 206 a, Demosthenes non semper implet aures meas. pro Clu. 48 a, Profiteri q; nõ possis implere, q; imprudẽtię est: id est, præstare.

Implicatio, nis. de Inuent. 74 b, Ac si qua necessitudo uirtutis uidebitur habere, oportebit per locum communiũ implicationẽ redarguentẽ demonstrare. de Nat. deor. 54 a, Huic adde neruos, à quibus artus concinnentur, porumq; implicationem toto corpore pertinentem, qui, &c.

Indignor,aris.grauiter fero,ſtomachor, mihi indignum uideatur.de In 69 a,Locus communis erit defenſoris,per quẽ indignabit,accuſatorẽ conari.&c. Ep.50 a,Hem nos homũculi indignamur,ſi quis noſtrum interijt aut occiſus eſt. & 179 b,Atq; eũ quẽ dilexi perijſſe indignor.& ibid. Mortem hominis neceſſarij graniter fero.de In.47 b, Et dicere ea quæ indignãtur aduerſarij ibi quoq; indigna uideri.pro Qu.R.45 a,Nimium citò ait me indignari de rabulis.alias, indagare.de In.69 a,Loci,qui aut miſericordiæ, captandæ, aut facti indignandi cauſa ſumuntur.

Indignvs,a,um.non dignus,alienus,iniquus, ſceleſtus , turpis.Ar.128 b,Hoc turpe & me indignũ puto . de Fin. 136 a,Nihil ne eſt in his rebus quod dignum libero aut indignum eſſe ducamus.I.V.218 a.& Off.27 b,Res indigna atque intoleranda uidebatur omnibus.de In.69 b,Etria ſi nobis indigna audiamus,eiuſmodi iniuriæ ſunt,ut de eis indignum ſit non primo quoq; tempore iudicari. pro Seſt.3 a, In quo cum multa indigna ſint,tum nihil minus eſt ferendum.pro S.R.19 b,Cum multa indigna , tum uel hoc indigniſsimum eſt,uos,&c.Anteq.194 a,Nonne igitur indignũ eſt eos,&c.& de In.47 b,Hoc mihi indignum uidetur . de Ar.251 ,Quod non minus quã de Alexandrinis indignũ dijs immortalibus eſt uiſum.pro Qu.1 b,Nam quid hoc,iniquius aut indignius dici aut cõmemorari poteſt?pro S.R. 22 a,Quod Amerinis uſq; eò uiſum eſt indignum , ut omnes,&c.& 19 b,Filij egeſtas indigniſsima. ad Her.11 b,Indigna mors Palamedis . pro Qu.18 a,Indignum eſt à pari uinciaut ſuperiore,indignius ab inferiore.p S.R.28 a, Aut qui petebãt indigni erãt qui imperarẽt?pro Cor. 62 b,In quo erat accuſatoris interpretatio indignarẽ poſſione,qui, &c.pro Pl.260 a,Qui te indignum ædilitate iudicauerũt. In Vat.36 b,Cæſar te omni honore indigniſsimũ iudicat. Or.125 a,Aliquẽ eſſe indignum ſuis maioribus. Tuſ. 218 b,Miſericordiam utilem eſſe dicunt ad opem ferendam,& calamitates hominum indignorum ſubleuandas.& Tuſcu. 257 b,Diuitias quiuis quamuis indignus habere poteſt.

Indiligenter,negligenter.)(.Diligenter.de In.36 b,Non indiligenter expoſui,&c. Att.252 b,Nihil ab eo arbitror, neq; indiligenter,neq; illiberaliter factum.

Indiligentia,tiæ.negligentia.Qu.F.30 b,Literarum miſ ſarum indiligentiam reprehendi.

Indiſerte,inornatè.Qu.F.306 b,Seuerus orationem meã laudauit,non meherculè indiſertè.

Indiſertvs,a,um.inornatus,parum eloquens . de N. 26 a, Nã neq; indiſertum Academicum pertimuiſſem, neq; ſine iſta philoſophia rhetorem quamuis eloquentẽ.de Cl. 171 b.& Ep.29 b,Vir nõ indiſertus.de Fi.93 a,Indiſertus interpres.de Or.156 a,Indiſerta prudẽtia.)(.Stultitia loquax.

Indiſsolvbilis,le.de Vn.202 a, Immortales uos quidem eſſe & indiſſolubiles non poteſtis,neutiquam tamen diſſolubiles.

Individvvs,a,um.ſimplex.)(.Diuiduus.de Vn.198 b, Idq; interiecit inter diuiduum,& id quod diuiduum eſſet in corpore.de Nat.65 a,Indiuiduum corpus quod dirmi diſtrahij; non poteſt.de Vn.199 b,198 b, Materia eſt indiuidua atq; ſimplex.de Natur.14 b,& Ibi.Ita nihil eſſe indiuiduũ poteſt.& 65 a,Indiuidua corpuſcula.de Fi.52 a, Atomij eſt,indiuidua corpora.

Individvvs,dui. indiuiduum corpus,perſona, atomus . de Fat.145 a,Indiuiduj hæc eſt natura , ut pondere & grauitate moueatur.de Fat.144 a,Cum duo indiuiduja per inanitatem ferantur.de N.11 b,Species ex indiuiduis innumerabilibus exiſtẽs.Acad.14 b,Ex illis indiuiduis,unde omnia gignuntur.de Fin.80 a,Indiuidua, & intermundia,quæ nec ſunt,nec eſſe poſſunt , intelligimus.

Indocilis,le. tardus,hebes.de N.4 b,Quidam nimis indociles tardiq; ſunt. Aca.1 a,Sed incredibilis quẽdã ingenij magnitudo non deſiderauit indocilem uſus diſciplinam .

Indocte,inſcitè,imperitè . de N.34 b,Non ſolum indoctè, ſed etiam impiè facere.

Indoctvs,a,um.ineruditus,imperitus.Part. 237 b , Genus hominũ indoctũ & agreſte de D.135 b,Ex leuiſsimo. n.& indoctiſsimo genere cõſtat.538 b,Si apud indoctos imperitosq; dicemus.de Cl.180 b,Rabula indoctus,inurbanus, ruſticus.de Or.160 a,Rudis & indocta oratio.de Fin.63 b, Non ergo Epicurus ineruditus,ſed iſ indocti,qui,&c.

Indolentia,tiæ.uacuitas doloris.de Fi.66 a,& 68 b, Num uoluptas idem eſt,quod,ut ita dicam,indolentia? Item: Neque Hieronymus uoluptatis nomine unquam utitur pro illa indolentia. Item : Qui res experendas uel uoluptate uel indolentia metiuntur.de Offic.

Indoleo,les.doleq.I.A.172 a,Quis non indoluit te tam ſerò à ſe eſſe cognitum.

Indoles,dolis.iudicium animi,ſpecimen uirtutis,puer magna dignitate prædituS,optima ſpe prædituS,quædã in puero dignitas,expectatus ad ampl.ſsimã dignitatem,ad laudem & decus nati atq; ſuſcepti.de Seneẽt.19 a.Att,274 a, Cęſaris uerò pueri mirifica indoles uirtutis.de Or.95 b,In uobis egregiam quandam & præclaram indolẽ eſſe cognoui.de Fi.89 a,Bona ſpes & magna indoles in adoleſcente. I.A.169 a,Adoleſcens ſumma ſpe & animi & ingenij prędituS.Ep.87 à,Hic à puero ſpem mihi magnã afferebat ſũmæ probitatis,ſummæq; eloquentiæ.I.A.203 b, Ita ſæpe magna indoles uirtutis priuſquam reipublicæ prodeſſe potuiſſet,extincta fuit.I A.237 b,Summa in filio ſpes,ſumma ingenij indoles,ſummaq; uirtus.Ep.8 b, Lentulus eximia ſpe ſummæ uirtutis adoleſcẽs.de Fi.89 a,In adoleſcẽtib⁹ bonã ſpẽ eſſe dicimus.& magnã indolẽ.de Sen.82 a,Adoleſcẽtes bona indole præditi.de Am.109 a,Si ſpẽ afferunt, ut tanquã in herbis nõ fallacibus fructus appareat. ad Br. 289 a,Videtur in eo eſſe indoles , ſed ſlexibilis ætas multrique ad deprauandum parati.Offi.55 a,Itaq; omnes in quibus eſt uirtutis indoles commouentur. Or.200 b, Præterea ad uirtutem maior indoles.pro Cæl.45 b,Si quis hac idole uirtutis ac continentiæ fuit , ut reſpueret omnes uoluptates.Or.206 b,Ab hac indole iam illa matura,uxor generi,nouerca filij,filiæ pellex.Off.42 b,Facillimè autem in optimam partem cognoſcuntur adoleſcentes,qui,&c.Off. 40 b,Præ ſe ferre ſpeciem boni uiri.de Fin.91 b,Multa iã mihi dat ſigna puer & pudoris & ingenij.

Indomitvs,a,um.qui imperium recuſat, equus intractatus & nouus.pro Cl.20 b,O libidinem effrenatam & indomitam.& de Ar.256 a,Indomitus atq; effrenatus furor. I.V. 88 a.& pro S.R.24 b,Indomitæ atque effrenatæ cupiditates.Offic.18 b, Equum ferocitate exultantem domitori tradere, ut eo faciliori poſimus uti.& ad Her.88 b,Equus indomitus.

Indormio,mis.Qu.F.315 b,Ego qui in iſto homine colendo tam indormiui diu.& I.A.166 a,An faces admouendæ ſunt,quæ te excitent,tantæ cauſæ indormientem ?

Indotatvs,ta,tum.ſine dote,ſine ornatu.de Or. 105 a,Cuius artem cum indotatam eſſe atq; incomitatam & incomptam uideres,uerborum eam dote locupletaſti & ornaſti.

Indvciae,arum belli ad tempus ceſſatio.Att.113 a, Tum ad te ſcribam plura,ſi erit bellum : ſin autem etiam induciæ , te ipſum uidebo.Of.7 b,Cum triginta dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ.I.A.218 a,Quid ille faceret inducias? At.243 b,Inducias fieri poſſe.

Indvciomarvs,Gallus teſtis in M.Fonteium.pro Font.

Indvco,cis.quaſi impello , adduco , introduco , facio , decipio.de N.34 b,Ea difficultas induxit imperitos ut errarẽt. & I.P.92 a.& de C.192 b,Induci in errorem.pro S.R.31 a,Inducere aliquem ad faciẽdum aliquid gratia,ſpe , pretio,promiſsis.ad Her.11 b,& 29 b,Induci aliquo emolumẽto ad agendum aliquid.de Or.102 b,Studio alicuius induci ad aliquid faciendum.pro S.R.20 b, Ab hominibus nequam induci ad facinus conſciſcendum.pro Q.2 b,Tamẽ inductus familiaritate id fecit.pro Rab.95 a,Induxit eum L.Saturnini familiaritas,ut,&c.de L.169 a,Idq; ut faceret orationibus inducebat tuis.pro Clu.26 b,Quẽ ego ut mẽtiatur,inducere poſſum:ut peieret,exorare non potero. p Mur.139 a,Hæc M.Cato autoribus eruditiſsimis inductus arripuit.Ep.63 a,& 62 b,Adduci uolũtate,induci odio ad aliquid agendum.ad Her.11 b, Multos induxit in peccatum pecuniæ ſpes . pro Planc.180 a,Cum tibi uana quædam falſa ſpe inductus prollicebar.de Cl.181 b,Induci ad miſericordiam,ad pudẽdum,ad pigendum.pro Cæl. 44 a, Is nulla cupiditate inductꝰ de uia deceſſit.Oct.330 b,Ego patres conſcriptos ad parricidium induxi.

Indvcere in animum,inducere animum,&c.id eſt,ſibi perſuadere.

fuadere. Quin.de Pet.211 a,Deinde induc in animum,ita simulãdum.esse.At.4 a,Animũ inducere non potui,ut uideré,&c,pro S.R.27 a,Qui potuit animũ inducere,ut filiũ ex hæredaret.Att.228 b,Antonius induxit animum , sibi lice re quod uellet.de D.85 a, Tu igitur animum poteris indu cere contra ea dicere?quæ &c.de D.117 b,Tu igitur animum induces causam hanc defendere?& Tusc.234 a,Indu cant animum diuitias cõtemnere.pro Syl.183 a,Induxi in animũ defendere aliquẽ.I.C.101 b,& 102 a,Si ire in exiliũ animũ induxeris.pro Clu.26 b,Neq; enim legare eiusmodi matri poterat in animũ inducere.de Am.107 a,Indu cere animum iacentem amici in spem cogitationemq; meliorẽ.Of.44 a,Quod te malum,inquit,rationis in istam spẽ induxit?ut,&c.pro Pl. 281 a,Quibus ego magno in metu meo subito inducor in spem,uos,&c. At.103 a.id quod animum induxerat,palispes non tenuit .

INDVCERE.pro introducere,inferre.de D. 136 b, Cur igitur eos inducitis in captiones,quas nũquam explicetis?de Fi. 139 a,Natura quasi instituit docere,& induxit in ea,quę in erant tanquam elementa uirtutis.de Or. 119 b, Qui hoc primus in nostros mores induxit.pro Rab. Posthu. 124 a, Inducere nouum morem in rempublicã.in Anton. 256 b, Inducere nouum uerbum in linguam Latinam . in Anton. 155 a, Ne inexpiabiles religiones in rempublicam inducerentur.de Fato,145 a,Hanc rationem Epicurus induxit, ob eam rem quod,&c.pro Cæl.42 b,Illa subtiliter ad criminandum inducta oratio.pro Cęl.44 a,Sed quid ego iudices ita grauem personã induxi?Ep.101 a,Mira enim per sona induci poteſt Brittanici iurisconsulti.de D.116 b,Epicurus iocandi causa deos induxit perlucidos & perflabiles de D.131 a,Qua ergo ratione hæc duo diuinandi genera inducis,eadem illa possunt esse quæ tollis . Of. 76 a,Etiam temperantiam inducunt,nõ facillimè illi quidem,sed,&c. Of.17 b,Rem perniciosissimã in ciuitatẽ inducunt,seditionem atq; discordiam.Qu.Fr.324 a,Puerũ in hãc nostrã rationẽ cõsuetudinemq; inducemus.de N.26 a, Quę eloquẽtia falsos deos sustulit,eadẽ ueros inducat.de Op.244 b,A me gladiatorũ par nobilissimũ inducitur.de N.10 a, Poetæ deos libidine furentes induxerũt.Att.63 b,Varro inducetur in aliquem locũ,si modò erit locus.Att.209 b,Puero me hic sermo inducitur.pro Do.231 b, Et homo facetus ĩducis etiã sermone urbanũ.&c.Orat.209 b, Multa quædam eloquẽtia inducere.Tusc.250 b,Tiresiam poetæ nunquam inducunt deplorantem cæcitatem suam.Tusc.180 b, Inducere fortissimum uirum lamentantem.Ep.37 b,Attribuere sermonem uel orationem alicui.de Fin.61 b,Sapiẽs ab Epicuro beatus semper inducitur.Of.59 b,Hinc ille Gyges in ducitur à Platone,qui,&c.Tusc.162 a,Quinta quædam natura ab Aristotele inducta.de In.67 b,Loci communes rarò inducendi.de L.182 b,Inducere funus:id est,deducere. cõtra Rull.89 a,Sed nõ modò illis cauet,uerum etiã aliud quoddam genus donationis inducit.Q.F.322 a,Itaq; mirificum cogito in secundum librum meorum librorũ inducere.de Vn.199 a,Seseq; ipse uersans sempiternæ uitæ induxi exordiũ.At.14 a,Inducere cõtrouersiam de musica. Ep.4 a,A tuis inuidis nomen inductum fictæ religionis.cõtra Rul.80 a,Hic ager quoquo precio coemptus erit,tamẽ ingẽti pecunia nobis inducetur.Ep.41 b,& 86 a,Vt agros quanti uelletis pop.Romano induceretis.I.V.105 b, Inducere tectorium : id est,addere,allinire.)(.Delere.

INDVCERE,delere.At.67 b,Inducere nomina.& 15 b,Vt induceretur locatio postulatum est.Attic.228 a,Et si nomina facta sunt,uel induci uel mutari possunt.

INDVCERE,seducere,decipere.Off.62 b,Per errorem alterũ inducere.I.P.79 b,Hic nos decepit,fefellit,induxit.pro S. R.37 b,Stoicos inducere,decipere,destituere.I. A. 175 b Dolabella tum est impulsus,elisus,inductus.

INDVCERE,quasi induere . de Inuẽt.81 a,Soleæ ligneæ in pedes inductæ sunt.& ad Her.5 a,Pedibus inductæ sunt.

INDVCTIO,onis. de Nat.57 a, Nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus.de Orat.162 a,Personarum ficta inductio,& erroris inductio. Qu. Fr.296 a, Hoc non est positum in labore aliquo,sed in quadam inductione animi atque uoluntate.de In.52 b,Inductio est oratio, quæ rebus non dubijs captat assensionem eius,qui cum instituta est,&c.Ep.9 a,Tantum enim animi inductio,&m ehercule amor erga Pompeium apud me ualet,ut,&c. animi inductio,id est,persuasio?

INDVCTVS.ctus.ad Her.11 a,Quod alieno inductu fecerit.id est,impulsu.

INDVLGENS,indulgentis,facilis.)(. Difficilis.seuerus,acerbus.Of.75 a,Qui nuper indulgẽs ĩ patrem , idem acerbus & seuerus in filium.pro Clu.20 a,Quo enim est ipsum nomen amãtius indulgentiusq; maternum hoc,&c.Qu. Fratr. 300 a,Ambitiosus in aliquem . id est,indulgens.

INDVLGENTER,familiariter,leniter,molliter.Att.143 a,Illud præclarè admones,cum illum uidero,ne nimis indulgẽter.at cum grauitate potius loquar.& de Fin.87 b, Facere aliquid indulgenter,uel cum labore.

INDVLGENTIA,tiæ.obsequium , patientia , quædam lenitas præsertim in filios.At.157 a,& 165 a,Indulgentia & obsequium ferè idem.Postquã.198 a,Mihi liberi mei propter indulgentiã meã uita sunt mea chariores.At.157 a,Pulium patris indulgentia deprauari.pro Sest.4 b,Indulgentia alicuius in aliquem,ut Ciceronis in collegam suum.pro Syl. 179 b,Vniuscuiusq; indulgentiam testarer in suos,& Ep. 157 b,Nimia indulgentia in aliquẽ.I.V.99 a,bis.Qui sini li sensu atq; indulgentia filiorum commouemini.At.187 a,Tribuere indulgẽtiam alicui.At.142 b,Et hoc Cæsar pro sua in nos indulgentia probabit.de Or.124 a, Siferæ partus suos diligunt , qua nos in liberos nostros indulgentia esse debemus?de L.163 a,Homines inter se naturali quadã indulgentia & benuolentia contineri.de L.168 a, Cũ animus cognitus uirtutib.a corporis obsequio indulgentiãq; indiscesserit.

DVLGEO,es.obsequor, in aliquem sum ambitiosus, indulgentiam alicui tribuo,assentor.I.V.160 a,Is ciues Romanos coluit,ijs indulsit,eorũ uoluntati & gratiæ deditus fuit. Am.113 a,Sed obsequium multò molestius,quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri finit.Tusculan.117b, Ipsaque sibi imbecillitas indulget,in altumq; prouehitur imprudẽs.de L.163 b,Epicurei sibi indulgentes,& corporibus deseruientes,&c.omnia,&c.& Tusc.117 b,Indulgere sibi.Tusc.193 a. Sed uide ne hæc oratio sit hominum affentantium nostræ imbecillitati,& indulgentium mollitudini Or.211 b, Consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor.de Am.106 b,Spernere ueteres amicitias & indulgere nouis.Q.F.300 a,At enim Græcis solis indulgeo, quod,&c.Ep.263 b,Sed utut est,indulge ualetudini tuæ,cui quidem tu adhuc,dum mihi deseruis , seruisti non satis.de In.48 a,Cur perdis adolescentem nobis?cur amas?cur potat?cur his rebus sumptus suggeris?uestitu nimio indulges, Inimium ineptus es.

DVMENTVM,ti.uestimentum.de N.d.1.Quod cum efficere uultis indumenta tamen corripitis.

INDVO,is. uestio , induco.de In.81 a,Off.59 b, Is annulum ei uidit in digito : quem ut detraxit,ipse induit.de Fin.80 a,Ex eius spolijs sibi & torquem & cognomen induit.At. 236 b,Quare talaria induamus.Tusc.242 b, Epicurus quì tantummodo induit personam philosophi,sibi ipse hoc nomen inscripsit.Tusc.179 a.Qui cum Deianiræ sanguine cẽtauri tinctam tunicam induisset,ait ille,&c.Of.60 a,Ponit enim personã amici,cum induit iudicis.Of.21 b,Intelligendum est duabus quasi nos indutos esse personis : quarum una,&c.altera,&c.Tusc.168 a, Habes sonum imaginem mortis,eamq; quotidie induis.pro Syl.181 b , Feræ quædã illæ forma hominum indutæ extiterunt.de N. 38 b,Dijs induti specie humana. Att.7 b,Vir indutus muliebri uestitu. de Or.154 b,Pallium quo amictus,soccos,quibus induetus esset.& ad Her.38 b,Cùm citharœd' prodierit optimè uestitus,palla inaurata indutus.de N.76 b,Inijcere laneũ pallium alicui.Aca.6 a,Antiochus in idipsum se induit quod timebat.I. V. 129 a,Hic uidere in quos laqueos se induerit.)(.Expedire se ex laqueis.& 129 b, Videre ut dum expedire sese uult,induat.& 50 a,Ipse sese induit. I.V.270 a, Sua confessione induatur ac iuguletur necesse est. de Dit. 117 a,Cum autem ij anhelitus ĩe in nubem inducrint,&c. id est,conuerterint.

INDVPERATOR,oris.Imperator.de D.102 a, Omnis cura uiris uter esset induperator.Ennij.

INDVS,di.fluuius Indiæ omnium maximus . de Natura deorum,52 b.

INDVSTRIA,striæ.ars,ingenium,solertia, diligentia , sedulitas,labor.At.84 a. Quare non tua industria, sed præclarè poniсur.de Cl.166 b, Tua exquisita doctrina & singularis ĩdustria.Tusc.241 a,Alterius meus rationib.agitandis exquirendisq; alebatur,cum oblectatione industriæ , qui est unus suauissimus pastus animorũ.Att.282 a, Messala tanta est industria,tãtumq; euigilat in studio,ut , &c.pro Pomp. 9.Industria,in agendo,celeritas in conficiendo , consilium in prouidendo. Epi.208 a, Quod uersabatur in hoc nostro studio,& cum ingenio,ut nostri,nec sine industria. pro Cęl. 47 a,Ingenium industria alitur.Postq.203 a,Mihi in laboreperferendo industria non deerit.de Sen. 81 b , Maneant ingenia sensibus,modò permaneat studiũ & in industria . pro Pomp.4 a,Perfectum ingenio,elaboratum industria. Epi. 39 b,Qui in scribendo tantum industriæ ponam.De industria,cõsultò,cogitato,dedita opera,opera dedita.Or.211 a,Vbertam de industria id faciendum fuit.& 212 b,Etiam si nihil est factum de industria.& 215 a , numerum oratorium necessitatę ipsa efficiunt,& eum sine industria. Orat. 220 a,& de Fini.71 b,Neque uerbum ita traijciat, ut id de industria factum esse uideatur.& de In.61 a, & 67 b . & in Ver.73 b.& de Or.146 b,Incuruatum de Industria. Offi.5 b,Iniuriæ quæ nocendi causa de industria inferuntur. Offi. 22 a,Erat in L.Crasso multus lepos, maior etiam magisq; de industria in C.Cæsare L.filio.de Cl. 191 a , Exilitatem de industria consequi .

INDVSTRIVS,aduer.artificiosius,diligentius . pro Do.218 b, Quis de illius dignitate industrius dixit?

INDVSTRIVS,a,um.ingeniosus,solers,laboriosius . pro Cæl. 53 b,Quæ nisi uigilantes,nisi sobrij,nisi industrij consequi non possent.I. Ver.158 b,& pro.Pom.7 a,Homo nauus,& industrius,experientissimus & diligentissimus.Att.126 a, Homo uigilans & industrius.Tusc.239 b, In rebus gerendis uir acer & industrius & 182 b.

INEDIA,diæ.fames,esuries.pro Pl. 264 a , Minturnenses C. Marium fessum inedia fluctibusq; recrearunt.Epist.262 a, Inedia & purgationibus consumi.Tusc.166 a, Auita quidã per inediam discedens reuocatur ab amicis . de Fin.144 a, Inedia necatus est Regulus.

INELEGANS,tis.impolitus,inconcinnus.de Clar.191 a, Orationis non inelegans copia.& de N.38 b,Physicaratio non inelegans .

INELEGANTER,impolitè,indiscretè.de Fin.70 a, Primum diuisit ineleganter,&c.& de Clar.163 b , Oratio non ineleganter scripta.

INENODABILIS,le . inexplicabilis , inextricabilis . de Fat 144 a.

INEO,inis. ingredior , inuenio,capio.pro Deior. 145 a , Tu illius domũ inire uoluisti.Of.8 b,& de Fin.113 a,Inire prælium.de Ar.212 b,Cum quod ineas cubile non sentis . pro S.R.26 b,Filius conuiuia cum patre non inibat . pro Do. 240 b,Post sacerdotium initum.I.A.191 a , Cum consules magistratum inierint.& I.V.71 b,Inire magistratum . pro S.R.56 b,Inire consilia cum aliquo cõtra aliquem.pro Deiot.144 b,Inire consilium facinoris contra uitam alicuius. I.C.115 b,Consilia , quæ clàm essent inita contra salutem uibis.Att.282 b,Consilia in ĩte cœpit reipub.liberãdę.pro Syl.167 b,Initum est consilium a Catilina inflammãdæ ciuitatis.At.43 b,Inire cõsilia depernicie alicuius.pro Mur. 143 b,Inire cõsiliũ faciẽdi aliq.d.pro Do.239 a,De Pompeio interficiẽdo cõsilia inibãtur.I.A.204 b,Cum cõsules ini rent rationẽ de cõmodis militũ augendis.At.225 a, Ea ratio ædificandi initur consiliario quidẽ & autore Vestorio. Ep.216 a,Inire rationẽ,quemadmodum aliquid fiat.Attic. 191 b,Ineunda est nobis ratio,quẽadmodũ posimus,&c. de N.71 a,Inita & subducta ratione nefaria scelera meditari.In Ver.171 b,Mihimet ineunda ratio & reperienda uia est.contra Rull.79 a,Inietur ratio questus de pecunia uestra.alias,Inuenietur.pro Mur.130 a,Inire uiam,& redi reuiam.de Ar.255 a,Inire gratiam ab aliquo.In Ver.131 b,& pro Cec.300 a,Inire gratiam ab omnib.aliquo facto. de Cl.183 b,Plures ineuntur gratiæ, si uno tempore dicas pro pluribus.Ac.108 a,Inire summam gratiam cum bonis omnibus . de N.50 b,Pinna cum squilla quasi societatem init comparandi ibi.

INEPTE,insulsè,l.Ineptus.de Cla.191 a,Ineptè,odiosè,putide dicere.& At.13 b,Tusc.150 a,Facere ineptè.& Ep.85 a.

INEPTIAE,arum.nugæ.de Or.94 a,Pero a nobis, inquit , ne has meas ineptias efferatis.de Or. 110 a, Omnium autem ineptiarum,quæ sunt numerabiles,haud scio an ulla sit maior,quàm ut illi solent , quocunq; in loco,quoscunq; inter homines uisum est de rebus difficillimis , aut non necessarijs argutissimè disputare.Tuscul.168 a.& Ep.23 a,Pellantur ergo istæ ineptiæ penè aniles.pro S.R.25 b, Quid ad istas ineptias abis,inquies?

INEPTVS,a,um.de Or.110 a,Nam qui aut tempus quid postulet non uideat,aut plura loquitur,aut se ostentat , aut eorũ quib.cum est uel dignitatis,uel commodi rationem nõ habet,aut denique in aliquo genere aut inconcinnus est , aut multus,is ineptus dicitur.& ibi. Quem enim nos ineptum uocamus,is mihi uideturab hoc nomẽ habere ductũ , qd' non sit aptus.de Or.110 a,& 94 a, Dimittebam a me Scæuolam , cum ei ita dicerem,me uelle esse ineptum : id erat petere blandius,quod nisi ineptè fieret,bene non posset fieri.Tusc.166 b,Ineptum sanè negocium & gręculum.de Or. 104 a,Aliquem ineptum aut grœculũ putare . de L.157 a, Aliquis in loquendo multus & ineptus ad summam impudentiam.At.62 b,Sed hoc ne curaris,ego ineptus,qui scripserim.Or.199 b,Nihil insolens atque ineptum.Offi.29 a, Tanta uis est loci & temporis,ut , &c.

INERMIS,me.)(.Armatus.Att.278 b,Perterritos, inermes , faucios , non sunt nostri duces persecuti.& pro S.R.42 a, pro Cecin.296 b,Arma non habuerint , inermes fuisse uinces.Antequam.197 a.& pro Dom.228 b, Cedam intermis armatis.Ep.172 b,Minus peditum intermium.

INERMVS,a,um.Ep.167,Multitudo inermorum.& 173 b, Cũ paucis inermis perterritis metu , fracto animo fugisse Antonium.Ad Br.278 b,Perterritos,inermos,faucios,nõ sũt nostri duces persecuti.aliàs,inermes.

INERRANS,tis.errans,uagus.ut,Stellæ errantes.de N.36 b,& 69 b.

INERS , tis . ignauus , desidiosus , somniculosus , ἀργὸς λόγος, languidus.)(.Operosus, semper agens aliquid & moliens. contra Rul.84 b,Inertissimum & desidiosissimum ocium. de Sene.84 a,Iners,ignauz,& somniculosa senectus.de Fi. 50 a,Inertissima segnitia . de Fat. 146 a, Rectè hoc genus interrogationis ignauũ atq; iners nominatum est.de Ora. 141 b,Neq; uerũ est quod ab inertibus dicitur,&c. de Cl. 186 b,Censorinus iners & inimicus fori.de Fin.88 b, Artes quibus qui carebant inertes à maioribus nominabãtur.

INERTIA,tiæ.ignauia,desidia,segnicies, nequitia , negligentia,pigritia.Off.6 b,de Or.100 a, Castigemus etiam segnitiem hominum atq; discordiam.pro Mur.126 a,Fuga laboris inertiam coarguit & desidium.I.C.98 a,Iam me ipsum inertiæ nequitiæ ac condẽno.& 103 a,Inertia ac nequitia. pro Qu.R.49 a,Qui tantas pecunias non propter inertiã laboris,sed propter magnificentiam liberalitatis repudiauit.de Or.90 b,Duo illa relinquamus,idq; largiamur inertiæ nostræ.& 99 a,Condemnare aliquem inertiæ . Ep. 196 a,Nec tua ignauia etiam inertiam afferet.ad Her.2 a, Inertia,ignauia , desidia,luxuria . Inertia enim arti opponitur. Par.233 a,Animi affecti uirtutibus,uitijs,artibus, inertijs .

INERVDITVS,a,um.indoctus , rudis.pro Do.231 b,Non sum tam ineruditus.qui Mineruam Iouis fororem , meam esse fororem existimen.Ac.33 b,Modò ne quum illud tum in eruditum absurdumq; respondeat.de Fin.63 b, Non ergo Epicurus ineruditus,sed ij indocti,qui,&c.

INEXERCITATVS,a,um.qui usum non habet,tyro . de Orat. 115 a,Hoc mihi crede,ludus est homini non hebeti, neque inexercitato,&c.Tusc.183 a,Rudis ille & inexercitatus mi les.de Cla.176 b.& de Sen.80 b,M. Marcellus promptus & non inexercitatus ad dicendum fuit.& Tusc.250 a, Nec tanquam inexercitatus histrio in extremo actu corruisse.

INEXERCITVS,a,um.Tusc.250 a,Asclepiades non ign obis, uel inexercitus philosophus.aliàs,non ignobilis Eretricus philosophus.& rectius.

INEXHAVSTVS,a,um.de Fi.91 a,Erat enim,ut scis , in eo inexhausta auiditas legendi,nec satiari poterat . de Catone.

Inexorabilis, le.implacabilis, inexpugnabilis, inexpiabilis.)(.Placabilis,exorabilis.pro Syl.184 a,Qui uehemens in alios,inexorabilis in cæteros esse uisus fuit,Qu.Fr. 301 a,& Tuscul.150 a,In literis mittendis nimium te inexorabilem præbuisti.

Inexpectatvs,ta,tum.insperatus.de Or.129 b, Quæ fuit illa,quanta uis,quàm inexpectata,quàm repentina.

Inexpiabilis,le.implacabilis,quod expiari purgariq; non potest.de Ar.244 a, Cum his inexpiabile bellum mihi susceptum est.& 257 b,Inexpiabile scelus.& I. A. 237 a, In Pison.97 a,Prębere se implacabilē inexpiabilemq; alicui. I.A.155 a,Ne inexpiabiles religiones in remp. inducerēt. Tusc.163 b,Qui in repub.uiolanda,fraudes inexpiabiles cōcepissent.Ibidem.154 a,Inexpiabilis religio.

Inexplebilis,le.insatiabilis,insaturabilis.Tusc.231 b, Inexpiabilis cupiditas.

Inexplicabilis,le.inenodabilis,Att.120 b,O rē difficilē & inexplicabilem.& 155 b,Res sunt inexplicabiles.& Ac. 24 a,Hæc scilicet inexplicabilia esse dicitis.Att.244 a, Tu quid egeris tua cùm tristi, tum etiam difficili ad consiliā dū legatione uehementer expecto,est enim inexplicabilis.

Inexpvgnabilis,le.Tusc.236 a,Volumus enim eum qui beatus sit,tutum esse,inexpugnabilem, septum atque munitum,&c.

Inextricabilis,le.inexplicabilis.Ac.24 a,Hæc scilicet in extricabilia esse dicitis . aliàs inexplicabilia.

Infacetvs, ta, tum. inurbanus,inconcinnus.pro Cæl.52 b, Non infacetum mendacium.Off.63 a, Homo non infacetus & satis literatus.

Infamia,miæ,nota,macula, probrum, nota turpitudinis, ignominia.dedecus,contumelia.pro Fl.164 a,Esto,habuit quandam ille infamiam suam.pro Cæl.36 b, Inferre infamiam alicui. Att.67 a,Consules flagrant infamia. pro Cl. 18 b,Negem fuisse infamiam iudicij corrupti I.C. 100 a, Quę nota domesticæ turpitudinis non iusta uitæ tuæ est? quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamiæ ? contra Rul.84 b,Effugere infamiam crudelitatis.& Ep.2 a,Vt magnam infamiam fugiat.Tusc.219 b,Ferre ignominiā & infamiam sine dolore.pro Syl.184 a,Ne qua generi suo nota turpitudinis inuratur. pro Clu.30 a,Iudicia uera atq; insigni turpitudine notata atq; oppressa dedecora & infamia.I.P.88 b,Vos autem sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas subijstis.Par.238 a,Ignominia,infamia,contumelia,dedecus,& I.V.68 a,Macula.

Infamis,me.turpis,habēs infamiā,famosus,contaminatissimus,omniū scelerū libidinumq; maculis notissimus, cū tātis sceleribus esses & factis notatus.pro Do.227 b,p Fl. 231 a,Turpis adolescētia,uita infamis.pro Clu.44 b, Homines omnibus uitij atq; oī dedecore infames.I.C. 106 a, Mulier infamis.& pro S.R.35 a,Infamis palma.

Infamo,as.noto,ignominiā uel notam, uel maculam inuro, ignominia noto,existimationē alicuius offendo, deformo detraho,infamiam alicui infero,aliquem nota atq; ignominia condemno,uerissimis maledictorum notis.inuro. Epi. 132 a,Vt tua moderatio aliorum infamet iniuriam.

Infandvs,a,um.nefandus,execrandus.de Or. 138 a, Ex re si crudelis,si infanda,si præter opinionem.pro Sest. Vix homines odium suum à corpore eius impuro atq; infando re presserunt.

Infans,tis.puer infans,paruus.de Fi.71 b.& 93 b,de Or.123 b,Omnia mãsa,ut aiūt,nutrices pueris infantibus in os inserere.pro Cl.23 a.& Or.209 a,Cum haberet ex Nævia infantem filiū.pro S.R.44 a,Infantium puerorum incunabula.de D.105 b,Scribit Herodotus Cræsi filiū, cum esset infans,locutum.de Fi.71 b,Nec uero ut uoluptatem expetat natura mouet infantem.& 138 a,Infantes.de Fi.63 b,Si in fantes pueri,si mutæ etiam bestiæ penè loquuntur.

Infans,indifertus.)(.Eloquens,disertus.de Cl.171 a, Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse.de In.42 b, Infans & insipiens homo.de Fin.39 b,Homo infans atque impotens.ad Her.9 a,Dialectici infantissimi.de Clar. 173 b, C.Fannij in historia oratio neque nimis infans,neq; perfectè disserta.

Infantia,tiæ.ieiunitas,orationis inopia.)(.Eloquentia. de Or.156 a,Nec infantia eius qui rem nouit, sed eam explicare dicendo nō potest:uec inscitia illius cui res non suppetit,uerba non desunt,est laudanda.ad Her.9 a,Vt hunusmodi fantiæ garrulam disciplinam contemneremus : Dialectici intelligit.Ar.64 b,Incredibilis infantia accusatorum.

Infantior,tius.Attic.324 a,Omnino nihil accusatore Lentulo , subsiciptoribusque eius infantius , nihil illo crimine sordidius.

Infatvo,as.fatuum stultumq; reddo.pro Fl.156 a, Nemini quidem adeo infatuare potuit,ut ei nummum ullum crederet.I.A.187 b,Vt hominem stultum magis etiam infamem mercede publica.

Infector,oris.Ep.27 b,Curtius noster dibaphum cogitat, sed eum infector moratur.

Infectvs,a,um.de L.173 b,Quæ augur iniusta, nefasta, ominosa,diraue dixerit,irrita infectaq; sunto.de In.72 b,Habere aliquid factum pro infecto.Top.222 a, Promittere damni infecti.I.P.92 a,Præterita mutare non possumus, R.P.126 b,Mutari facta iam nullo modo poterant. Item. Hoc neq; moueri,neq; mutari potest.

Infelicitas,tis.aduersa uel incommoda fortuna . incommodæ res,calamitas.)(.Beate uiuere.Anteq.196 a, Vita ea maneat existimatio, quæ uirtute parta,non quæ infelicitate illata est.I.P.89 a,Amissis exercitum,sic hoc infelicitatis tuæ.de D 121 b,Nec enim tāta est infelicitas auspicū,ut ne casu quidē unquā fiat quod futurum illi esse diuinūt.de Fi.82 b, Beate uiuere alij in alio , uos in uoluptate.

Infelix,cis.miser,calamitosus,erumnosus,deiectus ad calamitatem , cuius dura & crudelis fortuna est.I.A.171 b,Si quis reip.sit infelix,is felix esse nō potest.pro Pl. 28 b, O custodiam mei capitis infelicem.pro Rab.92 b,Caput obnubito,infelic iarbori suspēdito.I.V.296 a, Infelix & ęstuosus.& pro Qu.17 b.Miser & infelix.Or.212 a, Inhumanus prima litera breuis,infelix longa,dicimus.

Infensivs,aduerb.Or.213 b,Quis porrò Isocratis est adeo fatuus infensius?

Infensvs,a,um.inimicus.I.V.61 , Homines qui illi inimici infensiq; sunt.& 95 b,In te concitati infensiq; sunt.pro Cl. 33 a,Iudices infensi reo,I.C.100 b,Si me meis ciuib.subęctū tā grauiter atq; infensū uiderē.I.V.139 a, Infensi animo atq; inimico. Tusc.222 a,Nec tā fuit hominū generi infensa atq; inimica nat.Ep.157 a,Pertinaciter cupiā infensus.pro Sest.11 b,Aliquem esse infensum fortunis alicuius.

Inferciо,is.inculco.Or.220 a,Neq; inferciens uerba quāt rimas expleat.

Inferi,orum.dij manes , inferorum animæ,subterranei.de In.52 a,Impijs apud inferos pęnas esse præparatas.& Tusc. 150 a, Triceps apud inferos Cerberus.de N.69 b,Hercules apud inferos.Tusc.155 a, Permanere animos arbitramur cōsensu nationū omniū: quasi in sede maneant,quales que sint,ratione discēdū est,cuius ignoratio finxit inferos easq; formidines , quas tu contemnere nō sine causa uidebare.in terrā enim cadētibus corporibus,hic humo tectis, sub terrā cēsebant reliquā uitā agi mortuorū. I. V. 261 a, Excitare aliquem ab inferis.& de Cl.195 a,Excitare ab inferis locupletis.testes. & pro Mil.118 a, Reuocare aliquē ab inferis.& I.V.258 a,Aliquem fore ab inferis testem. In Vat.31 b,Inferorū animas elicere,& puerorum exris deos manes mactare.& Or.204 b,Nec ab inferis mortuos excitabit.I.A. 264 a,Illi ad inferos pęnas parricidij luent,nos piorum estis sedem & locum consecuti.Oct.331 a,Aliquis nostrū qui proximus i illā æternā domū discesserit . Item. Tum tu Iupiter hos æternis supplicijs uiuos mortuosque mactabis.I.Macto.pro Cl.54 a,Quid tandē illi mala mors attulit?nisi forte ineptijs ac fabulis ducimur, ut existimemus illū apud inferos impiorū supplicia perferre , ab uxorū necatarū pœnis , actū esse præcipitē in sceleratorū sedē atq; regionem.quæ si falsa sunt , id quod omnes intelligūt, quid ei tandem aliud mors eripuit,pręter sensum doloris? I.C.119 b,Vt aliqua in uita formido improbis esset posita apud inferos eiusmodi quædā illi antiqui supplicia impijs cōstituta esse uoluerūt,quod uidelicet intelligebant,his remotis non esse mortem ipsam pertimescendam.

Inferiae,arum.denicales, iusta feralia , mortuorum sacra. de N.67 b,Tertius Hercules est ex Idæis digitis,cui inferias afferunt.

Inferior,ius.Qu.F.293 a,Quē ego intelligo prudētia non esse inferiorē quā me,usu ēt superiorē.pro Pl.365 a, Inferiorem quàm te,& Or.23 b, Timotheus belli laude non inferior fuit quàm pater.de Cl.180 b, Is in iure ciuili non inferior quàm magister fuit.de Cl.185 a,Aetate inferior paulo.pro Qu.18 a,Indignum est uinci ab inferiore atq; humiliore. de Cl.167 a,Causam inferiorem dicendo fieri superiorem posse.de Ar.258 a,Inferior gradus.Ep.204 b,Superior ordine,inferior fortuna.de Or.100 a, Similiq; in genere,inferiore ordine.Parad.123 a,Qui infimum locum ciuitatis tenent.pro Cor.62 a,Illud autem quod adiunctum est , ut maiestatem populi.Rom.conf ruent,id habet hāc uim, ut sit ille in fędere inferior.Am.96 b,Qui omnia sua in se posita esse ducit , & humanos casus uirtute inferiores putat. ad Her.36 b,In inferiores crudelis,in superiores cōtumax, in æquos & pares fastidiosus.I. Absum.

Infernvs,a,um.inferus.de N.48 b,Hic sese infernis è partibus erigit hydra.& In Ar.Subiens inferna leonis : id est,in feriores partes.

Infero,fers.inueho,importo,induco,affero,offero,intrudo. Off.49 a,Paulus nihil in domum suam intulit, præter memoriam nominis sempiternam.pro Dom.234 a , Qui ex pontificis maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit?pro Cec.292 b,Cū pedē intulero,atq; in possessionē uestigium fecero,tum excludar.Anteq.196 a,Vtiq; ea manat opinio quę uirtute parta,nō quæ in felicitate illata est. de Ar.244 a,Qui supplicia neq; à sociorum mēnibus ,phibere,neq; sociorū urbib.inferre potuerunt,excisionē, inflāmationē,euersionē,depopulationē,uastitatē, meis omn.oēstetis atq; agris intulerūt.In Vat.35 a,Cū in tēplū Castoris te cū tuis furijs funestum intulisti.& 29 b, Repēte. n.te tāquā serpēs è latibulis intulisti.pro Cæl.41 a,Cū hoc genus oppugnationis inferreē, &c. propulsare debebitis. & 49 a.Inferre facinus in famā atq; in fortunas alicuius.Off.5 b,Qui ab ijs quibus infertur,si possint,nō propulsant iniuriā.de Ar.252 b,Inferre iniuriā stupri.in aliquem.I.C.115 b,Inferre ignes tēplis deorū.pro Do.225 b,Domus ardebat nō fortuito,sed oblato incēdio.pro Cl.37 b,Multū mali mutētū periculi unicuiq; nostrū inferre pōt uis tribunitia. pro Fl.155 b,Is ultro suis ciuib.sumptū intulit.p Cec.287 b,Atq; ēt se ipse inferebat & intrudebat.pro Fl.150 a, Inferre rationes falsas,& referre in tabulas quodcunq; cōmodū est.pro Mil.104 b,Inferre mortē alicui per scelus. I. P. 91 a,Inferre se in urbem.pro Fon.283 a,Age uerò nūc inferre oculos in curiā,introspicite penitus in oēs reip.pres, utrū &c.Or.128 a,Iracundiā simul atq; iniuriis,nō statim posis cōmouere . Oct.330 a,Inferre arma alicui.pro Mil. 115 b,Castris,exercitu , signis inferendis fundos alienos petere.Att.144 a,Inferre famē suis ciuibus & uastitatē Italiæ.pro Lō.283 a.Infestis propè signis inferuntur Galli in Foteiū . pro Flac. 147 a,Inferre signa patriæ. I. A. 263 a. Cū Hircius aquilā quartæ legionis inferret.Att.135 a,& 152 a,Bellum Italiæ terra mariq; inferamus.& Off.16 b, Inferre bellum alicui.I.A.198 b,Ille furens infesta iā patriæ signa inferebat.p Mil.111 a,Inferre uim.)(.Neqtiam uim. pro Deiot.144 a,Inferre terrorem alicui.In Ver.257 b,In ferre crimē proditionis alicui.I.A.259 b,Inferre turpitudinem alicui.de Ar.245 b, Qui pulminaribus Bonæ deæ stuprum intulit.ad Her.28 a,Nō parenti manus intulisti? In C.101 b,Inferre uim & manus alicui.pro Sest. 3 a,Inferre periculū alicui.pro Pl.277 b,Inferre metum mortis alicui.Off.43 a,Inferre periculū capitis alicui.pro Cor. 59 b,Inferre se in discrimen uitæ pro patria.pro Cæl.46 b, Inferre infamiam bonis,probrum caſtis , labem integris, deuent.44 b,Inferre morā & impedimentū alicui.ad Her. 36 a,Inferre crimina.)(.Diluere crimina.de Finib.140 a, Sext.Tarquinius stuprum Lucretiæ intulit.de Am. 108 b, Ne criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat obiatis.de Orat.87 b , Crassus sermonem de studio dicendi intulit.Off. 29 a, In re seuera delicatum aliquem inferre sermonē.de Inuent.58 a, Quo illato infirmatur quod inductum fuerat.& 58 b, Aliud quàm cogebatur illatū est. & ibi.Num aliud conficiatur,aliud dicatur.de L.138 a,Ne ue alienum inferat in sepulchrum.

Infervs,a,um.de D.192 b,Interea sol albus recessit in infera noctis.I.A.I.Superus . Tusc.171 b, Vt omnia supera, in fera,media uideremus.Att.136 b,Inferum mare.)(.Superum mare.I.Mare.

Infestissime . pro Qu.12 a,Inimicissimè atque infestissimè contendere cum aliquo.

Infestvs , a , um . infensus, inimicus, aduersus,molestus .)(. Propitius.Oct.329 b,Fortuna populi Rom.quę nūc nobis infesta est,fuit aliquando propitia.pro Qu. 1 a,Mihi summā per iniuriā oia inimica & infesta sunt.I.A.229 a,Gallia quam sibi armis animisq; infestam inimicamq; cognouit. I.V.78 b,Clamore alicuius infesto atq; inimico excitari.I. V.265 a,Iniquo infestoq; animo intueri aliquē.& At. 287 a,Infesto animo reprehendere aliquem.In C.100 b, Infestis oculis omnium conspici.pro Font.283 a,Infestis signis inferri in hostem.pro S.R.33 a,Qui ardens auaritia fertur infestus in oēs.ad Her.36 b,Infestus in cognatos. In Verr. 265 b,In omnia maria infestus.Att. 165 a,Indulgentia ferocem arrogātem,infestū facit.pro Lig.141 a, Africa huic uictoriæ maximè infesta.de In.46 b,Si non omnino infesti auditores erunt:id est,animo à nobis prorsus alieno uel inimici.pro Cæl.39 a,Aetas,quæ ipsa suasponte infirma aliorum libidine infesta est.pro Pl.259 a,Huius falsa ob eā ipsam causam est infestior,quod,&c.de Pro.69 b,Viæ excursionibus infestæ.cōtra Rul. 82 a, Vectigal bellis infestum. pro Ra.92.Libertas supplicijs infesta.de In.76 a, Reddere prouinciā infestā excursionib.& latrocinijs. Asin.Epi.163 a,Saltus Castulonensis nunc frequētioribus latrocinijs in festior factus est.pro S.R.23 a,Vita filij infesta.Epist. 23 b, Ad infestissimam Cilicię partem.Att.154 a,& 250,Habere mare infestū.de Rep.lib.2.teste Nonio.Nam cum quærere tur ex eo , quo scelere compulsus mare haberet infestum uno Myoparone,Eodem,inquit,quo tu orbē terrę.Alexandro Magno ita respōdit pirata quidā.Att.244 a, Infestū & periculosum inter.pro Cl.57 a, Infestū & immane scelus.

Inficialis aut coniecturalis quæstio.Top.229 a.

Inficiatio,onis.negatio,depulsio . Par.239 a, Primus ille status rōnem habet iniqui criminis,ipsam negationem inficiationemq; facti. ad Her. 6 a,Inuentio,occidisti hominē: inficiatio,nō occidi.de Or.118 a,Ac nostrę ferè causę, quæ quidem sunt criminum plerunq; inficiatione defenduntur.

Inficiator,oris.pro Fl.159 a,Vna & eadem est omnibus in locis fraudatorum & inficiatorū impudentia . & de Or.98 b,Vt si ille inficiator,&c.& In C.109 a,I.Lentus.

Inficio,cis.oblino,imbuo,sufficio. de Fin.91 b, Puer inficiendet bonis artibus,quas si dum tener est cōbiberit,ad maiora ueniet paratior. de L. 165 a, Qui teneros & rudes cū acceperunt,inficiunt ac flectunt,&c.de L.190 a, Cupiditatibus principum & uicijs inficiūtur tota ciuitas.At.281 b, Animi hominum infecti partibus.Tusc.243 b,Sed nos umbris,delicijs,ocio,langore,desidia animum infecimus.Att. 7 b,Vereor ne quod infectum est,serpat longius . Tusc.190 b,Tum planè inficimur opinionum prauitate.

Inficior,aris.nego.I.V.232 b,An ego poterā inficiari me esse hominē?Off.64 b,Quæ qui inficiatus esset,duplicē pœnā subibat.Qu.13 b,A me nominis eius,quod inficiatus est,diē petiuit.pro Clu.52 a, Florio legatum ex testamento inficiatus es.I.V.244 b,Sibi iste neq; inficiandi rationē, neq; defendendi facultatem reliquit.de Ora.190 a,Præsertim cum non in crimine aliquo , quod ille posit inficiari, sed in iure consistat.I.C.113 a,Cū id posset inficiari,repentè confessus est.Qu.F.301 b,Quid si inficiatur?quid si omnino nō debetur?At.56 & 277 a,Id poterat inficiari, poterat in alios deriuare.Par.233 a,Mori maluit falsum fatendo,quàm inficiando dolere.de Fin.76 a,In fœdere Numātino inficiando.I.Veneficium.

Infidelis , infidus. Off. 72 b, Neq; do,neq; dedi infideli cui quā fidē.& 73 b,Nullā esse fidē quæ infideli data sit.Offic. 69 a,Multi iniqui atq; infideles regno sunt,pauci boni. Qu. Fr.305 b,Infidelis amicus.Ep.lib.15. Vt ex alienissimis sociis amicissimos,ex infidelissimis firmissimos redderem.

Infidelitas,tis.perfidia,p Fōt.277 a,Quibus propter infidelitatē credere nō debetis.& de Am.108 b,& pro Mil. 114 b,Quantæ infidelitates in amicis.Ep.154 a,Infidelitas exercitus.

exercitus. Tuſ.240 b, Dionyſius infidelitatem amicitiarum extimeſcebat.

INFIDELITER, perfidioſè. ad Br.91 b, Infideliter aliquid cui piam ſuadere.

INFIDVS, a, um. infidelis. de Am.108 b, Nihil enim ſtabile eſt, quod infidum eſt. de Pro.75 b, Gêtes infidæ & barberę, de Am.106 a, Infidus amicus.

INFIGO, gis. impingo. l Infixus.)(.Euello. de So.128 b, Orbis eximus, in quo infixi ſunt illi, qui uoluuntur ſtellarum curſus ſempiterni. de Diui nat.122 b, Timidè fortaſſe ſignifer euellebat, quod fidenter infixerat. pro Cluen.21 a, Hoc quod in cõmunibus hominum ſenſibus atq; in ipſa natura poſitum atq; infixum eſt. Tuſc.219 b, Cum Africanus gladium hoſti in pectus infixit.

INFIMVS, a, um, imus.)(.Summus. de Nat.deor. 29 b, Terra eſt infima. & 36 b, Luna eſt infima quinque errantium. Tuſ. 242 a, Medius mundi locus, qui eſt idem infimus in rotundo. de Diu.95 b, Ab infima ara ſubitò anguis emerſit. Qu. Fr.321 a, Cum ſcripſiſtem hæc infima, quæ ſunt mea manu. Qu.Fr.316 a, Auricula infima mollior. de Leg.118 a, Omnia infima ſummis paria fecit. de Off.41 a, Qui ſummos cum infimis pari iure retinebat. Par.123 a, Qui locum ciuitatis infimum tenent. de Or. 119 b, Infimi homines mercedula adducti. & pro Mur.140 b, Infimorum hominũ filij. Qu.Fr.311 b, Infima fex populi. de Fin.137 b, Homines infima fortuna. Off.9 a, Eſt autem infima conditio & fortuna ſeruorum.

INFINITAS, atis. immẽſitas, infinitio, innumerabilitas. Acad. 29 b, Anaximender infinitatem materiæ dixit eſſet. Tuſc. 250. Democritus infinitatem omnem peregrinabãt. & 248 b, Infinitas rerum atq; naturæ. & 11 b, De infinitate autem uehemẽtius. Item: Summa uis infinitatis. de Of.lib.1. Vt ab illa diſcedatur infinitate. de Nat.16 a, Infinitatem locorũ.

INFINITE, ſine modo & fine Parad.125 b, Ille diuitias infinitè cõcupiſcit. & Or.219 a, Ne infinitè feraẽ flumen oratio. Acad.44 a, bis, Materia infinitè ſecari ac diuidi poteſt.

INFINITIO, onis infinitas. de Finib. 53 a, Infinitio ipſa, quam ἀπειρίαν uocãt, tota ab illo eſt, tũ innumerabiles mũdi, &c.

INFINITIOR. Top.223 b, Partiũ diſtributio ſæpe ẽ infinitio.

INFINITVS, a, um. cuius nulla eſt ora, nulla extremitas, immẽſus, innumerabilis, inexhauſtus, interminatus.)(.Definitus. Acad.29 b. de Diuinat.129 b, Quod finitum eſt, habet extremum: quod non habet extremum, infinitum ſit neceſſe eſt. de Di.127 b. & Or.206 a, Reliqua uero tria interuallo infinita & immenſa. Academic.29 b, Infinitus aer, infinita materia. Ep.16 b, Sed eos, quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. ad Heren.12 b, Immenſa, infinita, immoderata cupiditas. de Nat.12 b, Immenſa & interminata in omnes partes regionum magnitudo. & ibidem a, Innumerabilia & infinita. de Or.90 b, Si cupiũ hoc nimis infinitum uideatur. Attic.119 b, Innumerabiles domini fieri poſſunt in infinita poſteritate. contra Rul.72 b, Primum permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecuniæ conficiendæ. Of.11 a, Infinita multitudo eorum qui his egent. Poſtquam.204 a, Immenſum quiddam & infinitũ eſt quod uobis debemus. pro Corn.67 b, Si qui ſunt qui bus infinitũ ſit odiũ in quo ſemel ſuſceptũ ſit. In Ve. 225 a, Spelunca conuerſa ad Aquilonẽ infinita altitudine. de Or. 85 a, Infinitus forenſiũ rerũ labor. Ac.275 a, Infinita tribuere poteſtibus. de Orato.1 b, Ad infinitum tempus. & 6 a, Ab infinito tẽpore. & b, Infinito tempore ceſſare. de Or.121 b, Quoniã intelligit, non in hominum innumerabilibus perſonis, neq; in infinita tẽporũ uarietate, ſed in generũ cauſis atq; naturis oĩa ſita eſſe. de Or.112 b, Genus quæſtionũ infinitũ.)(.Certũ, in quo quid in perſonis, aut in conſtituta re & definita quæritur. de Or.96 b, Infinitæ rei quæſtio. & ibi Cauſæ à cõmuni quæſtione ſeiunctæ. Or.212 b, Sed proximus uerſus inquinatus, inſuauiſsima litera infinitus.

INFIRMATIO, onis. confutatio, refutatio. contra Rul.67 b, Infirmatio rerum iudicacarum. de In.45 b, Cum aliquid de commutatione aut infirmatione actionis agitur. Infirmationem Cic. pro firmamento conſtitutionis capere uidetur. de In.4 a, & 70 a. l. Indicatio.

INFIRME, parum. Ep.240 b, Et ſi intelligebam ſocios infirme animatos eſſe.

INFIRMITAS, atis. imbecillitas. de Cl.194 a, Erat eo tẽpore nobis ſumma gracilitas & infirmitas corporis. & 184 b, Infirmitas laterum, & imbecillitas uirium. Att.172 a, Me conficit ſolicitudo ex qua etiam infirmitas corporis, quæ leuaca, ero unà cum eo. pro Sex.Roſc.20 a, Suſceptũ onus propter infirmitatem animi deponere. de Senect. 83 b, Infirmitas eſt puerorũ, ferocia iuuenum. Att.254 a, Propter infirmitatem ætatis. pro Rab. 94 b, Animi uim & infirmitatem corporis oſtendebat. pro Syl.273 b, Infirmitatem corporis animi uirtute ſuperauit. I.A.211 a, Sed animi uires corporis infirmitas non retardauit. Ep.94 b, Infirmitas ualetudinis, de Inuent.61 b, Conſiderare ſuam infirmitatẽ in alieno malo. Ep.85 b, De quo quicquid detrahas, neceſſe eſt, aut infirmitati, aut inuidiæ aſsignetur. Acad. 3 a, Obſcuritas in rebus, infirmitas in iudicijs noſtris.

INFIRMO, as. infirmum facio, debilito, frango.)(.Confirmo. de Nat.56 a, Quanta uero illa ſunt, quæ uos Academici infirmatis & tollitis? Academ.6 a, Hoc infirmat tollitq; Philo. de Or.96 b, Quę pro aduerſarijs ſunt, infirmãda eſſe atq; frangenda. & 139 a, Contrarijs infirmandis & cuis cõfirmandis. pro S R.25 a, Ego res tam leues, qua ratione infirmem ac diluam non reperio. pro Cec.292 a, Si ſententia huius interdicti diminuta aut infirmata lit. pro Do.238 b, Quod in Gabinio fateris, id in me infirmas, & graue eſſe dicis. Orat.201 b, Infirmare & excludere. pro Qu.R.52 b, Infirmare fidem alicuius. At.248 b, Ille tamen dolet, dubitans utrum morem gerat Leptæ, an fidem infirmet Silio. p Cec.294 b, Infirmare atq; cõuellere pacta. I.P.89 a, Horũ alter ſic fuit infirmatus cõſcientia ſcelerũ ſuorũ, ut, &c.

INFIRMVS, a, um. imbecillus, enneuatus, carens uiribus, de Fin. 136 a, Labans. Qu.Fr.312 b, Sed hominem infirmum in uillam apertam inuitare nolui. I.V.222 b, Homo ætate affecta & uiribus infirmis. de Or.101 b, In eius infirmiſsima uſtulatione affectaq; iam ætate. de Clar.180 b, Is ſemper infirma atq; etiam ægra ualetudine fuit. 187 a, Is corpore erat infirmo. Academ.41 b, Sum enim admodum infirmus. de N.21 a, Corpus caducum & infirmum I P.97 a, afflictus, infirmus, eneruatus. de Sen.80 a, Senectus facit corpus infirmum. Anteq.195 a, Singulorum opes ſæpe ſunt tenues & infirmæ ad gratiam referendam. Ep.163 b, Veſtræ cautiones infirmæ ſunt. Qu.F.312 b, Quæ quo maiore conatu aguntur, eo leuiora infirmioraq; exiſtimo. pro Qu.R.45 b, Quod apud omnes leue & infirmum eſt, id apud iudicem graue & ſanctum eſſe ducetur. pro Cec.297 a, Ad probandum utraq; res infirma nugatoriaq; eſt.

INFIXVS, xa, xum. defixus, infitus, inuſtus, hærens in alieno, penitus infidens nullo ut euelli modo poſſit. pro Mil. 114 b. I.C.123 b, Dum memoria mei conſulatus ueſtris erit in fixa mentibus. Poſtquam.205 a, Hæc cura erit infixa animo meo ſempiterna. I.A.192 a, Tamen infixus animo hæret dolor. de Vn.101 a, Sidera infixa cœlo. Tuſc.241 b, Sidera certis infixa ſedibus. de N.7 b, Deus aut infixus, aut infuſus eſſet in mundo. de Orat.161 a, Ea ſunt in communibus infixa ſenſibus. At.282 b, Animus infixus in patrię charitate. & de Fin.130 a, Eſt enim infixum in ipſa natura. de Nat.11 b, In eas imagines mentem, intentam, infixamq; noſtram intelligentiam, capere quid ſit Deus. de Nat.31 a, Quæ ipſa ex ſe genera, ſtirpibus infixa continentur.

INFLAMMATIO, onis. ardor. de Or.129 a, Inflammatio animi & quidam afflatus quaſi furoris.

INFLAMMO, as. incendo, inflammationem infero. Attic. 119 a, Cũ eadem lucerna epiſtolam ſcripſiſſem, qua inflammaram tuam. I.V. 225 a, Qui templum earum inflammauit dearum, quarum ope alijs incendijs ſubueniur. I.V.225 a, Ceres dicitur inflammaſſe tædas ex ignibus Aetnæ. de Ar. 253 a, Excitare & inflãmare animos. pro Pom.4 b, Genus belli eſt huiuſmodi, quod maxime noſtros animos excitare atq; inflammare debet. de Or.102 a, Inflammare populum in improbos. de Or.90 a, Animorum motus inflammare uel extinguere. pro Mar.136 a, Qui non fortuna inflammaret odium ſuum, ſed bonitate lenire. Att.119 a, Patriã non ſeruandam ad rediturn noſtrum, ſed diripiendam inflammandamq; relinquimus. Ep.19 b, Et hoc quicquid attigi, non feci inflammãdi tui cauſa, ſed teſtificandi amoris mei. de Orat.103 b, Eorum mentes qui audiuit inflãmare, aut inflammatas reſtinguere. de Or. 101 a, Magno amore inflammatum eſſe in patriam. pro Domo, 225 b, In quos propter eorum crudelitatem mentes noſtræ inflammatæ fuerunt. Tuſcul. 157 b, Cum corporis facibus inflammari ſoleamus ad omnes ferè cupiditates, eoq; magis incendi, quod, &c. Ep.8 a, Inflammatus ad gloriam. Tuſcul.231 b, Inflãmatus & furẽs libidinibus. I.V.268 b, Inflammatus ſcelere & furore. Item: Inflammari & exardeſcere in dicẽdo.

INFLATIO, onis. tumor. de D.93 b, A fabis abſtinẽdum eſſe, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquilitati mentis contrariam.

INFLATVS, a, um. tumidus. In Vat.29 b, Serpens inflato collo tumidis ceruicibus. de Diuin.115 a, Inflatas rumpi ueſiculas. de Clar.181 a, Si tibiæ inflatæ non referant ſonum. cõtra Rul. 183 b, Quibus ille rebus elati & inflati non continebuntur. Ac.28 b, Eſt ne quiſquam tanto inflatus errore, ut ſibi ſe illa ſcire perſuaſerit? Offic. 18 b, Cùm homines opinionibus inflati turpiter irridentur. pro Mur.132 b, Cum hoſtium claſsis ſpe atq; animis inflata Italiam peteret. & 136 a, Inflatus cùm ſpe militum, tum promiſsis colleçę mei. I.A.261 a, Inflatus lætitia atq; inſolens. de D. 140, Inflatæ mentes, &c.

INFLATVS, us. afflatus, inſtinctus. Ac. 6 b, Qui primo inflatu tibicinis Antiopam eſſe aiunt. de Cl. 181 b, Aures tanquã tibiæ ſunt, ex ſi inflatum non recipiunt, &c. de Diuin.82 a, Aliquo inſtinctu inflatuque diuino futura prænunciare.

INFLECTO, ctis. flecto. I. V. 241 b, Vbi primùm ex alto ſinus ad urbem ab litore inflectitur. de N.35 b, Stellæ nunquã curſus ſui ueſtigium inflectunt. Poſtq. 199 b, Qui ſuo ſqualore oculos ueſtros inflecteret. pro Cec. 299 a, Ius ciuile, neq; inflecti gratia, neq; perfringi potentia, neq; adultera ri pecunia poteſt. pro Mur. 138 b, Vt leuiter inflectendus potius quàm corrigendus eſſe uidearis. Ep.8 a, Magnitudinem animi cui ne unquam inflectas cuiuſquam iniuria. de Cl.168 a, Demetrius Phalereus primus inflexit orationẽ, & eam mollem teneramq; reddidit.

INFLEXIO, onis. flexio. de Or. 163 b, Inflexio laterum. & de Vn.100 b.

INFLEXVS, a, um. flexus. Or. 202 b, Inflexa uoce miſerabiliter dicere. de D.86 b, Bacillũ incuruũ, & leuiter à ſummo inflexum. de Or. 126 b, Vox ad miſerabilem ſonũ inflexa.

INFLIGO, gis. infero. In Vat. 33 a, Si ad cætera uulnera quibus putaſti remp. deleri. hanc quoque mortiferam plagam inflixiſſes conſulatus tui. I.A.370 b, Tum illud tibi uulnus inflictum. pro Pl. 274 a, Quam enim illi iudices grauiore poterunt reip. infligere ſecurim? IP.86 a. Quę meus diſceſſus reipub. uulnera inflixit. I. P. 93 a, Mihi illa omnia immortalem gloriam dederunt, tibi ſempiternam turpitudinem inflixerunt. de Or.132 b, Et ex eo in eum ipſum qui laceſſiuit, aliquid infligitur.

INFLO, as. inflationem habeo. Acad, 21 b, Simul inflauit tibicẽ, à perito carmen agnoſcitur. de Orat.164 a, Seruus cũ eburneola fiſtula, qui inflaret eum ſonum, quo, &c. In Vat. 31 a, Vt aliquando iſta, quæ ſunt inflata, rumpantur. de L. 157 a, Ennius inflauit uehementius. I. P. 99 a, Cum tibi ſpe falſa animos rumor inflaſſet, quod putaſſes, &c. de D. 133 a, Faba uẽter inflat. de Or.146 b, Verba inflata atq; anhelata grauius. ad Her.27 a, Oratio quę turget & inflata ẽ.

INFLVO, is. illabor, redundo. Tuſcul. 168 b, Apud Hipanim fluuium qui ab Europæ parte in pontum influit. de D. 96 b, Atque amnes mare influxit. de N. 54 a, Alter uẽtriculus cordis, in quem ſanguis per uenam illam cauam influit. de Vn.203 a, Influere.)(.Effluere. de Pro. 75 b, C. Marius influentes in Italiam Gallorum copias repreſsit. Of.39 a, Vt in uniuerſorum animos tãquam influere poſsimus. de Am. 113 b, Quibus blanditijs C. Papyrius nuper influebat in aures concionis, cùm, &c Leg. 177 b, Nihil tam facilè in animos teneros atq; molles influere, quàm uarios canendi ſonos. de Or.128 a, Ex illa lenitate ad hanc uim influat aliquod oportet, & ex hac ui aliquid influẽdũ eſt illi lenitati.

INFORMATIO, onis. notio, cõformatio. de N. 21 b, Habeo in animo inſitam informationem quandam dei. de Or.141 b, Vnius uerbi imagine totius ſentẽtiæ informatio. Part.259 a, Definitio atq; deſcriptio aut informatio uerbi. de N.10 b, Anteceptã animo rei quædã informatio. Grecè. Τρόληψις

INFORMATVS, a, um, inſtitutus. Off. 3 b, Nemini parere animus bene informatus à natura uult, niſi, &c.

INFORMIS, me. ad Her.40 b, Cum res muta aut informis, fit eloquens, & formata.

INFORMO, mas. conformo, formo, adumbro, inſtituo. Orat. 197 b, Atq; ego in ſummo oratore fingendo talẽ informabo, qualis fortaſſe nemo fuit. Orat. 199 b, Referamus nos igitur ad eum quem nos uolumus inchoandum, & eadẽ eloquentia informandum, quam in nullo cognouit Antonius. de Or. 108 a, Non arbitrabar à me informari oportere, qualis eſſet orator, &c. & Or. 200 a, Is orator quem informare uolumus. Att.1 a, Petitorũ hæc eſt informata adhuc cogitatio. pro Qu.6 a, Ab illo qui antea dixit informata iã cauſa eſt. At.173 a, Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt informata. pro Syl.177 a, Cornelius etiam nũc de indicando dubitat, informat adhuc adumbratum iudicium filij. de Fin.116 a, Informari uirtus non poteſt, ſi quicquam relinquatur. & 133 a, Quibus quaſi informatum eſt, quod hominis natura poſtulet. de N.16 a, Ita eſt informatum anticipatumq; mentib. noſtris. de Nat.28 b, In animis noſtris informatas deorum eſſe notiones. de N. 9 b, Deos ne coniectura quidem informare poſſumus. Ac.13. b. Siue illa inania uiſa cogitatione informant, ſiue in quiete, ſiue per uinum, ſiue per inſaniam. pro Arch.286 a, Artes quibus æras puerilis ad humanitatem informari ſolet.

INFRA. Ep.142 b, Supra me Atticus, infra Verius. & 243 a, Infra Eutrapelũ Cytheris accubuit. de N. 53 a, Stomachi partes quæ ſunt infrà quàm id quod deuoratur, dilatantur: quę autem ſupra, cõtrahuntur. de N,36 b, Infra. Saturnum Iouis ſtella fertur. de Som.128 a, Infra autem iam nihil eſt niſi mortale. Att.122 a, Eartum literarum exemplum infrà ſcripſi. & Ep.87 a; Earum literarum exemplum infrà ſcriptum eſt. I. V. 211 b, Ipſe ad mare infra oppidum expectabat. Or.197 a, Nec his ſolùm locus eſt, ſed horum, uel ſecundis, uel etiam infra ſecundos. de Cl.168 a, Homerus non infra ſuperiorem Lycurgum fuit. Tuſc.193 b, Humanas res deſpicere atq; infra ſe poſitas arbitrari. de Fin. 95 b, Vt omnia quæ homini accidant, infra ſe eſſe iudicet. & 95 & 96 a, Infra ſe omnia humana ducens. Poſtquam.200, Is infra omnes mortuos amandandus oſſet. pro Qu.9 a, Infra mortuos mandari.

INFRACTIO, onis. abiectio. Tuſc.193. Infractio quædam animi & demiſsio.

INFRACTVS, cta, ctum. fractus, demiſſus. pro Do. 226 a, Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus. Acad.21 a, Tu autem te negas infracto remo cõmoueri. Poſtquam. 202 a, Nõ modò nõ infracto animo erat, ſed etia confirmato & renouato. Orat. 213, Infracta & amputata loqui.

INFRASCRIPTVS. l. Infra.)(.Suprafcriptus. Quint. Fr. 297 a, l. Subſcribo.

INFREQVENS, tis. parum frequens, rarus. Qu.Fr. 313 b, Cum Appius ſenatum infrequentem coegiſſet, &c. & 328 b, Sũ & Romæ & in prędijs infrequens, ad Her.32 b, Rei militaris te infrequentem dediſti.

INFREQVENTIA, tiæ. paucitas, ſolitudo. Qu.F. 322 a, Summa infrequentia, &c.

INFRINGO, gis. frango, concido. de lumbo. At.100, Eſſe quiddã ſuſpicor. quod te cogat cedere, & propemodum infringat. de Or.87 a, Cum Cruſi tribunatus infringi iã & debilitari uideretur. pro Cornel. 57 b, Ipſum florem dignitatis infringere. Or.197 b, Spem infringi, & elanguẽſcere induſtriam. pro Mil.102 b, Infringere gloriam alicuius. Orat. 219 b, Infringere & concidere numeros. At.160 a, Quæ ſi breuiora ſunt, infringitur ille quaſi uerborum ambitus.

INFVCATVS, cata, catum. fucatus, coloratus. de Oratore 152 a, Sed animi judicio etiam magis infucata uicia noſcuntur.

INFVGIO. gis. confugio. pro Seſt. 6 b, Ne in tribunatus portum infugeret.

INFVLA, æ. mitra, diadema. I.V.226 a, Sacerdotes cum infulis & uerbenis. de Or.150 a, contra Rul. 62 a, His inſignibus atq; infulis imperij ueniditis, &c. de Pr.150 a, Pampilus in infulis rhetoricam docens.

INFVNDO, dis. fundo, inſtillo. Tuſculan. 161 a, Quò tanquam in aliquod uas ea quæ meminimus infundantur. de L. 190 b, Viciofi principes non ſolùm uicia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt

ea infundunt ciuitatem. I. A. 233 a, At hic nuper sororis filio infudit uenenum, non dedit. de Or. 136 b, Quod semel esset infusum, nunquam effluere posse, de Or, 141 a, Vt illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo uideãtur inscribere. de Cl. 170 a, Cũ homines humiliores in alienum eiusdem nominis infunderentur genus. Ep. 34 b, Tũc cum in urbem nostram est infusa peregrinitas.

INFVSVS, fa. Qu. F. 312 b, Sed mea factum est infusa uerecundia, ut te proficiscens non tollerem, aliter inuisa.

INFVSCO, as. inficio, de Cl. 188 b, Ij quos aliqua barbaries domestica infuscauerat. pro Pl. 263 b, Vicinitas nõ infuscata maleuolentia, non assueta mendacijs. Tuf. 196 a, Situ nidoris barba pudore horrida, infuscat pectus illuuie scabrum.

INGEMISCO, scis. igemui, gemo, gemitus fit. I. A. 251 a, Quid ingemisci hostem Dolabellam iudicatum? At. 116 a, & 99 a, In quo tu quoq; ingemiscis. pro Sest. 28 b, Quotiensc ũq; me uiderit, igemiscet. Tuf. 243 a, & 169 b, & Ep. 110 b, Pueri Spartiatæ non ingemiscũt uerberum dolore laniati. I. A. 172 b, Vna illa in re ciuitas seruitutis oblita ingemuit. de Som. 127 b, Hic cum ingemuissent cæreri uehementius, leniter arridens Scipio. Quæso, inquit, &c.

INGENERO, as. ingigno. Off. 3 b, Natur. ingenerat præcipuum quendam amorẽ in eos, qui procreati sunt. contra Rul. 85 a, Non ingenerantur hominibus mores, tã à stirpe generis seminis, quãm ex ijs reb. quæ ab ipsa natura loci & uitę cõsuetudine suppeditantur quib. alimur & uiuimus. Ac. apud Nonũ. Homini soli ingenerantur cupiditas cognitionis & scientię. pro Sest. 7 a, Vt ingenerata ei familię frugalitas uideretur. de Di. 118 a, Quod si hæc astro ingenerata & tradita esset, nulla res ea mutare posset. de L. 160 b, Animus est ingeneratus à Deo.

INGENIOSE, solerter, acutè. Ac. 21 b, Tractantur ista ingeniosè. de In. 43 b, Ingeniosè & diligenter lectas res collocare.

INGENIOSVS, a, um. habens ingenij multum, acutus, soleres, eximio ingenio, accerimo ingenio.)(. Hebes, tardus. de Fi. 133, Eas uirtutes qui habẽt, ingeniosi uocantur: id est, docilitatem & memoriam. pro Pl. 271 b, Quæ scripsit grauis ille & ingeniosus poeta. Tuf. 165 a, Aristoteles ait, omnes ingeniosos melancholicos esse, ut ego me tardiorem eẽ non molestè ferã. At. 235 a, Quid tu Bruto, & ingeniosũ, & erudito putas? p Qu. R. 50 a, Quo quisq; ingeniosior & solertior, hoc docet iracundius & laboriosius. de D. 81 a, Acerrimo uir ingenio Chrysippus. pro Cæl. 37 b, Adolescens illustri ingenio & industria. Tuf. 215 b, Ingeniosus, acutus.)(. Hebes. Of. 24 a, Vir excellẽti ingenij magnitudine. de Fat. 142 a, Ingeniosus.)(. Tardus.

INGENITVS, a, um. ingeneratus, innatus, insitus. de Le. 165 a, Ingenita naturæ uirtus.

INGENIVM, nij. natura, mos, uel mores, industria', solerita. de Clar. 169 b, Vt hominis decus est ingenium; sic ingenij lumen est eloquentia. pro Cæl. 47 a, Atque in eo ingenii eius elucere uidebatis, quod sæpe etiam fi industria non alitur, ualet tamen ipse suis uiribus. de Fin. 133 a, Docilitas & memoria, quę ferè appellantur uno ingenij nomine. pro Arch. 189 a, Animorum incredibiles motus, celeriras q; ingenio rum. de Or. 49 a, Nam & animi & ingenij celeres quidam motus esse debent, qui ad excogitandum acuti, & ad explicandum ornandumq; sint uberes, & ad memoriã firmi atque diuturni. Of. 23 a, Suum igitur quisque noscat ingeniũ, & ibid. Ea quæ nostri ingenij non sunt. de Clar. 190 b, Ardor animi, qui etiam ex infantium ingenijs elicere uoces & querelas solet. de In. 58 a, Sin inuerecũdum animi ingeniũ possidet, tamẽ accuses, non enim ueretur. I. A. 204 a. Cæsar omnem uim ingenij, quæ sũma fuit in illo, in populari leuitate consumpsit. de Cl. 174 b, Scauro & Rutilio non omni no ingenium, sed oratorium ingenium defuit. Quint. Frat. 200 a, Hominum ingenia ad fallendũ parata. Epist. 108 a, Vna quòd uersatur in hoc studio nostro, & cum ingenio ut nosti, nec fine industria. de D. 120 a, Omnis cõiectura ingenijs hominum in contrarias partes sępe deducitur. pro Fõ. 202 a, Habere multum ingenij ad fingendum. pro Pomp. 4 a, Perfectum ingenio, elaboratum industria. Academ. 1 a, Magnum ingenium Luculli, & magnitudo ingenij. pro Cælio. 37 b; Adolescens illustri ingenio & industria. de Orat. 136 b, Crasi responsum excellentis cuiusdam ingenij, & singularis. Off. 14 b, Qui excellenti ingenio doctrinę sese dediderunt. & de Fin. 73 a, & Epist. 84 a, Ratio excellentis ingenij. Or. 205 a, Acre ingeniũ. & 298 a, Vir acerrimo ingenio, de Orat. 119 a. & contra Rul. 88 b, Tardum ingenium. de Diuin. 97 a, Ingenia acuta.)(. Obtusa. Tuscu. 241 b, Eximium ingenium. & de Fin. 75 b, Præstans ingenium. Epist. 53 a, & 82 b, Fauere ingenijs. Ep. 67 a, Suauitas ingenij tui. & 83 b, Opinio ingenij.

INGENS, tis. immanis, insanus, immensus. I. V. 171 b, Ingens immanisq; præda. de Orat. 149 b, Ex ingenti immensoq; campo in exiguum gyrum compelli. I. V. 67 a, Ingentes diuitiæ. de Pro. 70 a, Achæi ingentem pecuniam pendunt. Pisoni quotannis.

INGENVE, candidè, liberè, sincerè, uerè. Ep. 59 b, Me abs te ut pisse laudari, apertè, & ingenuè cõfitebar. At. 213 a, & Or. 204 a, Isti autem ingenue mihiq; gratũ. Ep. 196 b, Vere ut cum agam, ut necessitudo nostra postulat.

INGENVITAS, tis. liberalitas, honestas, probitas. de Or. 312 b, Præstare ingenuitatem & ruborem suum, uerborum ciuitudine uitanda. Ac. 45 a, Præ se ferre probitatem quandam & ingenuitatem. I. V. 99 a, Ornamenta non solũm forinsec sed etiam ingenuitatis.

INGENVVS, a, um. liberalis, liber, honestus. I. A. 189 a, Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatũ, nihil pudens, nihil pudicum. Off. 30 b, Nec uero quicquam ingenuum potest habere officina. de Am. 108 b, Apertè uel ũtilis magis ingenuum est, quãm fronte occultare sententiam. ad Her. 26 b, Violare ingenuã. I. C. 122 a, Omnis ingenuorum ad est multitudo. Pro Flac. 162 a, Quid ab ingenuis nolũtis hæreditates lege non ueniunt? de Cl. 188 b, Si sis ingenuus ciuis Romanus. I. A. 180 a, Ingenui pueri cũ meretrijs uersabãtur. de Or. 96 a, & de Fi. 102 a, Homo ingenuus liberq; educatus, de Or. 109 b, Tu pudore à dicendo & crimiditate ingenua quadam refugisti. de Cla. 186 b, Ingenuo si beroq; fastidio. I. A. 228 a, Qui ad seruitutem propulsandã ingenuo dolore excitetur. de Fin. 136 b, Qui ingenuijs studijs artibusq; delectantur. de Or. 144 b, Omnem doctrinarum ingenuarũ & humanarum artium uno quoniam societatis uinculo contineri, & 154 b, Hæ artes quibus liberales doctrinę atq; ingenuæ cõtinerentur. de Or. 91 a, & Ep. 48 a, Omnibus ingenuis artib' instructum accedere ad ciendum. de Finib. 78 b, & 79 a, Ingenuæ disciplinæ. Ep. 77 b, Vita ingenua. & 20 a, Animus ingenuus.

INGERO, ris. infero, intrudo. Att. 173 b, Sed ingero præterea.

INGIGNO, gnis. ingenero. de Fi. 74 a, Natura cupiditatem ingenuit homini ueri inueniendi. de Nat. 50 b, Tantam ingenuit in animantibus conseruandi sui natura cupiditatem.

INGLORIVS, a, um. inhonoratus. de Leg. 162 a, Beati qui honorati sunt, uidentur. miseri autem, qui inglorij. Tuscu. 108 a, Vita inhonorata & ingloria. Tuse. 202 b, Inglorius atque ignobilis senex.

INGRATE, animo ĩgrato, illiberaliter.)(. Gratè. pro Dei. 149 a, Quamuis ingratè & impiè necessitudinis nomẽ repudiauerit. Ep. 183 b, Sed immoderatè quadam, & ingratè nostra facilitate abutuntur.

INGRATIS, inuitè, cum magna gratia.)(. Cum bona gratia pro Qu. 8 a, Extorquendum est inuitò atque ingratis, quod non debet.

INGRATVS, a, um, immemor beneficij uel grat iarum. Att. 111 b, Nihil cognoui ingratius, in quo uicio nihil mali non inest. Postquam. 203 a, Non solũm ingratus, quod ipsum graue est sed etiam impius appellatur. pro Plan. 276 b, Nulla amicitia potest esse inter ingratos. Off. 330 à, Ingratus cruciliter, aut immemor beneficij. Att. 136 a, Ego ingrati animi crimen horreo. Att. 124 b, Dimisi à me ut hominem ingratum non inuitus. I. A. 161 b, Ne in te ingratus uiderer. ad Heren. 36 b, Ingratus in amicos. Item: Quæ ego si non profundere ac perdere uidebor, omnib. meis uiribus fustinebo: sin ingrata esse sentiam, non committam ut tibi inuinire uidear.

INGRATIFICVS. pro Sest. 25 a. Se. 31 a, O ingratifici Argiui, manes Graij, immemores beneficij. Accij.

INGRAVESCO, scis. glisco, cresco, grauior fio.)(. Leuor. Artic. 156 b, Iste ardet furore, nec remittit aliquid, sed in dies ingrauescit. At. 278 b, Ingrauescit in dies intestinum malũ. I. C. 103 b, Sic hic morbus uehemẽtius uiuis ingrauescẽret. de D. 111 b. & I. A. 221 a, Medicus morbum ingrauescentẽ ratione prouidet. de Sen. 84 a, Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingrauescunt, animi autem se exercẽdo leuãtur. pro Do. 215 a, Cum ingrauescẽret annona ut iã fames timeretur. Ep. 49 a, Nam si à prima ætate me omnis doctrina liberalis delectauit, tamen hoc studium quotidie ingrauescit. Ep. 18 b, Aetas nostra iam ingrauescens.

INGREDIOR, ris. intro, introeo, adeo in aliquem locum, in aliquem locum me infero, ineo, in aliquem locum pedem pono, pedem in fundo pono, pedem infero, accedere in ædes, inuehi in portũ, eo, uado, assilio, aggredior. I. A. 173, Tu ingredi illam domum ausus es? & de Fi. 125 a, Quacunq; ingredimur, in aliquã historiam uestigium ponimus. I. Cat. 112 a, Cum iam pontem ingredi inciperẽt. pro Mu. 124 b. Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediũtur. Off. 53 b, Quod omnibus est sciendum, qui uitam honestam ingredi cogitant. Aca. 28 b, Vt quam uitam ingrediar definias. de Orat. 165 a, Quod iter incipiam ingredi? & de Senect. 83 b, Ingredi iter pedibus. de Clar. 196 a, In uitam paulo serius tanquam in uiam ingressus sum. pro Plan. 260 b. & Epist. 78 b, Qua uoluti ianua ingressus sum in causam. pro Cec. 289 a, Ingredi intra finẽ eius loci, quem, &c. I. A. 220 b, Magna spe ingredior in reliquam orationem. Epist. 198 b. & I. A. 220 a, Quo die primum in spem libertatis ingressus sum. I. C. 197 a, In exilium eijciebam? quem iam in gressum in bellum esse uidebam? de Orat. 144 b, & 156 a, Eloquentia quocunque ingredior, eodem est instructa comitatu. pro Arch. 185 b, Hũc uideo mihi principem, & ad suscipiendam, & ad ingrediendam rationem horum studiorum extitisse. de Orat. 128 b, Nam neque assiliendum statim est ad illud genus orationis, &c. nec cum in eam rationem ingressus sis, celeriter discedendum est. de Ora. 92 b, Nos qui antequam ad dicendum ingressi sumus, obrumur ambitione. Episto. 19 a, Qui ingredior ad explicandam rationem sententiæ meæ. de Orat. 97 a, Ij qui ingrediuntur ad studium: id est, qui discere incipimus. de Orat. 136 a, Et eratipse iam ingressus: id est, ad dicendum. de Fat. 140 b, Timidè ingredior ad hoc genus disputandi. pro Cec. 300 a, Cum istam disputationem mecum ingressus esset, dicebat &c. Att. 242 b, Quam orationem cum ingressus essem, Cassius interuenit. de Orat. 102 b, Nunc aggredior quæ ultimo id est, explicanda. Off. 24 a, Quam quisque uiam uiuendi sit ingressurus. Orat. 203 b, Sequitur magnum opus & arduũ sed ingredientibus cõsiderandum fuit, quid ageremus. pro R. P. 123 a, Difficile est, quod cum spe magna sis ingressus id non exequi usque ad extremũ. Ac. 5 b, Quod facere nunc ingredimur. & 39 b, Ingressus sum facere: id est cępi. de Diuinat. 108 b, De Diuinatiõe ingressi sumus dicere, &c. Topic. 221 a, Maiores nos res scribere ingressos, &c. è cursu ilipso reuocauit uolũtas tua. Att. 242 b, Ingressus eram dicere quid oportuisset.

INGREDI, pro ire simpliciter acceptum. Tuf. 164 a, Qui in cõpedibus corporis fuerunt, etiam cum soluti sunt, tardius ingrediuntur. pro Rab. 94 b, M. Aemilius uix ingredi potest. Ep. 153 b, Cum primùm posse ĩgredi cępi. Ep. 194 a, Ingrediperio gradu. Att. 38 a, Si dormis, expergiscere: si stas, ingredere: si ingrederis, curre: si curris, aduola. de Se. 78 a, Via qua nobis quoq; ingrediendum est. pro Cæl. 46 a, Via lubrica qua insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsiõe uix possis. de Or. 108 a, Neq; is consistens in loco, sed inambulans & ascensu ingrediens arduo. Or. 204 a, Vt ingredi liberè, non ut licenter errare uideatur.

INGRESSIO, onis. aggressio, itroitus. I. A. 196 a, Sic ab ingressione fori populum propulsari uideres. Or. 97 b, Ac uideo hanc primam ingressionem meam è media philosophia repetitam. Or. 216 b, Interdum cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio.

INGRESSVS, sus. incessus. de N. 20 a, Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio. I. P. 97 a, Vestigijs odorari ingressus cuiuspiam. de Or. 98 a, Orationis uestigia ingressumq; non uidi.

INGVRGITO, as. infero, immitto. I. A. 173 a, Cũ in eius copias se ingurgitasset, exultabat gaudio. de Fin. 66 b, Crudiũ; postrũdie se rursus ingurgitent: id est, repleant, ciboq; obruãt. In Pis. 88 b, Nunquam te in tot flagitia ingurgitasses.

INHABITABILIS, le. uastus, desertus. de N. 7 a, Inhabitabilis atq; inculta terræ pars.

INHAEREO, es. hęreo, infideo. de Or. 123 b, Quę sunt foris, neque inhærent in rei natura. & de Vn. 201 a, Sidera quæ suis sedibus inhærent. de N. 46 a, Beluæ ad saxa natiuis testis inhærentes. de D. 103 a, Animi qui corporibus non inhærẽt. Tuf. 155 a, Inhæret in mentibus quasi seculorum quoddam augurium futurorum. & 179 a, Eaq; inhæsit uiscẽribus. & 214, Inhæsit in uiscẽribus. de Di. 128 a, Quorum linguæ sic inhærerent, ut loqui non possent, hæ, &c.

INHAERESCO, scis. adhærẽsco. de Nat. 55 a, Bestiolæ in sordibus aurium tanquam in uisco inhærẽscunt. & Tuscula. 190 b, Poetæ leguntur, ediscuntur, & inhęrẽscunt penitus in mentibus.

INHALO as. exhalo. I. P. 82 a, Cùm ore fœtido deterrimam nobis popinam inhalasses.

INHIBEO, bes. cohibeo, cœptũ impedio. Am. 108 a. I. V. 269 a, Si re illius acerba imploratio & uox miserabilis nõ inhibebat. ne ciuium quidem Romanorũ, qui tum aderant, fletu & gemitu maximo cõmouebare. Att. 211 a, Inhibere illud tuum, quod ualde mihi arriserat, uehemẽter displicet, est enim uerbum totum nauticum, quanquam id quidẽ scibam, sed arbitrabar sustineri remos, cum inhiberi essent remiges iussi, id nõ esse eiusmodi, didici heri, cum ad uillam nostram nauis appelleret. non enim sustinent se, sed alio modo remigant: id ab ἐπέχειν remotissimum est: quare facies ut ita sit in libro, quemadmodum fuit. de Or. 97 b, Vt concitato nauigio cum remiges inhibuerunt, retinet tamẽ ipsa nauis motũ & cursum suũ, intermisso impetu pulsuq; remorum. contra Rul. 88 a, Sed tamen inhibet illis legibus spem nonnullã, cui adempturum est, aliquem scrupulum, cui datum est, id est, adhibet. I. A. 255 a, Inhibere supplicium alicui, id est, adhibere. pro Qu. 4 b, Quod si facere nolit at que inhibuerit eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere, sese nihil precari, &c.

INHIBITIO, onis. Att. 210 b, Inhibitio remigum motum habet, & uehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim.

INHIO, as. incubo. I. C. 115 a, Romulus paruus atque lactens uberibus lupinis inhians.

INHONESTE, turpiter, spurcè. Att. lib. 223 a, Accusauit Nasicam inhonestè, ac modestè tamen dixit.

INHONESTVS, a, um. turpis. pro S. R. 20 b. & pro Dom. 234 b, Profectò Attilium illum hominẽ turpissimum atq; inhonestissimũ iudicares. Ep. 115 b, Et herculè confecta omnia fœda & inhonesta sunt. Sal. in Cic. 271 a, Quæ honestè nominari non possunt, inhonestissima.

INHONORATVS, a, um. inglorius. Tuf. 201 b', Multi inhonorati proferuntur, & 208 a. Vita inhonorata & ingloria.

INHORRESCO, scis. exhorresco. de Or. 157 a. & de Diu. 85 b, Inhorrescit mare, tenebræ conduplicantur. Pacuuij. de repub. li. 4. teste Nonio, Horum in seueritatem dicitur inhorruisse primum ciuitas.

INHOSPITALITAS, tis.)(. Hospitalitas. Tuf. 214 b, Inhospitalitas, est opinio uehemens fugiendum esse hospitem.

INHVMANE, inhumaniter. Off. 57 b, Si quid ab homine detraxeris utilitatis tuæ causa, inhumanè feceris cõtraq; naturã. de Am. 104 b, Alios dicere aiunt etiam multo inhumanius.

INHVMANITAS, tis, immanitas, crudelitas. pro Deiot. 150 a, Quæ est ista tam impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? de Sen. 78 b, Importunitas autem & immanitas omni ætati molesta est. de Or. 93 a, Quod ego non superbia neque inhumanitate faciebam, sed, &c. I. A. 162 a, Sit hoc inhumanitatis tuæ. In Ver. 259 a, Mansuetudinem in crudelitatem inhumanitatemq; conuerti.

INHVMANITER, inhumanè. Qu. F. 321 b, Non possũ scribere me miratum esse, illum tam inhumaniter fecisse.

INHVMANVS, a, um. crudelis, humanitatis expers & uitæ cõmunis ignarus, qui nunquam particeps fuit humanitatis, immemor humanitatis, multum ab humanitate discrepans inurbanus ualde, inops humanitatis & inurbanus, ab omni humanitate derelictus, difficilis, agrestis, insuauium morũ qui nõ est homo & communi naturæ sensu caret. de Sene. 78 b, Moderati nec difficiles, nec inhumani senes tolerabilem

lem agunt senecturem. de Fi. 49 b, Vt Terentianus Chremes non inhumanus. de Fin. 103 b, Illa uox inhumana & scelerata. In Vat. 260 a, Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus, quis tam inhumanus? Att. 202 a, In isto tuo animo nihil agreste, nihil inhumanum est. Or. 213 b, Qui aures tam inhumanas tamq; agrestes habent. I. C. 106 a, Inhumana audacia. Off. 29 a, At hoc idem si in conuiuio faciat, inhumanus uideatur. de Orat. 142 a, Inops humanitatis & inurbanus, & 113 a. & ad Her. 26 b, O derelictos ab humanitate homines.

Inhvmatvs, a, um. insepultus. Tuscula. 171 a, Diogenes proijci se iussit inhumatum. de D. 138 a, Is cum esset proiectus inhumatus, amica corpus eius texit suo pallio. In Ant. 264 b, Idq; nec inhumati, nec dispersis bustis humili sepultura cremati.

Inibi, ibidem, contra Rull. 64 b, Luxuries Annibalem Capuæ corripuit, superbia nata inibi esse ex Campanorum fastidio uidetur. & I. A. 259 a.

Iniens, ineuntis. primus. Att. 2 b, Ianuario ineunte cura ut Romæ sis. & At. 55 b, Ineúte æstate. pro Pom. 11 a, Pompeius extrema hyeme bellũ apparauit, ineunte uere suscepit, media æstate confecit. de Finib. 113 a, Sed ut magnum certamen iniens. de Or. 93 a, Qui ab ineunte ætate incensus essem studio utriusq; uestrum. pro Pom. 4 a, Meæ uitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ. de Offic. 42 a. & Off. 25 a, Ineuntis ætatis inscitia senum constituẽda & regenda prudẽtia est. de Am. 100 a. & I. V. 148 a. & I. A. 102 b, Ineunte ætate. de Cl. 178 a, In his exercitationibus ineunte ætate fuimus. Epist. 143 b, Ab ineunte pueritia Off. 23 b, Ineunte adolescentia, cui inest, &c. In Vat. 55 b, Ab ineunte adolescentia. de Clar. 194 b, A prima adolescentia. pro Pl. 270 a, A prima ætate. de Leg. 158 a, A primo tempore ætatis iuri studere te memini. de Orat. 109 a, Tamen adolescentulus quantum illius ætatis meæ patiebatur pudor, multa ex eo sæpe quæsiui. de D. 91 b, Quinto anno exeunte.)(. Quinto anno ineunte. de Leg. 171 a, A paruis.

Inicio, cis. obijcio, immitto, infero. pro Cl. 33. a, Hic tum iniectus est hominibus scrupulus & dubitatio. I. C. 112 a, Ne temere à me tantus tumultus ciuitati inijceretur. pro Cec. 285 a, Sperarunt se iniecturos uobis causam deliberãdi & iudicandi iustam moram & religionem. pro Cec. 303 b, Cum Cotta decem uiris religionem iniecisset. pro Cec. 301 a, Cui periculum mortis sit iniectũ. pro Mur. 136 a. & I. V. 172 a, Inijcere timorẽ & desperationẽ alicui. de Pro. 78 a, Timor iniectus Cæsari de eius actis. de Fi. 132 a, Inijcere terrorem mortis alicui. Ep. 172 a. At. 101 b, Inijcere cupiditatem alicui & cogitationẽ. Qu. Fr. 306 b, Eo metu inijecto. pro Cl. 39 b, Suspicionẽ esse iniectam alicui. cont. Rul. 82 a, Tenuissima suspicione hostiũ iniecta. Att. 254 a, Inijcere spẽ alicui de aliqua re. pro Mil. 118 a, Clodius cui deorum ira mentem iniecit, ut Milonem lacesseret, eadem hanc eius satellitibus iniecit amentiã, ut, &c. pro Do. 216 a, Is meum nomen operarijs ediderat, imperitis iniecerat. pro Mur. 135 b, Atq; ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ, non tacente me maxima. pro Mur. 133 b, Quam te securim putas iniecisse petitioni tuæ? pro Qu. R. 53 a, Ipsa mihi ueritas manum iniecit, & paulisper consistere & commorari coegit. de Fin. 106 a, Inijcere uincula alicui. de N. 76 b, Inijcere laneum pallium alicui. de Nat. 84 a, Et Capitolinis iniecit sedibus ignes. de D. 92 b, Se interfectum in plaustrum à caupone esse coniectum, & supra stercus iniectum. I. V. 249 b, Nisi uerò existimatis hominem pecuniosissimum sine aliqua causa quæstus iniectũ ad tam incredibile crimen. Ep. 194 a, Cum mihi in sermone iniecisset, se uelle Asiam uisere. pro Quin. 12 b, Quod Hortensium, qui nuper iniecit, dicturum arbitror.

Inimice, infestè, inimico animo. pro Quin. 12 a, Inimicissimè atque infestissimè contendere cum aliquo. & de N. 3. Inimicè insectari aliquem. I. A. 176 a, Vide quàm tecum agam non inimicè.

Inimicitia, tiæ. simultas, alienatio, disiunctio. In Vat. 57 a, Videto ne nimium familiariter inimicitias exercere uideare. & 65 b, Tuscul. 213 b, inimicitia ira ulciscendi tempus obseruans. & Epistol. 29 a, Gerere graues inimicitias cum aliquo. Item, Suscipere graues inimicitias. pro R. P. 127 b, Nec me pœnitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere. ad Att. 228 b, Libentius deponimus inimicitias reipubl. nomine susceptas, quàm contumacia. & pro Clu. 58 a, Deponere inimicitias ueteres. & pro Fl. 146 b, Deponere inimicitias iustissimas cum aliquo. de Pro. 73 b, Inimicitias in uiris fortibus non solùm extinxit reip. dignitas, sed etiam ad amicitiam consuetudinem traduxit. pro Fl. 146 b, Denũciare nouas inimicitias alicui nulla accepta iniuria. pro Cl. 57 b, Nouis inter propinquos susceptis inimicitijs. pro Fon. 280 b, Infitas inimicitias inter gentes & habent, & gerunt cum populi Romani nouũ. pro Cęl. 44 a, Nec enim unquam muliebres inimicitias mihi gerendas putaui. pro Deiot. 149 a, Tamẽ inimicitias hominum more gerere poteratis. pro Sest. 19 b, Qui cum inimicitias sibi mecum ex reipub. dissensione susceptas esse dixisset, eas se dixit & temporibus & reipub. permissurum. Ep. 62 a, Vt tuas inimicitias reipub. donares, te uicisti. pro Sex. Rosc. 21 a, Erant ei ueteres inimicitiæ cum quibus Roscijs. pro Cæl. 44 a, Intercedunt mihi inimicitiæ cum illo. Epist. 115 b, Cauendum tibi erit, ne palàm simpliciter & candidè posuisse inimicitias uidearis. pro Cl. 53 b, Inimicitias inter aliquos esse. de Opt. 245 a, Intimijs inimicitijs incensa contentio. ad Her. 29 b, Eum quare putes inimicitias cum fide habere posse? I. V. 273 a, Tacitæ & occultæ inimicitiæ.)(. Indictæ & apertæ.

Inimicor, ris. Q. de Pet. 212 a, Sin autem neges, abalienari se & inimicantur.

Inimicvs, a, um. hostis, infestus, infensus, aduersus, alienatus, non æquus. iniquus meus, obtrectator meus, inuidus meus. de Or. 104 b, M. Cato Galbę grauis & acerrimus inimicus.)(. Ep. 17 b, Grauiter inimicus. Tusc. 216 a, Mors animi auersa ratione, inimicissimi mentis uitæque tranquillæ. I. V. 134 b. & pro Cecin. 291 a, Is aratoribus infestus atq; inimicus est. In Ver. 61 a, Homines qui illi inimici infensique sunt. Tusc. 222 a, Infensus & inimicus alicui. In Verr. 1304, Nemo illi inimicior quàm Claudius. de Or. 115 a, Vbi iudex amicus aduersario & inimicus tibi est? I. V. 110 b, Ille aspicere te nõ posset, inimicus, hostis esset. Att. 177 a, Qui mihi tam crudeliter inimici sunt. Ep. 12 a, Habere aliquã inimicũ. Qu. Fr. 302 a, Multos inimicos habemus. de Fat. 143 a, Quæ est tota Diodori uobis inimica sententia. I. A. 244 a, Cui semper fui amicus, antequã ille reip. tã apertè est factus inimicus. Postq. 200 b, Inimicus reipub. de Pro. 73 a, Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? de Fi. 131 a, Aliquem sibi esse inimicum atq; hostem. de In. 61 a, Inimicis & hostibus ea displicere. de Am. 107 a, Nulla uox inimicior amicitiæ pôt reperiri, quàm eius, qui. &c. Ora. 116 a, Nihil inimicius, quã oratio, uersibus. In Ant. 229 a, Gallia, quã sibi armis animisq; infestã inimicãq; cognouit. pro Qu. 2 a, Mihi summã p iniuriã oĩa inimica atq; infesta sũt. I. V. 78 b, Clamore alicuius infesto atq; inimico excitari. & 139 a, Infenso animo atq; inimico. pro Fon. 279 a, Inimico aio dicere aliq; d. de Am. 103 b, Hostis & inimicus, idem.

Iniqve. aduer. iniustè. Att. 275 a, At, hoc ipsum, inquies, iniquè facis. Bruti. pro Do. 230 b, Qui expulsi sunt iniquè. pro Pl. 270 b, Se iniquè à tuis iactatum grauiter queretur. pro Deiot. 149 b, Etsi iniquè castorẽ Domitio oppararetur. pro Deiot. 149 b, Etsi iniquè castorẽ Domitio oppararetur.

Iniqvissime. pro Cluen. 29 a, Iam hoc quoque propè iniquissimè comparatum est.

Iniqvitas, tis. iniuria. Par. 119 a. I. C. 109 b, Aquitas certat cum iniquitate. pro Qu. 2 a, Id accidit prætoris iniquitate & iniuria I. C. 119 b, Habere uidetur ista res iniquitatẽ si imperare uelis, difficultatem si rogare. Ep. 3 b, In tanta hominum perfidia & iniquitate. pro S. R. 18 b, Defendere autem ipsi propter iniquitatem temporum non audent.

Iniqvvs, a, um. habens. iniquitatem, iniustus, non habens æquitatẽ, iniurius.)(. Aequus. pro Plan. 267 a, Homo naturæ asper atq; omnibus iniquus. Ep. 151 a, Seruilius Ioui iniquus. Off. 69 a, Multi iniqui atq; infideles regno, pauci iniqui, sed boni. pro Qu. 1 b, Nam quid hoc iniquius aut indignius dici potest? de Ar. 244 b, Cui præripere destinatam laudem ualde esset iniquum. Att. 85 b, Credo Scaptium iniquius de me aliquid ad Brutum scripsisse. In Verr. 165 a, Iniquo infestoq; animo intueri aliquem. Tusc. 176 a, Iniquo animo ferre aliquid. Ep. 182 a, Scio me à te contra iniquos meos solere defendi. pro Plane. 267 b, Iniqui mei & defensorem meorum. pro R. P. 126 b. & pro Fon. 280 b, In quo æqui sperasse eum dicunt, peccasse iniqui. Epist. 5 b, Cęteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati.

Initia, orum. sacra Cereris. de L. 177 a, Athenæ nihil attulere melius illis mysterijs, quibus ex agresti uita exculti ad humanitatem sumus, initiaq; ut appellantur, ita reuera principia uitæ cognouimus. In Hortensio teste Augustino li. 4. contra Iulianum: Humanæ uitæ errorib. & ærumnis fit, ut interdum ueteres illi sue uates sint in sacris initijsq; tradẽdis diuinæ mentis interpretes, qui nos ob aliqua scelera suscepta multa superiore, penarum luendarum causa natos esse dixerunt, aliquid dixisse uideantur.

Initio, ris. deuouere, consecrare, sacris imbuere, inaugurare. Tusc. 154 a, Reminiscere quoniam initiatus es, quæ tradantur mysterijs. de N. 24 b, Omitto Eleusinam sanctam, ubi initiantur gentes orarum ultimæ. de L. 173 b, Neve initientur nisi ut assolet Cereri græco sacro. de L. 177 a, Diligentissimè sanciendum est, ut mulierum famam multorum oculis lux clara custodiat, initienturque eo ritu Cereri, quo Romæ initiantur. & ibid. Sacra quibus ipsi initiati sumus. Att. 60 a, Scire uelim num sensum impediant tribuni diebus initiandis. In Cat. 100 a, Quæ quidẽ fica, quibus abs te initiata ac deuota sit, nescio, quod eam necesse putas confusis in corpore defigere.

Initium, tij. principium, fundamentum, elemẽtum. Tusc. 168 a, Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster affert, sic exitum mors. de Orat. 95 a, Adolescentulus in initio dicendi sic exanimatus sum, ut, &c. Att. 278 b, Cui consili non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. de Orat. 113 a, Ab initio rerum Romanarum usque ad P. Matium Pon. Max. Att. 278 b, Hostes qui erant ab initio belli. de Clar. 116 b, Ab isto initio tractus est sermo, & ibi. Hinc Pomponi ductus est sermo. contra Rul. 69 b, Ducere initiũ rerum suarum alicunde. Attic. 143 a, Belli initium ducetur à fame. Attic. 170 a, Vt malè posuimus initia, sic cætera sequentur. de Clar. 176. L. Bestia bonis initijs orsus tribunatus tristes exitus habuit consulatus. contra Rul. 81 b, Facere initium ab aliquo. In Antonium, 264 b, Pansæ initiũ cũ hostibus conflignendi fecit. Epistol. 184 a, Cædis initium à me se factarum putauit. In Antonium, 198 b, Is cædis initium à me fecisset. At. 107 b. & 146 b, Facere initium armorum. Atti. 51 b, Tu uelim ut se initia dederint, ad me perscribas. de Diuina. 110 b, Quæ sint initia rerum ex quibus nascuntur omnia. Tusculan. 242 a, Initia & tanquam semina unde sint omnia orta, generata, concreta. Acade. 44 a, Illa initia, quæ græcè elementa dicuntur. de Legib. 169 a, Tibi aliud dicendi initium sumendum est. Epi. 7 a, Quemadmodum senatus initio censuit. & ibid. Redeo ad illud quod initio scripsi. & 159 a, De qua initio scripsi. pro Sext. Ros. 38 a, Ille qui initio proditor fuit, deinde perfuga. Epistol. 98 a, Initio, &c. pòst, &c.

Inivcvnditas, tis. asperitas. de N. 54 a, Ne quid iniucunditatis habeat oratio.

Inivcvndvs. aduer.)(. Iucundius. Attic. 19 b, Deinde te in his rebus quæ mihi asperius à nobis atq; à nostris, & iniucundius actæ uidebantur.

Inivcvndvs, a, um. insuauis, acerbus. Qu. F. 327 b, Rumor di ctatoris iniucundus bonis. de Fi. 49 b, Minimè nobis iniucundus labor. Ep. lib. 11. Inanem autem sermonem literarũ tibi iniucundum esse audiebam.

Inivngo, gis. importo, affero. D. Brut. Ep. 174 a, Tamẽ si quo casu Hystaram se traiecerint, ne quid detrimenti reip. iniungant, summa à nobis dabitur opera. Hoc uerbo, quod sciã Cicero usquam usus est.

Inivratvs, a, um. qui non iurauit, sine iureiurando.)(. Iuratus. I. V. 72 a, pro Syl. 173 b, Hæc iniuratus fum dicturus, quæ iuratus in concione dixi. pro Qu. R. 45 b, Quod in eo dicem iniuratus referre noluit. Off. 73 b, Iurauí lingua, mentem iniuratam teneo.

Inivria, riæ. iniquitas. ad Her. 32 a, Iniuria est, quæ aut pulsatione corpus, aut conuitio aures, aut aliqua turpitudine animum cuiusqiam uiolat. Off. 9 a, Iniuria duobus modis fit, ui aut fraude. I. Fraus. Att. 162 a, Pompeius, qui tibi ut beneficium daret, prius iniuriam fecit. I. A. 222 b, Honorem mortuo, cui iniuriam uiuo fecimus, faciamus. pro Fl. 160, Quid tibi tandem Deciane iniuriæ factum est. de Am. 110 b, Facere iniuriam, & pati iniuriam. Off. 5 b, Inferre iniuriam alicui & propulsare iniuriam ab aliquo. I. V. 193 b, & 151 b, & Ep. 66 a, Facere magnam iniuriam alicui. I. V. 63 a, Facere iniurias omnibus. Tusc. 239 a. & Ep. 7 a, & 53 a, Accipere quam facere præstat iniuriam. pro Qu. 4 b, Accipere insignem iniuriam. Topi. 228 a. & I. V. 64 a. & Att. 166 a. & de Clar. 175 a, Accipere iniuriam ab aliquo. In Vat. 104 a, Imponere iniuriam alicui pro Qu. 18 a, Imponere iniuriã alicui sine ignominia. In Vat. 199 a, Quid est enim in calamitate residui, quod nõ ad miseros aratores isto prætore per summã iniuriam ignominiamq; peruenerit. de Ar. 252 b, Iniuriam stupri in aliquem infero. pro S. C. 42 a, Vides ipsum ab sese tam atrocem iniuriã propulsare. Ep. 56 b, Nulla me ipsum priuatim pepulit signis iniuria. Ep. 15 a, Grauissimas iniurias uoluntaria obliuione contriueram. Epist. 5 b, Cæteris iniurijs, quæ præpositæ sunt à Catone, facile, ut spero, resistemus. pro Qu. 2 a, Id accidit prætoris iniquitate & iniuria. In Ant. 161 a, Non uenirem contra iniuriam? quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure prætorio? Par. 119 a, Quocunque aspexisti ut furię, sic tuæ tibi occurrunt iniuriæ. I. A. 241 a, Gallia æquo animo belli patitur iniuriam Par. 121 a, Iacere & immittere iniuriam in aliquem. pro Cec. 291 b, Actio iniuriarum. pro Cecin. 291 b, Vt meum ius tenam. & tuas iniurias persequar: id est, à te factas. pro Qu. Ros. 50 a, Iudicium damni iniuria constitutum. & 54 a, Liẽm damni iniuria cũm aliquo contestatam esse. Non iniuria, pro, non sine causa, non immeritò, hoc est, iurè, meritò. Quint. Fr. 327 b, Hoc horret Milo, nec iniuria: id est, non sine causa, iurè, meritò. pro Sest. 27 b, Hoc æquè turpe est atque illud, nec iniuria, propterea quod, &c. de Nat. 63 a, Nec mehercule iniuria. de Nat. 78 a, Non iniuria tibi illud accidit. I. C. 100 b, Ego tibi iniuria suspectus sum.

Inivriose, per iniuriam, contumeliosè, iniustè. Quint. Frat. 294 a, Quæ in magistratu iniuriosè decreuerant, eodem ipsis priuatis erat iure parendum. Brut. Att. 280 b, Temerè atque iniuriosè aliquid de aliquo suspicari. pro Pomp. 5 b, Mercatores iniuriosius tractati.

Inivriosvs, a, um. iniurius. contra Rul. 63 b, Ab inuito emere iniuriosum est. pro Cor. 59 b, In socios uero iniuriosum, & contumeliosum est, ijs præmijs exclusos esse, quæ, &c. ad Heren. 33 a, Auaritia est iniuriosa appetitio alienorum. de Leg. 164 a, Iniuriosa & facinorosa uita. Off. 9 b, Iniuriosus in proximos. ad Her. 9 b, Ratio descriptionis refelletur, si iniuriosa fuerit.

Inivrium, iniuriosum, iniquum. Officiorum, 70 a, Extorquebitne eam sapiens si potuerit? negas, quia sit iniurium.

Inivssvs, sus. sine autoritate uel concessu. Tuscul. 164 a, Vetat enim nos deus iniussu suo hinc demigrare. pro Cornel. 61 a, Populus Romanus non potest iniussu suo religione obligari. pro Quin. 15 a, Mittis iniussu prætoris. & pro Rabir. 92 a, & de Inuen. 53 b, Iniussu populi. Attic. 210 b, Placet ne tibi primum edere iniussu meo? Offic. 74 a, Sine autoritate senatus facere aliquid. de Leg. 171 b, Concessu suo sancire legem.

Inivste. iniuriosè, contra fas. pro Flac. 154 b, Facies iniustè Læli. de Fin. 59 b, Nec homini infanti iniustè facta conducunt. pro Mur. 145 a, Is iniustè neminem læsit. Off. 5 b, Iniustè impetum in quempiam facere.

Inivstitia, tiæ. iniquitas. Off. 5 b, Iniustitiæ duo sunt genera: unum, eorum qui inferunt: alterum, eorum qui ab ijs qui bus infertur, si possunt, non propulsant iniuriam. Ibidem 9 a, Totius iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum qui cũ maximè fallunt. id agunt ut uiri boni esse uideantur. Qui alijs nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, ut si in rem suam alienam conuertant. & de N. 74 b.

Inivstvs, a, um. iniquus, iniurius, iniuriosus, immeritus, indebitus. de L. 71 a, Qui perniciosa & iniusta populis iussa de scripserunt. Tusc. 239 b, Vir maleficus natura & iniustus. pro Flac. 164 b, Nemo erit tam iniustus, qui, &c. Off. 68 b, Id quàm iniustum in patriam esset, non uidebat. de Orat. 127 b, & Attico. 496 b, Aliquam iracundiam non iniustam,

sed meritam ac debitam fuisse defendere, Or. 290 a, Impo nere iniustum onus alicui.

INNASCOR, tis. ingignor. Off. 13 a, In magnitudine animi facillimè cupiditas principatus innascitur. de N. 32 b, Quib. innascitur ratio recta constansq;. Att. 18 a, Cum hæc domi innascantur. de Fi. 85 b, Innata est homini probitas gratui ta non uoluptatibus mutuata.

INNATO, as. de Na. 50 b, Cum pisciculi parui in concham hiã tem innatauerunt. & 46 a, Quot genera quamque disparia partim submersarum, partim fluentium, & innatantium bel luarum.

INNATVS, a, um. insitus, ingenitus, ingeneratus. de. Fi. 107 a, In sita uel potius innata cupiditas. & de In. 70 a, & 82 b, Non opinio, sed quædam innata uis. de N, 10 b, Insita uel potius innata cognitio. I. V. 264 a, Hoc non receptum est, sed innatum. de Vn. 203 a, Innatus atque insitus. I. V. 225 a, Id animis eorum insitum atq; innatum uidetur. Top. 226 b, Innatus & insitus.)(. Assumptus & aduentitius. pro Mil. 103 a, Est enim hæc non scripta, sed nata lex.

INNIXVS, xa, xum. de Aru. 258 a, Etenim uix hæc, si undique fulciamus iam labefactata, uix inquam innixa in omniũ nostrum humeris cohærebunt. Acad. 22 b, Intendit Apollo arcum luna innixus. I. Nitor.

INNOCENS, tis. integer, qui nemini iniuriam facit, quì nihil nocet. pro S.R. 27 b, Innocens si accusatus sit, absolui potest; nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. I. C. 107 a, Aliquis indemnatus innocens in exilium eiectus. & Tuf. 170 a, Innocẽs damnatus fum. de Cl. 180 b, Vir bonus & innocens. I. V. 201 b, Vir integer, innocens, religiosus. In Ver. 67 b, Innocens prætor. Par. 233 b. pro Mur. 138 a, Vita innocentum. Tuf. 236 a, Innocens dicitur, non qui leuiter nocet, sed qui nihil nocet. Ep. 104 a, Epistolam tuam cõscidi innocentem, nihil enim habebat, &c.

INNOCENTIA, integritas uitæ ac morum. Tuf. 193 b, Innocentia est affectio animis, quę nocat nemini, Græcè ἀβλαβεία. Or. 218 a, Nam ubi libido dominatur, innocentiæ leue præsidium est. I. A. 118 b, Vir summa integritate & innocẽtia. I. V. 59 a, Integritas atq; innocentia singularis. de Ora. 102 a, Innocentiam iudiciorum pœna liberare. I. V. 114 a, Innocentia Quin. Mutij.

INNOVO, as, renouo, nouum facio, nouã rationem suscito, nouum morem uel consuetudinem in rempublicam induco. I. P. 99 a, Quo te modo ad tuam intemperantiam scelerate innouasti.

INNVMERABILIS. le. infinitus, innumerus. Ac. 146 a, & de N. 7 a, Democritus ait, innumerabiles esse mundos. de Fin. 70 b, Reperiam multos uel potius innumerabiles, quibus, &c. de Nat. 12 b, Infinita uis innumerabilium atomorum. pro Qu. 6 a, Innumerabilis pecunia. Postq. 106 b, Innumerabilis multitudo. de Or. 121. Argumenta si ex rebus numeres, modica sunt: si ex reis, innumerabilia.

INNVMERABILITAS, tis. infinitas, ut ita dicam. de Nat. 16 a, Innumerabilitatemq; mundorum. & 23 a, Innumerabilitas atomorum.

INNVMERI, innumerabiles. de Orat. 117 a, E ludo Isocratis tã quam ex equo Troiano innumeri principes exierunt.

INNVO, is. nutu aliquid significo, nutu capitis loquor. pro Mu. 136 a, Atque ille ut semper fuit apertissimus, non se purga uit sed indicauit atq; innuit. ad Her. 32 b, Quid si iste suos hospites rogasset, immo innuisset modo. Epist. 231 b, Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio, & innuo.

INNVPTAE nuptiæ. de Or. 163 b, Qua tempestate Paris Helenam innuptis iunxit nuptijs. Poetæ.

INO. Tuscu. 154 a, Ino Cadmi filia, quæ Leucothea nominata Græcis, Matura habetur à nostris.

INOBSCVRO, as. infusco. I. A. 222 b, Nulla eius legationis posteritatem inobscurabit obliuio.

INOFFICIOSVS, a, um. illiberalis, inhumanus. Att. 215. Aliter enim fuissemus & in hos inofficiosi, & in nosmetipsos.

INOPIA, piæ. egestas, indigentia.)(. Copia. de In. 58 b, Si propter inopiam in egestate estis, pecuniam nõ habetis. de Senect. 78 b, Nec in summa inopia lenis esse senectus potest, nec sapienti quidem, nec insipienti in summa copia nõ grauis. de Am. 101 a, Qui amicitiam ex inopia atque indigentia natam uolunt. pro Do. 226 b, Frugum inopia.)(. Frugũ copia. In Antonium. 262 a, Rhodiorum inopia & fames, & summa annonæ caritas. pro Dom. 214 a, Inopia rei frumentariæ. I. C. 102 b, Inopia rerum omniũ. & 109 b, Inopia atque egestas alicuius, de Cl. 182 b, Cauenda est oratori inopia atque ieiunitas, & siccitas. Attic. 53 b, Homines meæ opera inopiam frumenti esse clamarunt. Atti. 92 b, Magna igitur ut uides solicitudine afficior, magna consilij inopia. Qu. F. 294 b. & pro Quin. 1 b, Inopia & solicitudo alicuius. pro S R. 26 a. Summam laudem inopia criminum alicui uitio dare. pro Dom. 229 a, Sedulius propter inopiam tecti in foro pernoctans.

INOPINATVS, a, um. nec opinatus, improuisus. pro Do. 216 a, In Verr. 113 a, Noua tibi hæc sunt & inopinata. & 111 b, Cũ hoc illi improuisum inopinatumq; accidisset. & Tusc. 207 a, Nihil inopinati accidit. Tuf. 217 a, Cui nihil improuisum accidere posit, nihil inopinatum. & 200. Omnia repentina & inopinata grauiora. Postq. 214 b, Neq; allata est à me res inopinata & recens. & Ep. 185 b, Res tantæ tamq; inopinatæ. Par. 122 b, Hoc est dictum inopinatum atq; mirabile Tuf. 201 b, Ista nec opinata, &c, & 227 a, Nihil opinatum. de N. 50 b, Vt in araneolis aliæ quasi rete texunt, aliæ autem ex inopinato obseruant, & si quid incidit, arripiunt. de Fin. 91 b. & I. A. 175 a, Nec opinato.

INOPPORTVNVS, a, um. importunus, alienus, incommodus. de Or. 144 b, Etenim est in eo loco sedes huic nostro non inopportuna sermoni.

INOPS, pis. pauper, nudus, impotens. de Clar. 188 b, Non erat abundans, non inops tamẽ. & In Ver. 184 b, Aerarij inops & exhaustum. pro Do. 222 b. de Cla. 187 b, Tam inops erã ab amicis, tam nuda resp. à magistratib. & Att. 1 a, Qui sic inopes & ab amicis, & æstimatione sunt, ut, &c. de Cla. 187 b, C. Lentulus non tardus sententijs, non inops uerbis. de Fin. 101 a, Quod nobis in hac inopi lingua non cõceditur. de Cl. 189 a, Disciplina Hermagoræ inops ad ornandum, ad inueniendum expedita. de Or. 112 a, Inops quidam humanitatis & inurbanus.

INORATVS, a, um. pro S.R. 22 a, Legati Ameriam, re inorata reuerterunt: id est, non orata: non exposita.

INORDINATVS, a, um. confusus, perturbatus. de Vn. 196 b, Id que ex inordinato in ordinem adduxit.

INORNATE. inculte. ad Her. 34 a, Non inornatè dicere.

INORNATVS, a, um. inconditus. incomptus, agrestis, horridus, sine nitore ac palæstra. de. I. 157 a. Or. 204 a, Inornata mulier, incõpta oratio. & 199 b, Tenuis & inornatus. ad Her. 41 b, Nuda atque inornata inuentio.

IN PRAESENTIA, in præsenti, in præsens, in præsens tempus in hoc uel alio quopiam tempore præsenti.)(. In posterum in posteritatem. In Vet. 123 a, Sopater cum hoc illi improuisum accidisset, commotus est sanè: neq; in præsentia Timarchidi quid responderet, habuit, nisi se confidetaturum. &c. Tuf. 247 b, Vestræ cœnæ nõ solum in præsentia, sed et postero die iucundæ sũt. Att. 111 b, Spero etiam in presentia pacem nos habere. pro Do. 215 a, Periculum in presentia atq; ante oculos propositum est.

IN PRIMIS, cum primis. I. Primis, non in postremis. Top. 124 a, Quod genus argumenti in primis firmum uideur. I. V. 89 a, Philodam' in primis inter suos copiosus. I. V. 113 b, Homo in primis domi suæ nobilis. de Clar. 195 b, Quorũ orationes sunt in primis in Asiatico genere laudabiles. Of. 43 a, M. Brutus iuris ciuilis in primis peritus fuit. pro Fon. 282 b, M. Fon. usu bellorum in primis eorum qui nunc sunt exercitus. Off. 75 a, Polybius bonus author in primis, scribit, &c. de Di. 128 b, Tarutius in primis Chaldaicis literis eruditus. de Se. 90 b, Multa in nostro collegio præclara cognouisti, sed hoc de quo agimus in primis, quod, &c. de Fat. 143 a, Cur. idem reliqui facere non possint? medicus in primis. Att. 252. Multa me mouent in discessu, in primis, quod, &c. Ep. 48 a. In omnibus ingenuis artibus, in primisque in hac, &c. Ep. 8 b, Quem in primis amamus charumq; habemus. & 22 a, In primis q; ego, &c. Ep. 226 a, Et ut audio, in primis uolunt ei soluere.

INQVAM. dico, ut dico, ut dixi, ut institui dicere, nerò, uerũtamen. In An. 181 b, Hunc unum diem, hunc unum, inquã, hodiernum diem defende si potes. de Amic. 96 a, Quam enim ipsos introduxit loquentes, ne, inquit, & inquam, sæpius interponeretur. Att. 20 b, Per mihi, per inquam, mihi gratum feceris. At. 101 a, Idem non assequi dedecus est nostrum, nostrum, inquam, te coniunges. de Am. 111 a, Quæ si quos inter societas est, &c. hæc est inquã societas, quæ, &c. I. V. 269 a, Crux, crux inquam, misero comparabitur? de Fi. 79 b, Delector enim, quanquam te non possum, ut ais, corrumpere, delector, inquam, familia uestra & nomine. de Fi. 92 b, Quonam modo, inquam, si una uirtus, &c. id ego inquam, si, &c. pro Flac. 164 a, Resp. quam uos uniuersum uestris humeris, uestris, inquam, humeris sustinetis. de Arch. 258 a, Atque ego hanc orationem P. C. tam tristem non suscepissem, non inquam, nisi, &c. Att. 100 a, Sed tamen hoc iucundissimum, quod te intellexi ad eum uenisse, ut eius animum erga me perspiceres, hoc, mihi, inquam, accidit iucundissimum. At. 12 a, Sum ille ego, &c. idem inquã ego, &c. Att. 112 a, Multo hæc, inquam, nostra res maior. de Nat. 20 a, At ista beatitas, &c. uerum ea quæcunque est, &c. Vero, uerum tamen, pro inquam. Att. 5 a, I. V. 148 b. & Epi. 77 b. de Finib. 91 a, Quanquam ea uerba, quibus ex instituto ueterum utimur pro latinis: ut ipsa Philosophia, ut Rhetorica, Dialectica, Musica, quanquam latine ea dici poterant, tamen, &c. Hoc loco deesse uidetur inquam, inquis, inquit. I. suo loco.

Instructus,a,um.paratus,comparatus, institutus, munitus ornatus.Or.198 b, Alij ad permouendos animos instructi & parati.& de Fin.76 b,Instructus ad mortem contemnendam.de Or.145 b,Instructissimus ad dicendum.Or.208 a, Sic igitur instructũ orator ueniet ad causã. de L.163 b,Hę rationes.quę satis scitè nobis instructæ & compositæ uidentur.Or.202 a, Oratio instructa sententijs & uerbis popularibus.pro Cęl.45 b,Hũc diuinis quibusdam bonis instructum atq; ornatũ puto.I.P.80 a, Prouincia exercitu & pecunia instructa & ornata.Br.Att.288 a, Artes, quibus scio Ciceronem instructissimum esse.de Fi.54 a,Instructior dotrinis.de Or.107 b, Cætera uerò ab optimo uiro, & istis reb.instructissimo familiari nostro lõgo mutuabor.de In. 54 a,Omnibus rebũ domus instructior & apparatior est.& ad Her.29 a,Paratior & instructior ueniret.Of.63 b,Canis nius emit hortos instructos.Ep.192 a. & I.V.163 a,Naues instructæ & paratæ.& pro Cl.55 b, Nauis instructa & ornata.Tusc.220 a,Instructus,armatus,paratus p sese.de Or. 112 a,Eam materiam orationis, quæ cuiusq; esset generis, studiosi qui essent dicẽdi omnibus locis descriptam,instructam ornatamq; comprehenderent, rebus dico & sententijs.d Cl.179 a,Qui à philosophia,à iure ciuili,ab historia esset instructior. & 186 a,Mediocriter à doctrina instructus,angustius etiam à natura.

Instructus,ûs.apparatus.de Ora.144 b,Eodem instructu ornatuque comitata.

Instrumentum,ti.supellex,apparatus, subsidium ad aliquid agendũ.de Or.98 b,In oratoris uerò instrumento,tam lautam supellectilem nunquam uideram.& 122 a,Instrumentum causarum,& generum omnium.& 142 b,Instrumentũ oratoris.& 151 a.de L.179 a,Iam æs atq; ferrum duelli instrumenta sunt non fani.de L.168 a,Homo multa instrumẽta habet ad adipiscendam sapientiam:id est,animum & ingenium,&c.de Cl.189 b,Quicquid habuit, habuit ex disciplina: instrumenta naturæ deerant.Ar.275 b,Antonius ab alio relictum regni instrumentum occasionem regnãdi habuit.& 282 b,Instrumentum regni delatum ad Antonium & Lepidum.Ar.107 a, Soluendi sunt nummi Cæsari,& instrumentum triumphi eò conferendum. I.C.106 a,Cum industrię subsidia atque instrumenta uirtutis in libidine aut daciaq; consumerentur.Item: Opera, ad quorum intelligentiam à natura minus habent instrumenti. de Fin.125 b, Nemo sine eo instrumento ad ullam rem illustriorem potest accedere: id est,sine bonis artibus uel scriptis Peripateticorum.de Fi.88 a,Qui tanto opus est instrumento in optimis artibus cõparandis? pro Mil.107 b, Exhibe quæso librarium illud legum uestrarum,quod te aiunt è domo illius eripuisse, ut præclarum inde munus & instrumentum Tribunatus ad aliquem deferre possis.pro Rab.123 a, Vt in augenda re non auaritiæ prædam, sed instrumentum bonitati quæreret.de Cl.96 b,Eloquentiam locupletasti gratiorum artium instrumento.I.V.223 a.& Art.197 a?, Hæc omnia in instrumento ac supellectili C.Verris nominabũtur.Ac.1 b,Totius belli instrumentis & apparatu.I.V.159 b,Apronius in eorum arationes uenit, omne instrumẽtum diripuit,familiam abduxit,&c.In Verrem,158 b, Arationes magna impensa magnoq; instrumẽto tueri.pro D.225 a,In fundum uicini consulis non instrumenta aut ornamenta aut certe iam appropinquare.Tusc.211 b,Quæ uenenata metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem instantia.In P. 93 b,Instant magnificentissimi ludi.Att.225 b,Ita mihi uidetur bellum illud instare.& 211 b,Mihi instat iter longum. de D.93 a,Quanquam iter instaret,&c.At.16 b,Instat nũc ille annus egregius.de Or.152 a,Instat enim ò pater,&c. de In.74 a,Cum sacrificij dies instaret.Ep.176 b,& 191 b, Tibi ab ijs instat periculum. ad Her.13 a,Fortunam sæpe

nibus necessarijs.I.V.125 b,Domum ornatam & structam ferè iam,iste reddidit nudam & inanem.I.V.213 b,Meque se satis,cum potestatem haberet,instruxisse & ornasse.I.V. 269 a, Ad iudicium non se satis instruxerat. & 67 b, Paratus atq; instructus in iudicium uenit.de Or.106 b, Cum ergo non ijdem in iure ciuili satis instructi esse possimus, ad hoc duntaxat, ne in nostra patria peregrini esse uideamur? & 112 a,Instruere se domesticis copijs.& 103 a, Oratorem esse instructum uoce,lepore quodam uolo.de Or.91 a,Oratorem omnibus ingenuis artibus instructum accedere ad dicendum.& de Cl.or.187 b, Instructus omni copia.de L. 163 a,Muneribus deorũ nos esse instructos & ornatos. pro Pomp.7 b, Mithridatis copiæ omnibus rebus ornatæ atq; instructæ,I.A.226 a,Græcia M.Bruti imperio autoritate, copijs non solùm instructa, sed etiam ornata dextram tendit Italiæ.Antequam.196 a,Quod iam non ad unius perniciem,sed ad uniuersorum instruitur calamitatem.Off.31 b, Nos ipsi à doctoribus atq; doctrina instructi ad rempub.& ornati accessimus.Or.198 a, Philosophia non satis instructa ad forẽses causas.& pro Cæl.53 a,Artes,quibus instrui mur ad hunc usum forẽsem,& ad capessendã rempub.Att. 71 a,Instruar consilijs idoneis ad hoc negocium.pro Cec. 291 a,Multitudinem hominum cogere, armare,instruere. & 292 a,Homines instructi & certis locis cum ferro collocati.& pro Cl.57 b,Instruere insidias in aliquo loco.In A. 193 b,Instruere aciem.& contra Rul.84 a,Bellum instruere,& exercitus ornare.pro Mur.129 a,Tu actionem instituis,ille aciem instruit.contra Rul.81 b, Vibs, quæ facere atq; instruere bellũ possit.pro R.P.129 a. & de Pro.71 a, Instruere exercitum.I.C.109 b,Instruite nunc contra ictos &c.uestra præsidia,uestros exercitus.pro Do.237 a,Tribunus consularibus copijs instructus. I.V.29 b,Accusatores ab aliquo esse instructos & subornatos.pro Cl.21 a, Omnis illa testium copia à matre est adornata,à matre hoc tẽpore instruitur,&c.pro Muræn.135 a,Petitionem consulatus diligenter adornare & instruere.de Sen.82 b,Senectus adolescentulos docet,instituit, ad omne officij munus instruit.de Orat.149 a, Hic quem instruimus, orator.Ac.28 b,Qui claros uiros à se instructos,dicant rempub.sæpe rexisse.de Cl.184 a,Curio cum tardus in cogitando, tum in instruendo dissipatus fuit.

Insvavis,ue.iniucundus.de Or.111 a, Qui uitam insuauem sine his studijs putatis.& Att.157 a,& Or.212 a,de Amic. 112 a.Ad Her.202 a,Quid insuauius, quãm clamor in exordio causæ?

Insvbres.pop.pro Corn.61 a,Fædera Germanorũ,Insubriũ, Heluetiorum,Iapidum,&c.Item: Asconius76.

Insvetvs,a,um.insolens,imperitus.Ar.36 a, Insuetus contumeliæ.& ibid.Insolens infamiæ.ad Her.25 a,Videte ne insueti rerum maiorum uideamini.

Insvla,læ.terra undiq; aquis cincta.Ità domus undique uias habẽs.Ep.253 a,Si insulam Britanniam cœpero cogitare. & Qu.F.317 a,Literę de insula Britãnia.I.V.233 b,Quod prædones procul ab insula Sicilia prohibuisset.pro Milon. 115 b,Insula in lacu Pretio.de Fin.137 b. Insulæ beatorũ. Ac.186 a,Non mihi tanti sunt,ut sine te sim totos dies. de Som.129 a,Omnis terra parua quædam insula est circũfusa illo mari,quod oceanum appellatis.de L.169 b,& 170 a,Sed uẽtum in insulam est, hoc enim quasi rostro finditur Fibrenus.& diuisus æqualiter in duas partes, latera hæc al luit:rapideq; dilapsus,citò in unum consluit.I.A.226 a,At hunc his ipsis ludorum diebus uidebam in insula clarissadolescentis Luculli.Off.65 a,Claudius proscripsit, insulã uendidit.pro Cæl.40 b,Nunc demum intelligo Clodij insulam esse uenalem:id est,domum.

Insvlse,ineptè,frigidè.Att.239 b,Sane insulsè, ut solet,nisi fortè quæ non ames,omnia uidentur insulsè fieri. & 65 b, Et est latum Hercule insulsè.& 75 a, Multa stultè,insulsè, arroganter dici & taceri.de Orat.129 a, Non insulsè interpretari aliquid,

Insvlsitas,tis,uanitas,stultitia.Att.73 b,Vix harum rerum insulsitatem fero.pro R.P.128 a, Iam nostis insulsitatem Græcorum.Att.214 a,de Cl.191 a,Chrysippi insulsitatem bene norat.

Insvlsvs,a,um, frigidus, absurdus,ineptus.de Orat.128 b, Quidam

Quidam sic insulsi extiterunt, ut nihil aliud eorum nisi ipsa insulsitas rideatur, At.73 a, Multa stultè, insulsè, arroganter dici & taceri. pro Cæl. 52 b, Adolescens nõ ĩsulsus & Tus. 151 a, Insulsus homo. Ep.156 a, Quæ nec illiterata, nec insulsa esse uideantur. At.215 b, O gulam insulsam.

Insvlto, as. irruere, illudere. I.V.262 a, Epicurus insultãs, in omnes. & ad Her.26 a, Insultare in miseriis alicuius. I.V. 262 b, Num tibi insultare in calamitate uideor? pro Fl.154 b, Nunc uerò non insultabo uehementius, nec uolitabo in hoc insolẽtius, neq; in istum nugatorem inuehar. pro Mil. 118 b. Clodius qui tot annos in hanc remp. insultauit.

Insvm, es. fum, infideo. de Or.156 a, In oratore perfecto inest omnis philosophorũ scientia & 103 a, Nõ ob eam causam inest in facultate dicendi iuris ciuilis scientia. Orat. 200 b, Inest enim natura philosophia in huius uiri mente quædã. Epist.71 b, Manere in uita, in qua nihil insit nisi miseria. de Ar.257 a, Nullum dedecus reperiri potest, quod in hoc nõ insit. de N.24 b, Superstitio in qua inest timor inanis deorum. de N.24 b, Democritus tũ censet imagines diuinitate præditas inesse uniuersitati rerum: tum principia mentes q; quæ sunt in eodẽ uniuersõ, deos esse dicit. Top.227 b, Oracula ex ipso appellata sunt, quod inest hic deorum oratio.

Insvmo, mis. impẽdo. At.77 a, Sic in prouincia nos gerimus quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruncius insumatur in quendam. de In.76 b, Insumere sumptum aut laborem in aliquam rem. Att.197 b, Plus insumptum in monumentum est, quàm, &c. I.V.181 a, Qui tantum præsens lucrum nulla opera insumpta contempserit.

Insvo, is. includo. Qu.F.300 a, Quoniã Smyrnæ duos Mysios insuitti in culeum. & pro S.R. 23 b, Insui in culeum.

Insvper, præterea. Ep.253 a, Catius insup Epicureus, &c. & ad Her.31 b, Non modò id non fecit, sed etiam insuper ipse grandi sponsione uinctus est.

Insvsvrro, as. flare, in aurem loqui, loqui. Ac.37 a, Fauonius ipse insusurrat. & Tusc.248 a, Insusurrare alteri: Qu. Fr.292 a, Nec in aures tuas fictè aut simulatè quæstus causa insusurretur. I.V.257 b. Insusurrare ad aurem alicuius familiariter. Attic.19 a. & pro Muræn.142 a, Insusurrare aliquid alicui.

Intabesco, scis. extabesco. de Nat.77 a, Diuturno morbo intabescere.

Intactvs, a, um. Ep.112 b, Intactus à sibilo peruenerat Hortensius ad senectutem.

Integellvs, a, um. integer. Ep.131 a, Suauissimum συνεσιόντον nostrum præstabo integellum.

Integer, a, um. incorruptus, inuiolatus, castus, solidus, totus, plenus, incolumis. de Or.104 b, Cũ esset ille uir exemplũ, ut scitis, innocentiæ, cumq; illo nemo esset neq; integrior, neque sanctior. & pro Plan.259 a, Vita integerrima. & Topic.226 b, Integer.)(. Contaminatus. I.V.201 b, Vir integer, innocens, religiosus. & de In.66 a, Homo integer & castissimus. & de Or.125 a, Iustus, integer, religiosus, perferens iniuriam. Ac.6 a, Integri & incorrupti sensus. de Fini. 7.1 b, Omne animal integrum se ac saluum uult. Tuscu.156 b, Multo etiam integriora ac puriora sunt, ut à te longissimè se efferant. de Diu.97 b, Integrum corpus.)(. Vitiosum corpus. pro Syl.182 a, Deos testor, integro me animo ac libero P. Scyllæ causam defendere. pro Do.225 a, Cum Gabinio integerrimas pacatissimasq; gentes ad diripiendum tradidisse. de D.86 b, Qui lituus in curia saliorum situs, cũ ea deflagrasset, inuẽtus est integer. pro Pl.277 b, Quos ego florentes atq; integros uici. pro Fl.159 a, Ex uera atq; integra Græcia. I.C.112 a, Literæ integris signis datæ. de Pro.72 b, Annus integer est nobis expectandus. pro S.R.43 a, Integram prædam sine sanguine habere. ad Qu.Fra. 310 a, Quintum uidi planè integrum. de Fin.78 a, Integra ualetudo. pro Qu.8 b, Dum existimatio est integra, facilè consolatur honestas egestatem. I.V. 69 a, Coniuges integras ab istius petulantia conseruare non licitum est.

Integer, solutus, liber. de N.61 a, Rudẽ me discipulũ atq; integrũ accipies. At.117 a, Quod me admones, ut me integrũ, quoad potsim, seruẽ, gratũ eit. Epi. 203 b, Referuare omnẽ cãm integrã alicui. Ep.11 b, Vt integrũ mihi de causa Campana ad suũ reditũ reseruarẽ. & 116 a, De Dolabella, integrũ tibi ut reseruẽs, suadeo. Br. At.289 b, Omnino tẽpora integrã tibi causam reseruant. Ep.14 b, Quod ne integram mihi ad consulẽdũ, &c. implicatus tenebar. Of.40 b, Is rem integram ad reditum suum iussit esse. & I.C.112 a, Vt ad consilium publicum rem integram referrem. Att.83 b, Præferrem cum integram rem causamq; relinquerim.

Integrvm esse, id est, liberum uel solutum esse, in nostra esse potestate, licere. pro Mar.137 b, Cum id iam integrum nõ esset: id est, cum non possem negare. I.A.158 a, Loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum nobis. Epi.15 b, Si mihi integra omnia ac libera fuissent. & 16 a, Si essem omnia mihi solutissima. I.P.92 a, Non est integrũ mihi tũ filio iã uti tuo. & Part.242 a, Quilibet si integrum daretur, eam sententiã diceret. Att.55 a, Mihi integrum est facere uel nõ facere. & Ep.18 b, At.282 a, Quod etiã idcirco trahebã, ut quàm diutissime integrũ esset. & 248 b, Quoniã, inquies, quoad erit integrũ. I.V.128 b, Cum tibi in integro tota res esset. Ep.76 a, Res adhuc in integro est. & 23 a, In integro res nobis erit. de Or.144 a, Hæc iã in integro nobis esse non possunt. pro Rab.95 b, Ego si mihi esset integrum susciperem hoc crimẽ. & Tus.240 b, Atq; ei ne integrũ quidẽ erat, ut, &c. pro Mar.125 b, Non iam mihi licet, neq; est integrum, ut non reos defendam. Att.146 a, Tũ posteriora deliberare, non scilicet in integra re, sed certè minus infracta. pro Flac.166 a, Cõstituent quid agant, quibus integrũ est. & ibid. Ii quibus integrũ est, qui nondũ ad honores accesserunt. Att.135 b, De triumpho erit, inquis, integrũ. At. 67 a, Sed hæc mallẽ integra re tecũ egisse, profectò aliquid egissem. pro Mur.134 b, Ea dicã uobis audiẽtibus amissoã repore, quæ ipsi soli re integra sæpe dixi. Att.200 b, Nisi hæc ætate absolutum erit, quã rẽ uides integrã restare, si scelere me liberatum non putabo. De integrò: id est, de nuõ. At.111 b, Itaq; ei de integrò gratulare. & 213 a, Epistola mihi de integrò scribenda est.

In integrũ restituere: id est, in pristinum statum. I. Restituere.

Integre. In Sal.272 b, Vita integerrimè acta. & de Fi.152 a, Incorrupte atq; integre iudicare. pro Pomp.4 a, In amicorum periculis castè integreq; uersari. de Op.244 a, Attice dicere: id est, quasi siccè & integrè.

Integritas, tis. Innocentia. de Fi.134 b, Summum bonum cumulatur ex integritate corporis, & ex animi ratione perfecta. & 72 a, Integritas corporis, ualetudo, &c. & Tus.147 b, Integritas ualetudinis. de Fin.143 b. Integritas unguiculorum omnium. de Cl. Vitæ grauitas & integritas. Qu.Fr. 293 a, Tua integritas & continentia. I.A.188 b, Singularis integritas alicuius, multis magnisq; rebus spectata. & ibid. Vir summa integritate & innocentia. In Verr.59 a, Integritas atq; innocentia singularis. de Or.111 b, Eadem facultate fraus hominũ ad perniciem, & integritas ad salutem uocatur. At.101 a, & 80 a, Cato integritatis & fidei mihi testimonium dedit. Qu.Frat. 292 a, Tertius hic annus habet integritatem eandem quam superior, cautiorem etiam ac diligentiorem. Attic.9 a, Ain' tandem Attice laudator integritatis & elegantiæ nostræ? de Cl.176 b, Incorrupta Latini sermonis integritas. Att.11 a, Xenocrates & Metellus Numidicus.

Integro, gras. recreo, reficio. de In.47 b, Animũ defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu renouatur.

Integvmentvm, ti. inuolucrum. I.P.82 a, Vereor ne quisti, qui istius insignem nequitiam frontis inuolutam integumẽtis nõdum cernat. Post.207 b, Frontis uti integumenta ad occultanda tanta uitia, diutius uti non licebit. de Orato. 141 a, Aliquando euolutus ut illis integumentis dissimulationis tuæ. & 98 a, Per quædam inuolucra & integumenta perspicere aliquid.

Intellectio, onis, synecdoche. ad Her.34 b, Intellectio est cum res tota parua de parte cognoscitur, aut de toto pars.

Intelligens, tis. ingeniosus, callidꝰ.)(. Idiota. I.V.200 b, de Vn.196 b, Nihil non intelligens intelligente præstãtus est. de Cl.181 a, Non semper uulgi iudicium cum intelligẽtium iudicio congruit. de Op.244 a, Qui teretes aures habẽt intelligensq; iudicium. de Fin.94 a, Doctus & intelligens uir, de Cl. 182 a, Intelligens dicendi existimator. de Cl.195 a, Existimator doctus & itelligẽs. I.V.300 b, Quæ nõ modò istũ hominẽ ingeniosum & intelligentem, uerũ etiã quemuis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent.

Rof.33 a, Quam sis audax hinc omnes intelligere possunquòd, &c. pro Cecin.292 a, Verum ita est ut dicis, te deiectum debeo intelligere, etiam si tactus non sis. Offic. 43 a, Quam qui audiunt, intelligere & sapere plusquam cæteros arbitrantur. de Fat.149 a, Ex quo facilè intellectum est, uerbis eos, non re disidere. Att. 178 b, De fando Frufinati redimendo iampridem intellexisti uoluntatem meam. I.V.178 a, Vnde ergo hoc intelligi potest? ex hoc maximè, quòd, &c. de Inuent. 81 b, Percipere quædam ex quibusdam. In Pison. 94 b, Oratio adolescenti non acriter intelligenti præceps. Orato. 197 b, Ille non intelligendi solùm, sed etiam dicendi grauissimus autor Plato. Att.135 a, Vtrum hoc tu parum meministi, an ego, non satis intellexi. & 128 b, Explicari mihi tuum consilium planè uolo, ut penitus intelligam. de Orat.111 a, Malo nõ intelligi orationem meam, quàm reprehendi. & 114 a, Sed ne latius hoc patere uideatur, hæc duntaxat in Græcis intelligo: quæ ipsi, qui scripserunt, uoluerunt a uulgo intelligi. de Nat.23 a, Puderet me dicere non intelligere, si uos ipsi intelligeretis, qui ista defenditis, & 10 a, Itaq; corpus quid sit intelligo, quasi corpus quid sit nullo prorsus modo intelligo. In Verr.222 a, Tametsi non tam multum in istis rebus intelligo. I.V.266 a, Quod iste neque attendere unquam, neq; intelligere potuit. de Amicit.200 b, Id si minus intelligitur, quanta uis amicitiæ sit, ex discordijs percipi potest. Part.124 a, Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc uerbum in quo homine ponimus? de Leg.184 b Cum dico legem, nihil aliud intelligi uolo, quàm imperium, sine quo, &c. de Legib.183 a, Nostræ legis interpretes, quo capite iubemur sumptus remouere, &c. hoc intelligunt, in primis sepulchrorum magnificentiam esse minuendam. de In.38 b, Ambiguum si concesseris, ex ea parte quam intellexeris, &c. & ibid. Cum autem dicebas, &c. illud accipiebã, &c. id est, intelligebam. de N.9 b, Illud non queo intelligere: id est, coniectura informare. de Or.95 b, Percipere aliquid animo. Top.222 a, Cernere & intelligere aliquid animo. de N.75 b, Interpretari aliquid peruerse: id est, malè intelligere. Oculis mentis uidere, l. Oculus.

Intemelii, pop. Ep.124 a, Celij.

Intemperans, tis. immoderatus, intẽperatus, qui se in omni libidine effundit, libidinosus, impurus, cupidus. Att.213 a, Intemperãs sum in rei cupiditate quam nosti. & de Sen.83 a, Libidinosã & intemperans adolescentia. Postquam.207 a, Vir libidinosus, impurus, intemperans. & Ep. 135 b, Homo intemperantissimus. In Vat.29 a, Sed fui paulò in te intemperantior fortasse quàm debui. I.V.184 a, Intemperans uir & impudica mulier. de Fin.83 b, Gallonis.)(. Piso.

Intemperanter. intemperatè, insolenter. I.A.155 a, Nimis iracundè & ualdẽ, intemperanter. Tus.149 a, Intemperanter abuti aliqua re. Or.214 b. & I.A.203 b, Intemperantius uti aliqua re.

Intemperantia, tiæ. intemperies, incõtinentia, insolentia. Tusc.213 b, Intemperãtia est à tota mente & à recta ratione defectio. de Fin.59 a, Intẽperãtia fugienda est. Ac.46 a, Et omniũ perturbationũ arbitrabatur esse matrem, immoderatã quandam intẽperantiam. cõtra Rul.89 a, Hæc ego uos concupisse pro uestra intemperantia nõ miror. Off.25 a, Si autem libidinum intemperantia accesserit, duplex malum est. Post.206 a, Qui ne sanctissima quidem parte corporis potuisset hominum impuram intemperantiam propulsare. pro Do.217 a, Is tãta fuit intemperantia, ut, &c. de Ar.253 b, Explere intẽperantiã alicuius. pro Cæl. 42 b, Is multa de incontinẽtia intemperantiaq; disseruit. de N.74 a, Iniustitiæ, intemperantiẽ, timiditatis, quæ semina essent.

Intemperate. intemperanter. de Vn.202 a, Immoderatè & intemperatè uiuere.

Intemperatvs, a, um. I.P.84 a, Intemperatissimæ perpotationes. & 95 a, Intemperatissima pecus. & de Am.110 b, Intemperata quædam beneuolentia.

Intemperies, ei. immodestia, procacitas. Att.58 b, Ne qui uideor non stultè illius amici intemperiem tulisse, rursus stultè illius iniuriam faciam illustrem.

Intempestive. Of.88 a, Ne irascamur intempestiuè accedẽtibus, aut impudenter rogantibus. & Ep.175 a, Qui ad nos intempestiuè adsunt.

INTEMPESTIVVS, a, um. peruersus, præposterus. Attic. 61 b, Nunquâ mihi tua epistola aut intêpestiua aut loquax uisa est. & pro Mur. 127 b, Intempestiuum conuiuium. de Am. 100 a, Amicitia nunquâ intempestiua, nunquâ molesta est.

INTEMPESTVS, a, um. concubius. I.A. 154 a, Cùm intempesta nox esset, mansi in uilla. I. V. 222 a, & 254 b, Repente nocte intempesta seruorum armatorum fit concursus. I. P. 99 b, Is nocte intempesta abijt.

INTENDO, dis, intendi, intensum & intentum. porrigo, contendo, intento, parco. Attic. 261 a. Et simul dextram intendit ad statuam. & I. A. Hic dextram ad sedes intendit Cassiopeiæ. Ac. 9 a, Mens naturalem uim habet, quam intendit ad ea quibus mouetur. & ibid. Intendere sensus ad res percipiendas. I.A. 235 b, Si fieri posset, uel plures te animos habere uellem, quos omnes ad Mutinâ intenderes. de Or. 102 a, Sed ut commonstrarem tantùm uiam, &c. ut fieri posset, digitum ad fontes intenderem. & 96 a, Studium nihil prodest perueniẽdi aliquò, nisi illud, quod eò, quò intẽdas, ferat deducatq; cognoris. de Orat. 124 a, Hoc tibi antea explicandum est, quàm illuc proficiscare, quò te dicis intẽdere. I. A. 213 b, Agitur uita & fortuna optimi cuiusque, quò cupiditatem infinitam cum immani crudelitate iampridem intendit Antonius. I.P. 80 b, Ego tela intenta iugulis ciuitatis de coniuratorum manibus extorsi. pro Sest. 12 a, Intenta signa legionum existimantur ceruicibus bonisq; uestris. Att. 33 b, Intendere periculum alicui. de Orat. 88 b. & pro Cec. 288 b, Intendere litem alicui, id est, inferre. pro Mil. 108 b, Alicui diem dicere, mulctam irrogare. actionẽ perduellionis intendere. de Pro. 73 b, Tela undique in patriam intenta. Ac. 12 b, Defigere & intendere animũ in aliquam rem. de * 75 b, Intendere considerationem in aliquam rem. pro S.R. 19 b, Peto à te ut periculum, quod in omnes intenditur, propulses. pro Mil. 114 b, Ista omnia in hunc unum instituta, parata, intenta sunt. de Ar. 242 b, Simul ac periculum iudicijs intendi, omnẽ illius impetum compresi. pro Qu. 8 a, Minas iactare, pericula intendere. pro Fl. In quo quid reprehendis? quod falsum intenderit? qui doces? pro Qu. 16 b, Is sibi eum nuper edidit socium, quem (quomodo nunc intendit) ne in uiuorum quidem numero tum demonstrat fuisse. I.C. 102 b, Si iste quò intendit, in Manliana castra peruenerit. pro Mur. 128 b, Vt eò quò intendit, maturè cũ exercitu perueniat. I. A. 226 a, Si C. Antonius, quod animo intenderat, perficere potuisset, id est, conceperat. Ac. 12 b, Parum defigunt animos & intẽdunt in ea quæ perspicua sunt. I.V. 68 a, Intendere animũ aliquò. de N. 12 b, Immensa regionum magnitudo, in quã se iniciens & intendens animus latè lõgeq; peregrinatur. Tusc. 187 a, Qui uolunt exclamare maius, non satis habent, latera, fauces, linguam intendere, toto corpore contentione uocis asseruiunt. Tusc. 187 a, Nunquam ingemiscit uir fortis, nisi fortè ut se intendant ad firmitatẽ. & ibid. In pro fundenda uoce, omne corpus intenditur. Academ. 20 b, Intendere longius aciem. Tusc. 217 a, Intendere aciem acrem in omnes partes. I.A. 235 a. Intendere animum ad aliquam rem, referre animum ad aliquam rem, animum alicuius intentum esse ad aliquid faciendum. Ep. 114 a, Intendere seaduersarium in magistratum alicuius. ad Heren. 15 a, Intendere controuersiam: id est, contestari litem. & 32 b. Huiusmodi intendere orationem, quæ redarguatur: id est, habere uel inferre. Ac. 22 b, Intendere arcum. Item: Intendit crinitus Apollo arcum auratum Luna innixus. Ora. 202 a, Intendere & remittere sonum uocis. In Horten. Quæro non quibus rebus intendam animum, sed quibus relaxem.

INTENSVS, a, um. inflata, tumida. Or. 208 a, Principia uerecunda, non elatis intensa uerbis.

INTENSIVS, aduer. uehementius, acrius, maiore cupiditate. ad Her. 41 b, Aliæ meliora sunt, quæ multò intensius petimus in uita.

INTENTIO, onis. contentio, diligentia. de In. 67 b, Cum animus hac intentione omnes totius negocij partes considerabit. Tuscul. 206 b, Mentem à cogitationum intentione, cantu & fidibus ad tranquillitatem traducere,

INTENTIO; criminis obiectio. ad Herem 6 a, & de Inuent. 44 a, Intentio, occidisti Aiacem. Inficiatio, non occidi.

INTENTIO, mens, consilium, animus. I.A. 258 b, Quorum ea mens idq; consilium est, ut eripere cupiant, &c. de Iu 78 a, Postea facti aut intentionis aduersariorum, cum ipso scri pro contentio.

INTENTO, as, Tuscul. 143 b, Dolor ardentes faces intentat. is fortitudinẽ & patientiam se debilitaturum minatur, pro Sext. Rosc. 35 a, Explicet suum uolumen illud, quod aiunt, Sext. Roscio. intentasse, & meditatum esse, se omnia illa pro testimonio esse dicturum. pro Mil. 108 b, Clodius nõ seruos, nõ arma, nõ uim intentauit? & ibidẽ: Hæc insidiata Pompeio est. de In. 78 a, Tum ipsum aduersarium quasi intentantis loco producendo, hoc interrogando, utrum, &c.

INTENTVS, tus. proiectio, porrectio. pro Sest. Voces quidem & palmarum intentus, & maledictorum clamores omnes profuderunt.

INTENTVS, a, um. extentus uel extensus, contentus, attentus. de Nat. deor. 7 b, Animum esse per naturam rerum omnẽ intentum & commeantem. & 11 b, In eas imagines mentẽ intentam infixamq; nostram. intelligentiam capere, quæ sit beata natura. de Or. 153 a, Voces, ut chordæ sunt intentæ, quæ, &c. de Senect. 84 a, Appius intentum animum tanquam arcum habebat. I.A. 235 a, Quamuis intẽtus animus tuus sit ad fortissimum uirum liberandum. contra Rull. 81 a, Intentis oculis omnes reipub. partes intueri. pro Pl. 55 Aliquid quàm maximè intẽtius oculis (ut aiunt) acerrimè contemplari. de Or. 128 a, Oratio lenis & summissa,)(intenta & uehemens. de Or. 107 b. Sermo paulo intentior. & ibid. Grauissimi sermonis lenitas.)(Summa uis & contentio. ibid. Qui ut Seruius Galba lateribus aut clamore contenderent. I.V. 241 b, & 252 a, In ore portus tabernaculo carbaseis intenta uelis collocabat.

INTER, in, cum In Ver. 269 a, Nulla uox alia inter dolorem crepitumq; plagarum audiebatur. de Orat. 88 b. Non sum nescius ista inter Græcos dici & disceptari solere. de Orat. 99 b, Qua de re inter Marcellos & Claudianos centum uiri iudicarunt. de Orat. 118 a, Nihil est enim quod inter homines ambigatur, in quo nõ queratur, &c. de Or. 122 a, Inter ingenium & diligentiam perpaulum loci relinquitur est arti. de Cl. or. 196 b, Galba fuit inter tot æquales unus excellens. & Or. 157 b, Vnus excellit inter omnes. de Cl. 285 b, Hortensius suos inter æquales longè præstitit. pro Pl. 156 b, P. Crassus inter equites Romanos summo splendore fuit. Or. 205 b, Furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari. de Somn. 129 a, Homines, qui terram incolunt, interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab alijs ad alios manere possit. de Am. 101 b, Ea charitas quæ est inter natos parentes. At. 124 b, Huius, n. operis maximi inter homines illum esse effectorem uolo. de Am. 102 b. Quæ se pe inter me & Scipionem de amicitia differebãtur. de Vi. 201 b, Hæc inter se pene cõtingũt. & ibid. Quos fratres inter se & agnatos appellare uidemus. pro Mil. 104 a, Vim inter ciues susceptam esse. Ant. 195 b, Non patiar ut opera mea manus inter uos cõseratis, & cædes ciuiũ inter se fiat. de Or. 104 a, Atq; hæc inter se iungi copulariq; possint. de Or. 129 a, Capita inter se contraria. & de Opt. 244 a. Cõtrarius. At. 86 b, Cicerones pueri amant inter se, discutant. de N. 25 b, Dij inter se diligunt. Qu. Fr. 523 a, Pueri ualetis & nos, & inter se amant. At. 58 a, Quæ fueramus ego & tu inter nos de sopore locuti. I. C. 113 b, Illi furtim inter se aspiciebant. de Or. 517 a, Alieni uolũtate similes inter se. Ep. 233 a, Nihil potest esse coniunctius, quàm nos inter nos risum tenere. 29 b. de Or. 91 b, Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares. & de Cl. 177 b, In reliqs dissimiles inter se fuerunt. de Ar. 258 b, Nostræ sunt inter nos iræ discordiæq; placãdę. Ar. 135 b, Duæ artes inter se pares. I.V. a, Vobis inter uos uoluntas fuit coniuncta. de Clar. 173 a, Sed etiam ipsorum inter ipsos concessu ita tributũ est. Attic. 27 a, Vna spes salutis est, istorũ inter istos dissensio. de Amicit. 105 b, Bonis inter bonos quasi necessariã benevolentiã esse. de Nat. 15 b, Hoc mirabilius. q uos inter uos lentiã esse. de Nat. 15 b, Hoc mirabilius. q uos inter uos locutí sum tenere positis. At. 158 a, De ea re nos inter nos locuti sumus. de Diu. 92 b, Nos inter uos esse complexos. de Or. 136 a, Sed quid uos inter uos? Ep. 130 a, Puto fore ut mire, id nos locutos esse inter nos; quod nũquã locuti sumus. de Am. 121 b, Neq; solùm colent se inter se, sed, &c. Officia 11 a, Ac latissimè quidẽ patẽs hominibus inter homines omnibus inter omnes societas hæc est. & 5 b, Hominum inter homines societas. & ibid. Ipsi inter se alij alijs prosunt. I.A. 230 b, Quorum summum quondam inter ipsos odium meministis. pro Cor. 67 a, Nostras inimicitias ipsi inter nos geramus. Attic. 229 b, Vt nosmetipsi inter nos coniunctiores simus. pro Qu. 3 a, Vt aut uteriq; inter se aut neuter satisfaret. Attic. 131 b, Qui inter se ne noti sunt. de Fin. 127 a, In eo nonnunquam uariari inter eos & dubitare uidetur. Epist. 13 a, Atq; utinã hæc inter nos studia exercere possemus. pro Cec. 294 b, Sermo familiaris non cohærebit, sed uerba inter nos aucupabimur. de Or. 100 a, Sermo quem illi quondam inter se de his rebus habuissent. & Ep. 130 a, Sermo inter nos habitus. Ep. 200 a, Non enim id inter nos facere debemus. de Or. 102 a, Multum inter se distant istæ facultates, longeq; sunt diuersæ arq; seiunctæ. de Fa. 143 a, Si in sphæra maximi orbis sunt, medij inter se diuidũtur. pro Qu. 8 a, Qui inter tot annos ne appellarit quidẽ Quintiũ. pro Pom. 17 a, Qui inter tot annos unus in uetus est quẽ socij in urbes suas cũ exercitu uenisse gaudeant. I.V. 135 a, Vt dies quadraginta quinque inter binos lustros tolerentur. In Anton. 172 a, Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset. Qu. Fr. 324 a, Hæc inter cœnã Tironi dictaui ne mirete alia manu esse. de Leg. 167 b, Vsucapionem X II. tabulæ inter quinque pedes esse uoluerũt. Att. 135 b, Inter me & Brundusiũ Cæsar est. Item: Hoc inter me & illos interest, quod, &c. pro Sest. 10 a, Iudiciũ inter sicarios cõmittitur. I.V. 89 a, Philodamus in primis inter suos copiosus. Att. 95 b, Literæ, in quibus ἐπαχθῆ interscripseras de Or. 156 a, Cũ cæteris tuis laudibus hæc est maxima, id est, inter, &c. de Cl. 104 a, Hic orator in illis numerari potest. pro Fl. 155 b, Vtrum in clarissimis ciuibus est is?

INTERAMNA, næ. opp. At. 212 a. & pro Dom. 129 a.

INTERAMNIS, p Milone, 110 b, Caius Calsius interamnis.

INTERCALARIS, re. Februarius, quod in eo dies unus interponitur. Ep. 90 b, 91 a, Ad VI. Cal. intercalares priores. pro Qu. 14 b, Dic Nævi diem, ante V. Cal. intercalares. & ib. Pridie Cal. intercalares.

INTERCALARIVS, ria, rium. intercalaris, id est, interpositus, interiectus. I.V. 134 b, Tunc cephaleditani decreuerunt intercalarium XLV. dies longum, ut reliqui menses in suã rationem reuerterentur. & ibidem, Est consuetudo Siculorum cæterorumq; Græcorum, quod suos dies mensesq; cõgruere uolunt cum solis lunæq; ratione, ut nonnunquâ, si quid discrepet, eximant unum aliquem diem aut summum biduum ex mense, quos illi exhæresimos dies nominant.

INTERCALO, as. interpono, adiungo, prorogo. Ep. 116 a, Curio bellissimè, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum. et 96 b, Quotidie uota facimus ne intercaletur. Att. 75 b, Te rogo ut pugnes, ne intercaletur. At. 72 a, Præmuni quæso misimus annui, ne intercaletur quid. Att. 83 b, Cum scies Romæ intercalatum sit necne, uelim ad me scribas. de Leg. 75 b, Quod tempus, &c. diligenter habenda ratio intercalandi est.

INTERCAPEDO, nis. intermissio, interuallum. Epist. 164 a, Itaque iam me non pœnitebit intercapedinem scribendi fecisse. de Fin. 61 b, Quas ob causas in eorum uita nulla est intercapedo molestiæ: id est, uacuitas. Ep. 140 b, Quid enim non honestum uerbum est diuisio? ac inest obscœnũ, cui respondent intercapedo.

INTERCEDO, dis. intersum, interuenio. de Orator. 116 b, Vix annus intercesserat ab hoc sermone cohortationis meæ, cum iste, &c. pro Clu. 32 b, Vnus & alter dies intercesserat, cum res parum certa uidebatur. de Fini. 86 a, Ne id quidem fieri potest, nisi cum multa annorum intercesserint millia. I.V. 226 b, Vna nox intercesserat, cum, &c. & I.C. 98 a, Nox nulla intercesset, mox interfectus est. pro Qu. 8 b, Is qui cũ tibi affinitas, societas, omnes deniq; caussæ & necessitudines ueteres intercedebant. & 9 b, Affinis meus qui cum mihi necessitudo uetus, controuersia de re pecuniaria recens intercedit. Ep. 89 a, Veteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt. pro Cæl. 44 a, In tercedunt mihi inimicitiæ cum illo. Ep. 227 a, Multaq; & magna inter nos officia & paria & mutua intercedunt. Ep. 203 b, Cũ quibus si mihi nulla causa intercederet, tamẽ te rogarem. & de Pro. 77 b, Explicabo breuiter quæ mihi sit ratio & causa cũ Cæsare. de Amicit. 110 a, Si morum aut studiorum commutatio facta erit, aut in reip. partibus dissensio intercesserit. ad Her. 5 b, Ratio, quæ nisi intercederet, nec causa quidem esset, &c. Ep. 3 b, De his rebus pridie quàm hæc scripsi, senatus autoritas intercesserat. Ep. 242 a, Cum uestra autoritas intercessisset, ut ego regẽ tuerer. de Cl. 160 a, Itaq; cum, & si nemo intercedebat, qui se illi anteferret, neq; secũdũ tamen neq; tertium dixerim. de Fi. 104 a, b, Ea natura est hominis, ut cũ genere humano quasi ciuile ius intercedat. Ep. 14 b, De Vatinio autẽ primũ reditus intercesserat in gratiã. Ep. 213 b, Inter nos uetus usus intercedit.

INTERCEDERE pro aliquo, id est, rogando impetrare, uel spondere. Att. 85 a, Ascribit etiam intercessisse se pro eis magnam pecuniam: id est, quasi rogando impetrasse. In A. 169 a, Tantum enim pro te intercessisse dicebat. Ep. 16 a, Nullum meum minimum dictum, non modò factum pro Cæsare intercessit, quod ille, &c.

INTERCEDERE, resistere, aduersari, cõtrauenire, obstare. de Or. 129 b. Tribuni ex templo pulsi cum intercedere rogationi uellent. Qu. F. 311 b, Monstra de aliquo promulgare quibus intercedat nemo. de Leg. 187 b, Quod legationis genus ego consul sustulissem approbante senatu, nisi mihi Leuinus Trib. Ple. intercessisset. pro Qu. 12 a, Quid si M. Brutus intercessurum se dixit, &c. uidetur ne intercessisse appellatio tribunorum? de Pro. 72 b, Sed mihi credite, nunquam succedetur illis, nisi cum ea lege referetur, qua intercedi de prouincijs non licebit. Ep. 3 b, De his rebus pridie quàm hæc scripsi senatus autoritas grauissima intercesserat, cui cũ Caro & Caninius intercessissent, tamẽ est perscripta. Ep. 7 a, Eaq; quæ de reductione regis scripta est autoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino regem reduceret, tãã uim habet, ut. Att. 10 b, Qui ueritus est, ne Fufius ei legi intercederet, quæ ex S.C. ferebatur. Ep. 151 a, Meeq; sententiæ quæ secũda pnũciata erat, cũ frequẽs assentiret senatus, rogatu Seruilij P. Titius intercessit. Ter. 22 a, Si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit. i. obstiterit.

INTERCEPTIO, onis. pro Cl. 53 a, Quæ deinde interceptio, poculi? cur non de integro autem datum?

INTERCEPTVS, ta. ad Qu. Fr. & Att. lib. 1. Literæ interceptæ.

INTERCESSIO, onis. quam uulgus oppositionem uocat, præsertim in causis forensibus. contra Rull. 72 a, Cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura. & In Orat. 157 b, Quas tu mihi intercessiones inquis? Or. lib. 1.

INTERCESSOR, oris. qui obstat & resistit alicui. pro Syl. 179 b, Cæcilius agrariæ legi intercessorem fore perpessus est. Q. F. 305 b, Clodius poterit conciones concitare, deinde etiam intercessor parabitur. de L. 186 a, Intercessor rei malæ salutaris ciuis esto. pro S.R. 36 b, Postremo isto hortatore, intercessore ad Syriam non adierunt. In A. 161 a, & Ep. 151 a, Intercessor grauissimus.

INTERCIDO, dis. cado. pro Deiot. 148 b, Peteant amici, dum unã inimicii intercidant. dictum Domitij ex uersu, quod am Græco. Ep. 64 b, Si qua interciderunt, non tam re quàm suspicione uiolenta, ea, &c.

INTERCIDO, dis. interscindo. Parad. 125 a, Mercedũ pactiones in patrocinijs intercisæ. pecuniarum in concionibus candidatorum.

INTERCIPIO, pis. in itinere capere, auferre. Ep. 157 a, Ne literæ à latronibus interciperentur. & Attic. 7 b, Literas aut interire, aut aperiri, aut intercipi. Attic. 159 b, De his rebus, quas intercipi periculosum esset. pro Cluent. 53 a, Venenum cum in mulso daretur, quendam eius familiarẽ interceptisse, bibisse, mortuum esse. contra Rull. 66 b, Honos ad alienæ petitionis occasionem interceptus.

INTERCISE. Part. 232 a, Intercise atq; permiste dicere.

INTERCISVS, a, um. L. Velinus.

INTERCLVDO, dis. interseptio. Parad. 117 b, Qui Carthaginensium aduentum corporibus suis interclundendum putauerunt. Postquam 201 a, Inimici mei corporibus ciuium trucidatis, flumine sanguinis meum reditum interclundendũ putauerunt. de Pro. 70 a, Byzantij Mithridatis impetum ægrè repulsum, & ceruicibus interclusum suis sustinuerunt.

nuerunt. Attic. 107 b, Ille à commeatu & reliquis copijs intercludendas. Cæl. Epistol. 112 a, Ipsum apud Bellouacos circunsederi, interclusum ab reliquo exercitu. Atti. 138 a, Plane capti intercluſiõ; ſumus. pro Cec. 301 a, In ijs ipsis intercludere insidijs, quas mihi conaris opponere. de Fin. 89 a, & Ep. 244 a, Intercludere aditum ad aliquem locum. pro S.R. 36 b, Intercludere omnes aditus alieni ad aliquẽ. pro Syl. 167 b, aditum ad aliquem locum alicui esse interclusum, cont. Rull. 81 a, Cum a ciuibus interclusum sit præsidium. & Anteq. 194 a, Aliquem locum præsidijs interclusum teneo. pro Cl. 56 b, Hoc modo innocentiæ defensio interclusa respirat. In Verr. 262 b, Intercludere perfugium fortunæ alicui. Attic. 115 a, Intercludere fugam alicui. Att. 127 a, Iter meum interclusum putabam. pro Rab. 91 a, Intercludere omnes seditionum uias, munire præsidia reip. Att. 123 b, Intercludor dolore.

INTERCLVSIO, onis. impedimentum. de Or. 159 b, Clausulas & interpuncta uerborum, animæ interclusio & angustiæ spiritus attulerunt.

INTERCLVSVS, a, um. pro Cæl. 46 a, Via deserta & inculta atque interclusa iam frondibus & uirgultis.

INTERCOLVMNIVM, nij. colũnarum interuallum. Quint. Fr. 319 a, Edera conuestiuit qua basim uillæ, qua intercolumnia ambulationis. In Verr. 86 a, Signa omnibus intercolumnijs disposita. & ad Her. 21 b, Vt ædes, intercolumniũ.

INTERCVRRO, ris. intercedo, interuenio. In A. 217 b, Pugnatur acerrime, qui intercurrerent, misimus tres principes ciuitatis, & ad Heren. 3 a, Alterũ genus est narrationis, quod intercurrit nonnunquam. Tusc. 182 b, Ergo his laboriosis exercitationibus dolor incurrit nonnunquam.

INTERCVS, tis. quod inter carnem cutemq; est, ut aquam intercutem dicunt latini morbum, quem hydropem uocant Græci. Offi. 70 b, Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem.

INTERDICO, cis. prohibeo, ueto, decretũ interpono. de Ora. 103 a. Neque enim interdictum est à rerum natura, aut à lege aliqua, aut more, ut singulis hominibus ne amplius quã singulas artes nosse liceat. de Fin. 50 a, Nec mihi ne faciam interdictum puto. pro Cor. 60 a, Non modò nullo proposito præmio, sed etiam interdicto. pro Cæl. 47 b, Si quis est, qui etiam meretricijs amoribus interdictum iuuentuti puret. de Sen. 81 b. Nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet. de Ar. 246 a, Vt huic furiæ uox interdiceretur. I.V. 114 b. Si prætor improbus, cui interdicere nemo posit, det quẽ uelit iudicẽ. pro Cec. 289 a, Prætor ut est cõsuetudo de ui hominibus armatis, sine ulla exceptione, tantum ut unde deiecisset restitueret. pro Cec. 291 b, Prætor qui de fossis, de cloacis, deq; minimis aquarum controuersijs interdicit. Itẽ: Hanc legem Clodius scripsit: ut interdictum sit, cui non sit interdictum. pro Dom. 229 a, Quod de omnibus interdictum est, scriptum est in legibus. In A. 157 a, Leges, quæ iubent, ei qui de maiestæ damnatus sit, aqua & igni interdici. I A. 207 a, Sic cõtendit, tãquã si illa acqua & igni interdictum sit. pro Dom. 222 b, Vt M. Tullio aqua & ignis interdiceretur. 229 b, Vt mihi aqua & ignis interdiceretur. Epistol. 167 b, Futurum puto ut aqua & igni nobis interdicatur. ad Her. 24 b, Quibus aqua & igni interdictum est.

INTERDICTIO, onis. pro Do. 229 a, Tecti & aquæ & ignis interdicti o.

INTERDICTVM, cti. propriè prætoris dictum est, ac formula qua quid aut fieri iubet, aut uetat, præsertim cũ de possessione contenditur: deinde etiam omnis uetandi formula. cont. Rul. 89 a, Ergo hac lege prætorum interdicta tollentur. & Att. 117 a, Cæsaris interdicta respuentur. Or. 266 a, Causa pro Cec. de uerbis interdicti fuit. pro Cecin. 291 b, Tum per hoc interdictum eũ restitui oporteret. & 286 b, possessionẽ per interdictũ repetere. de Ora. 88 b, Multisq; præessem, qui tecum interdicto contenderent, aut exiure manu consertum uocarent. &c. Ep. 253 a, In hoc interdicto non solet addi in hoc anno. I.P. 83 a, Tamẽ id ijs non licere per interdicta crudelitatis tuæ potestatis erat non ferendæ. pro Dom. 227 a, Flamma temporis, interdictum sceleris, uox furoris. I.P. 90 a, Gabinius numen interdictumque deorum regi uendidit.

INTERDIV. ad Her. 7 a, Tempus ita quæritur, qua parte anni, qua hora noctu, an interdiu, factum esse dicatur.

INTERDVCTVS, ctus. distinctio uel nota. Orat. 219 b. Oratio non spiritu pronunciantis, nec interductu librarij, sed numero coacta debet institere.

INTERDVM. est cum, nonnũquam. de Cl. 186 a. Acumen M. Pisonis sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum. Or. 216 b, Interdum cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio. de Fi. 73 a, interdum, uel potius nimium sæpe. de Or. 162 a, Gemmatio uerborum habet interdum uim, leporem alias. ad Her. 32 b, Est cum non est satius, si, &c.

INTEREA. interim, tantisper, hoc interim spacio. pro Qu. 4 b, Hæc dum Romę gerũtur. Quintius interea, &c. & 3 a, Nec interea uerbum interposuit Næuius. & pro R.P. 123 a, In A. 200 a, Teretur interea tempus. de Or. 100 b, Interea dũ hæc quæ dispersa sunt, coguntur. Epistol. 69 b, Tu interea cessabis.

INTEREO, is. morior. de N. 66 b, Non intelligo quomodo color extinctio corpora intereant, non intereant aut humore aut spiritu amisso. At. 35 b, Vt posse uideremus sine dolore interire. de Na. 67 a, Ignem interiturum esse nisi alatur. Quint. Frat. 295 a. Cum id quod dabatur non esset interiturum. pro Arc. 187 a, Tabulæ publicæ omnes tabulario incendio interierunt. Att. 7 b, Literas aut interire, aut aperiri, aut intercipi. de Fi. 99 b, Vt interit magnitudine maris Aegei stilla muriæ. Ac. 44 b, Nihil ualentius à quo intereat. & ib. a, Eoq; etiam interire non in nihilum, sed in ius partes. pro Mur. 230 a, Maiores sacra interire noluerunt. & ib. Interimendorum sacrorum causã. pro Dom. 220 b, Quid sacra Clodiæ gentis cur intereunt, quod in te est?

INTEREST, rat. refert, ad rem est.)(. differt, distat. I. A. 146 a, Id potissimum faciam, quod maximè interesse reip. iudicabo. pro Mur. 125 a, Offerendam alio loco, quantum salutis communis interfit, duos consules esse, &c. Ep. 55 a, Multum interest rei familiaris tua, te quàm primum uenire. de Fi. 79 b, Interest omnium rectè facere. Qu. Fr. 309 b, Hoc uehementer interest reipu. de L. 177 b, Ciuitatum hoc multarũ in Græcia interfuit, antiquum uocum seruare modum. In A. 157 a, Quis enim est hodie, cuius interfit hanc legẽ nere? pro Mil. 112 a, Semper Milo quantum interesset P. Clodij, se perire cogitabat. Att. 231 b, Cupio excurrere in Græciam magni interest Ciceronis, uel mea potius, uel me herculè utriusque me interuenire discenti. & 205 a, Magni interest mea, una nos esse. Epi. 33 b, Vtriusq; nostrũ magni interest, ut te conueniã. de Clar. 188 a, Atheniensiũ plurimi interfuit firma tecta in domib. habere, quã &c. & ib. Plus interest reip. castellum capi, quàm, &c. At. 158 a, Nihil illius interest, quod in senatum non uenis. & 48 b, Non quomea interesset loci natura. At. 183 b, Illud mea magni interest, te ut uideam. pro Syl. 182 a, Vestra enim, qui utrisq;, &c. hoc maxime interest. At. 38 a, Permagni nostra interesse esse Romæ. & 122 a, Scio quãti reip. interfit, omnes copias in unum locum conuenire. C 126 a, Magni interest reipu. omnes copias, &c. & 143 b, Permagni eius interest, rẽ adiũ terregnum uenire. pro Clu. 49 a. Nec sua putat interesse. &c. Ep. 85 a, Non tantũ interest, quo animo feritur, quã quo accipiatur. Ep. 30 a, Quod mea & reip. interest. Ep. 19 a, & de Inu. 49 a, Si quid est quod eos scire aut nostra aut ipsorũ interfit. Epi. 202 a, Quod mea intelliges multũ, mea nullam in partem interesse. pro Pl. 262 b, Hic è præfectura Atinati non tam honorata, quantum interesse uis ad rationem petendi. de N. 3 b, Magnum interest ad decus & laudem ciuitatis, ita fieri. Epi. 257 a, Magni ad honorem nostrum interest, quàm primum te ad urbem uenire. & 67 b, Equidem ad nostram laudẽ non multum uideo interesse sed ad properationẽ meam interest, non te expectare, &c. Epi. 29 b, Magni enim uidebatur interesse ad eam necessitudinem, quam nobis fors tribuisset, consuetudinem quoq; accedere. Tusc. 153 a, Non sentientis autẽ nihil est illam in partẽ quod interfit. At. 172 b, Neq; ad id quod quæris multũ interest. de Arus. 246 b. Ad facinoris disquisitionẽ interest, adesse quãplurimos. At. 276 a, Magnopere interest, oppriimi Dolabellã. de D. 128 a, In moribus cœli multũ interest, qui uentus, qui imber, &c. idest, refert. Ep. 187 a, Multum eum interest te uiuere. de Som. 120 a, Quid autem interest, ab his qui postea nascentur, sermonem fore de te, cum ab ijs nullus fuerit, qui ante nati sunt? cõtra Rull. 70 a, Leges sunt ueteres, neq; eæ consulares, si quid interesse hoc arbitramini, sed tribunitiæ, &c. de N. 78 a, Ad prosperã aduersamve fortunam qualis sis, aut quemadmodũ uixeris, nihil interest. de Fi. 83 b, Nihil interest ad beatè uiuendum, qua li utaris cibo. contra Rul. 80 b, Nihil interest reip. colonia deducatur nec ne. At. 208 a, Quod si latius uolent proferre diem, poterunt uel biduum uel triduum, uel ut uidebitur. nihil enim interest, de N. 75 b, Nihil interest, utrum nemo ualeat, an nemo possit ualere. Ep. 43 a, De ambitu an de maiestate, nihil ad rem interest. Or. 201 b, 202 a, In philosophia plurimum interest, quemadmodum dicas, &c. Ep. 208 a, In omnibus rebus permultum interest, quibus illæ modis fiant. Art. 66 b, Mihi nihil uidebatur esse, in quo tantum interesset, utrum per procuratores ageres, an per te ipsum. Ep. 175 a, Per magni interest, quo tempore hęc epistola tibi reddita sit. Ar. 83 b, Quid autem interfit, si tuos digitos bene noui, certè habet subductum. Item, Nihil interest utrum ita scribas, sit uter, &c. an si, &c. & quid interest utrũ hoc feceris, an frumentũ furatus sis. Ep. 8 a, Mulũ interest, utrũ laus minuatur, an salus deseratur. Or. 218 a, Nihil interest dactylus sit extremus, an creticus. & ibid. Nihil refert. & ibi. Nihil ad rẽ est. Par. 119 a, Nauẽ auri euertat gubernator an palæ, in re aliquantum, in gubernatoris iniuria parũ interest. Post. 207 a, Cũ hoc hoie aut cũ stipite æthiope in foro cõstitisses, nihil crederes interesse. de D. 120 b, Quasi uero quicquã interfit, mures scuta an cribra corroserint. de L. 167 a, Hęc ne minimũ quidẽ utrum adsint uel absint interest. At. 119 a, Quasi interfit audiam an uideã.

INTERESTS. differt, distat, differentia uel discrimen est. de Or. 131 b, Tãtũ interest, quod grauitas in honestis rebus, iocus in turpiculis ponitur. de Fin. 100 b, Inter eas res nihil omnino interest. Epist. 77 b, & 81 a, Inter causas multum interest, inter uictorias nihil interfuturũ puto. de Or. 116 a, Nõ est credibile quid interesse mihi uisum sit inter eũ qui, &c. & qui, &c. In V. 60 a, Vide quantum interfuturum sit inter meam atq; tuam accusationẽ. Att. 14 b, Neq; inter me atq; te quicquam interest, præter, &c. Tusc. 234 b, Inter Zenonẽ & Peripateticos nihil præter uerborum nouitatem interesse. In P. 82 b, Inter uos & Catilinã nihil interest. de Or. 261 a, Plurimum interest inter doctum & rudem. de N. 5 a, Plurimum interest inter hoc & illud. & 64 b, Att. 128 a, Hoc inter me & illos interest, ꝓ ego, &c. illi, &c. Post. 200 b, Hic tantũ interfuit inter me & inimicos meos. Of. 3 a, Inter hominem & belluam hoc maximè interest, quòd hæc, &c. homo autem, &c. de Fat. 144 a, Sed interest inter causas fortuitò antegressas, & inter causas naturales, &c. de Fin. 55 a, Interest enim inter argumẽtũ conclusionemq; rationis, & inter mediocrem animaduersionem atq; admonitionem. pro Sest. 22 a, Atq; inter hanc uitam & illam, nihil tam interest, quàm uis & ius. Academic. 21 a, Nullum est uitium uerum à sensu profectum, cui non oppositum sit uitium aliud, quod ab eo nihil interfit. & 8 a, Qui uera negant quicquam à falsis interesse. Academ. 10 b, Visa inter quæ nihil interest. & 11 a, Neque in his quicquam interest. de Finib. 95 b, Nihil esse quod interfit aut differat aliud ab alio, præter honesta & turpia. Attic. 156 b, His denique in malis, quid interfit inter me & istos, quos, &c. pro Planc. 261 b, Et quo plus intererat, eo plus aberat à me. I.C. 99 b, Dumuodo inter me atq; te murus interfit. Postq. 208 a, Nec unam quidem horam interesse passus es, inter meam pestem & tuam prædam.

INTERFECTOR, oris. percussor, thrax. Postq. 204 b, Si hostes atq; interfectores reip. reuixissent. & In Ant. 159 b, Vt non modò impunè, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. & pro Mil. 115 a, & 117 a, Tyb. Gracchi interfectores.

INTERFICIO, cis. ferro uitam eripio, morte mulcto, interimo, mortem offero. pro Do. 225 a, Quod eum totiens per insidias interficere uoluistis. & At. 207 a, pro Cl. 22 a, Dein de ipsum Aurium tollendum interficiẽdumq; curauit. Ep. 157 b, Is manus sibi afferre conatus est. de Cl. 172 a, Cum insyiua facta cædes esset.

INTERIECTIO, onis. interpositio. ad Her. 2 b, Et tamen occultè dicemus interiectione uerborum.

Ivs ciuile. ius legitimum uel publicum , iuris ciuilis scientia uel disciplina,iuris studium,ciuilis scientia,prudentia iuris publici uel ciuis.Topic. 221 b, Ius ciuile est æquitas constituta ijs,qui ciuisdem sunt ciuitatis , ad res suas obtinendas.de Orat.121 b,& 100 b, Crassus heri nobis pollicitus est,se ius ciuile , quod nunc diffusum , & dissipatum est , in certa genera coacturum,& ad artem facilè redacturum.& 100 b,Tum perfectam artem iuris ciuilis habebimus, magis magnam atque uberem , quàm difficilem & obscuram Offic.47 a, Iuris ciuilis cognitio atque interpretatio summo sẽper in honore fuit.pro Mu.128 a,Magna laus & grata hominibus unum hominem elaborare in ea scientia,quæ sit multis profutura.pro Cec.298 a, b, Qui ius ciuile contemnendum putat , is uincula reuellit non modò iudicio rum,sed etiam utilitatis uitæque communis , & ibidem de interpretibus iuris uteque ciuili multa . Offic. 11 a, Quæ descripta sunt legibus & iure ciuili ,hæc ita teneãtur,ut sit constitutum.Orat.210 a,Eloquentia primas tenuit semper urbanis pacatisq; rebus , secundas iuris ciuilis scientia cũ in altera gratiæ,gloriæ , præsidij plurimum esset , in altera persecutionum cautionumque præceptio.de Orat. 101 a, Fontes omnium disputationum,qui iure ciuili & legib.cõtinentur . & ibid. Si quis ciuilem scientiam contempletur. & 105 a,Iuris ciuilis scientia. & 107 b, Historiam dico , & prudẽtiam iuris publici.& 98 b,Atqui non defuit illis eloquentia,sed iuris ciuilis prudentia.pro Cor.59 b,Leges de iure ciuili:id est,de iure ciuitatis dandæ.

Ivsivrandvm,di,& iurisiurandi. sacramentum fides uel religio iusiurandi,religio,fides.Epistol.60 b,Magna uoce iurauì uerissimum pulcherrimumque iusiurãdum. & de Inu. 52 a,Si auarus est,negligit iusiurandum . Offic. 73 a,Iusiurandum est affirmatio religiosa: quod autem affirmatè qua si deo teste promiseris , id tenendum est.& 72 a,Conseruare iusiurandum.At.88 b,Suauem habui recordationem clarissimi iurisiurandi . pro Cæl. 48 b, Luceius socius uestræ religionis iurisque iurandi.pro Font.280 a,Religio iusiurãdi ac metus deorum immortalium in testimonio dicendo. pro Cæl.49 a,Ex qua domo recitatur uobis iureiurando de uincta autoritas: id est, testimonii iurati hominis. pro Q. R.51 b, Non enim ex pactione uerborum quibus iusiurandum comprehenditur,sed ex perfidia & malitia , per quam insidiæ intenduntur alicui,dij immortales hominibus irasci & succensere solent. & ibidem a,Abrogare fidem iusiurandi cuipiam. Off.71 b, Cuius princeps iurisiurandi fuit, quod omnes scitis,solus neglexit fidem, de Ar.251 b, Fidẽ iusiurandumque negligere.& ad Heren.28 a,Non iusiurandum reliquisti?aliter,contempsisti. Of.73 a,Quiiurãdũ uiolat,is fidem uiolat.& ibidem.O fides alma, apta pennis & iusiurandum Iouis.Off.74 b,Nullum uinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse uoluerunt & ibidem.Iurauitque se illum interfecturum,nisi iusiurandũ sibi dedisset, se patrem missum esse facturum . pro S.R. 35 a,Vt libentius animis adilius testimonium uestrum iusiurandum accõmodetis.I.C.112 a,Introducti Galli,iusiurandum sibi & literas à Lentulo ad suam gentam datas esse dixerunt.pro Flac.149 a, Psephismata iureiurando constricta.de Legib.172 b, Plurima firmantur iureiurando inter ipsos homines,dijs immortalibus , interpositis tum iudicibus,tum testibus.

Ivssvm,si.licitum,)(.Vetitum.pro S.R.29 a,Cum præsertim deorum immortalium iussis atq; oraculis id fecisse dicantur.de Leg.192 a,Senatori tria iussa sunt , ut adsit , ut loco dicat,ut modo.pro Cec.303 b,Putasne si populus iusserit, id iussum ratum atq; firmum futurũ? pro Do. 228 b,Si id triginta curiæ iussissent,num id iussum esse ratum? de Leg. 171 b,Hæc & alia iussa ac uetita populorum uim habent, &c.& 159 b,Iura & iussa populorum.& 171 b , Qui perniciosa & iniusta iussa populis rescripserunt . & pro Do. 240 b,Populi iussa,pro Cor.62 b,Gaditanos nullũ populi iussum habere. & 63 b ,Cum Gaditanus scita ac iussa nostra comprobat.

Ivssvs,sus.pro Pom.9 a,L. Lucullus uestro iussu coactus abijt.de Off.63.

Ivsta,orum,exequiæ,inferiæ.pro Fl.164 a,Iusta Catilinæ facta sunt.& de Leg.181 a,pro S.R.22 a,Hic miser luctu perditus, qui nondum etiam paterno funeri iusta soluerat.de Leg.183 b,Sed uideamus Platonem,qui iusta funerum reijcit ad interpretes religionum.

Ivsta.iure,rectè,legitimè.Att.275 a,At inquies, iniq; facis, immo iustissimè.Of. 3 b, Iustè & legitimè iperare. In Sal. 272 b,Id uos,si fortè offendemini,iustius huic, quàm mihi succensere debetis.

Ivstitia,ciæ.æquitas,ius,fas,iustum. de In.82 a, Iusticia est habitus animi communi utilitate conseruata, suam cuique tribuens dignitatem.& de N.67 a,Iusticia,quæ suum cuiq;

distribuit.& de Finib.141 a,Iusticia in suo cuique tribuendo cernitur.& de Cl. 172 a, Antiqui faciles in suum cuiq; tribuendo.de Fin.140 b,Iusticia est affectio animi,suũ cuique tribuens, & societatem coniunctionis humanæ munificè & æque tuens.Off.32 a, Ea uirtus, quæ constat ex hominib.tuendis:id est,ex societate generis humani. ad Her. 16 b,Iusticia est æquitas,ius unicuiq; tribuẽs pro dignitate cũ iusq;.Off.40 b,Iusticia,ex qua una uirtute boni uiri appellantur,mirifica quædam res multitudini uidetur.& 5 a,Iusticia in qua uirtutis splendor est maximus, ex qua boni uiri nominantur.& ibi.b, Fundamentum iusticiæ est fides.& 7 a,Fundamenta iusticiæ,primùm ut ne cui noceatur,deinde communi utilitati seruiatur.& 20 a, Iusticiæ partes sũt non uiolare homines; uerecundiæ,non offendere . & 48 a, Fundamentum enim perpetuæ commendationis & famæ est iusticia,sine qua nihil potest esse laudabile.& 57 b,Hęc uirtus omnium est domina, & regina uirtutum. de Natur.1 b,Vna excellentissima uirtus iusticia.de Or. 14 b, In laude iusticiæ sunt fides & æquabilitas.Off. 41 a, Iusticia ad rem gerendam necessaria est,cuius tanta uis est,ut nec illi quidem qui maleficio & scelere pascũtur,possint sine ulla paruicula iusticiæ uiuere. & ibid. Iusticiæ uis etiam latronum opes firmat atq; auget.& ibid.Fruendæ iusticię causa uidẽtur olim bene morati reges constituti , ut ait Herodotus. Par.237 a,Iusticiam acerbitas imitatur . & 236 b, In commune autem quæ posita pars est , iusticia dicitur, eaq; erga deos religio,erga parẽtes pietas,uulgo autem bonitas,creditis in rebus fides , in moderatione animaduertendi leuitas,amicitia in beneuolẽtia nominatur.de Fi.140 b,De iusticia & eius partibus.

Ivstitivm,tij,iurisdictionis intermissio.de Ar.257 a,& pro Plan.266 a,Iustitium edici,iurisdictionem intermitti,&c. bis.Ar.67 b,Meæmius fauere iustitio & omnium rerum licentiæ.I.A.190 b,Iustitiũ indici , saga sumi dico oportere & 206 a,Iustitium indici.

Ivstvs,a,um.non iniustus,æquus,uerus, meritus,debitus,legitimus,indictus.)(.Iniquus.Ora.210 a,Quibus,si nihil aliud respõderem,iusta esset excusatio.I.C.101 b,Vita multis supplicijs iustis debitisq; erepta.Off.34 b,Honesta & iusta consilia.)(.Fraus & malitia.& I.A.174 a,Aequa & iusta dicis.pro Sest.27 a,Aristides,qui unus omnium iustissimus fuisse traditur.de Finib.139 b,Iustus Aristides.)(.Iniustus Tubulus. pro Cec. 300 a, & Of.41 b,Iustus & bonus uir.Off.7 a, Iustus homo isq; quem bonum uirum dicimus de Or.127 b, Aliqua iracundiam non iniustam , sed meritam & debitam fuisse contendere.de Amic.110 a,Aliquis in amicitia parum iustus.pro Plan.272 b, Liberalem in publicanos,iustũ in socios fuisse.Off. 9 a, Vti seruis ut merce narijs ad operam exigendam & iusta præbẽda.Tus.207 a, Si se officio fungi putet iusto & debito.de Or. 125 a, Oratione exprimere mores alicuius iustos , itegros,religiosos, perferentes iniuriarum de Finib.49 b,Vt propemodum iustioribus utamur illis,qui,&c.quàm ijs,&c.Offic.73 b, Cũ iusto & legitimo hoste res gerebatur.de Pro.78 b, Casum illum meum funus reipublicæ fuisse , sed funus iustum,& indictum.I.P.91 b,Iusta gloria est fructus ueræ uirtutis.de Legibus,171 b,Iustum & ius colere.de Clar.194 a,Illa iusta eloquentia,quam dialecticam dilatatam esse putant. de Legibus,174 a,Præter Ideæ matris famulos , eoq; iustis diebus,ne quis stipem,cogito.de Arusp. 248 a, Omnia solennia ac iusta ludorum omnibus rebus summa cum ceremonia sunt seruata.Att.69 a,Deinde fine ulla mora cogitabam iusta itinera facere.Ep.23 b,Iusta victoria.& Tus.166 a,Iusta uxor.

Ivtvrna,næ.dea.pro Cl.38 b, Stalenus statuas posuit ad Iuturnæ:id est,in futurnæ æde .

Ivvenilis,le.de Clar. 194 b, Iuuenili quædam dicendi licentia.& Orat.206 b,Iuuenilis redundantia.& in Hor.Iuuenilis libido.

Ivveniliter.more.iuuenum.de Senectu.79 a,Fabius Maximus Annibalem iuueniliter exultantem patientia sua molliebat.

Ivvenis,nis.adolescens,de Sen.83 b, Infirmitas puerorũ est, ferocitas iuuenum. Att. 159 a , Vellem suscepisses iuuenẽ regendum.de Orat.141 a,& Tusc. 174 a, Iuuenes stare ad ianuam duos quosdquiã , eum magnopere euocatent.Of. 42 a,& de Sen.82 b,Iuuenis & adolescens idem.

Ivventas,tatis,Hebe dea.Or.171 a,Ludis Iuuentatis, quos Salinator Senonensi prælio uouerat.de Natur.23 b,At potę quidem nectar,ambrosiam,cpulas comparant,& aut Iuuentatem , aut Ganymedem pocula ministrantem.Tusculan. 161 b, Nec Iuuentatem pocula ministrante, lætari deos arbitror .

Ivventvs,tis.ætas florens.pro Do.238 a, Imperia ascribebatur nouę iuuentuti.I.V.274 a,Mercurius iuuentutis custos & præses.de Senect.80 a,Res quæ iuuẽtute gerunturę,& uiribus.de Clar.176 a,Legendus est hic orator , si quisquam alius,iuuentuti.pro Dom. 222 b , Intuemini paulisper animis iuuentutem .

Ivvo.as.adiuuo . pro Mar. 131 b , Et certè in armis locorum opportunitas multum iuuat.I.V.101 a , Lex Cornelia pro scriptum iuuari uetat.de Nat.2 b, Sin autem dij neque possunt nos iuuare,nec uolunt,quid,&c.Attic.264 b,Multum potes nos apud Plancum iuuare.& ibid.Adiuuabis igitur. Off.2 b,& 3 a,Res quibus & se possint iuuare & suos.Tus. 155 a,Iuuare,tueri,cõseruare homines.Ep.176 a,Si omni studio Lamiam in petitione iuueris.de Fini.63 b, Eruditio ad beatam uitam iuuat.Epist.213 b,Iuuare atq; ornare aliquẽ quibuscunq; rebus possis.pro Corn.59 a. Qui nostros duces auxilio laboris , cõmeatus , periculo suo iuuerint.I. V.246 a,Te igitur autore ne foro quidem & cõmeatu Mamertini populum Romanum iuuare debuerunt. de Na.59 a,Quorum neminem,nisi iuuante deo,talem fuisse credendum est.& Ep.105 a,Meq; dijs iuuantibus ante brumam expectabis.de Fi.67 a,Iuuare in corpore & in animo dicitur, ex eoq; iucundum .

Ivvat,bat.uit.pro delectat.I.V.202 b,Iuuat me, hæc præclara nomina sic concidisse.Qu.F.3 14 a, Te esse animo hilari, &c.ualde me iuuat.Orat.212 a,Consule aures, probabis quære cursita dicent se iuuari.Ep.77 b,Iuuitq; me hoc tibi profuisse.

Ivxta,non secus,similiter,propter,propè,non longè. Posto. 208 b,Qui me omnib. officijs iuxta ac si meus frater esset, sustentauit.Cor.Nepos in uita.Att.272 b, Sepultus est iuxta uiam Appiam,ad V.lapidem.

K A

KAt.4 b,ad VIII Kalend.Decembris. & Epistol.11 b, Ex Kalend.Ianuar.aliter , Calendis per tertiam literam . nam κάππα nobis litera superuacanea , inquit Fabius Quin.

L A

LLitera in numeris ualet quinquaginta.Tria LLL. de Orato.131 a. Omnibus in parietibus inscriptas fuisse literas, tria LLL, duo MM.hoc est,lacerat lacertum Largij mordax Memmius. Lege N.

Labecvla , læ . In Vat. 37 a , Miloni nonnullam laudatione tua labeculam aspergis .

Labefacio,cis.labefacto.pro Sest.24 a,Quem nulla inquam inuidia labefecit .

Labefacto,as.perfringo,dissoluo,conquassatus. pro Cecin. 298 b , Is non homines lædit , sed leges ac iura labefactat. pro Dom.218 a,Ijsdem machinis sperant me posse labefactari,quibus antea stantem perculerunt.Episto.198 b, Nec uero postea destiti labefactare eum,qui,&c. pro Cluen.98 b,Quorum fidem precio labefactare conata sit. pro Pont. 7 b,Ruere illa non possunt , ut hæc non eodem labefactata motu concidant . pro Mil.108 a , Itaqne Milonis consultus,qui uiuo Clodio labefactari non poterat,mortuo denique tentari cœptus est.Acad. 45 a , Aristoles ideas labefactauit.Episto.69 b,Quæ cogitatio erat aliquantum labefactata atque conuulsa.de Finib.58 a, Ne inuidia uerbi labefactetur oratio mea. pro Quinct. Ros.462 a, Cæteri cum ad iudicem causam labefactari animaduertunt , ad arbitrum confugiunt. I.C.123 b,Perfringere ac labefactare conspirationem bonorum.contra Rul.88 a, Labefactare & rescindere ab alijs constituta.pro R.P.119 b, Labefactare dignitatem alicuius.Ep. 59 b, Labefactare aliquam societatem. Brut.276 b,Hoc adolescẽtis præsidium equidem adhuc satis firmum confido,sed ita multi labefactant, ut ne mouea tur interdum extimescam.

Labefactvs,labefacta, um.de Arat.258 a,Hæc iam labefacta,&c.

Labellvm,li.de D.97 a, Platoni paruulo dormienti,apes in labellis consederunt.

Labellvm,pro uase.de Legib. 183 b, Super terræ tumulum noluit quid statui,nisi columellã,aut mensã, aut labellum.

Labens,tis.Br.189 a, Ferre præsidium labenti atque inclinatæ reipub.

Labervs.rij.poeta mimicus sanè mordax.Ep.101 a.

Labes,bis.ignominia , macula , ruina . In Vat. 33 a, Ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspergatur de L. 174 b, Animi labes nec diuturnitate uanescere , nec ullis manibus elui potest. Par.120 a, In quamcunq; domũ stuprum intulerit, eandem labem esse libidinis.pro Sest.7 a,Habeo quem opponam labi illi atq; cœno.& 8 b,Cœnũ illud ac labes.pro Cęl.46 b,Ne probrum castis,labes integris,infamia bonis inferatur.de Am.104 a,Videtis in tabella,quanta iam facta sit labes.pro Do.233 b,Hanc labẽ turpitudinis & inconstantiæ poterit populi Romani dignitas sustinere?pro Rab.96 a,Labes ignominiaq; mortis.ꝓ Do. 214 a,Labes atq; eluuies ciuitatis.I.V.67 a,Labes atq; pernicies prouinciæ.pro Flac.151 a,Vtrum hic tandem discepationem & cognitionem ueritatis , an innocẽtiæ labem aliquam,ut ruinam fore putatis.

Abes.terræ hiatus,eluuies.de D.96 b,Multis locis labes facta est,terrę; desederunt. & 100 a, Delata etiam ad senatum labes agri Priuernatis , cum ad infinitam altitudinem terra desedisset.

Labicanvm,locus.de Off.125.

Labicanvs.na.ꝓ Cuelio Plancio 263 b,Labicana uicinitas.

Labici.pop.contra Rul.85 b.

Labo,as.uacillo,nuto.Attic.132 a,Scito laborem meum consilium illud,quod iam fatis fixum uidebatur.I.A.207 a,Cũ ei labare M.Antonius uideretur. de Fin. 105 b, Quid non sic ex alia nectitur,ut non si ullam literam moueris,labent omnia.pro Mil.114 b,Remp.ęgram & labantem sanare & confirmare.

Labor,eris.lapsus sum,prolabor,dilabor , inclino. I. A. 170 a,Cum labentem & propè cadentem rempub.fulcire cuperetis.de Am.104 b,Serpit enim deinde res , quæ procliuis ad pernicięm,cum semel cœpit,labitur.Tusc.218 a,Incitatoq; semel in procliue labuntur.de L. 166 b, Quin labebar lõgius,nisi me retinuissem.de Do. 125 a, Sed labor.lõgius ad propositum reuertar.de Ar. 258 a, Vt aliquis lapsus de cœlo cœtus hominum adeat.Or.215 b,Breuitate & celeritate syllabarum uerba celerius labuntur.& ibid. a , Circuitus incitatior numero ipso fertur,& labitur quoad peruenìat ad finem.Or.197 b,Cætera nasci,occidere, fluere,labi,nec diutius esse uno & eodem statu.pro R.P.129 b,Labentẽ excipere.de Fat.141 b, Naufragum illum in riuo esse lapsum.de D.153 a,Cõtrahi autem animo Zeno,& quasi labi putar at que concidere,& ipsum esse dormire.Acad. 44 a,Continenter labuntur & fluunt omnia.de Vn.201 a,Sidera quæ uaga & mutabili ratione labuntur. In Ar.Nã nõ longinquum spacium labere diurnũ. Par. 119 b,Lapsa est libido in muliere ignota . Attic. 57 b, Neq; mihi licet labi ad eos,qui mihi non desinunt inuidere.Acad.35 a, Vos autem mihi ueremini,ne labar ad opinionem.de Leg. 177 b, Quarum mores lapsi ad molliciem pariter sunt immutati cum cantibus.

Labi.errare,falli,decipi . de Cl.181 a, Labi & cadere in aliquare.Off.4 b. Labi autem errare,nescire & desciscere,& malum & turpe dicimus.Qu. Fr.328 b, Tenes uerò lapsus est per errorem,contra Rul.67 b,Aliqua in re nõ consilio, sed casu lapsum esse.& I.A.212 b, Si consilio lapsi erimus. Of. 34 b,In quo uerbo lapsa consuetudo deflexit de uia.de N. 7 b,& pro Rab.65 b,Empedocles in deorum opinione turpissimè labitur.de Orat.98 b, Aliquem in minimis tenuissimisque rebus labi.Attic.199 b,Qua in re ne labar , quæso prouidete . de Clar. 178 b, Non puto existimare ambitione me labi,quippe de mortuis. Epistol. 21 a, Nunquam labere,si te audies.I.A.247 b,Talis igitẽ & uir & ciuis opinione labi potest.& 225 a,Non te inopia uerbi lapsum putarem,nisi,&c.

Labor,oris.labor corporis,contentio animi,opus, uigilię,sudor,assiduitas.Tus. 182 a, Interest aliquid iter laborem & dolorem: sunt finitima omnino,sed tamen differt aliquid. Labor est functio quędã uel animi uel corporis , grauioris operis & muneris . Dolor autem motus asper in corpore à sensibus alienus.& ibidem præclara multa de labore & dolore.pro Cæl. 45 b, Si quis omnem uitæ suæ cursũ in labore corporis atq; in animi cõtentione conficeret. pro Pom. 9,Labor. in negocijs,fortitudo i periculis.pro Mur.133 a, Nunquam iste militi plus laboris imposuit,quàm sibi sumpsit.de Or.97 a,Est enim magni laboris, quem pleriq; fugimus.de Opt.244 a,Suscepi laborem utilem studiosis, mihi ipsi non necessarium.pro Arch.101 a,Quid est quod tantis nos in laboribus exerceamus?& ibidem: Nec tantis se in laboribus frangeret.Antequam.194 b, Quoniam pro cũctis laborem ferre consueui. de Sen. 94 a, Ociosam ætatem & quietã fine ullo labore & cõtentione traducere . de Vniu. 201 b,Hæc ti uerbis explicare conemur,earum rerum fructra suscipiatur labor. Or. 210 b, Nam esset cùm infinitus, tum puerilis labor.& 207 b,Quem laborem nobis leuauit Attici nostri labor.pro.Font.270 b,Multo sudore ac labore facere aliquid.de Or. 110 a. Leuandi laboris cã possim uolitare. Antequàm. 193 a, Sustinere magnũ laborem.de In.76 b,Insumere magnum laborem ac sumptum i aliquã rem.I.V.199 a,Impendere laborem ac sumptum in aliquã rem.I.V.199 a, Impendere laborem ac sumptum ad incertum casum.Or.105 a,Consumere multum operæ ac laboris in aliqua arte.Attic. 15 a,Laborem propter ambitionẽ sustinebam. Ep. 9 a, Perfunctus sum maximis laboribus.Ac. 27 a,b. Labor exantlatus ab Hercule.de Cla. 187 a,Excipere magnos labores.

Laborans,rantis.afflictus,calamitosus . pro Pl. 277 a, Ego miseris & laborantibus nihil negare possum.

Laboratvs,ta,tum.At.205 a,Habeo munus à te laboratum decem legatorum.aliter elaboratum:& rectius.

Laboriosivs. pro Qu.R. 50 a, Quo quisq; est ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius.

Laboriosvs,a,um.difficilis,operosus,durus. Tusc.182 b, Industrios homines,Græci studiosos,uel potius amantes doloris appellant,nos commodius laboriosos.I.A.232 a.Qui magnos dolores perferunt,hos non miseros , sed laboriosos solemus dicere.pro Mil. 102 a,Quid enim nobis duobus laboriosius,quid magis solicitum,magis exercitum dici aut fingi potest?pro Cęl.37 b,Vos laboriosos existimet, quib.ociosis ne in communi quidem ocio liceat esse.de L. 187 b,Nihil laboriosius molestiusq; prouincia.Attic.90 b. Hæc mihi nondum laboriosa ex illa uetere militia . Top. 226 b,Laboriosum.)(.Procliue:id est,facile. Ep.66 b, Laboriosa actio.

Laboro,as.elaboro,contendo,laborem suscipio,opus facio. multum operæ pono uel confero in aliquam rem,in aliqua re multum operæ studijq; pono, in aliquo labore me exercco,& magnis me laboribus frango, impensã laboris ago in aliquem,operam do.Tusc.182 b,Aliud est dolere, aliud laborare,cum uarices secabantur C.Mario , dolebat, cũ estu magno ducebat agmen, laborabat . Est inter hæc quædam tamen similitudo.Consuetudo enim laborum , perpetionẽ dolorum efficiet faciliorem.& ibi,de hac re pulchra. I. V. 174 b,Illi intelligebãt sese Verri serere,impendere , laborare.& 169 b,Aratores,qui uobis arant, uobis seruiũt.Off. 47 a,Disertus homo & facilè laborans multorumq; causas & nõ grauatè & gratuitò defendens.de Sen.81 b, Sed ijdẽ laborẽt in eis,quæ sciunt nihil ad se pertinere.I. A.197 b, Sed ne familiares,si scuta ipsi ferrent , laborarent. de Nat. 72 a,In enodãdis nominibus,quod mirandum sit,laboratis de Clar.267 a,In quo non modò deficì,sed etiam laborare turpe est.Par.118 b,Qui enim ego laborauì?aut quid egi? aut in quo euigilaui,nisi ut,&c.Att.66 b , Ad quid laboramus res Romanas? & 206 b, Quo ẽt magis laboro idẽ qd tu.Quint.Fr.311 a, Quod ego non minium laboro,cum si

minus assequar quod uolo. pro Syl. 176 b, Vos enim tũ nihil laboratis, nihil suspicabamini. de Pro. 74 b, Nec decreui solũ, sed etiã ut uos decerneretis laboraui. Epi. 45 a, Hæc mihi ampliora multo sũt, quã illa ipsa, ,,pter quę hęc laborantur. pro Cęl. 48 b, Hæc mihi fructum aliquem afferre potuissent, cum à me ipso laborata proferri uiderentur.

LABORARE, pro solicitum esse uel curare. de Diui. 90 b, Quid istic fiat non laboro. Epist. 36 a, Hoc assequere, ut in quam partem accipias minus laborem. & 145 b, Intellexi enim te laborare, ut ad me tuę expectatissimæ literę perferãtur. Cælio. Epistol. 119 b, Hoc uehementius laboro nunc, nunc, quod puto, &c. Ep. 75 b, Sic me & liberalitatis fructu priuas, & (quod minimẽ tamen laboro) modiocris etiam prudentiæ. Epistol. 110 a, Nam de iudicijs, quod quæris, multo laboro minus: trahantur per me pedibus omnes rei, sit uel Selius tam eloquens, ut posit probare se liberum, nõ laboro. & 54 b, At erat tuæ uirtutis in minimis tuas res ponere de republica uehementius laborare. Quint. Frat. 320 b, De filij tui eruditione quod labores nihil est. pro Quint. 12 b, Qui nunc ut tu uincas tantopere loborant. pro Cecin. 285 b, De quibus antea laborabam, nũc sum animo equissimo & I.V. 215 a, De cæteris non laboro. & de Inuent. 72 a, Nõ laborare de aliquo. Epist. 44 b, Laboro quomodo ea tuear quæ mihi tuenda sunt. Attic. 142 a, Non mediocriter laboro, ut possis, &c. I.V. 213 b, Nõ laborabat quin malẽ audiret. & 170 a, Non laborabat, si esset moriturus. & 176 a, Si socijs prospicere non laboratis. & 174 b. Si quemadmodũ socij à magistratibus tractentur, non laboratis. pro Flac. 148 a, Græci nunquam laborant quemadmodum probent quod dicunt, sed quemadmodum se explicent dicendo. de Orat. 127 b, Laborare pro bonis uiris. & pro Do. 151 a, Laborare amici causa. Epistol. 47 a, Miror te non tuis bonis de lectari potius, quàm alienis malis laborare. de Finib. 91 a, Laboro autem non sine causa. Epist. 3 a, Si esset in ijs fides, in quibus summa esse debebat, non laboraremus. Att. 210 a, De fama nihil sanè laboro. & 114 b, Nec de me laboro, de pueris quid agam non habeo. Or. 204 b, Homo de re magis quàm de uerbis laborans. pro Quintio 7 b, Nõ id ago, neq; in eo nunc laboro. Att. 210 b, Sed hęc hactenus, aut uideat τοῖς μικροπρεπεσι δίζειν.

LABORARE, cum ad alia quędam, tũ ad morbos relãtũ, pro affici, uel ægrotare, & aliqua re grauari. pro S.R. 44 a, Ex q̃ bus rebus respub. maximè laborat, ijs maximè mederi conuenit. Att. 100 a, Significãt enim tuæ literæ te prorsus laborare. ,,p S.R. 43 b, Quod si omnes facerẽt, & respublica ex illis, & ipsi ex inuidia minus laborarẽt. pro Mu. 135 a, Quibus incommodo ualetudinis laborandum est. At. 71 b, Vt pote cum sine febri laborassem. de Fin. 61 a, Nec uerò quisquam stultus non horum morborum aliquo laborat. Epist. 107 a, Cum iam decimum diem grauiter ex intestinis laborarem. Epistol. 141 a, Ceparius dixit te in lecto esse, quod ex pedibus laborares. & Tuscu. 188 a, Ex renibus laborare. & ibidem. Cum audiuisset eum grauiter esse ægrum, quod uehementer eius artus laborarent. Epistol. 260 a, Non ignoro quantum ex desiderio labores: sed erunt omnia faciliora, si ualebis. pro Cluent. 60 a, Ea fatis diu ex inuidia laborauit. de Inuen. 62 a, Aliquãto ex inscitia leuius laborarent. pro S.R. 44 b, Populus Romanus, qui quondam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborat. Att. 278 b, Nec externis hostibus magis quàm domesticis laboramus.

LABRVM, bri. oris humani extrema labra sunt. de Natur. 6 a, Hunc censes primis, ut dicitur, labris gustasse physiologiã? de Orator. 92 a, Quæ isti Rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. de Or. 155 b, Pericles in cuius labris leporem habitasse ferunt. de Diu. 122 a, Apes quas dixisti in labris Platonis puerico fedisse. pro Cæl. 43 a. Aliquid primoribus labris gustare, & extremis, ut dicunt, digitis attigisse.

LABRVM. pro uase quodam ad formam oris humani, & labrorum factum. Episto. 239 b, Labrum si in balneo non est, fac ut sit.

LABRON, onis. opp. Q. Fr. 130 a, Vt aut Pisis, aut Labrone cõscenderes.

LAC, ctis. ros uitalis. de Sen. 99 a, Villa abundat lacte, caseo, melle. de N. 51 b, In ijs animantibus quæ lacte aluntur omnis ferè cibus matrum lactescere [illegible] Tuf. 190 b, Vt penè cum lacte nutricis errorem [illegible] uideamur. de Diu. 10 a, Quondam lactis imber effluxit.

LACENA mulier. Tusc. 170 b, & 182.

LACEDAEMON, onis. Spartaurbs. de Legibus, 187 b, Lacedæmon illa seuera neruos iussit, quod plures quàm septem haberet, in Timothei fidibus inde demi. & I.b. 3. Lacedæmone Ephori non sine causa à Theopompo oppositi sunt regibus.

LACEDAEMONII, orum. Spartiatæ, Lacones, Lacedæmonij cuiusdam constantia in morte contemnenda. Tusc. quæst. l. 1. Lacedæmonij sua maiorumq; suorum authoritate satis commendati fidei tuæ, 13. Famil. Lacedæmonij regibus suis augurem assessorem dederunt. de Diui. lib. 1. Lacedæmonij alacri animo in Thermopylis occiderũt. Tusc. quæst. libr. 1. Lacedæmonij de rebus maioribus semper aut Delphis oraculum, aut de Ammone, aut à Dodono petebant. de Diuinat. lib. 1. Lacedæmonij, Philippo minaranti per literas se omnia, quę conarentur, prohibiturũ, quęsiuerunt, num se esset etiãm mori prohibiturus, Tuscu. quæst. libr. 5. Lacedæmonij senibus (sic enim consilium publicum appellant) augurem interesse uoluerut, Diuinat. lib. 1. Lacedæmoniorum gens fortis fuit, dum Lycurgi leges uigebant, Tusc. quæst. lib. 1. Lacedæmoniorum laus. pro Flac. Lacedæmoniorum mores, pro Mur. Lacedęmoniorum omnis mos inflammatus cupiditate uincendi, ut est apud Platonẽ, Of. 1. Lacedæmoniorum spectata & nobilitata uirtus, pro Fla. 159 a, Lacedęmonijs Leuctricæ pugnæ calamitas multis signis antè denunciata est, Diu. lib. 1. Lacedęmonijs cuiusmodi significatio facta sit, paulò ante Leuctricam calamitatẽ, Diu. lib. 1. Apud Lacedęmonios quidem ij qui amplissimũ magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam appellabantur senes Cat. Lacedæmonijs qui præerant, nõ contenti uigilantiã curis, in Pasitheo fano somniandi causã excubabant, quod uera quietis oracula ducebant, Diu. lib. 1.

LACEDAEMONIORVM. Spartiatæ, Lacones, pro Fl. 159 a, Lacedæmoniorum spectata & nobilitata uirtus.

LACERATIO, onis, laniatus. I.P. 88 b, Magna lætitia afficiebar ex corporis tui laceratione. Tuf. 204 a, Muliebres lacerationes genarum.

LACERATVS, a, um. distractus, dissipatus. de Legibus, 178 b, l. Lacero.

LACERNA, næ. penula uestis. I.A. 175 a, Rhodius cum calceis & toga, nullis nec Gallicis, nec lacerna.

LACERO, as. cõcerpo, dirumpo, conscindo, discindo, carpo, dilacero, dilanio. Att. 42 a, Meus me mœror lacerat, & conficit. Tuf. 196 b, Aegritudo lacerat, exest animum, planeque conficit. I.A. 176 b, Hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. Offi. 12 a, Qui lacerarunt omni scelere patriam. & Postquãm 204 b, Lacerare rempublicam. ,,p Qu. a, Ad reliquias uitæ lacerandas & distrahendas. pro Do. 225 a, Vxor mea, quę uexauistis, raptauistis, omni crudelitate lacerauistis. I.A. 231 b, Reliquum corpus tractum, & laceratum abiecit in mare. de Leg. 178 b, Obtrectatio inuidiæ, quæ solet lacerare plerosq; de Or. 131 a, Lacerat lacertum Largij mordax Memmius. I.A. 231 a, Verborum cõtumelijs aliquem lacerare. & pro Mil. 118 b, Mortem alicuius lacerari.

LACERTA, tæ. serpentis genus. Att. 26 a, Tempestates nõ sunt ad lacertas captandas idoneæ. & de D. 121 a, Qui magis an guibus quàm lacertis.

LACERTOSVS, a, um. robustus, neruosus. I.A. 219 a, Saxa cẽturio pugnax & lacertosus.

LACERTVS, ti. brachium à cubito ad manum, uires, nerui. Tuscu. 179 b, O pectora, ò terga, ò lacertorum tori. & 182 b, Humeri, lacerti, manus. de Sen. 82 b, Athletæ senis lacerti mortui sunt. & ibid. Milo ex lateribus & lacertis suis nobilitatus est. de Or. 106. & 131 a, Amentatas hastas ab aliquo accipere, & eas oratorijs lacertis uiribusq; torquere. de Cl. 170 a, Quanquam in Lysia sunt sæpe lacerti sic ut fieri nihil posit ualentius.

LACESSO, sis. prouoco, irrito, tento. de Or. 86 b, Arma quibus uel tectus ipse esse possis, uel prouocare improbos, uel te ulcisci lacessitus. Epi. 196 a, & de Or. 86 b, Sic igitur facies, meq; amabis, & scripto aliquo lacesses: ego enim respondere facilius possum quàm prouocare. de Orat. 136 b, Testis sæpe non lædit, nisi lacessatur. pro Põ. 8 a, b, Nationes quas nunquam populus Romanus neq; lacessendas bello, neque tentandas putauit. pro Mil. 118 a, Vi irritare, ferroq; lacessere aliquem. Ep. 169 a, & pro Dom. 216 b, Nos te Antoni nulla lacessiuimus iniuria. I.A. 160 b, Tu ne uerbo quidem uiolatus ultro maledictis me lacessisti. I.P. 91 a, Respondisto ne me inimica homo promptissimus lacessiuit. Epi. 120 a, Procax in lacessendo. & 38 b, Hos ego sermones lacessiui nunquã, sed nõ ualde repressi. de Or. 130 a, Videmur quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti. & ibid. Omnino probabiliora sunt quæ lacessiti dicimus, quàm quæ priores. Epist. 210 a, Non enim te epistolis, sed uoluminibus lacesserem. & Attic. 7 a, Quibus epistolis sum abs te lacessitus ad scribendum.

LACIADES, æ. Off. 46 b, Cimon Athenienſis instituit, ut omnia præberentur, quicunq; Laciades in uillam suam diuertisset. l. Hospitalis.

LACINIA, niæ. pars uestis extrema & laxior. de Or. 153 a, Illud alterum genus obtinent, id ipsumq; lacinia. Ep. 265 a, In lacinia feruans ex mensa secunda semina.

LACINIVS, a. de D. 90. Iuno Lacinia.

LACON, nis. Lacedæmonius. Tuscu. 238 a, & 172 b, Consilijs nostris laus est attonsa Laconum.

LACONICVM, ci. uaporiarum. At. 60 b, Nostram ambulationẽ & Laconicum cum poteris inuisas.

LACONISMVS, mi. breuiloquentia. Ep. 179 a, Breuitatem secutus sum te magistro. & ibid. Sed quid ago? non imitor tuũ alterà iam pagella procedit.

LACHRYMA, mæ. Part. 234 b, Citò arescit lachryma, præsertim in alienis malis. & de In. 62 a, Lachryma nihil citius arescit, ut dicit rhetor Apolloni°. I.V. 271 a, Paulò antè lachrymas non tenebamus. de Sõ. 127 b, Equidẽ uim lachrymarum profudi. & pro Font. 284 a, Lachrymas profundo. pro Planc. 281 a, Lachrymæ, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. I.A. 172 b, Me miserum, consumpti lachrymis tamen infixus animo hæret dolor. Tusc. 188 b, Si se lamentis muliebriter lachrymisq; dedet. & Ep. 70 b, Tradere se lachrymis ac tristitiæ.

LACHRYMO, as. lachrymas effundo uel profundo, illachrymò At. 246 b, Te ut à me discesseris, lachrymasse moleste ferebam. Tuf. 278 b, Ait Callimachus multo sæpius lachrymasse Priamum quàm Troilum. pro Sest. 28 a, Video hũc oculis lachrymantibus me intuentem.

LACHRYMOR, aris. act. lachrymo. I.V. 260 a, Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus? quis tam inhumanus? præter te unum, qui non illorum ætate, nobilitate, miseria commoueretur? ecquis fuit quin lachrymaretur?

LACHRYMOSVS, a. in Arato.

LACHRYMVLA, læ. pro Pl. 275 b, Non modò lachrymulam, sed multas lachrymas uidere potuisti.

LACTENS, tis. lac fugens. de L. 175 b, Hostia lactens, &c. & I.C. 115 a, Romulus, quẽ inauratũ in Capitolio paruum atque lactentem uberibus lupinis inhiantẽ fuisse meminisstis & de Diu. 118 a, Romulus lactens fulmine ictus. & 126 a, Puer lactens in gremio matris mammam appetens.

LACTESCO, scis. in lac conuerti, uel lacte impleri. de N. 51 b, & 52 a, In ijs animantibus, quæ lacte aluntur, omnis ferè cibus lactescere incipit.

LACTEVS circulus. candens circus. de Somn. 128 a, Circulus lacteus splendidissimo candore inter flammas elucens. & ibidem de eo multa. In Ar. V. ditli magnum candentem serpere circum, Lacteus hic nimio fulgens candore notatur.

LACVNA, næ. fossa, indigentia, inopia, uacuitas. I. V. 130 a, De derũt operam, ut illam lacunam rei familiaris explerent. & Att. 187 b, Vide ne qua lacuna fit in auro: id est, fraus.

LACVNAR, aris. trabs seu triclinij superior pars. Tusc. 240 Gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit.

LACVNOSVS, a, um. quod lacunas habet. de Vn. 198 a, Mundus nihil habet eminẽs, nihil lacunosum.

LACVS, cus. I.V. 225 a, Circa Ennam lacus Luciq; sunt plurimi. & 274 b, Deæ quæ illos Ennenses lacus lucosq; colitis. de D. 100 b, Cum lacus Albanus præter modum creuisset. pro M. I. 115 b, Lacus Pręcius. Tuf. 155 a, Iude in uicinia nostra Auerni lacus. pro S.R. Lacus Curtius.

LACVS. uas è quo multum expressum fluit. de Cl. 191 b, No ua ista quasi de musto & lacu feruida oratio fugienda est.

LAEDO, dis. offendo, aliquid mali alicui infero, uiolo, iniuriam facio. pro Cec. 289 a, Non minus nos stultitia illius subleuat, quàm lædit improbitas. de Or. 136 b, Sæpe testis non ludit nisi lacessitus. pro Mur. 145 a, Is iniustè neminẽ, læsit. pro S.R. 37 a, Qui fidem lędit, oppugnat omnium cõmune præsidium. Epistol. 6 a, Quos tu reipublicæ causa læseras. I.V. 148 a, Qui alterum, nulla priuatim læsi iniuria, in iudicium uocant. Ep. 59 a, Nec absentem me ludibrio læsum iri.

LAENA, næ. uestis auguralis, amiculũ de Cl. 169 b, Cũ M. Popilius sacrificiũ publicum cum læna faceret. bis. l. Amicio.

LAESIO, onis. oratorũ quoddam ornamentum. de Or. 162 a.

LAESVS, a, um. de Or. 137 a, Si læsus efferare iracundia. & ,,p Mur. 134 a, Cui placet, obliuiscitur: cui dolet, meminit.

LAETABILIS, le, lætandũ, lætitia dignũ. Tuf. 158 b, Quod ut ita sit, quid habet ista res, aut lætabile, aut gloriosum? & 217 a, Cui nihil nimis lætabile, ad efferendũ uidẽri potest.

LAETE, hilare. I.A. 222 a, Is autorem senatus lærè atque insolenter tulit.

LAETANS, tis. lætus. pro Cl. 23 a, Cassia lætanti iam animo & spe optima confirmata, nubit Oppianico.

LAETIFICO, as. lætitiam affero, lætitia afficio. de N. 46 b, Accessus solis lætificat terrã, ut cum cœlo hilarata uideatur. & 52 b, Indus nõ aqua solum agros lætificat, sed eos etiã conserit.

LAETIFICVS, a, um. Tuf. 162 b, Vites lætificæ non intermittunt pampinis pubescere. Poetæ.

LAETITIA, tię. lætitiæ uoluptas, alacritas, gaudium, hilaritas. Tusc. lib. 4. Lætitia, opinio recens boni præsentis, ĩ quo efferri rectum esse uideatur. de Or. 101 a, Percipietis etiam illam ex cognitione iuris lætitiam & uoluptatem, quod, &c. Attic. 227 b, Lætitiam apertissimè tulimus omnes. de Or. 106 a, Iraq; hilaritatis plenum iudicium ac lætitiæ fuit. & 115 a, Iudex tum ad tristitiam, tum ad lætitiã est cõtorquendus. Br. 91 a, Quæ lætitia senatus, quæ alacritas erat pro Pl. 281 a, Nolite iudices inimicis meis dare lætitiam. & At. 227 a, Dare lætitiam alicui. pro Mil. 116 b, Milo maxima lætitia populum Romanum affecit. de Fi. 54 a, Recta & honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiam, id est uoluptatem. Ep. 23 a, Comitia ista præclara, quæ me lætitia extulerunt. & Att. 224 b, Exulrãt lætitia in omnibus ipsis. Ep. 22 b, Repentè uerò incęsi omnibus lætitijs. In A. 285 b, Lætitiæ risus satis est maximæ præclarisimæq; pugnæ. Ar. 230 b, Capere lætitiam oculis. pro Mil. 120 b, Lætia de in telitu P. Clodii. I.C. 102 b, Hic tu qua lætitia perfruere? quibus gandijs exultabis? quanta in uoluptate bacchabere? Postquãm. 198 a, Incredibili, qua nunc uestro beneficio fruor, lætitiæ uoluptate caruissem. de D. 120 a, Galli uicto res alacritate & quasi lætitia ad canendum excitantur. I.A. 165 b, Quid ergo? in tanta lætitia cunctæ ciuitatis, me unum tristem esse oportebat? pro Deiot. 148 b, Aliquis lætitia elatus. l. Gaudium. l. Voluptarius.

LAETOR, aris. exulto, triumpho, lætitia efferor, omnibus lætitijs incedo, lærè fero, lætitiam capio, lætitiam apertè fero. I.V. 269 a, Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas. pro S.R. 41 a, Hæc perfecta esse gaudeo, uehementerq; lætor. pro Pom. 4 a, Illud in primis mihi lætandum esse iure uideo. Episto. 7 b, Minimè miror te tuis præclaris operib. Lætari. ad Br. 91 b, De Cassio lætor & reipulicæ gratulor. pro Mar. 136 a, Lætor de hac re. I.A. 232 a, Deinde, ea libidinum turpitudo, ut in hoc sit semper lætatus.

LAETVS, a, um. lætãti animo, bono animo, alacri & erecto animo, alacer, hilaris. pro Fon. 280 b, Hi conterà uagantur læti atq; erecti passim toto foro. & pro Mur. 136 a, Catilina in terea alacer atq; lætus, de Fi. 71 b, Ille Cæcilianus, qui omnibus lætitijs læetum esse se narrat. pro Sest. 3 a, Aliquẽ alacrem atq; lætum uolitare. In V. 69 b, Lætus atq; alacer.)(. Humilis & demissus. At. 123 b, Lęto uultu gratulari. de Or. 157 a, Lęte segetes. de N. 57 b, Vberrimi & lætissimi fructus uitiũ de Sen. 88 a, Vua quid potest esse tum fructu lætius? tum aspectu pulchrius.

LAEVVS, a, um. sinister. de D. 82 b, Iupiter cornicem à læua cornum à dextra canere iussit. & Academ. 22 b, Diana facẽ iacit à læua. & 36 b, Læua manus. de Fi. 114 a, b, Læua pars.

)(. Dexte-

)(.Dextera pars. de Vn.203 b,Ad læuam.)(.Ad dextram. de Diuin.125 a,A dextra.)(.A læua.

Lagena,næ,uas uinarium ad ferendum habile. Epist.166 a, Mater nostra,quæ.lagenas etiam inanes obsignabat,ne dicerentur inanes aliquę fuisse,quæ furtim essent exsiccatæ.

Lagvncvla,læ,lagena parua. Att.89 b, In his inuentæ sunt quinq; lagunculæ matronarum.

Lambo,bis.In V.153 b,Hi canes, quos tribunal meum uides lambere.& Hor.29.

Lamentabilis,le.queribūdus.de L.183 a,Sūptuosa funera & lamentabilia.& Tusc.181 b,Lamentabili uoce deplorās.

Lamentatio,onis.querimonia,questus,lessus.Tusc.154 b, Lugubris lamentatio fletusq; mœrens.& 215 a,Lamentatio est ægritudo cum eiulatu.I.V.110 b,& In C.120 b,Fletus mulierum,& lamentationes fieri solitas pro his rebus. Or.209 a,Plangore & lamentatione compleui forum. de In.72 a,Cum gemitu & lamentatione. Post.208 a,Illa lamētatio & gemitus urbis.de L.182 a,Lamentatio funeris.

Lamentor,aris.deploro,lamentationem facio.de Ora.106 b,Lapides hercule omnes flere ac lamentari coegisset. In A.239 b.Lamentari uxorem uidebam. de Orat.163 a, Matrem ne ut miseram lamentantemq; uideā. In C.119. Venemo ne ad deplorandum quidem reip. nomen atq; ad lamentandam tanti imperij calamitatem relinqueretur. Tusc.164 a.Nam hæc quidem uita mors est, quam lamentari possem, si liberet. 249 b,Cuius cæcitatem cum mulier cuiæ lamentarentur, Quid agitis,inquit,&c.pro Fon.284 a,Nolite pati iudices,aras deorum immortalium quotidiis uirginis lamētationibus de uestro iudicio commoueri.

Lamentvm,ti.lamentatio.In P.98 b,& de L.183 a,In sordibus,lamentis,luctuq; iacuisti. Tusc.185 b,Si se lamentis muliebriter lachrymisq; dedet.l.Sine.

Lamina,næ.In V.269 a,Quid cum ignes ardentesq; laminę, cæterię; cruciatus admouebantur?de L.182 a,Ad eam ātā lamina inuenta est,& in ea scriptum,Domina honoris.Ego lego Lamina honoris.

Lampas,dis.lychnus,lucerna.In V.131 b, Vidi argenteum Cupidinem cum lampade. de N.67 b,Ille cui monte Oetæo illatæ lampades fuerunt.

Lampsaceni.pop.I.V.88 b,Lampsaceni officiosi, maximè sedati & quieti.

Lampsacvm.In V.88 b,Oppidum est in Hellesponto Lampsacum in primis clarum & nobile.

Lanevs,a,um.de N.76 b,Atq; ei laneum pallium iniecit.

Langōr,oris.sopor. Off.25 a, Cauendum est, senectus ne langori desidiæq, se dedat. & 52 b,Ocium & solitudo langorem afferunt hominibus.de D.135 a,Animus cum langore corporis nec membris uti,nec sensibus poteſt,incidit in uaria uisa & incerta. Att.224 b,Videt langorem bonorum.In An.202 b,Expectatio legatorum quantum afferat langoris animis,quis non uideri?& in Sal.274 b, Exprobrare langorem & soporem alicui.

Langvefacio,cis.lāgorē affero.de L.177 b, Incitare lāguētes,& languefacere excitatos,aliter,Languere facere.

Langvens,tis,languidus.Offic.27 a, Sine contentione uox nec languens, nec sonora. Epist.161 a,Senatus languens & defessus.

Langveo,es, & laangueſco, scis.flaccesco, languidus fio.) (.Exulto.In P.97 a,Quāquā languet iuuētus, nec perinde atq;deber in laudis & gloriæ cupiditate uersatur. de D.93 a,Cū dormientibus ea pars animi languet.de N.3 b,& 14 b,Cū ocio langueremur,philosophiam nostris hominibus explicādam putaui.Off.53 a,Et ocio fruor, nec solitudinē lāguere patior. de Or.125 a,Facilius est currētē, ut aiunt, incitare,quām cōmouere languētē.& 11 b,Laguētis populi incitatio & effrenati moderatio.Ac.2 a, Hebescere & lāguere in ocio.I.A.153 a,Cumq; lāguerem de uia, & mihimet displicerē,misi,&c.& 215 a.Consensus populi, si nos langueſcimus, debiliterur necesse est. & 240 b,Ipsa illa Martia legio langueſcet & molitur.de Sē.82 b,Orator metuo ne lāguesçat senecture.de Fi.121 a,Corpore alius langueſcat.Or.197 b,Spem infringi,& langueſcere industriā.

Langvidvs,languens,debilitatus.de Sen.82 a, Senectus nō modò languida atq; iners non est, sed etiam est operosa & semper agens aliquid & moliens. In A.218 a, Non etiam languidiores facti sumus. pro Lig.141 b,Languidiore studio in causa fuistis. Qu.Fr.303 a,Qui antea aut alieniores fuerant & languidiores,nunc horum odio se cum bonis cōiungunt.de Or.104 a,Mollis,languidus,eneruatus, omnia ad uoluptatem corporis, doloremq; referens. In C.106 b,Vino languidus. & ibid. Confectus uino. de Fin. 73 a, Vt tardam & languidam pecudem.

Laniatvs,tus.laceratio.Tusc.171 a,Quid mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti?

Lanificia.in Oeconomico,teste columella 241.

Lanifica,æ,um.de D.89 b,Pecus lanigerū eximia pulchritudine.Accij.

Lanio,as.dilanio.de D.102 a, Quem se torquentem laniās, rostroq; cruentans,&c.Epist.95 a.Cum homo imbecillius à ualentissima fera laniatur.de D.121 b, Cū ferus immanis laniauit uiscera morsu.& Tusc.172 a,Laniari à feris.

Lanista,stæ.gladiatorū magister,qui domi gladiatores habet & instituit, quos deinde locet & uendat muneranis. pro S.R.21 a,& 38 a,Hic nuper le ad lanistam contulit. I.P.85 b,Quo in spectaculo mira reip.æquitas erat, uter eorum perisset tanquā lanista,in eo lucrū fieri putabat. Att.112, Reus tāquā clemēs lanista frugalissimū quēq; secernebat.

Lanivs,nij.qui pecora laniat,& uendit carnes.Off.30 b,Cetarij,lanij,coqui,fartores.

Lanvvium.ciuitas.Att.75 a,cont.Rul.85 b.

Lanvvinvs,a.pro Cor.60.

Lanx,cis.patina,uas cibis ferendis aptum, atque eiusdem quoque formæ appenduntur lances libræ,in quas pondera imponuntur,Att.87 a,Lancibus & splendissimis caniſtris nos solet pascere.Acad.10 b,Etenim necesse est,ut lancē in libra ponderibus impositis deprimi,sic animum perspicuis cedere. de Finib.146 a,& Tusculc.238 a,Virtutis auē amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere, terram mihi crede,ea lanx & maria deprimar.

Laodicea,ceæ.urbs,quæ est in Syria ad mare. Epistol.190 b,191 a.

Laodicens is.e,Ep.75 b,Ciuitas Laodicensis.

Laodicenvs,na.Ep.189,Laodiceni amentiores.Cassij.

Lapathvs,thi. herba nota.de Fin.70 a, Non igitur lapathi suauitatem accipenseri Gallonij Lęlius anteponebat, sed suauitatem ipsam negligebat.

Lapidatio,onis.lapidum iactus.pro Dom.215 b,Inde sexis facta lapidatio est.& In V.222 b,& de Or.126 b,Firma gna lapidatio.

Lapidator,oris.pro D.215 b,Percussor,lapidator,&c.

Lapidevs,a,um.de D.121 a,Imber lapideus aut sanguineus & de N.28 b,Imbres lapidei.& de L.179 a,& Epistol.101 b,Ligneum autem quodcunq; uoluerit uno è ligno cauato,itemq; lapideum.

Lapidicina,næ.locus ubi lapides excidunturde D.85 a, & 118 b,In Chiorum lapidicinis saxo diffisso caput exciti se Panisci.

Lapis,dis.saxum,silex.de Orat. 126 b, M. Aemilium lapide percussum esse cōstabat.pro Do.215 b,A quib. ille se lapidib.appetitū & percussum esse dixit.de Or.106 b,Lapides mehercule omnes flere coegisset.I.P.87 a, Præterq; duos de lapide emptos Trib.pleb.p Mil.109 b, Lapides iacere.

Lapithae,arum.populi,in Pisonē.84 a,Cōuiuiū Lapitarū.

Lapsio,onis.lapsus.Tusc.215 a.

Lapsvs,a,um.delapsus.pro Pomp.11 b,Omnes Pompeium sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de cœlo delapsum intuentur.In A.226 a,Cassius lapsis paucis post diebus consequebatur.

Lapsvs,psus.prolapsio cursus,lapsio.de Diuin.101 a.Silacus emissus lapsu & cursu suo ad mare profluxisset.de N.46 b,Volucrum lapsus atq; cantus. de D.84 a,Stellæ errātes certo lapsu spacioq; feruntur. de Sen.88 a, Vitis serpens multiplici lapsu & erratico. de Or.139 b,Sunt populares multi uariq; lapsus,Acad.47 b,Continere temeritatem à lapsu.

Laqveatvs,a,um.laquearibus seu lacunaribus ornatū.I.V.103 a,& de Leg.169 a,Templū undiq; tectu, & pulcherimè laqueatum. Tusc.166 b,Tecta cęlata & laqueata.

Laqvevs,quei, uinculum.I.V. 208 a,Homini iam collum in laqueum inferenti subuenisti. pro Mil.109 b, & de Finib.121 a,Cum illam belluam iudicij laqueos declinātem iam irretitam tenerem. de Ora.88 b, Stoici disputationū suarum laqueis ce irretirum tenerent, & Tusc.243 a, Laquei Stoicorum. pro Cl.49 b,Putant enim minus multos laqueos legum ac iudiciorū sibi propositos esse oportere. de Fato 141 b,Ad Chrysippi laqueos reuertamur. pro Cecin.301 a,Aequitatem rei uerbi laqueo capi non oportet.

Lar,laris.focus,domus tota,penates,dij patrij uel domestici. Ep.15 a, Crassus penè à meis laribus in prouinciam est profectus.I.V.155 a.Relinquere larē familiarem suum.& 177 b,Redire ad suum larem familiarē.pro Q.16 a,& At. 253 b,Alicui manus allatas esse ante suos lares familiares. de Vn.201 b,Dij quos Græci δαίμονας appellant, nostri opinor lares, si modò hoc rectè conuersum uideri potest?. de L.173 a,Lucos in agris habento,& larium sedem.de N.72 a,Aedes larium & malæ fortunæ.

Large,largiter,liberaliter,prolixè,copiosè.pro Muræna 26 a,Quod dandum est amicitiæ, largè dabitur à me, &c. & pro Sex.Ros.22 a,Largè effuseque donare.& in Verr.194 b,& 213 b,Largè liberaliterque.de Na.64 b, Munificè & largè dare aliquid.& 50 a,Largè & copiose parare conuiuiū.In Ver. 108 a,Largissimè mihi copia facta est eius rei Quint.de Pet.211 b,Largè ac honorificè promittere aliquid.de Nat.50 a,Pastum animantibus largè & copiosè natura comparauit.

Largifluvs,a,um.de Or.157 a, Largifluus imber. Pacuuij.

Largior,iris.dono,largitionem facio,gratificor. Epi. 38 b, Cum natura semper ad largiēdum ex alieno fuerim restrictior.& Off.9 b,Quidam eripiunt alijs,quod alijs largiantur.de Ar.256 b,Vtriusque horum secunda fortuna regnū est largita,aduersa mortem.de Sen.94 b,Si quis deus mihi largiatur ut ex hac ætate repueraſcam,ualde recusem. pro Qu.2 a,Cui summam copiam facultatemq; dicendi natura largita est.de Or.90 b,Duo illa relinquamus, id largiamur uertiæ nostræ.Ep.67 b,Amoriq; nostro plusculum etiam quām concedit ueritas largiare.ad Her.25 b, Triptolemus cum omnibus semen largiretur.I.A.168 b, Quam facultatē mihi multitudo istius uiciorum largitur.pro Qu. R.49 b,Largitus est Fannius Roscio.

Largitas,tis.liberalitas.de Cl.166 a.Vt augere etiam possimus largitatem tui muneris.de N.57 b,Terra fruges maxima largitate fundit.

Largiter.largè.Anteq.195 b,Itaq; ut ego in cōcione mea nihil ponam de rebus meis gestis,tamen in animis & memoria uestra largiter relinquam.

Largitio,onis.δόσις.effusio.corruptela.Off.43 b,Largitio quæ ex re familiari fit,fontē ipsum liberalitatis exhaurit. contra Rull.68 a,Largitio quæ uerbis ostentari potest,reuera fieri nullo pacto potest.& pro Mur.125 a,Largitio facta.de Ora.118 a,Liberalitatem ac benignitatē ab ambitu atque largitione seiungere.pro Cor.61 a, Nunquam intermissa est à maioribus nostris largitio & cōmunicatio ciuitatis.Offi.44 b,Largitio fundum non habet. Prouerbium. pro Plan.266 b,Quam quisq; tribum turpi largitione corrumperet.Off.44 a,& Ep.1 a,Philippus largitionem corruptelam dixit esse.pro Mu.134 a,Aequitatis largitio:id est, administratio.

Largitor.oris.corruptor.Offic.13 b,Existunt in republica plerunque largitores & factiosi,qui,&c.pro Planc. 266 b, Cuiusque tribus largitor esset.In C.120 a,Homo largitor, & prodigus.

Largvs,a,um.Offi.44 b,Omino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi,alteri liberales:prodigi,qui,&c.liberales autem,&c.de N.35 b, Cum sol terras largas luce compleuerit.

Larinas,tis.pro Cl.21 b,Larinas mulier.

Larinvm,ni.opp.pro Cl.22 a.

Larissaevs,a.Ep.214 b,Hagessaretus Larissæus.

Lascivia.uiæ.petulantia,de D.85 b,Achiui ita ab Ilio profecti sunt,ut profectione lęti piscium lasciuiam intuerentur.de Fi.78 b,Hilaritas,lasciuia,risus.

Lassitvdo,nis.defatigatio.de Inuen. 63 b,Postquam illos arctius ex lassitudine dormire sensit.Episto.119 a, Quanquam sumus iam defatigati, sed nulla lassitudo impedire officium debet.

Late.amplè,laxè.pro Cor.57 a, Cn, Pompeij latè longeque diffusa laus.& pro Sest.23 a,Numerus huius generis latè uaque diffusus est.& de Nat.12 b, Larè longeq; peregrinari.de Leg.162 b,Res latè longeq; diffusa. pro Mur.135 b, Vagabitur nomen tuum longę atque latè. Ora.207 a,Fusè lateq; dicere.pro Pomp.10 a, Bellū tam latè diuisum atq; dispersum.contra Rul.20 b, Syllanus ager latissimè continuatus.Off.18 b,& pro Mur.143 a,Hoc latissimè patet,ad multosq; pertinet.de Orat.105 a,Hæc ars latè patet,& ad multos pertinet.Offi.66 a,Hoc latissimè manat.Off. 20 a, Decorum quām latè fusum sit,apparet.pro Cl.54 a,Venenum latius poteſt additum in aliqua parte panis.de In. 58 a,Hoc maiorem quandam uim habet,& latius patet,quām hic exponitur.

Latebra,præ.recessus.pro Marcello,134 b, Cum in animis hominum tantæ latebræ sint,tanti recessus.& de Fin. 87 b, Latebram haberes.pro Sest.4 b,Cum illa coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupisset. de Leg. 191 a,Non fuit latebra danda populo in qua,&c.Of.73 b,Videant,ne quęratur latebra periurio.de D.117 b,Sed te mirificam in latebram coniecisti.pro Rabi.95 a,Cum ignatia ratio te in fugam atq; latebras impelleret.pro Cæl.50 b,Balneæ,in quibus non intelligo, quæ latebra togatis hominibus esse possit.& 48 b,Non possum omnes latebras suspicionum peragrare dicendo.de Di.131 b,Adhibuit etiam latebram obscuritatis.pro Pom.5 a,Mithridates ita regnat,ut se Cappadociæ latebris occultare nolit.Ep.44 a,Ne in tabellæ quidem latebra fuisse absconditam maleuolentiam.

Latebrosvs,a.In Vat.31 b,Via latebrosa.

Latens tis.obscurus,inuclutus.de Cl. 178 a,Rem latentem explicare definiendo.

Latenter,clam.Top.226 a,Cum enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunæ,euentus obscura causa, quæ latenter efficitur.

Lateo,es.latesco,delitesco,clam sum.I.C.100 b,Nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quod nihil latere ualeat in tempore.contra Rul.89 a,Non parnum sub hoc uerbo fuitum latet.pro S.R.38 a,Ibi scelus quoque latere inter tot flagitia putatore.Or.220 b,Veritas in occulto latet. p Rabir.93 a,Aliquē inclusum atq; abditum latere in occulto. contra Rul.74 a,Occultē latere,absconditum esse, furtim, &c.Qu.F.291 a,Non latere in tenebris,neque esse abditū, sed in oculis clarissimæ prouinciæ esse positum. pro Clu. 31 a,Omnia quæ in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam,ut ea cernere oculis uideamini.& Orat. 202 b, Cætera in eo latent.pro Pomp.10 a, Qui locus tam fuit abditus ut lateret?Acad.47 a,Latere in occulco.pro Qui.13 b,Qui fraudationis causa latuerit.In Ant.242 b,Quoniā sub nomine pacis bellum lateret.pro Planc.266 a,Sed eum dolorem hic tulit paulò apertius,cum nimius ille sensus in alijs fortasse latuit.de Legibus,159 b, Tractanda iura populorum,in quibus ne nostri quidem populi latebunt,quæ uocantur iura ciuilia.

Later,ris.terra cocta, & in lapidem durata.de D.129 a,Nū hæc in latere aut cæmento, ex quibus urbs effecta est,uale re potuit?

Laterivm.Ciceronis uilla.Att.59.

Laterna,næ.instrumentum in quo lumē latet.At.57 a, Pauci in uestibulo pannosi fine laterna.

Laternarivs,rij.qui laternam præfert.I.P.83 b,Piso Catilinæ laternarius.

Latesco,scis.In Arat.Hic equus a capite & longa ceruice latescit.

Latex,cis.humor seu liquor omnis,ut aqua,uinū, & alia. de D.121 b,Nos circum latices gelidos,&c.

Latialis Iupiter.pro Mil.118 a.

Latibvlvm,li.latebra.pro R.P.119 b,Tum cum etiam feræ latibulis se tegunt.In Vat.29 b,Repentè enim te tanquam serpens è latibulis intulisti.& Off.3 a, Animantes omnes quærūt pastum,latibula,&c.pro Fl.152 b,Defendendi facilis est cautio,non solùm latibulis occultorum locorum, sed etiam,&c.Att.189 b,Volo emere aliquod latibulum, perfugium doloris mei.

Latina uia.pro Cl.53 b.

Latinae,arum.feriæ Ioui Latiali sacræ.pro Pl.263 b, Qui bus

bus è municipijs uix iam qui carnem latinis petant, inueniuntur. Qui.F.309 b, Dies erant duo, qui post larinas erãt religiosi.de D.84 a, Cum tumulos Albano in monte niuales Lustrasti, & lęto mactasti lacte latinas, & ib. Quod fer mè dirũ in tempus cecidere latinæ. At.2 b, Auiam tuam sci to mortuã esse, quòd uerita sit ne latinæ in officio nõ manerent, & in montem Albanum hostias non adducerent.

Latine. I. A.212 a, Gladiatorem appellaui, ut appellant ij, qui planè & latinè loquuntur.de Or.96 b, Purè & latinè lo quit. Item: Planè & dilucidè, ornatè & ad rerum dignitatẽ aptè & quasi decorè.de Op.243 a, Purè & emẽdatè loqui, quod est latinè.de Or.145 a, Oratio Catuli, quæ est pura, sic ut latinè loqui penè solus uideatur.de Or.97 a, Cum ea quæ uerterem græcè, latine redderem. In Verr.200 a, Latine loqui non accusatorie.de Clar.174 a, Is perbene latine loqui putabatur, literatiusq; quàm cæteri. & 183 b, Curio latine non pesime loquebantur. & ibi de latine loquẽdo. de Or.146 a. Vt latine loquamur, uerba efferamus ea, quæ nemo iure reprehendat. & ibid.b, Nostri minus student literis, quàm latinè tamen?de Cl.177 a, Non tam præclarũ est scire latinè, quàm turpe nescire. & In A.197 a, Num latinè scit?

Latinjensis, e. pro Pom.14 b, Qu. Cęlius Latiniensis. de Rep.248 a, Ager Latiniensis.

Latinitas, tis. sermo latinus, ius Latij. ad Her.27 b, Latinitas est, quæ sermonem purum conseruat ab omni uitio remotum. Vitia in sermone, quo minus is latinus sit, duo possunt esse, soloecismꝰ & barbarismus. At.103 a, Cęcilius nõ bonus autor latinitatis. & 227 a, Multa illis Cæsar, neque me inuito, sed latinitas erat non ferenda.

Latinvs, na, num. de Clar.Orato.176 b, Incorrupta latini sermonis integritas. Orato.211 a, Consuetudo latini sermonis. de Finib.51 a, Sed ita sentio, & sæpè differui, latinam linguam non modo non inopem, ut uulgo putarem, sed locupletiorem etiam quàm græcam. de Ar. 248 a, Italij ac Latini.

Latio, onis. Attic.52 a, Mihi in animo est, legum lationẽ expectare. & pro Mur.125 a, Latio legis. pro Dom. An si in ipsa latione tua capta iam urbe lapides iacti, si manus collata non est, &c.

Latito, as. lęto. pro Quin.10 a, Si latitare ac diutius ludificare uideatur. & pro Cluent. 25 a, Extrahitur domo latitans Oppianicus. pro Domo 229 b, Iube adesse, latitat omnino.

Latitvdo. nis. de Natur. 12 b, In hac immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. Acad.29 a, Lineamentum sine ulla latitudine. contra Rull.79 b, Qui latitudinem possessionum tueri non possunt. & de N.58 a, Latitudo humerorum. de Ora.117 a, Oris prauitas, & latitudo uerborum.

Lativm, tij. regio Italiæ, in qua Saturnus Iouis arma fugiens latuit. pro Ar. 186 a, Studiaque hæc & in Latio, & hic Romæ colebantur. Epistol.134 a, Mirificè capior facetijs his, maximè nostratibus, præsertim cum eas uideam primùm oblitas Latio, tum cum in urbem nostram est infusa peregrinitas, nunc uero etiam bracchatis & transalpinis nationibus.

Latmvs, mi. mons Cariæ. Tusc.168 a.

Latona, æ. de Latona, Diana, & Apolline. I.V.35 b.

Lator, oris. de N.78 a, Ferret ne ullà ciuitas latorem istiusmodi legis? & I.C.120 a, Lator legis Sempronię. & pro Mur.124 b, & I.A.253 b, M. Cicero legis ambitus lator. de L.191 a, Itaq; isti rationi neq; lator quisquam est inuentus, neque autor unquam bonus. & pro Do.223 a, Suffragij lator in ista tua proscriptione.

Latro, as. latrare, proprium est canum cum impetum faciũt sed homines quoq; latrare dicuntur, cum irati clamitant. de Orat. 129 a, Hic frater meus à Philippo interrogatus quid latraret, furem se uidere respondit. & 153 a. l. Clepsidra. pro S.R.27 b, Canes qui & latrare & mordere possũt. de Clar.169 b, Latrant enim iam quidem oratores, non loquuntur.

Latro, onis. prædo, sicarius, grassator, excursor, qui in cæde atq; ex cæde uiuit, qui maleficio & scelere pascitur, archipirata, spartacus. Off.41 a, Quinetiam latronum leges esse dicuntur, quibus pareant. I. A.172 a, Erat ei uiuendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset. I.A.194 a, Excursor & latro. Off.41 a, Bargulus Illyricus latro, & Viriatus Lusitanus.

Latrocinivm, nij. excursio. pro Deiot.147 b, Tueri suos ab excursionibus hostium & latrocinijs. Quint.Frat, 294 b, Multa oppidorum furta & latrocinia esse depulsa. Epist.22 b, Quapropter latrocinia tardissimè omnia perseruntur.

Latrocinor, aris. prædor. de Nat.18 b, Tot millia latrocinantur morte proposita. In Cat.107 b, Tamen latrocinatur se interfici malle, quàm exulem uiuere. Offic. 41 a, Qui una latrocinantur. & pro Milone 104 b, Impune latrocinari.

Latrvncvlvs, li. de Pro.72 a, Res in Sardinia cum Mallucatis latrunculis gesta.

Latvmiae, arum. de latumijs Syracusanis. I.V.268 & 249 b, Carcer ille, quæ latumiæ uocantur. aliàs, lautumiæ.

Latvs, a, um. amplus, laxus. (. Angustus. In Ver.228 a, Viam lata perpetua, multæq; transuersę Syracusis. I.V.244, Insula est Melita, satis lato ab Sicilia mari, periculosque disiuncta. Tusculan.239 b, Fossa lata. Acad. 23 a, Lata. (. Angusta.

Latvs. eris. In Ver.257 b, Eum uident sedere ad latus prætoris. I.V.189 b, Antonius à tergo, à fronte, à lateribus tenetur. & In Verr.255 b. Alatere, à tergo magnam partẽ uriæ relinquere. pro Clu.54 a, Is ex equo cecidit, & latus offendit uehemẽter. de Or.145 a, Crassus lateris dolore cõsumptus. & ibid. Latus ei dicenti cõdoluisse. In Cat.104 b, Nõ enim iam inter latera nostra fica illa uersabitur. de Sen.8 b, Milo ex lateribus & lacertis suis nobilitatus est. In Vat. 31 b, Vt nemo per tuũ latus (quod soles dicere) saucietur. de Sen.80 a, Cum legem Voconiam magna uoce & bonis lateribus suasissem. Or.204 a, de Am.95 b, Vt quoad potest à senis latere nunquam discederem. Of.59 b, Equus quem in cuius lateribus fores essent. de Or.173 b, Inflexio laterum. de Leg.170 a, Fibrenus diuisus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit: id est, latera insulæ. In Arat. Huic spacio ductum simili latus extat utrunq;. de Som.129 b, Terra angustata uerticibus laterib. latior. Qu.F.318 a, Erant loco posita ambulationis uno latere, eo quòd est proximum balnearijs.

Lavatio, onis. balneum. Epi.128 a, Et antè te certiorem faciam, ut lauatio parata sit.

Lavdabilis, le. laudandus, probatus, prædicabilis, prædicidus, gloriãdus, præ se ferẽdus, qui laudẽ habet. Of.4 a, Honestũ quod uere dicimus, etiã si à nullo laudetur, laudabile esse natura. de Cl.Or.195 b, Quorum orationes fuere in primis Asiatico genere laudabiles. de Cl.196 b, Vix singulis ætatib. bini oratores laudabiles fuerunt. Or.203 a, Et si est eo laudabilior poeta. Par.118 a, Voluptas nec meliorẽ efficit, nec laudabiliorẽ uirum. Offi.43 a, Quorum est laudabilior est defensio, tamen etiam accusatio probata sæpe est. ad Her.17 b, Laudabile est, quod conficit honestam & præsentem, & consequentem commemorationem.

Lavdabiliter. rectè, laudate, honestè. Tusc.230 b.

Lavdandvs, a, um. laudabilis. de Or.85 b, Philosophia laudandarum omnium artium procreatrix.

Lavdate. laudabiliter, cum laude. Antequam.193 a, Laudate et honestè uiuere.

Lavdatio, onis. præconium, commendatio, funebris oratio. Ep.248 a, Quem ego currum, aut quam laureã cũ tua laudatione cõferrem? & 14 b, Recordare enim quibus laudationẽ ex ultimis terris miseris. pro Cæl. 38 a, Itaq; nunc lectissimos uiros cum legatione ad hoc iudicium, & cum grauissima atq; ornatissima laudatione miserunt. & pro Flac.153 b, Idem laudationem quam nos ab Athenienses, bus Flacco datam proferebamus, falsam esse dicebat. & pro Fon.276 b, Vt sua religio, laudatio, autoritas aliquid apud uestros animos momenti habuisse uideatur. de Fat. 148 a, Laudationes.) (, Vituperationes. pro Milon.108 a, Cadauer P. Clodij spoliatum exequijs, pompa, laudatione, &c. de Or.112 b, & 140 a, & de Cl.170 a, Laudatio, quę est oratio in demonstratiuo genere. Ar.226 a, Cæsar in foro combustus est, laudatusq; miserabiliter. Or.211 a, In populari oratione, qua mos est Athenis laudari in concione eos, qui sint in prælijs interfecti, quæ sic probata est, ut eam quotannis, ut scis, illo die recitari necesse sit. & 217 a, In eo genere, quod appellamus, placet oĩa dici Isocrateo Theopompeoq; more, ut, &c. Et id genus quod ad delectationẽ est comparatum, emotumq; à iudicijs.

Lavdator, oris. testis innocentiæ alicuius, suasor. Att. 91 b, A in tandem Artice laudator integritatis & elegantiæ nostræ, &c. Postquam 201 a, Qui rerum mearum gestarum autores, testes, laudatoresq; fuerunt. I.A. 210 b, Ego ille pacis semper laudator, semper autor. pro Sest.7 b. Epicurei autores & laudatores uoluptatis. pro Font. 277 a, Qui est ex eo numero, qui uobis autor placeat? eo nos iam laudatore & teste utemur. pro Corn.63 a, Excitabo laudatores. & de Arusp.254 a, Laudare reũ. in Ver.247 a. & 233 a, Decem laudatores dari solitos in iudicijs.

Lavdatrix. Tuscul.160 b, Vitiorum laudatrix fama popularis.

Lavdatvs, a, um. spectatus, probatus, bellicis laudibus abundans. Off.16 a) (. Nulla illustri laude celebratus. pro Mur. 127 b, Ep.248 a, Lætus sum laudari me (inquit Hector, opinor apud Nævium) abs te pater laudato uiro. ea est enim profectò iucũda laus, quæ ab ijs proficiscitur, qui ipsi in laude uixerunt. & 69 a, Placet mihi Hector ille Nævianus, qui non tantum laudari se lætatur, sed addit etiam à laudato uiro. Br.91 b, Res omnium consensione laudata. Epist. 37 a, Laudatus sua sponte, non alterius testimonio. de Op.243 b, Quod omnes laudes habet, id est optimum. pro Fla. 163 b, 164 a, Tu illo absente autore laudato, tantum te crimen probaturum putasti?

Lavdo, as. commendo, laudem tribuo uel contribuo, laudem impertio uel impertior, multum tribuo, laudi do, in laude pono, orno, eximia laude orno, alicuius nomẽ orno, uerbis amplissimis orno, maximis laudibus orno, laude afficio, maximis laudibus effero, in cęlum tollo, in cęlum laudibus effero uel extollo, in cęlum fero, nobilito, laudes alicuius celebro, laudem alicuius celebro, laudem alicuius carmine celebro, gloria aliquẽ & prædicatione effero, in aliquem omnes laudes congero, uerbis effero, probo, laudes de aliquo habeo, in magna gloria & laude pono, famam alicuius celebro, alicuius nomen illustro, uirtutem alicuius prædico, dignitatem utriusq; pari atque in eadem laude pono, orationem funebrem habeo, alicuius facti egregij splendorem uerbis dignitatemque retinere, de seipso gloriosius prædicare, de laude alicuius prædicare, si in æterna gloria Marius. Of.13 a, Ea nescio quõ pleniore ore laudamus. Item: Virtutem nemo unquam Deo acceptã retulit, nimirum rectè: propter uirtutem enim iure laudamur, & in uirtute gloriamur. Ep.69 a, & 248 a. Placet enim Hector ille mihi Nævianus, qui non tantum laudari se lætatur, sed addit etiã à laudato uiro. Att.34 a, Bibulus in cœlo est, nec quare scio sed ita laudatur, quasi Vnus homo nobis cunctãdo restituit rem. Or.199 a, Nunc tantum quisq; laudat, quãtum se posse sperat imitari. Q.Fr.297 a, Non patiar te cum exceptione laudari. de Sen.77 b, Philosophia nunquam satis dignè laudari posset. pro S.R.24 a, Hũc pro dignitate laudare nemo satis cõmodè põt. Att.192 b, Laudantur exquisitissimis uerbis legiones de L.184 a, Tu uerò illum nec nimis ualdè unquam, nec nimis sępe laudaueris. & ibid.a, b, Laudemus igitur prius legem ipsam ueris & proprijs generis sui laudibus. de Aruf.256 a, Hæc eius concio in qua Pompeiũ ornat, an potius deformat? certè laudat. cõtra Rul.67 a, Vt in oibus meis factis atq; consilijs nestrum de me factũ cõsiliumq; laudet. pro Sest.19 b, Põpeius approbauit ac laudauit sententiam Cottæ. de Or.111 b, Laudare bonos ornatè, uituperare improbos asperè. de Or. 137 a, Laudare & efferre aliquem. de Clar.192 a, Plato in cęlum effert laudibus Protagoram, & 194 a, Causa pro Sexto Roscio tantũ commẽdationis habuit, ut, &c. pro Cl.47 a, Ornare aliquẽ summis laudibus, & ibid. De autoritate alicuius detrahere Attic.46 b, Laudare legem ut promulgata est. & 61 b, Salaminij nos in cęlum decretis suis sustulerunt. Academ. 16 a, Cum tantis laudibus philosophiam extuleris. Attic. 62 b, in cœlum ferre aliquid. Attic. 156 b, Hæc tu uerbis ad cœlum extulisti. de Orat.120 a, Facultas, quam modo Crassus in cęlum uerbis extulit. de N. 13 a, Laudare præsentem, & pro Cecin.299 b, & de ar.254 b, Laudare reum. de Sen.83 a, Laudare seipsum. Nestor apud Homerum sæpissimè de uirtutibus suis prædicans, nec erat ei uerendum ne uera de se narrans nimis uideretur aut insolens, aut loquax. & ibid Nihil necesse est de me ipso dicere mihi, quã quam est quidem senile, ætatiq; nostræ conceditur. pro Q. Fr.327 b, Serrani domestici filij funus perluctuosum fuit. ad IIII. Calendas Decembris laudauit pater scripto meo. pro Mur.142 a, Quem cũ supremo eius die Maximus laudaret, gratias egit dijs immortalibus.

Lavdare. pro citare. producere testes. de Orat.149 a, Tamen autores certissimos laudare possum, & socerum meum Sceuolam & Qu. Metellum, &c. & 160 b. Vt autoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam. de Claris orat.168 b, Te rerum Romanorum autorem laudare possum religiosissimum.

Lavernvm. locus. Attico 106. de Fato. Macrobio teste. 183.

Lavo, as. & lauo, uis. de Orat.131 b, illud egregium Sextij & ex tempore: Manus laua, inquit, & cęna. pro Deiot. 147, b b, Quæ igitur causa excogitari potest, cur te lautum uoluerit, cęnatum noluerit occidere. pro S.R.29 a, Si qua ex sanguine paterno macula concepta est, laui non potest. aliter, elui.

Lavrea, reç. corona laurea. Ep.248 a, Quem ego currum aut quam lauream cum laudatione tua conferrem? de Pro. 76 a, In Capitolium inuehi cum insigni illa laurea. & 75 a, An laurea illa magnis periculis parta amittet longo interuallo uiriditatem? In Pis.92 a, Quid confecto formidolosissimo bello coronam illam lauream decerpturo? & 7 b, Quibus à senatu? Off.16 a, Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. I. P.95 a, Cedant arma togæ, concedat laurea laudi.

Lavreatvs, a, um. de D.93 a, C. Marius cum fascibus laureatis. & Att.108 a, Lictores laureati. & pro Murẽ.145 a, Qui imaginem parentis sui laureatam in sua gratulatione conspexit.

Lavreola, le. Att. 79 a, Laureolam in mustaceo quærere. Ep.23 a, Velles enim, ais, tantummodo, ut habẽrem negocij, quod esset ad Laureolam satis.

Lavrvs, arbor; hic autem lauream significat. Ep.26 b, Sed incurrit hæc nostra laurus in uoculas maleuolorum.

Lavs, dis. præconium, commendatio, gloria, splendor, decus. de Or.94 b, Fingendus est nobis detractis omnibus uitijs orator, atq; omni laude cumulatus. de Clar.169 a, Breuitas in uniuersa eloquentia laudem non habet. & ibid. Breuitas laus est in aliqua parte dicendi. & 174 b, Quorũ neuter summi oratoris habui laudem I.V.196 a, Neq; ego hoc in tua laude pono. de Orat.160 a, Rectè hoc in orationis laude ponetur. de Cl.177 a, Latine loqui est in magna laude ponendum. pro Mur. 128 b, Quam pari atq; in eadem laude pono. pro Flac.151 b, In re domestica continentiæ laus quærenda. est, in publica dignitatis. pro Arch. 190 b, Trahimur omnes laudis studio, & optimus quisq; maximè gloria ducitur. Off.42 b, Ex qua ætate qui exercẽtur, laude afficì solent. pro Pl.278 a, Tu id in me reprehendis, quod Q. Metello laudi datum est, hodieq; & semper erit maximæ gloriæ. Tusc.148 b, Si Fabio laudi datum esset quod pingeret. Att.283 a, Quanquam ei ego uerborum laudem tribui, eamq; modicã. de Orat.93 a, & pro Quint. 48 a, Tribuere magnam laudem eloquentiæ cuipiam. Epistol.61 b, Ego dolori tuo nõ solum ignosco, sed summam etiam laudem Tribuo. pro Sest.27 a, Neq; eos in laude positos uidemus, qui, &c. pro Arch.189 b, Populi Romani laus est, urbẽ illam esse seruatã, &c. Ep.29 b, Qui si dignum se maioribus suis præbuerit, ut spero & opto, tua laus ex aliqua parte fuerit. Att.217 b, Laudes, quas ab eo de nobis haberi audio. Ep.133 a, Efferre aliquem summis laudib. ad cęlum. & 25 b, Ornare res alicuius diuinis laudib. & 248 a, Vixisse in laude. de Or.140 a, Vera laus uni uirtuti debetur. de Op.243 b, Quod oẽs laudes habet, id est optimũ. de Or.86 a. Ii quibus summi dicẽdi laus à nostris hominibus cõcessa est. Of.14 b, Quibus autem nulla talis fit causa, his non modò nõ laudi, uerum etiam uitio dãdum puto. pro Mur. 126 b, Maledicto nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupauit.

occupauit. pro Mur. 127 b, Auus tuus nulla illustri laude celebratus fuit. Offic. 16 a, Vir bellicis laudibus abundans Cn. Pompeius. de Or. 86 b. Vir omni laude cumulatus. Br. 91 b, Res, quæ ne laude quidem satis idonea affici possit. I.V. 75 a, & 80 a, esse in laude & ī gratia cū aliquo. pro Ar. 178 a, Ista doctrina quam tu laudibus effers. Quint. Fratr. 309 a, Ornare aliquem veris laudibus. Atti. 39 a, Is laudes nostras in astra sustulit, At. 36 a, Essem in cœlo.)(. Ex astris cadere uel decidere. de N. 3 b, Hoc magni interest ad decus & laudem ciuitatis.

Lavtivs. aduer. elegãter. de L. 169 b, Hanc uides uillam lautius ædificatam.

Lavtitia, tiæ. mundicia, elegantia. Epistol. 136 b, Fama ad te de mea noua lautitia ueniet. & 158 b, Lautitia, mundicia, elegantia.

Lavtvs, a, um. elegans, splendidus, diues, delicatus, mollis. Epist. 136 b, Cœna magnifica & laura. & 102 a, Valde iam lautus es. In P. 97 a, Nihil apud hunc lautum, nihil elegãs, nihil exquisitum, ne magnopere quidem quicquam præter libidines sumptuosum. de Orat. 98 a, In oratoris uerò instrumento tam lautam supellectilem non uideram. Attic. 222 a, Libertis minus lautis seruisq; nihil defuit, nam lautiores eleganter accepti. de Offic. 43 b, Sed illa ratio lautior ac splendidior, &c. & pro Flac. 163 b, Patrimonium sãtis lautum dissipare. pro R.P. 128 b, Lautum & copiosum patrimoniū. I.V. 79 a, Homo lautus & urbanus. pro Deiot. 147 b, Cur te lautum uoluit, cœnatum noluit occidere? I. Lauo.

Laxamentvm, ti. remissio, relaxatio. pro Cluen. 36 a, Non modò causæ, sed ne legi quidem quicquam per Trib. pleb. laxamenti datum est. Epistol. 195 a, Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti, cõcinnaui tibi munusculum, &c.

Laxe, amplè. pro Domo. 236 a, Ista habitare laxè & magnificè uoluit. Att. lib. 13, Laxius proferre diem.

Laxitas, tis. amplitudo. Off. 28 a, In domo clari hominis, &c. adhibenda est cura laxitatis. & pro Dom. 236 b, Vt faciles omnium domos laxitate superaret.

Laxo, as. dilato, tardius ac remissius facio, soluo. At. 66 b, Vt forum laxaremus, & usq; ad atriū libertatis explicaremus. At. 89 b, Tantum abest, ut ex eo quo astricti sumus, laxari aliquid uelim. Or. 107 b, Quanto facilius nō modo laxare modos, sed totos mutare possumus? de Clar. 195 a, Laxare iudicum animos, & à seueritate paulisper ad hilaritatem ri sumq; traducere. de Or. 164 b, Aliquando ab hac contentione disputationis animos nostros curamq; laxemus. Ep. 70 b, Rogando, ut istis te molestijs laxes. Tusc. 157 b, Cum laxati curis sumus. de Som. 128 a, Animi corpore laxati illum incolunt locum. de Se. 78 b, Qui se à libidinum uinculis laxatos esse non moleste ferrent.

Laxvs, a, um. amplus. de Amic. 104 b, Commodissimum est, quàm laxissimas habenas habere amicitiæ, quas uel adducas cum uelis, uel remittas. At. 87 b, Ego diem statuo satis laxam, id est, tempus satis longum.

Lebadia, urbs. de Diu. 96.

Lectisisme. Or. 219 b, Sẽtẽtijs uerbisq; lectissimè dicere.

Lectica, cæ. lecticula. I.V. 241 a, Verres lectica octophoro ferebatur. Qu. Fr. 312 b, & 310 a, & Atti. 89 a, de D. 124 b, Lectica operta iter facere. In Ant. 180 b, At iste operta lectica latus est per oppidum. & 171 b, Inter quos aperta lectica Mima portabatur. & 176 a, Caput in aduersam lecticam inferens petebat, &c.

Lecticarivs, rij. qui lecticam fert. Ep. 56 a, Coactus sum eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisq; lecticarijs eum in urbem referre. & pro S.R. 41 b.

Lecticvla, læ. de Diu. 92 a. Ep. 95. Sulpitij.

Lectio, nis. euolutio. Attic. 7 a, Quotus enim quisq; est qui epistolam paulò grauiorem ferre possit, nisi eam per lectionem releuarit. Ac. 2 a, Lucullus delectabatur mirificè lectione librorum, de quibus audiebat. Tusc. 176 b, Lectionē sine ulla delectatione negligo. Ep. 75 a, Rationes confectæ ad quas nihil adhibui præter lectionem.

Lectio. pro electione. I.A. 179 b, Vt hos iudices legere audiret, quorum lectione duplex imprimeretur reipublicæ dedecus.

Lectito, as. de Clar. 175 b, Lecitauisse Platonem studiosè, audiuisse etiam Demosthenes dicitur.

Lectivncvla, læ. Ep. 94 b.

Lector, oris. anagnostes, recitator, autor. Epist. 68 a, Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum uicissitudines. de Or. 129 a, Bruti duo lectores excitauit, & alteri Crassi orationem legendam dedit, alteri de Lege Seruilia.

Lectvlvs, li. Qu. Fr. 228 a, Qui à ducenda uxore sic abhorret, ut quicquam libero lectulo neget esse iucũdius. I. Cæ. 99 a, Qui me in meo lectulo interficere, Item: Pomponius surrexit è lectulo. de Fini. 85 a, Philosophi in suis lectulis plerunq; moriuntur. Lectuli Punicani. I. Punicanus.

Lectvs, cti. lectulus, cubile. de Or. 109 b, Cum etiam tum in lecto. Crassus esset. & apud eum Sulpitius sederet. Epistol. 141 a, Is dixit mihi te in lecto esse, quod ex pedibus laboraret. pro Clu. 20 b, Lectus ille genialis, quem filiæ nuberet sternauerat. I.C. 118 a, Lectus ad quietem datus. In Cat. 11 a, Nemo inuentus est, qui non cubile & lectulum suum satis esse uelit. de D. 135 a, Deos immortales cõcurrere omnium mortalium, nō modò lectos, uerum etiam grabatos. de D. 136 a, Quidam somniauit, ouum pendere è fascialecti sui cubicularis. & Tusc. 239 b, Lectus cubicularis. In A. 173 a, Lectus stratus conchyliato peristromate. In An. 173 b, In medio foro lectos sternere, & 213 b, Lecti ærati, & 145 b, De lectis tricliniorum. pro Cæ. 52 a, Alia subsellorum ratio alia lectorum. de Legib. 182 a, Vt uni plures lecti sternerentur. Attic. 76 b, Scito nos præter quatuor lectos & tectum nihil accipere. Tusculan. 240 a, Collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo.

Lectvs, a, um. de Or. 156 b, Lectis & illustribus uerbis uendum. de In. 53 a, Et tu uxorem lectissimam habere uis. & ibid. Vt neq; uir melior, neq; fœmina lectior in terris sit. I.V. 59 b, Frater tuus lectissimus & ornatissimus adolescens pro S.R. 38 b, Paruuli ex tot elegantissimis familijs Lecti. I.V. 225 a, Lectissimi flores.

Lecythvs, thi, ampulla, arcula, pyxis pigmentorum, qua utuntur pictores ad coloranda quæ uolunt. translatum uerò à propria significatione, orationis splendorem & ornatum, & quasi colorem quendam significat. Att. lib. 1. pag. 9 a, Quid multa? totum hunc locũ, quem in Aristocratia ego uariè meis orationibus, quarũ tu Aristarchus es, foleo pungere, de flamma, de ferro (nosti illas) ualde grauiter pertexui.

Legata, tæ. dicitur ut legatus. Att. 234 b, Huc Cerelia missa ab istis ad me est legata.

Legataria, prouincia quæ alicui legata est. Att. 241.

Legatio, onis. legati munus & legati ipsi, legatio libera quæ honoris causa, & titulo tenus alicui deferebatur, qui alioqui negocia sua haberet in prouincia. Legatio uotiua, quæ uoti prætextu suscipiebatur, erat tamen & ipsa libera. de Arusp. 251 b, Ius legationis cùm hominum præsidio munitum, tum etiam diuino iure est uallatum. & ibid. Oratores contra ius fasq; interfecti. I.A. 199 b, Legatio ultro missa, timoris signum est. & 231, Renunciare legationem. Ep. 196 a, b, Negociorum suorum causa legatus est in Africa legatione libera. Attic. 243 a, Habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Iulia, bella est autem huius iuris quinquennij licentia. & 241 b, Legatio uotiua. & 33 b, & 6 a, Legatio libera causa uoti. In A. 154 a, Cum haberem ius legationis liberum. Qu. F. 311 a, Illud autem quod cupit Clodius, est legatio aliqua, si minus per senatum, per populum libera. contra Rul. 62 a, Hæreditatem obeundarum causa, quibus uos legationem dedistis. pro Fla. 155 b, Qui hanc ipsam legationem quã habet, non accepit à suis ciuibus, sed usq; Tymulo petiuit. Or. 207 b, Oratio Demosthenis contra Aeschinem falsæ legationis. & de Op. 44 b, Aeschines legationem ementitus est. Ac. 2 b, Obire legationem. I. Consilior.

Legatvm, ti. Att. 103 a, Hortensij legata.

Legatvs, ti. Orator, qui defert mandata alterius, autor. de Orator. 122 a, Cum Athenienses ad senatum legatos de suis rebus maximis mitterent. Postq. se. 26 a. Viæ multitudine legatorum undique missorum celebrabantur. In Vat. 36 a, Legati nūcij pacis & belli, curatores, interpretes bellici consilij, autores ministri muneris prouincialis. & ibid, Legati ex senatus autoritate legebãtur. de Ar. 251 b, Theodosius legatus ad senatum à ciuitate libera missus. In Ant. 199 a. Quamuis seuera mandatis legata dederimus, de L. 187 b, Quid turpius, quàm legatus sine mandatis? sine ullo reipub. munere. pro Pomp. 20 b, Cretenses ad Pompeium legatos adprecatoresq; miserunt. de Clar. 194 a, Molo legatus ad senatum de Rhodiorum præmijs uenerat. I.A. 218 b, Legati senatus facie secum afferunt, autoritatem reipub. & ibid. Cum ad Antiochum legatus missus esset. pro Flac. 159 a, Aspiciant hũc florem legatorum laudatorumq; Flaccij. Epi. 12 a, Hammonius regis legatus. pro D. 139 a, Legatus regius. de L. 185 b, Rei suæ ergo ne quis legatus esto. Ep. 2 b, Crassus tres legatos decernit. pro S.R. 22 b, & 36 b, Capito qui in decem legatis erat. Epi. 198 a, Quos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denũciandum miserat, nisi legatorum nuncio paruisset. de Som. 127 a, Cũ obieris legatus Aegyptum & Syriam pro Mur. 128 a, b, Murena legatus L. Lucullo imperatori fuit, qua in legatione duxit exercitum, signa contulit, manum conseruit. pro Sest. 102 a, Legare sibi aliquem legatum. pro Cl. 38 a, Qui M. Aemilio clarissimo uiro legati & præfecti & tribuni militares fuerunt. Att. 133 a, Omnes aut cum imperio sunt, aut legati sunt eorum. Attic. 188 b, C. Caluisius duos legatos Vticæ reliquerat. I.P. 98 a, Cũ hyberna legato præfectoq; tradidisses, euertisti miseras ciuitates. Epist. 243 b, Quinq; cohortes sine legato, sine tribuno militum, deinq; etiam sine centurione ullo apud Philomalum consederunt. I.V. 87 a, Legatus quæstorius.

Legio, onis. aciei Romanæ nomen. At. 129 b, Ex quibus duabus legionibus non amplius xiij. cohortes contrahere potui. & Ep. 164 b, Vigesima octaua legio. At. 257 b, Legionē suis signis ducere. pro Fl. 162 a, Cur cũ tribunus militum Flaccus esset, in illius legione miles fuisti. pro Cl. 49 a, Tribuni militum legionib. quatuor primis. I.A. 156 b. & Att. 157 b, Legio Alaudarum. In A. 184 b, Legio Martia. Par. 124 b, Ergo hoc proposito nunquam eris diues, antequam tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, ut ex eo tueri ser legiones, & magna equitum & peditum auxilia possis Cæsar 190. & 261 a, Non. Ian. naues soluit impositis, ut supra demonstratum est, legionibus septem. At suprà demonstratum erat. XV. millia legionariorum militum nauibus transportari posse. Quod argumentum est, legionē cõstare solitam ex II. millibus militum, & CXLII, sæpe tamen pedites habet 6100, equites 726. quin & maior quoq; interdum reperitur. Legio Romana constabat ex Triarijs, principibus hastatis, & uelitibus. Hi ordines, exceptis uelitibus, singuli diuidebantur in decem centurias. In triarijs erat primũ pilum, secundum pilum, item cæteri usq; ad decimum. In principibus primus princeps, secundus, & cæteri. In hastatis, primus hastatus, secundus, & alij eodem modò, quæ nomina etiam cum centurionibus communicabantur.

Legionarivs, a, um. Ep. 165 a, Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi. Pollionis.

Legislator, oris. lator legis, legis scriptor, qui legem uiuẽdi singulis & populis dat, qui leges fert, qui iura statuit, qui iura ciuibus præscribit. I.C. 120 a, Lator legis Sempronianæ. & pro Mar. 124 b, M. Cicero legis ambitus lator. pro Dom. 222 b. & 223 a, Legum scriptor peritus & callidus. de Or. 101 a. Lygurgus, Draco, Solon. de L. 172 a, Charondas, Zaleucus.

Legitime, iustè, uerè. pro Cec. 296 a, Qui legitimè procurator dicit. Of. 3 b, Iustè & legitimè imperare. pro D. 228 b, In illa adoptione legitimè factum est nihil.

Legitimvs, a, um. iustus, uerus.)(. Extraordinarius, nullum habens ius. Of. 73 b, Cum iusto & legitimo hoste res gerebatur. I.A. 236 a, Expedito nobis homine opus est qui imperium legitimum habeat. Tusc. 166 a, Iusta uxor. I.A. 157 b, Cedo illa legitima, quæ consules populum iure rogauerunt. Of. 13 b, Neq; uinci se ullo publico ac legitimo iure patiuntur. pro Dom. 200 a, Iure quiritum legitimo tutelarũ & hæreditatum relicto. de In. 78 a, Si legitimum scriptum

proferetur. id est, aut lex ipsa, aut ex lege aliquid. de In. 70 b. Iam iura legitima ex legibus cognoscere oportebit. pro Cæc. 293 b, De iure & legitimis hominum controuersijs loquimur. Or. 207 b, Legitimæ & ciuiles controuersiæ. & pro Ar. 185 b, Legitima quæstio. de Op. 244 b, In theatro qui locus est concionis legitimæ. de Cl. 171 b, Illa oratorũ propria & quasi legitima opera. de Fat. 140 b, Prima illa, quę quotidiana, & quasi legitima nobis de quæ dicta sunt. pro Mil. 106 b, Iter solenne, legitimum, necessarium eo die Milōni erat Lanuuium. In V. 134 b, Dies is erat legitimus comitijs habendis. Ep. 98 b, In literis meis ad Cæsarem legitima quædam est accessio commendationis tuæ. I. V. 247 a, In iudicijs qui decem laudatores dare non potest honestius est ei nullũ dare, quàm illum quasi legitimũ numerum consuetudinis non explere.

Lego, is. aliquem legatum uel oratorem mitto. In Verr. 127 b, Cẽturipini Andronem legarunt ad Apronium. & Attic. 156 a, Qui essent ad Coss. de pace legati. Epi. 37 a, b, Nec eram tam desipiens, ut priuatæ rei causa legari putarem, qui, &c. & de Clar. 169 a, C. Fabr. cuius ad Pyrrhũ de captiuis recuperandis missus orator. Att. 243 a, Dolabella me sibi legauit. Epist. 84 a, Cæsar Cassium sibi legauit. Att. 63 a, Mæsius defendebatur à nobis, sed delegatione reuocatus, nam eum Cęsari legarat Appius. & 55 a, Ego me à Pompeio legari ita fum passus, ut, &c. & 155 b, Me legatum iri nō arbitror. pro Pom. 14 b, Ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetẽti. Ep. 196 b, Negociorum suorũ causa, legatus est in Africā legatione libera pro. Se. 10 b, Isti quos legatos tute tibi legasti.

Legare, testamento, uel codicillis aliquid uel alicui relinquere. Top. 222 a. & pro Cl. 24 b, Legare aliquid alicui à filio, uel à secundo hærede. pro Cec. 287 a, Vsumfructũ omnium bonorum suorum Cæsenniæ legat. Ofta. 331 a, Rẽpubl. testamento legatam sibi obtinuit. Att. 219 b, & 220 b. Cluuium autem à Tito Hordeonio legare, & Terentiæ HS LIII. utilia, & sepulchro multisq; nihil à nobis.

Lego, gis. *διαγιγνώσκω.* recito, cognosco, uoluo, euoluo uerso, uoluto, peruoluto, uolutor, uersor, lectionem ad aliquẽ librum adhibeo.)(. Reijcio. I.V. 258 b, Quam orationẽ nemo ẽ in Sicilia quin habeat, quin legat. & Epist. 82 a, Liber tuus & lectus est, & legitur à me diligenter. de Or. 89 a, Plato, cuius tum Athenis diligentius legi cum Carneade Gorgiam. & 97 b, Eam rem, quam legas, uerbis alijs quam maxime fieri posit, lectis pronunciare. & ibid. Omnium bonarum artium scriptores & doctores legẽdi & peruolutãdi. At. 86 b, Non assequor ut scribam, quod æquo animo legas. de Cl. 181 b, Antimachus poeta conuocatis auditoribus legebat eis magnum illud uolumen, &c. & de Or. 129 a, Orationem alicui legẽdam dare. Ep. 95 a, Dummodo is tibi quiduis potius quàm orationes meas legerit. de Sen. 81 a, Nec sepulchra legẽs uereor, quod aiunt, ne perdam memoriam. de N. 50 b, Legi scriptum esse, auem quãdam, &c. Top. 221 a, Eos libros per te ipse legas. Or. 206 a, Quoniã hunc tu oratorem diligẽtissimè cognouisti, nec eum dimittis è manibus. contra Rul. 68 b, Hoc animo ad legendã legem, cognoscendamq; ueni, ut, &c. Aliquem in bonis autoribus esse uolutatum. I. Voluto.

Legere. pro eligere. Or. 212 b. Verba legenda sunt potissimum bene sonantia. pro Cæl. 45 a, Hinc licet conditiones quotidie legas. I.A. 197 b, Vt hos iudices legeret, quorum lectione duplex imprimeretur reipub. dedecus. pro Milon. 105 b, Ex quibus cum optimos uiros legeret, non potuit legere non studiosos mei. Ep. 204 b, & pro Dom. 229 b, Legere aliquẽ in senatum. Ep. 91 b, Cum qui aruspicinam facerent, in senatu Romæ ligerentur. de Fin. 115 a, Introduci uirtus nullo modò potest, nisi omnia quæ leget, quæque reijciet, unam referantur ad summam.

Legere. pro colligere. de Or. 133 b, Nudum nuces legere. pro Lig. 182 a, Homini mortuo ne ossa legito.

Legvleivs, leij. qui album tantum & formulas quasdam fori secutus, non orator, sed formularius, ut Quintilianus dicit, uel ut Cic. tũ leguleius. i. facilior eligens, cum præconionum & cantor formularum euadebat. de Orat. 105 b, Leguleius quidam cautus & acutus, præconionum, cantor formularum.

Legvmen,nis.quod legitur è terra,ut pisa,cicera.faba.de N. 57 b,Terra fœta frugib.& uario leguminum genere.

Λεληθότως.l.Obscurè.

Λήμματα,l.Sumptio.

Lemniscatvs,a,um.insignitus,nobilis.pro S.R.35 a,Palma lemniscata.

Lemnivs,a.de Fin.84 b,Saxum Lemnium.

Lemnvs.insula.Ad Her.41.At.80.de N.24.de Fa.147.

Lena,næ.conciliatrix.de Nat.16 b,Non uides quàm blanda conciliatrix,& quasi sui sit lena natura?

Lenio, lenis. placo, mitigo, flecto . pro Mar. 1362 a, Qui non fortuna inflammaret odium suum,sed bonitate leniret.At. 90 a.Sæpe etiam leniui iratum.I.A. 182 b, Cæsar muneribus multitudinem imperitam lenierat.At.190 a , Me scriptio & literæ non leniunt,sed obturbant.de Na.6, Incommoda sapientes commodorum compensatione leniunt. Qu.Fr.295 b, Perfice ut lætitia prouincię desiderium nostrum leniatur.Epi.256 a,Omne desiderium literis mitten disaccipiendisq; leniam. I.A.159 a,Populus Romanus de fideriũ liberatoris sui perpetuo plausu & clamore leniũt. de D.108 b,Liber de ægritudine lenienda . Qu.Fr. 326 a, Quorum tamen nihil est eiusmodi,ut ego me multa consolatione leniam.Epi.61 b,Hominis importunissimi contumeliæ tuis erga me officijs leniuntur.

Lenis,ne.facilis,mitis, indulgens,clemens.)(. acer , seuerus asper.Epist.61,Sin aliquid impertiuit tibi sui consilij, lenis à te & facilis existimari debeo,qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem. pro S.R.44 b,Romani quondam in hostes lenissimi & mitissimi.& ad Bru.91 b , Lenis in aliquẽ. Episto.71 a,Lenissimis uerbis utens, te grauiter accusas. Att.100 a,Auster lenissimus & mitis.de Or.113 b , Tractu orationis leni & æquabili.aliter,leui.l.Lenitas.de N.55 b, Vox lenis.)(.Vox aspera.& de Fi. 72 b,Lene.)(. Asperum. de Orat.125 b,Oratio placida,summissa , lenis.)(.Fortis, acris,uehemens .

Lenitas,tis.lenitudo,quasi quædam mollicia siue lenitudo. I.C.105 b, Non est iam lenitati locus seueritatem res ipsa flagitat.Par.236 b,Lenitas est iusticia in moderatione animaduertendi.Part.237 a,Lenitatem mollicia animi imitatur.Attic.73 b,Nunc lenitate dulces sumus . de Orato. 89 b, Mentes ad lenitatem , misericordiamque reuocare. pro Syl.270 a,Qua mollicia sum animi ac lenitate.Ep. 202 b, Dare se ad lenitatem.pro R.92 a , Libertas lenitate legum munita.pro Mur.134 a , Qua in sorte sapiens prætor bene uolentiam adiungit lenitate audiendi.de Or.107 b, Neq; minus hæc tamen tua grauissimi sermonis lenitas , quàm illa summa uis & contentio probatur.de Or.114 a, Genus orationis fusum atque fractum,& cum lenitate quadam æquabili profluens.Ora.201 b,Lenitas & æquabilitas orationis , & purum quoddam & candidum genus dicendi . de Or.125 a,Lenitas uocis .

Leniter. molliter,quodammodo molli brachio. de Somn. 127 b,Hic leniter arridens Scipio,Quæso,inquit , &c.pro Cæl.42 b , Oratio sensim ac leniter accendit animos . de Orat.152 a,Agere uersum leniter & remisse. Of.27 a,Prefse & leniter loqui.de Clar.179 a,Leniter dicere.)(.Asperè dicere.de Or.107 a,Tu qui multo dicis remissius & lenius quàm solebas.Ep.61 a,Sedens ijs assensi qui mihi lenissimè sentire uidebantur .

Lenitvdo,nis.lenitas.I.V.231 b,Verebar ne illorum nimia lenitudine oppugnaret.Tusc.237 b , Lenitudo orationis, mollitudo corporis.Quint.Fr.27 b,Nam illud non solum est grauitatis,sed interdum etiam lenitudinis. alij legunt, lentitudinis .

Leno,onis.minister libidinis,minister improbissimæ cupiditatis.Post.206 b,Leno impurissimus.pro Qu.R.48 Ballio ille improbissimus & periurissimus leno.

Lenocinivm,nij.pro Mur.142 a, Vtrum lenocinium , inquit,à grege delicatæ iuuentutis petebas?an.&c. Post.206 a,Qui egestatem domestico lenocinio sustentauit. de Nat. 55 b,Perspicuum est enim,quò corporum lenocinia processerint.pro Sest.26 b,Qui se uiciorum illecebris & cupidita tum lenocinij dediderunt.

Lenocinor, aris, I.V.62 a,Tibi seruiet ,tibi lenocinabitur, minus aliquando contendet quàm potest.

Lentr,remisse.de Orat.125 b,Lentè ferre aliquid.& 137 b, Lentè respondere alicui.Parad.117 a,Sed hęc obscuriora uideri possunt,cũ sine appositione exemplorum lẽtius disputantur.Att.27 a,Quẽ librum tibi ego non essem ausus mittere,nisi eum lentè & fastidiose probauisse mihi est,diu.

Lentiscvs,sci.de D.83 a,Iam uerò semper uiridis semperq; grauata Lentiscus triplici solita grandescere fœtu,Terra ges fundens tria tempora monstrat arandi.

Lentitvdo,nis.nimia lenitudo & tarditas.Tuf. 218 a,Stoicei am quam nos lenitatem dicimus , uitiosa lentitudinis nomine appellant.Qu.Fr.297 b,Nam illud non solum est grauitatis,sed interdum etiam lentitudinis.l.Lenitudo.

Lentvlitas,tis.Ep.36 a,Vilam Appietatem aut Lentulitatem ualere apud me existimas , quàm ornamenta uirtutis

Lentvlvs,la.restrictus.Att.165 a,An existimas illum in illo genere lentulum aut restrictum.

Lentvs,a,um.tardus,frigidus,remissus.I. C.109 a,Hos ego non tam milites acres , quam inficiatores lentos esse arbitror.de Cl.180 b,Lentus in dicendo ac penè frigidus.Att. 8 b,Teneri Syllani lentum negocium.de Orat. 134 b, Virpatiens ac lentus.

Leo,onis.Off.9 a,Fraus quasi uulpeculæ,uis leonis uidetur.& de Fin.133 b.

Leon,ontis.nomen proprium.Tuf.129 b.

Leonaticvm,de N.69 b,Leonaticum , delubrum Athenis, quod Leocorion nominatur.

Leontini.pop.I.V.141 a.

Leontinvm.urbs.I.V.155 b.

Leontinvs campus.I.A.168 b,& in Verrem sæpe.

Leocorion.l.Leonaticum.

Lepide . uenustè , festiuè.Orat. 210 b.I.Lexis. & de Orato. 158 b.

Lepidvs,a,um.uenustus,festiuus.I.C.109 a, Puer lepidus ac delicatus.ad Her.31 a,Lepida,& concinna exornatio.

Lepor,oris.iucunditas,festiuitas,hilaritas,humanitas,urbanitas.I.V.265 a,Homo affluens omni lepore ac uenustate. Tusc.239 a,Specimẽ humanitatis,salis,sauitatis, leporis. de Orato.86,Lepos quidam facetiæque & eruditio liberodigna. & Ep.95 b,& 134 b,Multa erat in homine iucunditas, & magnus in iocando lepos.I.V.87 a,& de Or.117 b, Alter leporem quendam & salem est consecutus . de Cl. 177 b,Facetiarum & urbanitatis oratorius non scurrilis lepos.& de Ora.98 a,Facetiarum quidam lepos . Or.107 b, Genus dicendi in quo omnes uerborum , omnes sententiarum lepores.pro Flac.158 a,Sermonis lepor.ad Her.31 a, Lepos & festiuitas orationis.

Lepreon.opp.Att.90.

Leptis,ptis.I.V.267.

Lepvs,poris.l.Pulpamentum.In Arat.Leuipes lepus.

Lepvscvlvs,animal.de N.18 b,Nec unquam egressus ex insula in qua lepusculos uulpeculasq; sæpe uidisses.

Lepvscvlvs,ula,lum.I.V.210 b,λεπτοκορισκικόν,a lepido.

Lerna,æ.palus argiua,in qua hydra excertaue fuit.Tusc.175 b,Hæc dextra lernam terram mactata excetra placauit.

Lesbiacvs,a,um.a Lesbo insula.Tusc.164 b.

Lesbos, inf.Att.143.

Lessvs,si,uel Lessum,si.quid sit , hisce uerbis declarat Cicero.de L.182 a,Mulieres genas ne radunto , neue lessum funeris ergo habento. Hoc ueteres interpretes , Sext.Aelius,L.Acilius non satis intelligere se dixerunt , sed suspicari , uestimenti aliquod genus funebris : Lælius lessum quasi lugubrem eiulationem , ut uox ipsa significat , quod eo magis iudico . uerum esse,quia lex Solonis id ipsum ueta t. Tuscul.187 a, Ingemiscere nonnunquam uiro concessum est,idq; raro : Eiulatus ne mulieri quidem concessus est : hic nimirum est fletus,quem XII. tabulæ in funeribus adhiberi uetuerunt.

Letvm,ti.mors.Atti.164 b,Vide quam turpi leto pereamus. de D.92 a,Eodem sibi leto,quo iste interisset , esse perendum.de L 174 a,Hos leto dato diuos habento.

Levamen,nis.leuamentum.Att.196 a,Quod si esset aliquo leuamen,id esset in te uno.

Levamentvm,ti.alleuamentum,leuamen. Atti.201 a,Scis illam rem tibi fore leuamento . & de Fin.137 b,Leuamentum doloris.

Levasso . de Sent.77 a, Si quid ego adiuto curamue leuasso.Ennij.

Levatio,nis. eleuatio, leuamen , leuamentum , fomentum. Att.200 b,Si me leuari uis, hæc est summa leuatio . Epist. 82 a,Quotidianus congressus & sermo magnæ mihi leuationis est . Tusc. 174 b, Quæ leuationem habeant ægritudinum.de N. 3 b, Reperire leuationem malis. Att. 196 a, Nec tamen à Bruto leuationem ullam expecto.de Fin.121 a,Vestri leuationem uiciorum fieri negant.

Levcadi,diæ.tragœdia.Tusc.225 a.

Levcas,dis . mons seu promontorium . Tuscul. 218 b, Qui modum igitur uicio quærit , similiter facit , ut si posse putet , eum qui se è Leucade præcipitauerit , sustinere se, cum uelit.

Levcate,tes.locus.Ar.27.

Levcopetra,træ. Attic. 255 a, Leucopetra Tarentinorum. & In Ant. 154 a, Leucopetra , quod est promontorium agri Rhegyni.

Levcothea,thęa.de N. 67. Leucothea . quæ fuit Ino , & eius Palæmon filius . Tuscul. 154 a, Leucothea Græcè, Latinè Matuta.

Levctra,orum . urbs . Tuscul. 172 b, Priusq; Bœotia,Leuctra tollentur,quàm pugnæ leuctricæ gloria.& Offi.13 a.

Levctrices,a,um.l.Leuctra .

Levidensa,sæ.uestis genus,raro contextu,crasso (ut Cicero ipse dicit) filo , sunt qui leuidense epitheton esse muneris dicant , ut sit munusculum leuidense : hoc est tenue & leue,sed prior lectio doctis magis probatur.Ep.132 a,Sed ego hospiti ueteri & amico munusculum mittere uolui,leuidense crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera.

Levicvlvs , a, um . λεπτοκορισκικόν à leui . Tusc. 248 a, Leuiculus sanè noster Demosthenes.

Levipes,lepus.In Arat.

Levis,ue . cuius partes omnes in rectum directæ sunt quodammodo.ita ut nihil habeat asperitatis,politus.)(. Asper, scaber. de N. 14 b, Democriti corpuscula quædam leuia, alia aspera,rotũda alia,&c.Part.233 a,Loci plani an montuosi,leues an asperi . de Vn. 198 b, Deus mundum leuem fecit,& undiq; æquabilem.Leuis, cum opponitur graui & ponderoso,siue propriè siue translate. pro S.R. 37 a, Hoc minimè uidetur graue ijs , qui minimè ipsi leues sunt . pro Quint.R.45 b,Quod apud omnes leue & infirmum est, id apud iudicem graue & sanctum esse ducetur ? & de Orato. 96 b,In artificio & opera quam tenui adhibere multam diligentiam.pro Plan.272 b,Alia quędam inania & leuia cõquiris,de Diu. 113 b,Leuis armatura. Tuscul.169 a,Quod enim leuius huic leuitati nomen imponemus?contra Rul. 73 a,Autoritas tenuis,persona leuis.

Levitas,tis.politura,ut Plinius ait.)(. Asperitas. de Orat. 152 a In ipso tactu est modus . & mollitudinis & leuitatis. de Vn. 198 a, Omni autem totam figuram mundi leuitate circundedit.& 203 b,Speculorum leuitas.

Levitas,cum contraria est grauitati, siue propriè, siue translatè.de N. 40 a, Hæc plena sunt futilitatis summæq; leuitatis.In A.211 a,Quid est inconstantia,mobilitate,leuitate turpius?pro Fl.151 a,Homines leuitate Græci , crudelitate barbari. de D. 108 a, Leuitate, uanitate , malitia ex clusa diuinationem probo . de N. 34 a, Cuius opinionis leuitas confutata est . Off. 34 b, Vt aduersas res , sic secundas immoderatè ferre leuitatis est.de Fin.61 b, Amatorijs leuitatibus dediti . pro Qu.R.49 a,ægritudo criminis : id est,leuitas.

Leviter . quodammodo molli brachio , tenuiter , leniter, molliter.Attic.22 b, Off. 17 a, Medici leuiter ægrotantes leuiter curant.& Attic.111 a, Cum leuiter lippirem , has literas dedi . de N. 55 a, Genæ oculis subiectæ leuiterque eminentes.pro S.R.32 a,Non omnia dicam & leuiter unũ quodq; tangam.de Diuin. 87 a, Bacillum incuruum & leuiter à summo inflexum . Orat. 198 b, Alij florentes & leuiter ornati.de Orat.145 a,& pro Mur.138 b, Homo leuiter eruditus.de In. 81 a, Quacunque in re quamuis leuiter probabili.de Inuent.81 b, Leuiter saucius . Attic. 7 b, Leuiter diffidere inter se. pro Cæl.49 a, Leuiter ferre aliquid . & de Pro.79 a,Leuissimè feram.de Arusp.255 a,& Epist.47 b,Id grauiter equidem , sed aliquanto leuius ferebam . pro Syl. 172 b, Leuiter dicere aliquid : id est , quasi summissa uoce.pro Sest. 28 a,Patria quam(uti leuissimè dicam)certè texeram.In Cat. 114 b, Tamen ut leuissimè dicam,dimicandum nobis fuisset.pro Mur. 145 a,Is nemini, ut leuissimè dicam , odio fuit.Ep.41 a.Cũ tu omnibus ornamentis redundares,illi (ut leuissimè dicam) multa deesset.

Levo,as.alleuo,releuo,eleuo,subleuo,minuo,lenio, leuationem facio uel affero,laborem detraho,leuationi sum. Att. 16 a,Tu qui sæpissimè curã & ægorem animi mei sermone & consilio leuasti tuo . Att. 175 a, Nonnihil me leuant literæ tuę.& 139 b,Episto. tua me ęgritudine leuauit. At. 59 a,Epistola tua solicitũ me de Quinto ualde leuauit. de Or.110 b,Aues leuandi labores sui causa passim uolitare. I.A.223 a,Cuius luctus nullo solatio leuari poteſt.At.203 a,Vt me leuarat tuus aduentus,sic discessus.afflixit . pro S. R.19 b,Leuare calamitatem innocentium . Postquam 209 b,Attic.193 b, Nam mihi,ut omnia contingant quæ uolo, leuari non possum . & 282 a, Quem cum a me dimittens grauiter ferrem,hoc leuabar uno,quod,&c.Qu.Frat. 328 a, Illum neque ursi , neque leuani . Attic.76 b, Leuantur tamen miseræ ciuitates , quod nullus sit sumptus in nos, neque in legatos nostros . Epistol. 37 b, & 44 b, Vt leuarem miserijs perditas ciuitates . Orat. 56 b, Quem laborem nobis leuauit Attici nostri labor. Epistol. 47 b, Hæc tibi ad leuandas molestias magna esse debent . & ibid. Si mihi unius mensis labos detractus esset . de Sen. 84 a, Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingrauescunt , animi autem se exercendo leuantur . I. V. 238 a, Hæc facta sunt,ut homines nobiles supplicio aut exilio leuarentur . de Orat. 133 b, Leuare aliquem ignominia . de Amic.110 b,Tales igitur amicitiæ sunt remissione usus leuandæ. de Amic. 109 b, Nonnulli etiam contemnendos se arbitrabantur, qui hac opinione non modò uerbis , se etiã opere leuandi sunt . pro Quint.9 b, Rei atrocitas necessitudinis nomine leuatur . In C. 108 b, Nunquam ego hoc optabo inuidiæ meæ leuãdæ causa.& 120 b, Nequis huius supplicio leuãdo se iactare posit. pro Cor. 63 a, Gaditani populum Romanum in caritate annonæ frumento suppeditato leuarunt . pro Mil. 115 a, Leuare annonam . In V. 170 b, Leuare atque ab se amouere aliquam suspicionem. Att.90,Liberare aut leuare se ære alieno . de N. 61 b, Per spicuitas argumentatione leuatur . Acad. 18 a, Autoritas leuatur inconstantia . de In. 72 b, Criminationem leuari: id est,leuiorem fieri.

Lex,gis. rogatio , priuilegium , scitum , ius , iussum populi, principis decretum,iudicis sententia.de Leg.164 b,Disciplina,conditio,certa uiuendi disciplina , iuris æqua descriptio.de Leg.159 b,Lex est ratio insita in natura,quæ iubet ea quæ facienda sunt,prohibetq; contraria.I.A.236 b,Lex est recta , & a numine deorum tracta ratio, imperans honesta,prohibens contraria , de L. 164 a, Lex est recta ratio imperandi atque prohibendi . de Leg. 162 a, Lex est recta ratio in iubendo & uetando.de Leg. 172 a,Lex est iustorũ iniustorumq; distinctio, ad illam antiquissimam & rerũ omnium principem expressa naturam , ad quam leges hominum diriguntur, quæ supplicio improbos afficiunt , & defendunt ac tuentur bonos.pro Mil.503 a,& Or. 212 b, Est enim iudices hæc non scripta sed nata lex : quam non didicimus,accepimus,legimus: uerum ex natura ipsa arripuimus,hausimus,expressimus:ad quã non docti,sed facti: non instituti,sed imbuti sumus. de L.159 b,Lex est naturę uis,mens & ratio prudẽtis,iuris atq; iniuriæ regula.de L. 159 b,Lex quæ scripto sancit quod uult , aut iubendo , aut uetando,ut uulgus appellat. de Leg. 170 b, Lex est æternũ quiddam,quod uniuersum mundum regit,imperandi pro hibendiq; sapientia. de Leg. 171 a, Lex uera atq; princeps, apta ad iubendum & ad uetandum ratio est summi Iouis. de Legib.171 a, Lex illa , quam dij humano generi dederunt.est ratio mensq; sapientis ad iubendum,& ad uetandum idonea . & ibidem : Lex populiaris . de Finib. 108 a, Deus , cuius ad naturam apta ratio uera illa & summa lex a philosophis dicitur . de Leg. 171 b, Illa diuina mens summa lex est , eadẽ cum in homine est perfecta , est in mente sapientis.de Legib.184 b, Cum legem dico nihil aliud

intelligi uolo, quàm imperium, fine quo nec domus ulla, nec ciuitas, nec gēs, nec hominum uniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus poteſt. & ibid. Omnia iuſsis ſupremæ legis obtemperant. Of.41 b, Leges cum omnibus ſemper una atq; eadem uoce loquuntur. de Legib, 177 b. Verè dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum magiſtratum. de Orat. 106 b, Legibus & præmia propoſita ſunt uirtutibus, & ſuppliçia uitijs. de N. 9 a, Lex naturalis recta imperās, prohibēsque contraria. Offi. 56 a, Hoc exigit naturæ ratio, quæ eſt lex diuina & humana, & 57 a, Vna continemur omnes & eadem lege naturæ, & 59 a, Lex naturæ quæ utilitatem hominum conſeruat & continet. Tuſcu. 154 b, Conſenſio omnium gentium lex naturæ putanda eſt. Ora. 212 a, Eſt enim iudices hæc non ſcripta, ſed nata lex. de Legib. 185 b, Salus populi ſuprema lex eſto. I.A. 237 a, Natura, naturæ ratio, lex naturæ, lex naturalis, lex ſcripta. de In. 80 b, Omnis lex aut iubet aliquid, aut permittit, aut uetat, aut de genere omni, aut de parte quadam, aut communiter in plures res, aut in aliquam certam rem ſcripta eſt. & ibid. Leges duas uel plures quandoque conferuari non poſſe, quia diſcrepent inter ſe, hinc ἀτοπίαν. de Legib. 164 a, Stultiſsimum eſt, exiſtimare omnia iuſta eſſe, quæ ſcita ſint in populorum inſtitutis aut legibus. pro Cluen. 48 a, Indignum eſt in ea ciuitate quæ legibus teneatur, diſcredi à legibus. hoc enim uinculum eſt huius dignitatis qua fruimur in republica, hoc fundamentum libertatis. & ibid. multa pulchra de legibus.

Promvlgare. rogare, ferre, ſancire, deſcribere, conſtituere, inſtituere, iubere, uetare, imponere, ſtatuere, abrogare, condere, componere, ſciſcere, edicere leges, ſcita, iuſſa, iura. pro Flac. 149 a, Quæ ſciſcere plebs, aut quæ populus iuberet ſummota concione, diſtributis partibus tributim & cēturiatim deſcriptis ordinibus, claſsibus, ætatibus, auditis autoribus, re multos dies promulgata & cognita iuberi uetariq; uoluerunt. Poſt. 206 b, Legem Trib. pleb. tulit, ne auſpicijs obtemperaretur, ne obnunciare concilio aut comitijs, ne legi intercedere liceret, ut lex Aelia & Fufia ne ualerēt. I.A. 147 a, Ego leges perniciosas rogaui. & I.C. 103 a, Leges quæ de ciuium reorum ſupplicio rogatæ ſunt. de Leg. 171 b, Condere leges, ſancire ſcita. & ibidem: Deſcribere iuſsa populis, componere & ſancire leges. pro Plan. 268 a, Leges quas ſenatus de ambitu ſanciuit. pro Dom. 229 b, & ibid. Quod Gracchus de Popilio tulit. pro Do. 229 b, Vbi enim tuleras, ut mihi aqua & ignis interdicere tur. & 227 a, De me retuliſti, legem promulgaſti, tuliſti. & Epiſtol. 203 b, Promulgare legem de aliqua re. Attic. 52 a, Cum ut abſentis ratio haberetur ferebamus. & pro Cecin. 304 b, Sylla tulit de ciuitate. In Ant. 228 a, De quibus confirmandis & faciendis legem comitijs centuriatis ex autoritate noſtra laturus eſt. pro Dom. 223 a, Scribere leges. & 222 b, Hanc legem Clodius ſcripſit. & pro Flac. 171 b, pro Planc. 266 b, Sciſcere legem de aliqua re. pro Corn. 62 b, & 59 a, Populus Romanus legem iuſsit de ciuitate tribuenda. Item innumerabiles aliæ leges de iure ciuili latæ. de Dom. 118 a, Aera legem de cœlo tacta. & In Catilina 115 a, Cum & legem æra fulminis tactu liquefacta ſunt. In An. 189 b, Antonius falſas leges in æs incidendas, & in Capitolio figendas curauit. & Atti. 227 a, Antonius fixit legem à dictatore comitijs latam. pro Milone. 118 b, Incidebantur iam domi leges, quæ nos noſtris ſeruis addiceremus. In Ant. 156, Quæ ille in æs incidit, in quo populi iuſſa perpetuasque leges eſſe uoluit, pro nihilo habebuntur. & ibidem b, Ea lege omnes iudiciariæ leges Cæſaris diſſoluuntur. pro Mil. 103 a, Silent leges inter arma. de Leg. 174 a, Optimæ reipublicæ leges dare conſentaneas. & 177 a, Omnibus populis leges damus. & 167 b, Dare legem uiuendi, & diſciplinam populis. Offic. 74 a, Ferre rogationem. & ibidem. Accipere legem uel rogationem, accepta lex eſt, & rogatione accepta. de Amic. 114 a, Itaque lex populi, ſuffragijs populi repudiata eſt. & In Ant. 195 b, Hanc legem populus Romanus non accepit. In Ant. 206 a, Per uim & contra auſpicia imponere leges reipublicæ. & 206 b, Conditiones ferre, leges imponere ſenatui. & 212 a, Antonius leges ciuitatis per uim impoſuit. & Acad. 7 b, Impo

nere grauem legem alicui. Quin. Frat. 304 a, Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. In A. 191 Legem antè factam uidimus, quàm futuram quiſquam ſuſpicatus. I. P. 86 a, Hanc legem non diem animi bonum, ſed faſti iulli ferre poſſunt? I. P. 85 b, Lex iniuſta ſeruos, inciſa per uim, impoſita per latrocinium, pro Seſt. 15 b, Omnes leges, quæ de iure & de tempore legum mogandarum, una rogatione deleuit. pro Seſt. 15 b, Vt rogaret lege legem ferret prouinciæ commutandæ. pro Seſt. 11 a, Is in legem per uim latam iurare noluit. pro Seſt. 11 a, Quaſi ille non in alteras quoque leges, quas iniuſte rogatas putaret, iam antè iurarit. & 6 a, Clodius conſtrictus legum ſacrarum cathenis. Offic. 59 a, Perrumpere leges. I.C. 101 a, Deuincere & perfringere leges. pro Corn. 58 b, Eſt lex, quàm habemus, &c. pro Syll. 179 b, Lex ferri coepta nunquam poſita eſt in ſenatu, contra Rull. 76 b, Nullius parta bello, nondum legibus datis uenire debet. & 78 a, Legum datio. pro Cecin. 299 a, Ciuili ac publica lege teneri. de Clar. 189 b, Is bene iuris publici leges & inſtituta cognouerat. de Orator. 88 a, Carbo ignarus legum, idis in iure ciuili. de Orator. 107 b, Imponere nimis dura leges alicui. contra Rull. 76 a, In poſterum hæc lex imperatoribus ueſtris conſtituetur. de Orato. 92 a, Inſtituere ciuitates, ſcribere leges. & ibidem de legibus inſtituendis, aut uetandis. pro Cecin. 291 b, Vel tenuiſsimarum rerum iura ſtatuere. Attic. 216 a, Nam iſta lex perferetur. & Qu. Frat. 327 b, Perferre legem per uim. de Clar. 171 b, M. Cato legem ſuadens, in Galbam multa dixit. Attic. 176 b, Nisi quo minus id poſtea liceret, ulla lex ſanxit. de Orator. 91 a, Agere lege in hæreditatem paternam. pro Dom. 118 a, An licuit tibi de pernicie ciuis indemnati ferre nō legem, ſed nefarium priuilegium? Offic. 41 a, Latronum leges ſe dicuntur, quibus pareant, quas obſeruent. pro Mure. 125 a, Legem de ambitu ita tuli, ut eam quam mihi metipſi iam pridem tulerim de ciuium periculis defendendis, non abrogarem. 144 a, Alteri noſtri imperij præſidio diſciplinam ſuam, legeſque conſeruant. Quin. Frat. 291 b, Aliquem negligere eas leges, quibus eſt aſtrictus. pro Mur. 138 a, Iniquam legem & miſeram cōditionem inſtituit periculis hominum. pro Mure. 126 b, Illos lex magis quidam accuſatoria, quàm uera maledicendi faculta de uita L. Murēnæ aliquid dicere coegit. de Am. 103 b, Hæc igitur prima lex in amicitia ſanciatur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. de Legib. 156 b, Alias in hiſtoria leges obſeruandas eſſe, alias in poemate. Orator. 116 b, In uerſibus certa quædam, & definita lex eſt, quam ſequi oportet. de Orator. 160 b, Hanc igitur ad legem formanda nobis oratio eſt, & ibidem a, Hanc ad legem dirigenda & formanda oratio eſt: id eſt, normam. Attic. 92 a, Pontinus enim ex pacto & conuentu (nam ea lege exierat) iam à me diſceſſerat. Epiſt. 71 b, Homines ea lege natos eſſe, ut omnibus telis fortunæ propoſita ſit uita noſtra. & ibidem: Nec eſt recuſandum quo minus ea, qua nati ſumus, conditione uiuamus.

Leges uariæ, earumque latores. Quint. Frat. 296 b, Poſſunt in pactionibus faciendis non legem ſpectare cenſor aut ſed potius commoditatem conficiendi negocij, & libertatem moleſtiæ. Qu. Fr. 309 a, Lex quæ de ijs ferretur, ut qui non diſceſsiſſent, ea pœna quæ eſt de ui, teneretur. pro Flac. 148 b, Lege hac recenti & noua certus eſt inquiſitioni comitum numerus conſtitutus. In Ver. 75 a, Lex Aculia de pecunijs repetundis. In Ant. 156 b, Lex Aurelia, quā M. Aurelius Cotta prætor tulit, ut ſenatores, equites, tribuni ærarij ſimul iudicarent. I. Aſcon. Pædianus. Pro Murēn. 141 a, Lex Fabia, quæ eſt de numero ſectatorum. & pro Rab. 92 a, De ſeruis alienis contra legem Fabiam retentis. pro Cluen. 49 b, Gracchus tulit legem, ne quis iudicio circumueniretur. 50 b, Ante Gracchum Sempronia dicebatur. contra Rull. 70 b, Licinia & Eburnia lex, ne qui fert de aliqua curatione ac poteſtate, ei aut ſuis propinquis ea poteſtas curatione mandetur. & 88 a, Flacchus interrex de Sylla legem tulit, ut omnia quæcunque ille feciſſet, eſſent rata. & ibidem: Valeria lege & Cornelijs legibus eripitur cum datur. de Finibus. 79 a, Lex Voconia. Aderant multi ampliſsimi uiri, quorum ſe-

mo cenſuit, plus filiæ dādum, quàm poſſet ad eam lege Voconia peruenire. & de Senect. 80 a, Lex Portia. pro Rab. 92 a, De ciuibus Romanis contra legem Portiam uerberatis aut necatis, & ibidem: C. Gracchus legem tulit, ne de capite ciuium Romanorū iniuſſu noſtro iudicaretur. & In Catili. 120 a, Lex Sempronia. pro Muræn. 124 b, M. Cicero, legis ambitus lator. & 140 a, Lex Calphurnia ambitus. pro Mur. 133 b, Lex L. Othonis, quæ ad Iudos pertinet, eſt omnium gratiſsima. Attic. 66 b, Lex Plotia de iudicijs. pro Milone 108 b, & de Clar. 193 b, Lex Varia de iudicijs. Attic. 33 a, Lex Gabinia de ſyngrapha & de uerſura. de Natur. deor. 75 a, Lex Lectoria. Item: Iudicium publicum rei priuatæ, lege Lectoria. & ibid. Iudicium de dolo malo C. Aquilius proculit. de Cla. 176 a, Lex Aquilia de iuſtitia. de Orat. 106 b, Leges Manliaæ uenalium uendendorum. & 118 b, Lex Apuleia de maieſtate. & 127 a, I. Maieſtas. de Orato. 135 a, Lex Thoria de ijs quorum à pecore agri publici depaſcebantur. de Sen. 79 a, & de Orat. 135 a, Lex Cintia de donis & muneribus. de Cl. 169 b, Lex Menia, ut conſules etiam ex plebe creari poſſent. & ibid. C. Flaminius legem tulit de agro Gallico & Piceno uiritim diuidendo. de Clar. 170 a, Lex Licinia & Mutia, ut in ſuæ cuiuſque ciuitatis ius redigerentur ciues. & de Clar. 174 a, Legem de pecunijs repetundis L. Piſo Trib. pl. tulit. Atti. 221 a, Lex Pompeia. de Clar. 195 b, Lege Pompeia ternæ horæ ad dicendum datæ. de Clar. 184 a, Lex Sempronia frumentaria. Attic. 276 b, Lex Domitia de ſacerdotijs. C. Marius cum eiſet abſens, lege Domitia factus eſt augur. & ibid. Lex Iulia de ſacerdotijs. pro S.R. 27 a, Lex Memmia contra eos qui ſine cauſa & temerè aliquem accuſant. In pandectis tamen lib. 48. lib. 1. ad ſenatuſconſultum Turpilianum, lege Rhemnia, non Memmia legitur. pro S.R. 39 a, Lex quæ de proſcriptione eſt, ſiue Valeria eſt, ſiue Cornelia. Quint. Frat. 314 b, Lex Puppia, ne diebus comitialibus ſenatus haberetur. pro Clu. 28 b, Lex Cornelia, qua reo licebat optare. clām an palām de ſe ſententiam ferri uellet. Qu. Frat. 431 b, Lex Gabinia, qua ex Cal. Feb. uſque ad Cal. Martias legatis ſenatus quotidie dari cogebatur. de L. 165 b, 167 b, & de Cl. 176 a, & Ora. 206 a, Lex Manilia, ut ſinguli arbitri fines regerent. de L. 191 a, & de Ami. 104 a, & de Clar. 173 a, Leges Tabellariæ quatuor, quarum prima de magiſtratibus mandandis, ea eſt Gabinia, &c. deinde Caſsia de populi iudicio: Carbonis eſt tertia, de iubendis legibus ac uetandis: Cælij quarta, qui etiam perduellionis iudicio tabellam dedit. de L. 191 b, Lex Maria pontes fecit anguſtos. pro R.P. 124 a, Lex Iulia iubet perſequi ab ijs, ad quos ea pecunia, quam is ceperit, qui damnatus fit, peruenerit. Idem eſt in lege Cornelia & Seruilia. In Vat. 34 b, Vatinius legem tulit de alternis conſilijs rejiciendis. pro Plan. 266 b, Lex Licinia quæ eſt de ſodalitijs. & ibidem: Plancius primus ſciuit legem de publicanis. de Aruſ. 255 a, Leges Iuliæ contra auſpitia latæ. de Aruſ. 251 a, Lex naturæ. Hoc ſi minus iure ciuili perſcriptum eſt, lege tamen naturæ & communi iure gentium ſancitum eſt. de Leg. 173 a, Vt in ueteribus his ſacratiſque legibus. pro Cæl. 52 b, Quintus Catulus legem tulit de ui. de Aru. 247 a, Lex de ui, quæ eſt in eos qui uniuerſam rēpublicam oppugnant. pro Dom. 239 a, Lex Papyria uetat ædes iniuſſu plebis conſecrari. pro Dom. 221 b, Lex Cæcilia & Didia. pro Dom. 223 b, Lex Licinia, ne quis ipſe ſibi curationem ferret. pro Dom. 234 a, & In A. 195 b. Lex Cæcilia & Didia, ne populo neceſſe ſit in coniunctis rebus compluribus, aut quod nolit accipere, aut quod uelit repudiare. pro Arch. 186 b, Data eſt ciuitas Syllani lege & Carbonis: ſi tum cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuiſſent. & ſi LX. diebus apud prætorem eſſent profeſsi. pro Arch, 187 b, Lex Papia. pro Cornel. 59 a, Lex Iulia qua ciuitas eſt ſocijs & Latinis data. pro Syll. 179 a, Rogatio Cæcilia, qua res iudicatæ reſcindebantur. Offi. 64 a, Lex Plectoria, qua uindicabantur hi, qui adoleſcentes circumſcribebant. In A. 203 b, Leges annales. & 253 b, Lex Hircia Pōpeianos omnes dignitate priuabat. In Ant. 156 a, Et quid eſt, quod tam propriè dici poſsit actum eius, qui togatus in Repub. cum poteſtate imperioque uerſatus ſit, quàm lex? Quare acta Gracchi, leges Sempronia proferentur,

quære Syllæ, Corneliæ. In Ant. 171 a, Lex de alea. Licinius lege ea quæ eſt de alea condēnatus. I.P. 99 b, Lex Iudiciaria. & I.A. 169 a, Lex Roſcia de ſedendo ad ſpectacula. I.P. 90 a, Lex Iulia de repetundis. & ibidem, Lex Cornelia maieſtatis. de Pro. 78 b, Lex Helia & Fufia de auſpicijs, &c. Cū lex feratur de cœlo ſeruari, obnunciari, intercedi licere. Attic. 28 a, Lex Iunia, lex Licinia, lex Cæcilia, lex Didia. de Pro. 78 b, & 78 a, Leges Iuliæ. & 71 b, Leges Sacratæ, quas tulit plebs Romana cum in montem Sacrum ſeceſsit. & 69 b, Lex Cenſoria, qua publicani regebantur, ut publico frui poſſent. & pro Corn. 67 b, Lex Sempronia, de ſucceſsione prouinciarum. pro Corn. 59 a, C. Furius tulit legem de teſtamentis & ibidem: Qu. Voconius tulit legem de mulierum hæreditatibus. de Legib. 177 b, Plato negat mutari poſſe muſicas leges, ſine mutatione legum publicarum. Lex Aelia, 2. ad Attic. Lex Curiata, in Rull. Lex de collegis, 3. ad Atticum. Lex deproſcriptione Valeria aut Cornelia. pro R. Amer. Lex de ſepulchris, 12. ad Atticum. Lex de tempeſtate, de Inuent. Lex de ueneno, pro Cl. Lex frumentaria, Tuſcul. quæſt. libro 3. Lex Hieronica, 4. in Verr. Lex iudiciaria, in Piſon. Lex non iuſta, quam interrex tulit, ut Dictator quē uellet ciuium indicta cauſa, impunè poſſet occidere, 1. de Legib. Lex numaria, 3. in Verr. Lex Papyria uetat ædes iniuſſu plebis conſecrari, pro Dom. ſua. Lex Roſcia frumentaria, 2. ad Attic. Lex Rupilia, 4. in Verr. & Lex Scatinia, 8. Famil. Lex ſumptuaria Cæſaris neglecta, eo abſente, 13. ad Attic. 7. Famil. Lex ſuprema Conſulibus ſalus populi eſto, 3. de Legibus. Lex Terentia, 5. Verr. & Lex teſtamentaria, 2. de Inuent. & Lex Viaria & alimentaria, C. Curionis, 8. Famil. in Epiſt. Cælij. Lex naturæ, Conſenſio omnium gentium, Tuſcul. quæſt. lib. 1. Lex repetundarum L. Piſonis Brut. Lex Rhodiorum, de roſtratis nauibus publicandis, 2. de Inuentione. Lex Solonis non probanda, 10. ad Attic. Lex duodecim tabularum inquit: Hominem mortuum in urbe ne ſepelito, neue uritō, 2. de Legib. Alter plus lege agendo petebat, quam quantum lex XII. Tab. permiſerat: quod quum impetraſſet, cauſa caderet, 1. de Orator. Leges duodecim tabularum, 2. de Legibus. Legis Curiatæ uſus, 1. Famil. Leges communes, 2. ad Heren. Leges Seiæ & Apuleiæ & Liniæ, nullæ, quæ uno uerſiculo Senatus puncto temporis ſublatæ ſunt, 2. de Legibus: Leges Cretum, itemque Lycurgi laboribus erudiunt iuuentutem, uenando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando. Tuſcul. quæſt. lib. 2. Leges Cretenſium, ſiue Iupiter, ſiue Minos ſanxit de Iouis quidem ſententia, ut poetæ ferunt, Tuſcul. quæſt. lib. 2. Latronum leges eſſe dicuntur, quibus pareant, quas obſeruent, Offi. Leges Lycurgi, Solonis, Charondæ, XII. tabularum, de Legib. li. 1.

Lexis, xis, uerbum. de Ora. 158 b, Quàm lepidè lexeis cōpoſtæ ut teſſerulæ omnes, &c. & Ora. 210 b, lege Emblema.

Libamentvm, ti. libatio. de L. 175 b, Vt ſacrificiorum libamenta feruentur.

Libatio, onis. libamentum, quicquid dijs conſecratur & offertur. de Aruſp. 248 b, Libationes epulæq; ludorum.

Libella, læ. as, & numus argenteus aſſe ualens. In V. 113 b, Quis Volcatio ſi ſua ſponte ueniſſet, unam libellam dediſſet? pro Q.R. 46 b, Niſi planum facit HS. LIII. ad libellā ſibi deberi. At. 100 b. Fecit palām te ex libella, me ex terunCio intellige hæredem.

Libellvs, li. commentariolum, uel tabulæ, ſeu codex: item paruus liber, literæ ſeu codicilli. Atti. 261 a, Atticus libellum compoſuit, eum mihi dedit, ut darem Cæſari: Cæſar autem reſcripſit, æqua eum poſtulare. pro Quin. 9 a, De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem tacitè conceditur. 4 b, & 11 a, Libello Sex. Alphenus procurator P. Qu. deiecit. pro Cluen. 59 a, Non illi in libellis laudationum decreta miſerunt, ſed, &c. In Ant. 156 a, An in chirographis, & libellis Acta Cæſaris firma erunt? & ibidem: Memoriæ cauſa referre aliquid in libellum. Attic. 85 a, Habeo libellum in quo eſt, Salaminij pecuniam debent M. Scaputio. pro Arch. 190 b, Cum ei libellum malus poeta de populo fubiecifſet. de Oratore 92 b, & pro Arch. 190 b, Scripſi illud in quodam libello, qui me imprudente & inuito excidit. Epiſtol. 173 a,

Libelli pro literis: Nē de Planco quidem ſpem adhuc abiecit, ut ex libellis eius animaduerti, qui in me inciderunt. In Ver. 145 b, Recita mihi hunc primum libellum, deinde illum alterum Canuleij. Hoc quoq; loco, libellus pro literis poſitus uidetur.

Libens, tis. lubens. Attic. 9 a, Res noſtræ, quæ tam libenti ſenatu laudabantur à Craſſo. contra Rull. 75 b, Quam digni tatem, etſi libente illo, tamen abſente illo per uos conſecutus ſum. de Ar. 245 b, Non modò patienti, ſed etiam libenti animo religioni parebo. Att. 25 a, Animo gaudenti ac libenti. & I. V. 71 a, Animo libentiſsimo facere aliquid. Epi. 227 b, Vt libentiſsimis Græcis nutu, quod uelis, conſequa re. pro Mil. 109 a, Cum totius Italiæ concurſus facti illius gloriam libens agnouiſſet. Atti. 15 b, Vt frequentiſsimo & libentiſsimo uterentur. & 55 a, Redemptores ſtatim ſunt demoliti, libentiſsimis omnibus. & 64 a, Neque patronis ſuis tam libentibus quàm accuſatoribus. Qu. F. 311 b, In quibus me perlubente Seruius alliſus eſt. In Ver. 173 b, Inuitus.)(. Lubens.

Libenter, libenti animo, magna uoluntate, ſtudioſe. ardenti ſtudio, me perlubente, ſedulò, æquo animo, non inuitus, non repugnanter, non grauatè, ne recuſans quidem, non modò non repugnans, omnes ſine ulla recuſatione ſummo etiam ſtudio nomina dant. I. A. 211 b. Ep. 13 b, Qui & ſumma uoluntate ceſſerit, & egregia animi alacritate abſuerit. Epiſt. 6 a, Quorum alterum mihi facere neceſſe eſt, ſi uolo, &c. alterum facio libenter, ut quoniam, &c. I V. 60 b, Libenter ſtudioſeque audire. de Cl. 172 a, Libenter uti priſcis uerbis.

Liber, a, um. non impeditus, expeditus, liberatus, ſolutus, nulla re implicatus, dominationi nullius parens, ingenuus, qui ſui iuris eſt ac mãcipij, qui in ſua poteſtate eſt, qui ſuo iure libertateq; utitur, qui ſe defendit, qui ius ſuum retinet, qui nemini mancipatus eſt, uacuus, purus, integer.)(. Seruus, impeditus, implicatus. Ac. 26 b, Sic inducto & conſtituto probabili, & eo quidem expedito, ſoluto, libero, nulla re implicato. & 3 a, Hoc autem liberiores & ſolutiores ſumus, quòd integra nobis eſt iudicandi poteſtas. Epiſt. 85 a, b, Solutum eſſe exiſtimatur alteri malè dicere, tamẽ, &c. impeditum ſeipſum laudare, ne, &c. ſolum uero liberum alterum laudare, de quo, &c. Ac. 31 a, Liber igitur à tali irriſione Socrates. At. 7 b, Sum enim & ab obſeruando homine peruerſo liber, & ad dignitatem in rep. retinendam cõtra illius uolũtatem ſolutus. de N. 25 b, Epicurus homo ad ſcribendi licentiam liber. & 37 a, Sphæræ ſtellarum inerrantium ab ætherea coniunctione ſecretæ ac liberæ. contra Rul. 65 b, Conſul ſolutus à cupiditatibus, liber à delictis. pro Cl. 48 a, Dixi Habito ſtatim de eo qui coiſſet, quo quis condemnaretur, eum eſſe liberum. I. V. 204 b, Vacuus, expers ſolutus ac liber ab omni ſumptu & munere. Off. 14 a, Si ab omni animi perturbatione liber ſis. de Aruſp. 245 b, Veſtræ domus multo maxima ex parte ſunt liberæ religione. & ibid. Mea domus ab iſta religionis ſuſpicione uacua atq; pura eſt. & ibid. Mea domus iudicijs omnibus liberata eſt. pro R. P. 124 b, Qua lege totus ordo ſolutus ac liber eſt. I. V. 240 a, Supplicium à libero ſpiritu & cõmuni luce ſecluſum. & 146 a, Soluto liberoq; animo eſſe. pro Syl. 183 b, Deos teſtor, integro me animo ac libero P. Syllæ cauſam defendere. de Or. 90 b, Poeta numeris aſtrictior, uerborum licentia liberior. & 156 b, Verba inuſitata quæ ſunt poetarum licentiæ liberiora quàm noſtræ. pro Dom. 214 b, Ac enim Liberum ſenatus iudicium propter metum non fuit. In C. 101 a, Tibi direptio ſociorum impunita fuit ac libera. Or. 204 a, Cum hæc duo ei liberiora fuerint. de D. 123 b, Tum igitur eſſet hoſpitium, ſi modò ei eſſet liberum ſe oſtendiſſe. de D. 139 b, Iudicium audientium relinquere in tegrum ac liberum. de Or. 114 b, Illa pars quæſtionum uaga, libera, late patens. de Na. 68 b, Qui eſt de libera matre, liber eſt. pro Cec. 303 b, non poteſt iure Quiritũ liber eſſe, is qui in numero Quiritiũ non ſit. Par. 122 a, Niſi ſapientẽ liberũ eſſe neminẽ. de Fi. 196 a, Liber, nec dominationi cũ iuſquam parens. de Cl. 186 b, Ingenuo liberoq; faſtidio.

Liber, liberi. Bacchus. I. Bacchus. de Nat. 38. Hunc dico Liberum Semele natum, non eum quem maiores noſtri conſecrauerũt. de Na. 38 a, b, Liber Cereris filius & frater Liberæ. de Ora. 158 a, Liber pro uino, Ceres pro frugibus.

Liber, bri. cortex, opus, opuſculum, libellus, commentarij, monumenta, volumen, ſcripta, chartæ, σύγγραμμα. de N. 50 a, Trunci obducuntur libro, aut cortice, quo ſint a frigoribus & a caloribus tutiores. Off. 76 a, Hi tres libri inter Cratippi commentarios erunt recipiendi. & ibid. Hi uoluminibus ad te profecta uox mea eſt. de Se. 77 a, Conſtio huius libri mihi iucunda fuit. & 88 b, Liber, quem de rebus ruſticis ſcripſi. de Ora. 129 a, Bruti libelli tres de re ciuili. Att. 143 a, & 129 a, Demetrij librum de concordia tibi remiſi. & 125 b, Demetrij liber περὶ ὁμωνοίας. & Off. 36 a, Eſt Dicæarchi liber de interitu hominũ, qui, &c. Ep. 82 a, Liber tuus & lectus eſt, & legitur a me diligenter. Qu. F. 314 b, Sed ueros eius habueris libros (duo enim ſunt corpora) an utroſq; neſcio. de D. 81 a, Chryſippus, qui totã de diuinatione duobus libris explicauit ſententiam, non præterea de oraculis, uno de ſomnijs, quem ſubſequens unum librum Babylonius Diogenes edidit. Qu. F. 325 a, Sermo in nouem & dies & libros diſtributus de optimo ciue, ſanè texebatur opus luculenter. pro Dom. 241 b, Omnia aliter ac uos in monumentis habetis pronunciaunt. Offic. 42 a, Ea quæ eſſent, dictum eſt in ſuperiore libro. ad Heren. 6 b, Quoniam ſatis huius uoluminis magnitudo creuit in altero libro exponemus, &c. Ep. 86 a, Peto ate ne libet exeat, aut ita corrigas, ne mihi noceat. & 85 a, Si liber eſſet. & 135 b, Sic audio Cæſarem cum uolumina iam conſcerit ὑπομνήματα τῶν, ſolere, &c. & 242 a, Κύρου παιδείαν quam contrueram legendo, totam in hoc imperio explicauit. Att. 143 b, Nos autem in libris habemus, nõ modò, &c. de Fat. 140 a, Quod in alijs libris feci, qui ſunt de Natura deorum, itemq; in ijs quos de Diuinatione edidi. de Ora. 92 b, Scripſi etiam illud in quodam libello, qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. de D. 84 b, Tum quis non artis ſcripta ac monumenta uolutans, Voces triſtificas chartis promebat Hetruſcis? Att. 74 b, Libros peruolutare. & 145 a, Euoluere. de Cl. 193 a, Voluendi ſunt libri Catonis. Top. 221 a, & Tuſ. 15 b, Libros edere, & libros euoluere. de Diu. lib. 2. initio ſtatim librorum Ciceronis pulchra enumeratio.

Libera,ræ. Proſerpina Cereris filia. de Natur. 38 a, b, & In Verr. 225 a.

Liberalia, orum. Liberi. i. Bacchi ſacra, facriue dies & feſti Bacchanalia. Epi. 198 a, Liberalibus literas accepi tuas. & Att. 226 a, Liberalia tu accuſas?

Liberalis, le. benignus, largus, munificus, beneficus, prolixus, clemens, ingenuus.)(. Auarus, ſordidus, illiberalis, auidus. de Orat. 87 b, Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quàm, &c. pro Deiot. 147 b, Largus, beneficus, liberalis. pro Quint. Roſ. 48 b, Roſcius ſemper liberaliſsimus munificentiſsimusq; fuit. & ibidem a, b, Liberalis auidum fraudaſſe dicitur. pro Fl. 149 a, Largum & liberale uiaticum. de Of. 43 b, Gratificandi liberalis uoluntas. Antequam 192 b, Eſt enim liberale officium ſerere beneficium, vt metere poſſis fructum. pro Cæl. 48 b, Huic tanto facinori tua mens liberalis conſcia eſſe non debuit. pro Flac. 154 b, In cauſa liberali: id eſt, in qua de libertate agitur. Ac. 1 a, Omnis liberalis & digna homine nobili doctrina. Epiſt. 49 a, Omnis ars & doctrina liberalis. de Ora. 154 b, Liberales doctrinæ atque ingenuæ. de In. 50 b, Artium liberalium magiſtri. Offi. 30 a, De artificijs & quæſtubus, qui liberales, qui ſordidi.

Liberalitas, tis, benignitas, beneficentia, largitas, bonitas benefica uoluntas gratificandi, liberalis uoluntas, uoluntas benemerendi de aliquo, clementia. de Orat. 118 a, Rarò illud datur, ut poſsis liberalitatem & benignitatem ab ambitu largitione ſeiungere. Offi. a, Iuſtitiæ eſt coniuncta beneficentia, quam eandem uel benignitatem appellare licet. & Part. 236 b, Liberalitas in uſu pecuniæ. pro Fla. 161 a, Maximas audio tibi pro tua eximia liberalitate tuaq; misq; beneficijs in tuos ueniſſe hæreditates. Attic. 174 b, Ne tua liberalitas diſſolutior uideatur. & 275 b, Vnũ hoc grato animo liberalique profectum, cautiorem ac modeſtiorem liberalitatem deſiderat. pro Q. R. 492 a, Qui tantas pecunias propter magnificentiam liberalitatis repudiauit. Epiſt. 14 b, Commemoranda quædam, & diuina Cæſaris liberalitas. & 6 b, Virum tibi tua præſtanti in eum liberalitate deuinctum, &c. Offi. 46 b, Poſſe liberalitate uti, nõ ſpoliantem ſe patrimonio, nimirum eſt pecuniæ fructus maximus. de Clar. 173 a, Homo nõ liberalitate ut alij, ſed triſtitia & ſeueritate popularis.

Liberaliter, largè, prolixè. de Orat. 96 a, Homo ingenuus liberaliterq; educatus. I. V. 194 b, Quæ in re ſenatus optimè ac benignitiſsimè cum aratoribus egiſſet, largè liberaliterq; æſtimaſſet, in ea, &c. Quin. Fr. 211 a, Viuo liberalius quàm ſolebam. I. V. 192 b, Benignè ac liberaliter. de Am. 112 a, Liberaliter uiuere.

Liberatio, onis. abſolutio, uacuitas. pro Lig. 137 a, Cum à te non ſolùm liberationem culpæ, ſed etiam errati ueniam impetrauiſſent. In P. 98 a, Reorũ accerbiſsimæ damnationes.)(Libidinoſiſsimæ liberationes. Qu. F. 296 b, & de Finibus 56 b, Liberatio & uacuitas omnis moleſtiæ.

Liberator, oris. uindex libertatis. Att. 227 a, Romæ noſtri liberatores tuti eſſe non poſſunt. In A. 153 b, Patriæ liberatores urbe carebãt ea, cuius à ceruicibus iugum ſeruile deiecerant.

Liberatus, a, um. liber. pro S. R. 42 b, Culpa liberatus, crimine ſolutus, &c. de Leg. 173 b, Templa liberata & effata habento.

Liberè. ſolutè. I. V. 144 a, Non uereor ne magis accuſatoriè quàm liberè dicere uidear. Orat. 204 a, Vt ingredi libere non licenter errare uideatur. At. 65 a, Conſtanter & libere me geſsi. pro Qu. 6 a, & pro S. R. 22 a, Quẽ tu reſpirare libere non ſinis. de D. 129 a, Animus ſomno relaxatus ſolutè mouetur & libere. Antequam. 195 b, Libere loqui in iudicio. pro Pl. 265 b, Aſperius, inquit, locutus eſt, imò fortaſſe liberius.

Liberi, orum. filij. Att. 118 b, Vagamur egentes cum coniugibus & liberis. & 258 a, Is ex C. Fabij filia liberos habuit. I. V. 160 a, Idq; poſtremò ſi parẽtes ſuos liberi orabãt. To. 228 b, I. V. 184 a, Suſcipere liberos. Of. 26 a, & Epiſt. 140, Liberis dare operam re honeſtũ eſt, nomine obſcœnum. Tuſc. 203 a, Orbitates quoq; liberorum prædicantur. pro Cl. 144, Fratris autem liberos uita priuauit. cum de uno tantum filio loquatur.

Libero, as. uindico, liberatem do, in libertatem uindico, ex periculo uel ex impijs manib. uel à morte eripio, ſeruitutem repello, hoſtem a, ceruicib. repello, à ceruicibus ciuitatis iugum ſeruile deijcio, comdemnatum reſtituo uel in integrum reſtituo, recupero, expedio, ſoluo, abſoluo, laxo, relaxo. de Or. 100 a, Si quis apud nos ſeruiſſet ex populo fœderato, ſeſeq; liberaſſet. Antequam. 319 b, Arcem urbis ab incendio & flamma liberaui. Qu. Frat. 219 b, Teq; item ab eo uindico & libero. I. V. 240 a, Cæteri ex his incõmodis pecunia ſe liberarũt. pro Fl. 164 b, M. Aquilium patres noſtri multis auaritiæ criminibus teſtimoniijsq; conuictũ quã cũ fugitiuis fortiter bellum geſſerat, iudicio liberauerunt. contra Rul. 89 a, Eodem capite obligata omnia liberantur. pro Cl. 30 a, Iudices hunc quem iam bis cõdemnatum acceperant, liberarẽt? I. V. 123 b, Qui Sopatrum eodem illo crimine liberarunt. Att. 15 b, Te à quartana liberatum gaudeo. & de Ora. 159 a, Num quæ uinxit modis & forma, & relaxat & liberat immutatione ordinis. Att. 211 a, Ego liberatios tuos culpa libero. de Vn. 198 a, De⁹ motũ cæli ab omni erratione liberauit. Ar. 86 b, Næ tu me ſolicitudine magna liberaris. Tuſ. 148 a, Cũ defenſionum laboribus, ſenatorijsq; muneribus, aut omnino, aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus. de N. 4 b, Vt omni me inuidia liberem. & 27 b, Cum cauea liberati pulli paſcerẽtur. At. 232 b, Liberare ſe magno ære alieno. & 90 a, Liberare aut leuare ſe ære alieno. pro Mar. 133 a, Si aliqua culpa tenemur erroris humani, à ſcelere certè liberati ſumus. Epi. 34, Prorſus eũ libero omni ſuſcipione cupiditatis. pro Domo 234 a, Homines ſoluti & cura liberati. de Diu. 128 a, Quorum linguę ſic inhærent ut loqui non poſsint, hæ ſcalpello reſectæ liberantur.

Libertas, æ. In V. 63 b.

Libertas, tis. licentia.)(Seruitus. Ac. 8 b. Vereor ne largiar ei qui contradicturus, eſt maiorem libertatem ac licentiã. & 30 a, Quanti iſta libertas æſtimanda eſt? I. V. 148 b, Nũquam ipſimet nobis præcideremus iſtam licentiam libertatemq; uiuendi. de Orat. 104 a, Virtus tamen ius ſuum, & impunitam omnium rerũ libertatem tenere debet. & pro R. P. 126 a, Perdere libertatem. pro Pl. 266 a, Quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti Romano non eſt con ceſſa libertas. Att. 230 a, Dare libertatem alicui. pro Rab. 97 b, Dare libertatem ſeruo. pro Pl. 262 a, Tabella dat eã libertatem populo, ut quod uelint faciant. pro Seſt. 18 b, Eos uoluntatem ſemper eandem, libertatem eandem non ſemper habuiſſe. Off. 14 a, Libertatis proprium eſt, ſic uiuere ut uelis. de Or. 121 b, Me tamen iſta oſcitans ſapientia in libertatem uindicabit. & de N. 12 b, Solutus & in libertatem uindicatus. Atti. 144 a, De libertate retinenda, qua nihil eſt dulcius, tibi aſſentior. pro Fl. 149 b, Græcia hoc uno malo concidit, libertate immoderata, & licentia concionum. pro Dom. 217 b, Quod idem in poſterum de extraordinarijs poteſtatibus libertatem ademiſſes. & 228 b, Nemo ciuis Roman. aut ciuitatem aut libertatem poteſt amittere, niſi ipſe autor ſit factus. Attic. 90 b. Αὐτονομία. i. libertas ſuis legibus uiuendi. & 285 a, Accipere libertatẽ ab aliquo. Att. 286 a, Ciuitas quæ ne traditam quidem atq; inculcatam libertatem recipere poſsit. Offic. 37 b, Acriores ſunt morſus intermiſſæ libertatis, quàm retẽtæ. In Ant 209 a, Aliæ nationes ſeruitutem pati poſſunt, populi Romani eſt propria libertas. Par. 122 a, Libertas eſt poteſtas uiuendi ut uelis. de Leg. 191 b, Libertatem largior populo, ut & autoritate ualeant, & utantur bonis. & 192 a, Habeat ſanè populus tabellam, quaſi uindicem libertatis. pro Dom. 235 a, Libertas & templum Caſtoris. hic libertas pro dea ponitur.

Libertina, næ. pro Seſt. 18.

Libertinvs, ni. qui iuſta ſeruitute manumiſſus eſt, ſicũ appellatur, ut ab ingenuo diſtinguatur. pro Seſt. 23 a, Sunt ẽt libertini optimates. de Orat. 88 a, Tyberius Gracchus libertinos in urbanas tribus tranſtulit. I. A. 186 b, Ipſe ex libertini filia ſuſcepit liberos. pro Cor. 50 a, & I. A. 161. Cn. Publicus libertinus homo.

Libertvs, i. idem qui libertinus. Sed libertus ad patronum libertinus ad ingenuũ refertur. Ep. 213 b, Peto à te, ut Ammonium libertum in patroni eius negocio tueare. Qu. Fr. 299 b, Species tam gratioſi liberti aut ſerui dignitatem nõ habet & pro Seſt. 20 a, Seruti & liberti. pro Mil. 119 a, Seruos noſtros libertos ſuos feciſſet.

Libet, bat. collibet, ſtudeo, aueo. de Ora. 110 a, Si tibi id minus libebit, non te urgebo. pro Quint. 17 b, Si poterit Nævius id quod libet, & ei libebit quod nõ licet de Sen. 94 b, 17 b, Non libet mihi deplorare uitam, quod multi fecerũt Tuſ. 218 a, Nihil quiſquam niſi quod libet, facere præclarè poteſt. Epi. 6 a, Vel etiam, id quod mihi maximè libet, ad noſtra ſtudia me referam. Att. 26 b, Quarum alteram non libebat mihi ſcribere, quia abſcideram. & 333 b, De republica, nõ libet plura ſcribere. & ibid. Nõ libet fugere, aueo pugnare. de Di. 114 a, De quo primo hoc libet dicere. de N. 19 b, Vt mihi quidem admirari liberet, eſſe, &c. & 4 b, Itaq; mihi libet exclamare. de Or. 140 b, De quo libitum mihi eſt paulò plura dicere, quàm, &c. Ac. 234 b, Cui facilè perſuaſi, mihi id quod rogaret, ne licere quidem, nõ modò libere. I. A. 215 b, De proximo bello ciuili non libet dicere. de Sen. 85 b, Senectus efficit, ut non libeat, quod non oporter. de Leg. 184 a, Quoniam libitum eſt uobis me ad hæc impellere. pro Mil. 10 b, Vos & omnes boni uota faciebatis ut Miloni uti uirtute ſua liberet. de A. 104 a, De Gracchi tribunatu quid expectem, non libet augurari.

Libidinose, intemperanter, luxurioſe. I. V. 60 b, Libidinoſe, nefariè crudeliter. Offi. 4 a, Caue ne quid libidinoſe aut facias aut cogites.

Libidinosvs, a, um. intemperans, mulierioſus. Poſtquàm 207 a, Vir libidinoſus, impurus, intemperans. pro Cæl. 40 a, Cum libidinoſis luxurioſe uiuere. pro Syl. 180 b, Audax petulans, libidinoſus. Att. 92 a, & de Fat. 141 b, Etenim eſt leuis, libidinoſus, ſalax. aliter, ſagax. de Sen. 83 a, Libidinoſa & intemperans adoleſcentia. I. P. 94 a, Nihil iſto ſcitote eſſe luxurioſius, libidinoſius. de Finib. 6 a, Libidinoſa uoluptas.

Libido, ſiue lubido, nis. cupiditas effrenata; impetus quidã animi non rectus, luxuria. de Na. 53 a, In mari & in fœ-

mina commiscendorum corporum mjræ libidines. Of.1.11 b, Eit hoc natura commune animantium omnium, ut habeant libidinem procreandi. I.P.98 a, Ciuitates etiam nefarias libidinum contumelias turpitudinesque subierunt. In Ant.169 a, Puer emptus libidinis causa. Orat.218 a, Vbi libido dominatur, innocentiæ leue præsidium est. pro Qu.3 a, Res quæ libidine, non ratione geruntur. de Fin.97 a, Timere, mœrere, in libidine esse peccatum est, etiam sine effectu. pro Fon.181 b, Turpitudo, quę à libidine aut à petulãtia aut ab audacia nata sit. & 282 a, Quæ ad suspicionẽ stuprorum ac libidinum pertinent. pro Font.281 a, Si perlatũ erit in Galliam, æquites Romanos rem ad illorum libidinem iudicasse, de Ora.129 b, Nihil superest, libidines totũ dissiparunt. de Orat.122 b, Timidè tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mẽtem ad philosophiam appulisti. de Legib.191 a, Suffragandi nimia libido. de Ora.101 a, Doceamur autoritate nutuq; legum, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. I.V.128 b, Voluntatem patris anteponendam putauit libidini suæ. de Natur.10 a, Effusæ in omni itemperantia libidines. I.P.90 a, Profundę libidines. & ibidẽ. Noua quędam & inaudita luxuries. de Arch.253 b, Clodius Cilicum libidines barbaroruṁq; satiauit. de Fini.77 a, Satis ne ergo pudori cõsulat, si quis sine teste libidini pareat. pro Cluent.20 a, Repentè exorta est mulieris importunę nefaria libido. In Catil.100 a, Quę libido ab oculis, quod facinus à manibus tuis unquam, qd' flagitium a toto corpore abfuit. & 106 a, Catilina alijs fructum libidinum pollicebatur, alijs, &c. & ibid. Non mediocres hominum libidines. Off.51 a, Tanta in eo pecandi libido fuit, ut, &c. de Sen.85 a, Libido uoluptatis ad omne facinus suscipiendum hominem compellit. pro Mil.115 b, Is cui nihil unquam nefas fuit, nec i facinore, nec in libidine & 116 a, Nunquam ille a liberis, a coniugibus uestris effrenatas libidines suas cohibuisset. de In.79 a, Quæ in mentẽ aut in libidinem ueniunt. de Fi.52 a, Ad libidinem fingere aliquid. I.V.72 a, Ad nostrum arbitriũ libidinemq; aduersariorum minas eludemus. pro Sex.Ros.42 a, Ad libidinẽ suam aliquem uexare.

Libo, bas. sacrificare, dijs consecrare. de L.173 a, Certasque fruges certasq; baccas sacerdotes publice libanto.

Libare, pro delibare, carpere, decerpere, colligere. de In.26 b, Ex uarijs ingenijs excellentissima quæq; libauimus. Tusc.244 b, Libãsq; ex omnibus quodcũq; te maxime specie ueritatis mouet. de Or.98 a, Libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidã lepos. & 103 b, Aliqua nõ ut sua possedisse, sed ut aliena libasse. de D.103 a, Natura deorum, a qua ut sapiẽtissimis placuit, haustos animos, & libatos habemus. & 113 b, Diuinitas, unde animos haustos aut acceptos, aut libatos habemus. ad Her.24 b, Libare suo nomini laudem ex aliorum laboribus.

Libra, bræ. statera, trutina. i. instrumentum, quo res põderãtur, & examinantur. Tuscu.238 a, & de Finib.146 a, Quo loco quæro quam uim habebat libra illa Critolai, qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis, & extrema, tantum prependere illam bonorum animi lancem putat, ut terram & maria deprimat. de Ora.104 b, Facere testamentum in procinctu sine libra atq; tabulis. de Or.157 a, Nexum quod per libram agitur. I. Libella.

Libramentvm, ti. extremitas. Ac.18 a, Extremitatẽ & quasi libramentum, in quo nulla omnino crassitudo sit.

Librarivm, rij. catalogus, quem registrum uulgò uocant, cõmentarium. pro Mil.107 b, Exhibe quæso Sex. Clodi librarium illud legum uestrarum.

Librariolvs, li. librarius. Atti.57 b, Velim mihi mittas de librariolis tuis duos aliquos, quib. Tyrannio utatur glutinatoribus. At.241 b, & pro Cor.57 b, Seruus pacificat' est cum librariolo suo. de Leg.157 a, Nec id tamen ex illa eruditа Græcorum copia, sed ex librariolis latinis.

Librarivs, a, um. In An.164 a, Nisi se sub scalas tabernę librariæ coniecisset.

Librarivs, rij. scriba, qui scribit libros. cont. Rul.68 b, Lex in publicum proponitur, cõcurrunt iussu meo plures uno tempore librarij, descriptam legem ad me afferũt. I.A.225 a, & pro Syl.175 a, Illas tabulas describi statim ab omnib. librarijs imperaui. Att.63 a, & 210 b, & I.A.162 a, Epistolas librarij manus est. de Or,159 a, Librariorum noræ. & Orat.219 b, Interductu librarij. Ep.265 a, b, Sed peto a te, ut quã celerrime mihi librari' mittatur, maxime quidem Græcus qui mihi ex scribat hypomnemata. Att.57 b, De librarijs, me amas, diligenter aduerte. & 96 a, Legi literas nonnullas, sed librarij tui. Att.131 b, Lippitudinis meæ signum librarij librarij manus.

Libratvs, ta. appensus, ponderatus. Tusc.242 a, Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria sustineantur.

Lybia, biæ. Africa. de Natur.21 b, Volucres angues ex nubilitate Lybiæ uento Africo inuehi in Aegyptum. de Nat.64 b, Europam Lybiamq; rapax ubi diuidit unda. & Tusc.138 b, I. Fretum.

Licenter. nimis liberè, immoderate. Orat.204 a, b, Vti gredi liberè, nõ licenter errare uideatur. pro Cæl.49 b, Seruii licentius, liberius, familiarius cum Domina utuentes. de Natur.23 a, At quam licenter fluentium frequenter transitio fit uisionum.

Licentia, tiæ. libertas, impunitas, uenia, libertas immoderata. In Verr.148 b, Nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam libertatemq; uiuendi. Ac.8 b, Ne maiores largiar ei qui contradicturus est, libertatem & licentiam. Off.21 a, Pueris non omnem licentiam ludẽdi damus. At.156 b, Hi nisi me ciuitate expulissent, obtinere se non posse putauerunt licentiam cupiditatum suarum. de Clar.194 b, Is redundantes nos & superfluentes iuuenili quadam impunitate & licẽtia repressit. pro Fl.149 b, Græcia hoc uno malo concidit, libertate immoderata, ac licentia conciuiũ & 150 a, Græcorum dissoluta consuetudo & licentia imperdens. & Orat.211 b, Consuetudo dabat hanc licentiam. Q. Fr.294 a, Immoderata libertas, infinita hominum licentia. contra Rul.63 b, Omnium rerum infinita atq; intoleranda licentia. pro Murẽn.128 b, Ne ab isto concessum uideantur habere licentiam fingendi. de Nat.25 b, Homo ad scribendi licentiam liber. Orat.200 a, Numerus liberiore quadam fruit licentia. de Orat.156 b, Verba prisca, quæ sunt portarum licentię liberiora. & 90 b, Poeta numeris abstrictiore uerborum licentia liberior. de Fat.143 a, O licentiam iocularem. de Senec.86 a, Tantum licentię dabat gloria. Of.96 a, Nobis autem nostra Academia magnam licẽtiam dat. & In.Ver.197 b, Dare licentiam hominibus pecuniam ẽripiendarum. & de Na.77 a, Afferre autoritatem peccandi, id est, licentiam. pro Cæl.47 b, Is abhorret non modò ab huius seculi licentia, uerùm etiam a maiorum cõsuetudine atque concessis. Offi.48 b, Nisi multorum impunita scelera tulissemus, nunquam ad unum tanta peruenisset licentia. pro Dom.139 b, Tu in ciuis domo simulacrum non liberatis publicæ, sed licentiæ collocasti. At.243 a, Bella est auẽ huius iuris quinquennij licentia. pro Font.182 a, Quantam habent ad maledicendum licentiam. Offic.30 a, Magnis illis & diuinis bonis, hanc licentiam assequebãtur. de Amic.111 b, In ijs perniciosus est error, qui existimant peccatorum omnium patere in amicitia licentiam. pro Mil.118 a, Quem si uicisset, habiturus esset impunitatem, & licentiam. sempiternam. pro Lig.140 b, Vide quid licentiæ Cæsar nobis tua liberalitas det, uel potius quid audaciæ. pro Cæ.40 b, Cuius rei ipse perpetuam licentiam optaret. Epist.54 b, Magna gladiatorum est licentia, & de Fi.79 b, Epicurus luxuriæ licentiam pollicetur. de Diuin.139 b, Resistere licentiæ alicuius. I.V.153 b, Hac licentia permissa, ut quantum uellent auferrent. de Natur.22 b, Democrito omnino hæc licentia. In Verr.122 a, Cum istæ calumniæ licentiam suã autoritate dedisset.

Licentia. exornatio est, cum apud eos, quos aut uereri aut metuere debemus, tamen aliquid pro iure nostro dicimus, quod eos minimè offendat, aut quos hi diligunt, cum in aliquo errato uerè reprehendi posse uideatur. ad Her.35 a.

Licentior, us. de Orat.168 b, Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus.

Liceo, es liceor, æstimo. Att.193 b, De hortis quanti licuisse tu scribis, id ego quoq; audieram.

Licvor, eris. in licitationem pono, precium defero, præconi publico subiicio, sub præconę subijcio, uoci acerbissimæ præconis bona alicuius subijcio. pro Cæl.287 b, Licetur Ebutius, deterrẽtur emptores multi, fundus addicitur Ebutio. Off.64 a, Non licitatorem uenditor, nec qui contra se licetur emptor opponet. I.V.164 b, Herbitenses liciti sunt usq; eò, quo ad se efficere posse arbitrabantur. & 153 a, Eũ qui manus quæ fierit, an eum qui digito licitus sit, possidere & 169 a, Is liceri non desiderit. & 181 a, Liceri contra aliquẽ Att.199 a, Hæredes Scapulæ liceri cogitant. Off.30 b, Hastam in foro ponere, & bona ciuium uoci subijcere præconis. & de Nat.d.77 a, Per præconem uendere. & Ac.200 a, Præconi subijcere.

Licet, bat. licitum est, ius est, integrum est, ius habeo, fas est, licentiam habeo, concessam ab aliquo licentiam habeo. pro Rab.Posth.126 b, Quorũ impunitas fuit non modò a iudicio sed etiam a sermone, id est, quæ facere licuit nõ modò per iudicia, sed etiam per sermonem. At.15 a, Quo in genere mihi negligenti esse nõ licet. pro Fla.161 a, Cur his per te fuit libertate tua? cur denique esse liberos non licet? pro Cæl.37 b, Vos laboriosos existimet, quibus otiosis ne in cõmuni quidem otio liceat esse. pro Cornel.60 b, Si ciui Romano licet esse Gaditanum. Att.135 b, Impetrabis, inquis, à Cæsare, ut tibi abesse liceat, & esse otiosum. & 22 a, Nihilo magis ei liciturum esset plebeio rempub. perdere. pro Quint.17 b, Si poterit Næuius id quod libet, & ei libebit quod non licet. contra Rull.69 b, & 70 a, Vt id quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, pop. ad partes daret. pro Milon.120 a, Clod. nihil delectat, quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat. In Antonij,248 b, Licere id dicimus, quod legibus, quod more maiorum institutisque cõceditur. Par.119 b, Quod non licet, id hoc uno tenetur, si arguitur non licere. Antequam,196 a, Dum in ciuitate mane relicitum est. de Or.152 b, De nae re in utranque partem disseri copiose licet. de Diuin.115 a, Sexcenta licet eiusmo di proferri. pro Murẽn.125 b, Non mihi iam licet nec inter grum est, ut miseros non defendam. pro Sex.Ros.39 b, Id quod postea si per uos iudices licitum erit, aperietur. & 26 a, Verum quoniã ita Chrysogono uidetur, artificium obliuiscatur, & studium deponat licebit. Episto.9 a, Si per eum mihi licebit. & 50 a, Quibus sine dolore licitum est mortẽ cum uita commutare bis. & 256 a, Tibi licet, mihi nefas est obliuisci. de Orat.152 a, Licet hoc uidere in reliquis sensibus. de Diuin.99 a, Videre licet nationes quasdam, &c. Offic.20 b, Licet ora ipsa cernere iratorum, qui, &c. & de Diui.82 b, Mirari licet quæ sint animaduersa a medicis herbarum genera. de Amic.114 b, Satis erat respondere, magnas, ingentes, inquit. Offic.2 a, Qui tamen haberent ius suum disputandi de officio, si, &c. id est, quib. liceret, &c. de Orat.99 b, Cui Romæ exulare ius esset. Offi.60 b, Alteri furripere ius non est.

Licet. pro quanquam. de Amic.110 a, Quantumuis licet excellas. de Legib.189 a, Quantumuis enumeres multos licet, nullos tamen, &c. Postquam 205 b, Licet corpus ab esse meum, dignitas iam in patriam reuerterat. pro S.R.23 b, Licet omnes in me terrores impẽdeant, subibo: id est quanquam.

Licinia atria. pro Qu.7 b.

Licitatio, onis. auctio, hasta. I.V.135 a, Exquisitis palãm precijs licitationibusq; factis. At.180 a. Cũ ea pars quę uideretur esse minor, licitatione expleri posset.

Licitator, oris. qui rei sub hasta positæ precium auget. Offic.64 a, Non licitatorem uenditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet. & Episto.96 a, Nũc quando tum precium noui, licitatorem potius apponam quàm illud minoris uendam.

Lictor, oris. apparitor. In Verr.259 b, Aderat ianitor carceris, carnifex prętoris, lictor Sestius. Q.F.291 a, Sit lictor nõ suæ, sed tuæ lenitatis apparitor, maioraq; præferãt fasces illi, ac fecures dignitatis insignia, nõ potestatis. con.Rul.85 a, Deinde anteibãt lictores nõ cum bacillis, sed ut hic prætoribus anteeunt, cum fascibus duobus. pro Rab.Posth.92 b, I. lictor, colliga mannus.

Ligariana, æ. oratio pro Ligario. Att.209 a.

Ligneolvs, a, um. ligneus. Qu.Fr.3 29 b, Hãc scripsi antè ad lichnum ligneolum.

Ligneivs, a, um. de In.83 a, Vri posse ligneam materiam necesse est. & de L.179 a, Ligneum autem quodcunq; uoluerit, uno è ligno cauato. & de In.81 a, Ligneę soleę in pedes inductæ. Tusc.239 b, Ponticulus ligneus.

Lignvm, gni. materia, lignea materia, robur. I.V.90 a, Ligna & sarmenta circundare, ignẽ subijcere cœperunt, & 85 a, Ignem ex ligniis uiridibus arq; humidis in loco angusto fieri iussit.

Ligo, as. uincio, constringo, alligo, illigo, colligo. I.C.121 a, Cum filium eius impuberem ligatum a prætore missum in carcerem necãdum esse dixit. de Vn.197 b, Mundus ita cohęret ut dissolui nullo modo possit, nisi ab eodem à quo est ligatus. pro Do.236 a, Tradere aliquem cõstrictum alicui.

Ligvres. popu. Italiæ. contra Rul.85 a, Ligures montani, duri, & agrestes. de Di.96 b, Multos terræmotus in Liguribus factos esse. & de Clar.188 a, & pro Clu.32 b, & pro Domo 222 b, & pro Sest.18 a, Qui Ligurum castella expugnauerunt.

Ligvrio, ris. helluor. I.V.128 a, Non leuiter improbissima furta ligurire, sed deuorare pecuniam. Ep.178 a, Cum quidam de collegijs nostrijs agrariam curationem ligurirent, disturbaui rem.

Ligvritio, onis. helluatio. Tusc.214 b.

Ligvsticvs, ca. cum, ut bellum Ligusticum: id est, quod contra Ligures gestum est. de N.33 a.

Lilybaevm, bæi. I.V.63 b, Lilybæum Verres uenit.

Lilybaetanvs, na. I.V.63 a, b, Agonis est quædam Lilybætana. & Ep.219 a.

Limatvlvs, a, um. Ep.111 a, Opus est hic limatulo & politulo tuo iudicio.

Limatvs, a, um. perpolitus, elimatus. de Nat.41 a, Vir moribus domesticis ac nostrorũ hominum urbanitate limatus. de Orat.99 b, Vir oratione maximè limatus & subtilis. de Clar.173 a, & de Finib.98 b. & Episto.112 a, Limatum dicendi genus. Orat.198 b, Alij subtili quadam & pressa oratione limati. de Orat.145 a, Vir limatus & subtilis. de Fini. lib.5. De summo bono duo genera librorũ sunt: unum popularitер scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant: alterum limatius. de Clar. Nihil enucleatè dici, quo fieri posit aliquid limatius.

Limen, nis. superior inferiorque ianuæ pars, introitus, ianua, ostium. de N.39 b, Fores in liminibus profanarum ædiũ ianuæ nominantur. pro Do.225 b, Nec illi tam cupidi liminum meorum & ualuarum fuerũt. pro Cec.291 b, Nõ modò limine tectoq; ædium suarum, sed primo aditu uestibuloq; prohibere quempiam. pro Cæl.44 a, Qui simul ac pedem limine extulerat, &c. Tusc.230 b, Extra ostium limenque carceris.

Limes, tis. semita, uia. de Som.130 b, Benemeritis de patria, quasi limes ad cœli aditum patet.

Limo, as. polio, detraho, elimo. de Or.94 b, Neque hæc ita dico, ut ars aliquid limare non possit. & de Clar.186 a, Habui ita a natura genus quoddam acuminis, quod etiã arte limauerat. Off.40 a, Cum ueritas ipsa limatur in disputatione, de Or.146 a, Sed tantum alteri affinxit, de altero limauit. & 160 b, Stylus qui & alia & hoc maximè ornat ac limat. de Op.243 b, Quoniam se ipse ad minutarum genera causarũ limauerat. Ac.39 b, Instituit quædam ad eum, quæ sũt magna sane & limantur a me politius. Ep.38 b, De tua benefica prolixaq; natura, limaut aliquid posterior annus: id est, detraxit.

Linea, neæ, fi lum quo materiam, & opera sua artifices dirigunt, uel ipsa figura, quæ filo colore infecto fit. sunt etiam geometrarũ lineæ, latitudine, & crassitudine carentes. Q. Fra.318 a, Diphilus aliquando perpẽdiculo & linea discetuti. At.60 a, Lineam tenere in agendo. Para.119 b, Peccare est tanquam transire lineas, quod cum feceris, culpa commissa est: quam longè progrediare, cum semel trãsieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinet. Tuscu.156 b. Ferri sursum rectis lineis. de Fini.52 b. Ferri deorsum ad lineam. Tusc.156 b, Ferri deorsum ad pares angulos.

Lineamentvm, ti. figura, forma quę linearum ductu constat. Acad.29 a, Lineamentum fine ulla latitudine. de Fini.106 a. Animi lineamẽta pulchriora sunt quàm corporis. de Orat.100 b, In geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines. & de Cl.193 a, Intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum quæ iuuenta nondum erant, florem

Ludvs,ludi.munus,s. spectaculum,scena,iocus.pro Mur.133 b, Populus ac uulgus imperitorum ludis magnopere delectatur.& ibidem, Elegantia ludorum & scenæ magnificentia.& ibidem , Ludi magnificentissimi. & ibidem,Ego qui trinos ludos fecerã.de Ar.249 a,Hos ludos ferui fecerunt, ferui spectauerunt.pro Mu.133 b,Munus amplissimũ quod peritio præturæ desiderabat,prætura restitut.id est,ludos amplissimos . de Ar.257 a , Qui munera contra leges gladiatoria parant.de Or,154 b,In maxima illa ludorum celebritate quinquennali. At.254 a, Commissio ludorum & cõfestorum ludorum nuncij.Qu.Fr.325 a , Quo die ludi cõmittebantur: id est, VIII.Cal.Nouemb.& de Fin.91 b,Ludis commissis.Qu.Fr.327 b,Is ludos apparat magnificentissimos,sic inquam,ut nemo sumptuosiores fuitre bis terq; uel quia non postulat , uel quia munus magnificum dederat,uel quia potuerat magistrum se nõ ædilem putare.pro Sest.25 a,Qui ludos apparatissimos magnificentissimosq; fecit. & in P. 93 b, Paratissimi magnificentissimiq; ludi . pro Ara.188 a , Celebrare dies festos ludorum. & Ludorũ epulare sacrificium.l.Epularis.de Aruisp.248 b,Libationes epulæq;. de Cl.171 b,& Att.241 a,facere ludos Apollini. Att.34 a,Ludi Apollinares.& I.A.159 2,Ludi Romani antiquissimi.I.V.243 a.Ioui,Iunoni,& Minerua.I.P.81 a,Lucu dicompitalitij de D.91 b,Ludi uotiui.Ep.95 a,& Ac.254 a,Ludi Osci , ludi Græci ,

Ludvs.pro schola.de N.15 a,Epicuri pater ludi magister fuit & I.V.6 a,Magister ludi.Ep.137 b, Vt Dionysius tyrãnus cum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse: sic ego fublatis iudicijs,amisso regno forẽsi,ludum quasi habere cœpi.de Or.117 b, Isocrates magister istorũ omnium , cuius è ludo tanquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt.de Clar.167 b, Isocratis domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atq; officina dicendi.pro Dom.9 a, Is è ludo atq; pueritiæ disciplina in militiæ disciplinam profectus est . de Or.118 a , Hæc est enim in ludo causarum ferè formula,Q.F.325 a, Ducebam mecum Ciceronem meum in ludum dicendi, non lusionis.

Ludvs gladiatorius,& alij ludi. Att.11 b,& I.C.100 a,Ludus gladiatorius. Att.11 a,Ludus talarius.pro Cæl.43 a,Datur enim huic aliquis ludus ætati concessu omnium . & 46 b. Dare aliquid temporis ad ludum ætatis. & 39 a,Vt exercitatione ludoq; campestri uteremur.de.Or.148 a , Ludus pi

æ,uel tesserarum,uel talorum, Off.21 a, nec enim ad ludũ & iocum facti sumus.I.V.107 b, Per ludum & iocum euertere aliquem,& 273 a , Per ludum & negligentiam ad honores peruenire.I.A.193 b, nullus ei ludus uidetur esse iucundior quãm cruor,quam cædes,etc.de Or.115 a,Omniũ cæterarum rerum oratio, mihi crede , ludus est homini nõ hebeti. de Fin.54 a,Illa perdiscere ludus est.Off.30 b,Ad de his si placet,unguentarios, saltatores, totumque ludum talarium.In Ant.181 a, Heri quartus in circo dies ludorũ Romanorum fuit . Antonius ad pupulum tulit, ut quinetus præterea dies Cæsari tribueretur.de L.174 a, Ludis publicis popularem læticiam in cantu & fidibus & tibijs moderanto .

Lves, luis.pestis.de Ar.249 a,Vt eos ludos hæc lues impura pollueret,

Lvgeo,es. in luctu sum,squaleo,mœreo,I.A.144 b,Quis bonus non luget mortem Trebonij?& de In.72 a, Illa hostiũ mortẽ lugebat.pro Pl.280 b,& Epist.51 a,Hos pro me lugere,hos gemere uidebam.In P.83 a,Senatum reipubl.occasum atq; interitũ lugere uetuisti,Pro Dom.218 b,Lugẽte senatu,mœrẽtibus bonis omnibus.Ar.127 b,Neq; uerò nunc consilium tuum reprehendo,sed fortunam reipub.lugeo,& de Or.127 a,Lugere suos.Tus.166 a,Quid ego nũc lugeam uitã hominum?pro Mur.145 a, Statua deformata lugentsq;.de Cl.189 b, Omittamus lugere,

Lvgvbris, bre,funebris. Postquã.199 b,Fratris mei lachrymæ sordesq; lugubres.d.L.182 a,Lugubris eiulatio.& Tuscul.154 b, Lugubris lamentatio , fletusq; mœrens.

Lvmbvs,bi. In A. Et Cephus conditor ante lumborum tenus , &c.

Lvmen,nis,lux,oculus,fenestra.de D.97 a, Noctu lumine apposito experrecta nutrix animaduertit puerũ, &c.pro Syl. 74 b,Vos mihi in tãtis tenebris clarissimũ lumẽ prætulistis. Anteq.193 b,Vos dij,qui meæ mentis lumina prætulistis.de N.61 b,Natura duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere uoluit.de C.170 b,Sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio.de Som.127 a,Hic tu ostendas oportet patriæ lumen animi, ingenij consiliq; tui.de Or.100 a , Prope cunctis ciuibus lumen ingenij,& consilij sui porrigere atq; tendere.de Or. 219 a,Certis dicendi luminibus ornare orationem.de Cl. 188 b,Tabulas bene pictas in bono lumine.Tusc.250 a, & pro Do.234 b. Democritus luminibus amissis albã scilicet & atra discernere non poterat.de Or.99 b , M. Buculeius cũ ædes L.Fusio uenderet,in mancipio lumina uti tũ erãt, ita recepit.& ibid.Quod cuicunq; particulæ cœli officeretur,quãuis esset procul,murata lumina putabat.& pro D. 236 b, de N.45 a,Veritas luminum lunæ.de D.127 a,Luna solis lumine illustrari putaẽ.Ar.117 a,& Pro R. P.127 a, Cæsaris interdicta , si te secundo lumine hic offendero, respuetur. Off.12 a,Qui lumen de suo lumine accendit,facit ut nihilominus ipsi luceat,cum illi accenderit .

Lvminaria.fenestræ,lumina.Att. 249 b, Octauam partem tuli luminarium,mediam abstrahere memineris. alias luminum .

Lvminosvs,a,um, illustris,eminens , excellens. Or. 208 b , Tum sunt maximè luminosę & quasi actuosæ partes duæ .

Lvna,næ,de Som.128,In infimo orbe luna radijs solis accensa conuertitur.de D,127 a , Docet enim ratio mathematicorum,quanta humilitate luna feratur, terram propè contingens. & ibi.Luna solis lumine illustrari putatur.& 110 a, Luna suo lumine an solis utatur.de N.39 b,Luna à lucendo nominata ẽ,eademq; est Lucina.l. Diana.de Som,228 a,Stellæ,&c.ex quibus erat ilia minima,quæ ultima cœlo, citima terris luce lucebat aliena. de Orat.159 b , Luna accessu suo & recessu solis lumen accepit. de Nat. 36 a,Iam solis annuus cursus spacijs mẽstruis luna cõsequitur, & ibi de Luna, de N. 18 b, Solis annuam lustrationem , solis in censa radijs menstruo spacio luna complet. In Ver. 134 b, Siculi suos dies menseſque congruere uolunt cum solis lunęque ratione.de N.46 b, Luna maior quãm dimidia pars terræ.& ibi de luna multa.Acad.31 a , Habitari ait Xenophanes,in luna,de Diu.84 a,Cum claram speciem concreto lumine luna Abdidit , & subito stellanti nocte peremptą est . & 100 a , Cum duo nisi soles, & cum lunæ tres.

Tusc. 168 a, Cum luna laborat. de Pi. 86 a, Epicurus lunæ dies singulos uim quandã habere credidit, de D. 127 a, Cũ ortus nascentiũ luna moderetur. de N. 30 a, Aestus maritimos fretorũq; angustias orta aut obitu lunæ cõmoueri. de D. 115 a, Quid de fretis & maritimis æstibus dicam, quorũ accessus & recessus lunæ motibus gubernantur. de D. 128 b, Plus terrarũ situs quã lunæ tactus ad nascendum ualere, aliter, tractus. de D. 115 a, Oitrea & conchylia omnia cum luna crescũt pariterq; decrescunt. & ibidem, Arbores cũ luna simul senescẽtes tẽpestiuè cædi, Ac. 21 b, Intendit apollo arcũ luna innixus. Luna à sole illuminata, grauiditates & partus affert, 2 de Nat. deor. Luna in infimo orbe radijs solis accensa conuertitur. In Somnio Scip. Luna eam lucẽ, quã accepit à sole, mittit in terras, 2 de Nat. deor. Luna subiecta soli atq; apposita nostris oculis, eius lumẽ obscurat, Diuin, lib. 2. & 2 de N. deor. Luna quando lustrato suo cursu solem consecuta est, fit mensis, de Vniuers. Luna insidem spacijs uagatur quibus sol, 2 de N. deor. Luna, omnium ultima uersatur in terris, de Na. deor. 2. Luna, terra multarum urbium & montium, secundum Xenophontem, Ac. quæst. edit. 1. lib. 2, Lunæ cursus terram proximè ambit, de Vniuers. Lunæ cursus menses nominantur, quia mensa spacia conficiunt, 2 de Nat. deor. Lunæ luminũ uarietas tum crescentis, tum senescentis, 2. de Nat. deor. Lunæ ortu aut obitu, æstus maritimi, fretorumq; angustiæ commouentur, de Nat. deor. 2. Lunamq; accretione & diminutione luminis, quasi fastorum notantem & significãtem dies, Tusc. quæst. lib. 1. Non ante lunam nouam, 10 ad Attic. Infra lunam nihil est nisi mortale & caducũ, præter animos hominũ munere deorum datos, Som. Scip. Supra lunã sunt omnia æterna, Som. Scip. In luna deos spargens, de Vniuers.

Lvnaris, re. de Somn. 129 a, Grauissima autem sono mouetur hic lunaris atque infimus cursus.

Lvo, is. persoluo. l. Pœna. pro Mil. 103 b, cum ei qui expectare uelit antè iniusta pœna luenda fit, quàm iusta repetenda. & pro Syl. 181. b, Luere pœnas reipubl. de Senect. 92 b, Qui morte sua luit collegæ in Cannensi ignominia temeritatem. At. 108 b, Acerbum est, parentum scelera filiorum pœnis lui. & 43 a, Iraq; mei peccati pœnas luo. I. V. 77 b, Innocentium sanguis istius supplicio luendus est & 91 b, Sceleratorum libido innocẽtium sanguine luitur. de Fin. 140 a, Lucretia stuprum per uim oblatum uoluntaria morte luit, id est, expiauit, ulta est,

Lvpa, lupæ. meretrix, scortum. pro Mil. 112 a, Clodius semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat.

Lvpercal, lis. locus. Epist. lib. 7 pag. 104 Velia nõ est uilior quàm lupercal. Prouerbium.

Lvpercalia, orum. Qu. Fr. 314 b. & In A. 177 a, Ad lupercália C. Cæsari, &c.

Lvperci, orum. pro Cæl. 42 b, Fera quædam sodalitas & plane pasticia atq; agresti germanorum lupercorum, quorum coitio, &c.

Lvpinvs, ni. ad Her. 5 a, Folliculus lupinus. & I. C. 115 a, Romulus parnus atq; lactens uberib. lupinis inhians.

Lvpvs, pi. In A. 188 b, O præclarum custodem ouium (ut aiunt) lupum. Att. 216 a, De Varrone loquebamur, lupus in fabula.

Lvrco, onis. Attic. 13 a, Lurco Tribunus plebis, &c.

Lvscvs, a, um. uno captus oculo. de Or. 131 b, Hic luscus familiaris meus C. Sextius. & ibid. Id dixit quod conueniret in omnes luscos.

Lvsio, onis. lusus. Qu. Fr. 325 a, Ducebam mecum Ciceronẽ meum in ludum dicendi, non lusionis. de Fin. 138 a, Pueri lusionibus uel laboriosis delectantur. de Sen. 89 a, Habeant igitur alij sibi arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauam & pilam, sibi nationes & cursus, nobis sembus ex lusionibus multis calos relinquant & tesseras. de Orato. 91 a, Qui pila ludunt, non utuntur in ipsa lusione proprio artificio palęstræ.

Lvsitania. regio. Epist. 165. Pollio.

Lvsioni. pop. de Cl. 172.

Lvsivs fluuius, de N. 51. Ideo dictus quòd in eo Iupiter infans lotus sit, authore Pausania, in Arcadis.

Lvstratio, onis. peragratio I. A. 171 b, Peragratio itinerũ, lustratio municipiorum. Tus. 244 a, & de Nat. 18 b, Non

mõtiuagos atq; sylueſtres cursus lustrationesq; patiuntur.

Lvstro, as. peragro. de Nat. 36 b, Mercurij stella anno fere uertente signiferum lustrat orbem. de Nat. 58 b, Totam licet animis tanquam oculis lustrare terram. & Epi. 251, Lustrare iurisdictionem. de Finib. 145 a, Pythagoras Aegyptum lustrauit. & Tuscul. 218 b, Lustrare ultimas terras. de Som. 128 b, Sol cuncta sua luce lustrat & complet. Off. 12 a, & Par. 233 a, Cum omni ratione animoq; lustrauris. & de Fi. 88 b, Perlustrare aliquid animo. de Vn. 200 b, Cum alia maiorem lustrarent orbem. Att. 79 a, Ad III. Cal. Exercitum lustraui apud Iconium. & I. A. 241 a, & de D. 101 b. Cum imperator exercitum lustraret. & ibi. Cum censor duceret, populum lustraret. & ibid. In lustranda colonia eb eo, qui eam de.

Lvstrvm, stri. quinquennale spacium, idem quod Olympias Græcis. de Or. 100 a, Quæritur, qui domini uoluerant census fit, si non conditum lustrum, fit ne liber. Att. 17 b, Sub lustrum censeri germani negotiatoris est. & 66 b, Lustrum iam desperatum est. de Or. 133 a, Lustrum condere, & taurum immolare. Ep. 25 b, Publicanis etiam superiora lustri reliqua sine fociorum ulla querela conseruaram. At. 90 b, Populi aũt nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil toluerant, etiam superioris lustri reddiderunt.

Lvstrvm, genea, popina. pro Cel. 49 b, Domus in qua lustra, libidines, luxuries uersetur. Postquam 207 a, Cur in lustris & helluationibus huius saltatoris eximia uirtus tam diu cessauit? pro Sest. 7 a, Aliquis emersus ex tenebris lustroru ac stuprorum. I. A. 161 b, Vino lustrisque confectus.

Lvsvs, a, um. illusus, irrisus. de Fin. 64 a, sed & illum, & cæteros sophistas lusos uidemus à Socrate.

Lvtevs, tum. raridus, hebes. I. V. act. 5. 155 a, Deinde in hoc homo luteus; etiã calliduis ac ueterator esse uult. & act. 6. 207 a, Tum illos cœpisse prætori dicere: Putasse se, id quod audissent, alicutus precij ſeyphos esse Pãphili luteij negocium esse non dignum quod in suo argento Verres haberet. Luteum negocium, id est, nullius precij.

Lvtvlentvs, a, um. luto plenus, & impurus. In Piso. 79 b, Pauci ista tua lutulenta uitia noueramus. & 85 a, Lutulente Cæsoni, pro Quin. R. 48 a, Persona illa lutulenta, impura, inuisa. In sal. 272 a, b, Nihil aliud studet, nisi ut lutulentus sus cum quouis uoluntari.

Lvtvm, ti. terra humore soluta & pueris. In P. 92 a, Hic homulus ex argilla & luto factum. & 93 a, O lutum, ò sordes. I. V. 212 a, Verres in luto totius corporis uestigijs uoluatus. & 147 a, Vides caudam illam Verris antequam luto demersam esse in litura.

Lvx, cis. lumen. de Diu. 119 a, Si Deus erat, cur se contra naturam abdidit, ut patefactus aratro lucem aspiceret? pro S. R. 28 b, propter quos hanc suauissimam lucem aspexeris, eos indignissimè luce priuare. I. V. 240 a, Lux communis. pro S. R. 40 a, Commoda quibus utimur, lucemq; qua fruimur, spiritumq; quem ducimus, à Deo nobis dari atque impartiri uidemus. pro Quinc. 13 b, Communi luce priuari. pro Cl. 242, Hanc à natura propriam lucem accipere. de Clar. 165 b, Tanquam ad aspiciendam lucem esse reuocatum. & de Arusp. 255 b, Lucem non aspicere, id est, latere. In Ver. 251 a, Cur piratis lucis usuram tam diuturnam dedisti? de Arusp. 257 b, Eodem tempore suscipimur in lucẽ, & hoc cœlesti spiritu augemur. In C. 100 a, Potest ne ribi huius uitæ hæc lux, aut huius spiritus cœli esse iucundior cum, &c. pro Pomp. 10 b, Qui tam breui tempore lucem afferre reipub. potuit. de Orat. 97 b, Et illa commendatio inclusa in ueritatis lucem proferenda est. & 111 b. Historia lux ueritatis. In C. 120 b, Hæc urbs lux orbis terrarum, arx omnium gentium. I. A. 153 b, Lux quædam uidebatur oblata. de D. 81 a, Cum id reliquis, solis uideatur luce clarius. & pro Cæ. 42 a, Signa omni luce clariora. pro Cæl. 47 b, Sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate & clarissima luce latatur. Ac. 16 b, Proferre in lucẽ res occultas. ad Her. 35 b, Luce noctem, nocte lucem expectas. pro Sex. Ros. 27 b, Si canes luce latrent, opinor iis crura fustringantur. I. A. 244 b, Quis audeat luci? quis in militari uia? quis bene comitatum? quis illustrem aggredi? pro Sest. 21 b, Luce palam occidi. I. P. 84 b, Cum arma in templum Castoris luce & palam comportabantur. Off. 70 b, Luce palam

ce palam in foro saltare. de Diuin. 120 a, Cur ante lucem galli cantant? Qu. Fr. 309 a, Pridie iduum hæc scripsi ante lucem. & Ep. 3 b, & 56 a, de Orat. 133 a, Si ad te bene ante lucem uenisset. Att. 56 b, Metellum cum prima luce in campum currebat. pro Syl. 177 a, & Epist. 56 a, Prima luce. pro Mil. 129 a, Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodij. In Ar. Illæ quæ fulgent luces ex ore coruscoꝫid est, stellæ. pro Deiot. 149 a, Obscuram familiam è tenebris in lucem euocare. pro Pom. 5 a, Mithridates in uestris uectigalibus: hoc est, in Asiæ luce uersatur. Offic. 42 a, Tanquam in clarissima luce uersetur. In Ar. 175 a, Primùm redij luce, non tenebris, deinde, &c. Hem mea lux. meum desiderium, Terentiæ, lib. 14. Lux liberalitatis & sapientiæ, pro Ligar. Lux lumenq; uitæ, ratio, Acad. quest. edit. 1. lib. 2. Quoties illum lux noctu aliquid describere ingressum oppresit, Cat. Lucis aliquid afferre nostris rebus, 2. ad Att. Finis huius lucis, 2. Tuscul. id est uitæ. Cur inquam ciuibus Romanis, quos piratæ ceperant, securi statim percussis, ipsis piratis lucis usuram tam diuturnam dedisti? 7 Ver. Ante lucem efferri funera iussit Demetrius, 2. de Legib. 60 Lucem authoris fortasse desiderant sententiæ, de Nat. deo. 1. Lucem eripere, & quasi noctem quandam rebus offundere, de Nat. deo. 1. Cum mortali corpore cremato in lucem animus ex cesserit. de Diu. lib 1. Lucem omnino fugeram, 3 ad Attic. Omnes deniq; miseros, qui hac luce careant, Tuscu. quæst. lib. 1. id est, qui defuncti sint. Forensi luce carere, de Cl. Or. Quanta luce ea circumfusa sunt, &c. Acad. q. edit. 1. libr. 2. Erit uobis luce clarius, iudices, quum eos ipsos produxero qui dederunt, 4 Verr. Tusc. q. li. 1. Luce ueritatis menti hominis nihil dulcius. Aca. edit. 1. li. 2. In luce Asiæ, in oculis, pruincię, atque in auribus omnium gentium esse positam, 1 ad Qu. Frat. Nec uerò ille in luce modò, atque in oculis ciuium magnus, sed intus domique præstantior, de Senect. Tu te Thyestæ damnabis, orbabisque luce, propter uim sceleris alienì? 3 Tusculan. Cum prima luce, Offi. 3. quod Græci ἐφ' ἡμέρας.

Lvxvria, riæ. & luxuries, ei. luxus, intemperantia, libido. pro S. R. 30 b, In urbe luxuries creatur, ex luxuria auaritia, ex auaritia erumpit audacia. de Or. 124 a, Auaritiam si tolle ut uultis, mater eius est tollenda luxuries. contra Rull. 64 a, Luxuries Annibalem Capuæ corrupit. pro Muræn. 117 b, In quo luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriæ repertum putas? & 142 a, Odit populus Roman. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Offic. 21 a, Turpe est diffluere luxuria. I. P. 90 a, & ibid. Noua quædam & inaudita luxuries. & ibid. Profundæ libidines. & pro Cæl. 46 b, Profusa luxuries. pro Cor. 66 b, Tum luxuriam illius quę nõ crimine aliquo libidinis, sed communi maledicto notabatur. I. V. 135 b, In mulierũ corruptelis & in eiusmodi luxuria atq; nequitia. pro Cæl. 49 b, & 43 a, Domus in qua lustra, libidines, luxuries, &c. uersatur. pro S. R. 24 b, De luxuria se purgauit Brutius, cũ dixit, hunc ne in conuiuio quidem ullo ferè interfuisse. & 19 b, Quod per scelus adeptus sis, id per luxuriam effundere atque consumere. de Orat. 121 a, Quod sumptuosus de luxuria. & 117 b, In summa ubertate iesi luxuries quæ dam, quæ stylo depascenda est. & 157 a, Luxuriem esse in herbis. In Verr. 55 b, & 184 a, Luxuries in flagitijs, crudelitas in supplicijs. ad Herenn. 22, & 12 a, Inertia, ignauia, desidia, luxuria. Offic. 19 a, Hæc libidini potius luxuriæque, quàm liberalitati & beneficentiæ pareat. Offic. 15 a, Luxuria cùm omni ętati turpis, tum senectuti fœdissima est.

Lvxvriose, intemperanter. pro Cæl. 40 a, Cum libidinosis luxuriose uiuere. de Fin. 69 a.

Lvxvriosvs, a, um. asotus, intemperans. de Fini. 69 a, Luxuriosi reprehendendi sunt ob eam ipsam causam, quod ita uiuunt, ut persequantur cuiusq; modi uoluptates. cõtra Rul. 75 b, Aliquis ut in suis rebus, ita in repub. luxuriosus nepos In Pis. 94 a, Nihil ipso scitore esse luxuriosius, nihil libidinosius. Or. 204 a, Lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. I. A. 173 a, Multa & lauta superflex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis.

Lvxvs, us. intemperantia in edendo & bibendo. I. V. 161 a, Nisi forte existimatis eum in uino ac luxu non risisse, qui nũc

in periculo ac exitio suo risum tenere non possit.

Lycaonia, æ. regio. Ep. 240.

Lycaones. pop. de Leg. 176. Ep. 42.

Lycivm, cij, de D. 81 b, Cum ambulandi causa in Lyciũ uenisemus: nam id superiori gymnasio nomẽ est. & 110 a, Tum in bibliotheca, quæ in Lycio est, assedimus. de Or. 93 a, Et longè Academiæ illi ac Lycio tuum hoc suburbanum gymnasium antepono. de D. 85 a, Inq; Academia umbrifera, nitidoq; Lyceo. & Acad. 42 a.

Lychnvchvs, chi quicquid lucernam sustinet. nam ut candelabrum candelæ. sic lychnuchus lucernæ fulcrum appellatur. Qu. F. 336 b, Hanc scripsi antè ad lychnuchum ligneolum, qui mihi erat periucundus, quòd eum te aiebant cum esses Sami, curasse faciendum.

Lychnvs, ni. lucerna. pro Cæl. 52 a, Lux alia est solis & lichnorum. prouerb.

Lycii, pop. I. V. 204. Att. 95.

Lycvrgvs, a. durus, seuerus, qualis fuit Lycurgus, qui leges duras Lacedæmonijs tulit. At. 8 a, Nosmetipsi qui Lycurgei à Principio fuissemus, quotidie demitigamur.

Lycvrgvs, gi. de Cl. 176 a, M. Brutus accusationem factitauit, ut Athenis Lycurgus.

Lydia, Lydiæ. regio. pro Fl. 160 a, Quid dicam de Lydia? &c.

Lydvs, a, um. pro Flac. 160 a, Quis unquam Græcus comœdiam scripsit, in qua seruus primarum partium non Lydus esset?

Lymphatvs, a, um. furens, insanus. de Di. 97 a, Flexanima tanquam limphata ut Bacchi sacris commota. Poetæ.

Lynceus, a, um. per spicax. I. V. 155 a, Homo lynceus. homo luteus fortè correctius legas. Epi. 126 b, Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? nusquã incurrat?

Lyra, re. fides. Tus. 149 a, Themistocles cum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior.

Lyricvs, a, um. Ora. 215 a, Poetæ, qui λυρικοὶ à Græcis uocãtur, quos cũ cantu spoliaueris, nuda penè remanet oratio.

Lysias, się. de Ora. 105 a, Disertissimus scriptor Lysias. & de Cla. 167 b, Lysias subtilis scriptor & elegans. Or. 199 a, Venustissimus ille scriptor & politissimus Lysias.

Lysidicvs, ci. I. A. 233 b, Lysidicus ipse in Græco uerbo, qui omnia iura dissoluit.

Lysander, Lysandri. uersutissimus Lacedæmoniorum dux. Offic. 22 a.

Lysippvs, pi fictor insignis. Ac. 21 b.

M A

Itera M in numeris mille significat. I. Mille. in prænominibus Marcum.

M. de Or. 131 a, Omnibus in parietibus inscriptas fuisse literas, tria III, duo m m. lege literam L.

Macedo, onis. I. A. 203 b, Quid Macedo. Alexander.

Macedonia, æ. regio. Attic. 40. I. P. 91 & 92. I. Seminarium. I. Triumphus.

Macedonicvs, ca. I. V. 236 a, Signum Macedonicum. I. P. 91 a, Imperator. Macedonicus. Attic. 257 b, Legiones Macedonicæ.

Macellvm, li. locus in quo uenduntur omnia quæ uescendi causa in urbem afferuntur. de Diui. 120 b, Si Epicuri de uoluptate liber corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. de Fin. 75 a, Quæ est ista laus, quæ possit è macello peti?

Macer, cra, crum. tenue contra Rul. 79 b, Solum exile & macrum.

Maceria, riæ. murus in agro & uilla. Ep. 263 b. Helluo nequissimus sestert. 200 dabat nullo aprico horto, nulla macerią, nulla casa.

Machaerophorvs, ri. gladiator, machæram ferens Qu. Fr. 312 b, Hominem portaui ad Baias octophoro machærophoris centum sequentibus.

Machina, næ. machinatio. In Ver. 105 b, Columnæ machina apposita deiectæ, eisdem lapidibus repositæ sunt. & 106 a, In Pis. 88 b, M. Regulus, quem Carthaginenses reclusis palpebris illigatum in machina uigilando necauerunt. pro

Dom.218 a,Iisdem machinis sperant me restitutum posse labefactari,quibus antea stantem perculerunt.contra Rul, 75 b,Hæc tota lex ad Pompeij opes euertendas tanquam machina comparatur.Brut.289 a,Omnes adhibebo machinas ad tenendum adolescentem.de N.74 b,Doli,machinę, fallaciæ, præstigiæ.& ibid. Commoliri dolum & machinã aliquam ad quempiam.Qu.de Pet.206 a,Quo in magistratu amicam,quam palãm domi habebat, de machinis emit.

MACHINATIO,onis.de Nat. deor. 45 a, Cùm machinatione quadam aliquid moueri uidemus, ut sphęram , horas.& 50 b,Etiam machinatio quædam atq; solertia. de Orat. 115 a, Iudex tanquam machinatione aliqua tum ad seueritatem, tum ad remissionem est contorquendus.

MACHINATOR,oris.architectus,fabricator. pro Sex. Ros. 40 b,Scio omnium architectum & machinatorem esse Chrysogonum.& contra Rull.63 b.I.C.112 a.

MACHINOR,aris,struo,molior,excogito, consilium ineo . de Na.56 a, Ad usum orationis incredibile est quanta opera machinata natura sit.de Or.159 a, Hæc quidem machinati sunt ad uoluptatẽ.de N.51 b,Quod perpetuitatis causa machinata natura est.& 73 a.Sibi ipsi nefariam pestẽ machinari.I.V 69 a,Cum interea aliud quiddam iãdiu machinaretur.pro Do.224 a,Nihil aliud nisi uti ne quid per uim agi posset,machinabere.ad Her. 11 b ,& 26.b.Machinari necẽ uel calamitatẽ alicui. de Vniuer. 196 a , Quæramus igitur causam,quæ eum impulerit,qui hæc machinatus sit,ut originem rerum,& molitionem nouam quæreret .

MACIES,ei.corporis magna tenuitas & siccitas,gracilitas.cõtra Rull.85 a,Homo grandi macie torridus,contemptus,& abiectus.Item,Crassum libertum ais, tibi de mea macie solicitudineq; narrasse.Tusc.196 a,Corpus macie extabuit In Aut.211 a,Profectus est ad bellum A. Hirtius uir potissimus,at qua imbecillitate?qua macie?sed animi uires corporis imbecillitas non retardauit.

MACROCOLLVM,li.charta,membranula. Att. 252 b,Sed tamẽ idem syntagma misi ad te retractatius , & quidem archetypon ipsum crebris locis inculcatum & refectũ,hunc tu translatum in macrocollum,lege in Arcano conuiuis.& 212 a, Impensam facimus in macrocolla.

MACTE.uox hortationem significans.Att.188 a, Macte uirtute,mihi quidem gratum,&c.& 220 b,Seruuli aiebant,eum & agripetas eiectos à Buthrotijs,macte.Tusc. 156 a,Macte uirtute, ego enim ipse cum eodem ipso non inuitus errauerim.Att.97 b,Quæso quid nobis futurum est , macte scribas.aliter mature .

MACTO,as.interficio.de Aru.253 b,Clodius diuisores omniũ tribuum domi suæ crudelissima morte mactauit. I. C.204 a,Tum tu Iupiter hos æternis supplicijs uiuos mortuosque mactabis.& 102 b,Nõne hunc summo supplicio mactari, imperabis? In Pis. 82 b , Quorum ego furori nisi cessissem in Catilinæ busto mactatus essem.In Ver.35 b,Quo etiam maiore es malo mactandus. Tusc.179 b , Mactata excetra. pro Flac.154 a,& 157 b,Quam potestis P. Lentulo mactare uictimam gratioré.I.V.act.31 b,Inferorum animas elicere,& puerorum extis deos manes mactare. I . V.205 b, Cum uideant ius ciuitatis illo supplicio esse mactatum.

MACVLA,læ.labes . de Nat.17 a , Est autem corporis macula næuus.pro Sex.Ros.37 a,Legationis ceremoniam polluere,maculaq; afficere.pro Pomp.5 a, Delẽda est nobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. & Att.282 b,Magna macula per uos delata.pro Sest.17 a,Quoniam illa repub.macula regni publicati maneret, quam nemo posset eluere.In Salu. 274 b , Inurere æternas maculas alicui, quas reliqua uita eluere nõ possit.pro Cor. 57 b,Est huius seculi labes quædam & macula,uirtuti inuidere.pro Dom, 217 b,Omnium libidinum maculis notatissimus . pro Plã. 265 a.Hunc tu uitæ splendorem maculis aspergis istis . In Verr.260 a,Maculas flagitiorum tuorum innocentium sanguine luere arbitrabare,& pro Clu.20 a , Macula familiæ; id est turpitudo .

MACVLA.retis foramen,seu plaga. I. Reticulum. de Somnio: 129 b,In ipsis terræ quasi maculis,ubi habitatur.

MACVLO,as.macula afficio,commaculo,inquino,oblino,polluo.fœdo,contamino,labem, infero , maculis aspergo . de Arusp.250 a , Qui castissimos ludos omni flagitio pollueret,omni dedecore macularet. pro Mil. 118 a, Et tu Castor Iupiter,cuius ille latus, nemora,fines; sæpe omni nefando stupro & scelere maculauit.pro Sest.16 b,Maculare splendorem alicuius .

MACVLOSVS,a , um . maculis respersus.In A. 174 a, Vellis Pompeij non multa,eaque maculosa.Attic.11 a, Maculosi senatores.

MADEFIO,fis.perfundor,respergor.de D.94 b.Itaque uatinatus est , madefactum iri minus triginta diebus Græcino sanguine.I.A.259 a,Imbuti sanguine gladij exercituũ nostrorum,uel madefacti potius .

MADEO,des.madefio.I.A.190 a, Natabant pauimenta uino, madebant parietes.Postquam 206 b , Madens coma, compositus capillus .

MADIDVS,a,um.perfusus.Qu.Fr.314 a, Sed ille fasciculus totus aqua madidus mihi redditus est .

MAENA,næ.piscis marinus, quem Theodorus Gaza Aleccn uertit,Itali Menulam uocant.de Fin.83 b,Qui uoluptatem ipsam contemnunt,ijs licet dicere se Accipenserem Mænæ non anteponere .

MAEOTIS,tidis.palus Scythica.Tusc.238 a,A sole exoriente supra Mæotis paludes , nemo est qui factis me æquiparare queat.Poetæ.cõtra Rull.76 a, Cum Mithridates amisso exercitu,&c.Mæotide,& illis paludib.&c.defendatur.

MEANDRVS,dri.anfractus.I.P.90 b,Quos tu Meandros dum omnes solitudines persequeris , quæ diuerticula flexiones que quæsisti?

MEGARA,oppidum Siciliæ.I.V.act.7.

MAGE,pro magis.Ep.lib.7.pro Mur. 131 a , Non ex iure manu consertum , sed mage ferro rem repetunt.Ennij.

MAGICVS,ca,cum.de Or.lib.1.Magicum carmen.

MAGIS plus,præter,plus,plusq; Ep.91 b.Att.71 a,b, Quotidie magis ac magis suspicor te in Epeirum profectum.Ep. 292 , Sed mihi magis magis q; quotidie de rationibus tuis cogitãti,placet:idest,plus plusq;.I.A.153 b, Quotidie magis magisq; perditi homines urbi minabantur. Par.139 b, Nihil huic addi potest,quo magis uirtus sit. pro Mil. 104 b , Non magis erit parricida,si quis consularem patrẽ,qui si quis hominem necauerit.pro Plan. 271 b , Is magis ædilis fieri nõ potuisset. pro S.R.24 b,Annos natus magis quadraginta.Epist.26 b,Ita contendit,ut nihil unquam magis de Ora.110 b, Magis adeò id facultate quàm alia ulla culpa mea contigit.Epi.264 a, Expecto tuas literas , teipsum multo magis.de Ora. 121 a, Ac multo etiam magis ad uos.& de Cl.195 b,Magis etiam,&c. pro Fl.160 b,Nunc uero hoc magis,&c.contra Rul.85 b, Imò uerò etiam hoc magis , quàm,&c.quod,&c.I.V.148 a,Atq; eo magis,ũ,&c.& 164 b,Et eo magis,quòd,&c.item.Mementote non tamen Ilos esse nobis quàm hos pertimescendos : atque etiam hoc magis sunt timendi,quòd,&c.de Off. 15 a, Capescentibus rempub.nihil minus quàm philosophis, haud scio an magis etiam respicientia adhibenda sit rerum humanarum. Att.254 a,Magis est quod gratuler tibi , quàm quod te regem.pro Cæl.40 a,Cuius in magnis ceteris amicorum fuit etiam Cælius, magis est ut ipse molestè ferat errasse, quàm ut istius amicitiæ crimen reformidet.Att.234 a,De Græcia magis ac magis cogito.

MAGISTER,stri.præceptor,doctor,autor.de Na.15 b,Epicurus gloriabatur,se magistrum habuisse nullum.In Ant.177 a , Quanquam te bonum timor faciebat,non diuturni magister officij . de Senect.83 a, Nec ulli bonarum artium magistri non beati putandi , quamuis consenuerint uires. I.A.162 a,Iam uideo magistro tuo qui te tanta mercede, quanta iam proferam, nihil sapere docuit.de Orator.206 a , Pueri in hoc genere apud magistros exercentur. pro Sext . Rosc . 38 a, Is discipulus magistro tantulum de arte non concedit . de Cla . 174 a , Gracchus semper habuit exquisitos è Græcia magistros . de Orator . 120 b,Magistri ad quos filios nostros mittimus. de In . 50 b , Artium liberalium magistri,siuendi præceptores.& Epist.136 b,Magister cœnandi,discipulus dicendi.de Orat.Isocrates magister omnium istorum,&c.Orator.197 b . Plato grauissimus autor , & magister intelligendi , & dicendi.& 198 a, & de Natu.8, Aristoteles à magistro Platone dissentiens. de Orat.155 b,Plato non linguæ solum , uerum etiam animi ac uirtutis magister.& pro Mur.139 b,Vestri præcepto res & uirtutis magistri:id est,Stoici.pro Mur. 139 a, Hæc oia non à natura sunt,sed a magistro : sine magistro , duce natura.l.Mamma. Orat. 207 a,Existimator alicuius artificij,non magister.pro Rab.P.124 a,Vsus est magister operimus.de Ora.97 a, Stylus optimus dicẽdi effector & magister.& 107 b.Stylus perfector dicẽdi, ac magister.In Ver. 159 a,Dux & magister ad faciendum aliquid.de Clar.192 b,Suationem legis Seruiliæ sibi magistrum fuisse dicebat. pro Cor.60 a,Tum uerò ius omne noster iste magister mutandæ ciuitatis ignorat.de Orat.126 b, Quamobrem hoc uos doceo , bonus ego uidelicet & eruditus magister . de Arusp.247 b.Ego habeo autores , & magistros colendarũ religionũ,maiores nostros.pro Dom.234 a,Autor & magister publicæ religionis.& 241 b,Præsertim illo magistro qui cogeretur docere antequã ipsa didicisset. pro Cec.291 a, Te uti in hac re magistro uolo.In Ver.62 a,Si ab isto libro quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus compositum dedit.de Sen.86 b,Summus magister ĩ poculo.Att.76 a,& I.V.243 a,Magister scripturæ.I. Scriptura.& 145 b,Magistri ,qui tabulas habebant . & 143 b, Quidam qui tũ magister erat eius societatis.& Att. 176 b, & Epist.207 b,& 227 a,pro Planc. 265 b, P.Crassus maximarum societatum autor,plurimarum magister.Ar.1 b,L. Pontius,quem putabant magistrum fore,si bona uenirent. pro Qu.9 a,Cui magistri fiunt,domini constituuntur , qui qualege,qua conditione pereat,pronuncient,huic, &c.

MAGISTER equitum.cui imperium summum in equites erat ut dictatori in populum.Att.151 a,Sylla potuit efficere ab interrege,ut dictator diceretur & magister equitũ.de Leg. 185 a,Isq; aue sinistra dictus populi magister esto . & 186. a Magister populi equitumq;.

MAGISTERIVM,rij,magistri dignitas & officium,censura.de Sen.56 b,Me uerò & magisteria delectant à maioribus instituta,& is sermo qui à summo adhibetur magistro in poculo.de Prouinc.Cons.Magisterium morum.

MAGISTRA,stræ.de N.10 a,Legis æternæ uis,quæ quasi dux uitæ & magistra officiorum sit.& de Orat.111 b,Offi.26 a, Natura magistra & duce.Tusc.225 a,Philosophia magistra uitę.pro S.R.30 b,Vita rusticaparsimonię & diligẽtiæ magistra est.

MAGISTRATVS,tus.dignitas,honor,potestas,fasces, procuratio negotij & muneris publici,qui cũ potestate est,qui potestatem gerit , aliquo honore aut dignitate affectus , summis populi beneficijs usus.de Am.108 a, Vbi eos inueniemus , qui honores,magistratus,imperia , potestates,opes , amicitiæ non anteponant ? pro Mur.141 b,Cato negat iudicium hominum in magistratibus mandandis , uoluptatibus corrumpi oportere.& 142 b,Nulla re allici mẽtes hominum oportere ad magistratum mandandum,nisi dignitate.Offi.25 a,Est igitur proprium munus magistratus. intelligere se gerere personam ciuitatis,debereq; eius dignitatem & decus sustinere , seruare leges,iura describere,ea fidei suæ commissa meminisse . pro Sest.15 b, Censura sanctissimus magistratus.In V.231 b,Ad me nenit Heraclius is qui tum magistratum Syracusis habebat . Of,30 a,Cedere ijs qui magistratum habebant.pro Plan.260 b,Tũ enim magistratum non gerebat,is qui cœperat,si patres autores tion erant facti . pro Pl.262 a, Libertas populi in mandandis magistratibus.& 272 a,Commissi sunt ijs magistratus. Att.279 a,Nemo tribunus plebis,nemo alio magistratu , nemo priuatus autor extitit.Att.276 b,Dum unus erit patricius magistratus,auspicia ad patres redire non possunt. & ibidẽ.C.Marius factus est augur.pro Font.281 a,In honoribus petendis.in potestatibus,in imperijs gerendis.contra Rull.72 b,Quibus uos amplissimas potestates dedistis & 48 b,Legũ ministri magistratus.& ibi.Legum interpretes iudices.contra Rul.71 a,Lege Curiata magistratũ non dari,cui nullis comitijs antè sit datus.Epist.40 b,Creare & gerere magistratum,& gerere potestatem.Item,Abire magistratu.Epist.60 b,Atque abeuntem magistratu concionis habendæ potestate priuauit . & Attic. 11 a, Quint. Frat.394 a,Bene gerere se in potestate . pro Qu.2 a, Magistratum æquum adhuc reperire non potui.I.V.191 a, Secuti sunt auariores magistratus.Qu.Fra.294 a, Quæ in magistratu uitiose decreuerant,eodem ipsis priuatis erat iure parendum.I.A.279 b,Tum senatus contra te dedit arma consulibus reliquisq; imperijs & potestatibus. I.A.204 b, Vt ei triennium ante legitimum tempus magistratus petere,capere,gerere liceat.de L.184 b,Magistratus hęcest uis, ut præsit præscribatq; recta,& utilia,& cõiuncta cum legibus : ut enim magistratib. leges,ita populo præsunt magistratus:uereq; dici potest,magistratum legem esse loquentem,legem autem mutum esse magistratum.de Leg.190 b, Suffragia in magistratibus mandandis palãm ferre melius esset.& 193 b,Qui magistratu abierint,apud cõsores edãt, & exponant quid in magistratu gesserint.In Salust. 274 b, Accipere magistratum loco prędę.Ep.190 b,Nã quod huc properent in magistratum uenire,causam non habent.

MAGNANIMITAS,tis.magnitudo animi. Offi.31 a, Quarum una sit cognitionis,altera communitatis, tertia magnanimitatis,quarta moderationis.

MAGNANIMVS,a,am.uir magni animi,uir altus & excellens. Off.13 a,& 14 a,Vir fortis & magnanimus . pro Font. 282 b,Vir summi consilij & maximi animi.pro Sest.12 b, Vir fortis & acris animi magniq;.

MAGNES,tis.de D.98 b,Vt si magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se alliciat & trahat : at rationem cur ita sit, afferre nequeam.

MAGNES.à Magnesia Thessaliæ regione.de Clar.149 b,Dionysius Magnes.

MAGNIFACIO,cis.Ep.210 b,Eius liberrum Apollonium iãtum equidem cum ille uiueret , & magnifaciebã & probabam.Att.234 a, Facio magnam praxin Dolabellæ : id est, magnifacio actionem Dolabellæ .

MAGNIFICE , splendidè.de Cl.188 a,Amicè & magnificè te laudatũ puto.I.V.182 b,Magnificè laudari ab aliquo . pro Qu.17 b,& I.V.89 a,Magnificè ac splendidè ornare cõiuiũ.de In.77 a,Vasa magnificè & preciosè cælata.I.V.214 a,Exornat amplè magnificeq; tricliniũ. pro Dom. 236 a, Iste habitare laxè & magnificè uoluit.I.C.104 b, Magnificè uicimus . Attic.284 b, Iuuat enim magnificè loqui . ad Her.31 b,Hic qui se magnificè iactat & ostentat. I.A. 223 a,Magnificè enim Sulpitius maiorum continẽtiam diligebat . Offi.10 a. Hæc præscripta seruantem licet magnificè uiuere.

MAGNIFICENTIA,tiæ.splendor. de In. 82 a, Magnificentia est rerum magnarum & excelsarum,cum animi ampla quadam & splendida propositione , agitatio & administratio. & 26 a,Virtus & magnificẽtia,in qua grauitas & autoritas est.Orat.204 b,Si ut in apparatu epularum à magnificentia recedens non se parcum solum,sed etiam elegantem uideri uolet.pro Mur.142 b,Odit pop.Rom.priuatam luxuriam , publicam magnificentiam diligit.contra Rull.70 b, Hoc uix est liberi populi,uix uestrorum amicorum magnificentiæ.de Leg. 169 b,In hac illa rerum magnificẽtia,&c. Qu.R.49 a, Qui tantas pecunias non propter inertiam laboris,sed propter magnificẽtiam liberalitatis repudiauit. de Leg.190 b,Lucullo obiecta est magnificentia uillæ Tusculanæ.Tusc.240 a,Magnificẽtia ædium regiarum.& 247 a,Magnificentia & sumptus epularum.Offi.15 a,Capessentibus rempub.& magnificentia,& despicientia adhibenda est rerum humanarum.de Leg. 183 b,Funerum sepulchrorumq; magnificentia . Off.28 b,Cauendum est etiam,præsertim si ipse ædifices,ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas.& ibi.L.Lucullus,cuius,quàm multi uillarum magnificentia imitati sunt.& 44 b, Theophrastus est multus in laudanda magnificentia & apparatione popularium munerum.de Am.99 b,Qui uirtutem uerborum magnificentia metiuntur.

MAGNIFICENTISSIME . Atti.lib.2,Iactare se magnificentissimè.& 215 b,Nostri autem ἀπρόσοις quod per se ipsos cõficiet potuit,gloriosissimè & magnificentissimè cõfecerunt. In Vatin.Cicero post hominum memoriam magnificentissimè consul factus.

MAGNIFICVS,a,um.lautus , splendidus , summo splendore præditus,delicatus.I.V.87 b,Vidi forum adornatum magnifico ornatu.Quint.Frat.327 b,Ludi magnificentissimi, & munus sumptuosum atque magnificum . de Orat. 98 a, Multæ ac magnificæ res constructæ ac reconditæ. Epistol.

136.b, Cœna magnifica & lauta. Tuscul. 240 a, Stragulum magnificis operibus pictum. Ep. 195 a, Reliquæ sunt uenationes binæ per dies quinque magnificæ. de Orator. 117 a, Genus dicendi magnificum atque præclarum. & 98 a, Cũ præclara quædam & magnifica didicisset. de Op. 244 a, Ij quos nihil excelsum magnificumq; delectat. & Offic. 16 a, Animus excelsus & magnificus. de D. 109 b, Magnificum etiam illud Romanisq; hominibus gloriosum, ut, &c. contra Rull. 82 a, Cætera illa magnifica pop. Roman. uectigalia. de Cl. 189 a, Voce, motu, forma etiam magnifica & gloriosa ostentatio ciuitatis. de Leg. 169 a, Villa magnifica. Attic. 66 b, Illam autem quam locauit facit magnificentissimam. Off. 45 a, L. Crassus magnificentissima ædilitate functus est. contra Rull. 66 b, Est hoc amplissimum, sed illud magnificentius, quòd, &c. de Cl. 175 b, Genus dicendi magnificentius & ornatius. l. P. 80 a, Magnificentius est dicere quemadmodum gesserimus consulatum, quàm quemadmodum ceperimus. Postquam 204 a, Senatus a quo sæpe magnificentissimis decretis ornatissimus. de Cl. 182 b, Id melius est quod splendidius & magnificentius. pro Deiot. 147 a, Cui magnificentissima domus usque ad numantiã ex Asia misit. pro D. 242 a, Italiæ magnificentissimus ille motus. l. Va. 30 a, Cicero magnificentissimus post hominum memoriam consul factus.

MAGNILOQVENTIA, tiæ. Or. 215 b, Dactylicus numerus hexametrorum magniloquentię est accommodatior. Ep. 210 a, Homeri magniloquentia.

MAGNITVDO, nis. amplitudo, granditas, moles, ubertas. de Finib. 99 b, Magnitudo maris Aegi. Off. 31 b, Metiri magnitudinem mundi. I. A. 249 b, Si maria, montes, regionũ magnitudines interessent. de Or. 86 a, Magnitudo & uaritas, multitudoq; causarum. I. V. 240 a, Genus prædandi ad magnitudinem quęstus immensum & infinitum. & ibi. Magnitudo frigorum. Part. 237 a, Magnitudinem animi superbia imitatur ex animis extollendis. & Ep. 8 a, Magnitudinẽ animi tui ne inflectas cuiusquam iniuria. Ep. 21 b, Magnitudo & uis amoris. contra Rull. 85 a, Magnitudo fructuum id est, abundantia. In Verr. 226 a, Signum ex ære modica amplitudine. & de Leg. 183 a, Propter amplitudines sepulchrorum. Item, Vtilitatis ubertas: id est, magnitudo. l. Vbertas. pro De. 149 b, Esto concedatur hæc quoq; acerbitatis & odij magnitudo.

MAGNI esse, & id genus. Ep. lib. 15. Magni erunt mihi literæ tuæ. Attic. lib. 10. & Famil. lib. 16 Non possum dissimulare mihi famam quoque, quamuis sit falsa, magni esse. de Nat. lib. 1. Magni interest ad decus & laudem ciuitatis.

MAGNO. magno precio.)(. Paruo emere uel uẽdere. pro Qu. R. 50 b, Magno tuam dimidiam partem decidisti. contra Rull. 73 a, Emẽr agros quos uolent, & quàm uolẽt magno. Attic. 15 b, De aliquo cõducere nimiũ magno. I. V. 202 b, Quid? tu ista pmagno æstimas. I. V. act. 5. Magno uẽdidisti.

MAGNOPERE. nimio opere. Ep. 20 a, Cum has ad te quampridmum literas magnopere perferri uellemus. Att. 66 a, Et si quæris, nulla est magnopere cõmota συμπάθεια. de In. 62 b, Cum puerorum formas & corpora magno hic opere miraretur. de Leg. 166 b, Gellius philosophis magnopere autor fuit, ut, &c. Att. lib. 13, Magno opere accersitus. Ep. lib. 13 Magnoq; opere abs te peto.

MAGNVS, a, um. amplus, grandis, non mediocris, non paruus, uberior, bonus, latè patens, immanis, infinitus, uastus, insanus, longè lateq; patens. de Or. 104 a, Quarum rerũ fateor magnam, multiplicemq; esse disciplinã. de N. 51 b, Magna dij curant, parua negligũt. de Or. 145 a, Hæc. n. ars fine controuersia & magna est, & latè patet, & ad mulos pertinet, & summo in honore semper fuit, & charissimi ciues ei studio ẽt hodie præsunt. Ep. 86 a, Quãquã id magnũ & amplũ est. Or. 199 b, Magnum opus & arduũ Brute conamur. cõt. Rul. 74 a, Magna mihi res non modo ad statuendũ, sed etiã ad dicendũ uidetur esse. pro Mur. 125 b, Mihi cũ eo & uetus & magna amicitia est. Ora. 201 b, Partes magnæ & graues. de Ora. 158 b, Grandis oratio, pro magna. Ep. 2 a, Magna eloquentia, magna grauitas, magnum studium, magna cõtentio. de In. 43 a, Multæ & magnæ res. & ibid. Quędam magna & ampla pars. Tusculanar. 178 a, Experiar equidem, sed magna res est. & 176 a, Quos enumerare magnum est, ita sunt multi. pro Pl. 277 b, Decertare milli ferro magnum fuit, &c. Quint. Fratr. 300 b, Nam si te uicinis tuis anteponis, ualde magnum facis. Orat. 206 a, Nos magnum fecissemus, si potuissemus, &c. de Nat. 59 b, Nemo uir magnus sine aliquo afflatu diuino unquam fuit. & ibidem. Magnis uiris prosperè euenũt semper omnes res. pro Qu. 17 a, Artes, quibus tu magnus es, tibi concedo. Offic. 36 a, Dicæarchus peripateticus magnus & copiosus. pro Mur. 139 b, Neque disputandi causa uis magna pars, sed, &c. de In. 72 b, Augere aliquid & maiora facere. de Cl. 184 b, M. Drusus tuus magnus auunculus, Off. 66 a, In his magni iudicis est, statuere quid sit æquũ. & de Leg. 192 a, Quorum generum in utroque magnus noster Cato est. de Claris Orat. 184 b, Magnus auunculus. Magnus Consul & consularis, 10. Famil. Magnus locus, 2 de Natur. deor. id est, amplam præbens materiam. Numerus frumenti magnus, 4 Verrin. Magnus prætextatus illo die fui, 6 ad Attic. Magnus ueterator, 2 ad Quint. Frat. Vir magnus in primis, de Natu. deor. 1. Magna causa, pro Domo sua: Magna Græcia, de Orat. Magna natio, de Arusp. respons. Magna pecunia, 11 ad Attic. Magna procuratio, pro Deiot. Magna quæstio est, de Nat. deor. 2. Magna res, 12 ad Attic. id est, magni precij. Magnum caput, 1 de Or. Magnum consilium, 3. Philip. Magnum ingenium L. Luculli, Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. Magnum opus in manibus habeo, 1 Acad. Magnum quid & multæ cogitationis atq; ocij, 2 ad Att. Quid enim uidetur ei magnum, cui æternitas omnis, totiusq; mundi nota fit magnitudo? Tusc. quæst. lib. 4. Magnum est efficere ut quis intelligat quid sit illud uerum & simplex bonum. 1 Aca. hoc est, magni laboris, uel magnæ utilitatis. Magnum est eadem habere monumenta maiorum, ijsdem uti sacris, sepulchra habere communia, Off. 1. Magnum est in amicitia, superiorem parem esse inferiori, de Am. Quicquid erit non modò magnum, sed etiam paruum, scribes, 14 ad Att. Nam si te inferiorẽ bus uicinis tuis, Cilicensi & Syriaco anteponis, ualde magnum facis, 1 ad Qu. Frat. Magnum atque honestum te esse, 11 Famil. M Bruti & Calsij. Magnum annum dicunt mathematici, quo septem sidera errantia expletis propriis cursibus sibimet concordant, 2. de Nat. deor. Si domũ magnam pulchramq; uideris, de Nat. deor. 2. Chrysippus & Stoici cum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his pariendis & definiendis occupati sunt, 4 Tuscul. 9. Fam. ad Att. 16 id est, magna ex parte. Nullam rem neq; tam magnam neq; tam paruã putet, quæ, &c. 5. Fam. A magno homine & in primis erudito Panætio tractata, 3. de Leg. Stabili & firmo & magno animo uir, 3 de Finib. Magno timore esse, 5 ad Attic. Aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus, &c. 1 Tusc. Magna uoce confiteri, pro Cec. Magni aratores, 5 in Verr. Magni Iudi in Pis. Magni in repub. uiri, 3 de Leg. Magna quę uidetur in duplici genere sunt, Part. Magnis sępe rectissimẽ parua conferuntur, Orat.

MAGVS, gi, de D. 90 a, Magi, quod genus sapientum & doctorum habebatur in Persis. & 99 a, Et in Persis magi augurantur & diuinãt. de Leg. 174 b, Magi Persarum. de N. 10 b, Portenta magorum Aegyptiorum dementia.

MAIALIS, lis. uerres castratus. Cicero apud Isidorum libro 2. cap. 31, Consulem quærebam, quem in isto maiali inuenire non poteram.

MAIESTAS, tis. imperium, amplitudo, dignitas. de Orat. 113 b, Maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis, is eam minuit, qui, &c. de In. 69 a, Maiestatem minuere, est aliquid de repub. cũ potestatẽ nõ habeas, administrare. de Or. 127 a, Lex Apuleia, qua qui maiestatẽ minuisset, capitis poena afficiebatur. pro Rab. 90 b, Vt illud summum auxilium maiestatis atq; imperij de Rep. tollatur, & 94 a, Vt imperium pop. Rom. maiestatis; conseruaretur. & pro Cor. 61 a, Seruare & cõseruare maiestatẽ populi. I. V. 245 b, Minuere maiestatẽ reip. & de Or. 118 b, Maiestas ab aliquo imminuta. de D. 97, Dij nõ censent esse maiestatis suæ, præsignificare hominib. quæ sunt futura. & 98 a, Neq; hoc alienũ ducunt maiestate sua. de N. 41 b, Sustinendi muneris propter imbecillitatem difficultas minimè cadit in maiestatem deorum. & Acad. 30 a, pro S. R. 27 a, Maiestas iudicium. I. P. 48 b, 84 b, Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas consulis. I. A. 157 a, Qui maiestatem populo Romano per uim minuerit. de Am. 113 b, Quanta illa fuit grauitas? quanta in oratione maiestas.

MAIOR, ius. Top. 222 b, Quod in re maiore ualet, ualeat idẽ in minore. Qu. Fr. 303 b, Quem ego ut fratrẽ maiorem uerebar. de Leg. 174 a, Prorsus maiorem quidem rem nullam sciscam alterius, in minoribus, si uoles remittã hoc tibi. Tusc. 160 b, Qui in aliquo maiore studio, & arte uersantur. de D. 86 a, N. hil ferè quondam maioris res nisi auspicato gerebatur. & 119 a, Eius aspectu cum obstupuisset bubulcus, clamorem maiorem cum admiratione edidit. Attic. 124 a, Balbus maior, & Balbus minor. Par. 117 b, Africanus maior & Africanus minor. de Am. 96 a, Cato maior. Of. 3 b, Quæ cura exuscitat etiam animos, maiores & ad rem gerendam facit. Tusc. 187 a, Qui uo lunt exclamare maius toto corpore contentioni uocis asseruiũt. de Or. 86 a, Maiore delectatione, spe uberiore, præmijs amplioribus ad perdiscendũ cõmouerri. & 93 a, Studio acriore, ocio ac facultate discẽdi maiore ac maturiore, & labore atq; industria superiore.

MAIORES, orum, patres, superiores.)(. Posteri nostri, posteriores. In V. 65 b, Patres maioresq; nostri. Orat. 108 a, Patrum nostrorum ætas. & b, Superiores.)(. Posteriores. I. A. 188 b, L. Philippus uir auo, patre, maioribusq; suis dignissimus. Quales eius maiores fuissent, 1 de Finib. Maiores imitandi, at non eorum uitia, Offic. 1. Maiores nostri libertis suis non multo secus ac seruis imperabat. 1, ad Quin. Frat. Maiores quibus in rebus quæstiones interponi uoluerint, 2 ad Heren. Maiorum suorum authoritate fatis intelligat quid sit fidei tuæ, 13 Famil. Maiorum nostrorum clementia, 5 Famil. Quin. Metelli. Ex maiorum dignitate eum honorem à te administrari, 15 Famil. Maiorum exempla nosse debet Senator, 3 de Legib. Maiorum mos, 13 Fam. Maiorum more, sine fuco ac fallacijs, 1 ad Attic. Maiorum nostrorum sepulcre reliquiæ, ad Octau. Maiorum similem aliquando fore populum Romanum, 12 Famil. Maiorum nostrorum hic multa uestigia, 2 de Leg. Audini ex maioribus natu hoc idem fuisse. 1 Offic. Ego meis maioribus uirtute mea præluxi, in Saluft.

MAIVS. æ. Att. 205 a, Ille diem negabat esse mense Maio. & I. A. 179 b, Maiæ Calen. At. 41. Idus. 4 1, nonæ 60.

MAIVSCVLVS, a, um. grandior. Ep. 131 b, In aliqua maiuscula cura negocioq; uersari.

MALA, læ. maxilla. Orat. 163 a, Vt meos malis miser manderem natos.

MALE, praũ, nequiter, incommodè, uitiose, improbè, mala ratione. Att. 237 a, O factum malè de Alexione. & 261 b, de Orat. 137 b, Malè enim res habet, quæ, &c. de Sen. 80 b, Vt Carthagini malè iamdiu cogitandi bellum inferatur. pro Muręn. 139 a, Errasti aliqua in re, malè dici putat Cato. de Sen. 81 b, Malè rem gerere. & I. C. 109 a, Malè gerendo negocio. pro Quin. 16 a, Qui cum omnibus credi toribus malè agat. & 9 b, Qui permulta malè agendi causa fraudandiq; fecerunt. de Cla. 172 a, Malè mulctatus. Ora. 212 a, Malè sonabat ijsdem. Attic. 222 a, Non dubio quin me malè oderit. pro R. S. 42 a, Aliquem malè locutum esse. Att. 84 b, & pro Cęl. 45 b, & Attic. 17 a, Malè audire, & bene audire. ad Her. 38 a, Mala ratione: id est, malè.

MALEA, siue Maleæ, Laconiæ promontorium. Epistol. 55 Sulpit.

MALEDICE. Offi. 27 a, Cum de absentibus maledicè contumeliosęq; dicitur.

Materia,riæ . & materies,ei.sylua,hypotesis,argumētum , facultas,campus,seges.de In. 83 b , Vri posse ligneam materiam necesse est.& Top.225 b,Vt materiæ , ferramenta . &c.de Or.125 b,Nulla materia nisi admoto igni ignē concipere potest.de N.78 b,Materiā rerū ex qua & in quo omnia sunt,totā esse flexibilē & cōmutabilē.& ibid.de materia.Aca.29 b,& 30 a,Plato ex materia in se oia recipiente mundū esse factum censet.de L.160 b , Perpetuis curſibus, conuersionibusq; cœlestibus extitisse materiā quandam se rendi generis humani.Ac.44 a,& iterū 43 b.Sed subiectam putant oibus sine ulla specie atq; carentem omni illa qualitate,&c. materiam quandam ex qua omnia expressa atque effecta,quæ tota omni accipere possit.omnibus modis mutare atq; etiā ex omni parte,eoq; etiam interire non in nihilū,sed in suas partes.I.V. 245 a , Mamertini materies non habent,& 106 a , Nam illo nō saxū , non materies aduecta est pro Mil. 115 b, Repentè Intribus in eam insulam materiam,calcem,cæmenta atq; arma conuexit. de Or . 116 b, Facilius ficut in uitibus reuocantur ea,quæ se nimium profuderunt,quàm si nihil ualet materies , noua sarmenta cultura excitantur.de In.50 a, Veruntamen nō incommodum uidetur, quandam syluam atq; materiam uniuersam , antè permistam & confusam,exponere, omnium argumentationum.de In.43 b, Materia artis est in qua omnis ars & ea facultas quæ conficitur ex arte,uersatur: ut si medicinæ materiam dicamus morbos & uulnera,quod in his omnis medicina uersetur . de Or . 101 b , Hæc tanquam aliqua materies oratoribus subiecta esse debent.& Or.216 b , Est enim in utroq; & materia & tractatio , materia in uerbis,tractatio in collocatione uerborum.de Or.130 b,& 131 a,Est.n. deformitatis & corporis uitiorum satis bella materies ad iocandum.de Or.133 a,Materiam aliam esse ioci, aliam se ueritatis. Off.4 a , Quocirca huic quasi materia quam tractēt & in qua uersetur,subiecta est ueritas.de Or.89 a,Si ornatè locutus est Physicus ille Democritus , materies illa fuit Physici,ornatus uero uerborum oratoris putandus est. Par.237 a,Est ēt quasi quædā materies subiecta honestati. de Fin.103 a,Estq; illa subiecta quasi materia sapiētię.Or. 215 a,In uerbis inest materia quædam , in numeris expolitio.de Or.121 b,Materies orationis cuiusq; generis. Part. 233 a,Materia ad argumentum subiecta.de Or. 85 b, Penè infinita uis & materia artium illarū.& pro Cec. 300 a,Materia æquitatis.pro Mil.108 b,Quid enim odisset Clodium Milo,segetem atq; materiam suæ glorię? I.A.253 a,Aut suspicioni crimen , aut inuidię materiam dedisse uidebimur. Qu.Fr.299 b,Hoc sic habeto , materiam omnem sermonū eorum,qui de te detrahere uelint , Statium dedisse.de Cl. 168 a,Illa mors uulgaris nulla in prębebat materiam ad ornatum.de Or.140 a, Opes superbiæ ac libidini facultatem ac materiam dare.Ep.34 b , Sed tamen probabilem materiam nacti sermonis,conabantur,&c.Qu.Fra.306 a,Lupus egit causam agri Campani satis accuratè,materiam rei nō ignoras.pro S.R.33 a , Etenim in singulis eiusmodi materies est,ut singulos dies posis consumere.pro D.215 a,Nō ne id agendum nobis fuit,ut materiam subtraheremus furori tuo?pro D.215 b,Prouidendum fuit , ne in hanc tantā materiam seditionis ista funesta fox adhærescereet.Epist.67 b,Quòd si te adducemus ut hoc suscipias , erit materies digna facultate & copia tua . Att.29 b, Quod me ut scribam aliquid,hortaris,crescit mihi quidē materies , ut dicis , sed &c.I.A.168 b,Sed materia facilis in te & in tuos dicta dicere.In Sal.273 a,Vnus enim satis es materiæ habens, &c. I.V.184 a,Fac enim fuisse in isto C.Lælij , M.Catonis materiam atque indolem,quid ex eo boni sperari potest ?

Materiatvs,a,um.quod ex materia constat. pro Clu.20 a, Aedes malè materiatæ & ruinosæ,de Off.62.

Materis,ris,Gallorum telum,& hasta militaris.ad Her.34 a,Aut idem Gallos significans dicat: nec tam facilè ex Italia materis transalpina depulsa est.Loco materis , prius legebatur,armatura : sed præterquam quòd uetera quædam exemplaria materis habent,docti satis intelligunt denomi nationem hanc à communi instrumenti nomine fieri non posse,quæ à proprio (ut eodem loco de Macedonum telis ostēditur) facienda est.Esse autem materim proprium Gallorum telum,docet Nonius ex Sisenna, autore uetusto.

Maternvs,materna,um.pro Cl.20 a, Nomen maternū amātius indulgentiusq;.pro S.R.Maternus paternusq; sanguis.

Matertera,tæ,matris soror.de Or.108 b , C. Aculeo , quo cum erat nostra matertera.de D.101 b, Puellam defatigatam petijsse a matertera,ut sibi concederet paulisper, ut in eius sella requiesceret.

Athematicvs,a,um.de Or.85 b, Ii qui mathematici uocantur , magna in obscuritate rerum & recondita in arte & multiplici subtilię uersantur . de Diuin.110 b , Quæ in Geometria describuntur, &c.mathematicorum sunt , non ariolorum,de Fi.149 a, In summo apud illos honore Geometria fuit,itaq; nihil mathematicis illustrius . & ibidemt

A..

At nos metiendi ratiocinandiq; utilitate huius artis terminauimus modum.& 63 b, Mathematica à falsis initijs profecta,uera esse non possunt.& 67 a,Nec de re artificiosa loquitur,ut mathematici.& 126 a,Mathematici,Poetæ,Musici, Medici denique,&c.Tusc.221 a,Mathematicorum mos est,non philosophorum. nam Geometræ cum aliquid doce re uolunt, si quid ad eam rem pertinet,eorum quæ antè docuerunt,id sumunt pro concesso & probato:illud modò explicant,de quo antè nihil scriptum est.Ac.29 a,de Geometricis & mathematicis probationibus. de D.127 a, Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate feratur, de N.53 b,Eruditus puluis mathematicorum.

MATRICIDA, matricidæ. qui matrem occidit,parricida.Qu. Fr.300 a, Zeuxis,quem scribis certissimum matricidam tibi à me intimè commendari. de Arusp. 152 b, Somnium matricidarum.

MATRICIDIVM, matricidij.de In. libro 1. Orestes si accusetur matricidij.

MATRIMVS,a,um.cuius mater uiuit.'de Ar. 249 a, Si puer ille patrimus & matrimus terram non tenuit.

MATRIMONIVM, nij. maris & fœminæ legitima coniugatio. pro Cl.54 b,Ius matrimonij castum & legitimum damnatione uiri sublatum putabat.de D.101 b, Collocare aliquâ in matrimonium.I.V.126 b,& 185 b,& Ar.276 b, & de L. 191 b,Habere aliquam in matrimonio.pro Cecin.289 b, Is habuit in matrimonio Cæsoniam.pro Clu.22 a,& 43 a, Is Salsiam in matrimonium ducere cupiuit.pro Cæl.44 a,Te modò Qu. Metelli matrimoniũ tenuisse scis. pro Cl.24 b, Quæ nuptiæ non diurnæ fuerũt, erãt enim non matrimonij dignitate, sed sceleris societate coniunctæ. I. A. 169 a, Curio te à meretricio quæstu abduxit, & tanquam stolã desisset in matrimonio stabili & certo collocauit.

MATRONA,næ.materfamilias,pro Cæl.44 a, Si matremfamilias secus quàm matronarũ dignitas postulat nominamus. de N.69 a,Natio dea,quæ partus matronarum tuetur à nascentibus.de Arusp.249 a,Quò matrona nulla adijt.Ep.99 a,Matronæ opulentæ optimates.

MATVRATIONES. festinationes,properationes.ad Her. 16 b.

MATVRE. citò,suo tempore,celeriter.I.C.103 a, Tã maturè. & pro Mur.128 b,& Ep. 31 b,& 258 a, Vt eò quò intendit mature cum exercitu peruenìat.Qu.Fr.320 a, Balbum ais maturè Romam bene comitatam esse uenturum. In Ant. 205 a,Quæ sine mora, maturęq; decreta facilius, &c.I.V. 222 b, Custodes maturè sentiunt. In V. 160 a, Eo celerius de isto transigamus,quo maturius ad Apronium uenia mus. de Orat. 194 b, Qui omnium maturissimè ad publicas causas accesserim.pro Cec.286 a, Hæc res maturissimè iudicanda est.

MATVRESCO,scis. perficior,absoluor. de N.39 b,Partus maturescunt aut septem aut nouem lunæ mensibus.

MVTVRITAS,tis.tempestiuitas, tempus maturum.de Or. 116 b,Non potest in eo esse succus diurnus, quòd nimis celeriter est maturitatem assecutus.& Tusc.162 a,Maturitas frugum.Q.F.32 a,Sed eius rei maturitas nondum uenit,& tamen iam appropinquat.de Nat. 49 b,Luna à sole illuminat grauiditates & partus affert, muturitatesq; gignendi. Item: Commutationes temporum quadripartitæ ad maturitatẽ frugum aptæ.de N.21 a,Temporum mutationes, maturitates,uicissitudinesq; cognouissent.Att.20 b,Inducendi senatusconsulti maturitas nondum est.Ep.49 a Hoc.studiũ quotidie ingrauescit. credo maturitate ætatis ad prudentiã.& 92 a,Etsi abest maturitas ætatis.de Sen.92 a,Sic uitam adolescentibus uis aufert,senibus maturitas.& 83 b,Maturitas senectutis, & 78 a,Maturitas tẽpestiua.de D.83 b, Hæc arbor arandi maturitatem ad signum floris accommodat. de Cl.195 a,Sed uidebatur illud in me iam esse perfectum, & habere maturitatem quãdam suam.pro Cæl.53 b,Quæ studia in adolescentia tanquam in herbis significant, quæ uirtuti maturitas.& quantæ fruges industriæ sint futuræ. I. C. 103 b,Sed nescio quo pacto oium scelerum ac ueteris furoris & auaritiæ maturitas in nostri consulatus tempus erupit.de Cl.165 b, Cum oratio nostra canescęret, & haberet suam quandam maturitatem, & quasi senectutem. & 179 a,Vt dicendi latinè prima maturitas in qua ætate extitisset posset notari.Ep. 134 a, Vt res ipsa maturitatem tibi animaduertendi omnium concessu daret.Or.296 b,Adolescẽs non tam re & maturitate, quàm spe & expectatione laudatus.

MATVRO,as. maturitatem affero, accelero,propero. de Sen. 88 a,Vua primò est peracerba gustato, deide maturata dulcescit. de N. 2 a, Omnia quæ terra gignat maturata pubescunt.Att.278 b,Quod ut faceres. ideo maturares, maiore pere desiderabat respublica.pro Cl. 54 a, Maturare mortẽ alicui.Ep.28 a,Successor tuus non potest ita maturare illo modo,ut tu me in Asia posis conuenire.Att.54 a,Te expecto & oro ut matures uenire.

MATVRATVS,a,um.coctus, tempestiuus,suo tempore exting ui.de Cl.191 b,Ipse Thucydides si posterius fuisset, multo maturior fuisset,ac mitior.Att. 208 a, Vides quàm maturum sit.de D.122 a, Edidit hæc Calchas, quæ iam matura uidetis.Ep.128 a, Mihi uerò bene maturum uideur fore. & 149 b, Sed ne maturum quidem etiam num fuit:id est,tempus.de D.88 a,Maturam mortem oppetere.de Or. 93 a,Ocium ac facultas discẽdi maior ac maturior.ad Her. 29 b.Vt uirtutes in ætate maturissima uelint cõparare. de Sen. 95 a, Satietas uitæ tempus maturum mortis afferat. A.209 a,Venit tempus Quir. seritus omnino quàm diguam pop.Romano fuit, sed tamen ita maturum,ut differri ita ra non possit.& Qu.Fr.209 a,Ego tibi spem maturæ decessionis afferebã.Ac.240 a, Componendum argumentum est & scribendi expectandum rẽpus maturius. de Sen.91 a,Poma ex arboribus si cruda sunt, ui auelluntur: si matura & cocta,decidunt.

MATVTA,Cadmi filia.Tusc.154 a,de N.69 a.

MATVTINVS,a,um. Ac. 162 a, Cum bene completa domus ẽ tempore maturino.Ep.94 b, Maturina tempora lectionũ lis consumo.Attic. 103 b, Hodie expectabam tuas literas matutinas aut postmeridianas & 36 b,& 186 a, Vespertinis temporibus.)(.Matutinis temporibus.ad Bru.90 b,Matutina salutatio.de D. 83 a.Et maturinis a credula uocibus instat.

MAVORS,tis.Mars.de N.39 b, & 72 a, Mauors quia magna uertit.

MAVRI.pop.Ep.162.Galbæ

MAVRITANIA,nię.pro Syl.177 b.Rex Mauritaniæ.& in Vat. 31 b,Venisti ad fretum per Mauritaniam.

MAXILLA,læ.mala. Or. 211 a, Literam è maxillis & tarillis consuetudo elegans latini sermonis euellet.

MAXIME.summè,nec minimè,præsertim,in primis,potissimè præcipuè,immortaliter. Off. 10 b, Vt quisq; maximè opis indigeat,ita ei potissimum opitulari.I.A. 220 a, Maximè equidẽ uellẽ,ut,&c.secundo autem loco,&c.Ep.60 b,Tamsum amicus reipublicæ,quàm qui maximè.Epi.6 a, Et eos maximè qui te maximè debuerunt & plurimum potuerit iuuare.pro D. 222 b,Intuemini paulisper animis iuuentem & maximè eos qui,&c.Attic.154 a,Ego consilijs tuis usus sum maxime quod & grauitatem in congressu nostro tenui,& ad urbem &c.158 a,Maxime,quod,&c. & 128 b, Quod cum ita sit,maxime uellem,primum. &c. Epist.11 b, Quod ego cum audissem exalijs, maxime ex meo fratre cognoui.de Or.97 a, Dicere quam maxime ad ueritatem accõmodare.Or.207 b,Cognoscat etiam res gestas,maxime scilicet nostræ ciuitates. & 206 b, An ego poetis & maxime tragicis concederem,ut,&c.Att.109 b,Scribe aliquid, &maxime si,&c.& 177 b,Eo maxime φ, &c. de N.19 b, Quæ ratio poetas,maximeq; Homerũ impulit,&c.Attic. 38 b, Maximeque in eo est reprehensus, quod dixerat,&c. de N.31 a,Et id maxime hyeme.& Att.109 a, Maximeq; quod sit,etc.de Fi. 114 a, Maxime quis locus id temporis uacuus esset,Par.240 a,Quæ uel maxime profunt. de N.78 b,Hoc mihi uidetur uel maxime confirmare, etc.Qu.Fratr. 311 b, Domus celebratur ut cum maxime. de Sen. 84 b, Causarum illustrium,quæcunq; defendi.nunc quam maxime conficio orationes.ad Her.27 b, Hoc maxime admodũ mihi acommodatum est.

MAXIMOPERE,summopere.Ep.31 a, A te maximopere peto et quęso, etc.

MAXIMVS,a, um. amplissimus, summus, immanis,incredibilis,ingens, singularis, unicus,diuinus, immortalis, maxime rarus,magnas opes habens.de N.392. Quin.Fra.310 a,Respondi epistolæ maximæ, nunc audi de minuscula. de Fi.83 a,Maximum malum,maximus dolor. Ep.222 b,Multa illius in me officia, multa in illum mea quoque, & quod maximum est,sũmus inter nos amor & mutuus. & de Am. 102 b,Summi puerorũ amores.I.A.192 a, Cui pro diuinis & immortalib. meritis diuini immortalesq; honores debẽtur.& ibi.Is Senatus singulares exquirit honores. pro Mil. 119 b,Singularis,diuina,& incredibilis fides.Qu.Fr.320 a, Omnia minima maxima ad Cæsarem mitti sciebam. I. A. 223 a, Admirabilis quædam & incredibilis ac penè diuina alicuius scientia.& pro Marcell.131 a,Tanta, tam inusitata,inauditaq; clementia.

MECVM,tecum,secum.Ora.211 a,b. Ex eo mecum & tecum, non cum me & cum te, ut esset simile illius nobiscum & uobiscum.Postquàm 211 a,Multa mecum ipse reputaui.de L.169 a, & de In.42 a, Sæpe mecum ipse cogito, &c.pro Qu.9 b,Si tecum hæc duo uerba fecisses, &c. pro Cæl.46 b,Vosmet uobiscum recordamini.Tusc. 197 a, Quamobrẽ omnes cum tecundę res sunt maximè meditari secum oportet,quo pacto aduersam ærumnam ferant.Off.29 a, Si quis cum causam sit acturus in itinere secum ipse meditetur, aut si quid aliud attentè cogitet, non reprehendatur.Attic. 147 b, Legi tuas literas, quibus mecum agebas, ut, &c.de Sen. 87 a, Nunc tanquam emeritis stipendijs ambitionis, mecum sum, mecumq; (ut dicitur) uiuo. I. Nobiscum & Secum.

MEDEA,deæ.de N.69 a, Medea duobus auis Sole & Oceano, Aeeta patre, matre Idya procreata est.φ Pom. 8 a, Ex Põto Medea illa quondam profugisse dicitur, quam prædicãt in fuga fratris sui membra in ijs locis, qua se parens persequeretur, disipauisse, ut eorũ collectio dispersa mœrorq; patris celeritatem persequendi retardaret.

MEDEOR,ris.sano,curo, medicinam affero, medicinam adhibeo,curationem adhibeo,remedium adhibeo,remedium facio, medicinam facio, occurro.pro S.R. 39 b,Intelligo me errare, qui cum capiti mederi debeam, reduuiam curem.de Orat.115 a,Medici qui morbis,qui uulneribus, qui oculis mederentur.& 98 b. Laborãtibus succurrere,ægris mederi,afflictos excitare.In Verr. 225 b, Cum morbo alicui mederi uis,consuetudo ualentis & natura corporis cognoscenda est,Quint.Fr.296 a,Mederi incommodis hominum.contra Rull.65 b, Huic malo pro se quisque nostrum mederi,atque hoc omnes sanare uelle debemus. pro S.R. 162, Hi medentur reipublicæ qui execant pestem aliquam tanquam strumam ciuitatis.pro Sest.9 b,Vt afflictæ reipublicæ quantum posset mederetur.I.V.227 a, Mederi religioni sociorum iudices, conseruate uestram autoritatem. Ac.206 b,Si quid est enim offensionis, hæc res mederi potest.Ep.187 b,Sunt enim permulta,quibus est medendum. Tusc.202 a,Nec ille liber medetur uulneribus, sed cicatribus.Ep.108 b,Dies etiam stultis mederi solet. de D. 109 a,Consolatio mihi aliquantum medetur. Epist.236 b.Face re medicinam alicui.Att. 278 a, Velim facilius quàm tunc mihi,nunc tibi facilius tute medeare.

MEDI.pop.de off.41.

MEDIASTINVS, mediastini. mancipium uilissimum. lege Exercitus.

MEDICAMEN,nis.medicamentum.In Pisonem 82 a,Cum diceres te uinolentis quibusdã medicaminibus solere curari.

MEDICAMENTVM,ti.medicamen, medicina, remedium.Off. 70 b,Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. & ibid. Si eo medicamento sanus factus fuerit. de Clar.184 a,Cn.Octauius multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. de Nat.52 b,Terræ plenæ medicamentorum salutarium.& Attic. 137 b, Medicamenta, quæ parantur. de Inu.49 a, Vt uulneri præstò medicamentum fit.pro Clu.24 a, Mulier partum sibijpsi medicamentis abegit.Orat.204 a, Fucata medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur.de Finib. 69 a, Medicamenta illa Epicurea tanquam de narthecio promant. In Verrem 181 b,Panchrestum medicamentum.pro Cluẽt.70 a,& 28 a,Id huic ærumnosissimo non uenenum,sed multorum medicamentum laborum fuisset.

MEDICINA,næ.medicamentum, remedium, ualetudinis curatio, ars medendi. Attic.261 b, Desperatis uetat Hippocrates adhibere medicinam.& 193 a,Fortis ægroti est, acc pere medicinam.de Orat.125 a,b, Medicus diligens ægro adhibet medicinã.de Diuin. 85 a, Aegro à medico petere medicinam.pro Cl.55 b,Exercere medicinam. de Or.193 b,His quatuor causis totidem medicinæ opponũtur. de D. 85 a, An medicina ars non putanda est? quam tamen multa fallunt.Epist.236 b, Facere medicinam alicui.pro Qu.2 a,Si aduersarij falsum crimen quasi uenenatum aliquod telum iecerint,medicinæ faciendæ locus non erit. Ep.236 b, Ita sum leuatus, ut Deus mihi aliquis medicinã fecisse uideatur.Att.16 b,Quanquam animus est præsens,tamen uoluntas ipsa medicinam efficit.I.V.66 a, Nulla unquam medicina his tot incommodis reperietur.I. C. 108 a, Deinde singulis medicinam consilij atque orationis meæ, si quam potero,afferam. Tusc.214 a,Medicina quæ sanaret cupiditatem.de Am.97 a,Sed non egeo medicina, me ipse consolor.& Ep.71 b,Petere medicinam à literis. Off.30 b, Quibus autem artibus aut prudentia maior inest, aut non mediocris utilitas quæritur: ut medicina, architectura, &c. Quia non omnes conualescunt, iccirco ars nulla medicina est,de Natura deor. 2. Medicina sit erranti confessio, ad Oct. Medicina in multas partes discerpta.3 de Orator. Medicina imbecillior est, quàm morbus, 10 ad Atticum. Medicina non minus esset probanda, quæ sanaret uitiosas partes Reipublicæ, quàm execaret,2 ad Atticum.Est enim tarda illa quidem medicina,sed tamen magna, quam effert longinquitas & dies, Tuscul.qu.lib.3.Medicina animi cur non tam desiderata,tam culta,tam grata & probata,quàm corporis,Tusc.quæst.lib.3.Medicina calamitatis,Tuscu.q. lib.3.Medicina Cõsularis.Post red.in Senat. Medicina doloris,Acad.q.de.2.lib.1. Medicina periculorum, pro Sest. Medicina temporis,5. Famil. Id est,quã diuturnitas affert mærori. Quoniam ut medicina ualetudinis, nauigationis gubernatio,sic uiuendi ars est prudentia,5 de Finib. Medicinæ utilitas deorum immortalium inuentioni est consecrata.Tuscul.quæst.lib. 5. Nimirum Apollini & Aesculapio. Vt magnitudini medicinæ doloris magnitudo concederet,Tusc.qu.lib.4.Ad medicinam reipublicæ accedere,2 ad Qu.Fra. Deinde singulis medicinam consilij atque orationis meæ,si quam potero,afferam,2 in Catilin. Et medicinam quandam laboris afferret,de Finib. lib. 5. Medicinã perpetuam ab aliqua re petere, 5 Famil. Medicinam quærere,2 ad Attic.Hac una medicina, pro Sest.Id est,hac una ratione. Medicina sublata tollitur omnis autoritas somniorum,Diuin.lib.2.

MEDICVS,ci.pro Clu.29 a,In morbis corporis, ut quisq; est difficillimus, ita medicus nobilissimus atq; optimus quæritur.de D. 110 a,Ad ægros non uates, sed medicos solemus adducere.de D. 82 b, Mirari licet quæ sint à medicis animaduersa herbarum genera,quæ radicum, &c. pro Cl. 25 b, Ad quam cum adduxisset medicum illum suum, mulier exclamabat se ab eo nullo modo uelle curari, quo curante,suos oẽs perdidisset.de Fat.146 a,Siue medicum adhibueris,siue non,conualescęs.de Or.225 a, b, Medicus diligens ægro adhibet medicinam.de Ar.251 b, Qui medicis suis nõ ad salutẽ,sed ad necẽ utitur. de Ora.112 a,Si medicus de morbis disertè dixerit.& 90 a, Asclepiades quo nos medico & amico usi sumus,eloquẽtia uincebat cæteros medicos.de Or.154 b,Hippocrates ille Cous.de D.143 à, Aesculapius & Serapis.Ep.158 a, De medico & tu bene existi mari scribis,& ego sic audio,sed planè curationes eius non probo:ius.n.dandũ tibi non fuit, cũ κακοσόμαχος esses. & 250 b, Curio misi, ut medico honos haberetur. Vt si medicus grauitatem morbi, gubernator uim tempestatis accuset,3 de N. d. Medicus Pansæ de morte eius insimulatus, ad Brut.in Ep.Bruti. Iam hoc quoq; propè iniquissimè cõ paratũ est, φ in morbis corporis ut quisq; est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quæritur, &c.pro Clu.Medico puto aliquid dandũ esse, quò sit studiosior, 16 Fam. Medico salus proposita est, 8 ad Att.Medico mercedis quantũ poscet promptiũ iubeto, 16 Famil.Medicũ sum mũ tantus improuiso morbus oppresserit, 15 ad Att.Mali medici in alijs scientiã profitentur, ipsi se curare non possunt,4 Fami.Seruij Sulpit. Medici quoq; sæpe fallunturi,3 de Nat.Medici quanquã sæpe intelligunt, tamen nunquam

ægris

ægris dicunt illo morbo eos esse morituros, Diui.lib.2. Medici ex quibusdam rebus & aduenientes & crescentes mor bos intelligunt, Diuin.lib.2. Medici, causa morbi inuenta, curationem esse inuentam putant, Tusc. quæst.lib. 3. Medici nihil præter artificium præstant, pro Cluent. Medici curationes, 19 Famil. Medici solius salutis, aliptæ etiam uiriti & coloris rationem habent, 1. Famil. Medicorum ingenijs nuper, id est paucis ante seculis, reperta, 2 de Nat. d. Medicorum præcepta dici uerè non possunt, si quæ inscij imperi tiq; pro salutaribus mortifera conscripserint, de Leg. Medicos cogere, 4 Famil. Ser. Sulpitij.

MEDIETAS, tis. media pars, medium. de Vniuers. 199 a, Partes rursus interuallis ita locabat, ut singulis esset bina media: uix enim audeo dicere medietates, quas Græci μεσότητας appellant: sed quasi id dixerim, ita intelligatur. At. 249 b, Octauam partem tuli luminarium, mediam abstrahere memineris.

MEDIMNVM, ni. mensuræ genus, senos modios capiens. I. V. 159 a, Tritici septem millia medimnum. & ibid. Medimna DCC. & 171 b, Medimna XXXVI, i. modij CCXVI.

MEDIOCRIS, cre. nonnullus, modicus. Tusc. 105 a, Omne malum etiam mediocre magnum est. de Ora. 119 b, Hæc sunt omnia ingenij uel mediocris, exercitationis autem uel maximæ. & ibid. Hoc tamen prudentiæ est penè mediocris. de Or. 85 b, Permultos excellentes in quoque genere uidebis non medio crium artium, sed penè maximarum. de Cl. 176 b, L. Cotta in mediocrium oratorũ numero dicendi non ita multũ laude procesit. & 175 a, Is fuit mediocris in dicendo. de Or. 116 a, Paruæ aut mediocres res. Ac. 5 b, Quidam è philosophis, & hi quidem nõ mediocres. Epist. 67 a, Non enim fuit aut mediocre aut obscurum. & 65 a. Maxima, minima, mediocria. Or. 206 a, Modica temperatè dicere. Or. 215 b, Incitatus, temperatus, tardus. de Clar. 173 b, Fannius in mediocribus oratoribus habitus est.

MEDIOCRITAS, tis. modus, nec nimium, nec parum. de Clar. 177 b. Omnis uirtus est, ut uetus Academia dixit, mediocritas. pro Mur. 139 a, Virtutes omnes mediocritate quadã esse moderatas. Tusc. 195 a, Nunquam enim iratus q acce dit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parum, quæ placet Peripateticis & Acad. 34 a, Peripatetici mediocritatem perturbationum mihi non sanè probant. Acti. 28 a, Est scilicet utriusque rei modus, & quædam mutroq; genere mediocritas. de Orato. 94 b, Mediocritatem in dicendo C. Cælio honori fuisse. item: villa rum magnificentia, quarum quidem certus est adhibendus modus, ad mediocritatemq; reuocandus. pro D. 234 a, Modum quendam esse religionis, nimium esse superstitiosum non oportere. Off. 45 b, In his autem ipsis mediocritas regula optima est. In A. 160 b, Non uideo quid in hac mea mediocritate ingenij despicere possit Antonius. ad Her. 21 a, Mediocritas uultus.)(.Hilaritas.)(.Tristitia.

MADIOCRITER, modicè. Tuscul. 195 a, Corpus etiam si mediocriter ægrum est, sanum non est. de Orat. 90 b, Neminẽ scriptorem artis ne mediocriter quidem doctum fuisse. ad Her. 25 a, Quiuis mediocriter literatus.

MEDIOLANENSIS, se. I.P. 93 a, Mediolanensis præco.

MEDITATIO, onis. commentatio, exercitatio. de Clar. 177 a, Nulla meditationis suspicio, imparatus semper aggredi ad dicendum uidebatur. de Orat. 119 a, Quos locos multa cõmentatione ac meditatione paratos atq; expeditos habere debetis. de D. 128 b, Multi naturæ uicium meditatione atq; exercitatione sustulerunt, ut Demosthenes. pro Cl. 35 a, Anni sunt octo cum ista causa in ista meditatione uersatur. Tusc. 197 b, Stulta est meditatio futuri mali. I.A. 221 a, Seruius in ipsa cura & meditatione obeundi sui muneris obijt. Tusc. 183 a, & 184 a, Tantum exercitatio, meditatio, consuetudo ualet. Item Tusc. De exercitatione, & consuetudine & commentatione dixi, apagesis nunc, &c.

MEDITATVS, a, um. cogitatus, præparatus, commentatus.)(. Extempore. Off. 6 a, Leuiora sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferũtur. de Ar. 244 a, Nihil feci non diu consideratum, & multo antè meditatum. pro Qu. 7 a, Cum paratus meditatusq; uenisses. I.A. 176 b, Attuleras domo meditatum & cogitatũ scelus. de Ora. 119 a, Hoc meditatum nobis in perpetuum esse debet, ad omnem usum, &c. Tusc. 197 a, Sint semper ẽmnia homini humana meditata. de Ora. 131 b, Ea quæ meditata sunt, minus ridentur. & 107 b, Accuratæ & meditatæ commentationes. I.A. 225 a, Quod uerbum non tibi excidit, ut sæpe fit, casu. sed scriptum, meditatum, cogitatum attulisti.

MEDITERRANEVS, a, um.)(.Maritimus. de N. 18 b, Ita situs mediterranei mare esse non credant. I.V. 199 b. Enna mediterranea est maximè. I. V. 199 b, Ab hac insula hæc ita tanquam mediterraneis exigebantur. & 249 b, Homines maximè mediterranei.)(.Homines maritimi.

MEDITOR, aris, attentè cogito, commentor, exerceo. Epist. 20 a, Tu tamen ea para, meditare, cogita, quæ, &c. & 8 a, Hęc multo ante meditere, huc te pares, &c. Attic. 73 b, Sed ego hanc αὐξέσιν in unum annum meditatus sum. Meditare aduersus Brutum causam meam. & 125 b, Vides quãta sam mediter. pro Mur. 134 b, Meditari accusationem. de N. 60 a, Ego enim te disputante quid contradicerem metum ipse meditabar. I.P. 92 a, Meditare quibus uerbis incendãm illius cupiditatem comprimas. pro Fla. 148 a. Græcus ceffit non iusiurandi, sed lædendi uerba meditatur. Att. 152 b, Et eius nuncio meditabar quomodo cum illo loquar. contra Rull. 68 b, Is designatus alio uultu, &c. esse meditabatur. I. V. 77 b, & 112 a, Nos qui meditati ad dicendum paratiores nimus. de Clar. 193 a, Nullum patior esse diem, quin aut in foro dicam, aut mediter extra forum. de Cl. 172 a, Nosin agendo solum, sed in meditando etiam fuit uehemens. de Ora. 108 a, Domosthenes perfecit meditando, ut nemo phnius eo loqueretur. de Orat. 97 a, Quę in foro agenda sunt exercitatione quasi ludicra prædiscere & meditari & 96 a, Quid Crasʼ ageret meditandi aut discẽdi causa. de Arusp. 257 a, Veruntamen nocturnis uigiliis iustitium illud conceptum ac meditatum est. I.C. 102 b, Ad huius uitæ fluctus meditati illi sunt, qui feruntur labores tui, iacere humi, &c. Ep. 18 b, Aut ne ad eam meditere imparatum te offendam. & 9 a, Hæc ad te ob eam causam maxime scribo, ut iam de tua quoq; ratione meditere. & I.V. 78 a, Meditetur decãcibus hostium, &c. I.A. 182 b, Cæsar non multos annos nostrũ gnare est meditatus. & 190 b, Iam accedunt consules multos iam menses de populi Romani libertate commendãti atque meditati. de Orat. 87 b, Age uerò ne semper forum, subsellia, rostra, curiamq; mediteris. Off. 29 a, Vt si quis ciũ causam sit acturus, secum ipse meditetur, aut si quid aliud attentè cogitet, non reprehendetur.

MEDIVS, a, um. intermedius, interiectus, inter aliquos interiectus, interiectus medius, dimidiatus. de Orat. 166 b, Natura uersus æquè prima, & media & extrema pars attendit. Or. 208 b, Quod & inter media argumenta faciendum est. & 218 b. Oratio uel oriens, uel media, uel cadens. de Pros. 78 a, Tempus proximum, medium, ultimum. pro Clu. 57 a, Ne in extrema quidem, aut media, aut aliqua deniq; parte quæstionis uerbum fecit ullum. pro D. 213 a, Cum tu fures per medium forum popularis uolitares. Qu. Fr. 309 a, Dixi pro Bestia in foro medio. de D. 87 a, Qui in uinea media dicitur constitisse. de Or. 86 b, In testamentorum formulis hoc est, in medio iure ciuili uersari. pro Clu. 23 a, Mulier in media potione exclamauit, &c. & Tuscul. 156 b, Terra in medio mundo sita. de Som. 129 a, Medius mundi locus. & Tusc. 156 b, Vt illæ superiores in mediũ locũ mundi gravitate ferãtur. de N. 49 a, Mare, mediũ terræ locũ expetens. & ibid. Id mediũ, infimũ in sphæra ẽ. Or. 216 a, Est terrinus ac medius inter illos. de Opt. 243 a, Alij eis interiecti & tã quã medij. Aca. 45 b, Ijs ipsis alia interiecta & media numerabat. & ibid. Neutra aũt in medijs relinquebat. Att. 164 a, Nã qui se mediũ esse uult, in patria manet: qui proficiscitur, aliquid de alterutra pte iudicare uũ. & 154 b, Lex Solonis, qui capite sanxit, si quis in seditione non alterutrius partis fuisset. de Or. 159 a, Itaq; tũ graues sumus, tũ subtiles, tum mediũ quiddã tenemus. In Vat. 32 a, Ex quibus partim recũ sentiebant, partim mediũ quendã cursum tenebãt. Off. 52 a, Quidã ad mediũ ianuæ sedentes. de Fin. 51 b, Primum ueniat in medium Epicuri ratio. I. V. 254 b, & 1442, & de In. 67 b, Venire in medium, & procedere in medium. I.V. 71 b, & de Fin. 80 b, & Ep. 242 b, et de Ora. 118 a, Proferre aliquid in medium. pro Cl. 34 a, Itaq; iudices incendãt suspicione, rem in medium uocare cœperunt. pro S.R. 21 b, De medio tollere: id est, interficere. & ad Her. 14, Tolle realiquẽ de medio. pro S.R. 37 a, Recede de medio, p alio transigã. & 22 a, & I.V. 144 a, Remouere aliquid de medio I.V. 129 b, Tabulæ funtvin medio. & 60 a, Quæ in medio posita sunt.)(.Obscura. de Or. 86 a, Dicendi ratio in medio posita. Tusc. 246 b, Obscœnas uoluptares faciles, cõmunes in medio sitas esse dicunt. I. V. 82 a, Proponere aliquid in medio. pro Cæ. 47 b, Neminem nominabo, tantum in medio relinquam. I.V. 268 b, & de N. 4 b, Ponã in medio sententias philosophorũ. Or. 212 a, Verba sumpta de medio. pro D. 241 a, Hæc non sunt quæsita ex occulto aliquo genere literarum, sed sumpta de medio, & reb. palam per magistratus actis. de In 63 a, Atq; hic quidem ipse, & sese ipsum nobis & eos qui ante se fuerant, in medio posuit, ut cęteros & seipsum per se cognosceremus. de Cl. 172 a, Vnum quasi comperendinatus medium diem fuisse. de Or. 159 a, Cum uerba iacentia sustulimus è medio. & Off. 5 b, Communes utilitates in medium afferre. Off. 59 a, Hoc quidem deliberantium genus pellatur è medio. I.A. 200 b, Alteri uicti sunt, alteri sunt è medijs C. Cęsaris partibus. & 215 a, Inter bellum & pacem medium nihil est. quare necesse est tumultum, si belli non fit, pacis esse. I.A. 226 b, Qui duorũ fratrum ætatibus medius interiectus, uicijs cum utroq; certabat. de Vn. 197 a, Vnum interiectum mediũ, & seipsum, & ea quibus esset interpositum, colligarer. I. Tollo.

MEDIVSFIDIVS. iurandi formula. seu aduerb. ut mehercules, & id genus alia. At. 133 b, Quòd Lentulum uoluisti hic remanere, mihi gratissimum mediusfidius fecisti. pro Syll. 183 a, Si mediusfidius iudices, &c. Ep. 77 a, Vnum mediusfidius tecum diem libẽtius posuerim, &c. At. 57 b, Mediusfidius næ tu emisti locum præclarum.

MEDVLLA, læ. pingue illud aureum ossium media replens. Tusc. 233 b, Metrodorus omne bonũ in uisceribus medullisq; condidit. Ep. 253 a, Neq; enim solum te, qui mihi hæres in medullis. de Cl. 199 b, Suadæ medulla. I. Suada. Att. 340 a, Præterea illa, quæ mihi sunt inclusa in medullis. Tuscul. 214 a, Cum hic feruor tanquam in uenis medullisque insederit. & ibi. Permanat in uenas, & hæret in uisceribus illud malum. In A. 159 b, Qui in medullis pop. Rom. ac uisceribus hærebant.

MEGALENSIA, orum. de Ar. 248 b, Ludi quos in palatio nostri maiores ante templum in ipso matris magnæ conspectu Megalensibus fieri celebrariq; uoluerunt. & Epi. 14 a, Scripsi hæc ipsis Megalensibus.

MEGALESIA, orum. de Ar. 248 b, & 249 b, Tota hoc ædile feruorum Megalesia fuerunt.

MEGABOCCHVS, id est, Pompeius. Att. 27 a.

MEGARA,ræ. urbs. de D. 92. Ep. 50. Sulpitij. ad Her. 3.

MEGAREVS, a, um. Ac. 32 b, Euclides Megareus.

MEGARICVS, a, um. de Fa. 142 b, Stilpho Megaricus philosophus. de Or. lib. 3. & Ac. li. 2, Megarici philosophi à Menedemo Eretrio, Eretriaci appellati. Idem etiam Eleatici dicti à Parmenide & Zenone. ibid. Megarici quorum fuit nobilis disciplina, de Fato, & Ac. 32 b, Ab Euclide Megareo, Megarici dicti, qui id bonum solum esse dicebant, quod esset unum & simile, & idem, & semper.

MEGARIS, idis. locus nõ lõge a Syracusis. I.V. 248. de D. 139

MEGARENSIS, e. I.V. 228.

MEHERCVLE, & mehercules. I. Hercules.

MEI, tui, sui. Postquam 199 b, Qui fletu suo desiderium mei memoriamq; renouaret. & 194 a, Vt aliquando uos memoria mei desideriumq; teneret. de Ar. 244 b, Clodius nihil fecit odio mei, sed, &c. pro Cor. 61 b, Ipsæ enim leges te à cognatione sua iudicio publico repulerunt, id est, à cognitione sui.

MEL. lis. de Sen. 89 a, Villa abundat lactè, caseo, melle. de Fi. 55 a, Niuem esse albam, dulce mel. de Fin. 97 b, Mel & dulcissimum est, suo tamen proprio genere, non comparatione cum alijs dulce esse sentit. de Di. 126 b, Eo loco mel ex olea fluxisse dicunt. I.V. 145 b, Quæro unde CCCC amphoras mellis habueris. de Se. 83 a, Ex Nestoris lingua mel ledulcior fluebat oratio. Orat. 199 b, Xenophon cuius sermo est melle dulcior.

MELAMPVS uates. de D. 176.

MELANCHOLIA, æ. atra bilis. Tus. 192 b, Quem nos furorem μελαγχολίαν Græci uocant, quasi uerò atra bili solum mens moueatur, &c.

MELANCHOLICVS, a, um, Tusc. 165 a, Aristoteles ait omnes ingeniosos melancholicos esse, ut ego me tardiorem esse non molestè feram. de D. 67 b, Qui ualetudinis uicio fuerunt, & melancholici dicuntur, habent aliquid in animis præsagiens atq; diuinum.

MELICVS, a, um. à μέλος, id est, cantu, lyricus poeta dicitur. de Opt. 243 a, Melici ac Dithyrambici poeticæ.

MELIOR, us. potior, commodior, præstabilior, lectior.)(. Deterior. At. 235 a, Hircium per me meliorẽ fieri uolũt. & ad Brutum 91 b. Tibi resp. melior est facienda. & pro Fl. 159 b, Phrygem plagis fieri meliorem. & Ep. 154 a, & I.A. 217 b, Facere aliquem meliorẽ. de In. 53 a, Vt neq; uir melior neq; fœmina lectior in terris sit. Att. 235 b, Nemo unquam neq; orator neq; poeta, qui quenquam meliorem quàm se arbitraretur. de Ar. 258 a, Meliore loco esse.)(. Deteriore statu esse. At. 132 a, Puto rem meliore loco esse debere. At. 231 a, Incipit res melius ire quàm putaram. & ibid. Spero meliora. de Fin. 115 b, Is melior quã Pyrrho, deterior quã cæteri. ad Br. 278 b, Verum redire mihi conducit, an cõmorari melius est. At. 224 a, Melius esse. & 174 b, Ii tamẽ ipsi se hoc melius habẽt quã nos, quod & multi, &c. de Or. 163 b, Quo melius nostri illi senes, qui, &c. Off. 64 a, Melius, æquius. ad Her. 5 b, Melius, sarius, potius. Att. 58 b, Litęre quibus intellexi Lentulo esse melius. Par. 118 a, Nihil bonum est, quod non eum qui possidet, meliorem facit. & ibi Efficere aliquem meliorem.

MELITA, æ. I.V. 224 a, Insula est Melita, satis latè ab Sicilia mari disiuncta. At. 40 & 159. & 161.

MELITENSIS, se. ut Melitensis uestis. I.V. 144 b, & 241 a, Melitensis rosa.

MELIVS, a. a Melo insula dicitur. de Natur. 2 a, Diagoras Melius.

MELIVS, commodius.)(. Petius. de Fi. 62 a, In dialectica autẽ nullam uim existimauit esse, nec ad melius uiuendum, nec ad commodius differendum. & 118 a.

MELIVSCVLE. aliquanto melius. Ep. 256 b, Volebam ad te Marionem remittere, quem cum meliusculè tibi esset, ad me mitteres.

MELLARIA cella, ut uinaria, ut olearia, ut penuaria. De Sen. 89 a.

MELLITVS, a, um. suauis, dulcis. At. 16 a, Mellitus puer.

MELOS: id est, cantus. de N. 44 a, Syluam μέλος consimilem ad aures cantum, & auditum refert Accij.

MEMBRANA, æ. de N. 54 b, Natura oculos membranis tenuissimis uestiuit ac sepsit.

MEMBRANVLA, læ. macrocollum, charta. Att. 57 b, Librarijs impares, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant.

MEMBRATIM, Or. 217 b, Incise membratim ue dicere. Part. 141 a, Narratio autem accusatoris erit quasi membratim gesti negocij suspiciosa explicatio.

MEMBRVM, bri. pars, pars corporis. At. 118 b, Nec sũ miratus est, qui capiut ipsũ reliquisset, reliquis mẽbris non parcere, de Fin. 64 a, Iã mẽbrorũ, id est, partiũ corporis alia uidẽtur propter eorum usum à natura esse donata, ut manus, crura pedes, &c. alia nullam ob utilitatẽ, quasi ad quendam ornatum, ut cauda pauoni. Par. 117 a, Qui hęccõmutabilia pecuniæ mẽbra solo uerba bona appelauerũt. Or. 217 b, Quę Græci κόμματα & κῶλα nominãt, nos rectè incisa & membra dicimus. ad Herenn. 30 a, Membrum orationis quid sit. de Clar. 179 a, In membra quædam quæ Græci κῶλα uocant, dispertiebat orationem libentius. de Orat. 160 b, Sæpe capienda membris minutioribus oratio est. & ibi. a, Oratio articulis membrisq; distincta. Orat. 219 a, Ex duobus uersibus, id est membris perfecta comprehensio est. de Nat. 3 b, Omnes partes atque membra philosophię, Orat. 203 b, Causæ earumque quasi membra. Comprehensio uerborum. I. Comprehensio. I.A. 250 b, Membrum sententia, clausula.

MEMINI, sti, memoria teneo, memoria repeto, commemini, commemoro. I.V. 206 b, Memini Pamphilum hospitem meum mihi narrare, se, &c. 125 b, Memini tibi librum afferri à Demetrio Magnete. pro Pl. 280 b, Memini enim, memini,

meminí, nec unquam obliuiscar noctis illius. Epist. 11 a, Nó potui magis obliuisci temporum meorũ & meminisse actionum. I.A. 177 b, Meministi ipse de exulibus, scis de immunitate quid dixeris. pro Pomp. 13 a, Felicitas quam præstare de seipso nemo potest, meminisse & commemorare de altero possumus. de L. 158 b, Ego memini summos fuisse in ciuitate nostra uiros, qui, &c. pro S.R. 38 b, & Ep. 13 b. Meministi me ita distribuisse causam, &c. de Som. 126 b, Omnia alicuius dicta & facta meminisse. Ep. 37 a, Dixi me non meminisse ullũ tẽpus laudandi aut locũ dari. id est, datũ esse. pro Pl. 276 a, b, Qui patriæ beneficia memi nerunt. At. 250 a, Sed de Erote meminero, & de omnibus. de Or. 161 a, Antipater ille quem tu probè meministi. de Fin. 78 a, Balbus fuit Lanuuius, quem meminisse tu nõ potes. pro Mur. 134 a, Cui placet obliuiscitur, cui dolet memi nit. I. A. 133 a, Sed memento præter Appium neminẽ esse, &c. & 249 b, Varroni memineris excusare tarditatẽ literarũ mearum. de Fi. 125 a, Viuorũ memini, nec mortuorum obliuisci possum. Ac. 26 b, Omnia meminit Scyrõ Epicuri dogmata. & Ep. 150 b, Meminisse mandata. Ep. 61 b. De illo ne meminisse quidem uolo. & 18 b, Te rogo ut memineris, quantæcunq;, &c. Att. 140 a, Causa igitur non bona est, imò optima, sed agetur (memẽto) fœdissimè. & 142 b, Quin ea ipsa quæ à te commemorantur, non memini.

Memor, oris. qui memoriam alicui præstat. Epist. 6 b, Qui non tam memores essent uirtutis tuæ, quàm laudis inimici Ep. 11 b, Vt officium meum memoremq; in benemeritos animum præstarem. de L. 160 a, Homo animal acutũ, memor, &c. de Or. 121 a, Diligens, memor, sobrius orator. & 161 a, Homo ingeniosus ac memor, de In. 50 a, Memor.) (. Obliuiosus. Ep. 214 b, & cõtra R. 70 a, Memor & gratus. Ep. 40 b, præstare memoriã alicui. At. 102 a, Custos urbis me præclaræ inscriptionis memorẽ esse cogeret. de

M Cl. 103 a, Memor & quæ dicta contrà, quæq; ipse dixisset.

Memorabilis, le. commemorabilis. de Clar. 168 b, Multa iam memorabilia in domesticis & in bellicis rebus effecerat. ad Br. 91 b, Res à te gesta memorabilis & penè cœlestis. I.A. 257 b, Cuius memorabilis & diuina uirtus lucẽ affert reip. & de Am. 96 a, Familiaris C. Lælij & P. Scipionis maximè memorabilis fuit. de L. 157 b, Incurret. n. in illum memorabilem annum suum.

Memoria, æ, recordatio, monumentum. de In. 44 a, & ad Heren. 1 b, Memoria est firma animi rerum & uerborum ad inuentionem perceptio. de In. 8 a, Memoria est, per quam repetit ea quæ fuerunt. de Orator. 86 b, Memoria thesaurus omniũ rerũ, quæ nisi custos inuentis excogitatisque rebus & uerbis adhibeatur, intelligemus omnia, etiã si præclara fuerint, in oratione peritura. & de Clar. 184 b, Hæc pars animi, quæ custos est cæterarum ingenij partiũ. ad Her. 21 a, Memoria thesaurus rerũ inuẽtarũ, & custos. de Or. 111 b, Historia uita memoriæ. Part. 232 a, Memoria est germanę literaturæ quodammodo, &c. l. Literatura. de Or. 141 a, Simonides Chius primus artẽ memoriæ protulisse fertur. Tuf. 160 a, Habet primùm animus memoriam, & eam quidem infinitam rerum innumerabilium, qua quidem Plato recordationem esse uult superioris uitæ. de Or. 85 a, Mihi repetenda est ueteris cuiusdam memoriæ nõ satis explicata recordatio. de Cl. 165 b, Quorum memoria & recordatio mihi iucunda sanè fuit. pro Fl. 158 b, Reuocarem animos uestros ad Mithridatici belli memoriam. pro Syll. 174 a, Antonij commemoratio, memoriam Syllę retulit. pro Ar. 185 b, Pueritiæ memoriam recordari ultimam. & 187 a, De hominum memoria tacere, literarum memoriam flagitare. Ante. 195 b, ut ego nihil dicam de rebus meis gestis, tamen in animis & memoria uestra discedit illius optimi uiri memoria. de D. 82 b, Nihil est qd̃ non longinquitas temporum excipiente memoria proden disque monumentis efficere possit. de Or. 109 a, Debere hoc à me tantis hoiũm ingenijs putaui, ut cum ẽt nunc uiuã illorum memoriã teneremus, hanc immortalem reddere m si possem. & 113 a, Cuius rei memoriæq; publicæ retinendæ causa Pon. Max. annales scribebat. de Or. 119 b, Nihil unquã audiui, quòd nõ in memoria mea penitus insederit Themistoclis dictum. Br. 166 a, Liber quo iste omnẽ rerũ memoriã breuiter cõplexus est. & ib. b, Ad rerũ natura sium memoriam cõprehendendam impelli. de Cl. 124 b, Nullã memoriã antiquitatis collegerat. pro Rab. 92 a, Illę omnes uerborũ acerbitates non ex memoria uestra patę que uestrorũ, sed ex annalium monumentis ac regũ cõtarijs conquisiuit. pro Font. 279 a, Quod sæpe & nostra, & patrum memoria usuuenit. post q. 199 a, C. Marius noster patrũq; memoria subijt, &c. pro Rab. 56 b, Causam suscepi antiquiorẽ memoria tua. I. C. 100 b, Hoc post hominũ memoriã contigit nemini. & I. V. 235 b, Post hominũ memoriam & 156 b, Quod nemo unquam post hominũ memoriã fecit Ep. 170 a, Res post hominum memoriã maxima. de Or. 86 a, Quis non iure miretur ex omni memoria rerũ, tẽporũ, ciuitatũ, rã exiguũ numerũ oratorum, inuenini pro Pom. 14 a, Rhodiorũ usq; ad nostrã memoriam gloria remansit. At. 283 b, Omnia bella, quæ memoria nostra fuerũt. & pro Font. 276 b, & Tusc. 176 b, Nostra autẽ memoria Philo. cõtra Rull. 66 a, Perlongo interuallo propẽ memoriæ tẽporũq; nostrorũ. de N. 69 b, Virorũ fortiũ memoriã honore deorũ immortalium consecratam. At. 66 a, Sed tamen habet ædilitas eius memoriã non ingratã. Post q. 205 a, Cn. Pomp. omnium seculorum omnis memoriã cile princeps. I. A. 166 a, Quæ res unquam erit cõmendatior hominum memoriæ sempiternæ? de Ar. 252 b, Quod sacrificium nemo nisi P. Clodius omni memoria uiuiens, nemo unquam adijt. pro D. 243 a, Liberis nostris satis ampłum patrimonium paterni homines & memoriæ nostræ relinquemus. Off. 53. Cratippus noster, princeps huius memoriæ philosophorum. pro Cor. 60 b, Multi etiam superiori memoria. pro Sest. 10 a, Consules non modo ex memoria, sed etiam ex fastis euellendi. & ibid. b, Tãta multitudo quanta mea memoria nũquam ullo in iudicio fuit. I. V. 35 b, Quod in hac rep. non modo factũ antè nunquã est, sed in omni memoria est omnino inauditum. de In. 42 a, Res à nostra memoria propter uetustatem remotæ. Ep. 64 b, Ea sint euulsa ex omni memoria uitæq; nostra. de D. 138 b, Quomodo hæc infinita aut memoria complecti, aut obtẽuãdo notare possumus? Par. 120 a, Ità doctũ uirũ fuisse memoriæ traditum est. & pro Mur. 138 a, Nam hoc memoriæ traditum est. de Orat. 144 a, Prodere memoriæ sermones alicuius. de Or. 100 a, Quia memoriæ sic esset proditum. & ib. Quid quod usu patrũ memoria uenit? pro Sy. 170 a, Et memoria deponere insidias factas. pro Qu. 10 b, In memoria redijt Quintus, quo die, &c. pro Syll. 174 a, P. Syllę nomen in memoria Cæsio non fuit. Post quam 198 a, & 199 b, Vt aliquando uos memoria mei desiderium q; teneret. pro D. 222 a, Hoc est maximè insigne ad memoriam cõdelitatis, &c. de Or. 95 b, Nihil tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quàm id in quo aliquid offenderis. pro D. 235 b, Monumentum quod positum est ut esset indicũ oppressi senatus ad memoriã sempiternam turpitudinis. de Or. 94 a, Motus animi celeres, & ad memoriã firmi atq; diuturni. de Or. 93 a, Aliquid ex sermone alicuius memoriã dignum excipere. & de In. 62 b, Viri nomine & memoriã dignum excipere. & de Or. 95 a, Aliquid animo percipere. & memoria cõstodire. pro Cl. 47 a, & Ep. 94 a, Perinde quasi id hominũ memoria nõ cõprehẽdatur. de Or. 97 b, Legere aliquã cõtionẽ ad eũ finẽ, quẽ memoria possis cõprehẽdere. p Sexto Roscio 23 b, Memoria retinere, id est recordari. I. V. 61 a, Memoria complecti aliqua. ad Att. 215 a, Vt mea memoria est. ad Heren. 10 b, Nuperrimè dictũ facilè memoriæ mandatur. & 23 b, Tradere aliquid memoriæ. pro Quin. 4 a, Quæso cum diem memoriæ mãdetis. de Finib. 98 b, Mãdare aliquid memoriæ. Ep. 90 a, Quare mihi crede, & memoriæ manda. Ep. 11 b, Quid sibi iş de me recepisses, in memoriam redegit. de In. 60 a, Ità in memoriam redibit auctor. In Ver. 100 b, Quæso redite in memoriam, quę libido istius fuerit, &c. Ep. 105 a, Credo te tenere memoriã, me, &c. de N. 46 b, Multa carmina ex ijs memoria teneo. I. A. 259 a, Tenete uestra memoria, quod sæpe ostendi, &c. Ep. 96 b, Quinetiã ipsum diem memoria teneo. pro Pomp. 7 a, Retinere memoria aliquid. de Fin. 91 b, Retinere memoriã alicuius, ut amici. de Or. 96 b, Memoria sepultęres inuentas. Ep. 97 b, Tenere memoriã alicuius. de C. 168 a, Vt memoriã cõcinnitatis suæ relinqueret. Oct. 303 a, Quæ uerissimæ memoriæ propagata sunt. de In. 61. 30. Eorum nomina multi poetæ memorię tradiderunt, uel prodiderunt. Ep. 113 b, Prodere memoriã alicuius rei posteris. Ep. 72 a, & 89 b, Prodere aliquid memoriæ aut literis. Ep. 89 b, Conseruare memoriam beneficiorũ acceptorum. ad Heren. 21 b, Habere memoriã alicuius rei. de In. 60 a, Reducere in memoriã. & b. Renouare memoriam. de In. 60 b, Memoria auditoris de confirmatione redintegrabitur, ad Her. 17 a, 21 b, Habere memoriã alicuius rei præsentẽ uel auditã. Ep. 181 a, Quantũ memoria repetere præterita possum. Ep. 72 a, Repetere memoriam euentus aliorũ. de Or. 85 a, Repetere memoria res antiquas. Ep. 111 a, Dare operã memoriæ alicuius. Ep. 8 a, Magna memoria consularis tui. Ep. 18 b, Meam tuorum erga me meritorum memoriã, nulla unquã delebit obliuio. Ep. 91 b, Quare grata mihi est & memoria tua nostræ coniunctionis & eius augendæ uoluntas. de Cl. 193 a, Hortensius tanta memoria fuit, ut quæ secum cõmentatus esset, ea sine scripto uerbis eiusdem redderet. Tusc. 160 b, De ijs qui memoria excellenti fuerunt. I. A. 221 b, Vsq; ad nostrã memoriã. de Sen. 81 a, Nec sepulchra legens uereor, quod aiũt, ne perdam memoriam. & ibid. Sepulchris legendis redeo in memoriã mortuorũ. de Se. 84 b, Pythagoreorũ more exercendæ memorię gratia, quid quoquo die dixerim, audiuerim, egerim, cõmemoro uespert. de Sen. 93 a, b, Memoria præteritorũ, futurorũ prudentia. ibid. 94 a, Vos tamẽ deos uerẽtes memoriã nostri piè inuiolateq; seruabitis. de L. 189 a, Quamuis enumeres multos licet, nullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos. pro Deiot. 147 a, Repetere memoriam præteriti temporis. de Fi. 124 b, Cuius etiam illi hortuli memoriam mihi afferũt. de Or. 114 a, Res magnę memoriæque dignę. & At. 148 a, Vt gratus, pius deniq; esse in maximi beneficij memoriam posim. de Cl. 187 a, Sed ordinem sequens in memoriam notam & æqualem necessariò incurro. Qu. Fr. 298 b, Amplissimis monimentis cõsecrare memoriã nominis sui. & Am. 103 b, Sed loquor de ijs quos uidemus, aut de quibus memoriam accepimus.

Memoriola, læ. Att. 186 a, Memoriola uacillare.

Memoriter. ex memoria, sine scripto. de Nat. 19 b, Enumerasti memoriter philosophorũ sententias. de Di. 111 a, In quo nostra quædam Aratea memoriter à te pronunciata sunt. de Ora. 92 a, Memoriter pronunciare multa ex orationibus Demosthenis. de Am. 95 b, & ad Heren. 21 b, Iis multa narrare de C. Lælio socero suo memoriter & iucunde solebat. de Clar. 193 a, Rem memoriter complecti. de Fin. 106 a, Næ tu ista postiisti tam multa memoriter. Att. 56 b, Memoriter recitare.) (. De scripto dicere. pro Flacc. 154 b, De tabulis publicis recitare. I. C. 113 b, Et quoniam nondum est perscriptum sentausc. ex memoria uobis Quirites quid senatus censuerit, exponã. In Vat. 31 a, Tum memoriter respondeto ad ea quæ de te ipso rogaro. Ac. 15 b, Oratio Luculli, quæ est habita memoriter copiosa, &c.

Memoro, as cõmemoro, prosequor, dico. I. V. 101 a, In plebem uerò Romanam utrum superbiam prius memorem, an crudelitatem? aliter commemorem. de L. 157 a, Nam quid Accium memorem? qui, &c. de Leg. 182 b, Clarorum uirorum laudes in concione memoranto, easq; ad cantus & ad tibicinem prosequuntur. de Fin. 68 a, Heraclius de natura nimis obscure memorauit. de Vn. 201 b, Oceanum Cœli Terræq; filium memorant.

Mendacium. cij. uanitas, orationis uanitas. I. V. 229 a, Nolo illos esse testimonia meæ & mendacio confcios. pro Cl. 32 b, Homo qui esset totus ex fraude & mendacio compositus. de In. 58 b, Falsum est, in quo perspicuè mendacium est. de In. 48 b, Stare a mendacio contra uerum. Acad. 20 a, Opinionis hoc est mendacium, non oculorum. pro Mur. 139 a, Improbi hominis est, mendacio fallere. pro Cl. 53 a, Magnum & impudens mendacium. Qu. de Pet. 212 a, Dicere mendacium alicui. ad Her. 29 b, Ille sibi à mendacio non temperat.

Mendaciuncvlvm, li. de Orat. 131 a, Quod tamen est mendaciunculis aspergendum.

Mendax, cis. uanus, totus ex fraude & mendacio compositus, futilis. pro Qu. R. 52 b, Nihil interest inter periurũ & mendacẽ. nam qui mentitur, peierare consueuit. & Off. 70 b, De Or. 113 a, Si, ut nosti, satis est nõ esse mendacẽ. de D. 138 b, Mendaci homini ne uerum quidem credere solemus. de D. 135 a, Falsis mendacibus uisis mentes mortalium concitare. contra Rull. 85 a, Carthaginenses fraudulenti & mendaces.

Mendicitas, tis paupertas. de Fin. 132 a, Cum mendicitatem multi perpetiantur, ut uiuant. & pro S.R. 32 b, Hic in summa mendicitate est. I. C. 120 b, Vt omnes animi crucia tus, & corporis egestas, & mendicitas consequatur. pro Fl. 153 b, Potuit dare Seruilius, nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis. In Vat. 33 b, Qui ex eo magistratu non emerseris ex mendicitate, sed, &c. I. A. 231 a, Pastus mendicitatis. I. A. 198 a, Hui⁹ mendicitas auiditati coniũcta in fortunas nostras imminebat.

dò mihi non redditur, sed etiam monumentum præbet inimico doloris mei sceleris sui, publicæ calamitatis: quis erit, &c. I.V. 267 a, Apud te cuius, nullum in rep. unquam monumentum fuit. Ep. 13 b, Non meum monimentum, nõ enim illæ manubiæ meæ, sed operis locatio mea fuerat. Ep. 56 a, Monumentum ei marmoreum faciendum locauerũt. Tuf. 154 b, Monumenta sepulchrorum, & de Fin. 89 a, Elogia monumentorum. I.V. 144 b, & 205 a, Indicia & monumenta furtorum, de In. 71 a, Statuere æterna insignia posteris, & statuere æternum monumentum. I. P. 99 a, Is in Macedonia trophæa posuit, quæ bellicæ laudis uictoriæq; insignia & monumenta sunt. Item: Aetas trophæis monumentisq; sinem affert. pro S.R. 43 a, Nec sibi quicquam patrium, ne monumenti quidẽ causa reliquit. pro Mil. 122 a, Huiꝰ uos animi monumẽta tenebitis. i. memoriã. I. A. 252 a, Cuius consulatus est ex omni monumentorum memoria reuulsus. de Cl. 167 a, & Ac. 1 b, & 39 b, & de D. 87 a, Nota res est, & à teipso mãdata monumentis. pro Sest. 24 a, Hæc monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur. pro R.P. 129 b, Hæc res annalium monumentis celebratur. pro Do. 230 a, Vt annales pop. Rom. & monumenta antiquitatis loquuntur. & 241 a, Nullum ex ea dedicatione literarum extat monumentum. pro Pl. 279 a, Hęc de sapientissimis uiris monumenta nobis literę prodiderunt. de Diu. 72 b, Nihil est quod non longinquitas temporum excipiente memoria, prodendisque monumentis efficere possit. contra Rull. 83 b, Hoc perscriptum in monumẽtis ueteribus reperietis. pro Syl. 174 b, Publica monumenta. Qu. Fr. 295 b, Studia & artes, quæ sunt nobis Græcię monimentis disciplinisq; traditæ. & 298 b, Amplissimis monimentis consecrare memoriam nominis sui. Off. 11 b, Magnum est. n. eadem habere monimenta maiorũ, eisdẽ uti sacris, sepulchra habere communia. Off. 53 a, Nulla eius ingenij monimenta mandata literis, nullum opus ocij, nullum solitudinis munus extat.

Monitio, onis. admonitio. de Am. 113 b, Monitio acerbitate, obiurgatio contumelia uacare debet.

Monitor, oris. admonitor, magister. de Or. 117 b, Hoc præceptum est magis monitoris, non fatui, quam acuti magistri. In Sal. 274 a, Quos ego habui omnium mearũ actionũ monitores. I.C. 120 a, Cæsar monitor & autor huius sententiæ. pro Mur. 142 a, Appellare ciues per monitorem.

Monitvm, niti. præceptum, monitio. I. A. 262 a, Meæ aures dies & noctes omnium præceptis & monitis patuerũt. Ep. 64 b, Meis consilijs monitisque nituntur. & 70 a, Monitis præceptisq. 145 a, Ad quem metũ si deorũ monitis nõ duceremur; tamen ipsi nostro sensu coniecturaq; raperemur.

Monitvs, tus. monitio. de D. li. 2. Sortes, quæ hodie fortunæ monitu tolluntur.

Monogrammvs, mi. pictus, tenuis, ociosus. de N. 37 b, Epicurus monogrammos deos, & nihil agentes commentus est.

Mons, tis. alpes. de Pro. 76 a, Nihil est iam ultra illam montium altitudinem, quod sit pertimescendum. & de N. 45 b, Impendentium montium altitudines. & 52 b, Mõtes uestiti ac sylueſtres. & 58 b, Vestitus densissimi mõtium. de Cl. 169 a, Mons qui sacer appellatus est. de D. 84 a, Cum tumulos. Albano in mõte niuales lustrasti. de Or. 88 a, Genus hominum in montibus ac sylueſtris dissipatum.

Monstro, as. demonstro, commonstro, ostendo, patefacio, digitum ad rem intendo, speciem præ me fero. Off. 11 a, Homo qui erranti comiter monstrat uiam. ex Ennio. de Di. 108 a, Qui sibi semitam non sapiant, alteri monstrant uiã. Ep. 262 b, Tu, si quid librarij mea manu non intelligent, nõ strabis. de L. 156 a, At quam Vlysses Deli se palmam uidisse dixit, hodie monstrant eandem. Ter. ᾽Scio ubi sit, uerùm hodie nunquam monstrabo.

Monstrosvs, a, um. portentosus. de Finib. 6 b, Alij lucifugi, monstrosi. de D. 122 b, Monstrosissima bestia.

Monstrose. de D. 138 b, Nihil tam præposterè, tam incõdítẽ, tam monstrose cogitari potest. quod non posimus somniare.

Monstrvm, ri. ostentum, portentum, prodigium, τέρας. de D. 99 b, Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. & de N. 27 a. I.C. 104 b, Nulla iam pernicies à monstro illo atq; prodigio mœnib. ipsis comparabitur. I.V. 185 a, Non mihi iam furtum, sed mõstrum atq; prodigium uidebatur. de Ar. 249 b, Periculum ex aliquo monstro significaturum uere. Tusc. 220 b, Dicere monstra. I.P. 86 a, Immanissima ac fœdissimum monstrum. Att. 124 a, Sed hoc τέρας horribili urgilantia, celeritate, diligentia est, id est, Cæsar.

Montanvs, a, um. contra Rul. 85 a, Ligures montani, duri & agrestes. pro Dom. Nullum est in hac urbe collegium, nisi pagani aut montani.

Montivagvs, a, um. Tusc. 244 a, Non montiuagos & sylueſtres cursus patiuntur.

Montosvs, a, um. montuosus. pro Pla. 263 a, Aspera & montosa regio. Part. or. Montosus locus.

Montvosvs, a, um. uel potius montosus. Par. 232 a, Loci pleni. (. Loci montosi. Am. 109 a, Locis montosis delectemur, & sylueſtribus.

Monvmentvm, ti. uide Monimentum. I.A. 263 b, Placerem hi militibus, qui pugnantes occiderunt, monumentum fieri quàm amplissimum. I.A. 197 a, An illa nõ grauissimis ignominijs, monumentisq; huius orationis ad posteritatis memoriam sunt notanda, quòd M. Antonius, &c. & 201 a, Charissimum monumentum clementiæ suæ.

Mopsvs. Argiuorum rex, & uates. de N. 27. de D. 98 b.

Mopsvhestia, æ. uel Moshestia, uel Mopshestia potius, urbs à Mopso condita, ab eoq; sic appellata & ager in Cilicia. Ep. 38 b, de D. 98 b.

Mora,ræ. cunctatio, dilatio, prolatio, tarditas, retardatio, procrastinatio, tergiuersatio, sustentatio. de In. 80 b, Deinde utrum statim fieri necesse sit, an habeat aliquam moram & sustentationem. Att. 183 b, Multam mihi moram afferunt. I.A. 199 b, Ista legatio moram & tarditatem afferet bello. & I.V. 270 a, Vt supplicij aliquam paruam moram posset afferre. Att. 31 b, De Publio autem quod perscribi oportet, moram non puto esse faciendam. Ep. 156 b, Propter tarditatem sententiarum, moramq; rerum. Pro Syl. 178 a, Venire omnes suas possessiones maluit, quàm ullam moram ferri cuiquam creditorum suorum. I.V. 270 a, Non modo effugium, sed ne moram quidem mortis assequi potuit. Am. 276 b, Omnino Pansa uiuo celeriora omnia putabamus, nunc per auspicia longam morã uideo. pro Cec. 286 a, Quigitur conuenit, quæ causa, &c. eandem esse moram ad iudicandum? pro Cec. 286 a, Moram ad condemnandum acquisisse. Att. 215 a, Non enim puto tam expeditum iudicium, ut non habeat aliquid moræ. pro Ra. 91 b, Cum ad iudicij moram familiaris funeris excusatio quærereturꝛ. & In V. 269 b, Moram supplicio quærere. pro Cec. 285 a, Iudicandi iustam moram ac religionem iudicibus inijcere. I.C. 9 a, Dixisti paululum tibi esse etiã nunc moræ, quod egoquerem. pro Mil. 111 b, Quid ergo erat moræ & tergiuersationis? Ep. 188 b, Habeo paululũ moræ, dum promissa mitlitib. persoluo. Acad. 39 a, Quod cum audiuissemus, nullam moram interponẽdam putauimus, quin uideremus, &c. de In. 44 b, Inferre moram & impedimẽtum alicui. Asin. Ep. 163 a, Esse in mora: id est, morari, & detinere aliquem, uel inferre moram & impedimẽtum alicui. Brut. 288 b, Quod ego, ut debui, sine mora feci. I.C. 111 a, & Ep. 117 b, Illi sine recusatione, ac sine ulla mora negocium susceperunt. Att. 177 a, Sine mora facere aliquid, abiecta omni ciũctatione. Or. 201, Distincta alios, et interpuncta, interualla, moræ, respirationesq; delectant. I.A. 24 b, Tu nullam moram interposuisti, quin quàm primum maximo gaudio fruerẽmur. I.A. 205 b, Quæ cum uiderem, nullam moram interponendam insequendi M. Antonium putaui. & 206 b, Vt nam hæc legatio nihil haberet moræ. & 217 b, Tu omnes moras interponis, quibus infirmetur Brutus. Att. 81 a, Tibi, ut uideo, & spero, nulla ad decedendum mora. & 81 a, In his γλυκύφικον, illud confirmas, moram mihi nullam fore. de Fa. 307 a, Comititia sine mora futura uidentur.

Moralis, le. de D. 140 a, Nos eã partem philosophiæ de moribus appellare solemus, sed decet augentem linguam Latinam nominare moralem.

Moratvs, a, um. moribus præditus & perpolitus, constitutus, institutus. de Or. 92 a, Ea, sine quibus ciuitates nec esse, nec bene moratæ esse possunt. de Cl. 165 b, Bene morata, & bene constituta ciuitas. & de Sen. 90 a, Optimè morata ciuitas. & pro Mil. 120 a, Genus hominum optimè moratum. contra Rull. 85 a, Modestissimi mores. Part. 237 a, Quemadmodum quis institutus moransue fuerit. Tusc. 177 a, & de Fin. 62 a, Quotusquisq; philosophorum inuenitur, qui sic ita moratus, ut ratio postulat? de Orat. 125 a, Probus, bene moratus, & bonus uir. Att. 86 b, Dyonisius mihi quidem in moribus est. de Am. 107 b, & 105 a, & 506 b, Bene moratus, bene institutus, qui commodis est morihus, cui mores emendati sunt. de Di. 94 b, O poema tenerum & moratum, atq; molle. Off. 41 a, Apud etiam maiores nostros fruendæ iustitiæ causa uidentur olim bene morati constituti reges.

Morbosvs, a, um. Tusc. 220 b, Maiores nostri iracundos solos, morbosos nominauerunt.

Morbvs, bi. ægrotatio, inualetudo, malum. I.C. 103 b, Vt homines ægri morbo graui, cum æstu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint, prius releuari uidentur, deinde multo grauius uehementiusq; afficiꝛantur: sic hic morbus, qui est in rep. releuatus istius pœna, uehementius reliquis uiuis ingrauescet. Tuf. 191 b, Qui in morbo sunt, sani non sunt. & 192 a, Corpus quod in morbo est. Off. 17 a, Medici leuiter ægrotantes, leuiter curant: grauioribus morbis periculosas curationes & ancipites adhibent. pro Cl. 54 b, & I.C. 103 b, Is ibi in morbum incidit, ac satis uehementer, diuq; ægrotauit. Ep. 156 b, Is i morbũ graue & periculosum incidit. ex labore in morbum incidere. Ep. 217 a, Ille in morbum incidit, ex quo non conualuit. & Tuf. 165 a, Cadere in morbũ. Ep. 201 a, Grauius ægrotant ij, qui cum leuari morbo uidentur, in eum de integrò inciderũt. Post. 198 b, Bona ualetudo iucundior est eis, qui è graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerũt. de D. 94 a, Qui sunt morbo graui & mortifero affecti. I.P. 98 a, Qui cum uno genere morbi affligerentur, neq; se recreare quisquã posset, cum semel incidisset, dubitabat nemo, &c. de Fat. 143 b, Vt in eo qui mortifero morbo urgetur. de D. 111 b, Medicus morbũ ingrauescentẽ ratione prouidet. & ibi. a, Nũ uates acutius coijciet morbi naturã, quàm medicus? & ibi, Aegrotus euasit ex morbo. pro D. 215 a, Adhibere medicinam, quæ & illud natiuum, & hoc delectũ malũ sanare posset. pro Pl. 278 b, Si me uis aliqua morbi, aut natura ipsa consumpserit, tamen, &c. pro S. 13 b, Vi interire. (. Morbo extingui. pro Syl. 181 b, Ex magnis, & diuturnis, & iam desperatis reipu. morbis ista repentè uis erupit, ut ea confecta & eiecta, conualescere aliquando & sanari ciuitas posset. de Na. 77 a, Hunc igitur nec Aescula pius misero diuturnoq; morbo intabescẽtẽ interemit. Tuf. 215 b, Animi ualẽtes, morbo tentari non possunt, corpora possunt. de Na. 37 b, Deus nec morbum metuens ex defatigatione membrorum. ad Att. 169 a, b, Tu quartana cares, & nouum morbum remouisti, sed etiã grauedinẽ. & 68 b, Te a quartana liberatum gaudeo, itemq; Pyliam. ad Att. 169 a, Ualetudinem tuam iam confirmatã esse & à uetere morbo, & à nouis tentationibus. gaudeo & 183 b, Scripseras enim, te quodam ualetudinis genere tentari. & Tuf. quæst. 215 b, Morbos teneri. Att. 104 a, Pyliã in idẽ genus morbi delapsum audio. Att. 100 a, Inualetudo tua me ualde cõturbat, significant enim tuæ literæ, te prorsus laborare. Att. 173 b, Tullię meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat. pro Clu. 29 a, In morbis corporis ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus adhibetur. pro Cl. 24 a, Graui morbo affectum esse. pro Clu. 22 a, Mulier oppressa morbo est. Ep. 107 b, Morbi senescẽtis remissio. Tusc. 113 b, Cum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis in corpore, morbi, ægrotationesq; nascuntur. & ibi. Ex perturbationib. morbi conficiuntur, quæ uocant illi νοσήματα. Att. 237 a, Cum hominem temperantem, summum medicum tantus improuiso morbus opprefferit. de Fin. 85 a, Tanti aderant morbi ueficæ & uiceram. de Fin. 61 a, Nec uerò quisquam stultus nõ horum morborum aliquo laborat: id est, animi uel corporis. Ep. 107 b, Ego autẽ cùm omnes morbos reformido, tum quòd Epicurum tuum Stoici malẽ accipiunt, quia dicãt δυσφορία καὶ δυσεντερικὰ πάθη molesta esse: quorum alterum edacitatis morbum durant, alterum etiam, turpioris intemperantiæ. & ibid. Tanta me θαῤῥοῦσα arripuit, ut, &c. & ibid.

Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam, nam & uires & corpus amisi, sed si morbum depulero, facilè illa reuocabo. & Tusc. 227 a, Depellere morbum. I.V. 95 a, Nãi le quoq; sodalis istius erat in hoc morbo & cupiditate. Ep. 17 a, Quòd morbo impeditus in Ciliciã nõ transieris. pro Syl. 177 a, Quas oras quasi morbus quidam illius furoris peruaserat. de Or. 125 b, Mederi morbo alicui. de Fi. 144 b, Bonum ualetudo, miserum morbus. Qu. Fr. 310 a, Quin tus tuus perleuiter cõmotus fuerat: id est, ægrotus. & ibid. Eumq; uidi planè integrum: id est, ualentem, sanum. Ep. 107 a, Cum grauiter ex intestinis laborem. & ibid. b, Quia febrim non haberem. Ar. 193 a, Ab his me remedijs noli in istam turbam uocare, ne recidam. de Cl. 165 a, Nam me istis scito literis ex diuturna perturbatione totius ualetudinis, tanquam ad aspiciendam lucem esse reuocatum. Ar. 231 b, Ante sciui ei rectè esse, quam non bellè fuisse. Att. 232 a, l. Cæsarem Neapoli affectum grauiter uideram. de Di. 82 b, Mirari licet, quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera: quę radicum, ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad uulnera. de Vn. 197 b, Nullus morbus mundum potest, aut senectus affligere. Attic. 211 a, De Attica. optimè quod leuius ac lenius, & quod fert δυκολως. de Di. 237 b. Medici ex quibusdam rebus & aduenientẽs morbos, & crescentes intelligunt, nõnullæ etiam ualetudinis significationes, ut hoc ipsum, pleni enectí ue simus, ex quodã genere somniorum intelligi posse dicuntur. I.A. 216 a, Aliquis infirmus ex graui & diuturno morbo. & ibi. Graui periculosoq; morbo affectus. & ibid. Contra uim grauitatemq; morbi cõtendit, ut ad castra peruenirẽt. I.A. 227 b, Alter nondum ex longinquitate grauissimi morbi recreatus est. de Sen. 91 a, Facilius in morbos incidunt adolescẽtes, grauius ægrotant, tristius curantur.

Mordax, cis, aculeatus, dentatus. de Or. 131 a, Lacerat lacertum Largij mordax Memmius. de Cl. 180 a, Aliquis cũ aculeo & maledicto facetus, & charta dentata. l. Charta.

Mordeo, des. figo, carpo, perstringo. Attic. 207 a, Valde me momorderunt epistolæ tuæ de Attica nostra. pro S. R. 27 b, Alij canes & latrare & mordere possunt. Tusc. 218 b, Morderi est melius conscientia. Attic. 175 a, Si qua sint in tuis literis, quæ me mordeant. Epist. 15 a, Par pari refertò, quod illam mordeat. Tuf. 208 a, Si paupertas momordit, si ignominia pupugit. Att. 91 b, Qui scribis mordere te interdum, quod non simul sis. Ep. 44 b, Neq; non me tamen mordet aliquid, &c. Epist. 178 b, Mordere frenum. item, Si frenum momorderis. Habere aculeos in reprehendendo aliquo. l. Aculeus.

Mordicvs, aduerb. Ac. 13 b, Perspicuitas, quam mordicus tenere debemus. de Finib. 123 b, Verba tenent mordicus? Qu. Fr. 324 a, b, Auriculam fortasse mordicus abstulisset: id est morsu, uel dentibus. Para. 118 a, Illud tamen arctè tenent, accurateq; defendunt, id est, mordicus.

Moribvndvs, a, um. moriens. I. Interruptus. pro Sest. 21 b, Tribunum plebis plus uiginti uulneribus acceptis, iacentem moribundumq; uiditis.

Morigeror, aris. morem gero, obsequor, satisfacio, placeo. Or. 212 a, Voluptati autem aurium morigerari debet oratio. l. Mos.

Morior, eris. emorior, cado, occido, intereo, decedo, mortem obeo, mortem oppeto. de uita decedo, è uita, uel ex uita, uel à uita discedo uel recedo, è uita migro uel emigro, ex hac uita migro, ex hominum uita demigro, uita excedo, è uita excedo, uitam amitto, uita me deficit, uita priuor, uitalia lumina linquo, animam amitto, animam efflo, animã ago, uitã dimitto, uitã pro rep. reddo, extremũ uitæ spiritũ edo, uitam pro patria profundo, uitam, defero, ab hominibus demigro, indignissimè eripior bonis omnibus, agere supremũ diẽ uitæ, cõficere extremũ uitæ diẽ morte, cedere uel recedere è uita, descisco è uita, uitam naturæ reddo, lucis hanc usuram reddo, si quid mihi acciderit, si quid de eo factũ esset, interire, dissipari, dissolui, uitã cũ morte cõmutare, mortẽ occumbere, diẽ suũ obire, cum duo fulmina nostri imperij subitò in Hispania extinctí occidissent, qui extremũ spiritũ in uictoria effundisti: ui interire, morbo extingui, ex corporis uinculis tanquã ex carcere euolo, mortẽ capio, de uita exeo. (. In uitã introeo. Ep. 80 b, Ita

enim uiuere,ut non sit uiuendum,miserrimum est,mori autem nemo sapiens miserum duxit,ne beato quidē. de Som. 94 a,Sapientissimus quisq; æquissimo animo moritur,stultissimus iniquissimo,Att.139 a,Videbatur uel mori satius fuisse,quàm esse cum ijs. pro Quin.3 a,Moritur in Gallia Quintus,& moritur repentino.Ep.165 b,Auiam tuam scito desiderio tui mortuam esse.Attic.2 b,Ex uulnere mori. Postquàm 204 b,Nunquam uestrorum in nos beneficiorũ memoria ac fama morietur.pro Cæl.53 b,Vt iste interpositus sermo deliciarum desidiæq; moreretur.I. P. 99 b, Ne suauissimi hominis memoria moreretur.de Sen.92 a,Adolescentes mori sic mihi uidentur,ut cum aquę multitudine uis flammæ opprimitur:senes autem sic,ut sua sponte,nulla adhibita ui,consumptus ignis extinguitur.& 92 b, Moriendum certè est:& id incertum,an eo ipso die.Att.34 a, Cũ Cæsar uenisset mortuo plausu.Ep.122 b,Mori & agere animam.I.A.236 a,Agitur autem,liberi ne uiuamur,an mortem obeamus.de Cl.171 a,Enoius cum Thyestem fabulam docuisset,mortem obijt.de D.92 a,Eodem sibi læto quo ille interijsset,esse pereundum.pro Cæl.54 b, Nolite hunc natura ipsa occidentem uelle maturius extingui uulnere uestro quam fato suo.pro Clu.23 a,Is qui & naturæ, & legibus satisfecit, quem leges exilio,natura morte multauit.pro Clu.22 a,Mulier oppressa morbo est. de Clar. 176 b.Sed cecidit in cursu:id est,perijt.Oct.329 b,Cedam uitæ:id est,moriar.& 331 b,Vitã fugere.de Cl.165 a, Hortensius è uita cessit,suo magis,quàm ciuium suorum tẽpore.de Or.142 b,Illa uirtus L.Crassi morte extincta subito est,I.A.224 a,Vitam amitto.Ep.50 b,Obire suũ diem. & 56 a,Diem suum obijsse.Ep.142 a,Si in hac cura uita mihi ponenda sit.Ep.50 a,Vitam cum morte commutare. Tus. 170 b,Occumbere mortem.de Fin.160 a,Conficere extremum uitæ diem morte.de Fi.102 b,Migrare è uita.)(.Manere in uita.& 103 a,De uita exeo.)(.In uitam introeo.de Fi.103 a,Desciscere à uita.de Fi.85 a,Agere supremũ diẽ uitæ.Tus.217 a,Recedere à uita.& 155 a, Cedere è uita.

Mororaris.commoror,maneo,cunctor,in mora sum.Epist. 254 a,Tu quòd adhuc Brundusij moratus es,ualde probo. & 192 a,Diutius morari aut expectare præsidium non necesse habui.Ep.172 a,Dabo operam ne Antonius i Italia moretur.& 178 b,Ego in Italia morabor.Ep.242 a,Tempus eius triduí quod in his castris morabar, in magno officio & necessario mihi ponendum putaui.Att.76 b, Moratus triduum Laodiceæ,& totidem dies Sinadæ,audiui,&c. Att.254 a,Brutus ualde moratur non tergiuersans,sed expectans,&c.Att.99 a,Quàm uellem nunc in prouincia morari.de Or.149 b,Cum Athenis diutius essem moratus. I. C.101 b,Si hic morari æquo animo non potes,abi in alias terras.Att.197 a,Publia scripsit se unà (si ego paterer)moraturam.de Som.127 b, Quid moror in terris? I. P. 85 a, Nec est passus.in repub.diutius uestrorum scelerum pestẽ morari.Att.130 a,Cum constituisses ad me uenire, miror quam ob causam moratus sis.

Morari aliquem:id est,retardare,moram afferre,morã inijcere,moram & impedimentum inferre.Atti.182 b, Multa eum in Asia dicuntur morari.Epist.250 a,Si me nauigatio non morabitur.I.A.199 b,Tamen legatorum nomẽ, belli celeritatẽ morabitur.& 201 a,Hem cui legatos mittamus, cui bellum moremur inferre.de Di.84 b,Hæc tardata diu species,multumq; morata, Consule te tandem celsa est in sede locata.in Vat.31 a,Morari aliquem conscendentem. Att.215 a,Ego morabar te.Ep.27 b,Curtius cogitat dibaphum,sed eum infector moratur.& 26 b,Nisi quid me Etesiæ morabuntur.& 93 b,Si quid eum uel impediet, uel morabitur.Attic.212 a,Libri ad Varronem nos morabantur. Epist.148 b,Si modo meo casu reip.periculum morari possim.Tusc.173 a,Cum enim illam ad solenne sacrificiũ curru uehi iussisset,morarentur iumenta,&c.I. V. 224 b, Hic iste omnia,ne multis morer,asportanda curauit:id est, ne te pluribus teneam.Att.217 a,Balbo placebat, propinquũ diem,& Romæ si Cæsar moraretur, posse in diem tertium differre.

Morose.fastidiose,importunè.de Cl.186 b,M. Piso iracundus respuebat ineptias hominum,siue morose,ut putabatur,siue ingenuo liberoq; fastidio.

Morositas,tis.difficultas.Off.18 a,Ne si irascamur aut intempestiuè accedentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem & odiosam incidamus.de Sen.90 b, At morositas tamen habet aliquid excusationis.

Morosvs,a,um.difficilis,inhumanus,importunus. Epist.101 a,Morosi sunt,qui amant.Orat.206 a,Vtq; eo difficiles & morosi sumus,ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes. Att.7 b,& de Or.132 a,Genus cauillandi morosum.Atti. 39 a,Mirabiliter enim morosus est.aliter,moratus.de Sen. 90 b,At sunt morosi,anxij,iracundi,& difficiles senes. At. 134 b,Stomachosa & submorosa ridicula.& ibi.homo morosus.& Qu.F.309 b,In defendẽdo moroso homini cum latissimè satisfecimus.

Mors,tis.interitus,occasus,fatum, lethum, necessitas, exitus,funus,discessus,supremus alicuius dies,discessus è uita, excessus è uita,extremus uitæ dies,extremus spiritus, excessus,fatum mortis,fatum extremum, fatum supremum, dissolutio naturæ.Tusc.152 a,Sũt qui discessum animi à corpore putant esse mortem,sunt qui nullum censeant fieri discessum,sed una animum & corpus occidere,animumq; cũ corpore extingui.Tusc.169 b,Mortem esse migrationem in eas oras,quas qui è uita excesserunt,incolunt. Tusc.154 a,Mortem non interitum esse omnia tollentem atq; delentem,sed quandam quasi migrationem communitatemque uitæ.& 168 a,Somnus est imago mortis.pro Sest.13 b,Cũ sit omnibus definita mors,optandum est,ut uita quę necessitati debetur,patriæ potius donata,quàm reseruata naturæ uideatur.& pro Pl.278 b,Si me uis aliqua morbi, aut natura ipsa cõsumpsisset,tamen,&c.pro Mil.121 a,Mortẽ naturæ finem esse, non pœnam. pro Qu.9 a,Mors honesta sæpe uitam turpem exornat, uita turpis ne morti quidem honestæ locu relinquit.I.C.118 b, Nec enim turpis mors forti uiro potest accidere,neq; immatura cõsulari,nec misera sapienti.de Leg.162 a,& de Fini.135 b, Mors fugitur quasi dissolutio naturæ.Ep.93 b. Omnium rerum mors è extremum.I.A.163 b,Mortẽ omnibus natura propositi. Off.16 b,Mors seruituti turpitudiniq; anteponẽda est.An tequam.196 a.Neq; enim mors miseranda est,quæ obitum pub.capitur.I.C.123 a,Mors,quam illi mihi minitantur, omnibus est parata,& de Sene. 91 a,Omni ætati mors est communis.Tusc.168 a,Mors propter incertos casus quotidie imminet, & propter uitæ breuitatem nunquam longe potest abesse.de Fin.161 a,Mors quæ quasi saxum Tantalo semper impendet.I.C.119 a,Mortem à dijs immortalibus non esse supplicij causa constituram, sed aut necessitatem naturæ,aut laborum aut miseriarum finem esse: itaq; eam sapientes nunquam inuiti,fortes etiam sæpe libenter appetiuerunt.Ep.180 a,Nunquam honesta mors fugiẽda, sæpe etiam appetenda est.I.A.219 b,Turpis fuga mortis, omni est morte peior.de Fi.85 a,Præclarę mortes sunt imperatoriæ.Ep.56 a,Et cui inimici propter dignitatem pepercerant,inuentus est amicus,qui ei mortem afferret.pro S.R.24 b,Qui mortem obtulerit parenti.Ep.56 a,Vir clarissimus ab homine deterrimo acerbissima morte affectus.pro Cl.53 b,Homines inimicos suos morte affici uolunt.de Cl.173 b,Carbo morte uoluntaria se à seueritate iudicij uindicauit. I. A.203 b,Alex inder tertio & trigesimo anno mortem obijt. Gracchi immaturus interiit.I. immaturus.I.V.179 b,Conscisceré mortẽ sibi ipsi.& ibid. Dyrrhachinum bellum oppetisse.Tusc.173 b,Mortes oppetitæ.& pro Sest.21 a,Morte obita.Tusc.169 a,Mitti ad mortem.& 170 a,Duci ad mortem.de Fi.102 b,Excessus è uita.)(.Manfio in uita.Tusc.163 b,Supremus uitæ dies.& 174 a,Supremus ille dies.de Fin.85 b,In extremo spiritu. & Tusc.167 b,Post extremum spiritum.Off.47 b,Patronio uero se uiros aut clientes appellari mortis instar putant.pro Dom.232 b,Vidi prætextatos inimicos non dum morte complorata arbitria petentes funeris.pro Cec.187 a,Sicut is in morte sua testamento declarauit.de Sen.91 a, De morte.de Fin.86 a,Mors diffolutio.Acad.40 b,Occasus.Qu.Fr.305 b, Lachrimæ meorum me ad mortem uiuens prohibuerunt.I.A.221 b,Et huic & multis alijs mors obrempub.habita honori fuit.& 245 b,Mors necessitatẽ habeat fati:aut si antè oppetenda est, oppetatur cum gloria. I.A.264 a,O fortunata mors, quæ naturæ debita pro patria est potissimum reddita.de Am.97 b,Moriendi sensum celeritas abstulit.

Morsvs,sus. Offi.36 b, A bestijs ictus,morsus,impetitus,& de Fin.83 b,Viperinus morsus.Tusc.186 b,Acer morsus doloris.& 212 a,Vt ęgritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat.Off.37 b,Acriores sunt morsus intermissæ libertatis,quã retętæ.Att.190 b,Recordationes quasi morsu quodam dolorem efficiunt.de Diu.85 b, Quid aristolochia ad morsus serpentum posit.& 82 b, Herbæ ad morsus bestiarum.Tus.243 b, Certare pugnis, calcibus,unguibus,morsu.de Fat.149 b,Philoctetes ulceratus serpentis morsu. de Se.88 a,Et cõtra auiũ minorũ morsum,muniũ ullo aristarũ. de Di.121 b, Cui ferus imani laceraut uiscera morsu.

Mortalis,le.dissolubilis, quod habet naturam & conditionem ut mori possit.de Na.65 b,Oẽ animal mortale & dissolubile est.& de Vn.201 a, Homes mortali cõditione esse generatos.& I.A. 264 a, Ita pro mortali conditione uitæ immortalitatẽ estis cõsecuti.de Se. 93 b,Aiũt dum in corpore mortali est,uiuere.& ibi. Animum non esse mortalẽ. & de Na.90 a,Corpus mortale. de Leg. 168 b, Quod in ijs mortale & caducum, quod diuinũ ęternumq; sit. de Som. 128 b,& Or.206 b, Infrà autem nihil est iam,nisi mortale & caducũ. de N.6 a, Plato fecit mũdum mortalem.de D. 1162, Natura omnium interitus atq; obitus conficit. pro Do.233 a,Quod & senatus,& pop.Rom.& omnes mortales iudicarunt.I.P.100 a, Omnes mortales omnium generum,ętatum,&c.de Na.77 b,Atq; hoc quidem omnes mortales,sic habent,&c.& de Finib.65 a,Omnes mortales qui ubiq; sunt.I.V.147 a, Vt oẽs mortales uidere possint, &c. pro S.R.34 b, Vt ab omnibus mortalibus audacia tua cognoscereturpro D.225 a,Cum eius mœror inauditus omnibus mortalibus miserabilis uideretur. de Ar.257 a,Qui sit unus omnium mortalium fine ulla dubitatione deterrimus. Parad. 118 b, Quo beatius esse mortali nihil potest. Anteq; 197 b, Miserrimi mortalis casum subire. pro Fl. 134 b,Quem nemo qui mortalis esset, audiuit. I.V.130 a, Nemo omnium mortalium.& 272 b,& 55 b,Defendo mulitos mortales.pro S.R.20 a, Quæ sit omnium mortalium expectatio,uides.Off.24 b,Fortuna nõnunquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare uiderur. pro Rab. P. 117 b,Nec me pœnitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere.

Mortalitas,tis,mortalis uitæ conditio,naturæ communis fragilitas.de Na.7 a,Omne quod ortum est,mortalitas cõsequitur.Oct.130 a,Supra mortalitatem tuã tibi sunt oia tributa.pro Marcel.134 b,Casus humanos & incertos euẽtus ualetudinis, & naturæ communis fragilitatem extimesco.

Mortifer,a,um.mortem afferens,perniciosus, pestifer. de Diu.94 a,Qui sunt morbo graui & mortifero affecti. Tusc. 163 b,Mortiferum poculum.pro Sest.12 b,Plaga insanabilis illa mortifera.& in Vat.33 a,Plaga mortifera.pro Syl. 18 a,Accepit P.Sylla uehemens, & mortiferum uulnus. de Di.121 a,Emissio maris anguis erat mortifera Corneliæ.Ac.30 a,Cur Deus mortifera tam multa terra mariquedispersérit.de Leg.27 a,Præcepta,quæ imperiti pro salutaribus mortifera conscripserunt.

Mortvvs,a,um.morte deletus,sensu ac uita carens, qui iam nuiquam est,qui ex hac uita migrauit, qui è uita excessit, consumptus.)(.Viuus.Att.195 b,Amo illum mortuum,tutor sum liberis.de Leg.182 a,Homini mortuo ne ossa legito.de Or.106 b,Si causam ageres militis,patrem eius dicẽdo à mortuis excitares.pro Quin.9 a,Is non modò ex numero uiuorum exturbatur, sed etiam si fieri potest, infra mortuos mandatur.& Postquàm 200 a,Infra omnes mortuos mandatus esset.pro Mil.16 a,Inferre mortuum in domum alicuius.I.P.98 b,Cum tu quod tibi succederetur,ex anguis & mortuus concidisti.pro Rab.96 b, Qui sensu & uita carent.de Sene.82 b,Athletæ senis lacerti mortui sunt. In Sal.272 b,Qui iam decesserunt, omniq; odio carent & inuidia.de Cla.168 a,Themistocles ueneno poto mortuus concidit.Qu.Fr.303 a,Quædam effigies spirantis mortui. pro Mil.119 b,Excitare aliquem a mortuis.

Mos,moris.consuetudo,institutum,disciplina,usus,ritus,modus.de Or.91 b.Hic enim est mos patrius Academiæ, adtuersari semper omnibus in disputando.de Cla.271 a, Mos est hominum, ut nolint eundem pluribus in rebus excellere.I.V.249 a,Cum omnes ut mos est,ut fieri solet, concurrerent.& 241 a,Nam ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur.Acad.39 a,Vt mos amicorum est I.V.89 b,Tum ille negauit moris esse Græcorum,ut in cõuiuio uirorum accumberent mulieres.Ep.194 b, Sed quia mos est ita faciendi,rogo.Off.47 a,Quod in patrijs est moribus,multorum causas gratuito defendere.contra Rul.66 a,Est hoc in more positum institutoq; maiorum, ut ij qui, &c.Att.209 b,Quæ autem his temporibus scripsi, Aristotelicum morem habent.Off.26 a,Nostro quidem more cum parentibus puberes filij non lauantur.Off.30 a,Quæ more aguntur institutisq; ciuilibus.& pro Mur.124 a, More institutoq; maiorum,&c.pro Cec.285 a,Causam more institutoq; omnium defendi.& pro Quint.11 b,Ita tamen more & instituto per Tribunum.Offi.30 a,Contra morem cõsuetudinemq; ciuilem aliquid facere.pro Cl.37 b,Nõ mos consuetudoq; seruata.pro Ce.283 a,Vis moribus facta.)(. Vis contra ius moremq; facta.& ibi.Recedere è consuetudine.& 288 b,Vt de fundo Cecinna moribus deduceretur id est,more & cõsuetudine.& 290 a,Vt moribus deductio fieret.de Orat.96 a,Et nostro more aliquando, non Rhetorico loquamur.contra Rull.71 a,Iam hoc inauditum & planè nouo more uti,&c.de Clar.176 b,Non antiquo illo more,sed hoc nostro eruditus,pro Cec.291 b, Prætor quẽ admodum more & exemplo opitulari possit,non habebit. I.V.122 a,Hoc iniecto metu iudicibus nullo more, nullo exemplo,ecquam rem putatis esse? &c.Attic.159 a,Pompeius Syllano more exemploque uincet.Ora.199 a,Inclinata ululantique uoce Asiatico more canere.& 217 a,Placet dici omnia Isocrateo Theopompeoque more. de Vn. 195 a,Multa sunt à nobis in Academicis,Carneadeo more & modo disputata.de Diuin.98 b,Cæteros umbrarum uagari modo.de Am.102 a,Quidam pecudum ritu ad uoluptatem omnia referunt.Orat.150 a,Aristotelico more, & hoc Archesilæ modo disputare,pro Cæl.44 a, Agere illo austero more & modo.pro Mu.141 a,Hoc ab eius amicis more & modo factum est.I.V.110 b,& pro Mur.129 a,Humano modo,usitato more.Epistó.114 b,Nam si hoc more moderari possemus,ut,&c.Att.223 b,Nostro more, ne patiamur intermitti literas.pro Flac.148 b,Quæ accusatorio iure & more sunt facta.Epist.182 b,Et si more magis hoc quidem scribo,quã quo te admonendũ putem. pro Cæl. 45 b,More meretricio uiuere.& de In.42 a,More bestiarum uagari.pro Qu.R.54 a,Nisi fortè tu peruerso more id facis.& Tusc.154 b,Vitioso more effici quidpiam.de Or. 93 b,Non grauabor breuiter meo more quid quaq; de re sentiam dicere.de Fin.67 a,Suo more loqui.& ibid. Voluptas in corpore,omnium latinè loquentium more ponitur. de Orat.80 a,Dicẽdi ratio in medio posita, communi quodam in usu atq; hominũ more & sermone uersatur. de Senect.78 a,Gigantum more bellare cum dijs.I.V.98 b, Fit sermo inter eos & inuitatio,ut græco more biberetur.Ep. 16 b,More Aristotelico scribere.de Orat.109 b,Ad Græcorum consuetudine disputare.Tuscul.230 b,Ad eam consuetudinem disputauimus.Ora.201 a, Ad morem dicendi rhetorum exercere aliquem, &c.Hor.42, In morem Salium.& pro Ar.192 a,Iudiciali consuetudine. Offic.13 a, Apud Platonem est,omnem morem Lacedæmoniorum in flammarum esse cupiditate uincendi.pro Fl.149 a,O morẽ præclarum & disciplinam, quam a maioribus accepimus. de Inu.82 b,Perducere aliquid in morẽ.de Or.116 a, Qui hoc primus in mores nostros induxit.& 151 b.Græcorum prudentiam posse ad nostrum morem usumq; transferri. Tus.230 a,Quem morem cum Carneades tenuisset,&c.de Fin.64 a,Retinere morem,& reuocare morem.Epist.75 a, Mos antiquus manet.Par.235 a,Ius in natura sit,an in more.de Inu.50 b,Apud quos,quo more,cuius arbitratu sit educatus.Aca.45 b,Virtus naturæ uel more perfecta. Gerere morem alicui,& placere alicui.Atti.32 a,Vtrique à me mos gestus est.Ep.29 a,Sed tibi morem gessi.pro Quin.2, a,Alicuius studio ac cupiditati morem gerere.de Or.93 b, Gerẽdus est tibi mos adolescẽtibus Crasse.pro Fla.159 a, Lacedæmonij,qui soli iam tot annos unis moribus & nun

quam mutatis legibus uiuunt.Epist.199 b,Temperati moderatiq; mores.At.262 a, Tua singularis humanitas, suauissimiq; mores.& Ep.a,Mores perditi.Atti. 86 b, Dionysius mihi quidem in moribus est,pueri autem aiunt eum furenter irasci.de Fin.127 a,Aristoteles & eius filius Nicomachus,cuius accurate scripti de moribus libri, dicuntur esse Aristotelis,& 207 a,Philosophiæ pars, qua mores cõformari putantur.pro Sex.R.24 b, Mores feros immanêq; naturam alicuius ostendere.Qu.Fr.303 b,Desidero filiam, effigiem moris, sermonis,animi mei.de Ora.125 a,Mores oratoris effingit oratio.& ibid.Exprimere oratione mores alicuius iustos,integros,religiosos,timidos,perferentes in iuriarum.pro S.R.36 b,Totam uitam,naturam, moresque alicuius cognoscere.pro Cor.63 a,Cæsar inuetera tam quãdam barbariem ex Gaditanorum moribus disciplinaq; deleuit.Off.24 a,Plerunq; parentum præceptis imbuti,ad eorum consuetudinem moremq; deducimur.& 60 b, Præclarum à maioribus accepimus morem rogandi iudicis, si ea teneremus, quæ salua fide facere possit.I.P.86 a,Lex contra omnes leges nullo scripta more.I.A.173 b, Quid unquam domus illa uiderat, nisi pudicũ? nisi ex optimo more & sanctissima disciplina?& Par.122 b,Suis quisq; fingitur moribus.de Leg.174 a,Tamen hæc erant ferè in more maiorum,qui tum,ut lex ualebat.pro Deiot.149 a, Imitari potius aui mores disciplinaq; debebas.de L.178 a,Oraculum editum est, eas potissimum religiones tenendas esse,quæ essent in more maiorum.

MOTIO,onis.commotio,motus.de Fat.149 a, Qui protrusit cylindrum,dedit ei principium motionis,uolubilitatem autem non dedit.de N.36 a,Ex disparibus motionib.magnũ annum confici.& de Vn.200 a,Orbium motio trãsuersa. Aca.45 a,Animi motiones atq; rationes.Tuf.153 a.

MOSHESTIA,æ.urbs,quam Græci μόσχεστιαν uocant. I.Mopsuhestia.

MOTVS,tus.motio,momentum, agitatio, pulsus, impulsus, cursus, lapsus.de Vn.18 a, Deus motum dedit cœlo,eum qui figuratus sit aptissimus.de So.128 a,Orbes qui uersantur retrò contrario motu atq; cœlum.& ibi.Quod animal est, id motu cietur interiore.ibidẽ.Inanimatum est omne quod impulsu agitatur externo.de Di.110 a,Sol,luna,quẽ motum habeat.de N.30 b,Omne quod est calidũ & igneũ cietur,& agitatur motu suo.de N.65 a,Natura omnia ciẽs motibus mutationibusq; suis.& Acad.30 a,Tantum motũ mutationemq; moliri.& de D.128 a,In maximis motibus mutationibusq; cœli.Tuf.202 a,Eo enim erant uultu, oratione,omni reliquo motu & statu,ut eos Argiuos diceres. de Nat.32 a,Motus principium ab animis esse ductum. de D.95 b,Pars animi quæ sensum.quæ motum, quæ appetitum habet.de Off.36 b,Motus animi turbati, quos Græci πάθη uocant.de Clar.172 b,Cum omnis motus animi tanquam uentus hominem defecerat.de Vn.202 b,Ira,& mẽs & reliqui motus animi.de Diu.135 a, Nunquam animus agitatione & motu uacuus esse potest.de Diu.133 b,Maiores enim quãm ulli insani efficerent motus somniantes. I. C.110 a,Is omnes motus Catilinæ conatusq; prohibuit. de Na.32 a,Motus principium ab animis esse ductũ. Post. 200 a,Nullus in eorum reditu motus muncipiorum factus est.de Or.127 a,Si quis motus populi factus est. pro Do. 242 a,Totius Italiæ magnificentiss.ille motus municipiorumq; concursus.pro Fl.151 a,Motus quidam temerarius græculæ concionis.I.C.105 a,Qui nullum reip. motum aferre poterant.de Fin.66 a,Res quæ dulcem motum afferunt sensibus.& ibid.Tum esse in motu uoluptatem. & 67 b,Sic enim appellat hanc dulcem in motu, illam nihil dolendi in stabilitate. pro Flac.164 a,Videtis in quo motu tẽporu,quanta in conuersione rerum ac perturbatione uersamur.Off.26 a,Nam palæstrici motus sæpe sunt odiosiores.de N.86 a,Omnes animorum motus pernoscendi.de Or.94 a,Animi atq; ingenij celeres quidam motus esse debent,qui,&c.Ora.109 a,Motus cogitationis celeriter agitatus.Tusc.156 b,Momentum, pro motu.de Vn.203 b,Vt sex motibus ueheretur antè & ponẽ: nam & ad dextram & ad læuam,& sursum &deorsum.de Fat.144 b,Itaq; tertius quidam motus oritur extra pondus & plagam, cum declinat atomus interuallo minimo.& 145 a,Esse,quendam motum animi uoluntarium.de Sene.93 b,Cum animus semp agitetur,nec principium habeat motus,quia ipse se moueat, nec finem quidem habebit motus.de Ora.103 b,Animorũ motus aut iudicibus, aut populo dicendo miscere atque agitare.& ibid.Philosophi quidam omnino motus negant in animis ullos esse debere.Off.26 b,Elaborandum est,ne animi motus à natura recedat.& ibid. Motus animorum duplices sunt:alteri cogitationis,alteri appetitus.Of.27 b, Vt perturbationes fugiamus:id est,motus animi nimios tationi non obtemperantes.

MOVENS,tis.quod est in motu.)(.Stans,manens.de Finib.71 a,Summum bonum,puer utra uoluptate dijudicabit? flante an mouente?

MOVEO,es.cieo,agito,pello,impello, excito, motum facio, motum affero, momẽtum habeo,digitum profero.de Natu.32 a,Ex se & sua sponte moueri.)(. Agitari pulsu externo.de Natu.37 b,Vt nosmetipsi,qui animis moemur,& sensibus.de Nat.78 b,Hominum membra nulla contemptio ne mente ipsa ac uoluptate mouentur.de Diuin.126 b,Signiferi orbis unamquamque partem, aliam alio modo mouere atque immutare cœlum,perinde ut quæque stellæ in his finitimisq; partibus sint quoque tempore. de Fat.145 a,Atomos per inane moueri grauitate & pondere. Acad. 25 b,Moueri mente ac sensibus.Orato.220 b, Orator non approbationes solum,sed admirationes,plausus, clamores mouere debet.Offi.20 a,Pulchritudo corporis mouet oculos,& delectat.& ibidem:Decorum mouet approbationẽ eorum quibus cum uiuitur.de Diuinat.96 b, Cum signifer primi hastati signum nõ posset mouere loco. & pro Cec. 292 a,Si ne quidem loco motus fueris .ad At.252 b,Multa me mouent in discessu,in primis quod, & cæt.Attic.151 a,Neque illud me mouet,&c.Epistol.8 a, Quæ quidẽ mea cohortatio ne tibi inanis esse uideatur, illa me causa mouet.Attic.172 b,Quæ me causæ mouerint, quãm acerba, quãm nouæ,non queo scribere . de Orator.125 b,In commonẽdis iudicibus,ijs ipsis sensibus ad quos illos adducere uolo, permoueor.Attic.133 a,Nec me consules mouent, qui ipsi pluma aut folio facilius mouentur. in Ver.209 a, Mouere castra ex aliquo loco, & uasa colligere. Epistol. 77 b,Ne te moueas istinc tam infirma ualetudine. Attic. 134 b,Postquãm ille Canusio mouerat.& 60 a,Ego me de Cumano moui ante diem , &c.Quin.Frat.308 b,Iraquemà gnæ mihi res moueri uidebantur. Parti. 240 a, Quæ quidem uel maximè suspicionem mouent. de Ora.131 b,Sed admirationem magis quãm risum mouet.Attic.30 a,Quãtam tu mihi moues expectationem de sermone Bibuli.Epistol.54 a,Non est porrò tuum , uno sensu oculorum mouri.de Legib.179 a,Eam peritionem comparasti,quæ risus & quærelas moueret.de Orato.104 b,Qui patris clarissimi recordatione & memoria fletum populo moueret.de Fini.100 a,Quia cogitationes comprehensionesque rerũ, è quibus efficiuntur artes , appetitiones mouent.Epi.157 b,Quæ animum meum repente mouerunt.pro Deiot.145 b,Mouebar animo,& de salute pop. Rom. eximiescebam. pro Mur.130 b,Mouere stomachum alicui.

MOVERE,pellere,eijcere.I.A.170 a,Mouere aliquem de sententia.pro Cluen.42 b,Mouere aliquem senatu. & ibid.a, Ex senatu eijci à censore.de Orat.134 a, Mouere aliquem tribu.de Of.67 a,Vt ueros hæredes moueat, in eorum locum ipse succedat.de Offic.50 a,Quinquaginta annorum possessiones mouere non nimis æquum putabat.cont.Rul. 77 a,Sed moueri possessionibus amicissimis sedib.ac diis penatibus negant oportere.Qu.Fr.308 a.Vrgere illi ut loco nos mouerent.

MOX,quãm mox,statim .Attic.157 b,Præterijt uillam meam Curio,iussitq; mihi nunciari,mox se uenturum.I.C.98 a, Nox nulla intercesit,mox interfectus est.de In.73 a, Non necesse est expectare,quin mox iudicium fiat. de Fin. 108 a,De summo bono mox,ut dixi,uidebimus,de Di.90 a,Discedo parumper a somnijs,ad quæ mox reuertar.

MVCRO,onis.in Cat.111 a,Ijdem gladios in remp, districtos retudimus,mucronesq; eorum a iugulis uestris reiecimus. in Ant.259 b,Et dubitare,utrum mucrones nostrorũ militum in ciue,an in hoste figantur.pro Cluẽ.43 a, Censorius stylus,cuius mucronẽ multis remedijs maiores nostri retuderunt.de Leg.288 a,Clodius mucronem tribunitium exacuit in nos.pro Cec.301 a,Hic est mucro defensionis tuæ.

MVGINOR,aris,cunctor, moror,& forte quod alij boni auctores dicunt, Mussoiid est,taceo,& dissimulo.Att.259 a, De Ocella,dum tu muginaris,nec mihi quicquam rescribis, cepi consilium domesticum .

MVGIO,gis.mugiunt boues dum clamant.ad Her.33 b, Vagire,nugire,murmurare,sibilare.

MVGITVS,tus.boum à sono ficta uox,ut etiam mugire. de D. 87 b.Terræ mugitus.Translatio est .

MVLA,læ.de Di.118 b,Mulæ partus à te prolatus est,res mirabilis propterea,quia non sæpe fit.& 88 a.

MVLCEO,ces,mulsi,mulsum,permulceo,lenio. in Ara. Vt res nulla feras possit mulcere procellas.& ibi.Hæc angens animaũitali flamine mulcet.& ibid.Huic cerũx dextra mulcetur Aquari .

MVLCIBER,bri.Vulcanus.Tusc.180 a,Ioúisque numen Mulcibri adsciuit manus.Poetæ.

MVLCTA,ctæ.uel multa.pœna.pro Ceci. 304 a, Nostri ciues sæpe in colonias profecti sunt aut sua uoluntate , aut legis mulcta,quam sufferre non poterant.in V. 113 a, In cuius testamento quodam loco ſi cõmissum quid esset, mulcta erat Veneri.de,Ora.176 a,L.Casilenus ab L.Sabelio mulctam lege Aquilia de iustitia petiuit . de Opt. 244 b, Aeschines à Cteſiphonte multam petijt.& In V.107 b,bis.Petere mulctam ab aliquo.Item, Crassus consul Pon.Max.Flacco collegę Flamini Martiali mulctam dixit,si à sacris discessisset, quam multam populus Romanus remisit.pro Rab.92 a,Iudicquod est in eadem mulctæ irrogatione perscriptum. I. A. 155 a , Quis unquam tanto damno senatorem coegit? aut quid est ultra pignus aut mulctam.pro Mil. 108 b,Irrogare mulctam alicui.Ep.75 b,Vt mulcta tam grauis. T.Mario depelleretur.

MVLCTATIO,onis.direptio . pro Rab.93 a,Misera mulctatio bonorum,miserum exilium.

MVLCTO,as.afficio,punio.pro Cornel.63 b, Populus Gaditanus hũc mulcta & pœna mulctauit. de Or. 101 a,Vitia hominum atq; fraudes damnis,ignominijs,uinculis, uerberibus,exilijs,morte mulctãtur.Postquãm 211 b,Quod si mihi æternam esse propositam ærumnã arbitrarer, morte me ipse potius , quã sempiterno dolore mulctassem . pro Lig. 139 a,Sylla quos oderat,morte mulctabat. pro Clu.23 a, Hunc leges exilio,natura,morte mulctauit.Antequam 196 a,Si exilio mulctabunt corpus.Tuſ.170 a,Ego uerò illi maximam gratiam habeo,qui me ea pœna mulctauerit, quam sine mutuatione & sine uersura possem dissoluere.Tuſ.248 b,At mulctantur bonis exules.Tusc.158 b, Qui animos nostros quasi capite damnatos morte mulctant .in C. 103 a, Perfæpe priuati perniciosos ciues morte mulctarunt . In Ver.79 a,& in Cat.103 a,Multos crudelissimè p uim morte esse mulctatos.de Pro.76 b,Si illũ,ut erat meritus, mortẽ mulctassem.pro Sest.16 a , Maiores nostri Antiochum Asia mulctarunt.pro Font.276 b,Galli à senatu agris urbibusq; mulctati sunt.& cont Rul.73 a, Mulctare liberos populos agris.pro Cec.304 a,In nulla lege nostra reperiet, maleficium ullum exilio esse mulctatum.de Cl.172 a,Addebat etiam scriptores illos mulctatos exisse cum Galba.i. malè acceptos,aut affectos. in Verrẽ 222 a, Qui primò cũ obsistere conarentur,malè mulctati clauis ac fustibus repellunturpro Milo.108 b, Qua in turba C.Vibannius ita est mulctatus,ut uitam amiserit.pro R.P.122 a , Cum ab ipsa fortuna crudelissimè uideat huius consilia esse mulctata. de Pro.76 b,Mulctari imperatorem diminutione prouinciæ,contumeliosum est.Ep.85 a , Stultitia mulctatur famæ. In Ver.112 b,& 116 a,Hæredem iussum esse facere, &c.ni si fecerit,Veneri Ericinæ esse mulctatum.

MVLGEO,ges.In Arat.Igniforum mulgens tremebundis ęthera pennis. Aliter,mulceus.

MVLIEBRIS,bre.mulieris,mollis.Off. 26 a , Venustatem muliebrem ducere debemus,dignitatẽ uirilẽ. pro Mil. 106 b, Muliebri & delicato ancillarum puerorumq; comitatu.de Inuen.62 a,Excellens muliebris formæ pulchritudo.Offic. 12 b,Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrẽ, Illaq; uirgo uiri.ex Ennio.de Or.146 b,Vox muliebris.pro Cęl. 52 a,Et muliebre bellum.Tuſ.178 a,Eneruata muliebrisq; sententia.in Ant.169 a,Virilis toga.)(.Muliebris stola.

MVLIEBRITER,effœminatè.Tuſ.q.185 b, Si se lamentis muliebriter lachrymisque dedet,uinciatur. & 187 a , Ne quid seruiliter muliebriterue faciamus .

MVLIER,ris.fœmina.pro Mur. 130 a, Mulieres omnes propter infirmitatem consilij maiores in tutorum potestate esse uoluerunt.pro Cec.298 b , Quod mulier sine tutore autore promiserit,non deberi.de Leg.175 b, Vt sentiant omnes mulieres, in natura fœminarum Deum castitatem pati.2 de Leg.Mulieres genas ne radunto , neve lessum funeris ergò habento.uerba legis XII.tab.Tuſ lib. 5.Mulieres in India,cum est cuiusq; earum uir mortuus , in certamen iudiciumq; ueniunt,quam plurimùm ille dilexerit : plurę enim siugulis solent esse nuptæ.quæ est uictrix, ea læta prosequentibus suis,una cum uiro in rogum imponitur: illa uicta mœsta discedit.2 de Leg.Mulierum famam ut mulctrũ oculis lux clara custodiat,diligentissimè sanciendum est.2 de Leg.Mulierum nocturna sacrificia ne sunto , præter olla quæ pro populo rite fient, neve initiantò , nisi ut assolet Cereri Græco sacro.3 de Orator. Mulieres in sermone incorruptam antiquitatem facilius , quãm uiri conseruant.14 Familia. Sed rursus illud me mouet , quòd uideo omnes bonos abesse Roma,& eos mulieres suas secum habere .

MVLIERARIVS,a,um.pro Cæl.51 b,Mulieraria manus:id est multitudo à muliere in insidijs collocata.

MVLIERCVLA,læ.in Cat.109 b,Non suas secum mulierculas sunt in castra ducturi?4 Fam.In unius mulierculæ animula si tractura facta sit.Ser.Sulpitij. Tusc. 5 , Leuiculus sane noster Demosthenes , qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ. de Amic. Et eo fieri,ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant,quãm uiri : & inopes,quãm opulenti : & calamitosi,quãm ij qui putantur beati.6 Ver. Quæ forsitan uobis parua esse uideantur , sed magnum & acerbum dolorem commouent , mulierculis præsertim,quum eripiuntur e manibus ea,quibus ad res diuinas uti consueuerunt:id est,matronis pauperibus.2 Offi. 1.Tusc.Bene etiam colligit hæc pueris,& mulierculis , & seruis,&c.

MVLIEROSITAS,tis.cupiditas fœmineæ uoluptatis , seu uiri in mulieres amor.Tuſc.214 a,Vt muliérositas,ut ita appellem eam,quæ Græcis φιλογυνείαν dicitur,)(. Odium mulierum,quale in μισογυνείαν est.

MVLIEROSVS,a,um.mulierum appetens . de Fat. 142 a,Stilphonem scribunt & ebriosum & mulierosum fuisse.

MVLIO,nis.qui mulos agit . Episto. 154 a,Ventidius mulio. Planci .

MVLIONIVS,a,um.quod mulionis est.pro Sest. 21 a, Mulionia penula.

MVLLVLVS,mullus piscis.Parad.123 a,Aliquem summis populi beneficijs usum barbatulos mullulos exceptantem de piscina, & pertractantem.

MVLLVS,li.Atti.22 b, Nostri autem principes digito se cœlum putant attingere, si mulli barbati in piscinis sunt , qui ad manum accedant .

MVLSVM,si.potio ex uino melleque confecta.de Orat.135 a, Qui alteri misceat mulsum,ipse non sitiens, & qui illud sitiens bibat.de Ora.135 a,Suadebat Cranius,ut mulsum frigidum biberet,at ille, Perdam,inquit,uocem.pro Cl.53 a, Dare uenenum in mulso.

MVLTIFARIAM,multis locis.de Or. 124 a , Aurum multifariam defossum.de Leg.163 b,Iudicia quæ quondam nusquam erant,hodie multifariam nulla sunt.

MVLTIFORMIS,me.uarius , diuersus.)(.Vniusmodi.Acad.44 a,Principes qualitates sunt uniusmodi & simplices:ex his autem ortæ uariæ sunt,& quasi multiformes.

MVLTIIVGES,gum, mulæ & uariæ , multiplices , plures.ad Att.225 a,Literas mulcijuges accepi uno tempore a Vestorij liberto.

MVLTIMODIS:id est , multis modis . de Orat . 163 a , Multimodis sum circumuentus,morbo,exilio,atque inopia, &c. Poetæ.

MVLTIPLEX,cis. uarius , copiosus.de Sen.80 a,Vitis serpens, multiplici lapsu & erratico.pro Fl.147 a,Præterea iurisdictiones uariæ, & multiplex ad suspiciones & simulates.

de Am.108 a,Multiplex & tortuosum ingenium. de Natu. 54 b,Aluus multiplex & tortuosa.pro Cæl.40 a,Varia multiplexque natura.de Orat.104 a,Magna multiplexque disciplina.de Nat.d.52 a, Quæ multiplices fœtus procreãt, his mammarum data est multitudo.Orato.198 a, Multiplices uarijque sermones.de Cl. 175 a, Genus orationis uagum, fusum, & multiplex.Acad.42 a,Plato, qui uarius,& multiplex,& copiosus fuit.ad Her.41 a, Anceps & multiplex uerborũ potestas in ambiguis.Tusc. 230 a,Multiplex ratio disputandi.de Clar.192 a,Corona multiplex. de Sen. 88 a,Vitis serpẽs multiplici lapsu & erratico.Att.90 a,Sed est magnum illud quidem, ueruntamen multiplex pueri ingenium, &c. de Orato.85 b,Recondita in arte, multiplicique uersantur.

Mvltiplicabilis,le.multiplex.Tus.179 b, Hæc interemit tortu multiplicabili draconem.Poetæ.

Mvltiplicatvs,a,um.auctus.Quint.Fr.302 b,Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret, ut multiplicata gloria discedamus.Offi.78 a,Clarissimi uiri filius in domũ multiplicatam non repulsam solùm, sed ignominiam & calamitatem retulit. Epist. 148 a,Auctoreexercitu,auxilijsque multiplicatis.

NEGLIGO, gis, poſt mitto, non curo, curare omitto, deſero, prætermitto, omitto, leuiter fero. diſſimulandum puto, excludo. pro Cluen. 44 b, Hoc prætermittã cenſoribus & diligi non poſſe uidebatur. Att. 286 b, Libertate contentus negligere humana. in Anton. 187 a, Antonius diem edicti obiire neglexit. & 254 a, De Theopõpo ſummo homine negleximus. in Vat. 29 b, Nũ Heliã? nũ Fuſiã legẽ neglexerit.

NEGO, as. denego, inficior, recuſo, abnuo, diſſimulo, cauſe nihil dico quin. i. non nego.)(. Fateor, dico, aio. de Cla. 171 a, Tu qui à Mæuio uel ſumpſiſti multa ſi fateris, uel ſi negas ſurripuiſti. de Aruſp. 246 b, Nego unquam poſt ſacra cõſiſtura tam frequens collegium iudicaſſe. & 247 a, Nego eſſe ullam domum, &c. pro Mil. 302 b, Negant intueri locẽ fuiſſe ei, qui à ſe hominem occiſum fateatur. Att. 121 b, Preciſe negare alicui. Top. 224 b, Negantia contraria aientibus. de Nat. 60 a, De hac re non magnoperè pugno. pro Clu. 31 b, Is eum deſperare uetuit.

NEGOCIALIS, le. ut negocialis conſtitutio. de In. lib. 145 a, Hæc ergo cõſtitutio quam generalem nominamus, partes nobis duas uidetur habere, iuridicialem & negocialẽ. Negocialis eſt, in qua quid iuris ex ciuili more & æquitate ſit, conſideratur: cui diligentiæ apud nos præeſſe iuriſconſulti exiſtimantur. & lib. 2, 69 b, Negocialis eſt, quæ in ipſo negocio iuris ciuilis habet implicitam controuerſiam.

NEGOCIATIO, onis. mercatura. Epiſt. 228 a, In reliquis uero ris negociationis colligendis.

NEGOCIATOR, oris. mercator. Qu. Fr. 291 a, Improbus negociator, paulo cupidior publicanus. Att. 17 b, Sub luſtum cenſeri, germani negociatoris eſt.

NEGOCIOLVM, li. Qu. Fr. 325 a, Etenim erit aliquid negociolo. Att. lib. 16, De negociolo Torquati.

NEGOCIOR, aris. negocium gero, mercaturam exerceo uel facio. I. V. 80 a, Tum ciues. Romani, qui Lampſaci negociabantur, cõcurrunt. & pro Pom. 7 a, Homines induſtrij, qui in Aſia negociantur. & pro Deiot. 148 b, Equites Romani, qui in Aſia negociati ſunt. & pro Fl. 160 a, Negociari in libera ciuitate. & ibid. Quoulque negociabere. Att. 8 b, Negaui me cuiquam negocianti dare.

NEGOCIOSVS, a, um. plenus negocij. de N. d. 12 b, pro Mur. 128 a, Prouincia negocioſa & moleſta.

NEGOCIVM, cij. res, munus, opus, labor, de Na. 12 a, Nec ille eſt implicatus moleſtis operoſisq; negocijs. pro Syl. 178 a, Cuius æs alienum negocij gerendi ſtudio contractum eſt. & pro Qu. 12 b, Locuples & ſui negocij bene gerẽs. Qu. Fr. 299 b, In extrema parte & concluſione muneris, ac negocij tui diligentiſsimus fis. Off. 25 b, & 6 b, Peregrini officium eſt, nihil præter negocium ſuum agere. de Or. 110 b, Quando ages negocium publicum? quando amicorum? quando tuum? de Or. 134 a, Aliquando tibi tuum negocium agere licebit. Att. 104 a, Cum negocium noſtrum aut conſecemus aut depoſuerimus. pro Fl. 162 a, Non debuit cum prætor eſſet, ſuum negocium agere. de Di. 129 b, O acutos homines, quam paucis uerbis confectum putant. Att. 215 b, Expedire & conficere negocium. pro Qu. 13 b. Tranſigere ſuſceptũ negocium. in V. 181, Procurare negociũ alterius in decumis. & Att. 141 b, Procurare negocia alterius, pro Do. 223 b, Eidem inquit, utraque de re negocium dedi. de Or. 112 a, Videamus quid ei negocij demus, cuique eum muneri uelimus eſſe præpoſitũ. de Aruſp. 247 a, & Epi. 179 a, Negociũ magiſtratibus eſt datum anno ſuperiore, ut curarent, ut ſine ui mihi ædificare liceret, Att. 219 a, & 248 a, Dare negociũ alicui, ut aliquid agat uel faciat. in Cat. 120 a, Neſcio an amplius mihi negocij cõtrahatur. pro Qu. 11 a, Qui ad negociũ ſuum relicto procuratore proficiſcitur pro S. R. 38 b, Rei familiaris negocio ſeruorum diligentia cognoſcitur. pro Plã. 273 a, Quid dicam de occupatis meis tẽporibus? cui fuerit negocium nunquã ocioſum. pro Cæl. 49 a, In negocio, quod actum eſſe dicitur, nullum ueſtigiũ eſt ſermonis. de Di. 116 b, Deus nihil habens nec ſui, nec alieni negocij. đ Or. 117 b, Cauſę ĩ q̃bus pluſculũ eſt negocij. & ibid. Nihil eſt negocij cauſã hanc defendere & Tuſc. Ep. 118 a, Mihi cum illa eſt negocium. Brut. 90 b, Ego hic cum homine furioſo ſatis habeo negocij. & Att. 60 a, Puer quo ego regendo habeo negocij ſatis. de Nat. 18 a, Habere negociũ & exhibere negociũ alteri. pro Cl. 51 b, Si cui fortè ea lege negociũ faceſſeretur. Ep. 23 b, Tantis opib. tãtoq; negocio oppidũ oppugnabam. in Ver. 233 a, Cũ audiſſem ei negociũ faceſſitum. & Epi. 40 a, Qui tibi negociũ faceſſerent. Ep. 163 a, Aliquid recuperari nullo negocio poſſe. Ep. 63 a, Plurimumq; in eo negocij habui, ut, &c. Epiſt. 161 a, Nunc cũ his tantũ negocij eſt, ut, &c. de Orat. 125 b, Sin eſt integer iudex, plus eſt operis. Ep. 208 b, Suſcipere, adminiſtrare, & conficere negocium. Ep. 5 b, Intereſſe negocijs & præeſſe negocijs. pro Cl. 59 a, Qui prædia, qui negocia, qui res pecuniarias habent in agro Larinati. Ep. 3 b, Qui in prouincia magna negocia & ampla & expedita habet. Att. 72 b, Verſari in negocio. de Fin. 121 b, Gerere negocia. Ep. 34 b, Ergerere aliquid negocij. pro Qu. R. 50 b, Tu tuum negocũ geſiſti bene. in V. 211 b, Dare negociũ alicui, & da re prouinciã alicui. & Att. 213 b, Ponere operã alicui. Ep. 118 b, Imponere negocium alicui. Ep. 13 b, Conficere negociũ ex ſentẽtia. pro R. P. 123 a, Mittere in negocium, & dare partes alicui. Ep. 96 a, Agere negocium alicuius diligenter. Off. 72 b, Deum nihil habere ipſum negocij, nihil exhibere alteri. Am. 112 a, Qui ſuum negociũ gerunt ocioſe. Att. 11 b, Datur negociũ magiſtratibus. Att. 74 a, Nego cium magnum eſt nauigare, atq; id mẽſe Quintil. & 74 b, Noſtra negocia, amabo te, explica. & 75 b, Eſt incredibile, quãm me negocij tædeat. & 77 b, Satis. n. negocij habeo in ſanandis uulneribus, quæ prouincię ſunt impoſita. Att. 169 a, Cato qui Siciliam tenere nullo negocio potuit. & 195 b, Nolo enim negocij Qu. F. habere quicquam. Parad. 123 a, b, Vt eum ne in familia quidem dignum maiore aliquo negocio putet. pro Mil. 110 b, Non enim uideo cur non agam negocium meum. Att. 206 a, Velim des negociũ alicui qui quęrat, &c. & 229 a, Id nullo negocio facere potes. In Ant. 164 b, Quidnã homines putarent, ſi tũ occiſus eſſet, cùm il lũ gladio ſtricto ſecutus es? negociũq; trãſegiſſes, niſi, etc.

NEMEA, eæ. Locus eſt ubi Hercules leonem interfecit. de Fato. 141 b.

NEMBAEVS, leo. Tuſc. 219 b.

NEMO, inis. ne quis, omnis non, nemo omnium, quis omniũ. Ep. 5 b, Neminem ex conſularibus amicum tibi eſſe uideo præter Lucullum. pro Qu. 13 b, Nemo ex tot creditorib. alijs, &c. 14 a, Nemo de ijs qui peritiſsimi ſunt, huic anteponendus eſt. de Or. 101 a, & Ep. 6 b, Nemo de conſularibus. de Leg. 188 b, Quod enim eſt tã deſperatum collegiũ in quo nemo è decem ſana mente ſit? de Nat. 45 a, Nemo homo. & 25 a, Nemo nec homo nec deus. & ad Her. 29 a, Nemo rex. Tuſc. 154 b, Nemo omnium tam eſt immanis, qui, &c. & de Or. 119 b, Nemo omnium tot ac tãta habuit, &c. in V. 130 a, Nemo omnium mortalium, &c. Or. 213 a, Quis omniũ doctior Ariſtotele? pro Fon. 276 a, Nemo Galorum, &c. I. V. 111 b, Fortaſſe non nemo ueſtrum audiuit. pro Do. 235 a, Ciuis eſt nemo in tãto populo, qui, &c. Tuſ. 248 a, Nemo de nobis unus excellat. in Cat. 220 a, Video de illis abeſſe non neminem, &c. pro Mur. 144 a, Hoſtis eſt in urbe, &c. nõ nemo etiam in illo ſacrario. Item, In ipſa, in quãm curia non nemo hoſtis eſt. pro Do. 231 a, Cũ me in iudicium populi nemo omnium uocarit. de Diuin. 98 a, Excipi de antiquis præter Xenophanem neminem. Tuſc. 170 b, Verum ſit melius, dij immortales ſciunt, hominem quidem ſcire arbitror neminem. de Clar. 175 b, Gracchus eloquentia neſcio an habuiſſet parem neminem. Ep. 35 b, Colligit tibi qđ haud ſcio an nemini, ut, &c. Ep. 85 a, Me quotidie Cæſar magis amplectitur: familiares quidem eius ſicuti neminem. Att. 119 a, Reſpub. te mihi ita commendauit, ut chariorem habeã neminẽ. de Or. 95 b, Roſcius dicebat ſe reperire diſcipulũ quẽ quidem probaret, potuiſſe neminem. ad Her. 25 b, Vnus nemo potuit, &c, p Do. 228 b, Quod oẽs non negent: id eſt, nemo. Att. 119 a, Facio pluris omnium hominũ neminem. & 147 b, Magis idoneũ quãm ego ſum, reperies neminem. Off. 53 b, Quod cùm omnibus eſt faciendum, tum haud ſcio an nemini potius quàm tibi.

NEMPE, nimirum, quippe, opinor. pro Fl. 163 b, Si dat tantã pecuniam Flacco, nempe idcirco dat, ne rata ſit emptio In Ant. 156 a, Cn. Pompeij cõſulatus in quibus actis conſiſtit? nempe in legibus. in Ant. 193 a, A quo defenderit? nẽpe ab hoſte. & in Piſ. 99 a, Quib. autẽ hoſtibus? nẽpe his qui &c. in Ver. 272 b, A quo tempore futurum eſt? nempe eo, cum, &c. & pro Cl. 30 a, Quo crimine, nempe quod, &c, p Do. 220 a, Quod eſt pontifices ius adoptionis? nẽpe ut is adoptet, qui, &c. de N. 79 a, Iidem etiã nota ſuſcipi dicitis oportere, nempe ſingulì nouent. Acad. 29 a, Non me, inquit dico ſcire, optimè, nempe iſta quæ, &c. de Cl. 166 a, Nempe eum dicis qui, &c. in Verr. 139 a, Nempe ita dicitis propter decumas. Part. Nempe igitur ea reſtant, quæ, &c. Tuſ. 230 b, Nempe negas, &c. Ep. 18 b, Nempe ſtudiũ meũ non defuit declarandorum munerũ tuo nomine. Ac. 151 b, Scimus nempe, hæremus nihilominus. pro Qu. 15 a, Nempe, ſi &c. & ibi. Opinor ſi, &c. Part. 232 b, Nempe ea ſequuntur quæ ad faciendam fidem pertinent. Ac. 285 a, Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium? nempe quia poſtulabat hæc. in Ant. 186 b, At auus huius nobilis, Tuditanus, nempe ille qui, &c. in Ant. 244 b, Sed effugi infidias, nempe in Antonij congreſſum ueniendum eſt. pro Mil. 104 a, Quid ergo tu lit? nempe ut quæreretur.

NEMVS, oris. de D. 104 a, Multos nemora & ſyluæ commouent. & de Aru. 249 a, Agros & nemora peragrare. Att. 240 a, L. Cæſar ueniam ad ſe rogat in nemus.

NEOPACTVM. l. Naupactum.

NEOPTOLEMVS, mi. i. Pyrrhus. de Am. 110 a. l. Nummus.

NEPA, pæ. ſcorpius. de N. d. 47 b, Atque oculos urget pedib. pectuſq; nepai. in Arat. Hæc caput atq; oculos torquere ad terga nepai. de Fi. 134 b, Nepas aculeis uti. al. ueſpas.

NEPOS, otis. qui ex filio uel filia natus eſt, qui diſperdit ac diſſipat patrimonium. pro Deiot. 144 a, Qui nepos auũ in diſcrimen capitis adduxerit. Tuſc. 166 a, Metellum multi filij, filiæ, nepotes, ſneptes in rogum impoſuerunt. de Cl. 189 a, Ex filia nepos. & Tuſ. 165 b, Quærerem ex eo cuius ſuorũ ſimilis fuiſſet Africani fratris nepos. pro Qu. 7 a, Perditus ac profuſus nepos. & de Aru. 257 a. cont. Rul. 75 b, Ali quis ut in ſuis rebus, ita in rep. luxurioſus nepos. cont. Rul. 61 a, Eſſe nepotem in patrimonio. in Verr. 189 b, Numulis corrogatis de nepotum bonis.

NEPTIS, ptis. Tuſc. 166 a. l. Nepos.

NEPTVNIVS, a, um. in Ar. Neptunia prata ſecantes, & Neptunia piſtrix. & ad Her. 27 a, Neptuniæ lacunæ.

NEPTVNVS, ni. de N. 1, Neptuni cærulei oculi. & lib. 3. Neptunum eſſe animũ cũ intelligentia per mare per gentem. & lib. 1. 10 a, Neptunum eſſe aerem qui per maria manaret, diſputat Chryſippus. de N. 39 a, Datum eſt igitur Neptuno alterò Iouis, ut uolunt, fratri maritimum omne regnum, nomenq; productum, ut Portunus à portu, ſic Neptunus à nãdo. Item de N. d. 75 b. de Off. 7 a, & 71 a.

NEQVAM, nihil, improbus, impurus.)(. Frugi. pro Cæl. 36 a, Homo nequam atq; improbus. & pro Sex. Roſ. 40 a, Serui nequam & improbi. in Verr. 101 a, Verres tam nequam. & ibidem, Ius tam nequam eſſe Verrinum. Ep. 177 b, Homo nequiſsimus omnium qui fuit, qui fuerunt, qui futuri ſunt. Ep. 183 b, Homo perditus, multoq; nequior quàm ille ipſe quem tu nequiſsimum occiſum eſſe dixiſti. de Proui. 71 b, Ne Gabinius unus omnium nequiſsimus exiſtimaretur. & in Piſon. 230 a, Niſi nequior quàm Gabinius extiſſet. in Piſ. 94 a, Nil iſto ſcitote eſſe luxurioſius, nihil libidinoſius, nihil poſterius, nihil nequius. & Tuſcul. q. 198 b, Nihil nequius aut turpius effœminato uiro. At. 6 b, Homo ſanè nequã. At. 10 a, Cũ accuſator homines nequiſsimos reijceret, reus frugaliſsimũ quẽquã ſecerneret. & 98 a, Nunquã uidi hominem nequiorem. in Ant. 210 a, Nequam eſt homo ille atq; confidens.

NEQVA. in Ver. act. 1, Nequa deductio fieret.

NEQVANDO. de Am. 107 b, Vt nequãdo amare inciperemus eum, quem aliquando odiſſe poſſemus. ad Her. 2. b.

NEQVAQVAM, minimè omnium, nullo pacto, nulla ex parte. de Fin. 81 a, Nequaquam iſta amicitia eſt. & de In. 56 b, Nequaquam tantum inter eos intereſſe. & Epiſtol. 246 b, Nequaquam paribus rebus. de Inuent. 63 a, Vt nequaquam cũ illius commodo fuerit comparanda. de N. 72 a, Nequaquam iuſtuc iſtac ibit, & pro Sext. Roſ. 19 a, Nequaquam ſimiliter, &c.

NEQVE, nec. de Or. 94 a, Nullæ enim lites neq; controuersiæ sunt, quæ, &c. Att. 128 a, Nam certè neq; tum peccauì, cum, &c. neq; cum, &c. 8 Fam. in Ep. Cælij: Neq; absolutus, neq; damnatus. pro Clu. Neq; dum rem perfectam arbitraretur. At. 14. Neq; dum Roma es profectus. ad Q. Fr. lib. 3. Sed eius rei maturitas neq; dum uenit, & tamen iam appropinquat. 5. Ver. Neq; enim hoc possum negare. de Amic. Neq; enim sunt isti audiendi, qui uirtutem durâ & quasi ferream esse quandâ uolunt. 5 Fam. Neq; expectare tēporis medicinâ, quam repræsentare ratione possumus. 1 de Fin. Neque feci adhuc, nec mihi tamē, ne faciam, interdictum puto. de Am. Quare sibi habeant sapientiæ nomen & inuidiosum & obscurum: concedantq; ut hi boni uiri fuerint. neq; id quidem facient: negabunt id nisi sapienti posse cōcedi. de N. d. 1. Neq; ira, neq; gratia teneri. pro R. Com. 5. Ad arbitriū hoc animo adimus, ut neq; nihil, neq; tantum quantum postulauimus, consequamur. 15 Fam. Neq; non uerē. 2 Phili. Ergo ut te caramitum, neq; opinarò quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret, &c. 1. Off. Nulla enim uitæ pars neq; publicis, neq; priuatis, neq; forensibus, neq; domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, uacare officio potest, &c. de Am. Neque quicquam unquam nisi honestum & rectum alter ab altero postulabit: neque solum colent inter se ac diligent, sed etiam uerebuntur. de Nat. 1. Ea facie, neq; solùm facie, sed etiam ornatu nouimus. 11 Fam. in epist. D. Bruti, Neque tamen non te cautum esse uolo.

NEQVEO, quis. non queo, non possum, non habeo quemadmodū, mihi liberū non est. de Or. 137 a, Quidā quæ sanare nequeunt, exulcerant. Ora. 218 b, Nec tamen hæc ita astricta sunt, ut ea cū uelimus laxare, nequeamus. Acad. 44 a, Nihil in rerū natura est minimū, quod diuidi nequeat. de Di. 128 b, Demosthenes rho literam dicere nequibat. de Sen 84 b, Quæ si exequi nequirē, tamē, &c. de Som. 129 a, Sicut solē intueri nequitis aduersum. pro Mil. 116 b, Nequeo uetera illa iudicare, &c. Orat. 211 a, Nequire, pro non quire. Att. 17 b, Atque hoc loco illud non queo præterire.

NEQVICQVAM, frustra, nihil. pro Quin. 14 b, Et serò & nequicquam pudet. & Antequam. 194 a, Att. 285 b, Cęterùm nequicquam perijt ille, fi, &c. Tusc. 203 b, Quæ generi humano angorem nequicquam afferunt. Tuscul. 194 a, Nequitia ab eo ꝓ nequicquam est in tali homine. Tusc. 164 a, Secernere autē à corpore animum, nequicquam aliud est, quàm emori discere.

NE quidem. pro Deio. 150 b, Deiotarus nunquam succumbet inimicis, ne fortunæ quidem. l. Ne.

NE quis. de Op. 244 b, Cum esset lex Athenis, ne quis plebiscitum faceret, ut quisquam, &c.

NEQVITER. de Fi. 70 a, Ille porrò malè, prauè, nequiter, turpiter cœnabat. & ad Her. 7 a, Qui fecerit illud tam nequiter, eundem hunc tam perperam fecisse non est mirādum. Tusc. 198 b, Turpiter & nequiter facere aliquid.

NEQVITIA, tiæ. inertia. I. C. 98 a, Iam me ipsum inertiæ nequitiæq; condemno. & 103 a, Inertia ac nequitia. Tusc. 194 a, Nequitia ab eo quod nequicquam est in tali homine, ex quo idem nihili dicitur. & ibi. Frugalitas, cui contrārium uitium nequitia dicitur. & 181 a, Scio dolorem nō esse nequitiam. pro S. R. 41 a, Officina nequitiæ, diuersorium flagitiorum omnium. ad Her. 18 a, Ab omnibus unicam malitiam atque nequitiam cognosci. de Fi. 138 a, Homo singulari nequitia præditus. & pro Cl. 24 b, Vir perdita nequitia, summa egestate. At. 12 a, Nequitia libido.

NEREIDES, nymphæ marinæ. in Ara. Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ.

NERVII. pop. At. 527.

NERVOSE, enixè, fortiter. Epi. 158 a, Vigilanter, neruoseq; aliquem subornare. Planci.

NERVOSIVS, firmius. Or. 208 b, Aliquanto neruosius dicere. Off. 73 b, Neruosius aliquid differere.

NERVOSVS, a, um. fortis, robustus. de Cl. 175 b, Aristoteles in dicendo neruosius.

NERVVLVS, li. Att. 269 a, Si tu neruulos tuos adhibueris.

NERVVS, ui. torus, uis, uires. de Na. 37 b, Nec enim dij uenis & neruis, & ossibus continentur. & 54 a, Huc adde neruos à quibus artus continentur, eorumq; implicationem toto corpore pertinentem, qui sicut uenæ & arteriæ à cordeti, & profecti in corpus omne ducuntur. de Ora 163 a, & pro S. R. 41 a, Nerui in fidibus ira sonant, ut à digitis fuerint pulsi. Tusc. 148 b, Canimus uocum, neruorum & tibiarū. de D. 115 a, Iā neruos in fidib. alijs pulsis resonare alios. Epi. 78 b, Quantum in cuiusq; animo roboris est & neruorum. Ep. 40 a, Planè uideo fore neruis opus sapientiæq; tua. in V. 7 b, & Ep. 251 b, Contendere oēs neruos in aliquare. de Fat. 144 b, Iraque contēdit omnes neruos Chrysippus, ut persuadeat, &c. Qu. Fr. 328 a, Et tu ut posis, est tuorum neruorum. Or. 202 b. Oratio Philosophica neque aculeos, neq; neruos forenses habet. Q. de Pet. 211 a, Nerui atque artus sapientiæ sunt, non temerè credere. I. A. 185 a, Nerui belli pecunia. pro Pom 7 a, Vectigalia neruos reip. semper duximus. cōt. Rul. 75 b, Incidere neruos populi Ro. Ac. 45 b, Theophrastus neruos uirtutis incidit. Tusc. 80 b, Poetæ neruos uirtutis elidunt. I. A. 240 b, Legionum nostrarum neruos his cōsilijs incidemus. de L. 177 a, Illa seuera Lacedæmon neruos iuisit, ꝓ plures quam septem haberet in Timothei fidibus, inde demi.

NESCIO, scis. sum ignarus, sum inscius, sum rudis, scientiam eam fugit. de Orat. 95 b, Dum mihi liceat fateri nescire, quod nesciam. de Ora. 90 b, Neminem in eo disertum esse posse, quod nesciat. Or. 212 a, Non scire quidem barbarum iam uidetur, nescire dulcius. Tusc. 169 b, Nec me pudet istos fateri, nescire quod nesciā. At. 192 b, Opinor, sed certum nescio. I. P. 214 b, Peruenit res ad istius aures nescio quomodo. & Offi. 13 a, Ea nescio quomodo plenior est laudamus. Or. 204 a, Sniæ nescio unde ex abdito erutæ. &. 20 b, At ille nescio qui, qui solet, &c. & pro S. 8 a, Ligurinū nescio qui, &c. Epi. 71 a, Nescio quo pacto, nescio quomodo, & casu nescio quo. pro Mu. 104. Diuisa est sententia postulante nescio quo. de Orato. 101 b, Caudicus nescio quis. & Att. 206 b, Ista nescio quæ. Quin. Frat. 293 b, Paconij nescio cuius hominis querelæ. pro Fl. 154 b, Suppter enim ille nescio qui, &c. Item, O pastores nescio quos, &c. Brut. 91 b, Mihi non erat explicatum quid agerem: id est, nesciebam. in Ant. 167 b, Nescio quid conturbatus mihi esse uideris.

NESCIVS, a, um. inscius. pro Deior. 145 a, Iratum te regi Deiotaro fuisse, non erant nescij. de Orat. 88 b, Non sum ignarus, Crasse ista inter Græcos dici solere. & 92 a, Nō sum ignarus, quibus rēbus, &c. Ep. 67 a, Neq; tamen hęc cū ita bebam eram nescius, quantis oneribus premerere. & de Fi. 49 a, Non eram nescius Brute, &c. ad Her. 22 a, Non sum nescius, quātum, &c. Att. 143 a, Heus tu ne forte sis nescius Dolabella me sibi legauit, ad III. Non. April.

NESIS. locus est in Italia in Cāpano littore. Att. 251, & 253.

NETINENSES. pop. in Ver. 140.

NETINI. pop. in Ver. 247.

NEVTER, tra, um. indifferens, nullarum partium. Att. 98 b, Ita effici, ut neutri illorum quisquam esset me charior. Off. 14 b, In quo quidem neutrorum est contemnenda sententia. de D. 150 b, Quid bonum sit, quid malum, quid neutrū. & 121 b, Neuter anguis: id est, nec mas, nec fœmina. Off. 95 b, Hæc sine hominū operibus neutram in partē efficiposunt. Or. 211 b, Quæ non sanè sunt in omnibus neutris ūtata. Acad. 33 a, Huic summum bonum est, in his rebus neutrā in partem moueri, quæ ἀδιαφορία ab ipso dicitur. Ant. 98 b, Neuter quenquam omnium pluris facere quàm me uidetur. & 125 a, Sed neuter σκοπὸς est ille, ut nos beatimus, uterq; regnare uult.

NEVTIQVAM. nequaquam. Attic. 146 a, Cui te socium neutiquam puto esse oportere. & de Vniuer. 202 a, Indifferentes uos quidem esse non potestis, neutiquam tamen difficiles uos quidem esse non potestis, neutiquam tamen difficiles uos quidem esse non potestis, neutiquam tamen difficiles

quod nõ longè à gradibus hæc causa dicitur,& Tuſ. 283 a, Et hic nimirũ eſt fletus,qui,&c.pro S.R.34 b,Luxuries igitur hominem nimirum ad hoc ſcelus impulit. conr. Rull. 80 a,Et nimirũ iſtud eſt, quod ab hoc Tribuno dictũ eſt in ſenatu,urbanã plebẽ,&c.pro Mar.131 b,Sicõſideraris,&c. omnib.regib,cũ quibus, &c, hunc regẽ nimirum antepones.de In.49 b,Nã genus eſt omnium nimirũ libidinum cupiditas.Or.201 b,Veſtibula nimirũ & aditus ad cauſam faciet illuſtres.de Or.86 a,Sed nimiru maius eſt hoc quiddã quã homines opinantur.de Clar.171 b,Et nimirũ is princeps ex latinis iſta tractaui.Att.207 a,Et nimirũ id fuit, ſoluendo enim non erat.Acad.28 a,Itaqi in cognitione nimirum aſſentiar,&c.Tuſ.207 b,Nimirũ igit ut in cauſis ,&c. ſic in ægritudine,&c.ad Her.33 b,& 4 a,Eum extinguere, id nimirũ fuit capi Troiã.& 6 b, Nã cũ diſſoluerimus, &c. abſolutè nimirum confecerimus,&c.Tuſ.242 a,Horum nimirũ aſpectus,&c.pro Sex.Roſ.44 b,Nimirum ſimiliter arbitremini iiſti. &c.pro Seſt. 23 a,Nimirum hoc illud eſt, quod,&c.& de Diuin.105 b, Hoc nimirum eſt illud, &c. & pro Sext.Roſc.43 b,Nimirum iudices,&c.de Am.16 a, Hæc enim eſt tyrannorum uita, nimirum, in qua nulla fides,&c.& pro Mar.134 a,Quæ non modo ſumma bona, ſed nimirum audebo uel ſola dicere.

NIMIOPERE. Parad. Quos ædificia magnifica nimiopere delectauo.in Ver.act.6.

NIMIO plus. Att.lib.10,Sed quia te nimio plus diligo.

NIMIS, & nimium,immoderatè, extra modum, præter modum,ultra quàm ſatis eſt,ſubtilius quàm ſatis eſt,nimis uaide,plus æquo,nimio opere,nimio plus.)(.Satis, parũ Att. 216 b,de Leg.184 a,Tu uerò illum nec nimis ualde unquã, nec nimis ſæpe laudaueris.Or.213 a,Nimis inſidiarum adcapiendas aures adhiberi uidetur.At.116 b, Philotimi litteræ me quidẽ non nimis,ſed alios admodũ delectarunt. At. 114 a,Sed hæc nõ nimis exquiro à Græcis.& de Ora.90 a, Si cuipiã hoc nimis infinitum uidetur.de Cl.195 a,Nimis multa de me.& Or.22 a,Satis ſuperq;.de Or. 96 a, Quoniã quæ à natura expetenda ſunt, ea dicis non nimis deeſſe nobis. & ibid.Nõ ſumus nimis auidi,tua iſta mediocri eloquentia cõtenti ſumus.& 131 b,Nimis multa in genera diuidere aliqua.de Or. 141 b.Homo certè non nimis pudẽs. & Epi.140 b,Non nimis honeſtus ad Her.30 a, Magna nimis licentia.de Fi.144 a,Quod ſatis eſt,eo quicquid acceſſerit nimium eſt, & nemo nimium beatus eſt,& nemo beatior.Or.203 b,In omni re uidendũ eſt quatenus:& ſi enim ſuus cuiq; modus eſt, tamen magis offendit nimium quàm parum,& ibid.Peccant qui non ſentiunt quod eſt ſatis.Or. 214 b,In hoc genere nimium quod eſt,offendit uehementius,quam id quod uidetur parũ.pro Plã.276 b,Succumbã tibi in eo ipſo,in quo nihil poteſt eſſe nimium.& ibi. Quo niam tu ita uis,nimium gratum eſſe concedam . & ibidẽ : Gratum præter modum eſſe.in Ant.229 a, In illius uiri cõ filijs atque factis nec nimium , nec parum unquam fuit.de Orato.123 a, Dialectica in excogitandis argumentis mutanimium eſt,in iudicandis nimium loquax.de Orat. 116 b,Verba efferueſcentia,& paulò nimium redundantia. Or. 204 b,Sales qui in dicendo nimium quantum ualẽt.aliter mirum quantum ualent . in Cat.99 b, Nimium diu te illa caſtra deſiderant.Att.190 b,Tempus nimium longum. de Fin.73 a,Quod uos interdum,uel potius nimium ſæpe dicitis.& ibid.Nimium boni eſt cui nihil eſt mali. At. 262 a, Ego te nimio plus.diligo.Off.4 b,Alterum eſt uitium, quo nimis magnum ſtudium in res obſcuras conferunt.Offi.28 a,Mediocritas illa quæ eſt inter nimium & parum.

NIMIVS,a,um.immoderatus,intemperatus,plus æquo,q; ſuperfit,nimis magnus,nimis acer,multus.)(.Modicus. Att. 282 a,Epiſtola , qua mihi multa tribuens unum reprehendebas,quod in honorib.decernendis eſſem nimius, & tanquam prodigus . pro Mil.114 a,Diligentiam tota repub. ſuſcepta nimiam nullã putabam.pro Arch.191 a, De meo amore gloriæ nimis acri fortaſſe,ſed tamen honeſto uobis confitebor.Tuſc.221 b,Nimia reſecari oportere.Atti.283 a,Nihil tum nimiũ uidebatur, de Fi.131 b,Hoc magis intelligendum eſt , hæc ipſa nimia in quibuſdam futura non fuiſſe,niſi quædam eſſent modica natura.Aca.5 a,Ille multus in eo fuit , id eſt nimius,Off.26 b,Cauendum eſt ne in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates. de Senec. 88 a,Vitis putanda eſt,ne ſylueſcat ſarmentis, & in omnes partes nimia fundatur.

NIOBE. Tuſ.204 a,Et Niobe fingitur lapidea propter æternum,credo,in luctu ſilentium.

NIPTRA,orum.nomen tragœdiæ Pacuuij.Tuſc.185 & 186.

NISAE.populi.Ep.227.

NISI.ni,ſi non niſi ſi,niſi quòd præter,præterquàm.Att.104 a,Niſi ego inſanio,ſtultè omnia agi iudico.pro Seſt.25 b, Quem unquam ſenatus ciuem niſi me , nationibus externis commendauit ? de Cl.170 a, Nec uerò habeo quenquam antiquiorem,niſi quem,&c.Epiſt.135 b, Nihil uideo quod timeam , niſi quòd omnia ſunt incerta . de Fimib. 114 a, Mementote,quæ nos ſentiamus,omnia probare , niſi quòd uerbis aliter utamur.de Fin.80 a,Nunquam facies:cur,niſi quod turpe eſt.Att.23 a,Hoc me delectat niſi quòd,&c.de Cl.190 a,Niſi quid de Epaminunda ſuſpicari liber,&c.pro Syl.172 a,Niſi uerò paucos fuiſſe putatis,qui,&c.pro Flac. 153 a,Niſi uerò hactenus,&c.in Cat. 121 a, Niſi cuipiam L.Cæſar crudelior nudius tertius eſt uſus,cum,&c. Attic. 155 a,Niſi fortè iſte ſummarius,&c.de Fat.147 b, Niſi fortè uolumus ſequi,&c.& de Fin.150 a,pro Planc.179 b,Nihil amplius dico , niſi me in Siciliã uenire noluit.pro S.R. 36 a,Si nihil aliud fecerunt niſi rem detulerunt , nonne iſtis fuit hic gratias agi ? pro Syll.173 b,Si Torquatus Syllã ſolum accuſaſſet,ego quoq; hoc tempore nihil aliud agerem,niſi eum qui accuſatus eſſet,defenderẽ.Att.242, Niſi ſi quid erit,&c.& 236 a,Erat autẽ nihil noui, quod auctori berem,aut ex te quærerẽ , niſi fortè hoc ad te puras pertinere.& 257 a,In freto medio hanc epiſtolam legi,ut quid poſſem prouidere,in mentem non uenerit mihi, niſi quòd præſens me ipſe defenderem.Qu.Fr.312 b, Niſi uereberẽ ne quando,&c.de Or.130 b,Miſeros illudi nolunt,niſi fortè iactant.& Epi.233 a,Niſi ſi quis ad me plura ſcripſerit. Epiſt.155 b,Puderet me inconſtantiæ literarum,ſi non ex aliena leuitate penderent.pro Qu.Ro.51 a,Quod egoam plecterer,ſi non,&c.

NISI.pro ſed.Epi.230 a,De re nihil poſſum iudicare, niſi illud mihi certè perſuadeo,te nihil temerè feciſſe.Item,pro Nec cur ille tantopere contendat uideo, niſi tamen multo minus tibi cõcedi poteſt.pro S.Roſ.35 a, Quid erat, quod Capitoni primum nunciarit,neſcio,niſi hoc uideo Capitonem in his bonis eſſe ſocium.

NISVS,us.conatus,greſſus,inceſſus.Tuſc.185 b,Pedetentim inquit,ite & ſedato niſu.poetę.

NITEDVLA,æ,muris genus.pro Seſt.19 a,Vt illa ex uepreculis extracta nitedula,Rẽpub.conaretur arrodere. Seruius, nitela legit.uide Georg.lib.1.

NITENS,tis.nitidus.de Cl.186 b,Non ualde nitens,non planè horrida oratio.

NITEO,es.niteſco,ſplendeo,floreo.)(.Squaleo.in Cat.105 b, Qui nitent unguentis,qui fulgent purpura.cõt. Rul. 64 b, Vectigal quod admiſsis alijs remaneat, intermiſsis nonnũ quieſcat,in pace niteat,in bello non obſoleſcat.de Fin.107 a,Eorum uides quam niteat oratio.

NITESCO,ſcis.niteo.)(.Obſoleſco.Tuſc.162 b , Non intermittit ſuo tẽpore cœlũ niteſcere. in Ara.Exiguo qui ſtellarum candore niteſcit.ad Her.21 b,Ingenio,doctrina,præceptione natura niteſcit.

NITIDVS,a,um.nitens,cultus.)(.Incultus,horridus,agreſtis. in Ver.157 a,Campi colleſq; nitidiſimiq; , uiridiſimiq; & in C.109 a,Quos pexo capillo nitidos uidetis,de Or.98 b,Nitidum & lætum genus uerborum.Or.200 a, Nitida pictura.)(.Inculta & horrida.de Di.114 b,Nitidus.)(.Horridus.Att.188 a,Pro iſto aſſo ſole,à te nitidum ſolem uiſtumq; repetemus.

NITOR,oris.cultus,mundicia.)(.Squalor.pro Cæl.53 b, Siquem offendit huius ſplendor, ſi nitor, iam iſta deſeruentur. & ad Her.39 b,Gemmæ nitor & ſplendor auri.de Senect. 89 b,Tum Lyſimachus intuens eius purpuram & nitorem corporis,dixit,&c,in Arat.Delphinus haud nimio luſtratus nitore.Attic.209 b,Nitor orationis noſter,ſi modo eſt aliquis in nobis.de Clar.167 b,Aetas oratorum,in qua naturalis ineſſet non fucatus nitor.Or.207 a,Sed quia hæc ſponte ſqualidiora ſunt,adhibendus erit in eis exficiendis quidam

quidam orationis nitor.& ad Heren.28 b,Cuius nitor urbis Italiam nuper illuſtrauit.de Leg.157 a, Antipater habuit uires agreſtes ac horridas ſine nitore ac Palæſtra.

NITOR,eris,nixus ſum,& niſus ſum.enitor,cõnitor,adnitor, fulcior,confido,pendeo.de Nat.49 a,Partes terræ undiq; medium locum capeſſentes nituntur æqualiter.de Nat. 48 b, Quam propter nitens pennis conuoluitur ales. & ibid. Nitens plumato corpore coruus.de Nat. 47 b, Ille tamen nitens grauiter ueſtigia ponit.& ibid.a,Engonaſin uocitãt genibus quia nixa feratur.Tuſc.150 a,Sudans nitendo nec proficit hilum.de Na.50 b, Quædam ſerpentes extra aquã ortæ,ſimul ac niti poſſunt , aquam perſequuntur.Acad.17 b,Nitamur igitur nihil poſſe percipi.p Rab.94 b, Quint. Scæuola haſtili nixus de Nat.51 a,Ipſe dux.qui non habet ubi nitatur,reuolat.& in Ver.253 a,Nixus multiercul. pro Planc.273 b,Ego hoc a me ortus,& per me nixus aſcendi. Antequam.193 a,Vniuerſorum auxilium eo plurimum poſſet, quo firmioribus opibus eſt nixum . Antequam. 194 a, Frequentes profectò talibus conatibus obuiam ire niteremur.& Art.147 b,Niti contra honorem alicuius.pro Cor. 71 b,Cum Carthago nixa duabus Hiſpanijs huic imperio immineret.Antequam.194 a, Partim innocentia freti,partim nobilitate nixi.in Piſ.83 a,& Epiſt.64 a,Ego iſtius pecudis conſilio ſcilicet aut præſidio niti uolebam . pro Cæl. 38 a,Fundamenta defenſionis meæ,quæ firmiſsima ſunt,ſi nitantur iudicio ſuorum.pro Clu.51 a.Sicuti ueſtra æquitate nixi confidimus.& 40 b,Is hoc uno nititur,q; ſit ignobilis. & 18 a, Niti & magnopere confidere aliqua re.pro Flac.159 a,Vt iam fractum Græciæ nomen huius urbis laude nitatur.Att.43 a,Suſtentabimus nos,& ſpe qua iubes niteremur.& Epiſt.187 b,Niti ope alterius.in Verr.69 a, Niti gratia & autoritate.Part.241 a,Niti ſcripto.de In.80 b,Vt lex ipſo ſcripto uideatur niti.de Orat.111 b,Res,quæ mendacio nixa eſt.de Fin.61 b,Virtus nititur honeſto . Tuſcul. 235 b,Quod ita ortum eſſet è terra , ut ſtirpibus ſuis niteretur.& pro Cæl.40 a,Arbores nituntur ſuis radicibus . de Or.103 a,M.Scaurus qui prudentia rerum magis quàm dicendi arte nititur.de Orat.92 b, Tum etiam exemplorum copia nitebatur.de In.80 a,Id quo nititur aduerſariorum cauſa.Att.272 a,In cubitum nixus. Tuſc.25 à, Ipſe quoq; ad omnium nitetur facultatem.Ac.189 b,Ad omnia nitor, non ad animum, ſed ad uulnus reficiendum.Tuſ.158 , Sed plurimi contrã nituntur.& 228 b,Virtutis fiducia nitendũ nobis eſt ad ſpem beatè uiuendi.in Arat. Coruus nitẽs extrema hydra.Att.275 b,Reſpub.iuſta & iam ſuis nitens uiribus.Quint.Frat.299 b,Ratio ſaluſq; omnium noſtrum, qui ad Rempub.accedimus,non ueritate ſolum, ſed etiam fama nititur.de Sen.83 b , Tantum quiſque quantum poteſt nititur . & 87 b , Viriditas herbeſcens,quæ nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit.& 94 a, Optimi cuiuſque animã maximè ad immortalem gloriam nititur . pro Mil.105 a, In huius uita nititur ſalus ciuitatis.pro Deio.144 b,Ea frequentia in qua oratorum ſtudia niti ſolent. in Sall.27 b,Satius eſt me meis rebus geſtis florere , quàm maiorum opinione niti.de Di.85 b,Diuinatio coniectura nititur.& 120 a,Diuinatio in coniectura nititur . de Som.127 a, Tu eris unus in quo nitatur ciuitatis ſalus.pro Cæl.42 a,Vt aliquã do in quibus cauſa nititur,ad ea ueniamus . Att.2 a, Domi tius in quo uno maximè ambitio noſtra nitur. Part.241 b, Defenſor autem ea,quã propoſui æquitate,nitatur.Epi. 4 b,Cum maximè conſilio , ſtudio,labore , gratia de cauſa regia niteremur.pro Cæl.37 b,Hoc non faceret,niſi alicuius intolerabili libidine,& nimis acerbo odio niteretur.de Di.84 b,Nam pater altitonans ſtellanti nixus olympo.pro Clu.51,Veſtra æquitate nixi confidimus .

NITRVM,tri.quid ſit conſule Plinium.l.Lomentum.

NIVALIS,le.niue plenus. de Diuin.84 a,Cum tumulos Alba no in monte niuales,Luſtraſti , & læto mactaſti lacte latinas.Poetæ.

NIVEVS,a,um.ad Herenn.34 b,Niueus candor.de Diu.82 b, Saxaq; cana,ſalis niueo ſpumata liquore.

NIX,nuis.de Nat.31 a,Aquam conglaciare frigoribus & niue pruinaque concreſcere . in Cat.109 b,Pruinas ac niues perferre.Aca.18 b,Anaxagoras niuem nigram dixit eſſe.& ibid.Anaxagoras dixit aquam nigrã eſſe,unde nix cõgregata eſſet.Qu.Fr.314 a,Riſi niuem atram,&c.de N.lib. 1, Niue obriguerit pars regionum.

NIXVS,xi.l.Engonaſis.

NIXVS,xus.niſus,uis,nutus.l.Aſtrum.

NO,as.nato.de Fin.134 b,Serpere anguiculos , nare anaticulas,euolare merulas.Tuſcul.235 b,Natura beſtias nãtes aquarum incolas eſſe uoluit.

NOBILIS,le.clarus,inſignis,nobili genere natus,nobili loco natus,ſummo loco natus,honeſto loco natus,bono genere natus , ſummo genere natus , clariſsimo patre natus, auis, maioribus,equeſtri loco ortus,regali ſanguine creatus, nobiliſsima familia natus,ſummo loco,ſummo loco natꝰ,ſtirpe antiquiſsima ortus,in ſumma familia natus,natus in ampliſsima familia , bonis parentibus atque honeſto loco natus,eſſe ex equeſtri loco,ampla & honeſta familia natus,ciuili generoſa ſtirpe profectus,honeſtiſsimi & nobiliſsimi generis,generoſus,quaſi maiorum gentium, non ignobilis,nõ obſcurus,hic familia conſulari eſt,ille prætoria, homines in ueteri dignitate fortunaq; nati.)(.Ignobilis,ignotus,obſcurus.Ep.15 a,Quidam nobiles homines,& de me optimè meriti.& in Verr.93 b,Pericles Epheſius homo nobiliſsimus.Tuſc.192 b,Crantor in noſtra Academia uel in primis nobilis.de Or.89 a,Multi in philoſophia præclari & nobiles.de Ora.122 b,& 123 a,Tres illius ætatis nobiliſsimi & clariſsimi philoſophi.pro Fl. 157 a,Homo apud nos notus,inter ſuos nobilis.pro Cæl.43 b,Mulier non ſolũm nobilis,ſed etiam nota.in Verr.273 a,Qui nobili genere natus eſt . pro Fl.161 a, Amyntas eſt genere , honore, exiſtimatione princeps ſuæ ciuitatis . Quint.de Pet.207 a, Qui nequaquam ſunt tam genere inſignes , quàm utiijs nobiles.de In.63 a, Magnus & nobilis rhetor Iſocrates . in Ver.217 a,Ille nobilis taurus,quem Phalaris habuiſſe dicitur.in Verr.243 b,Tam illuſtre & nobile municipium . de Clar. 175 b,Ciceronis de inceſtu nobilis oratio . de Opt. 244 b,Gladiatorum par nobiliſsimum.pro S.R.35 a,Tres nobiliſsimi fundi.in Verr.125 b,Accipite aliud eius facinus nobile . pro Mur.141 b , L. Nata ſummo loco adoleſcens . de Cl. 194 b,Demetrius non ignobilis dicendi magiſter.Epiſt.29 b,Summo loco natus.& Tuſc.139 b,Honeſto loco natus.& 207 b,Epiſt.100 a,Summo genere natus, terræ filius.& de Leg.185 a,Titanum è genere.Or. 199 b, Thucydides fuit honoratus & nobilis . in Aut. 277 b, At quam nobilis tua illa peregrinatio . pro Rab.P.126 a,Demetrius ex doctrina nobilis & clarus.

NOBILE , pro nobili . Cic.de Iure ciuili teſte Chariſio : Aliquo excellente ac nobile uiro.

NOBILITAS,tis.claritas generis , antiquitas generis, dignitas generis,amplitudo nominis,uetuſtas familiæ.)(.Ignobilis generis,nouitas generis.de Or.131 a,Per tuam nobilitatem,per ueſtram familiam,per tuas ſtatuas.Poſtq. 209 b,Vera nobilitas magnam uim habet.de Cl.170 a, Ad memoriam laudum domeſticarum illuſtrãdam nobilitatem ſuam.pro S.R. 20 b,Aliquis genere ac nobilitate ſuæ ciuitatis facile primus.& 21 a,Sext.Roſcius nobilitatis fautor fuit . pro Seſtio 7 a, Omnes boni ſemper nobilitati fauemus . de Diuin.99 a,Familiæ duæ Aiuſpicinæ nobilitate præſtantes.de Or.155 b,Cum Iſocrates diſcipulorum nobilitate floreret.pro Arch.190 b, Philoſophi in eo ipſo, in quo prædicationem nobilitatemq; deſpiciunt , prædicari de ſe ac nominari uolunt.

NOBILITO,as.celebro,prædico.Tuſ.155 a,Opifices poſt mortẽ nobilitari uolũt.& ibid.Poetæ poſt mortẽ nobilitari uolũt.Of.38 a,Phalaris cuius ẽ præter cæteros nobilitata crudelitas.pro Fl.159 a,Spectata & nobilitata uirtus Lacedæmoniorum.Off.4 a,Quod etiam ſi nobilitatum non ſit, tamen honeſtum ſit.Tuſc.118 b, Clari & nobilitati labores. Par.233 a,Nobilitatus multitudine rerum geſtarum . pro Cor.58 a,Hi quos aut fortuna extulit,aut ipſorum illuſtrauit labor & induſtria.de Sen.82 b,Nec enim ex te unquam nobilitatus es,ſed ex lateribus & lacertis tuis.

NOBISCVM.Orat.211 a,Cum illis dicitur,cum autem nobis non dicitur, ſed nobiſcum;quia obſcœnius concurrerent literæ.Acad.lib.2,Nobiſcum male agitur.

NOCENS,tis.noxius.)(.Innocens.de Na.50 a,& Attic.121 b, Vites à caulibus ut a peſtiferis & nocẽtib.refugere dicunt

in Ver.56 a,Libido hominum nocentissimorum.de Orat. 102 a,Orator qui scelus fraudemq; nocentis posit subijcere o dio ciuium.pro Sex.Ros.27 b,ad Her. 34 b, Innocens si accusatus sit,absolui potest: nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. pro Sest. 23 a, Qui nocentes sũt & natura improbi. Antequam.193 a, Turpis & nocens uita.)(.Honestissimè & laudatissimè acta uita.pro Mur.135 a,Reus nocens.P.arad.124 b,Nocentes & pecuniosi rei.

Noceo,es.officio,obsto,fraudi esse.de Na.77 b,Nec si grando quippiam nocuit, id tonitrui fuit animaduertendum.& de In54 b,Hoc nulla in re unquam quicquam nocuit.Of. 7 a, Declinare ea quæ nocitura uidebantur.in Catil. 117 a,Mihi nihil iam ab istis noceri potest. pro Cec.296 a, Arma alia ad nocendũ,alia ad tegendũ.Ar.202 a,De quo nihil nocuerit,si cum Balbo eris locutus.Off.56 b,Eodem modo cõdi tutum est,ut nõ liceret sui commodi causa nocere alteri.in Ant.202 a,Filio pietas erga patrem fraudi esse non debet.

Noctva,uæ.Quin.Fr.lib.2.Tibi uersus quos rogas,hoc est, Athenas noctuam mittam.

Noctv,nocte,nocturnõ tempore,tenebris.pro Mil.111 b,Ili si insidiaretur nocte prope urbem expectandum. & ad Her.7 a,Noctu an interdiu.de D.95 a,Et noctu ad oppidũ respicientes flagrantes onerarias uidebatis.Ep.236 b, κοιλὸν ἄστρατον noctu eieci.Tusc.218 a, Noctu ambulabat in publico Themistocles.

Noctvabvndvs,di.qui de multa nocte ambulat.Attic.lib.2. Cum complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me uenit cum epistola tua tabellarius.

Noctvrnvs,a,um.pro Sex.Ros.21 b, Decem horis nocturnis LX millia passuum peruolauit.de Legib.177 a,Diagõdas Thebanus omnia nocturna sacra lege perpetua fustulit.de In.51 a,Diurnum nocturnumq; spacium.de Sen.94 a,Nocturni diurnique labores.& pro Do 216 a,Cõcursatio nocturna.& in Cat.97 b,Nocturnum præsidia palatij.pro Mil.193 a,Fur nocturnus.

Nodvs,di.colligatio,uinculum.de Vn.197 a,Omnia duo ad coerendum tertium aliquid requirunt, & quasi nodũ uinculũq; desiderãt.de Am.106 a,Amabilissimus nodus amicitiæ.de Nat.48 a,Æternum ex astris cupiens connectere nodum. & idipsum.133 b,Gallus in scuto pictus,sub nodis distortus,eiecta lingua,&c.de Somn.129 a,Qui numerus rerum omnium ferè nodus est.Ora.218 b,His igitur singulis uersibus quasi nodi apparent continuationis, quos in ambitu coniungimus.

Nodvs cœlestis.pro piscũ sidere & signo.in Ara.Pisces,&c. atque una tandem in stella communiter hærent,Quam ueteres soliti cœlestem dicere nodum.

Nodvs.pro difficili ad expediendum loco,re,uel quæstione. Att.81 a,Dum hic nodus expediatur.Ep.121 a, Incideramus enim in difficilem nodum. ad Bru.289 a, Magnus in repub.nodus est inopia rei frumentariæ.

Nola,urbs.de Clar.165.

Nolanvs,a.Att.126 a,Fundus Nolanus.de Off.7.

Nolo,ne uis,ne uult.non uolo,non libet, pœniteat, negligo. Att.84 b,Noli putare me quicquam maluisse, quàm ut mãdatis tuis satisfacerem.in Pis.89 b,& pro Sext.Ros.29 a, Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis,&c.de Or. 126,Quare uolite existimare,&c.& de Cl.175 b, Noli putare quenquam, &c. & pro Flac.166 a, Nolite existimare eos qui,&c.non expectare huius exitum iudicij.Epist.2 b, Cui qui nolunt,ijdem tibi non sunt amici.Epist.7 b, Euolare altius certè uoluerunt.& 84 a,Nolet hoc tẽporis,&c. Ora.211 a,Nolle,pro non uelle.de Orat.115 b,Cum is se non nolle dixisset.Atti. 114 a, Si erit (quod nolim) accersendus.

Nomen,nis uerbum,uocabulum.de Na.11 a,Nomina noua, nouis rebus ponenda sunt.& de Finib.142 b,Nomina sũt tanquam rerum notæ.de In.50 a,Nomen est,quod unicuique personæ datur, quo suo quæque proprio & certo uocabulo appellatur. de In.65 a , Nomen cum dicimus,cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet. de Nat.72 a,Quoniam Neptunum à nando appellatum putas,nullum erit nomen quod nõ posis una litera mutata explicare un de ductum sit. & ibi. Vocabulorum, cur quique appellati sint, causas explicare. & pro Cec.294,Nihil opus fuit uerbis,cum ea res cuius causa uerba quæsita sint, intelligatur. & de Or.94 a,Res uerbis designant.Item,Si Zenon libros cum rem aliquam inuenisset inusitatam,inauditum quoque ei rei nomen imponere,cur non liceat Catoni.de Fin.93 a, & 90 b,Imponẽdaq; noua nouis rebus nomina,& ibiõ.Tũ magis rebus, quibus parienda uerba sunt.& ibid. de nominibus imponendis multa.Tusc.208 a,Omnis casus in quo nomen poni solet calamitatis.& 192 a,Qui hæc rebus nomina posuerunt.& ibi. Multo melius hæc notata sunt uerbis Latinis quàm Græcis.

Nomen inuenire.de Di.86 b,Quod ab eius litui, quo canitur,similitudine nomen inuenit.& 86 b,Aristolochia,quæ nomen ex inuentore inuenit.& 202 b, Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit.de Diuin.123 a, Quid ergo? Aius iste aiebat & loquebatur,& ex eo nomẽ inuenit. & ibi b,Attulit in cauea pullos is,qui ex eo nominatur pullarius.in Ant.192 a,Legio Martia,quæ à Marte traxit nomen.de Or.132 a, Vt Neoptolemus ad Troiana, sic Nummius diuitor in campo Martio nomen inuenit. Nomẽ est alicui.& id genus alia.pro Cec.290 a,Sext.Clodius cui nomen est Phormio.Tusc.214 a,Eiq; morbo nomen est anuricia.in Verr.227 b,Fons,cui nomen Arethusa est.de Clar. 185 a,Saltatio,cui saltationi Tityus nomẽ est.de Leg.163 a,In insula quæ est in Eridano(nam opinor illi alteri fluminì nomen esse)&c.de Leg.182 b,Cui nomen Nænæ. pro R.P.127 a,Sed res habebat nomen hoc apud illos, nõ hic imposuerat.de Leg.171 b,Quæ non magis legis nomẽ attingunt, quàm si,&c.pro Lig.139 b,Scelus tu illud uocas Tubero? cui isto enim nomine illa adhuc causa carnificij errorem appellant,alij timorem,qui dirius captiuitatem, odium,pertinaciam,qui grauissimè temeritatẽ:scelus peperit te adhuc nemo. Ac mihi quidem si proprium & uerũ nomen nostri in alij quæratur,tantis quædam necessitas incidisse uidetur.de Am.113 a,Notare aliquid multis nominib.Off.8 b, Qui proprio nomine perduellis est, is hostis uocabatur,leniri ne uerbi truncatione rei mitigante. de Nat. 44 a,Hæc spirabilis natura cui nomen est aer.pro Murã. 127 a,Cum ea non reperiantur,quæ uoluptatis nomẽ habeant.in Ver.173 a,Hæc præde ac direptioni cellæ nomen imponis.ad Heren.35 b,Hæc exornatio cui licentiæ nomẽ est.& 22 a,Aliquis,cui prænomen sit decimo de Diuin. 81 b,Cum ambulandi causa in Lyceum uenissemus, nam id superiori gymnasio nomen est.Ep.25 b.Nomẽ imponẽ quo appellor.pro Sext.Ros.15 b,Alter Coresiatrus, ut uit opinor, hoc nomine est.Or.202 b,Quanquam omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est.de Or.105 b, Appellare aliquem nomine.de Orat.129 a,Nam ea dicta appellantur proprio iam nomine.pro Sext.Ros.34 a,Hi quos qui leuiore nomine appellant,percussores uocant.in Ver.261 b,Pecunias,quæ nomine iudicium hoc appellatur,non repetunt. pro Do. 527 a,Vtrum igitur peccato meo nomen exulis subeo, an re iudicata? Epist.69 a,Eorumq; nomina magna uoce pronunciauerunt. de Clar.191 a,Hic nomen honoris adeptus est,non honorem.Epist.63 b,Ego autem meis rebus gestis hoc sum assecutus,ut bonum nomẽ adeptus existimer. De nomine alia quædam.pro Dom.220 a,Hæreditas nominis de Finib.91 a,Acquiescere in nomine alicuius. de Ora.95 a,Impudentiæ nomen fugiendum.Epistol.9 b,Nomen gauisimum & sanctissimum pietatis.& 36 a, Tamen ista nostra nomina nunquam sum admiratus.de Inuent.61 b,Viri nomine & memoria digni. de Clar.186 b,Huius magni nomen in patronis fuit. & 193 a,In dicendo pauci digni nomine euadunt. Orat. 198 b,Quidam magnum nomẽ in oratoribus habuerunt.& de Clar.187 a,Verum qui omnino nomen habuerint,non ita multi fuerunt.Ar.115 a,Nullus usquam delectus,&c.nec omniadant.in Ant.111 b,Omnes nomina dant.pro Dom. 236 b, Quem in numerum nemo nomen dedit,nisi scelere perditus.Qu.F.323 a,Appius Gabinium accusauit maiestatis,nomina data.

Nomen,in ablatiuo uarijs modis,præsertim pro causa, titulo,prætextu,&c.Att.90 a, Dicæarchus mulcis nominibus Græcos in eo reprehendit , quòd mare tam secuti sint . in Ver.237 b,Damnatus nomine coniurationis.Epist.18 a, Quanquam me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo,tamen,&c.pro Flac.151 a, Classis nomine pecunia ciuitatibus imperata est.pro Mar. 143 b,Neque isti me meo nomine interfici uolunt, sed, &c.de Clar.176 a,Brutus uir tanto nomine.Attic.275 b,Cicero mihi meritò,& meo nomine, & reipublicæ charissime . in Pis.98 b, Omni totius prouinciæ pecore compulso pellũ nomine . & ibid.Quod quasi uasarij nomine adcripseras. in Ant. 158 b, Mihi & gratias agebãt boni uiri , & nomine tuo gratulabantur.de Am.116 b,Quoniã illud minus , in tuo nomine apparuit. pro Quin.Rosc.51 b,An alio nomine , alia de causa abstulisse? Topic. 222 b, Omnia uxoris , uiri fiunt , dotis nomine.Epist.188 b, Hoc à te peto non solum Reipublicæ, sed etiam amicitiæ nostræ nomine.in Cat. 107 a, Etenim credo bellum populo Romano suo nomine indixit. pro Cecin. 288 a, Is nomine hæredis arbitrium familiæ hercisciundæ postulauit.Epi 50 b, Quid est quod tu cum fortuna hoc nomine quæri posis? 148 a, Quo nomine etiam C.Furnio,&c.mandata dedimus.pro Rab.97 a, Omnes hi abs te capitis C.Rabirij nomine citantur.pro Qu. Rosc. 52 a.Flamius HS.CCCLIII. Panergi nomine Fannio dissoluit. Q. Frat.307 a,Quod ad me Lentuli nomine scripsisti,locutus sum cum Cincio,&c. pro Mur. 140 b, Præsertim talis uiri nomine rogatus.pro Quin .Rosc.53 b,Petere sibi,& petere alteri id est,nomine suo,uel alterius.pro Cecin. 298 b, Honesto & probabili nomine errorem obijci cuipiam.Nomen,cum de pecunijs, rationib. syngraphis, debitoribus, criminibus intelligitur.Epist.4 b, Qui nũc populi Romani nomine,re autem uera sceleratissimo latrocinio conantur, &c.pro Quinc.3 a, Cum æris alieni aliquantum esset relictum, quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret.& 6 b,Moritur C.Quinctius, qui tibi, ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit.& 13 b,A me nomine eius quod inficiatus esset, diem petiuit . Attic. 83 b, Nam aut bono nomine centesimis contentus erat, aut non bono quaternos sperabat.pro Quinct.Rosc.45 b,Non refert parua nomina in codicem? imò omneis summas. & ibid.Leue hoc nomen HS.CCCLIII.sunt?Epist. 64 b, Ego hoc sum assecutus ut bonum nomen existimer.Epi.75,Nomen eratsestertijs XXX.Atti.228 a, Et si nomina iam facta sunt,uel induci,uel mutari possunt.Offic.65 b, Caninius nomina facit,negocium cõficit.pro Plan.273 b,Vtrum igitur me cõturbare oportet?an cæteris cum cuiusque dies uenerit hoc nomen quod urget?nunc cum petitur,dissoluere. Top.222 a,In nominibus esse,& in tabulis deberi.in Ver.238 a:Pecuniam alicui esse in nominibus , numeratam non habere. in Verr.81 b,Exigere nomina sua.in Ver.127, Hic tum ait nomen absentis deferre se uelle,iste uerò fereceptum.de Inuen. 69 a, Cum ueneficij cuiusdam nomẽ esset delatum. Att.201 b,Sustinenda solutio est nominis Cereliani, dum de Metione sciamus.& 214 b,Si Faberius nomen illud ex plicat,noli quærere quanti.& 255 b , Nomina mea p deos expedi.& 261 a,Sed & illi turpe arbitror eo nomine quod fastidato debeat,procuratores eius non dissoluere.in Sall. 275 a,Ex Africa tantum hic exhausit , quantum potuit aut fide nominum traijci,aut in naues contrudi.

Nomenclatio,nis.appellatio. nominatio. Qu.de Pet.211 a,Fa desiderat nomenclationem,blanditiam,&c.

Nomenclator,oris. monitor , qui ciuium & seruorum nomina nouerat, ἐνομακλήτωρ. pro Mur. 141 b , Quid quod habes nomenclatorem ? & ibid . Cives tui per monitorem appellandi sunt.& Quint.de Pet.209 b, Attic.53 a,Nemo ullius ordinis nomẽclatori notus fuit , qui mihi obuiam non ueniret.Qu.Fra.301 a,Legi epistolam,quam ipse scripsisse Sylla nomenclator dictus est.

Nominatim.)(.Sine nomine. de Nat. 23 b,Epicurus uoluptates persequitur omnes nominatim.Ep.216 a, Duo sunt quæ te nominatim rogo,primùm,&c.deinde,&c.& 106 a, Nominatim tibi signa mihi nota mandassem,si probassem. Atti. 174 a,Tũ ille ita edixit, ut me excipere nominatim. ibi.Poterat enim sine nomine res excipi. At. * Non nominatim,sed generatim proscriptio est informata. Att. 112 a, Posthumius de quo Senat* nominatim decreuit , ut statim mitteretur in Siciliam.pro S.R.25 b Possum multos nominatim proferre,qui,&c.in C. 119 a, Qui in custodia nominatim dati sunt.contra Rull.78 b, Excludi nominatim honore aliquo.Att.49 a,Sed tibi nihil nominatim,&c.

Nominatio,onis.in A.248 b, Paternus auguratus locus,in quo eum ut quod a parte accepi filio reddam , mea nominatione cooptabo.& Att.277 b.

Nominatio,ἐνυματοποιία, figura quędam rhetorica.ad Heren.33 b,Nominatio est , quæ nos admonet , ut cui rei nomen, aut non sit,aut satis idoneum non sit,eam nosmet idoneo uerbo nominemus, aut imitationis.aut significationis causa.&c.

Nomino,as.appello,nuncupo,perhibeo,uoco,nomen pono uel impono,nomine appello,nomen appello , uerbo noto proprio nomine signo,nomine noto,usurpo,compello,nomẽ inuenire.de N.38 a,Res ipsa in qua uis inest maior alia qua,sic appellatur.ut ea ipsaiuis nominetur deus.Orat.200 a,Multiq; alij qui sunt nominati sophistæ . Tusc.233 a,Ex maiore parte pleræq; res nominãtur. & Ep.14 a,Qui tum optimates nominabantur. de Diu. 123 b, Attulit in cauea pullos is,qui ex eo nominatur pullarius.Offi.43 b,Nam ei fordidum erit ad famam committere , ut accusator nominetur.pro Plan.278 a,Ergo ego committerem , ut proditor reipub.nominarer?in C.102 b, Vt hoc latrocinium potius quàm bellum nominaretur.Ora.217 b, Ab alijs ijdem pedes alijs nominantur uocabulis.in V.69 b,C.Curio,quẽ hominem honoris potius quàm contumeliæ causa nominatũ uolo.pro S.R.19 a, Vir clarissimus & fortissimus L. Sylla,quem honoris causa nomino.& ibid . Quas ut æquũ est,familias honestatis amplitudinisq; gratia nomino.Epi. 15 a,Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam continuò. pro Cec.274 b, Rem aliquam suo certo ac proprio uocabulo nominare.de Fin.99 b,Ex omnibus philosophis Stoici plurima nominauerunt.Att.177 b,Eam nominationem à te petimus , nam digniorem nominare non potes quàm Bibulum.de N.70 b,Mercurius, quem Aegyptij nefas habent nominare.in Ver.228 a , Vrbẽ quæ Tyche nominata est . pro Arch. 190 b, Omnes prædicari de se & nominari uolunt.de Nat.69 b,Stellas belluarum nomine appellas,ut capram,&c. de N. 47 b, Hunc claro perhibent Ophiuchũ nomine Graij.Or.202 b,Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit.de Cl.173 a,M.Lepidus,qui est Porcina dictus.

Nomios i.Apollo.de Nat.71.

Nomophylaces , legum custodes . de Legibus . 193 a, b.I. Censor.

Non,haud,nullus,parum,minus,nihil,neutiquam, haudquaquam.)(.Etiam.pro Flac.157 a,Non est ita iudices,non est profectò.Att.92 b, Equidem doleo non me tuis literis certiorem fieri.Acad.26 a,Vt sequens probabilitatem, ubicũque hæc aut occurrat , aut deficiat , aut etiam , aut non respondere possit. & 24 , Cum Dialectici sic statuant,omne quod ita disiunctum sit , quasi aut etiam , ut non modò uerum esse,sed etiam necessarium.Attic.173 b, Non possum eius casum non dolere.Att.120 a,Non ager Picenus amissus?non patefactum iter ad urbem? non . 4 Ver. Cognitorem ascribit Schenio : quem ? cognatum aliquem aut propinquum ? non.de Sen . Nec uerò dubitet agricola,quamuis senex, quærenti cui serat , respondere , dijs immortalibus , qui me non accipere tantum à maioribus uoluerunt sed etiam posteris prodesse.Attic.lib.10, De die nihil sanè potest scribi certi , præter hoc, non ante lunam nouam . 7 Fam.Græcos uerò ita non ames , &c. pro oderis . de Sen. Quod equidem non amisi adhuc, & uideris annos meos.2 de Legibus.Non attingunt ea legis nomen.2 de Legibus. Non cogere omnia uis,ac minis , sed persuadere aliquid. pro Rosc. Amer . Non continuò , si me in gregem sicariorum contuli,sum sicarius.1.de Nat.In quo leuiter apparet claudicatio non deformis . de Amic . Quid enim tam absurdum,quàm delectari multis inanibus rebus,ut honore,ut gloria,ut ædificio,ut uestitu,cultuq; corporis: animo autem uirtute prædito,eo qui uel amare,uel(ut ita dicam) redamare possit,non admodum delectari ? de Amic.Quid enim interest,motu animi sublato, nõ dico inter pecudem & hominem , sed inter hominem & saxum , aut truncum, aut quiduis generis eiusdem?ad Att.Vt ea non dicam conprobes,sed studiose libenterq; comprobes.ad Brut.Non dicam

cam. in epist. Bruti. pro, ne dicam. 7 Ver. Non dicam ne illud quidè si maximè in culpa fuerit Apollonius. 4 Aca. Illi non dubitant, quin ea uera nõ sint quæ defendunt. ad Car. lib. 15, Itaque & prouinciam ornatam, & spem non dubiã triumphi neglexi. 3. Off. In mancipio uendendo dicendane uitia? non ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili. 1 da Nat. d. Non enim si mundus nullus erat, secula non erant. 3. Verrin. Non est, non est in hoc homine cuiquam peccandi locus. de Vniuer. non est cunctandum pro fideli, pro Flac. Non est ita iudices, non est profectò. 9 ad Attic. Nõ erat nec recentior, nec melior. Topic. Non esse, quæ dicantur. de Am. Quod Non ferè contingit nisi ijs, qui etiam contemnendos se arbitrantur. pro Sest. Denique ex bellica uictoria, non ferè quenquam est inuidia ciuium cõsecuta. 7 Verr. Non ferè quisquam nostræ industriæ fauet. pro Ros. Amer. Donum suum istum non ferè quisquam uocabat. 2 de Leg. Non fani, sed duelli instrumenta æs atque ferrum. 2 de Leg. Non floreret tam diu memoria Attij Nauij nomen. de Am. Non igitur utilitatem amicitia, sed utilitas amicitiam consecuta est. ad Cæsarem, lib. 7, Sed more Romano quomodo homines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem uirum, prudentiorem esse neminem. 1 Verr. Non inertissimus homo. 6 Ver. Non ita antiqua simulachra. 4 Verr. Non ita multum tecum fuit. pro Ros. Amer. Nũ ita multis antè annis. 1 de Nat. Non ita uale mouentur his homines mediocres. 4 Fam. Ser Sulpitij. Non incũdissimum. Acad. edit. 1, li. 2, Ita priori posterius, posteriori superius non iungitur. Hoc est, aduersatur & repugnat. 5 Verr. Homo non malus. 6 Verrin. Non minimè commoueri, id est, maximè. 1 Verrin. Hi sciunt hoc nõ modò a me petitum esse, sed ita sæpe, & ita uehementer esse petitum, ut, &c. de Amic. Eaq; adhibeatur admonendum, non modò apertè, sed etiam acriter, si res postulabit, &c. Attic. lib. 9. 4 Acad. Nos autem in libris habemus non modò Cos. à Prætoribus, sed ne Prætores quidem creari ius esse. 2 Philip. Quos clientes nemo habere uelit, non modò esse illorum cliens. de Amic. Quare talis improborum consensio, non modò excusatione amicitiæ tegenda non est, sed potius omni supplicio uindicanda est. Dolabellæ, lib. 9, 4 Acad. Contingit enim tibi, quod haud scio an nemini, ut summa seueritas animaduersionis nõ modò nõ inuidiosa, sed etiã popularis esset. de Arusp. Gaudeo mihi de toto hoc ostento datam non modò iustam, sed etiam ne cessariam causam esse dicendi. Epist. Pollionis, lib. 10, Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullam quoquam misi. 3 de Leg. Nihil habui sane nõ modò mulcum, quod putarem nouandum in legibus. de Am. Qui duabus urbibus euersis inimicissimis huic imperio, nõ modò præsentia, uerum etiam futura bella deleuit. Att. lib. 8, Nihil prætermissum est quod non habeat sapientem excusationem, non modo probabilem. ad Attic. lib. 10, Horum ego summorum imperatorum non modo res gestas nõ antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florẽtissima, nos duriore conflictari uidemur. de Amic. Vt omnia subterfugere, non modo sapientiæ, sed etiam fœlicitatis diceret sibi uideri. Epi. Trebonij lib. 12, Non enim nescis quanti te faciam, & q̃ pro ueterrimo uerissimoq; amore omnib. tuis etiam minimis commodis, non modo tanto bono gaudeam. Attic lib. 13, Sed unum eiusmodi, quod nisi exercitus sciret, non modo Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. pro Mur. pro Quint. & 4. Verr. Nõ nemo etiam in illo sacrario Reip. in ipsa inquam curia nõ nemo hostis. pro Leg. Manil. Quum esset non nemo in Senatu qui diceret non oportere. ad Cæl. lib. 2, Quod tamen fortasse nõ nollẽ, si possem ad ociũ. 2 de Leg. Non operosius textile, quam mulieris opus menstruum. pro Qui. Nõ parum facetus scurra. pro Ros. Amer. Nõ pauca suis adiutoribus largè, effuseq; donabat. pro Ros. Amer. Non paulũ nescio quid in rem suam conuerti. de Am. Magnum opus est, egetq; exercitatione non parua. 2 de Inuent. Non parum cognosse, turpe est, sed in parum cognito stultè & diu perseuerasse. 4 Verr. Non plus quàm Liguri, &c. de Amic. Quæ dirimi, nisi detestabili scelere non potest. pro Syll. Non possunt omnes esse patricij. de Am. Sed hoc primùm sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. 2. de Le. Non præsinio omnia tam restrictè uel hominum uitijs, uel sũtũ sidijs temporum uictus. 1 de Nat. Non pudet igitur Physicum de Amic. Sine lachrymis non queo dicere. Attic. lib. 7, Vt ab urbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem: non quòd haberem magno pere quid scriberem, sed ut loquerer tecum absens. 5 Ver. Magnæq; pecuniæ coactæ sunt: nõ quò iugerum numerum uerè profiteri esset difficile, &c. 12 Fam. C. Trebonij. Non sciebam. pro, nesciebam. 2 de Legib. Non scis cam alterã maiorem ullam. pro Cluent. Att. lib. 4. Non secus hanc causam defendissem, ac si lege Habitus teneretur. de Am. 2 de Nat. Quia non sine magna causa sit neglecta amicitia. ad Cornific. lib. 12, Vultus me herculè tuos mihi expressè omnes, non solùm animum ac uerba pertulit. de Sen. Omnia memoria tenebat, non domestica solùm, sed etiam externa bella. in Ver. Non solum effugiemus, &c. accedet nobis etiam illud, &c. ibid. Est enim minus eius non ingenij solum, sed laterum etiam & uirium. pro Clu. Plura ne dicam, tuæ me etiam lachrymæ impediunt, uestraq; Iudices, non solùm meæ. 1 Off. Ad quod est adhibenda actio quædam, non solùm mentis agitatio. Terentiæ, lib. 14, Vestrum iam consilium est, non solùm meum, quid sit uobis faciendum. de Sen. Non solum quia nunquam deserunt, nec in extremo quidem tempore ætatis (quanquam id quidem maximum est) uerum etiam quia conscientia bene actæ uitæ, multorumque benefactorum recordatio iucundissima est. Attic. 29, Literæ non solùm quid Romæ, uerum etiam quid in Republica neque solùm quid fieret, uerum etiam quid futurum esset indicabant. ad Lent. lib. 1, Habui non temporum solùm rationem eorum, sed etiam naturæ. de Amicit. Non tam utilitas parta per amicum, quàm amici amor ipse delectat. de Senect. Nec tamen omnium adolescentum, sed non proborum. pro Rosc. Amer. Nisi tantæ meritas, ut non procul abhorreat ab insania. de Am. Quisobrem angor iste qui pro amico sæpe capiendus est, non tantum ualet ut tollat è uita amicitiam, non plus quàm ut uirtutes, quia nonnullas curas & molestias afferunt, repudientur. de Senect. At hi quidem iam mortui sunt: non uerò tam isti, quàm tu ipse nugator. 1 de Inuent. Nam sæpe satis est quid factum sit, dicere, non ut enarres quemadmodum sit factum.

Nonagesimus, a, um. de Sen. 97 b, Nonagesimus annus.

Nonae, arum. pro Flac. 165 b, O nonæ illæ Decembres, quæ me consule fuistis. pro. Quin. 10 b, Aliquid factum esse Nonis Februarij.

Nonagies. in Verr. 185 b, In alteras decumas fermè ad nonagies.

Nonaginta. de Senect. 83 b, Masanissa nonaginta annos natus.

Nondum, nec dum, neque dum, nihil dum, etiam nunc non. Att. 65 a, Iudicia reliqua impendent, nondum est planè peditum. de Cla. 190 b, Quorum tamen ipsorum ad ætatẽ Nolaus eloquentiæ perfecta nondum fuit. de Di. 111 b, Nondum dico quum hæc signa nulla sint. Ep. 181 a, Nondum satis constitui, &c. Epist. 186 b, & 171 b, Nihil dum audieramus ubi esses. & 151 a, Nihil dum enim sciebam, &c. Epi. 173 a, Ne de Planco quidem spem adhuc abiecit. Att. 116 a, & pro Cl. 32 b, Neque dum.

Nongenti, orum. id est 900. pro Flac. 163 b, Falcidius emerat HS. nongentis milibus. & Epist. 70 a, De HS. nongentis milibus.

Non modò, non solum, ne dũ, quo minus. de Ar. 245 b, Gaudeo mihi de toto hoc ostento datam non modò iustam, sed etiam necessariam causam esse dicendi.

Nonne, an non. pro Cecio. 392 a, Verùm ita est uti dicis, se deiectum debeo intelligere, nonne? Tusc. 235 a, Cum esset ex eo quæsitum, Archelaum Perdiccæ filium, nõne beatum esse ut paterẽtur? & de Nat. 78 a, Tum putaret in Verr. 266 a, Nonne ita est? & de Nat. 78 a, Tu qui putas, &c. nonne animaduertis?

Nonnihil, aliquantum. pro Qu. 1 a, Nõnihil commoueor. Att. lib. 2, Nonnihil pigmenta consumpsit. Fin. 4, Non quia bonum sit ualere, sed quia sit non nihilo æstimandum.

Nonnvllvs, a, um. aliquis, non nemo. pro Mureu. 138 b, Consilium tuum nonnulla in re forsitan emendare possitis. Philip. 1, Nonnullum officium. de Legib. lib. 2, Nonnulli illi faciunt imperitè. Acad. lib. 4, & Verr. 5, Sunt inter nos nonnulla communia.

Nonnvnqvam, aliquando, interdum, est cum. de Nat. 78 a, At nonnunquam bonos exitus habent boni. Epi. 64 a, Et te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi. Oct. 330 a, Nonnunquam & aliquando. ad Herẽ. 32 b, Est cum non est satius, si, &c.

Non plusquam. Of. 76 a, Neq; enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas esse potest, nõ plusquam amicitia, &c. de Sen. 82 a, Nec nunc quidem uires desiderio adolescentis, non plusquam adolescens etiam uires tauri desiderabam.

Non solum, non modò, neque solùm, nec solùm. in Ver. 71 b, Non solum effugiemus, &c. accedet nobis etiam illud, &c. de D. 100 a, Neque solum in pace, sed in bello multo etiã magis. de N. 13 a, Nec sententijs solum copiosè, sed uerbis etiam ornatè. Tusc. 195 b, Nec uerò ægritudinis solum sed etiam, &c. Att. 264 b, Vt ea non dicam comprobes, sed studiosè, libẽterq; comprobes. & 29 a, Literæ nõ solùm quid Romæ sed etiã quid in repub. neque solùm quid fieret, uerùm etiam quid futurum esse indicabant.

Novvs, a, um. de Som. Scip. 129 a, Nã terra noua immobilis manet, &c.

Norma, æ. regula, lex quædam, præscriptio. Acad. 35 b, Fontem omnium bonorum in corpore esse, hanc normam, hãc regulam, hanc præscriptionem esse naturæ. de Orat. 160 b, Nec sũt hęc rhythmicorum aut musicorum accerrima norma dirigenda. de Amic. 99 a, Nunquam ego dicam eos ad istorum normam fuisse sapientes. de Orat. 124 b, Plura homines iudicant odio aut amore, &c quàm ueritate aut præscripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus. pro Mur. 124 b, M. Cato uitam ad certam rationis normam dirigens, & diligentissimè perpendens momenta officiorum omnium. de Le. 265 a, Nos legem bonam à mala nulla alia, nisi naturali norma diuidere possumus. de Le. 182 b, Natura quæ norma est legis. l. Perpendiculum.

Nosco, scis, cognosco, notum uel cognitum habeo, noticiam alicuius rei habeo. de Nat. 3 b, Omnes philosophiæ partes tum noscuntur, cum totæ quæstiones scribendo explicantur. & 9 b, Deus ille quem mente noscimus, atque in animi natione tanquam in uestigio reponimus. Acad. 21 a, Nihil esse, quod noscij, percipi, comprehendi possit. de Inuen. 53 b, Noui intelligentiam uestram iudices, non potest ita uideri. de Leg. 182 a, Nostis extra portam Collinam ædem Honoris. in Ver. 179 b, Qui nostrum unumquenq; optimè norunt. de Or. 36 b, Omnes animorum motus penitus pernoscendi. Tusc. 159 a, Et nimirum hanc habet uim præcepium Apollinis, quo monet ut se quisque noscat. & ibi. Cũ igitur nosse te dicit, hoc dicit, nosce animũ tuum. & de Finib. 153 b. Nosti credo illud, nemo pius est, qui pietatem cauet. de Finib. 79 a, & Epi. 108 b, Nosti cætera. Att. 103 b, Reliqua, quæ nosti ferenda. Att. 9 a, Nosti illas λεκυθίας. pro Sext. Rosc. 27 b, Sed si ego hos benè noui, literam, &c. Att. 141 a, Si Cæsarem benè noui. & 83 b, Si digitos tuos noui. Orat. 201 a, Nouerit igitur hic, &c. in Pis. 86 a, Qui ciuitatis uestræ non leges, non iura noritis. de Leg. 158 a, Atqui uereor ne istam causam nemo noscat. & 168 a, Sapientia nos cùm cæteras res omnes, tum quod est difficillimum do cuit, ut nosmetipsos noscereemus: cuius præcepti tanta uis, tanta sententia est, ut ea non homini cupiam, sed Delphico Deo tribuereturr; nam qui seipse norit, primùm aliquid sentiet se habere diuinum. Quint Frat. 326 b, Vt bona nostra norimus,

Νόσημα. l. Morbus.

Noster, a, um. pro Do. 122 b, Sextę noster bona uenia, &c. Qu. Fr. 291 b, Alienus autem noster cùm animo & beneuolentia, tum etiam imitatione uiuendi.

Nostras, tis. noster, nostræ gentis, consuetudinis, artis, sectæ, &c. Ep. 134 b, Capior facetijs, maximè nostratibus. Tuscul. 246 a, Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere nostrates philosophi facere non potuerũt? Ep. 23 b, Mihi uerba desunt, neque solum ista uestra oratoria, sed hæc etiam leuia nostratia,

Nota, æ. signum, insigne, uestigium, de Ora. 124 a, Si aurum defossum cuipiam cõmonstrare uellem, signa & notas ostẽderem locorum. de Finib. 142 b, Nomina sunt tãquam rerum notæ. & Tus. 161 a, Notæ literarum. Par. 232 a, Literatura constat ex notis literarum. & de Diu. 127 a, Notæ priscarum literarum in robore insculptæ. in Pison. 75 a, Aristarchus, qui notam apponebat ad malum uersum. & Ep. 205 a, Notam apponam meam, quæ mihi tecum conuenit. de Diuin. 94 a, In quibus tanquam insignia ne uera uera appareant. & Acad. 10 b, Insigne uerum est, nota uera. Or. 201 a, Loci & quasi argumentorum notæ. de Clar. 191 b, Atque ea notæ sunt optimę. de Nat. d. 4 b, Certa iudicandi assentiendiq; nota. & Acad. 9 b, Nota ueritatis. Att. 7 a, Literæ insignes amoris notis. de Inuent. 80 a, Literæ, tenues & obscuræ notæ sunt uoluntatis. de Di. 118 a, Quàm scitè per notas nos certiores facit Iupiter. Top. 221 b, Nota & notatio idem, & 223 b, Aristoteles hoc idem σύμβολον appellat, quod est latine nota: quia sunt uerba rerum notæ. in V. 131 a, Signum, nota, uestigium. pro Mur. 129 b, Iuris cõsulti notas quasdã composuerunt, id est, formulas. Ep. 109 2, Sulpitio successori nos de meliore nota commenda.

Nota, infamia, ignominia. de Pro. 74 a, Vos Gabini literas insigni quadam nota atque ignominia noua cõdemnastis. in C. 100 a, Quæ nota domesticę turpitudinis non insita uitæ tuæ est? & quod dedecus non hæret infamię? pro Rab. 95 b, Homo insignis omnibus notis turpitudinis. pro Cluent. 44 a, Is censoriæ seueritatis nota non inuretur? pro Dom. 271 a, In hisce ędibus monumentum collocasti ad equitum notam, ad dolorem bonorũ omnium. in Ver. 246 a, Inerat in illo fœdere, quasi quędam nota seruitutis. Offic. 37 a, Barbarus compunctus notis Threijcijs. in Ant. 159 a, Hęc iusta est à te mortuo Cęsari nota ad ignominiam sempiternam. Offic. 66 b, O turpem notam temporum illorum.

Nota. pro ea quam uulgò Ziphram uocant, σημεῖον Grecì. Epi. 205 a, Reliquis epistolis tantum faciam, ut notam apponam eam, quę mihi tecum conuenit, &c. Att. 216 a, Parum intellexit, credo, quia διάσημεῖον scripseram.

Notabilis, e. insignis, conspicuus, conspiciendus. Epi. 68 a, Si exitu notabili concluduntur.

Notatio, onis. nota. l. Etymologia, & Interpretatio. Topic. 221 b, Notatio, cum ex ui uerbi argumentum aliquod elicitur. & ibid. Argumentum ex nota.

Notatio, obseruatio, animaduersio, descriptio. de Diui. 126 b, Chaldęis in prędictione & in notatione cuiusque uitę ex natali die minime credendum est. de Cl. 170 a, Licet eligãt ea, quæ notatione & laude digna sunt, omnes oratorię uirtutes in eis reperientur. de Cl. 171 a, Ego uerò delector ista quasi notatione temporum. de Orat. 141 b, Similiũ uerborum cõseruata & immutata casibus, aut traducta ex parte ad genus notatio, & unius uerbi imagine totius sentẽtię informatio. Or. 215 a, Notatio naturę & animaduersio peperit artem. pro Clu. 44 b, Notatio tabularum. & ibid. a, Notatio censoria. pro Sest. 15 a, Notatio censoria grauissimum iudicium sanctissimi magistratus. in Ant. 197 a, Delectis uerò & notatio iudicum etiam in nostris ciuibus haberi solet. Offic. 74 b, Notationes animaduersionesq; censorum. ad Heren. 22 b, Diligens notatio imaginum. ad Heren. 39 b, Notatio est, cum alicuius natura certis describitur signis.

Notatvs, a, um. descriptus. de Orat. 120 a, Pauca enim sunt, quę animo quasi habere notata uideamur. ad Heren. 36 b, Notatior forma. pro Dom. 217 b, Cõtaminatissimus & omnium scelerum libidinumq; maculis notatissimus. Epist. 110 a, Equidem sperabam ita notata me reliquisse genera dictorum meorum, ut cognosci sua ponte possent.

Notio, onis. cognitio, intelligentia, noticia, iudicium significatio, uis. Top. 222 b, Genus est notio ad plures species pertinens. forma est notio cuius differentia ad caput generis, & quasi fontem referri potest, notionem appello, quod Graeci tum ἔννοιαν, tum προλῆψιν dicunt: ea est insita, & ante percepta cuiusque formę cognitio, enodationis indigens. & de Fin. 94 b, Simul autem cœpit intelligẽtiam, uel notionem potius, quàm appellant ἔννοιαν illi, uiditq;, &c. Tus. 160 b, Neque fieri posse ut tot rerum insitas, & quasi consignatas in animis notiones quas ἔννοιας uocant, haberemus nisi, &c. Acad. 9 b, Si notione ueri, & falsi propterea quod ea non possunt internosci, nullam habemus. & 21 b, Quæ

b, Qua igitur notione discerneres? de Fin. 55 a, Naturalis atque insita in animis nostris notio. & 97 a, Rerum notiones in animis sunt, de Nat. 10 b, In omnium animis deorũ notionem impressit ipsa natura. & 28 b, In animis nostris informatas esse deorum notiones. de Nat. 7 b, Mens simplex nulla re adiuncta fugere intelligentiæ nostræ uim ac notionem uidetur. & 9 b, Deus ille quem mente noscimus atque in omni notione tanquam in uestigio reponimus. & 34 b, Cum taleni esse deum certa notione animi præsentiamus. Top. 258 a, Notio sic quæritur, sit ne id æquum, quo i ei qui plus potest, utile est. Tuscul. 234 a, Huic uerbo cum beatũ dicimus, subiecta notio est, secretis malis omnibus cumulata bonorum complexio. & 220 b, Definitiones declarant communes notiones. & ib. Quæ enim istarũ definitionum non aperit notionem nostram, quam habemus omnes de fortitudine tectam & inuoluram. pro Do. 220 a, Omnis notio pōtificum cum adoptaret esse debuit. de Pro. 79 a, Clodius Cēsorium iudicium ac notionem & illum morem seuerissimum magistratũ de ciuitate sustulit, pro Cec. 291 b, Quid ad actoris notiõē, & ad animaduersionem ages? Offi. 67 a, Si quis uoluerit animi sui complicatam notionem euoluere. & 68 a, Explica atque excute intelligentiam tuam, ut uideas quæ sit in ea species, forma & notio boni uiri.

Notitia, tiæ notio, cognotio, prudentia. Orat. 207 b, Inuoluræ rei notitia definiendo aperienda est. Acad. 9 a, Notitię rerum, quas Græci ἔννοιας uocant. de Fin. 139 a, Natura ingenuit notitias paruas rerum maximarum. de Fi. 97 a, Hoc quarto, &c. bonorum notitia facta est. Offi. 51 a, Valetudo conseruatur notitia sui corporis. pro Cæl. 51 b, Notitia nouna mulieris. de Finib 67 a, Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est. de Leg. 170 b, Nullũ est animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei.

Noto, as. animaduerto, obseruo, distiguo, describo, designo, inuro, constituo. Orat. 199 a, Facilè est uerbum aliquod ardens, ut ita dicam notare, idq; reprehendere. de Or. 111 b, Nō est dubium, quin si quis hoc animaduertit, id possit notare. de Clar. 194 b, Apollonius in notandis animaduertendisq; uitijs prudentissimus. & 195 a, Quid tanquam notandum animaduertendumq; sit in Hortensio, breuiter licet dicere. de Or. 233 a, Genus huius ridiculi insigni aliqua & nota re notari uolo. & 160 a, Numerum in gurtis cadentibus, quod interuallis distinguuntur, nocate possumus. & ibid. b, Notatur maximè similitudo in conquiescendo. & 161 a, Hæc uulgus imperitorum in audiẽdo notat. de Clar. 179 a, Vt hoc in qua ætate accidisset posset notari. Atti. 106 b, Diem tuum ex epistola tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notauerã. Top. 221 b, Demōstrare & notare locum. Ora. 207 b, Conseruare & notare tempora. de Nat. 59 a, Multa diuturnus usus ita notauit, ut aerem diuinationes efficeret. de Orat. 94 a, Quæ obseruata sunt in usu dicendi, hæc ab hominibus peritis animaduersa ac notata sunt. de Di. 82 b, Obseruata sunt hæc tempore immenso, & significatio euentus animaduersa ac notata. & 127 a, Chaldæi animaduertunt ac notant ea sidera, quę, &c. de Diu. 80 a, Chaldæi motus stellarum obseruauerunt, quibus notatis quid cuique significaretur memoriæ prodiderunt. & 99 b, Arabes propterea facilius cantus auium uolatusq; notauerunt. & 87 b, Obseruatis ac notatis signis. & de Nat. 62 b, Quis cornicis cantum notauit? Epist. 83 b, Notantur mihi signa ad diuinandum duplici quadã uia. de Fi. 86 a, Notandus est dies natalis. in Ver. 241 a, Notare initium ueris, aut à Fauonio, aut ab aliquo astro. Aca. 10 a, Proprium in communi signo notari non potest, & Ep. 105 b, Tamen id caput notaui, & descriptum tibi misi. Tusc. 192 a, Melius hæc notata sunt uerbis Latinis quàm Græcis. & de Fi. 90 b, Notare res nouis nominibus. & 92 b, & 135 b, Habere tritas aures notandis generib. poetarum. de Fi. 120 a, A nobis ista descripta, notata, præcepta sunt. ad Her. 24 a, Notare præcepta artis de tanta tamq; diffusa scriptura. Tus. 162 b, Sol quasi fastorũ notans & significans dies. Partit. 233 a, Quæ temporis quasi naturam notant, ut hyems, uer, ætas, &c. de Pro. 60 b, Via illa castris Thracijs distincta ac notata est. de Or. 158 b, Tanquam stellis notare & illuminare orationem in Ver. 73 b, Notare sententias iuratorum hominum discoloribus signis. Postquam. 207 b, Fōs calamistri notata uestigijs. in Verr. 125 a, Notare tabellam cera uel fagineue. in Cat. 97, Catilina notat & designat oculis ad cædem unumquemque uestrum. de Or. 130 b, Hæc enim ridentur, quæ notant & designant turpitudinem aliquam non turpiter. pro Font. 282 b, Quod in noumẽtis rerum gestarum incitum ac notatum uidemus. Epist. 68 a, Reprehendes ea, quæ uituperanda duces, & quæ placebunt comprobabis. & multorum in nos perfidiam, insidias, proditionẽ notabis. & de Fin. 74 b, His tribus generib. honestorum notatis, sequitur quartum. pro Dom. 233 b, Vt Tullius facinus memoria & nomine loci notaretur. de Clar. 184 a, C. Iulius motum Curionis in perpetuum notauit. de Cl. 185 a, Atheaĉ sis Hyperboli improbitatem ueteres Atticorum comœdiæ notauerunt. de Senect. 85 a, Sed notandam putauit libidinem nimiam. de Or. 140 b, Nec improbus notari ac uituperari sine uitiorum cognitione satis infigniter potest. Ant. 213 a, Notare aliquem ignominia. & Epist. 84 b, Boni ciues nulla ignominia notati. pro Quinc. 18 b, Dedecore, macula, turpissimaq; ignominia notari. de Or. 134 a, Milites ignauos a censore notari solitos, & tribu moueri. pro Cluen. 30 a, Iudicia uera atque insigni turpitudine notata, atque oppressa dedecore & infamia. pro Dom. 226 b, Sic primo scelere & furore notatus. Item, Cum tantis sceleribus esses & factus notatus. in Ver. 271 b, Nolo eos sic in hac urbe notatos ambulare, ut non cera, sed cœno oblitti esse uideantur. pro Fon. 276 b, Galli triumphis ac monumentis notati. in Ant. 197 b, An illa non grauissimis ignominijs monumentis que huius ordinis ad posteritatis memoriam sunt notanda? quod M. Antonius, &c. in Vat. * Scis te tribulium tuorum iudicio notatum. pro Corn. 66 b, Tum luxuriam L. Cornelij, quæ non crimine aliquo libidinis, sed communi conuicio notabatur. Ar. 42 b, Quos censores tributi & captarum pecuniarum nomine notauerũt. & pro Cluen. 42 a, Homines ignominia notati. pro Cluent. 44 a, & Offi. 75 b, Is censoriæ seueritatis nota non inuretur. pro Planc. 267 a, Tu deliges ex omni populo amicos tuos? tu mentiscio notes, & tuos & tuorum necessarios? quos effundis repentè, &c. & de Orat. 141 a, Res autem ipsas rerum effigies notaret. & Att. 245 a, Quæ quidem uereor ne minuta cerula tua pluribus locis notandæ sint. in Ant. 171 b, Notabo tamen singulas res, & si non poterit, &c. & 198 a, Hic pecunias nostras æstimabat, possessiones notabat & urbanas & rusticas. in Ant. 198 b, Quæ quanquam rata esse non possunt, tamen separatim suo nomine notanda censeo. de Amicit. 113 a, Notare aliquod uitium multis nominibus. de Vn. 199 a, Illum eiusdem naturæ, hunc alterius notaui. pro Mil. 104 a, Cum incisset in re uia, crimen iudicio retinuaui, rem notaui. & 107 a, Ita & Senatus rem, non hominem notauit.

Notus, a, um. cognitus, omnium sermone celebratus, quod patet omnibus, quod tenetur, peruulgatus, manifestus, testatus, non ignotus. in Ver. 74 b, Res notæ, testatę, manifestę. & 126 a, Res nota atq; apud omnes peruulgata. & 178 a, Res nota ac manifesta omnibus. Attic. 10 b, Notum atq; testatum. & 75 b, Non ignotus, &c. pro Mil. 116 a, Hęc parent & nota sunt omnibus. Orat. 207 b, Habent omnes philosophię notos & tractatos locos. de Orat. 133 a, Hoc insigni aliqua & nota re notari uolo. Ep. 68 b, Atque illi artifices corporis simulachra ignotis nota faciebant. de Legib. 165 a, Communis intelligentia nobis notas res efficit. de Orat. 101 a, Vetustatis exempla oratori nota esse debent. Orat. 207 a, Volo igitur huic omnem bene dicendi rationem notam esse. & ibid, Qui ea multo quàm nos habes notiora. Attic. 247 a, Facies omnia mihi nota. pro Mur. 137 b, Tua liberalitas hominibus literatis est notior, populo uerò & suffragatorib. obscurior. pro Syll. 180 b, Vita P. Syllę uobis populoq; Romano notissima. de Pro. 75 b, Quis regiones nulla antea nobis fama notas fecerat. pro Cluen. 38 a, De dignitate Cęlius notis taciteus facilè ipse respondet, quibus autem non ęquè est cognitus, hi hic habeant. &c. & 43 b, Mulier non solùm nobilis, sed etiam nota. in Ant. 232 a, Notus atque insignis latro. Attic. 244 a, Tuum iudicium quod mihi erat notum, &c. Qui. Fr. 299 a, Iam tibi Asia nota esse debet. de Le, 184 b, Vt ad citeriora uenias, & notiora nobis. Quin. Fr. 314 b, Callisthenis quidem uulgatum & notum negocium.

Novacula, æ. culter tonsorius. de Diui. 87 a, Cotem nouacula posse præcidi. bis.

Novatus, a, um. factus. de Orat. 156 b, Innouatum uerbum aut nouatum, aut translatum. & Epist. 45 b, Hæc renouata, &c. de Orat. 120 b, Ager non semel aratus, sed nouatus, & iteratus.

Nove. ad Heren. 3 b, Ne quid ambigue, ne quid noue dicamus.

Novellus, a, um.)(. Vetulus. de Finib. 133 b, Arbor nouella & uetula.

Novem. Quin. Fratr. 325 a, Sermo in nouem & dies & libros distributus.

Novendialis, le. quod nouem dies, uel nono die celebraretur nouendiale sacrum, apud Tit. Liuium. Quint. Fr. 325 a, Nouendiales feriæ, quæ fuerunt Tuditano & Aquitano Coss.

Noverca, cæ. Ora. 206 b, & pro Clu. 59 b, Vxor generi nouerca filij, filiæ pellex. Offi. 71 a, Cum filius patri suspectus esset de nouerca.

Novissime, nuperrimè, postremo. Plan. Ep. 153 b, Quo ego interprete nouissimè ad Lepidum sum usus. 158 a, Primùm, &c. deinde, &c. nouissimè, &c.

Novissimus, a, um, postremus.)(. Primus. pro Quin. R. 50 a, Breui tempore, qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit comœdos. Oft. 329 b, ut nouissima cōferam primis. & ibid. Vt ordiar ab initio, & perducam ad extremum. Epi. 189 a, Vt hæc nouissima nostra facta non inconuenientia fuisse iudices. Cæsij. Ep. 562 b, Cũ omnes se recepissent nostri ordines, recipere nouissimus cœpit ad castra S. Galba. & 168 a. D. Bruti.

Novitas, tis. de Nat. 45 b, Perinde quasi nouitas nos magis quàm magnitudo rerum debeat ad exquirendas causas excitare. & de Diui. 321 a, Eumõ; errorem, quem tibi rei nouitas attulerit, naturæ ratione depellito. Epist. 172 a, Quãtãm cupiditatem hominibus inijciat nouitas, non te fugit. ad Her. 23 a, Natura nouitate commouetur. de Orat. 140 b, Res magnitudine præstabiles, & nouitate primæ. de Nat. deor. 52 a, Nouitate delectamur. & copia. de Diui. 105 a, Qui ille rei nouitate perculsus, &c. de Fini. 90 b, Nouitas nominum. & pro Mur. 127 a, Nouitas generis alicuius. Epist. 7 b, Simul quod uideo nouitati esse inuisum meæ. de Am. 109 a, Nouitates autem, si spem afferunt, &c. non sunt repudiandæ, uetustas tamen suo loco cōferuãda est, Quin. de Pet. 205 a, Nominis nouitatem dicendi gloria maximè subleuabis.

Novitus, a, um. nouus, tyro. de Prouin. 79 b, Syrum nescio quem de grege nouitiorum factum esse consulem. pro Domo, 223 a, Ille nouit ius Ligur, uenialis adscriptor & subscriptor.

Novo, as. innouo, nouũ facio, nouã rationem suscito, facio. Ep. 244 b, Socij, qui nouari aliquid uolebãt. & Ac. 47 a, Et ea quæ ab eo nouata sunt, probas. de Or. 156 b, Verba quę nouamus & facimus ipsi. & 157 a, & Or. 203 a, In poetis licentia maior est faciendorum iungendorumq; uerborum, & 215 a, Verba facta: id est, nouata. de L. 186 a, Nihil habui quod putarem nouandum in legibus. Att. 260, Tu mihi de his rebus quæ nouantur, omnia certa, clara.

Novocomenses. populi, à Nouocomo urbe Italiæ, quæ Como hodie appellatur, ad Larium lacum sita. Ep. 219 a.

Novus, a, um. recens, inauditus, inusitatus, præter consuetudinem. de Or. 96 a, Nihil dicam reconditum, nihil expectatione uestra dignum, nihil aut inauditum uobis aut cuiquã nouum. cont. Rull. 71 a, Iam hoc inauditum & planè nouo more, &c. pro Cec. 292 a, Nouum est, non dico inusitatum uerum omnino inauditum. pro Ar. 186 a, Nouum quoddã & inusitatum genus dicendi. Or. 199 a, Nouum quoddam, & inauditum imperitorum genus. & Att. 97 a, Res inusitata & noua. & in Ver. 113 a, Noua tibi hæc sunt & inopina tade Diu. 120 b, Causam igitur uestigato in re noua atque admirabili. & cont. Rul. 84 b, Rerum nouarum causam quærere. & in Cat. 97 b, Aliquis rebus nouis studens. pro Mil. 101 b, Hæc noui iudicij noua forma terret oculos. in Ant. 168 b, Vt si semper decertandum sit, semper nouus ueniã. pro Flac. 148 b. Lege hac recenti ac noua certus est, inquisitioni comitum numerus constitutus. & Ep. 177 b, Sed hanc ipsam recẽrem nouam deuorauit. & Or. 285 a, Ego ex istis nouis Atticis, &c. de N. 67 a, Quosdã quasi nouos & ascriptitios ciues in cœlum receptos fuisse. de Ora. 94 b, & pro Mur. 127 a, & in Ant. 208 b, C. Cælius, homo nouus. p Pl. 273 a, Homo a se ortus. in Cat. 103 a, & de Cla. 173 a, Homo per se cognitus sine ulla commendatione maiorum. Attic. 85 a, Quod uideo cibi etiam nouum accidisse, tanquam mihi. Att. 115 a, Ego si quid hodie noui cognoro, scies. Ep. 25 b, Nam iamdiu nihil noui ad nos afferebatur. Ep. 181 a, Nunquidnam, inquam, nouũ? & de Ora. 109 b, Nunquidnã, inquit, nouũ? Ar. 273 b, De Dolabella si quid habes noui, fac ies me certiorem. Att. 64 a. De prælio rumores non boni. Ar. 234 b, Mirabar nihil allatum esse, ne rumoris quidem, nam erat mirum silentium. Att. 214 b, Sed in eius epistola nihil erat noui.

Nox, ctis. tenebræ, uxor Erebi. de Nat. 68 b, & 35 b, Ipsa enim umbra terræ soli officiens noctem efficit. & de Diu. 112 a, Vmbra terræ, quæ est meta noctis. Att. 11 a, Noctes certarum mulierum nonnullis iudicibus, pro mercedis cumulo fuerunt. Ar. 36 b, Milo media nocte in campum uenit. & ib. In comitium Milo de nocte uenit. Ar. 104 a, Balbus multa de nocte profectus est ad Cæsarem. Att. 122 a, & pro Mur. 140 b, Epistola, quam de nocte daturus eram. Item, Multa nocte ueni ad Pompeium. de Di. 92 b, Concubia nocte. ad Her. 35 b, Luce noctẽ, nocte lucem expectatis. Att. 313 a, Equidem credibile non est, quantum scribam die, quin ẽt noctibus, nihil est enim somni. I. Cat. 119 a, Nunc quicquid est, &c. statuendum uobis ante noctem est. de Fin. 59 b, Eorum animi noctes atq; dies exedunt. pro S. R. 19 b, Scrupulus, qui me dies noctesq; stimulat. de Or. 108 a, In uno aliquo opere noctes & dies urgeri.

Noxa, xæ. noxia, culpa. pro S. R. 28 b, Quod in minimis noxis & in leuioribus peccatis maximè quæritur, id Brutius in parricidio queri non putat oportere, aliter, noxijs.

Noxia, xiæ. noxa, culpa crimen. de L. 186 a, Quod quis earum rerum migrasset, noxiæ pœna par esto. ad Her. 22 b, Amicum castigare ob meritam noxiam, bis.

Noxius, a, um. malus. de L. 185 a, Nec obediens & noxius ciuis coerceatur.

Nubecula, læ. in Pis. 83, Fontis nubecula.

Nubes, bis. de Nat. 46 a, Aer concretus in nubem cogitur, humoremq; colligẽs, terram auget imbribus. & de Di. 117 a, Cum illi anhelitus se in nubem induerint. Ac. 18 a, Qui sub nube solem non ferunt. de Natu. 45 a, Nubium magnitudo uisq; uentorum. in Arat. Opaca & atra nubes. Tusc. 157 a, Cœlum hoc in quo nubes, imbres, uenti coguntur. de Di. 127 a, Conflictu nubium ardorem exprimi. de N. 69 b, Nubium una Centauros genuisse dicitur. pro Do. 218 a, Quæ tu in illis reipublic. tenebris, cæcisq; nubibus. & procellis constituisti.

Nubilia cœli. in Arato.

Nubilis, le. apta uiro. pro Qu. 18 a, b, Ipse filiæ nubili dotẽ conficere non potest. pro Cluen. 20 a, Is reliquit grandem, & nubilem filiam, quæ breui tempore post mortem patris nupsit A. Melino.

Nubo, bis. collocari. in matrimonium collocari, cum aliquo coniungi, cum aliquo esse. I. Nuptus. de Di. 101 b. Virgo nupsit ei, cui Cæcilia nupta fuerat. pro Clu. 20 b, Nubit genero socrus. & ibi. Mater familiæ nubẽti lectum illum genialem strauit. pro Cæl. 44 b. Cui cum ex amplissimo genere in amplissimam familiam nupsisses, cur, &c. Epi. 116 a, Paula Valeria diuortium sine causa fecit, nuptura est D. Bruto, nondum retulerat. & 50 b, Aliquam adolescentibus primarijs nuptam fuisse. de Nat. 71 a, Venerem Adonidi nupsisse traditum est. Item, Venus nupsit Vulcano. & Ep. 243 a, Regis Parthorum filius, quo cum esset nupta regis Armenio rum soror. in Ver. 231 b, Viri, cum quibus nuptæ erant. Topic. 222 a, Cum mulier fuisset nupta cum eo, cui connubij ius non esset, pro Cl. 57 b, Mulier in familiæ luctum atque in priuignorum funus nupsit. pro Qu. 14 a. Quin. Roscius, cuius soror est cum P. Quinctio. de Orat. 108 b, C. Aculeo, quo cum erat nostra matertera. Ep. 50 a, Vt cum aliquo adolescene primario coniuncta ætatem ageret. de Orat. 155 a, De

a,De filia collocanda referre ad aliquem. de Clar.153 b, P.Crassus cum Ser. Galba, cuius C.filio filiam suam collocauerat affinitate sese deuinxit. & de In.59 a, P. Scipio Corneliã filiam Tiberio Graccho collocauit. ad Heren. 13 a,Cur me huic locabas nuptijs.

NVCERIA.urbs.pro Pomp.83.pro Cor.60.

NVDATVS,a,um.spoliatus.de Or.99 a,Antonij diuina uis ingenij,etiam si hac scientia iuris nudata fit, poteſt, &c. 153 b,Reſpub.interitu conſulum nudata.

NVDIVS tertius,nunc eſt dies tertius. de natur.63 a,in Cat. 120 a,Omnia quæ à te nudius tertius dicta ſunt. in Ant. 194 b,& iterum 195 b, Recordamini, qui dies nudius tertius decimus fuerit,&c.

NVDO,as.ſpolio.pro Dom.213 a,Verum perditos magiſtratus ſceleratorum ciuium præſidio nudare, an etiam deorum immortalium religione armare uultis?Poſtquàm 211 a,Qui mea pericula non modo ſuo præſidio,ſed etiam ueſtra deprecatione nudarunt.Tuſc.225 a,nudare corpus.in Ver.68 b,Idem monumenta antiquiſſima ſpoliauit, nudauitq; omnia. de Or.141 a,Aliquando te illius integumentis euolutum nudatumq; uideo.

NVDVS,a,um.pro Flac.157 a,Quoniam nudus te delectarat, ſemper nudum eſſe uoluiſti. Attic.110 a, Vrbs nuda præſidio,referta copijs.in Verr.200 b,Ciuitas ab omnibus rebus uacua atque nuda. & pro Dom.225 a,Reſpublica nuda à magiſtratibus. Poſtquàm.199 b,Aliquis nudus à propinquis, nulla cognitione munitus. in Verr.125 b,Dom⁹ exornata & inſtructa.)(.nulla & inanis Ar.144 b, Mulier nuda decore. Parad.120 a,nuda iſta ſi ponas,iudicari qualia ſint faciłē non poſſunt. de Orator.133 b,nudum nuces legere.

NVGAX,acis.nugator. Epiſt. lib. 8. Ecquando tu hominem inepticorem quàm tuum Cn.Pompeium uidiſti, qui tantas turbas,qui tam nugax eſſet,commouit.Cælij.

NVGAE, arum. λῆρος,tricæ, inepriæ.de Di.114 b,Hunccine hominem tantis delectatum eſſe nugis. pro Mil.112 a,Tã nugarum in eo comitatu nihil.Attic.92 b, Videaturne aut pietatis eſſe meæ,fratrem relinquere, aut diligentiæ nugarum aliquid relinquere,& 93 a, Meræ nugæ. Attic. 251 a, λῆρος πολυς in uino & ſomno iſtorum.

NVGATOR,oris.nugax.,p Flacc.154 a,& de Senect.82 b,neq; in iſtum nugatorem tanquam in aliquem teſtem inuehar.

NVGATORIE,inaniter,ineptè.ad Her.35 b,non contra tenuiter & nugatoriè reſponſum?

NVGATORIVS,a,um.leuis,ineptus.Ep.168 b,nam illud ualde leue eſt ac nugatorium, eare,&c. de Nat.22 b, Tota res Vellei nugatoria eſt. pro Cec.297 a,Ad probandum utraque res infirma nugatoriaq; eſt,pro Sext. Roſc.25 a, Mala nugatoriaque accuſatio.Ad Heren.11 b, nugatorium argumentationis genus.

NVGIGER,ra,rum.uanus,ineptus.At.lib.4.58 a, Scio te uoluiſte, & me. Aſt nugigeram manum fuiſſe. quidam legunt: Aſt,num germanum fuiſſe?locus eſt certe corrupt⁹: & qui ſine uetuſto codice,corrigi non poteſt.

NVGOR,aris.ludo,iocor.de Diu.114 b, Democritus non inſcite nugatur,ut phyſicus.

NVLISALO.oppidum in Gallia. pro Fonteio 278 a, Aliter, Nulchalo.

NVLLVS,a.um.non ullus,non aliquis,ne ullus quidem, unus nullus.de Pro.70 b,Att.283 b, nullum bellum ciuile fuit in noſtra republica omnium, quæ memoria noſtra fuerũt, in quo, &c. Epiſtol. 6 b,Senatuſconſultum nullum extat, quo,&c.Offic.34 b,Qua nulla pernicies maior hominum uitæ poteſt auferri. de Orat.94 b,nullæ enim lites neque controuerſiæ ſunt, quæ, &c.Attic.140 b,Senatorum nullos eſſe Romæ, nos quoque audieramus.& de natu. 20 b, Elephanto belluarum nulla prudentior. pro Mur.130 a, Res,quæ nullo uſui ſit.de Clar.17 a, Si tanta uirtus in ora tore Galba fuit, cur ea nulla in orationibus eius apparet? de Orat.88 a,Rempub.quam nunc uix tenemus, iam diu nullam haberemus. de Legib.172 a,Ergo tu Seias leges nullas patas. pro Dom.226 b,ne illa quidem, quæ nulla eſſet, eſſe lex putaretur. Tuſc.177 b, nullum id quidem argumentum eſt. & 150 b,Miſeri ob id ipſum, quia nulli ſunt. de Diu.123 a,Etenim ut ſint auſpicia, quæ nulla ſũt, hæc certe, &c.& 137 a,Formæ quæ nullæ ſunt. de Cl.184 a,nulla re una magis orator commendatur, quàm ſplendore uerborum. de Prouinc.70 b, Vnum ſignum byzantij ex maximo numero nullum habent.Atti.9 b,Facere ſenatuſconſultum nullum .de Clar.194 a.non ullus.Off.33 a, nec eſt uſquam conſilio locus. pro Marcel.134 a,nullum de inimicis ſuperſunt. de Senten.93 b,nolite putare me, cum à uobis diſceſſero, nuſquam aut nullum fore.& ibid. Eundem igitur eſſe creditote, etiamſi nullum uidebitis. de Orator.89 a,Oratio aut nulla ſit neceſſe eſt, aut omnibus irriſione lodatur.& 93 b,Dicendi aut nullam artẽ, aut penitenuem uideri.& de Cla.184 a,Curio memoria fuit nulla.

NVLLVS,pro non.Att.lib.12,Philotimus, non modò nullus uenit,ſed ne per literas quidem aut per nuncium certiorẽ fecit me.& lib.15.Ad M.Aelium nullus tu quidem domũ ſubaudi,ueneris.Epi.lib.7,Ex eo tempore uir ille ſummus, nullus imperator fuit.Qu.de Pet.208 b,In petitione autẽ niſi id agas,nullus petitor eſſe uidearis.

NVM,ec,nunquid,an,num,numne.in Cat.100 a, Interrogetne me,num in exilium? non iubeo. in Ver.174 b,num expectabis,dum L.Metellus? &c.Acad.18 b, Ac quis eſt hic, num Tophiſtes?Acad. 13 b, num cenſes Ennium dixiſſe? &c.& 19 a.num ergo is excæcat uos?&c.& pro Do.138 a, num igitur?&c.de Or.88 a,Quid in numa Pompilio? nũquod eloquentiæ ueſtigium apparet?Item: Maximè illud Confiderandum uidetur,num,&c.an,&c.pro Deiot.147 b, num quæ trepidatio? num qui tumultus? num quid niſi moderatẽ? ſe nat.8 a,Deũ ipſum numne uiditti? Ep.181 a,Num quid nam,inquã,noui? Part.234 a,Ec quonam modo.de Inuent.67 a,Nam quo alio modo.de Som.128 a,Nũne aſpicis, quæ in templa ueneris?de Diuin.85 b,An num imperatorum ſcientia nihil eſt.

NVMA, mæ.alter à Romulo Romanorum rex. de Orat.161 a,Numa rex doctiſsimus,2 de Leg.Numa rex eodem tumulo conditus in eo ſepulchro, quod procul ad fontis aras.Tuſ. lib.4,Numa rex,propter pythagoræorum admirationem, Pythagoræus à poſteriorib⁹ exiſtimatus. pro Sylla:Numa,rex Romanus peregrinus.1 de Leg. Numa cum Egeria collocutus.2 de Or.122 b,Numa Pompilius annis permultis antè fuit, quàm Pythagoras.3 de Nat. Capedunellis ijs,quas Numa nobis reliquit.1,de Orat.Numa Pompilius,eloquentiæ rudis.2.de Leg.A Numæ legibus nõ multum diſcrepat conſtitutio iſta religionum.4.Tuſc.Numam quoq; regem Pythagoreum a poſteriorib⁹ exiſtimatum. 2.de Orat.Numam Pompilium illum regem noſtrum fuiſſe Pythagoræum fertur, qui annis permultis ante fuit, quàm ipſe Pythagoras,&c.2 de Legib.A Numa pertẽ inſtituta intercalandi ratio, poſteriorum pontificum negligentia diſſoluta.

NVMANTIA,tiæ.urbs Hiſpaniæ. in Ant.193 b,Maiores noſtri Carthaginem exciderunt, Numantiam euerterunt.pro Leg. Man. Numantia & Carthago ab eodem Scipione deleta.

NVMANTINVS. Ep.li. 5.de Aruſp. Numantini fœderis iniuidia. pro Cec. Numantini Mancinum ſibi dediticum non acceperunt. ad Heren.4, Numantini, corporis uirib. egregij.

NVMEN,nis.uis,poteſtas.de Nat.6 a,Omnes naturæ numini diuino parent.& de Diui.105 a,Deus, cuius numini parẽt omnia.de Nat.d.45 a,Eſſe quoddam numen.uimq; deorũ. & in Verr.225 b,Multa ſæpe prodigia uim Cereris,numẽq; declarant. in Ant.190 a,Magna uis eſt, magnum numẽ, unum & idem ſententis ſenatus, Poſtquàm. 203 b, Vos qui apud me uim & numen deorum teneris. & 202 a, Numen ueſtrum æquè mihi graue & ſanctum, ac deorum immortalium futurum eſt. pro Do.241 b, Numen diuinum precibus placare.de Fin.108 b,Summi rectoris & domini numen.de Fin.57 a,Horrere diuinum numen.& 103 b,Regi numine deorum. pro Rab.91 b, Vos quorum poteſtas proximè ad deorum numen accedit. in Cat.110 b,Dijm mortales,qui non procul ut quondam,&c.ſed hic præſentes ſuo numine atque auxilio nos defendunt.& Antequam 196 b,In meis calamitatibus diuinum aliquod auxilium & numen oſtendite.in An.248 b,Mihi quidẽ numine deorum immortalium uidetur hoc fortuna uoluiſſe,ut,&c.pro Dom.242 a,Diuino Ciceronẽ numine eſſe reipub. reditum.de Prouin.76 a,Alpibus Italiam munierat antè natura,non ſine aliquo diuino numine:nam ſi,&c.Item:Rite igitur ueteres,&c.de Diuin 85 a,Præcipuè ingenti coluerunt numine diuos.in Piſon.90 a,Gabinius numen interdictũq; deorum regi uendidit.pro Mil.117 b, Qui nullam uim cœleſtem exiſtimat numenve diuinum.

NVMERATO.Att.194 a,Mihi,& res & conditio placet,ſed ita ut numerato malim quàm æſtimatione.

NVMERATVS,a,um.pro Cec. 287 a, Cum uteretur dote uxoris numerata:id eſt,in nummis.

NVMERO,as.adnumero,dinumero,numerãdo percenſeo,numero aliqua commetior,metior,complecti orãdo. de Or. 121 a,Argumenta ſi ex reis numeres,innumera ſunt: ſi ex rebus,modica.de Nat.39 b.Diana omnium aga in ſeptem numeratur quaſi uagãtibus.& 67 b,Singulas enim ſtellas numeras deos.de Clar.179 b, Is in mediocribus oratoribus numeratus eſt.I P.85 a,Numerandus eſt ille annus in repub.de Leg.171 b,Id eſt numerandum in bonis.& de Fin, 55 a,Numerare aliquid in bonis.Tuſ.182 b, Numerare aliquid in onere.Epiſt. 20 a,Numerare aliquid in loco mercedis uel beneficij. pro S.R.24 b,Hoc maleficium ita raro exitit,ut ſi quando auditum ſit,portenti ac prodigij ſimile numeretur:id eſt,exiſtimetur.de Fi.83 b, Qui uoluptatem nullo loco numerant. de Clar.196 b,Numerari in multis, & ibid.Numerari in uulgo patronorum.& 184 b,Proximũ optimis numerari.de Ora.113 a, Num etiam pars hæc cauſirum numeranda eſt.de Inuen.54 a,Hanc primam partem numerãt.Ora.204 a,Hoc quartum numerat, Theophraſtus in orationis laudibus.de Cl.194 b,Hi tum in Aſia Rhetorũ principes numerabantur.& de Opt.243 b, Omnes qui Atici numerãtur:id eſt,nominantur,appellantur.Ep.14 a, Sapiens,qualem me & eſſe & numerari uolo. de Cl.184 b, Non acutus orator, ſed tamen orator numeratus eſt. pro Mur.136 a,Sulpitium accuſatorem ſuum numerabat,non competitorem.de Di.95 b,Ea genera nõ naturalia,ſed arti ficioſa dicuntur,in quo aruſpices,augures, coniectoresque numerantur.de In.62 a,Crotoniatæ quondam in Italia in primis beati numerabantur.in P.84 a,Ego ſine eo conſilio conſulem numerem?pro S.R.21 a,Is propter me honeſtiſſimus inter ſuos numeratur.Att.98 b,Me autem uterq; numerat ſuum.1.V.143 as,Is prope alter Timarchides numeratur.Att.70 b,Exponere & numerare pecuniam alicui.& 76 b,Nam numeratum ſi cuperem,non erat.in V.81 b,Dio HS decies centena millia numerauit.pro Fl.155 b, Si prætor dedit,à quæſtore numerauit.Att.219 b, Multos nummos domi eſſe numeratos.Tuſc.246 b,Poſtridie rogarunt eum,cui numerari iuberet.Att.235 a,Dolabellæ præclara iam uel ſibi habeat nummos,modo numeret Idib.& Orat. 199 b,Thucydides nũquam eſt numeratus orator.Att.262 a,Atticus pecuniã numerauit de ſuo.I.A.210 a, Quos quidem à ſe primùm numerare poſſunt.Qu.Fr.327 b,Meſſalã certum Cos.Cum Domitio numeraſti.in Piſ.98 b, Numerare ſtipendium militibus.in Ant.156 b, Niſi forte ſi quid retulit in libellum,id numerabitur in actis Cæſaris.in An. 231 a,A quo uictore ſi cruciatus abſit,mors in beneficij partem numeretur.I.A.247 b.Maximum uerò eius beneficiũ numero, quod hoc animo in rempub. eſt. de Am.99 b, Viros que bonos,eos qui habentur, numeremus.Para.116 b, Nunquam ego hæc in bonis rebus numeranda duxi.& 117 a,Sapiens ille Bias(ut opinor) qui numeratur inter ſeptem ſapientes.de Leg.172 b,Hunc hominem omnino numerare non decet.

NVMEROSE,de Cl.167,Sententia aptis conſtricta uerbis cadit plerũque numeroſe.Or.217 b,Aptè,circumſcriptè, & numeroſe dicere,uel cadere. & 217 b, Fundere orationẽ numeroſe & uolubiliter.de Nat.30 b,Tibiæ modulatè canentes,& fidiculæ numeroſe ſonantes.Or.120 b, Compoſitè & aptè dicere. id eſt,numeroſe.)(.Sine uerborum & ordine & modo dicere.Or.214 a,Cõcluſe & apte aliquid dicere.Or.219 b,Cõprehẽſio numeroſe & aptè cadẽs.de Or. 150,Cõiũctionẽ ſicuti uerſum numeroſe cadere uolumus.

NVMEROSVS,a,um.Ora.218 b,Numeroſa oratio:id eſt,ſimilis numerorum,non planè è numeris conſtans.de Ora.160 a,Id numeroſum eſt in omnibus ſonis atq; uocibus, quod habet quaſdam impreſsiones, & quod metiri poſſumus in teruallis æqualibus.de Cla.167 b,Quædam ad numerum concluſio.

Obrvsa,sincera,pura & purgata.de Clar. 188 b, Quo magis expurgandus est sermo,& adhibenda quam obrusa oratio, quæ mutari non potest : nec utendum prauissima consuetudinis regula. Sic nos hunc locum hactenus sine dubio corruptum,posse corrigi putamus : nisi malimus in hunc modum legere, quod mihi magis placet , Et adhibenda quasi obrusa,ratio,&c.ut moneat Cicero,ad inquinatum sermonem expurgãdum,adhibendam esse rationem , quasi obrusam quandam,quæ mutari non potest:non usum, qui uolũtate plerunq;,non ratione aliqua ualet. Nam & obryzum aurum dicitur,quod igne excoctum & expurgatum, diminui , mutarive iam nulla exploratione potest. Et Politianus epist.lib. 6. ad Philip. Beroaldum , Exigere scripta ad obrusam,dixit:quasi igni & calce(quod cementum uocãt) explorare,qd' de auro fit,quas ratio explorãdi tota, obrusa dici uidetur.Hæc nos,nihil affirmantes,sed in medium quæ pro tempore potuimus,afferentes. Nam ut obrusa legamus,nullus inde sensus elici commodè potest:nisi fortè scriptum fuit abstrusa,Quod aũt quidẽ duo illa uerba,quã obrusa,uel obrusa,omittenda nescio quibus manuscriptis exemplaribus freti , putant , mihi non uideturunde enim hæc uerba irrepsissent?neq; enim statim quod non intelligimus,in ueterum scriptis,expungendum est.

Obryvsa,a,um.obductus,sepultus . pro Mil. 118 a, Vosqũe Albanorum obrutæ aræ.& pro Cec.302 b,Obrutus rebus omnibus & perditis.de N.52 a,Nilus Aegyptum tota æstate obrutam opplerami; tenet.

Obscoene.turpiter.Of.26 a, Adulterari turpe est , sed dicit nõ obscœnè.de N.70 b,Mercurius,cuius obscœnius excitata natura creditur,quòd aspectu Proserpinę cõmotus sit.

Obscoenitas,tis.turpitudo,deformitas.Ep.140 a,Si quod sit in obscœnitate flagitium.& Off.26 a,Nec oratio uacat obscœnitate. de Or. 131 a, Verborum turpitudinẽ & rerũ obscœnitatem uitare.Of.21 a,Rerum turpitudinem adhibere,& uerborum obscœnitatem.

Obscoenvs,a,um.turpis,in obscœnis.Off.25 b, Quod facere non turpe est modo occultè,id dicere obscœnũ est.Tusc. 249 b,Illud Antipatri est quidẽ paulò obscœnius , sed nõ absurda sententia est.Off.21 a,Obscœnus iocãdi,illiberale , petulans,flagitiosum,obscœnum.de N.23 a,Delicatæ & obscœnæ uoluptates.Ep.140 a,At hodie penis est in obscœnis.Qu.F.311 a,61 a,Maledicta, uersus etiã obscœnissimi in Clodium & Clodiam dicerentur.Ep.140 a,Quid,quod uulgò dicitur,Cum nos te uolumus cõuenire, num obscœnum est?Memini in senatu disertum cõsularem ita eloqui. Hãc culpam maiorem,an illam dicam? potuit obscœnius & multa de obscœnis in eadem Epistola.

Obscvratio,onis. obscuritas . de Fi. 112 b, In quibus propter earum exiguitatem obscuratio sequitur. & ibi. Quibus in rebus obscuratio magna est.l.Exiguitas.

Obscvre,λεληθότως,clam.)(.Aptè,palam.I.C. 119 a, Hoc malum obscurè serpit.& 99 a,Nõ agam obscurè. de Fi.67 a,Heraclitus de natura nimis obscurè memorauit.pro Mi. 109 b,Palã.)(.obscurè. pro Qu.9 a, Huic ne perire quidẽ taciè obscureq; conceditur?pro Cl.18 b,& Parad.124 b. Obscurè ferre aliquid.

Obscvritas.tis.obscuratio,tenebrę,caligo,ęnigma.de Or. 147 a,Vt oratio,quę lumẽ rebus adhibere debet,ea obscuritate & tenebras afferat.de Fin.67 a,Satis ne igitur uideor

uim uerborum tenere?an sum etiam nunc græcè loqui uel latinè docendus:& tamen uide,ne si ego nõ intelligã, quid Epicurus loquatur,cum græcè, ut uideor, luculenter sciã, sit aliqua culpa eius,qui ita loquatur, ut non intelligatur, quod duobus modis sine reprehensione fit: si aut de industria facias, ut Heraclitus, cognomento qui σκοτινὸς perhibetur, qua de natura nimis obscurè memorauit: aut cũ rerum obscuritas, non uerborum facit,ut non intelligatur oratio, qualis est in Timæo Platonis. Acad.3 a, Est enim omnis cognitio multis obstructa difficultatibus, maximaque est & in ipsis rebus obscuritas,& in iudicijs nostris infirmitas.de D.87 b, Causa latet obscuritate inuoluta naturæ.de D. 131 b, Adhibuit etiam latebram obscuritatis,ut ijdem uersus aliàs in aliam rem accommodari posse uideretur.& 135 b,Iam uerò quò pertinent obscuritates & ænigmata somniorum? intelligi enim à nobis dij uelle debebant ea,quæ nostra causa nos monebant. de Orato.90 b, Philosophia in tres partes distributa est,in naturæ obscuritatem, in differendi subtilitatem, in uitam atque mores. Top.221 a,Sed à libris tẽ obscuritas reiecit. pro Cl.32 b, In ea obscuritate & dubitatione omniũ, Canutio placuit iudices pronunciare.contra Rul.73 a, Duæ sunt huius obscuritatis causæ: una pudoris,&c.altera sceleris ,&c.pro Pl.267 b,In tenebris quàm in luce causam uersari mauis. Epist. 83 b, Sed habeo alia signa quæ obseruem , quæ etsi non sunt certiora illis,minus tamen habent uel obscuritatis,uel erroris.Offic,42 a, Ita ut nullum obscurum potest nec dictum eius esse,nec factum.pro Mar.135 b , Erat autẽ obscuritas quædam,&c.

Obscvro, as.lucem eripio , noctem uel tenebras rebus offundo tenebras affero,obscuritatem affero,tenebras obduco,obcæco,inobscuro,officio , obstruo,perstringo.de Na. 45 a,Aetneorum igniũ tenebræ finitimas regiones obscurauerunt.de Fin.138 b,Minora maioribus obscurantur. de Finib.99 b , Lumen lucernæ obscuratur & offunditur luce solis.I.C.98 b,Nox tenebris obscurat omnia. Attic. 35 a, Quæ scribam,ἀλληγορίας,obscurabo.pro Cluen. 18 a,Nihil nec subterfugere reticendo , nec obscurare dicendo. de Orator.117 b,Omnis eorum memoria sensim obscurata est & euanuit . & de Orat.163 b, Obscurari atque penè obrui. & de Fini.99 b,Obscurari & obrui , atque interire. de Finib. 112 b, Obscurari quædam, nec apparere, quia ualde prauæ sunt.pro Mar.135 b,Tuas laudes obscuratura nulla unquam est obliuio.

Obscvrvs,a,um.habens obscuritatem,tenebricosus, caliginosus , tortuosus , inuolutus , à natura inuolutus , latens , opertus,flexiloquus,spissus,cæcus.)(.Apertº, perlucidus, illustris.de In.82 a , Res apertæ obscuriores fiunt oratione.de D.104 b,Quia erant multa obscura a , Multa ambigua,explanationes adhibitæ sunt interpretum.de D.132 a, Chrysippus totum uolumen impleuit oraculis, partim flexiloquis & obscuris,ut interpres egeat interprete , & sors ipsa referẽda fit ad sortes:partim ambiguis, & quæ ad dialectica referenda sint.de Nat.79 a,Non ut deorũ naturam tollerem,sed ut intelligeretis,quam esset obscura, & quàm difficiles explicatus haberet,de Orator.99 a , Ius applicationis obscurum sanè & ignotum, patefactũ est in iudicio, atque illustratum a patrono.contra Rul.73 a,Cur hoc tam est obscurum atque cæcum.Attic.120 a, Dolor apertus.) (.Hebes.Part.233 a,Obscurus.)(.Rerum multitudine nobilitatus.pro Mur.127 b,Tua nobilitas hominibus , literatis est notior,populo uerò obscurior . contra Rull.68 b,de oratione Rulli obscura.Orator. 199 b,De Thucydide,& eius oratione obscurissima.I.A.187 b,Ego autẽ, qui intelligeret,quid diceret uellet,adhuc neminem reperi. & ibidem : Satius est mutum esse , quàm quod nemo intelligat, dicere . de M.Antonio.de Clar.191 a , Oratio nimia religione attenuata,a multitudine deuoratur.Acad. 2 b , Cognitio multis obstructa difficultatibus.Att.216 b , Διὰ σημείων scribere : id est , per notas & signa . de Clar. 170 b, Philisti Syracusij & Thucydidis concisæ sententiæ,interdũ etiam non satis apertæ cùm breuitate , tum nimio acumine . Offi.22 b,Sermone eo debemus uti , qui notus est nobis , ne ut quidam Græca uerba inculcantes , iure optimo irrideamur . de D. 135 b,Euphorion poeta nimis obscurus.)(.Homerus.& ibid.Heraclitus ualde obscurus.)(.Democritus.& ibid.Mea causa me mones,quod nõ intelligã, quid igitur me mones?& de D.134 b.I.Circuitio.de Finib. 67 a,& Acad.9 b,& de Orat.114 a,& de Nat.15 b,162,& de Or.111 a,& 146 a,de oratione obscura.

Obsecratio,onis.preces,deprecatio,obtestatio. de Inu.47 a,& de Or.162 a,Si preces & obsecrationes humili ac supplici utemur.pro Fõ.284 a,Obsecratio,deprecatio. & de Ar. 258 b,Cõstituẽdæ nobis sũt ꝓcuratiões & obsecratio,&c.

Obsecro,as.amabo te.pro Do.219 b , Idem pro salute mea populum Romanum obsecrauit.Postq.201 b,Deinq; ipse pro mea uos salute non rogauit solum uerumetiã obsecrauit.de D.116 b,Non solùm hortabor ut elaboret, &c.sed etiam obsecrabo.& pro Quin.18 a, Næuiũ obsecrauit per fratris sui mortui cinerem,per nomen propinquitatis , ut, &c.In Ver.117 a,Cum multis lachrymis eum oraretatque obsecraret Heraclius, imperare nõ potuit.Ep.55 a,Cum mihi C.Marcellus nõ solùm consiliũ daret, sed præcipuus quoq; me obsecraret,&c.Ep.166 b,Ego uos P. C. oro atq; obsecro,ut,&c.,ꝑ Quin.18 a,Itaq; te hoc obsecro , ut,&c. de Fi.68 b, Obsecro,inquit Torquate,hæc dicit Epicurus. Att.43 a,Obsecro mi Pomponi,non uides . &c.At.190 b, Obsecro Pylię salutem.Ep.233 a,Quid,obsecro te,me mi ferum,quid futurum est?Item : Sed obsecro te , ita uenustã habeantur ista,non ut uincula uirorum sint,sed ut oblectamenta puerorum.At.124 a,Sed obsecro te,quid hoc miserius,quàm,&c.Att.44 a,Ad me,obsecro te,ut omnia cera perscribas.Att.88 b,Deinde me obsecras amantissimè,ne obliuiscar uigilare , & ut animaduertam quæ fiant.ad Att. 170 b.Vt facias.te obtestor atque obsecro.Att. 208 a,Atti ca mea obsecro te,quid agit quæ me ualde angit.

Obsecvndo,as.pro Pom.13 a,Is cui ciues assenserint,secij obtemperauerint,hostes obedierint,uenti tempestatesque obsecundarint.

Obsepio,pis.sepio,intercludo . pro Mur.135 b, Hæc omnia tibi accusandi uiam muniebant,accusandi obsepiebant.

Obsequens,tis.obediens.Ep.148 b , Filius obsequens patri. & Sal.270 b,Filia tibi iucundior atq; obsequentior,quàm parenti par est .

Obsequivm,quij.indulgentia,patientia.de Am.113 a,Obsequium amicos,ueritas odium parit.Att.98 b,Itaque effecti omni obsequio , ut neutri illorum quisquam esset me charior.I.P.80 a,Ego Antonium collegam patientia atq; obsequio meo mitigaui.pro Cæl.40 a, Comprehendere multos amicitia,tueri obsequio.Att.95 b,Mulieres ualde inelligo delectari oſ sequio & comitate adolescentis. Epi.15 b,Abuti obsequio alicuius ad omnes res.de L.168 a , Cum animus cognitis uirtutibus a corporis obsequio indulgentiaq; discesserit.At.157 a,Omne meum obsequium in illi fuit cum multa seueritate.Att. 165 a, Ea uero non sunt ab obsequio nostro.de L.164 b,Obsequia in homines.

Obsequor,ris.morem gero,indulgeo,satisfacio,morigeror, gratificor,placeo.Or.220 b,Tum tibi roganti obsequi uellem,scribendi impudẽtiam suscepi.de Or.93 b, Ego uerò, inquit,tibi obsequi studeo.Tusc.240 a , Cũ huic obsecutus sis,illi est repugnandum.Ep.15 b,In nauigando tempestati obsequi,artis est.de Fin.68 a, Obsequar igitur uolunta tuæ.pro Quin.17 a,Vt uestræ naturæ bonitatiq; obsequamini.Or.211 b,Consuetudini auribus indulgentiũ libenter obsequor.de Or.58 a,Sed tamen etiam in his asperitatibus rerum obsequar studijs nostris.pro Cluen.49 b, Obsequor tibi de te,uel de aliqua re.

Obsero,ris.occludo,obsigno.de L.183 a, Quod cum proximi fecerant,obductaque terra erat , frugibus obserebatur.

Observans,tis.studiosus,cupidus,diligens. Epistol. 203 a, Aulus Fusius , obseruantissimus nostri.Epi. 235 b, Quem spero tui fore obseruantem.At.262 a, Cognoui te meritò cupidum , ut paucos æquè amantes atque obseruantes me habere existimem.

Observantia,tiæ.reuerentia,ueneratio . de Inu.70 b,Obseruantia est,per quã ætate,aut sapientia, aut honore , aut seruantia est,per quã ætate,aut sapientia, aut honore , aut aliqua dignitate antecedẽtes reuereamur & colimus.&83 b,Cultu quodã & honore dignatur.Ep.199 b, Sex.Aufidi obseruãtia qua me colit,accedit ad proximos.pro Mu.141 a,& pro Plan.268 a,Nulla est pœna,quæ possit obseruantiam tam tenuiorum ab hoc uetere instituto officiorum excludere.pro Cor.68 a,Officia illius obseruantiamq; dilexit. pro Quin.10 b,Amicos obseruantia, rem parsimonia retinere.Att.207 a,Ne magnum onus obseruantiæ tibi imponerem.Ep.64 b,Mea tibi obseruantia nunquam defuit.

Observatio,onis.animaduersio.de Cl.167 b,Verùm id natura magis aut causa,quàm ratione aliqua aut obseruatione fiebat.& Ora.214 b, Versus inuentus est terminatione aurium & obseruatione prudentum.de Di.138 b, Obseruatio diuturna notandis rebus fecit artem.& ibi. Quæ astris præsentiuntur , hæc notata sunt obseruatione diuturna. & ibid.Neq; obseruatione inueniri potuit scientia.de D.8 a, Chaldæi diuturna obseruatione siderum scientiam putantur effecisse,ut prædici futura possent. Off. 51 b, Valetudo conseruatur notitia sui corporis,& obseruatione rerũ,quæ res aut prodesse solent,aut obesse.Off.8 b, Apud antiquos summa erat obseruatio in bello mouendo.

Observito,as.studiose obseruo.de Di.101 a,Neque solùm deorum uoces Pythagorei obseruitauerunt,sed etiam hominum,quæ uocant omina.

Observo,as.animaduerto,noto,speculor,aucupor, quasi insidior,sertio,pertracto,i speculis sum. Ep.83 b, Sed habeo alia signa,quæ obseruem, quę est nõ sunt certiora illis,minus tamen habent uel obscuritatis,uel erroris.de Diui.80 a,Chaldæi motus stellarum obseruauerunt, quibus notatis quid cuique significaretur,memoriæ prodiderant. & 82 b, Obseruata sunt hæc tempore immenso , & significationes euentus animaduersa ac notata.de D.118 a.Et si causæ nõ reperiuntur iis rarum rerum,res tamen ipsæ obseruari animaduertiq; possunt.de D.138 b,Quo hæc infinita obseruãdo notare possumus ? Ora.124 a, Sunt.n.quidam oratorij numeri in oratione obseruandi ratione quadam.de Or.93 a,Et persæpe me,quæ soleres in dicendo obseruare, docuisti.& 94 a,Quæ obseruata sunt in usu tractatione dicendi. de Or.97 a,Quæ sua sponte homines eloquentes fecerunt ea quosdã obseruasse atq; collegisse.de Cl. 191 a, Is nimiũ inquirens in sese atq; ipse sese obseruans,metuensq; ne uitiosum colligeret,& uerũ sanguinẽ depraua bat. Ora. 217 b,Non.n.id agit ut infidietur & obseruet,sed iã fauet, processumq; uult.pro S.R.22 a,Multi occupationem eius obseruant,tempusq; aucupantur.Epi.175 a, Itaq; ei præcepi, ut tempus obseruaret epistolæ tibi reddẽdæ.pro S.R.33 b, Nihil mali est,canes ibi quãplurimos esse, ubi permulti obseruandi,multaq; seruanda sunt. Para. 123 b, Obseruare oẽs motus alicuius.de N.50 b,Vt in araneolis aliæ quasi retexerunt,aliæ autem ex inopinato obseruant, & si quid incidit,arripiunt.de Am.107 a,Nec obseruat strictè amicitiæ ne plus reddat quàm acceperit.At.50 b,Cum semper itaha bitum obseruatum q; sit pro Qu.16 a,Quid tu id quemadmodum obseruas?In V.136 b,Metellum eum censum obseruari iussit,qui Sex.Peduceo prætore habitus esset. Ora. 215 b,Quod ne accidat,obseruari non potest:id est,caueri. pro Do.227 a,Obseruare leges.pro Cl.41 b,Maiores nostri nunquam perinde ut rem iudicatam, obseruauerũt animadueſionem censoriam.Off.41 a,Latronum leges esse dicuntur,quibus pareant,quas obseruent.ad Her.29 a,Quid in uiris?idem ne obseruabant?minimè.Epi.215 a,Ago gratias,q; meas obseruationes tam diligenter obseruas. Atti. 114 b,Illud ἀξιοπιστότερον,sic enim putatur, obseruo , μόνῳ Νίκῳ præfertim in te,quem,&c.de D.101 b,Obseruare & seruare idem.Qu.de Pet.213 b, Fac ut abs te custodiri atque obseruari sciant.At.130 a,Scribis tibi in animo esse obseruare Cæsarem,& si Capuam mare ad me ire cepisset confestim in Samnium ad me uenturum.At.221 b, Magis mihi isti seruiunt,si obseruare seruire est.

Observare.colere,uenerari.Ep.48 a,& 87 b,Colere & obseruare aliquem.de Am.101 b,Omnes ferè familiarissimi eius,quasi deuincti meis magnis ueteribus officijs,me diligenter obseruant & colunt.& de Am. 101 b, Coli & obseruari ab aliquo.Epi.65 a,Qui me sicut alterum parentem & obseruat & diligit,pro Pl.267 a,Trib. officijs ab aliquo obseruatas non largitione.pro Pla.268 a, Neq; hoc liberis nostris interdicendum est,ne obseruent tribules suos,ne diligant.Ep.139 a,Perofficiose & peramanter obseruareali quem.Epi.65 a,Obseruare & diligere aliquem sicut alterũ parentem.Attic.34 a,Cęcilium colimus & obseruamus.& I.V.345 b,Vehementerq; illum ordinem obseruo.

Obses,dis.pignus,fiducia.pro Pom.10 b, Pompeius eis spẽ deditionis non ademit,obsides imperauit.& I.V.175 a,Tãtum quod oratoribus Metellus obsides non dedit. Ep.245 b,A nobis multos obsides habet pop.Ro.Itẽ:Ab his Pindenisso capto obsides accepti.pro Clu.35 a, Scalenus hãc condemnationem dederat obsidem Bulbo.& 57 b,Nuptię quarum illa obsides filios ab eo accepit.I.A. 159 b,Reip. tuus paruus filius in Capitolium à te missus obses fuit. An tequam 197 a, Cum præcipuum nobis obsidem sui animi uestram reliquerit libertatem.I.C.118 b, Paruus filius qui mihi uidetur amplecti remp.tanquam obsidem consulatus mei.

Obsessio,onis.obsidio.pro D.213 b, Obsessio templorum occupatio fori,oppressio curiæ.& pro Corne.56 a,Obsessio militaris uiæ.

Obsessor,oris.oppressor.pro Dom.215 b,Depopulator fori,obsessor patriæ.

Obsessvs,a,um.circumsessus,cinctus,oppressus.I. C. 122 b, Patria obsessa facibus & telis impiæ coniurationis. & pro S.R.23 a,Domus obsessa.pro Flac.159 b,Græcia Asiæ orã maritimam cinxit urbibus,non ut municam colonijs illam gentem,sed ut obsessam tenere.

Obsideo,es,circumsideo,obsessum teneo , occupo , fossa & uallo septum teneo,oppugno.I.A.212 a,Qui Mutinam & consulem designatum obsederit.& ibidem , Antonius armis obsedit,aut exclusit senatum.& pro D. 231 a, Qui impelluntur ut obsideant senatum.Postquam 204 b,Cum uiferro,metu absessi teneremini.de Arusp.244 b,Obsidere, oppugnare,labefactare aliquam urbẽ.pro Font.280 a, Ab his gentibus obsessum Capitoliũ est.de Arusp.responſ.255 b,Is obsessus est domi.pro Pomp.7 b,Vrbem Azicenorum obsessam esse ab ipso rege maxima multitudine , & oppugnatam uehementissimè,quàm L. Lucullus summis obsidionis periculis liberauit.I.V.265 b, Qui sinus quosdam obsedisse maritimos dicuntur.& ibi.Aut promontoria tenuisse.& I.A.205 b,Or.217 b,cum is qui audit ab oratore iam obsessus est ac tenetur.con.Rull.81 a, Totã Italiã suis præsidijs obsidere & occupare cogitat.pro Fl.158 a,Cũ curia speculaturatq; obsidet nostra.I.A.153 a.Dictatura quę uiam regiæ potestatis obsederat.& 177 a, Cum omnes aditus armati obsiderent.I.C.102 b,Iacere humi ad obsidendum stupeum.I.V.67 b,Obsidere tempus alterius.Att. 85 b,Scaptius equitum turmis inclusum in curia senatum Salaminæ obsederat.Att.154 a Nos quoniam superum mare obsidetur,infero nauigabimus.Att.240 a.Antonius militibus obsessurus est senatum.

Obsidio,onis.obsessio.Att.129 a,Domitium periculo obsidionis liberare cupio.& pro Fo.283 b, Colonia quæ per hunc obsidione liberata est.pro Mur.128 b, Vrbes partim obsidione cepit.I.A.236 b, Antonius solet accipere manicas nec diutius obsidionis metum sustinere.Ep.63 a,& pro Pomp.7 b,Qui ex obsidione fœneratores exemerit.

Obsignator.oris.Att.191 a,Obsignatores testamentorum & 264 a,Nobis testib.& obsignatorib.pro Cl.57 a,Literarum obsignator.Att.lib.14.Adhibere obsignatorem.

Obsigno,as.signo,consigno.)(.Refigno. pro Fl.150 b,Lex tabulas iudicũ signis obsignari iubet.de Or.99 a,Cum obsignas tabulas clientis tui,quibus id sit scriptũ quo ille capiatur.de Ora.131 b,Furacem ferum solum esse , cui domi nihil nec obsignatum sit,nec occlusum.At.262 b,Decretũ quod obsignatũ est ab amplissimis uiris.& 264 a, Decretũ quod ego obsignaui cũ multis amplissimis uiris.pro Q.12 a,Eius rei conditionisq; tabellas obsignauerunt uiri boni cõplures.I.V.222 b,Literas obsignandas publico signo curaui.& 256 b,Obsignare tabellas signis amicorum. & 106 b,Quod tum codicem obsignassem.In Verr.100 a,Tabulę testamenti obsignatæ non minus multis signis,quàm è lege oporteat.In Verr.68 a, Quæ cognoui egomet apud istum in ędibus,cum obsignandi causa uenissem.pro Flacc. 154 a,Hæc quæ est à nobis prolata laudatio , obsignata erat creta illa Asiatica, qua utuntur omnes in publicis & priuatis literis.& ibid.Nostra igitur laudatio confignata crete est. Attico. 122 a,& 64 b, Obsignata iam epistola superiore,

perlore,quam,&c.& 250 b,Signata iam epistola Formiani &c.Tuf.254 b,Agere cũ aliquo tabellis obsignatis, de D. 138 a,Quędam matrona usa est in quiete obsignatam habere naturam,retulit,negauit eam,quoniam obsignata fuisset,concipere potuisse,at alter prægnantem esse dixit,nam inane obsignari nihil solere.& Epi.266 b, Obsignare lagenas inanes,de Inuen.81 a, Tubulæ obsignantur. Art. 78 b, Obsignaram iam epistolam meam,quam te puto perlegisse. Att.97 a,Ea miratus sum,ut uidi epistolam obsignatam, breuitatem eius,& 100 b, Curij testamentum Ciceronum signis obsignatum.

Obsisto,stito.resisto.repugno,occurro.interpono,I.V.222 a, Qui primò eum obsistere & defendere conatur, repulsi sunt.I.V.236 a.Resististi uidelicet, ne ex Italia transire in Siciliam posseur.& pro Flac.165 2,Græcis, Lydis obsistêt Rhodij,&c.I.C.114 b,Consilijs Catilinæ occurri atq; obsisti.& 186 a,Nisi Panta obstitisset de Fin.110 2, Qua facile posset repugnari obsistiq; fortunæ.& Tusc.181 a, Obsistere dolori.Attic.2 a, Ambitionem meam putabis obsistisse.de Fi 96.Obsistere uisis,affensis;si sustinere.& Acad. 27 a,Obsistere opinionibus,repugnare uisis.Q.in.Fr. 300 a,Obsistere sermonibus alicuius.Offic.5 b, Quamautem non defendit,nec obsistit iniuriæ,tam est in uitio,quàm fi,&c.Of. 37 a,Multorum odijs nullæ opus possunt obsistere.Offi.40 a,Vitia quibus alij facilè possunt obsistere.Sen.92 a, Audacter obsistere alicui.

Obsitvs.a,um.obsoletus,horridus,squalidus.Tuf.158 b, Læti obsita,obsita tenebris loca. Poetæ.

Obsoleo,les,I A.180.in homine enim turpissimo obsolebant dignitatis insignia.al.Obsolescebant.

Obsolesco. scis.tenebris uetustatis opprimor. Acad.41 a, Hæc inclusa habebam,& ne absolescerent,renouabam cũ licebat,legendo.& de In.51 a,Res quæ propter uetustatem obsoluerunt.& 42 b,Hoc uerò a plerique eorum desertũ obsoleuisse.pro Sest.16 a,Virtus splendet per sese semper nec alienis unquã sordibus obsolescit.pro Cæl.49 a,Chartæ quoque,quæ illam pristinam seueritatem continebant, obsoluerunt.contra Rull.64.b,Vectigal quod amissis alijs remanet,intermissis non cõquiescat,in pace niteat, in bello non obsolescat.pro Pompeio:13 b, Obsoleuit iam ista oratio,re multo magis quàm uerbis refutata.pro Qu.10 b, Cuius splendor omnis in moribus obsoleuit.de Orat.55 2, Quæ sanè nunc obsoleuerunt.

Obsoletvs.I.V 107 a,Obsoletius uestitus.

Obsoletvs,a.um.insolens,antiquus,inusitatus, sordidus. In V.87 a,Hæc nimis antiqua & obsoleta sunt.& 259 a, & de Or.156 b,Abiecta & obsoleta uerba figiẽda sunt.& Att. 19 a,Barbara quædam & obsoleta.pro Qu.10 b,Hæc uulgaria & obsoleta sũt.de Or.145 a,Vereor ne paulò obsoletior sit oratio.Off.75 b, Cyrenaicis absoletis floret Epicurus.pro Font.282 b,Scutijs militaribus apud iuuentutem obsoletis.contra Rull 68 b,Vestitus obsoletior,corpus incultum & horridum.I.P.98 b, Vestitus obsoletior,corpus incultum & horridum.I.P.98 b,A q; inde obsoletus Thessalonicaeuenisti.& ad Heren.35 a, Nuntior obsoletus. de Repu.lib.3.teste Augustino de ciuit.Dei,lib. 2. cap.21. Obliuione obsoletos mores uidemus.

Obsonivm,nij uel opsonium,pulmentum:id est,quicquid ad panem unumq; adijcitur in cibum,ut caseus,carnes, oua, pisces,& id genus alia Ep.138 b.

Obsono,as.Tuf.247 a,Socratẽ ferunt,cũ usq; ad uesperũ continentius ambularet,quæsitumq; esset ex eo, quare id faceret:respondisse se,quo melius cẽnaret,obsonare ambulando famem:id est,obson j loco,sibi famem comparare.

Obstinatio,nis.pertinacia,pertinacia,nimia perseuerãtia. de Pro.77 b,Quæ ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ repudiaui.

Obstinatvs,a,um.pertinax,pugnax.In V.79 b, Hunc in iudicando nimium sui iuris sententięq; cognosco.Offi.69 b, Qui nimis perfractè aliquid defendit.Offic.6 a,Qui negat aliquid,& in eo perstat.Attic.6 a,Illius uoluntas obstinatior.pro Lig.141 a,Quem de suscepta causa propositaque sententia nulla uis,nullum periculum posset depellere.

Obstipvs,a,um,de N.47 a,Obstipum caput, & tereti cerui uice reflexum.

Obstita,rorum,ostenta quæ obstant dicta fuisse puto.de I. 173 b,Fulgura atque obstita pranio.

Obsto,as,obsisto,officio,impedio.Acad.6 a. Maxima est insensibus ueritas,si omnia remouentur, iuę obstant & impediunt.Or.201 b,& pro Quin.7 a.Aut aliquid afferet,quod oppositum probabilius sit quàm illud quod obstabit, pro S.R.37 a.Officere & obstare commodis alicuius. de Div. 109 a,Nisi quæ causa grauior obstiterit.Item:Quid autem obstat,quo minus sit beatus,si non sit bipes? Item: Obstiti uidelicet ne.&c,I.obsisto.pro S.R 19 b, Cui pecuniæ nita S.Roscij obstare atque officere uidetur,pro Mil.120 b, Milonij facinoris suspicio,non facti crimen obstat.

Obsvrpo,is.obloquor,de Orator.147 a.Ipsi sibi in dicendo obstrepere uidentur.& Epi.62 a,Quæ res fecit,ut tibi liceris obstrepere non auderẽ. pro Mar.132 a,Sed tamen eusmodi res nescio quomodo etiam dum leguntur, obstrepi clamore militum uidentur.

Obstrictvs,a,um obligatus,deuinctus.pro Cel.54 b, Hũc addictum,dedium,obstrictum uobis habetis. pro Pl.159 a,Obstrictus memoria beneficij sempiterna.I.P.85 b,Aliquem fœdere obstrictum tenere.

Obstringo.gis deuincio, obligo.Att.86 a.Cum sex libris tanquam prædibus me ipsum obstrinxerim, pro Cl. 57 b, Quæ illum domus muliebribus,& spe hæreditatis obstrinxit,Epist.172 b.Omneis iam amicos meos ære alieno obstrinxi.Epi.212 a,Tu ita existimare uolo, quibuscunq; rebus Atticum obstrinxeris, ijsdem tibi obligatum fore. In V.227 a,Tanta religione obstricta tota prouincia est, tanta superstitio mentes Siculorum occupauit,ut,&c. & Att. 201 a,Ego me magna uoti religione obstrictum puto.de Or.133 b,Memnius religione ciuitatem obstrinxit.& In An.176 a,Obstrinxit populu n Ro.religione.In V.142 b, Me omnium officiorum obstringi religione arbitror.I.V. 77 b,Qui in tot scelebrius se obstrinxerit.& 216 a, Quitã to scelere se obstrictum esse non sentit.& Offi.68 b,Quise obstrinxerit.In A.237 a,Qui in facto patriæ parricidio se obstrinxerit.pro Syl.168 a Si defendens eum,quem obstrictum esse patriæ suspicere.pro Cæl.47 a, Si hic obstrictus uoluptatib.teneretur.pro Dom.247 a,Qui tibi erat magis obstrictus beneficio recenti.pro Pl.174 b, Maximis beneficij uinculis obstrictus.)(. Liber & solutus. pro Cluen.60 b,Quem uobis in perpetuum obstringite.de In.79 a,Aut legibus obstrictos in tantis molestijs esse,æquum est.

Obstructio, nis. intercluso. pro Sest.7 b,Sed hæc obstructio nec diuturna est,nec obducta,ita ut curiosis oculis perspici non possit.

Obstructvs,a,um.clausus,septus.L. Obstruo.

Obstrvo,is,obsepio,obturo,oppilo.de Clar.or.166 a,Ad quos omnis nobis aditus,qui penè totis parsit, obstructus est.Ac.2 b,Est.n.omnis cognitio multis obstructa difficultatibus.pro Syl.182 a,Munite communem arcem bonorũ obstruite perfugia improborũ.prò Do.236 a,b, Primò te luminibus eius esse obstructurum minabatur.de Cl.170 b, Sic catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum, quasi exaggerata altius oratio. I. A. Sic autem officiens signis mõs obstruet alius.de Fat.142 a, Zopyrus stupidũ esse Socratem dixit.& bardum, quòd iugula concaua non haberet, obstructas eas partes, & obturatas esse.de Sen. 91 b, Qui iter pęnis uel corporibus suis obstruere uolueruntur.

Obstvpefactvs ta.stupefactus,I.C. 107 b,Si Catilina obstupefactus ac perterritus mea dil.gentia in exilium abierit.pro Deiot.150 a, Homines admiratione obstupefacti.de Di.93 a,Cum ea pars animi sit immoderato obstupefacta potu atque pastu.

Obstvpesco,scis.stupeo,stupesco.de D.119 a, Eius aspectu cum obstupuisset bubulcus , clamorem maiorem cum admiratione edidit.Attic.82 a,Ob hæc beneficia, quibus illi obstupescunt,nullos honores mihi decerni sino.I.C.113 b, Sic enim obstupuerãt,sic terram intuebantur,ut,&c.de D. 122 a,& Ep.112 b, Quidnam torpentes subitò obstupistis Achiuis?pro Mar.135 b, Obstupescent posteri imperia & prouincias tuas.

Obsvm,es. fraudi sum.de Orat. 95 a, Pudor qui non modo non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset.ad Her.31 b,Quid illis adiumento futurum esset,aut offuturum nobis.

Obsvrdesco , scis . sensum audiendi amitto . de Somn. 139 a, Hoc sonitu compleræ aures obsurdescunt . & de Amici. 112 b , Obsurdescimus ramen , nec ea quæ monemur,audimus.

Obtego,gis.contego,obduco.pro Sest. 20 a, Frater meus in comitio iacuit,seq; sernorum libertorumq; corporibus obtexit.& in Vat.31 a, Vt adolescentiæ turpitudo obscuritate ac sordibus tuis obtegatur.pro Cæl.46 b,Quæ uitia mul tis postea uirtutibus obtecta adolescentiæ excusatione defendi possunt.de Leg.181 a , Quemadmodum os reiectum terræ obtegat.Art.16 a,Fingere,dissimulare, & obtegere,

Obtemperatio,onis.obedientia,de L.164 b, Iustitia est ob temperatio legibus , &c.

Obtempero,as.obedio,pareo.pro Qu.1 b,Si id est defendere,cupiditati alterius obtemperare,quo is facilius innocentes possit opprimere.pro Cec.295 a, Si serui ad uerba nobis obediant,non ad id quod ex uerbis intelligi potest, obtemperent.Epist.21 b,Te audi,tibi obtempera.& Tuf.177 a,Obtemperat ipse sibi.Att.43 b, Sed camen quod me uos sperare uultis, uobis obtemperabo.

Obtendo,dis.obduco.Qu.Fr.292 b , Vniuscuiusque natura tegitur,& quasi uelis quibusdam obtenditur.

Obtento,as.tento.Att.145 a,Spes quædam me obtentabat, fore,&c.

Obtero,ris.contundo. Antequàm 195 a , Qui nouam rationem suscitant,ueteres maiorum obterunt laudes.de Di.86 a,Aperteque artem obterere extispicum.Ep.65 b , Prosternere & obterere obtrectationes maleuolorum . In V. 235 b.Laudem imperatoriam criminibus auaritiæ obteri. pro Cæl.288 b,Ita calumniam obtriuit ac contudit.

Obtestatio,onis.imploratio, obsecratio,deprecatio.Epi. 120 b,Mei officij est,me meminisse,qua obtestatione decedens mihi ne paterer fieri,mãdaris.pro Do. 238 a,Sanctiones sacrandæ sunt aut genere ipso,aut ostentatione & consecratione legis,aut pœna,cum,&c.pro D.233 a,Quid ergo tua obtestatio tibicinis uoluit?pro Cl.24 b, Mulier obtestatione uiri domo exire non debuit.

Obtestor,aris.testor,appello , imploro . in V. 274 b,Deos omnes imploro atque obtestor. & pro Mur.144 b,Vestram fidem obtestor,misericordiam imploro . pro Flac. 149 b, Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? pro Plan.281 a,Mecum uos simul miserrimus obtestor parens,& pro uno filio duo patres deprecamur:nolite iudices per uos, per fortunas uestras,per liberos inimicis meis dare lætitiam.pro Mil.119 b, Oro obtestorq; uos, ut misericordiam huic tribuatis. Antequam 193 a, Iure igitur uos obtestor,quos mihi & debere,& posse iteliigo optulari.Att.280 b.Oro atq; obsecro te mi Cicero necessitudinem nostram , tuamq; in me beneuolentiam obtestans , obliuiscaris,&c.Ep.40 a,Obtestans omnes deos, &c. pro Flac.165 b,Cum ego te Flacce cœlum noctemque contestans flens flentem obtestabar , cum tuæ fidei spectantissimæ salutem ciuium commendabam.pro Qu.17 a,Te obsecro obtestorq; per senectutem & solitudinem meam, nihil aliud nisi ut,&c.Att.170 b,& pro Sest.28 b, Idque ut facias te obtestor,atq; obsecro.& pro Syl.148 b, Id fibi ne eripiatis uos obtestãt.pro Sest.12 b , De quo te patria obtestor, me fugitte,&c.pro Cæl.54 a, Quare obtestor oroq; uos iudices,ut,&c.Antequam 197 a,Nunc ego uos obtestor , ut uelitis,&c.& 204 a,Si uobis parum cumulatè gratias egero,quæso obtestorq; uos,ne,&c.Att.51 a,Oro obtestorque teut Qu.Fr.ames.pro Mil.218 a,Vos enim Alaani tumuli atq; luci,uos inquam imploro & obtestor, uestræ tum arę, uestræ religiones uiguerunt.

Obtineo,es. teneo,adipiscor,uinco.pro Qu.5 b , Nemo ad hac præter te fuit, ubi nostrum ius contra illos obtinerenus.& In V.89 a,& pro Cæc.291 a,Tenere ius suum.I.V. 265 b,Verres totam insulam obtinebat, Cyclops Aeonam solam tenuisse dicitur . Atti. 117 a , Pópeius malas causas simper obtinuit,in optima concidit.& pro Q.R. 46 b,Totam litem aut obtinere,aut amittere. Or.203 a,& I.V. 112 b,Hoc ad obtinẽdas causas ualet plurimum.pro Qu.13 b, Hoc cogitent,ita se graues esse,ut si ueritatem uolent retinere,grauitatem possint obtinere.& ibi.Non ad obtinendum mendacium, sed ad uerum probandũ autoritas adiuuat.Qu.Fr.297 a,Necessitudinem,quæ est nobis cũ publicanis.obtinere & cõseruare possumus.pro Syl.170 a,Quorum alter apud me parentis grauitatem, alter filij suauitatem obtinebat.pro Dom.230 b,Calamitas mihi maledicti locum aut criminis obtinebit?I.A.169 b.Suam quisq; domum tum obtinebat.In Sal.275 a, Sallustio Africam interiorem obtinente.Epist. 12 b, Obtinere prouinciam cum imperio.de Or.88 b,Academiam Carneades & Clitomachus obtinebant.pro Qu 1 b, Q.Hortensius qui hoc iudicio partes accusatoris obtinet. de Or. 146 a, Ad actionis usus maximam fine dubio partem uox obtinet.de N.35 b, Sol qui astrorum obtinet principatum.Ep.58 a, Obtinere pristinam dignitatem suam.Ep.57 a,Obtinemus ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatem. Ep. 52 b, Nihil tibi deesse arbitror ad tuas fortunas obtinendas.& 9 b, Omnia quæ noles,tu obtinebis.Ep.5 a,A nobis agentur omnia, ut neque si quid obtineri poterit,non contendamus , neque si non obtinuerimus,&c.Philip.2,Testamentum irritum fecit,quod etiam infimis ciuib.semper obtentũ est. pro Cor. 67 b,Quæ uolebamus & contendimus,obtenta non sunt . Off.99 a,Regnum quod a Tantalo proditum iure obtinebatur.Att.156 b, Hi sunt qui nisi me ciuitate expulissent, obtinere se non posse putarent licentiam cupiditatum suarum.Quin.Fra.318 a,Nunc hoc uel honestatem testudinis, uel ualde bonam æstiuum locum obtinebit,Off.41 b, Filij eius mortui numerum obtinent iure cæsorum.In An. 174 a,Quem locum apud Cæsarem obtinuisti?quo numero fuisti?pro Lig.139 a,Hæc tanta leuitas,quãtam tu per te, per te,inquam obtines.

Obtingo,gis.obuenio.In Vat 31 a,Cũ tibi aquaria prouincia sorte obtigisset.Off.5 a,Quod cuique obtigit, id quisq; teneat. Att.20 a, Quam mihi obtigisse dicis ὀφάρταν nunquam deferam,Epist.29 b,Cum optatissimum nuncium accepissem.te mihi quæstorem obtigisse.In C.118 b,Deinde si quid obtigerit,æquo animo paratoq; moriar.de D. 101 b,Cum ei obtigisset ut bellum gereret cum rege Perse. & 116 a,Talia cuiq; exta esse,qualis cuiq; obtigerit hostia.

Obtorpesco, scis. uel obtorpeo, torpeo, obstupesco. pro Dom.204 b,Miror ei non & linguam obmutuisse , & manum obtorpuisse.& Tuf.205 a.Sed iam subiectus miserijs obtorpui.

Obtortvs,a,um.In V.204 b, Quem obtorta gula in carcerem abripi iussit.& pro Cl.19 b,aliquem obtorto collo ad fuscellia reducere.

Obtrectatio,onis.calumnia,reprehensio, uituperatio. de Cl.178 b,obtrectatio iuidiæ, quæ solet lacerare plerosque pro Font.279 b,Aliqui & ciuil.b.studijs atque obtrectationes domestica inimici.Tusc. 212 b. Obtrectatio autem est ea quam intelligi zelotypiam uolo,ægritudo ex eo, quòd alter quoque potiatur eo,quod ille ipse concupierit. Epi. 154 a,Hæc res habet obtrectationem.& Ep.7 b,Maleuolentissimæ obtrectationes. de In.45 b,Inuidia & obtrectatione impediri.Qu.Fr.298 b,Posterorum erit uerius iudiciũ obtrectatione & maleuolentia liberatum.

Obtrectator,oris.inuidus,maledicus,iniquus, calumniator.pro Fl.Sed si fortè aliquando aut beneficij huius obtrectator,aut uirtutis hostis , aut laudis inuidus extitisset.de Cl.Non aduersarium aut obtrectatorem laudum,sed sociũ potius & cõfortem gloriosi laboris amittere.pro Pla. 271 a,Nonnulli nostri iniqui, multi communes obtrectatores atque omnium inuidi multa finxerunt.Epist.4 a,A tuis inuidis & obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis. & 165 b,Verebar ne obtrectatores mei,&c.pro Font. 279 b , Cum studiorum suorum obtrectatorem sustulissent. pro Flacc. 160 b , In tam suspiciosa & maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorũ non reliquit.de Ar. 255 b,Quid sperem potentissimo inimico , dominatione obtrectatorum,infidelibus amicis,pluribus inuidis?

Obtrecto,as.aduersor,maledico,uitupero,calumnior. Tuf. 221 b,Obtrectare uero,aut illa uiciosa æmulatione quæ ri ualitati similis est æmulari , quid habet utilitatis? cum sit æmulantis,angi alieno bono,quod ipse non habeat: obtrectantis autem,angi bono alieno,quod id etiã alius habeat. Item:Nõ tam id laboro, ut si qui mihi obtrectent , a re ferentur.

futentur, quam intelligi cupio, me à te amari. In An. 335 a, Hanc tibi consuetudinem plerisque in rebus bonis obtrectandi, si quis detraxerit, qui tibi uelit obtrectare non relinquetur. & Ac. 5 a, Arcesilas Zenoni obtrectans. pro Pom. 8 a, Qui huic obtrectant legi atque causæ. At. 52 a, Si obtrectabitur, utar auctoritate senatus. Tusc. 218 b, Ipsam illud æmulari & obtrectare non esse inutile, cum, aut se nõ idem uideat consecutum quod alium, aut alium idem quòd se. pro Pom. 14 b. Quo mihi etiam indignus uidetur obtrectatum esse adhuc.

Obtritvs, ti. contusus. de Or. 141 a, Quos quum humare uellent suis, ne quos possent obtritos internoscere, Simonides dicitur, &c. demonstrator uniuscuiusque sepeliendi fuisse.

Obtrvdo, dis. detrudo. deturbo. In V. 218 b, Qui non modò obtrusit aliqua ex parte monimẽta Scipionis, sed funditus sustulit & deleuit.

Obtrvsvs, sa. l. Obrusus. de Clar. 188 b, Adhibẽda est quam obtrusa ratio, quæ mutari non poteſt. l. Obrusa.

Obtrvnco, as. occido. de N. 73 a, Puerum interea obtrũcat, membra articulatim diuidit.

Obtvndo. dis. retundo, perstringo, onero. Tusc. 165 a, Multa enim è corpore existunt, quæ acuant mentem, multaq; quæ obtundant. Att. 118 a, Ego si somnum possem capere, tam longis te epistolis non obtunderem. de Orat. 151 b, Ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. In Verr. 225 b, Non obtundam diutius aures uestras. & 183 a, Obtuderunt eius aures, te socium prætoris fuisse. Tusc. 198 a, Nihil est enim quod tam obtundat eleuetq; ægritudinem. Ep. 79 b, Cupio non obtundere te, si non delectare nostro studio. Or. 135 a, Cum patronus uocem in dicendo obtudisset.

Obtvrbo, as, perturbo. Attic. 190 a, Me literæ non leniunt, sed obturbant. & 191 a, Philippus obturbauit mihi solitudinem.

Obtvratvs, ta obstructus. interclusus, oppilatus. de Fat. 142 a. l. Iugulum.

Obtvsvs, a, um. retusus. Antequam 194 b, Aequi auditores adhibebuntur, aures non obtusæ criminatione, sed uacuæ præbebuntur. & ad Her. 19 a, Si aures auditorum obtusę uidebuntur. de Sen. 94 b, Animum qui plus cernat & longius uidere se ad meliora proficisci: illum autem cuius obtusior fit acies, non uidere. de Nat. lib. 1. Totum aut etiam aut nõ, negauit esse necessarium: quo quid dici potest obtusius?

Obtvtvs, tus. aspectus. de D. 133 b, Quodam obtutus oculorum duo lucernæ lumina pro uno uideri. de N. 61 b, Cum idem obtutus esset amborum oculorum. de Or. 144 a, Qui uultum eius obtutumq; oculorum in cogitando probè nosset. de Vn. 199 b, Animus oculorũ effugit obtutum. & Of. 29 b, Oculorum obtutus. & pro Pl. 263 a, Oculorum contectus. de N. 47 a, Figere obtutum aliquo. At. 242 b, Fortibus oculis spectare aliquem. de N. 47. a, Obtutum in cauda maioris figere dicas.

Obvallatvs, ta. munitus, circumuallatus. contra Rul. 69 b, Quem locum nobilitas firmatum & omni ratione obuallatum tenet.

Obvenio, nis. obtingo. In Ver. 111 a, Verri forte prouincia, obuenit. & 112 b, Quod hæreditas ei obuenisset. & ad Her. 31 b, Sin aliqua necessitas huius muneris alicui reipub. obuenerit, danda erit opera, ut, &c. Off. 48 b, Id igitur obuenit uticiũ, quod tu futurum esse præuideras. In A. 188 a, In sortitione prouinciarum, quę cuiq; apta erat, ea cuiq; obuenit.

Obversatio, onis. obambulatio. pro Muræn. 135 b, Etenim obuersationes, testificationes, &c. animaduertebant, &c.

Obversor, aris. uersor. pro Sest. 4 a, Sed mihi obuersatur ante oculos reip. dignitas. & pro D. 242 b, Respu. obuersatur ante oculos exterminatoris sui. Tusc. 186 a, Obuersentur species honestæ animo. Acad. 35 a, Nonus ipsa ueritas, & grauis & recta ratio mihi obuersetur?

Obverto, tis. conuerto. In Arat. Obuertunt nauem magno cum pondere nautæ. Tusculan. 119 a, Quem spectabat, cuius ob os Graij ora obuertebant. Idem 9. Fam. Epi. ultima.

Obviam procedo, egredior: id est, occurro. In A. 175 b, Cæsari ex Hispania redeũti obuiam longissimè processisti. In V. 122 a, Epicrates longe mihi obuiam cum suis omnibus processit. pro Mur. 140 a, Multi obuiam prodierũt de prouincia decedenti. & ibid. Deinde ipse accusator cum bene magna caterua obuiam uenit. Epist. 27 a, Cum in Cumanum mihi obuiam uenisti. pro Mur. 140 a, Si mercede conducti obuiam candidatis issent. In A. 171 a, & Ep. 35 b, Ex oppido prodire obuiam alicui. pro Sest. 18 b, Huic adurbem uenienti tota obuiam ciuitas processerat. Att. 187 a, 42 a, Tironem Dolabellæ obuiam misi. Epist. 35 b, Illi obuiam misimus Athenas. pro Pl. 279 b, Cũ ipsa penè insolentia mihi sese obuiam ferre uellet. In P. 90 b, Cum mihi ipsa Roma propè conuulsa sedib. suis ad complectendum cõsenatorem suum procedere uisa est. Att. 180 a, De obuiam ire ita faciam, ut suades. Epist. 239 a, Properate obuiam alicui, Att. 21 a, Prodire obuiam alicui. Obuiam pro contra. Att. 65 b, Huic obuiam Cato & Seruilius præit aperte: id est, cõtra hunc, &c. Antequam. 194 a, Malorum conatibus obuiam ire. At. * obuiam mihi fit tabellarius qui me offendit. pro Mil. 106 b, Obuiã fit ei Clodius expeditus in equo.

Obvivs, a, um. occurrens. pro Mil. 110 b, Quippe si ille in obuius futurus non erat. pro Cec. 296 b, Si autem ingrediens cum armata multitudine obuius fuerit, &c. pro Cor. 65 b, Nam & Mamertinos & quosdam Vricenses ciuitate donauit. At. 94 b, Tu autem fac ut tuæ literæ mihi uolẽt obuiæ.

Obvolvo, uis. obnubo, obduco. Ora. 203 b, Pictor ille uidit, obuoluendum caput Agammenonis esse, quoniam summũ illum luctũ penicillo nõ posset imitari. In Ver. 250 a, Alijs capitibus obuolutis è carcere ad palum rapiebãtur. de In. 81 a, Os autem obuolutum est folliculo, & præligatum.

Obvolvtvs, a, um. inuolutus. de D. 94 b, Obuoluta sanguine fax. & ad Here. 4 b, Obuolutus & obligatus corio. I. V. act. 7. Capitib. obuolutis è carcere ad palum atque ad necem rapiebantur.

Occaeco, as. obcæco, cæco. de Ora. 157 a, Noctis & nimbum occæcat nigror. de D. 85 b, & de Fin. 55 b, Occæcati cupiditate non prouident.

Occallesco, scis. percallesco, obdurescо. Att. 33 b, Sed iam prorsus occallui.

Occasio, onis. locus, tempus, opportunitas, facultas, aditus, campus, causa, diuerticulum, tempestas, tẽpus oblatum. I. V. 83 a, simul ac primum ei occasio uisa est, prouinciã deseruit. & Ep. 198 a, Ego tamẽ ut primùm occasio data est, feci, &c. de Cl. 191 a, Qui occasione aliqua ẽt initiis suis ciuibus adeptus est imperium. I. V. 121 a, Iste amplã occasionem nactus, &c. de In. 51 a, Occasio est pars tẽporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. &, In occasione ad spacium temporis faciendi quædam opportunitas intelligitur adiuncta. Of. 29 a, Tempus actionis opportunum Græcè, εὐκαιρία. Latinè appellatur occasio. cõtra Rull. 66 b, Qui aliqua occasione cõsules facti sunt. &, Vester honos ad alienæ petitionis occasionem interceptus. Att. 275 b, Antonius ab alio relictum regni instrumentum occasionem regnandi habuit. pro Plã. 8 b, Occasionem sibi ad Asiam occupandam oblatam esse putant. Ep. 145 b, Hæsitantes mala nostra suam putant occasionem. Ep. 147 b, Habere occasionem ad agẽdum aliquid. de Leg. 156 b, Teneo quam optabam occasionẽ, neq; remittam. & Qu. de Pet. 209 a, Hoc tempus tibi oblatũ noli pretermittere. de Ar. 256 b, Captare occasionem. In A. 166 a, Alijs cõsilium, alijs animus, alijs occasio defuit. I. A. 211 b, Qui familiarẽ iugularat, quid hic occasione data facieti mirũ? ad Her. 37 a, Occasio commoda, idonea. Att. 114 b, Illum ne data quidem occasione repulimus. pro Cec. 287 b, Amittere occasionẽ. At. 242 b, Amissa occasio. pro Mil. 106 b, Obire locum & tempus facinoris. pro Syl. 167 a, Facile patior oblatum mihi tempus, in quo, &c. & I. A. 189 b, Nõ tempore oblato utemini? & ibid. Nullum erit tempus hoc amisso. At. 263 b, Facilè patior datum tempus, in quo, &c. & Par. 242 a, Diuerticula peccatis dare. Gaudeo mihi causam oblatam, &c. &, Arripere causam ad agendum aliquid. l. Oblatus. pro Mil. 192 a, Nunc locus uobis datus est, ubi positis, &c. pro Cl. 33 b, L. Quinctius oblatã sibi facultatem putauit, ut posset, &c. pro Lig. 141 a, Qui uos cantẽ laudis occasione priuauerit. pro Mil. 109 a, b, Quæ tum nõ modò occasio, sed etiam causa illius opprimendi fuit? pro Mil. 109 a, Quem si interficere uoluisset, quãtæ quotes occasiones, quãm præclaræ fuerunt. Att. 78 a, Si fuerit occasio, manu: sin minus, locis nos defendemus. Att. 279 b, Antistius se acerrimum propugnatorem communis libertatis præstitisset, si occasioni potuisset occurrere. pro Fl. 152 b, Casus est enim in capiendo, locus, euentus, occasio. I. Ant. 181 b, Certatim posthac mihi crede ad hoc opus curretur, nec occasionis tarditas expectabitur. In A. 190 a, Hanc igitur occasionem oblatam tenete per deos immortales.

Occasvs, sus. obitus, interitus, obliteſco.)(. Ortus, exortus. de Nat. 35 b, Sol ab ortu ad occasum cõmeans. & ad Her. 23 a, Occasus solis.)(. Exortus. de Inu. 54 a, Obitus signorum.)(. Ortus. In P. 86 b, Qui dies post obitum occasumq; nostrũ reip. primus illuxit. In C. 115 a, Totius urbis atque imperij occasus appropinquat. pro Syl. 173 a, Cum ad occasum interitumq; reip. Catilina in castris dux esset constitutus. In P. 83 a, Senatus reip. occasum atq; interitum luget. Top. 223 b, Senectus est occasus uitæ.

Occatio, onis. agricolarum uerbum fuit, cum iacto semine crate solum æquabant, seminaq; occultabant. de Sen. 87 a, Terra semen occatum cohibet, ex quo occatio, quæ id efficit, nominata est.

Occatvs, ta, tum. id est, crate occultatus, & depressus. l. Occatio.

Occentare, ab occino, nis. id est, contra aliquem canere. carmenue condere. de Rep. lib. 4 teste August. de Ciuit. Dei, lib. 2. cap. 9 Si quis occentauisset, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret.

Occidens, tis. occasus, obiens. Tusc. lib. 1. Occidens sol. de N. 49 a, Qui terras ab oriente ad occidentem colunt. de Som. 129 b, In orientis aut obeuntis solis partib. pro Domo sua 85 b, Probe iam occidente sole.

Occidio, onis. l. Occisio.

Occido, dis. cado, morior, condor. de N. 30 b, Refrigerato autem & extincto calore occidimus ipsi, & extinguimur. pro Cæl. 54 b, Nolite hunc natura ipsa occidentem uelle maturius extingui uuluere uestro, quàm suo fato. Tuscul. 171 a, Cum suis se laudibus uita occidens consolari potest. de Diuin. 91 b, Eudemus prælians ad Syracusas occidit. de D. 116 a, Ex nihilo oriri.)(. In nihilum occidere. pro Mil. 121 a, Vt beneficia quæ in me contulistis, in huius exitio occasura esse iubeatis. de Diui. 85 b, Propè iam occidẽte sole. In Verr. 94 b, Occisus. id est mortuus. Acad. 30 a, Hic ornatus nunquam dilapsus occidet. Ep. 45 b, Aliquid opis occidenti reip. tuliſſemus. Tuſ. 172 a, Vita occidens. Quint. Fr. 105 b, Si planè occidimus (me miserum) ego omnibus meis exitio fuero, quibus antè dedecori nõ erã.

Occido, dis. interficio, interimo, cædo, neco, macto, iugulo, trucido, perimo, uitam eripio, de medio tollo, luce communi priuo, uitam aufero, necem affero, mortem affero, cædem facio, uita priuo, morte mulcto, morte afficio, mortem conficio, uitam adimo, uitam mihi exhaurio, alicuius cædem efficio, interitum affero, alicuius rei interitum atq; obitum conficio, uita expello, occisione occido, confico, opprimo, uitam patris uiolare, ui interire.)(. Morbo extinguit mortem hostibus obtuli, qui mortem obtulerit parenti, mortem oblatã esse patri a filio, cædem & occisionẽ facere. pro S. R. 35 a, Nullus modus est hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit. pro S. R. 21 a, Occidit ad balneas Palatinas rediens a cœna Roscius. de Fin. 78 b, L. Virginius Virginiani filiam manu sua occidit. pro Do. 232 a, Rempub. condere meo discessu, quàm omnium interitu occidere malui. pro Mil. 103 b, Cædẽ, qua P. Clodius occisus est, contra remp. esse factam. I. A. 265 a, Cum Pansa hostium copias occisione occiderit.

Occisio, onis. cædes. pro Cecin. 293 a, Tu uim negabis esse factam, si cædes & occisio facta non erit? & I. C. 112 b, & ad Her. 35 a, Cum cædem infinitam ciuium fecissent. In A. 265 a, Cum Pansa hostium copias occisione occiderit. Ep. 244 b, Cognoui magnum equitatum eorum a cohorte prætoria occisum. alter, occidione.

Occisvs, a, um. cæsus, occisione occisus. I. C. 102 b, Vigilare ad insidiandum bonis occisorum. & Ep. 244 b, Occisione occisus.

Occlvdo, dis. claudo. de Orat. 131 b, Furax seruus, cui nihil domi est nec obsignatum, nec occlusum. Ac. 36 b, Occludi tabernas iubes. I. C. 122 a, Quæstus occlusis tabernis minui solet.

Occo, as. l. Occatio.

Occvlo, lis. occulto. Attic. 76 a, Appij uulnera non refricò sed apparent, nec occuli possunt. Tuſ. 182 b, Mulieres in urbib. mollissimo cultu parietum umbris occuluntur. de Or. 124 b, Puncta argumentorum plerunq; occulere.

Occvltatio, nis. Attic. 149 b, Sed ibi occultatio nulla est. de N. 51. & de Fin. li. 2. Occultatione proposita.

Occvltator. oris. pro Mil. 111 a, Ille latronum occultator & receptor locus.

Occvltativs. pro Deiot. Et occultatius ornari, & efficere cautius.

Occvlte. abditè, ex occulto, ex insidijs, circuitione.)(. Rectè, apertè. contra Rul. 61 a, Quæ res apertè petebatur, ea nũc occultè cuniculis oppugnatur. & 74 a, Occultè latere, reconditum esse. de N. 16 a, Nec consultò dicis occultè, ut Heraclitus. In Verr. 145 a, Conditum esse & abditè latere. In C. 211 a, Occultè peruenire aliquò. pro Clu. 27 a, Cum multi boni uiri ex occulto interuenissent. Attic. 149 b.

Occvlto, as. tego obtego, contego, supprimo, inuoluo, tenebris obscuro, ab oculis remoueo, dissimulo, obscure fero, obscuritate & sordibus obtego. Offic. 25 b, Quę natura occultauit, eadem omnes ab oculis remouent. & I. V. 92 b, Causam huius tanti terroris occultas. de N. 36 a, Stellę quę tum occultantur, tum rursus aperiuntur pro Sest. 14 a, Occultari, delitescere.)(. Emergere, aperiri. l. Aperio. Item: Marius senile corpus paludibus occultauit demersum. Post. 207 b, Frontis tibi integumento ad occultanda tanta uitia diutius uti non licebit. pro S. R. 32 a, Tenuitas huius eo magis elucet, quo magis occultatur. Aca. 39 a, Intemperantis est scribere, quod occultari uelis. & 81 a, Intus ueritas occultatur. 146 b, Inuentus est uix in hortis suis occultans. de Orat. 99 a, Quoniam sententiæ atq; opinionis meæ uoluistis esse participes. nihil occultabo. pro Pom. 5 a, Mithridates ita regnat, ut se neque Cappadociæ latebris occultare uelit. Offic. 21 b, Sed si quis est paulo erectior, quamuis uoluptate capiatur, occultet, & dissimulet appetitum uoluptatis propter uerecundiam.

Opera ræ, administratio, munus, actio, opus, manus, uiri ad operas conducti, operarij. Off. 30 b. Mercenariorum operæ non artes emuntur. & I. V. 213 a, Ipse dabat purpuram, amici operas. Off. 35 b, Eas nos nullo modo sine hominum manu atq; opera capere possemus. & ibid. Sine hominum opere. I. V. 111 a, Duabus in rebus legatorum una opera consumitur, in laudando & repetendo. I. V. 143 b, Canuleius in portu Syracusis operas dabat. & 144 a, & Att. 176 b, Terentius magnas operas in portu & scriptura Asię, p magistro dedit. & Epist. 227 a, Qui operas in scriptura pro magistro dat. Ep. 207 b, C. Puppius, qui est in operis eius societatis. I. V. 107 a, Quantum paucæ operæ & mercedes fabrorum tulerunt. I. A. 157 a, Operæ mercenariæ, multitudo conducta. & 155 a, Publicis operis disturbare domum aliquam. & I. V. 245 a, Nauem tibi operis publicis esse ædificatam. Quin. Fr. 308 b, Operas suas Clodius confirmat, manus ad Quirinalia paratur. pro Plan. 268 b. Plãcius in operas plurimos misit. pro Sest. 11 a, Erat mihi contentio cum operis conductis. & 6 b, Is uendirabat se operis, à quibus, &c. Epi. 262 a, Tu musis nostris para, ut operas reddas. de D. 137 b, Nunc propter intermissonem forensis operæ lucubrationes detraxi. Offi. 44 a, Qui opera, idest, uirtute, & industria benefici sunt. Ep. 107 a, Dixitq; iudicem sibi operam dare constituisse. & Atti. 220 b, Iudex operam dare mihi constituit, eo die, &c. Attic. 52 b, Ne & opera & oleum philologiæ nostræ pereat. Parad. 122 a, & Ep. 95 a, Is fatetur se & operam & oleum perdidisse, Prouerbium. Attic. 203 a. Cũ Sestij auctione operam dederis, nos reuises. & 213 b, Fabę rio operam ponamus. de Clar. 193 b, Miloni Rhodio Romæ operam dedimus. de Orato. 95 a, Apollonius quotiẽ dicabat non posse oratores euadere, operam apud eũ perdere non patiebatur. de Cl. 193 b, Ego autem iuris ciuilis studio multum operæ dabam Quint. Scæuolæ. P. F. At. 4 b, Vt ergo in huiusmodi re tribues nobis paulum operæ. de Ora. 95 b, In artificio & opera quãm tenui & leui adhibeat multam diligentiam. de Cla. 180 a, Gellius multam operam & utilem amicis præbuit. pro Cl. 51 a, Omnis mihi opera atq; opera posita est in omnium periculis defendendis. Off. 28 b, Maiorem curam & operam suscipere quàm causa postulet. Ep. 215 a, Nõ parcam operæ. I. V. 214 a, Cadelabrum è gemmis clarissimis opera mirabili perfectum. de Ora. 119 b, Quontam uos tantum operæ mihi audiendum datis. & 122 b, Plus te operæ Græcis dedisse. At. 69 b, Dionysius mihi operam dat egregiam. At. 32 a, Operam alicui. Att. 66 a, Dare dies alicui. & 3 b, Dare aures alicui. Ep. 111 b, Dare operam memoriæ alicuius. Tusc. 4 b, In quam exercitationem ita nos studiose operam dedimus, ut, &c. Ep. 140 b, Dare operam liberis. I. V. 175, Sibi ma data est opera à me, ut quam plurimo decumas uendarem. de Or. 108 b. Dare operam ualetudini. Dare operam funeri. I. Funus. Qu. Fr. 325 a, Bene ponere operam. At. 91 b, Ponere multum opere in aliqua re. & de Cl. 174 a, & Q. Fra. 296 a, & Off 4 b, se Fin. 49 a, Ponere multam operam in aliqua re. de D. 109 b. Tribuenda est opera reip. uel potius in ea cogitatio curaq; ponenda. de Or. 105 b, Consumere operam in aliqua re. Item, In ea arte tu plus operæ laborisq; consumpseras. pro S. R. 26 b, Qui in agris colendis tantum operæ temporisq; consumpserunt. Tusc. 170 b, Consumere multam operam frustra. de In. 63 a, & I. V. 2 b, Consumere operam in maximis philosophiæ partibus. pro Font. 276 b, Consumere multum laboris & operæ in aliqua causa. Item, Prædijs colendis operæ plurimum diuijq; consumere. Atti. 277 a, Tibi omnes nauare operam & studium uolunt. Off. 4 b, Magnum studium multamq; operam in res obscuras atque difficiles conferre. pro Cu. 58 a, Officij potius quàm dicendi studio hanc operam, & munus suscepi. I. V. 225 b, Tibi hæc opera sumenda est. al. Her. 10 b, Vtrum data sit opera ut sciretur. de Orat. 51 b, Nam primum quasi dedita opera dicebat, &c. & At. 131 b, Dedita opera facere aliquid. Ep. 111 b, Data opera parati, qui sic, &c. Of. 9 a, Id age, ut uir bonus esse uidearis: id efficiẽdo da opera ut, &c. pro Sest. 3 b, Contende ut, &c. id efficiẽdo operam ut, &c. Item, Seruire uoci, dare operam uocis, intelligere nouis amicitijs, & spernere ueteres. Part. 124 b, Qui operis dandis, publicis sumendis rem honestè quærunt. de L. 169 a, Et sermoni reliquo demus operam sedentes. & 175 a, Dare operam rebus diuinis. Att. 217 a. De eodem oleo & opera exaratu nescio quid ad te. & 9 b, Operæ Clodianæ pontes occupauerunt. & 36 a, Qui erant mecum facilè operas aditu prohibuerunt. & 230 b, Omni opera atque opera enitar, ut de Buthrotijs, &c. & 263 a, Omnibus rebus magna cura, multa opera & labore confectis. Q. Fr. 314 b, De uersibus, quos tibi à me scribi uis, deest mihi quidem opera, quæ non modò tempus, sed etiam animum uacuum ab omni cura desiderat. Off. 92, Vti seruis ut mercenarijs ad operam exigendam. & 47 b, Sed quis est tandem qui tibi opis & optimi uiri causæ, non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potentis?

Operæprecivm. non alienum, est tanti, utile, iucundum, dignum. contra Rul. 80 b, Quo in genere est operæpretium diligentiam maiorum recordari. I. V. 135 a, Iam uerò Centores quemadmodum creati sunt operæpretium est cognoscere. & 105 a, Operæprecium est ipsam legem cognoscere. pro S. R. 28 a, & de Fi. 121 a, Operęprecium erat, si animaduertistis iudices, negligentiam eius in accusando considerare. pro S. R. 36 a, Si nihil in ista pugna Roscij, quod operæprecium esset fecerant, quam ob causam à Chrysogono tantis præmijs donabantur.

Operarivs, rij. baiulus. I. V. 217 b, Barbari quidam operarij mercede accepta signum illud sustulerunt. Tusc. 248 b, & ad Her. 21 a, & Epist. 111 a, Quos singulos sicut operarios barbaros q; contemnas. I. V. 229 b, Operarius appositus ad deferenda onera. pro S. R. 85 b, & Att. 101 a, Operarius homo. de Clar. 188 b, Operarij autem & baiuli deesse non possunt. & Parad. 520 a, Operarij & baiuli, &c. de Or. 91 b, Non oratores, sed operarij lingua celeri & exercitata. & 108 a, Operarium quendam nobis Antoni oratorem facis.

Operatio, onis. opera. At. 93 b, Huius nebulonis operatione si Brutus moueri potest, licet eum solus ames. aliter, oratione: & rectius.

Opercvlvm, li. quo aliquid tegitur, & operitur. de N. 52 b, Aspera arteria tegitur quasi quodam operculo.

Operimentvm, operimenti. integumentum, operculum. l. Obduco.

Operio, ris. tego, inuoluo. I. V. 226 a, Contumeliæ quibus operti oppressiq; sumus. l. Opertus. Tusc. 186 a, Operite, abscedite. I. V. 228 a, Fons qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum a mari disiunctus esset.

Operosè. laboriosè, nimiaq; cum cura & opera. Ora. 210 b, Vt fiat quasi structura quædam, nec tamen fiat operosè, nã esset infinitus labor.

Operosvs, a, um. laboriosus, actuosus. de Fin. 63 b, Viuendi artẽ tantã, tamq; operosam relinqueret? Qu. 315 a, Scribebam illa πολιτικὰ, spissum sanè opus & operosum. de Sen. 82 a, Senectus non modò languida atq; iners non est, uerũ etiam est operosa & semper agens aliquid. de N. 37 b, Moliri aliquid cum labore operoso & molesto. & 44 b, Nec quæ sunt minus operosa. & de Clar. 196 b, Operosa cõcursatio. & Q. F. 362 a, Res operosa est. Of. 36 a, Quæ in usu & tractatione belluarum fiunt utiliter ad hominum uitam, artibus ea tribuuntur operosis. de L. 179 a, In delubris communib. textile, nec operosius quàm mulieris opus mẽstruũ. de Leg. 182 a, Ne quis sepulchrum faceret operosius quã quod decem homines effecerint triduo.

Operivs, a, um. coopertus, tectus, inuolutus. I. A. 180 b, Is lectica operta latus est per urbem. & de Di. 124 b, Is lectica operta facere iter solebat. de Sen. 83 b, Nullo imbre addici potest, ut capite operto sit. Par. 121 b, Clodius opertum Bonæ deæ accessit. & ibi. Et tu quidem in operto fuisti. de Diu. 104 a, Quo ex genere Apollinis opertæ prolata sunt. & 135 a, Nec Apollinis opertis credendum existimo.

Opes, pum. potentia, diuitiæ, facultates, copiæ. Attic. 124 b, Moderatori reipub. beata ciuium uita proposita est, ut opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, uirtute honesta sit pro Qu. 1 a, P. Qu. cui tenues opes sunt, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sint. Attic. 152 a, Cæsar iam opes meas, non antè opem expectat. Attic. 187. Cæsar qui maximas opes habebat, paucorum uirtute subiatus fuit. & de N. 39 a, Maximus, id est, magnas opes habens. Off. 14 b, & 41 a, Bargulus latro magnas opes habuit, & multo maiores Viriatus. & 59 a, Hinc opum nimiarum, potentiæ non ferendæ. I. A. 159 a, Opes uiolentas & minimè ferendam potentiam concupiscere. de Pro. 77 b, Cùm me firmissimis opibus contra scelus inimicorum munire possem. I. A. 165 a, Pompeius omnes opes suas & reip. ad Cæsarem detulit. contra Rul. 75 b, Hæc lex tota ad Pompeij opes euertendas tanquam machina comparatur. pro Pomp. 12 b, Accepta in Ponto calamitate, ex eo prælio hostium opes animiq; creuerunt. contra Rull. 72 b, Potestatem hanc tantis confirmat opibus, & copijs, ut inuitis eripi nullo modo possit, ornat apparitoribus, scribis. contra Rul. 81 a, Totam Italiam suis opib. obsident. de Am. 100 a, Diuitiæ opportunæ sunt ut utare opes ut colare, honores ut laudere. Antequã 193 a, Et singulorum opes sæpe sunt tenues & infirmæ ad gratiam referendam. & ibi. Vniuersorum auxilium eo plurimũ prodest, quo firmioribus opibus est nixum. Ep. 15 b, Neq; pugnandum contra tantas opes. Tusc. 195. & 191 a, Omnibus uiribus atq; opibus repugnare alicui. de Fin. 59 b, Opes uel fortunæ, uel ingenij. & 143 b, Diuitiæ, honores opes. de Cl. 391 a, Si honores quàm opes consequi maluisset. Off. 230 a, Prostratam remp. tuis opibus exutisti. Epi. 83 a, Coniunctione frangi Senatus opes, disiunctione ciui le bellum excitare uidebam. de Sen. 78 b, Tibi propter opes & copias tolerabilis senectus uideturi. pro Cl. 50 a, Vir magnis opibus præditus. pro Qu. 5 b, Potentia inops. pro Dom. 253 a, Nemo fuit, qui non me pro suis opibus in illa tempestate defenderit. de Di. 109 a, Iuuentus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenãda sit. pro Quin. 8 b, Alterius opes, id quod miserrimum, non expectare. Off. 2 b, Id conducit ad facultates rerum atq; copias, ad opes, ad potẽtiam. & 17 b, Qui neq; opes aut potentiam consectabitur, totamq; remp. sic tuebitur, ut omnibus consulat. Off. 43 b, & Am. 106 b, Si quando ei subueniatur, qui potentis alicuius opibus circumueniri uideatur. pro R. P. 122 a, Qui suæ fortunæ fundatas & optimè constitutas opes potestati regiæ commiserit.

Opeλήματα. l. Detrimentum, & Emolumentum.

Ophivcvs, chi. anguitenens latinè. l. Anguitenens.

Opifex, cis. artifex. de N. 195 b, de N. 5 b, Opifex ædificatorq; mundi deus. & 56 b, & de Fin. 88 b, Omnia nos consecutos esse adhibitis opificum manibus. Item, Opifices & tabernarios, atq; illam omnem fecem ciuitatũ, quid est negocij concitare? Tusc. 155. Opifices post mortem nobilitari uolunt. Tusc. 235 a, Zeno uerborum opifex. Orat. 197 a, Sed ne opifices quidem se artibus suis remouerunt. Ac. 36 a, Nec artifices quidem tueri sua artificia possent, nisi uocabulis uteretur nobis incognitis, uiitatis fibi. I. C. 122 a, Omne opificum instrumentum, omnis opera ac quæstus frequẽtia sustineatur, alitur ocio.

Opificina. officina. de Off. lib. 1. Nec enim quicquam ingenuum habere potest opificina. aliter, Officina.

Opimivs. Ora. 212 a, I. V. act. 3.

Opimvs, a, um. pinguis, amplus, magnificus.)(. Gracilis, tenuis, strigosus, subtilis. 247 b, Opimus bos. & 180 a, Tum iecore opimo farta & satiata affatim. de Di. 105 a, In extis bouis opimi cor non fuit. de Cl. 179 a, Qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates consectentur. Off. 199 a, Opimum quoddam & tãquam adipale dictionis genus. pro S. R. 19 b, Opima & præclara præda. & I. V. 95 b, Contentus tam opimis spolijs non fuisti. I. V. 103 a, Opimus præda. pro Do. 217 b, Syria opima & fertilis. pro Fl. Decianus ad Lælium deuic hanc opimam accusationem. pro Po. 6 b, Asia opima est & fertilis.

Opinabilis. le. quod in opinione positum est. de Diuin. 85 b, Artes, quæ coniectura continentur, & sunt opinabiles. & ib. Omnisq; opinabilis diuinatio, coniectura enim nititur. de Vn. 195 b, & Acad. 44 b, & Tusc. 206 b, Quod totum opinabile est.

Opinatio, onis. opinio. de Vn. 195 b, Sensus mouentia quæ sunt, eadem in opinatione consistunt. & Ac. 20 a, Opinatione & perceptione sublata. Tusc. 214 b, Hæc autem opinatio est, iudicare se scire quod nesciat.

Opinato, præposita, nec præter opinionem, præter spẽ, improuiso. I. A. 175 a, Nec opinato cum ostendisses, &c.

Opinator. oris. qui probabilia tantum sequitur, nihil affirmat. Acad. 17 a, Ego uerò ipse magnus quidam sum opinator, non enim sum sapiens.

Opinatvs, a, um. Off. 40 a, Separatim autem in singulis admirantur, si perspiciunt nec opinata quædam bona. Tusc. 211 b, Partes perturbationum ex duobus opinatis bonis nasci, & ex duobus opinatis malis.

Opinio, onis. sententia, sensus, existimatio, coniectura placet. Tusc. li. 4. Opinionẽ autem (quã in omnes definitiones, superiores inclusimus) uolunt esse imbecillem assensionẽ. I. V. 225 a, Vetus est hæc opinio, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atq; monumentis. de N. 58 b, Vetus hæc opinio oppleuit Græciam, exectum esse Cœlũ à filio Saturno. de D. 80 a, Vetus opinio est iã usq; ab heroicis ductа temporib. &c. de Or. 108 b, Magna nobis pueris opinio fuit, L. Crassum, &c. Att. 140 b, In his locis opinio est, coniectura magis quã nuncio aut literis, Cæsarem Formijs citò fore. de N. 26 b, Opinionum cõmenta delet dies. & 88 a, Nos publicã propè opinionẽ secuti sumus. pro Do. 215 a, Res erat non in opinione dubia, sed in præsentia, atq; ante oculos proposito periculo. p Cl. 18 b, Euellã ex animis hoium tantam opinionem tam penitus insitã, tam uetustã. & ibi. Tũ si quã opinionem mentib. uestris comprehendistis, si eã ratio conuellet, ne repugnetis, eãq; animis libenti bus remittatis. de N. 13 b, Deos eẽ persuaderi mihi nõ opinione solũ, sed etiam ad ueritatẽ planè uelim. de Nat. 61 b,

Opinio de dijs immortalibus,& omnium est , & quotidie crescit.de Cl.174 b.Philosophorũ de se ipsorũ opinio firma in hoc uno & stabilis inuenta est.Orat. 206 b, inserere nouas opiniones,& euellere insitas.pro Ceci. 287 b, Et in eam opinionem Cæsenniam adducebat,ut putaret,&c.Ep. 2 b,In eam opinionem rem adduxerunt,ut Pompeius cupere uideatur.de D.123 a.Romulus qui auspicato urbẽ cõdidit,habuit opinionem esse in prouidendis reb. augurãdi scientiam.& ibi.Retinetur autem ad opinionẽ uulgi,reipublicæ,religio,&c.Ac.46 b,Opinio quæ esset imbecilla, & cum falso incognitoq; cõiũcta. Of.40 b,41 a,Oib.opinio iustitiæ necessaria est,quàm qui non habent , iniusti habentur. de Amic.102 a, Ille uicissim opinione fortasse nonnulla, quã de meis moribus habebat, me dilexit.I.V.160 a,Eito, fallam de illis habuit opinionẽ, malam de nobis. Att. 180 a,Valde de aduentu Cæsaris opinio est. & 100 b, Opinio, quam is uir habet integritatis meæ.I.V.74 a, H c de uobis malã opinionẽ animo imbibit.pro Cl.32 a, Peri de ut opinio est de cuiusq; morib.& 47 b,Antea erã in illa opinione populari.de In.52 a, Probabile est , quod in opinione positum est.Ep.8 a,Magna est hominum opinio de te.' Att. 65 a,Vt opinionem habeas rerum.Oct.330 a, Opinio de te multum me fefellit.& Epist.6 a, Non fallam opinionẽ tuã cont.Rul.87 b,Paruam exigui temporis usuram, bonæ de me opinionis postulo.& ib.Sin aliter hoc ipso in loco depositam & abiectam relinquatis.pro Cl. 47 b, Si quã huc grauiorem de illo opinionem attulistis, hanc quæso deponita.Antequam 196 a,Vt ea maneat opinio & existimatio, quæ uirtute parta,non quæ in felicitate illata est. Ep.120 a,In eam opinionem Cæsius uenerat.id est.ita de eo opinari cęperat.Epi. 12 b,Accipere fallam opinionem de aliquo.de Ora.92 b,Cum hæc audirentur ab ijs, quibus non scientia esset tradenda,sed exigui temporis falsa, aut certè obscura opinio.& 94 a,Res ab opinionis arbitrio seiunctæ scientiaq; comprehensæ.de Or.95 a,Aut æterna in eo, aut certè diuturna ualet opinio tarditatis.Off.42 b, Hi opinionẽ afferunt populo,eorum fore se similes,quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum.de Ora.123 a,Opinionem istorum studiorum&suspicionẽ artificij apud iudices oratori aduersariam esse.de Art.256 a, Qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat.de Cl.186 a,Cn.autem Lentulus multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat, quàm quãta in eo facultas erat.Part.241 a,Penetrare ad sensum opinionẽq; iudicis.de Cla.181 b,Qui uulgi opinione diserti sunt habiti , ijsdem intelligentium quoque iudicio probantur. de N.74 a,Contra communem opinionem, ratione pugnare.& de Ora.92 b,Ex communi quadam hominum opinione dicere.& 122 a,Nihil enim affirmare possum , nisi sententiam & opinionem meam.de N.4 b, Opiniones philosophorum,& sententiæ philosophorum.In.V.145 b,Sanè ei præter opinionem improuiso incidi.Ep.67 a, Tamen uicit opinionem meam.pro Mur.139 b, Quantum ego opinione auguror.& ibid.a,Non re ductus,sed opinione. Epi. 260 a,Et ipse opinione celerius uẽturus dicitur. Ep.139 b, Quã ob rem opinione celerius cõfido eum pęnas daturũ. de Cl.165 a,Opinione omnium,maiorẽ animo cepi dolorem.de Ora.98 a, Formam totius negocij opinione maiorem melioremque uideo.Epi.163 b, Id opinione tua mihi gratius est, de Orat. 118 a, Sed etiam illa maior opinione meaꝛid est,sententia mea.pro Sest.7 a,Aliquis falsa opinione,errore hominum commendatus.da Or.128 a,Excellẽs opinione fortuna.de Fini.81 b.& Tusc.224 a,& pro Font. 282 a,Vt opinio mea fert.pro Do.219 b,Plura dixi quam ut opinio tulerit,aut uoluntas mea.Epist. 131 b, Vt opinio mea est.Att.76 b,Itaq; opiniones omnium superaui.de Or. 99 a, Quoniam sententiæ & opinionis meæ uoluistis esse participes,nihil occultabo.Att.127 a, In eadem opinione fui,qua reliqui omnes.de Or.144 a,Si quis ductus opinione uulgi,putet,&c.Att.206 b,De Cæsaris aduẽtu eam opinionem Dolabella habet,quam tu cõiecturam faciebas ex literis Messalæ.pro Pom.8 b, Erat etiam alia grauis atque uehemens opinio,quæ,&c.

Opinosissimvs.magnus opinator.Acad.26 a,Antipater & Archidamus uel duo principes Dialecticorum opinosissimi homines.

Opinor,aris,opinio mea est.opinio mea fert,opinionem habeo,puto,in aliqua opinione sum.pro Dom.134 b.Multatores nihil sine certa ratione opinantur.I. P. 89 a,Deuoubis Senatus opinatur nõ secus,ac deterrimis hostibus.Ep. 103 a, Quod opinatus sum me in prouinciam exituru. Tusc.202 b, Nihil euenisse quod non opinandum fuisse. Aca.15 b.Carneades delabebatur interdum,ut diceret,opinatum esse naturam,id est,peccaturũ esse sapientem.& ibi.Sapientem nihil opinaturũ id est,nunquam assentiri rei uel falsæ uel incognitæ.& pro Mur.139 a, Sapientem sępe aliquid opinari quod nesciat.de Cl.176 a,T.Albitius penè Græcus (loquor ut opinor)sed licet ex orationib. iudicare. de Fin.71 a,A primo,ut opinor animantium ortu,&c.Att. 26 b,Primus,ut opinor,introitus.Ep.106 b,Capius(opinor) olim,nõ omnibus dormio:sic ego,&c.pro Cl.48 a,Certè (ut hominem eõfirmare oportet)nullus est, &c.pro Dom.129 b, Plura dixi quàm aut opinio tulerit,aut uoluntas mea.pro Cl.47 b,Antea cùm eram in illa opinione populari.

Opipare.lautè,apparatè,splendidè.Ac.122 a, Cæsar & edit & bibit ἀθεῶς,& iucundè,opiparè sanè & apparatè. & 72 a,Cùm opipare epulati essemus hilarem in modũ.Ac.100 b,Alexion me opiparè muneratus est.

Opis.l.Ops,& Vpis.

Opis,opi,opem,ope.auxilium. Attic. 152 a,Cæsar iam opes meas,non ut antea opem expectat. Antequam 196 b,In meis calamitatibus aliquam ferte opem diuinam.de Fini. 89 b,Ferre opem & salutem indigentibus.Ep.62 a,Si mihi tua clementia opem tuleris.Tusc.229 a,Ad te confugimus à te opem petimus.I.V.110 b,Opem auxiliumq; alicui ferre.& pro Rab.91 a, Ferre opem patriæ. Porrigere atque tendere opem alicui.l.Porrigo.pro Font.180 b,Conferre ad opem alicuius.de Nat.74 b.& 75 a,Ope,consilioque tuo fortum factum est.At.230 b,Omni ope & opera enitar ut,&c.Ep.45 b,Aliquid opis occidenti reipub.tulissemus. & 187 b,Ferre aliquid opis reip I.V. 270 a, Constituenhil esse opis in hac uoce.In. P.83 a,Ego ab hoc eiecto cadauere quicquam mihi aut opis, aut ornamanti expeditam?pro Quin.5 a,In altera spes esset ad talem tamen iudicem ueniendi,unde eo plus opis auferret,qui quo minus attulisset gratiæ.Att.233 b.Petere opem ab aliquo & 260 a,Hęc nec institui , nec ęffici possunt sine tua ope. Off.10 b,Vt quisque maximè opis indigeat, ita ei potissimum opitulari.de Sen.77 b,Quibus nihil opis est in ipsis ad bene uiuendum,ijs grauis est omnis ætas.pro Mil.107 a,Homines omnem semper uim quacunq; ope possunt,uita sua propulsant.

Opitvlor,aris.opem fero,subuenio.Epist.201 b,Nihil fanè possum tibi opitulari.& 45 b, Opitulari reipubli. & 57 a, Opitulari fontib.pro S.R.23 a, Mulier hospiti opprello ii desperatoq; ab omnibus opitulata est. Off.10 b, Vt quisq; maximè opis indigeat,ita potissimum opitulari. de In.63 a,Qui permultum ad dicendum opitulati sunt.Offic.31 b, Subuenire & opitulari patriæ.

Oportet,bat. conuenit, attinet,decet, necesse est. de Orat. 76 b,Ex rerum cognitione efflorescat , & redundet oportet oratio.de Diu.127 a, Docet enim ratio mathematicorum quam iltis notam esse oportebat , quanta humilitate, &c.Ora. 205 b,Oportere perfectionem declarat officij, quo semper utendum est & omnibus.pro Cor.56 a,Si aliquid non contrà ac liceret factum,diceretur, sed contra atque oporteret.pro Cor.5.Oportere est consentaneum esse officio,licere legibus & iuri , decere temporibus & personis.pro Plan.360 a,Si à populo præteritus est,quem nõ oportuit.pro Pom.17 b,Pericula facilè ut hominem præstare oportet,innocentia tecti pellemus.Off.1 a, Quanquã te abundare oportet præceptis philosophiæ,&c.pro Mil. 104 b,Quid in iudicando spectare oporteret.Attic.112 a, Hoc fieri & oportet,& opus est.Att.58 a, Si loquor de rebus pub.quòd oportet,insanus:si qđ opus est,seruus existimor. I.C.99 a,Quos ferro trucidari oportebat. de Orat, 144 a, Cum sibi de ijs , quæ dici ab oratore oporteret , sumeret, I.V.187 a,Pecunia quam oportuit ciuitatibus pro frumento dari.Ac.3 b,Totam enim rem Luculło integram seruari oportuit.Ora. 218. Sed id crebrius fieri non oportet. de Ora.

Or.124 b,Proponi oportet quid afferas , & id quare ita sit, ostendere.I.V.98 a,Verum hoc, quod iam pridem factum oportuit . de In 55 b,Oportet putare,&c. & conuenit arbitrari,&c.& ad Her. 28 b, Videte er go quid cõueniat eos impetrare.& pro Cec.291 a,Nõ oportet,&c.nihil est quod &c.quid ego,&c. Atti. 90 a, Nequid fiat secus quàm uolumus quamq; oportet.I. A.18 b, Beneuolentia ciuium septũ esse oportet,non armis .

Opperior,iris.expecto.At. 156 a, Ego in arcano opperior, dum ista cognosco. & Ep. 92 b, Nihil puto tibi esse utilius, quàm ib.opperiri.At.69 b,Scribas ad me uelim,si quid erit quod opperiare.Att.77 b,Sed quid pluraꝛ coram opperior reliqua.Att.43 b,Ibidem opperiar .

Oppeto,ris.obeo,occumbo. I. A. 265 a, Cum milites pro salute pop.Rom.mortem oppetierint.& pro Sest.12 b,Mortem pugnans oppetisses.& Attic. 41 b, Opperere mortem. Ep.53 a,& Tusc.172 a, et 173 b , Claræ mortes pro patria oppetitæ.Of.23 a,At Aiax quo animo traditur millies oppetere mortem , quàm illa perpeti ab alio maluisset. I. A. 215 b,Mors necessitatem habeat naturæ , aut si antè oppetenda est,opperatur cum gloria.

Oppidanvs, a, um. pro Plã. 265 b, Iure quodam in scenicos uetere , maximeq; oppidano. de Ora. 131 a, Senex quidam oppidanus.de Cla.187 a , Oppidanum quoddam et inconditum genus dicendi.

Oppido,fanè.de Or.133 a, Tutor minus uetus, oppidò ridiculus.de Fi.97 a, Eorum definitiones paulum oppidò inter se differunt.et Ep.135 b,Præterquam oppidò pauci .

Oppidvvm,li.opdidum.At. 156 b, Melitæ, aut alio in loco siue in oppidulo me futurum puto. et 313 b,Neq; solum illud extorsi oppidulum , quod erat positum in Euphrate et Zeugmate,sed,etc.

Oppidvm.di.urbs.I. V. 216 b, Segesta est oppidum peruetus in Sicilia.de Diu.95 b, Tum ante oppidum Nolam florentissima Sannitiũ castra cæpit.et 91 b.Pharæ,quæ erat urbs Thessaliæ,in quo oppido,etc.Ep.244 b, Magnas copias ad oppidum Anthiochiam accessisse.Ac.li.5.In oppido Antiochiæ.Ep.li.4.Oppida florentissima, nunc prostrata et diruta.Sulpitij.ibid.Tot oppidorum cadauera proiecta iacent. Sulpitij.Ac.li.8.In oppidis præsidia nulla sunt.

Oppignero,as.pignori do.pro Sest. 24 b, Libelli etiam pro uino sæpe oppignerabantur .

Oppilatvs,ta . obstructus , clausus . I. A. 164 b, Nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset , hisq; oppilatis impetum tuum compressisset.

Opplio,es.impleo. de N. 38 b , Vetus hæc opinio oppleuit Græciam,exectum esse Cœlum à filio Saturno.Tus.183 a, Nanq; Aesculapij liberorum saucij opplent porticus.Post. 206 a,Mors praua oppleta tenebris ac fordib. de Na.25 a, Nilus Aegyptum tota ęstate obrutam oppletamq; tenet.

Opploro,as.ploro. ad Her. 40 b, Quin uos auribus meis opplorare definitis.

Oppono, is. obijcio , respondeo , opponi & è regione fieri.l. Oppositus. Top. 229 a, Cùm opponitur scripto scriptoris uoluntas . Acad. 15 b, Autoritas tanta planè me mouebat, nisi tu oppositisses non minorem tuam. I. V.217 b , Opponebant illi interdum nomen Africani . de Orat. 139 a, His quatuor causis totidem medicinæ opponuntur . Or.212 b, Siue paribus paria redduntur , siue contrarijs opponuntur contraria,& 213 a,& 218 b , Par pari referre , contrarium contrario opponere,uerbum uerbo comparare.Or.209 b, Vtautè occupet quod putat opponi.pro Cor. 55 a, Principio orationis hoc oppono,me, &c. de Opt.244 b,Huic labori nostro duo genera reprehensorum opponuntur : unũ, &c.alterum.&c. de Fin. 98 b, Omni uirtuti uitium contrario nomine opponitur.Ac.1 a, Et illud suum regnum iudiciale opposuit. contra R. 64 a, Illam urbem huic urbi uolunt opponere.I. P. 97 a , Cuius ego imperio non alpium istiusmodi immanissimis barbarorum gentibus obijcio & oppono.& pro Font.276 b,Propugnaculum hostibus oppositum & obiectum. de Na. 52 b , Aues pennis pullos fouent, ne frigore lædantur : & si calor est à sole,se opponunt.Of. 64 a,Nec qui contra se licęatur, emptor opponet.I.A.162 a,Sed quid oppones tandẽ?si negem,&c. quo me teste cõuinces?pro Sest.8 a, Habeo quẽ opponam illi. de Fin.85 a

Opponere se hostibus.de Fin.73 a, Protulit non tã ut probaret.quã ut Stoicis , quib. cum bellũ gerebat , opponeret. Top.229 b, Defensor aliquid opponet de trib.Q.F.312 b, Oppositi semel ἀντικείμενον causam , Ciceronis nostri ualetudinem.pro Cor. 60 a, Opponere se periculis, &c.de Ar. 258 a,Ciuem qui se pro patriæ salute opponat inuidiæ,frustra potthac requiretis.pro Qu.8 a,Minas iactare,formidines opponere.,p Ce.289 a,Ad oẽs introitus armatos hoies opposuit.pro Mur.145 a, Obijci insidijs conuiatorum , & ad oẽ periculũ atq; ad oẽm suidiam opponi. I. C.109 b,Et primum gladiatori illi imperatores nostros opponite. de Clar.167 a,Ijs opposuit se se Socrates,qui, &c,de Leg.187 a,Lacedæmone Ephori regibus à Theopompo sunt oppositi.Att.116 a,Pompeiũ persequi Cæsar dicitur , ut interficiat (o me miserũ)& non oẽs nostra corpora opponimus? & 282 b , His quod opponi posset præsidiũ nõ habebamus.

Opportvne.εὐκαίρως,non incommodè , loco, in loco , tẽporesin tempore.)(. ἀκαίρος,iniquo loco, alieno tẽpore. Att. 144 a,Trebatius opportune ad me ante aduentum Cæsaris uenerat. & pro Cl. 52 b, Opportune ades. Ep. 11 b. Te ipsum,inquit,cupio, nihil opportunius potuit accedere. de Na.5 a,Peropportunè,inquit,uenis. de Fin.103 a,Si id opportunè facere posit,pro Cęl. 51 b , Potuerunt meliori tempore profilire?Epi.168 a,Satis in tempore ad eos accedemus si ualebunt.Ac.134 a, Tu uerò cum Crasso , ut cætera quàm commodè,opportunè autem,quod id ipsum apud me mones quatriduo antè ad eum scripseram .

Opportvnitas , tis. ἐυκαιρία,occasio , tempus actionis opportunum,utilicas.de Fin.99 b, Quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus ἐυκαιρίαν) non fit maior productione temporis , habent enim suum modum quæcunq; opportuna dicuntur.de In.50 b, Locus cõsideratur,in quo res gesta sit ex opportunitate , quam uideatur habuisse ad negotium administrandum.& 51 a, Occasio est pars temporis in se alicuins rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem.Off.29 a, Locum autem actionis opportunitatem temporis esse dicunt . & ibi. Opportunitas idoneorum ad agendum temporum.& Ep.44 b.pro Muræ.131 b, Et certè in armis locorum ualet opportunitas . de D.99 b, Ac mihi quidem uidentur ex locis ipsis, &c. diuinationum opportunitates esse ductæ.Off.8 a , Sed credo illos secutos opportunitatem loci,maximè ne,&c.I. A.188 b,Diuina uetò opportunitas,ut in fortitione prouinciarum , quæ cuiq; apta esset,ea cuiq; obueniret. Atti. 126 a, Tenendam hanc horam puto,quæ dignitatem & opportunitatem habet . de Am.99 b , Amicitia plurimas opportunitates habet . pro Pom.13 b,Cùm ad cæteras summas utilitates hæc quoque opportunitas adiungatur,ut,&c.de Na.19 b,& 37 a,b,Cõsidera quæ sit utilitas , quæq; opportunitas in homine mẽbrorum.& Att.120 a, Natura prouida utilitatum opportunitatumq; omnium.l.Desperatio.Atti.257 b , O Brute ubes,quantum ἐυκαιρίαν amittis . Oft. 28 b, Deinceps de ordine rerum,& temporum opportunitate dicendum est . Offi. 59 b, Itaq; hac opportunitate annuli usus, reginæ stuprum intulit.de Na. 52 b, Enumerari non possunt fluminum opportunitates . de Leg. 161 b, Omitto opportunitates habilitatesq; reliqui corporis.

Opportvnvs , a, um. commodus.)(. Importunus. Off. 29 a, Tempus actionis opportunum, Græci ἐυκαιρία,Latinè appellatur occasio.& de In.48 b, Opportunus locus,tempus idoneum.pro S.R. 29 b, Locus opportunus captus ad eam rem.& Epi.99 b,Aetas opportunissima. Epist. 153 a,Nihil post hominum memoriam opportunius accidere uidi . et 115 b, hæc res mihi accidit opportuna . contra Rull.84 a, Capua non modò non obsuit, sed opportunissima se nobis præbuit.pro Cec.287 b, Magis opportuna opera nonunquam quàm aliquando fideli. de Or. 130 b, Requiescam in Cæsaris sermone quasi in aliquo peropportuno diuersorio.de Cl. 196 b , Si operosa est concursatio magis opportunorum.I.A.192 b,Milites Albæ constituerunt in urbe opportuna.de Am. 100 a , Cæteræ res quæ expetuntur,opportunæ sunt singulæ rebus ferè singulis , diuitiæ ut utare, opes ut colere,etc.

Oppositio, onis . de In. 51 b , Disparatum est , quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur : ut sæpe

re nõ sapere. de Or. 136 a, In refellendo aduersario uel in confirmandis nostris rebus. Or. 201 b, Aut aliquid affert, quod oppositũ probabilius sit, quàm illud quod obstabit. de Orator. 92 b, Quod contra dicatur refellere. I. Refello.

Oppositvs, a, um, diuersus, aduersus contrarius, eregione factus. Tusc. 178 a, Ne dolorem summum malum diceres, oppositoq; de decore sententiadepellere. Off. 35 b, Moles oppositæ fluctibus. pro Dom. 225 b, Hãc ego uim meo corpore opposito à bonoũ ceruicibus depuli. & ibi. Omnem uim improborum excepi meo corpore. Ora. 201 b, Aut aliquid affert quod oppositus probabilius sit, quàm illud quod ostabit. de D. 112 a, Luna subiecta soli atq; opposita nostris oculis. & ibid. Luna eregione solis facta.

Oppositvs, tus. pro Mar. 136 a, Non modo excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorũ oppositus & corporum pollicemur.

Oppressio, onis. obsessio, oppugnatio. pro Dom. 213 a, Occupatio fori, oppressio curiæ. & Off. 68 b, Oppressio legum libertatis.

Oppressor, oris. Attic. 286 a, Vindex & oppressor coniurationis.

Oppressvs, a, um. obsessus, oppugnatus. Post. 208 a, Senatus oppressus & afflictus. & pro Dom. 218 a, Oppressa capta q; repub.

Opprimo, mis. seruitute oppressum teneo, subigo, abscondo. Off. 37 b, Qui ui oppressos imperio coercent. & ibid. Armis oppressa ciuitas. & Epist. 47 b, Opprimere remp. armis. Att. 274 a, Opprimemini (mihi crede Brute) nisi prouideritis. & pro Font. 281 a, Cõficere atq; opprimere hostes Epist. 155 b, Qui oppresserit Antonium, is bellum cõfecerit. & pro Mur. 131 a, Quem L. Murena repressum magna ex parte non oppressum reliquit. pro S.R. 24 a, & pro Mil. 109 b, Extinguere & opprimere potentiam alicuius. Att. 237 a, Cum hominem temperantem tantus improuiso morbus oppresserit. pro Qu. 1 b, Innocẽtes iniquo iudicio opprimere. pro S.R. 20 a, Opprimi me onere officij malo, quàm, &c. & Epi. 51 b, Opprimi dolore. Ep. 253 a, Cùm hæc tertia iam Epistola ante te oppresserit, quàm tu schedulã aut literam. I.V. 226 a, Contumeliæ quib. operti oppressiq; erant. & 80 a, Obrutus & oppressus ẽ. de D. 119 a, Quo modo potuit terra oppressus uiuere?

Opprobrivm, brij. dedecus, ignominia. Sal. 274 b, Cum omnibus matribus familiarum opprobrio esset.

Oppvgnatio, onis. de Or. 202 b, Oppidorum oppugnationes. & Qu. F. 310 b, Sine oppugnatione nostra. & in Vat. 29 b, pro Cæl. 41 a, Cũ hoc genus oppugnationis inferetur, propulsare debebitis.

Oppvgnator, oris. qui contra pugnat, qui fert arma contra.)(. Defensor, propugnator. Antequã. 194 a, & pro Plã. 275 b, Qui oppugnator salutis meæ fuisset. I.A. 141 a, Antonius oppugnator patriæ.

Oppvgno, as, impugno, contrà arma fero, oppugnationem infero, prodo. I A. 206 a, Cũ Antonium Brutũ oppugnet, Mutinam circunsedeat. pro Pom. 7 b, Vrbem Cizycenorũ obsessam esse ab ipso rege, & opugnatam uehementissimè. de Ar. 244 b, Obsidere, oppugnare, & labefactare aliquam urbem. contra Rull. 61 a, Quæ res aperte petebatur, ea nũc cuniculis oppugnatur. Antequam. 194 a, Oppugnare nocentes.)(. Propugnare pro Innocẽtibus. de In. 42 a, Oppugnare patriam.)(. Pugnare pro patria. pro Qu. 7 a, Oppugnare caput alterius. Or. 219 a, Oppugnare aliquẽ clandestinis consilijs, & Ep. a, Oppugnare aliquem pecunia. I.V. 128 a, Pater rogat eos atq; orat, ne oppugnẽt filiũ suum. de Orat. 123 b, Carneades nullam unquam rẽ defendit, quam non probarit: nullam oppugnauit, quam non euerterit. Epi. 59 a, Nec Metellum fratrem obdictum capite & fortunis per te oppugnatum iri existimaram. & 61 a, Quare ego non oppugnaui fratrem tuum, sed fratri tuo repugnaui. pro S.R. 38 b, Quod a uobis oppugnari uideo, ne in quæstionem dentur, suspiciosum est. Qu. F. 309 b, Vatinium, à quo palãm oppugnabamur, arbitratu nostro concidimus.

Opontivs, tij. I.V. 130 b, Philodamus Opuntius.

Ops, Opis. I.A. 156 a, Pecunia utinam ad ædem Opis maneret. & 174 a, de Vn. 281 b, Ops Saturni fordr, Oceani & Salaciæ filia. Att. 88 a, Statua quæ ad Opis per te posita in excelso est. & 230 b, ad Opis scilicet ædem.

Optabilis, le, optatus, optandus, expetendus, potior. de Orat. 104 a, Quæ uulgò expetenda & optabilia uidẽtur, Ep. 68 a, Quæ etsi nobis optabiles in experiundo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ. I.A. 210 a, Mihi parum semper fuit optabilis. pro Sest. 23 b, Hoc est maximè optabile omnibus. Offic. 10 a, Quæ ut concurrant omnia, optabile est. I P 86 b, Vtrũ tandem bono uiro optabilius potes sic exire, &c. an, & c. ad Br. 91 b, Exitus optabilis.

Optabiliter, cum desiderio, optatò. Tusc. 269. Quam optabiliter iter illud ineundum est.

Optandvs, a, um. I.P. 86 b, Optandum duco mihi fuisse illam expetendamq; fortunam.

Optatio, onis. optio, optatum. Off. 71 a, Theseus, cui cum tres optationes Neptunus dedisset, optauit interitum Hippolyti filij sui.

Optatio, onis. ornatus quidam orationis. de Orat. 172 a, Optatio.)(. Execratio, &c.

Optato. optabiliter. Attic. 214 a, Et mihi optatò ueneris. & de Orat. 110 b, Ocium quod nunc peroptatò nobis datum est.

Optatvm, ti. somnium, desiderium, uotum. contra Rull. 61 a, Hæc non cogitata sapientum sed optata furiosorum uidentur. Off. 7 a, Extrib. enim optatis hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optauit. & 71 a, Qui optato impetrato, Theseus in maximis fuit luctibus. Epi. 28 a, In omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna respondit. Epist. 25 a, Quid est causæ cur mihi non sit in optatis complecti hominem? I.P. 89 b, Illud etiam accidit præter optatum eum, sed ualde ex uoluntate, ut in furorem & insaniam incideris.

Optatvs, a, um. optabilis, exoptatus, longus in optatis, gratus. I.V. 56 a, Quid ẽ quod omnibus gratius aut optatius posset esse? Ep. 264 b, Grati & optati rumores de aliquo. Epist. 29 b, Cum optatissimum nuncium accepissem, &c. & 30 a, Mihi quæstor optatior obtingere nemo potuit. pro Dom. 229 a, Quod illis optatissimum erat. Att. 151 a, Nihil mihi optatius, quàm euolare. Qu. Fr. 310 b, Valeas optime & optatissime frater, & aduola. pro S.R. 15 a, Patres optatissimum sibi putant esse, filios suos rei familiari maximè seruire.

Optimates, tum. optimi senatores, summi ciuitatis uiri, primarij, princeps, nobiles.)(. Populares. Att. 165 b, Vide ne dum puder te parum optimatem esse parum ligenter quod optimum sit, eligas. & Epi. 14 a, & Tusc. 172 a, pro Fl. 157 b, Vsque eò orba fuit ab optimatibus illa ciũitas, ut principes principiũ esset Meandrius. pro Sest. 23 a, Quæ ita se gerebant, ut sua consilia optimo cuique probarentũ optimates habebantur. de Cl. 193 b, Optimates atheniensium. & de In. 68 a, Cõtra uoluntatem omnium optimatũ. Ep. 99 a, Matronæ opulẽtæ optimates. Tuf. 172 a, Optimates.)(. Plebs. Att. 20 a, Hanc uiam optimatum non teneo, & 134 a, Philotimus enim me ab optimatib. ait cõscindi, quibus optimatibus, &c. Offic. 50 a, Ex quo tantæ discordiæ secutæ sunt, ut tyranni existerent, optimates exterminarentur.

Optime, præclarè. Qu. Fra. 311 a, Si perficiunt optimè si minus, &c. Ep. 57 b, Sed hęc tu melius, uel optimè omnia. I.V. 134 a, & Aca. 29 a, Optime, inquit, &c. de D. 81 b, Optimè uerò, inquam, &c.

Optimvs, a, um, lectissimus, beneficentissimus. de N. 38 b, Iupiter optimus: id est, beneficentissimus. & de Opt. 143 b, Quod omnes laudes habet, id est optimum. de In. 53 b, Nam & tu mulier optimum uirum uis habere, & tu Xenophon uxorem habere lectissimam maximè uis. de Opt. 243 a, Optimum unum est, & quod optimo dissimilimum est, id est deterrimum. de Cla. 177 a, In omnibus rebus difficilis optimi perfectio atq; absolutio. Ora. 197 b, Nã neq; illud ipsum, quod est optimum, desperãdum est: & in præstantibus rebus magna sunt ea, quę sunt optimis proxima. Or. 200 a, In omni re difficillimum est formam exponere optimi, quod aliud à ijs uideatur optimũ. de Ar. 250 a, Vtinam, qui ẽ optimus à populo Romano iudicatus. P. Scipio. de Fin. 65 a, Hoc uerò, inquit, optimum, ut is, &c. ẽ optimus de Orat. de Orat. 97 a, Stylus optimus & præstantissimus dicendi magister. pro Clu. 28 a, Optimns.)(. Deterrimus.

Optimi, pro optimaribus & Senatorib. de Leg. li. 3. Eamq; optimam Remp. esse duco, quam hic consul constituerat, quæ sit in potestate optimorum.

Optio, onis. potestas. de Fi. 55 a, Cum soluta nobis est eligẽdi optio. Acad. 6 a, Si optio naturæ nostræ detur. I.V. 61 b, Ille tibi potestatẽ electionemq; facturus est, ut eligas utrũ uelis. In V. An erit hæc optio, & potestas tua? ut dicas, &c. de Fat. 140 b, Vtro frui malis, optio tua fit. de Cla. 181 b, Quando autem dubium fuisset apud patres nostros eligendi, cui patroni daretur optio, quin Antonium optaret aut Crassum? pro Qu. 5 b, Cui hęc optio tam misera tamq; iniqua daretur, ut, &c. pro Cec. 297 a, Si mihi non copiosò homini ad dicendum optio detur, utrum, &c. Attic. 67 b, Hybernam legionem eligendi optio delata.

Opto, tas. cupio, desidero, exopto, expeto, uota facio, eligo. de Or. 93 a, Insperanti mihi, sed ualde optanti cecidit, ut in istum sermonem delaberer. de Or. 156 a, Quorum si alterum sit optandum, malim indiserta prudentiam, quàm stultitiam loquacem. de Fat. 149 b, Optare hoc quidem est non disputare. Ora. 202 a, Bonitas uocis optanda est (non est enim in nobis) sed tractatio in nobis, &c. Qu. Fr. 314 a, Id erat huiusmodi, ut magis optãdũ quàm sperãdũ putarẽ. pro Pom. 8 b, Itaque tantum uictus efficere potuit, quantum incolumis nunquam est ausus optare. & pro Fl. 153 a, Quantum sibi ablatum domo impudentissimus dicit, tantum nunquam est ausus ut haberet optare. I.A. 258 b, Cum ad eum, quem cupimus optamusque uestitum, redierimus. de Cl. 196 b, Tibi fauemus, te tua uirtute frui cupimus, tibi optamus eam rempu. quę, &c. de Or. 85 a, Neq; nobis cupientibus & optantibus fructus ocij datus est. & pro Lig. 238 b, Quid cupiebas? quid optabas. I.C. 107 b, Neq; ego à dijs immortalib. optabo Quirites, ut, &c. pro Cl. 57 b, Nihil est enim mali, nihil sceleris, quod nõ illa filio uoluerit, optarit, cogitarit, effecerit. Off. 71 a, Sol Phaetonti filio fatũrum se esse dixit, quicquid optasset, optauit ut in curtum patris tolleretur. Offic. 7 a, Ex tribus optatis hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optauit. Ep. 42 a, Sed ne optari quidem sacerdotem licebat, qui cui quàm ex collegio esset inimicus. I.P. 86 b, Optandam duco mihi fuisse ex petendamq; fortunam. & 89 a, Hæc de uobis semper expetiui, hæc optaui, hæc precatus sum. & ibid. Optare insaniam alicui. de Am. 207 b, Quin etiam necesse est, cupere, etiam optare, ut quàm sępissimę amicus peccet.

Opvlentia, tiæ. opes. Sal. in Cin. 271 a, Opulentiam istam ex sanguine ciuium parasti.

Opvlentissimvs, a, um. ditissimus, opibus circunfluens & abundans. de Diu. 132 b, Cręsus Asiæ rex opulentissimus. & Tusc. 247 b, Sardanapalus opulentissimus Syriæ rex. de N. 76 b, Opulentissima & beatissima ciuitas.

Opvs, ris. munus, opera, artificium. de Orat. 115 a, Magnum est quoddam opus atq; haud sciam an de humanis operibus longè maximũ dicere, &c. de Cl. 171 a, Et nimirũ principes ex latinis illa oratorũ propria, & quasi legitima opera tractauit, ut egrederetur à proposito, ut delectaret animos. &c. I.V. 212 b, Nunquam mihi opus deest. Or. 203 b, Magnum opus & arduum, sed ingredientibus considerandũ fuit, quid ageremus. Tusc. 208 b, Magnum opus & difficile. Att. 147 a, Vtinã aliquod in hac miseria reip. πολιτικὸν opus efficere & nauare mihi liceat. Epi. 107 b, Itaq; opera efficio tanta quãta fortasse tu senties. de Or. 112 a, Homo unius cuiusdam operis, ut inquit Cæcilius. Ac. 25 a, Curabo ut hutus peregrinationis tibi opus extet. & 159 a, Epi. 263 b, An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. I.V. 229 b, Opus tam elegans, tam perfectum, tam elaboratũ. & de N. 54 a, Opus artificiosum & diuinum. de N. 21 a, Opera magnifica atq; preclara. de N. 37 a, Quod in operibus nostrarũ artium manus efficit, id multo artificiosius natura efficere. Off. 30 a, Pictores & ueri etiam poetæ suũ quisque opus à uulgo considerari uult. Acad. 39 a, Magnũ opus in omnibus habeo. Ep 7 b, Minimè miror te tuis præclaris operibus lætari. de Or. 108 a, In uno aliquo opere noctes & dies urgeri. L.V. 58 b, Publicorum operum depopulatio. pro Dom. 223 b, Operum publicorum exactio. Top. 222 a, Eius operis uitio: id est, fornicis uel parietis. I.V. 210 b, Hæc omnia antiquo opere & summo artificio facta. & 224 b, & summa arte. I.V. 229 a, Quorum iste non opere delectatur, sed pondere. & 206 b, Hydria præclaro opere, grandi pondere. I.V. 223 a, Galeæ cælatæ opere Corinthio. de Leg. 183 a, Exornare sepulchrum opere tectorio. Tuf. 240 a, Stragulum magnificis operibus pictum. de Sen. 81 b, Nũquam ulla in agro maiora opera fiunt senibus absentibus. Attic. 208 b, Academicam σύνταξιν totam ad Varronem traduximus. Att. 226 a, Dij immortales, quæ tũ opera effici potuerunt. Off. 53 a, Nulla eius ingenij monimenta mandata literis, nullum opus ocij, nullum solitudinis munus extat. I.A. 250 a, Antonius Mutinam operibus munitionibusq; sepsit. I.A. 264 a, Erit igitur extructa moles opere magnifico, incisęq; literę, &c. de Sẽ. 82 b, Præclarum opus est instituere adolescentes. Par. 116 b, Hoc tamẽ opus in apertum ut proferas, nihil postulo. & 118 a, Qui Corinthis operibus abundant. de L. 157 a, Cùm sit opus unũ hoc oratoriũ maximè. pro Mar. 132 b, Nihil est opere aut manu factum quod non aliquando consumat uetustas. Top. 226 a, Causę, quæ sine ulla appetitione animi, sine uoluntate suum quasi opus efficiunt. I.V. 230 b, Nimio opere ficut magno opere. Off. 35 b, Quæ non sine hominum opere habere possemus. & ibi. Sine hominum manu atq; opera. Q.F. 328 b, De arcano Cæsaris, opus est uel meherculè etiam elegantioris alicuius, scilicet artificis. de D. 120 b, Vt si mures corroserint aliquid, quorũ est opus, hoc unum monstrum putemus.

Opvscvlvm. li. Att. 30 b, Minutorum opusculorum fabricator. & de Leg. 156 b, In isto opusculo, &c. Parad. 116 b, Accipies igitur hoc paruum opusculum lucubratum his iam contractioribus noctibus.

Opvs est. conuenit, tempus fert, res fert, si usus est, si ita commodum uestrum fert, necesse est. de Or. 112 b, Illud etiam si opus est, tamen est minus necessarium. Epi. 17 a, Legem curiatam consuli ferre opus esse sibi, necesse non esse. ad Heren. 28 a, Tacito cum opus est, clamas: cum loqui conuenit, obmutescis. Att. 118 b, Sed opus fuit Hircio conuento. Ar. 212 a, Hoc fieri & oportet & opus est. Att. 106 b, Quid opus ẽ de Dionysio tã ualde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidẽ? Ep. 66 b, Et si opus esse uidebitur, ipse cõueniam. I.C. 16 a, Ne dici quidem opus est quanta diminutione ciuiũ, &c. de Or. 104 a. Acuto homine nobis opus est. & I.A. 236 a, Expedito nobis homine opus est. Par. 124 b, Mihi quæsito opus est. In Sal. 273 b, Vbi rerum testimonia adsunt, non opus est uerbis. Off. 75 b, Is quod sibi opus esse uidebat, non quod reip. censuit. Epist. 50. b, Illa quandiu ei opus fuit, uixit. pro Flac. 153 b, Græci ex tẽpore, quod opus est, obsignant. Epist. 66 a, Nos si quid erit istic opus, defendes. Epi. 173 a, Tu quæ istic opus erunt, administrari prospicies. Epi. 88 b, Non enim accideret mihi opus esse. Epi. 29 b. Is omnia pollicitus est, quæ tibi essent opus. Ep. 139 a, Nihil tibi opus est illud à Trabea. Epist. 20 b, Dux nobis & autor opus est. de Rep. lib. 5. teste Nonio. Sed tamen, ut bono patrifamilias. colendi, ædificandi ratiocinandi quidã usus opus est. Ep. 109 b, Sulpitij tibi operam intelligo non multum opus fuisse. At. 247 b, Video mihi opus est uiatici & ibid. Mihi opus est uniuerso quidem, scilicet uiatico. de Ora. 141 b, In omnibus rebus, quæ sub aspectum ueniunt sedes opus est. de In. 69 a, Huius nobis exempla permulta opus sunt. Epist. 147 b, Aliquantum nobis temporis & magni laboris, & multæ impensæ opus fuerunt, ut quæ, &c. Ac. 97 b, Dices nummos mihi opus esse ad apparatum triũphi. Epist. 58 b, Quibuscunq; rebus opus esse intelligam, tibi præsto ero. de Cl. 174 a, Ad remp. duntaxat quod opus esset, satis habuit eloquentiæ. contra R. 64 a, Mihi ad huiusce uerbi uim uehementer opus est prudentia uestra. Ep. 31 b, & ad Heren. 37 a, Præsidio firmiori opus est ad istã prouinciam. Epist. 158 a, Vlla in re, quæ ad ualetudinem opus sit. I.V. 102 a, Aiebat multa sibi opus esse multa canibus suis. Tusc. 246 a, Alexandro roganti, ut diceret, si quid sibi opus esset? Nunc, inquit, &c. Attic. 19 b, Tum si quid res fieret, coràm inter nos conferemus: id est, si quid opus erit. In A. 194 a, Si res ita tulisset: id est, si opus fuisset. Ep.

set.Ep.132 a,Si tibi ita cõueniat:id est,opus sit.Amic. 106 a,Atq; haud scio,an opus sit quidem,nihil unquam omni no deesse amicis.Epist.116 a, Amabo te,si quid quod opus fuerit Appio facies,ponito me in gratia.

Ora,ræ.regio, pars terrarum,extremitas.pro Cornel. 56 b, Qui tot habet triumphos,quot oræ sunt partes q; terrarũ. & de Nat.59 a, Quacunq; in ora ac parte terrarum. Epist. 185 b,Exteræ nationes à prima ora Græciæ usque ad Aegyptum. Tusc.162 b,Terra duab.oris distantibus habitabilis.Tuscul.157 b,Oræ ipsæ locorum illorum , quò peruenerimus.Att.109 a,Tusc.236 a,Tota hæc maritima ora. de D.117 b,Oræ gentium,in quibus hæc ne obseruantur quidem.de Nat.49 a,Amenitates orarum & litorum.Tusc.172 b,Duæ oræ distantes.de N.12 b,Ignibus aliis,ima ora red dita est.de N. 46 a, Aether extrema ora & determinatio mundi.de Fin.86 a.Regiones,quarum nulla esset ora, nulla extremitas.de N.12 b,Immensa regionum magnitudo, in quam se intrendens animus,nullam oram ultimi uideat. de D.102 b, Omnes auidi , spectant ad carceris oras.pro Pomp.8 b, Fani diripiendi causa,in eas oras nostrũ exercitum esse adductum.

Oracvlvm.li.fors,uaticinatio.Top.227 b,Oracula ex eo ipso appellata sunt, quòd inest in his deorum oratio.de D. 100 a,Iisdemq; de rebus semper aut Delphis oraculũ , aut ab Ammone,aut a Dodone petebant.de D.96 a,Cùm oraculum ab Ioue Dodonæo petiuissent de uictoria scisciantes.de D.80 b,Græcia nullam coloniam misit sine Pythio aut Dodonæo aut Ammonis oraculo.de D.96 a, b, Sacerdos quæ præposita erat oraculo.pro Fõt.280 a, Nationes quæ quondam Delphos usq; ad Apollinem Pythium atq; ad oraculum orbis terræ spoliandum profectæ sunt. de D. 87 b,Oracula quæ instinctu diuino afflatuq; funduntur.& ib.Oracula,quæ æquatis fortib.ducuntur.de D.104 a,Credo ẽt anhelitus quosdam fuisse terrarum , quibus. inflatæ mentes oracula funderent.de D.88 b,Potest autem uis illa terræ quæ mentem Pythiæ concitabat,euanuisse uetustate. Att.174 a,Hæc ex oraculo Apollinis Pithij edita tibi puta nihil potest esse uerius.& Off.49 b,Apollo Pythius oraculo edidit Spartam,&c.pro Fon.279 a, Si quicquam ex illo loco dicetur,ex oraculo dici putet.de D.13 b,Sors illa edita est opulentissimo regi Asiæ,Cresus Halim penetrãs magnam peruertet opum uim.& ib.Cur isto modo iam oracula Delphis nõ edũtur.de L.178 a,Oraculum est,cas,&c.de N.14 b,Hæc ego nunc physicorum oracula fundo, de D. 95 a,Exposui somnij ac furoris oracula.Tusc.174 a, & de Fin.68 b,Quod oraculũ erat datum,si rex interfectus esset uictrices Athenas fore.& ibi.Oraculo edito.pro S.R.29 a, Cum præsertim deorum immortalium iussis atque oraculis id fecisse,dicantur.

Oratio,nis.locutio,sermo,concio.Ora. 202 a, Quanquam omnis locutio,oratio,est tamen unius oratoris locutio in hoc proprio signata nomine . de Nat.20 a,Sermo&oratio in homine.de Or.125 b,Illa quæ à bono poeta dicta est flexanima atq; regina rerum oratio.& ib. Oratio mores effingit hominum.& ibi.multa de oratione.Or.213 b,Isocrates orationis faciendæ ac ornãdę autor lucupletissimus.& de Or.90 b,Ignarus faciundæ ac poliendæ orationis.pro Do. 216 b,Cũ his hæc haberi oratio potest,qui,&c.Epi. 112 a, Tu quã orationẽ Pom.habuerit tecum,fac mihi perscribas Tusc.246.Habere multam orationem de aliqua re.Ep.62 a, Mitissimè in senatu orationẽ habuit.Off. 26 b, Magna uis orationis est,eadẽq; duplex:altera cõtẽtionis,altera sermonis cõtẽtio,&c.sermo &c.&43 b,Duplex est ratio oronis: quarũ in altera est sermo,in altera cõtẽtio,&c.&ibi.Contẽtio orationis maiorem uim habet ad gloriam : ea est enim quam eloquentiam dicimus,&43 a, Quæ in multitudine cum contentione habetur oratio.Epist.153 a, Oratio grauissimis uerbis sententijsq; plena.de Or. 87 b, Sapientissimis sentẽtijs grauibusq; uerbis ornata oratio & perpolita. de Clar.175 b,Orator grandis uerbis , sapiens sententijs, genere toto grauis.de Fi.94 a,Verùm tamen cum de rebus grandiorib.dicas,ipsæ res uerba rapiũt,ita fit cum grauior tum etiam splendidior oratio.pro Cor.58 a,C. Pompeius cuius oratio omnib.ornamentis abundauit.pro Cæl. 47 a, Genus orationis,eius facultatem,copiam sententiarum atque uerborum perspexi. & ibi. Sed inerat oratio & bonis artib.instituta,& cura & uigilijs elaborata.pro Sest.19 b, Ita de me illæ scripsit,ijs uerbis rebus,sententijs,ut,&c.de In.67 a,Distinguere & illustrare orationem raro inducendis locis communibus.de Or.147 a,& 114 a,Ora.de horti dis rebus nitida,de ieiunis plena , de peruulgatis noua.& 125 a,Flumen orationis & uarietas.& Ac.30 a,Flumẽ grauissimorum & optimorum uerborum.&de Fi.64 b,Aureũ orationis flumen fundens Aristoteles.Item , Quasi torrens fertur oratio.de Cl.172 a, Oratio incitata, grauis, uehemens.de Or.161 b,Figura orationis plena, & tamen teres,)(.Tenuis,non tamen sine neruis & uiribus, mediocris.de Or.159 a,Iraq; tum graues sumus,tum subtiles,tum mediũ quiddam tenemus.de Opt.243 a,Orator grandis, grauis, copiosus.)(.Tenuis,subtilis,breuis.& Orato. 201 b, Alij graues,alij tenues, alij temperati.Or.205 a,b, Oratio uel orator grauis,acer,ardens,amplus , copiosus,ornatus,)(. Tenuis,subtilis,acutus,submissus,humilis,medius, modicus,temperatus,mediocris,ut philosophorum:insignis, florens,pictus.expolitus,ut sophistarum.de N.30 a, Vberius &fusius disputare.)(.Angustius & breuius,&c.& ibi.de oratione rhetorica & dialectica.de Ora.128 b,Multa uaria,& copiosa oratio.de Or.127 a,Genus orationis uehemensat que atrox.)(.Genus alterum lenitatis & mansuetudinis.& de Cl.175 b,Genus dicendi magnificentius & ornatius.& de Cl.175 a,Genus orationis uagum,fusum,multiplex.de Or.145 b.Genus dicendi forte, uehemens , commotum in agendo,præmunitum,ex omni parte septum,acre, acutum enucleatũ, & multa alia.de Or.123 a,& de Cl.167 b,Oratio fortis,intenta,acris,uehemens,grandis,incitata.)(.Placida,summissa,lenis.de Or.113 a.Genus sermonis liquidũ fusum,profluens.)(.Exile,aridum,concisum , minutum.de Cl.173 a,Limatum dicendi genus.de Or.151 a,Oratio grauis,suauis,erudita,liberalis,admirabilis,polita,sẽsus & dolores habens.)(.Exilis,inculta,uulgaris,obsoleta,& ib.Cõsperſa quasi uerborum sententiarumq; floribus. de Orato. 160 a,Oratio,quæ quidem polita sit atq; facta quodammodo,& 152 a,Concinna,distincta,ornata,festiua.& 158 b,Iecta,cohærens,lenis,æquabiliter fluens.de Or.161 b,Distinguenda & frequentanda est omnis oratio luminib.sententiarum atq; uerborum.do Or.147 b, Qui distinctè,qui explicate,qui abundanter , qui illuminate & rebus & uerbis dicunt,& in ipsa oratione quasi quẽdam numerũ uersumque conficiunt,id est,quod dico ornatè.de Cl.174 a,Peracutum & artis plenum orationis genus.de Cl.170 b,Hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio.& de Fin.116 b,Oratio splendida,illustris.Or.315 b, Oratio alta &exaggerata.)(.Abiecta,humilis.de Cl.183 a,Incitata,uolutilis,redundans & circunfluens oratio.de Or. 114 a, Genus orationis fusum atq; tractum, & cum lenitate quadã æquabiliter profluens,sine iudiciali asperitate,& sine sententiarum forensium aculeis.Ora.199 a;Optimum quoddam,& tanquam adipale orationis genus.Or.201 a,Dulce orationis genus,& solutum,& effluens,sententijs argutum, uerbis sonans,est in illo epidictico genere.Or.198 b, Grandiloqui(ut ita dicam)fuerunt,cum ampla & sententiarum gratiate & maiestate uerborum.& ibid.Oratores uehementes,uarij,copiosi,graues.de Cl.191 a,Accuratum&exquisitũ dicẽdi genus.de Cl.195 b,196 a.Oratio cum incitata & uibrans,tum accurata etiam & polita. Orat. 215 a,Oratio collocata atq; diffusa.)(.Angusta atq; concisa.de Clar. 189 a,Plena literatæ senectutis oratio.& ib.Splẽdida quẽdam & minimè uetteratoria ratio dicendi.pro Syll.169 a, Copiosissima atq; ornatissima oratio.de Cl.189 b,Cõpositum dicendi genus,& acre,& expeditum,& 190 a, Oratio splendida & grandis & eadem facета & perurbana.ad Her.27 b,Oratio puris & electis uerbis composita,Attic. 238 a,Est autẽ oratio scripta elegãtissimè sententijs & uerbis,ut nihil posit ultrà.pro Pl.271 a,Tua fuit perelegans & perfubtilis oratio.de Cl.192 a,Genus orationis tincerũ solidũ,& exsiccatũ.Or.201 b,Lenitas & æquabilitas orationis,& purũ quasi quoddã &candidũ genus dicẽdi.cõtra Rul.68 b,Is explicat orationẽ sanè longã & uerbis uaide bonis.Off.1 a,Aptè,distinctè,ornateq; dicere oratoris proprium est.de Or.147 a, Presse, æquabiliter, leniter loqui,)(.aspere,uastè,rusticè loqui.& de C.174 b,Subtiliter,presse,enucleatè,solutè & suauiter dicere.de Clar. 170 a,Atticè acuti,elegãtes,faceti,breues.de D.97 b,Oratio uel actio uehemens,& grauis,& copiosa.de D.140 b,Vbertas orationis & ornamenta dicendi.Ora.201 b , Oratio tracta quadam & fluẽs.& ibid. Contorta & acris oratio. de Ora. 125 b,Sententiæ integræ,uerè,nouæ, sine figmentis fucoq; puriti.Ep.85 a,Oratio libera,incitata.de Or.109 b , Quid.n. tua poteſt oratione aut subtilius aut ornatius esse?pro Sest. 26 b,Sed mihi omnis oratio est cum uirtute, non cum desidia.de Cl.174 b , Appij uolubilis,sed paulò feruidior erat oratio.pro Fl.156 b, Homo uolubilis præcipiti quadam celeritate dicendi.de Cl.187 a,Feruidum quoddam & petulans & furiosum genus dicendi.& ibi.Inconditum genus dicendi , le Cl.170 b, Antiquior est eius sermo & quædã horridiora uerba.& 171 b,Exilis oratio & redolens antiquitatẽ.Or.218 b,Oratio carens numeris, disipata , inculta ,& fluens est . & 220 a, Oratio dissipata , diffluens , soluta .de Cl.189 a,Oratio tum obscura , quia peracuta : tum rapida & celeritate cæcata oratio.Or.198 b Oratio aspera , horrida,tristis,neq; perfecta neq; cõclusa.& ib.Leuis , instructa, terminata oratio,& ibi. Alia pulchra. de Cl. 174 a, Tristis & seuerum genus dicendi . Or. 201 b , Duritas & seueritas & quasi mæstitia orationis. Or. 216 b,Ne immoderata aut fluens aut dissoluta aut angusta sit oratio.Or. 203 b,Genus dicendi summissum & humile.& ibid. Orator tenuis,subtilis,acutus. Qu.F.314 b,Ille capitalis,creber,acutus breuis, penè pusillus Thucidides. Off. 1 b, Disputator subtilis orator parum uehemens,dulcis tamen.de Cl. 190 b, Eos quorum altior oratio,actioq; esset ardẽtior , furere & bachari arbitrabatur.Or.199 a,Horridè,inculтè.)(.Eleganter,enucleateq; dicere,& inquinatè loqui.de N.50 a,Angustia cõclusæ orationis non facilè se ipsa tutatur. de Cl. 182 b,Cauenda est presso illi oratori inopia & ieiunitas : amplo autem,inflatum & corruptum dicendi genus. de Orat. 182 b. Attenuatè presseq; dicere .)(. Sublatè ampleq; dicere . ad Her.27 a.Oratio inflata,arida,exilis. & ibi. Fluctuans,dissoluta.de Fi.94 a,Res philosophicas ornatè dicere uelle,puerile est : planè autem & perspicuè expedire , docti & intelligentis uiri.de Or.114 a,& de Cl. 175 a, b , Oratio philosophorum qualis.Orat.203 a,Oratio Platonis & Democriti qualis . de Cl. 175 b , Oratio philosophorum pacatior, oratorum pugnacior.de L. 158 b , Oratio tua non multum à philosophorum lenitate abest.& de Or.128 b,Genus dicendi in quo uis atque contentio quæritur. & Tusc.237 b, Lenitas orationis.Or.192 b, De oratione philosophorum multa & pulchra.de Cl. 175 b , Oratio Stoicorum astricta & cõtracta,id est,Academicorum ueterum & Platonis.)(. Libera,lata.de Or. 91 a , Oratio Stoicorum spinosa & exilis.de Or.149 a,Stoici orationis genus habent fortasse subtile,& certè acutum : sed ut in oratore exile , inusitatum, abhorrens ab auribus uulgi,obscurum, inane , ieiunum . de Or.114 a,& Or.202 b, Oratio historicorum qualis . Orat. 219 b , Siculorum dicendi genus adiectum . de Clu.183 a, Grandis,& ut ita dicam,Tragicus orator.de Or.127 b,Neque paruis in rebus adhibendę sunt hę dicendi faces. & ibi. Thrasœdias agere in nugis.de Se.83 b, Compta oratio & mitis.Sermo quietus & remissus.de Sen. 83 a , Ex Nestoris lingua,ut ait Homerus, melle dulcior fluebat oro. de Sen. 84 b,Causarum illustrium quascunq; defendi , nunc quàm maximè conficio orationes. Atti.lib.1.In illam orationem Metellinam addidi quædam .

Oratiuncvla,læ . oratio.Attic.209 a, Scripsit enim ad me Balbus,& Oppius mirificè se probare,ob eamq; causam ad Cæsarem meam se oratiũculam misisse.& 239 a,Brutũ omnia re,qua possum cupio iuuare , & cuius de oratiuncula idẽ te,quod me sentire uideo.de Cl. 171 a , Iudicant eam oratiuncula;tum historia quædam Græca , scripta dulcissimè. & 183.de N.68 a,Oratiuncula aureola.

Orator,oris.is qui dicit,eloquens, legatus . de Ora. 90 b, Is orator erit mea quidem sententia hoc tam graui dignus nomine,qui quæcunq; res inciderit, quæ sit dictione explicanda,prudenter,compositè, ornatè & memoriter dicat , cum quadam etiam actionis dignitate. de Or.90 a,Orator plenus atq; perfectus is est,qui de omnib. rebus posit uariè copiose;q; dicere.& 150 b,De oratore summo & perfecto.de Or.103 a,Oratorẽ eum puto esse , qui et uerbis ad audiendum iucundis , et sententijs ad probandum accommodatis uti posit in causis forensibus atq; communibus: eumq; esse præterea instructum uoce et actione et lepore quodã uolo.de Or.108 a , Sit orator nobis is qui , ut Crassus descripsit,accommodatè ad persuadendum posit dicere.et 96 b, Oratorem ubicunq; consiterit , cõsistere in suo. de Or.95. Nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inueniri potest.et 94 b, Pingendus est nobis detractis omnib. uitijs orator,atq; omni laude cumulatus . et 156 a , Si quærimus quid unum excellat,docto oratori palma danda est. et ibi.In oratore perfecto inest omnis philosophorum scientia.Off.1 a,Ororis proprium,aptè, distinctè , ornateq; dicere.Or.202 b,Oratorem hoc uno excellere, id est,oratione : cætera in eo latere , indicat nomen ipsum . Non enim inuentor,aut compositor,aut actor,hæc complexus est omnia ? sed et Græcè ab eloquendo ῥήτορ, et latinè eloquens dictus est,etc.et ib. Dicendi , id est , eloquendi maxima uis soli oratori conceditur.et Or.207 a, Disputandi ratio et loquendi Dialecticorum sit , oratorum autem dicendi et ornandi.Part.141 b , Vt oratorem decet latè exprimere ; de Or.148 a.Vt illum efficeret oratorem uerborum, actoremque rerum. et Or.220 a,Orator compositus.)(. Incõditus. et de Cl.174 a,Orator canorus et uolubilis . de Cl. 188 a, Orator præstat minutis imperatoribus . de Cla.187 b,Antronius et Scaeuius mali oratores. pro Mur.131 a,Spernitur orator bonus,horridus miles amatur. de Or.li.1.Quum boni perdiu nulli, uix autem singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores inuenirentur.de Or.86 b,Vis oratoris profesioq; ipsa benedicendi , hoc suscipere ac polliceri uidetur,ut omni de re,quæcunque sit proposita, ab eo ordine copiose dicatur.de Or.89 a,Oratoris est compositè, ornatè,copiose eloqui.de Or.91 a , Nemo est in oratorum numero habendus , qui non sit omnibus ijs artibus quæ sunt libero homine dignæ,perpolitus. de Or.145 a,De oratorũ tam Græcorum quàm Latinorum differentia . Oratorum genera,uide de Opt.243 a,b.

Orator pro legato , de Cl. 169 a, C. Fabricius ad Pyrrhum de captiuis redẽdis missus orator.de Ar.251 b,Oratores cõtra ius fasq; interfectos.i.legatos. de L.173 b,Fœderum pacis belli induciarum oratores,fœciales,etc.l.Oratio .

Oratoris ornatè,copiose,splendidè.Or. 219 a, Pulchrè et oratoriè dicere.et ad Her.41 b .

Oratorivs.a,um . Ac.45 a, Huic quasi ex altera parte oratoria uis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ ad persuadendum accommodatæ.Par. 237 a, Et illam disputandi prudentiam concertatio captatioque uerborũ, et hanc oratoriam uim inanis quædam profluentia loquendi imitatur.de Or.105 a, Sic illam orationem disertam sibi et oratoriam uideri,fortem et uirilem non uideri. et de Cl. 188 b,Illa oratoria ornamenta dicendi. Par. 116 a,Stoicè nullis oratorijs ornamentis adhibitis dicere .

Oratvs,tus.rogatus.pro Flac.163 b, An etiam scripsit oratu tuo?

Orbatvs,a,um . priuatus. pro Clu. 26 b, Mater orbata filio. Ep.54 b , Nec eam multis claris uiris orbatam priuare etiã aspectu tuo.Ep.83 a,Omni spe salutis orbatus .

Orbicvlatvs,a,um.globosus. Epist. 124 a,Malis orbiculatis esse pasti uidentur .

Orbis,bis.circus, circulus , ambitus , rotundus ambitus . de N.35 a, Duæ formæ præstantes sunt , ex solidis globus , ex planis circulus aut orbis,qui Græcè cyclos dicitur.de Som. 128 a, Stellæ circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili.& ibi.b, Nouem tibi orbibus uel potius globis cõnexa sunt omnia.et de N.35 a.Circuitus orbium solis conuersionem conficiunt annuam.Ac.17 a, Quę cursu interiore breui conuertitur orbe.de N.36 b,Orbis signifer , et orbis signorum.de Som.128 a , Orbis lacteus , et circulus lacteus.de Vn.199 a,In orbem torquere . l. P. 84 a,Cum illũ suum saltatorium uersaret orbem . Att. 28 a,et 35 b,Minore sonitu quàm putaram orbis hic reipub. est conuersus.et pro Pl. 279 a , Stare debemus tanquam in orbe aliquo reipub.qui uersetur,etc.de Or.161 b, Circuitus et quasi orbis uerborum.Or.210 b, Forma ipsa concinnitasque uerborũ conficiat

conficiat orbem suum. Or. 226 a, In Thucydide orbem orationis desidero. de Fin. 29 b, Sententię illorum in hunc orbem quem circũscripsimus, incidere non possunt. pro S.R. 35 b, Africa tertia pars orbis terrarum. contra Rull. 72 b, Orbis terrarum gentiumq; omnium. I. V. 225 a, & Epist. 27 a, Orbem omnium peragrasse terrarum. & ibid. Hæc orbis terrarum perturbatio. pro Dom. 253 b, Vir princeps orbis terrarum. perturbatio. pro Dom. 253 b, Vir princeps orbis terræ. cõtra Rul. 71 a, Ager Campanus orbis terræ pulcherrimus. I. C. 99 a, In hoc orbis terræ grauissimo consilio. Ep. 64 a, Sed scito ea quæ nos pro salute patriæ gessimus, orbis terræ iudicio comprobari. de Fi. 143 a, Si in sphæra maximi orbes sunt, medij inter se diuiduntur.

Orbi, pro orbe. Cic. de Rep. lib. 5. teste Charisio. Orbi terrarum comprehensos.

Orbita, tæ. rotæ currẽtis uestigiũ. At. 35 b, Orbis reipub. sic est conuersus, ut uix impressam orbitam uidere possumus.

Orbitas, tis. solitudo liberorum. pro Dom. 232 a, de Orat. 104 b, Instituere aliquem tutorem filiorum suorum orbitati. & 143 a, Crassus deplorauit casum & orbitatem senatus. de Fi. 144 b, Bonum liberi, misera orbitas. Ep. 145 a, Maxima orbitate reip. uirorum talium.

Orbo, as. priuo, spolio, nudo. Ac. 16 a, Ea philosopqia, quæ confundit uera cum falsis, spoliat nos iudicio, priuat appropatione, omnib. orbat sensibus. & 9 a, Ipsumq; animal orbat animo. pro Sest. 11 a, Ne uictor multis fortibus ciuibus remp. orbaret. Post. 205 a, Cum resp. non solum parentibus perpetuis, uerum etiã tutoribus annuis esset orbata. & pro Mur. 144 a, Ne orbetur auxilio respub. de Cl. 165 a, Cũ forum uoce erudita spoliatum atq; orbatum uideret. Off. 7 a, Theseus filio Hippolyto orbatus.

Orbvs, a, um. priuatus, desertus. Qu. F. 305 a, Sed re incolumi orbi non erunt: id est filij. Post. 200 a, Resp. orba consilijs fidem tanquam legitimi tutoris imploraui. Ep. 43 b, Vt tam orba ciuitas tales tutores complecti debeat. pro Flac. 157 b, Vsq; eo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut &c. de Cl. 196 a, Orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus. de Nat. 4 a, Quam philosophię rationem nunc propemodũ orbem esse in Græcia intelligo. Ep. 57 a, Itaq; orbus ij reb. omnibus, quibus, &c. Par. 123 b, Hereditatis spes quemnũ tum non obseruat locupletis orbi senis? de L. 185 b, Neve plebem orbam Tribunis relinquunto.

Orchestra, stræ. locus in theatro uel scena, ubi sedebant senatores. de Pro. 72 a, Piso iam cum Græcis in Orchestra helluatur, antea post siparium solebat.

Orcvs, ci. Dis pater, Pluto, de N. 68 a, Iupiter & Neptunus, ergo etiam Orcus frater. I. V. 226 a, Vt Verres alter Orcus uenisse Ennam, & Proserpinam rapuisse uideretur. de Fini. 79 a, Mihi sex menses satis sunt uitæ, septimum Orco spondeo. Tusc. 158 b, Acherontia templa alta, Orci pallida.

Ordinate. ordinatim. ad Her. 41 b, Distinctè & ordinatè disponere.

Ordinatim. ordinatè, ordinè, compositè, distinctè, ex ordine. Ep. 174 a, Ille enim id passim ego ordinatim. Sulpitij. & 50 a, Honores ordinatim petere. Bruti.

Ordino, as. compono, constituo, designo, digero, ratione disponeo, in ordinem adduco uel redigo. pro Syl. 177 a, Cũ omnia ordinarentur, instituerentur, pararentur. de In. 46 b, Tum deniq; ordinãdæ sunt cæteræ partes orationis. de Or. 112 a, Ea mihi uidentur in lite ordinanda, & in consilio dãdo esse posita. Qu. F. 307 b, Referebatur de ordinandis prætoribus. aliter, ornandis. Q. F. 307 b, Referebatur de prouincijs quæstorum, & ordinandis prætoribus.

Ordior, iris, orsus sum. incipio. de D. 114 a, Itaq; ordiar ab aruspicina, quam, &c. & de Fin. 51 b, Vt autem à facillimis ordiamur, prima, &c. & de Or. 160 b, Ordiri orationem à pæane. & Or. 208 a, Att. 54 a, Alterius uitæ quoddam initium ordimur. Ep. 67 a, Dixeras autem mihi te reliquas res ordiri. de Clar. 193 a, Hortensius admodum adolescens, orsus est in foro dicere. de Orat. 93 a, Crassus princeps eius sermonis ordiendi fuit. I. V. 225 a, De quo paulo altius ordiar, & repetam memoriam religionis. & de Cla. 66 b, Eloquentia, de qua disputare ordimur. Oct. 129 b, Vt ordiar ab initio, & perducam ad finem. de Fat. 140 b, Proinde ordire. I. A. 169 a, Vis ne igitur te inspiciamus à puero? sic opinor, ordiamur à principio. de Leg. 157 b, Ego autem animi pendere soleo, cum quid orsus sum, si traducor alio. de L. 158 b, Sed iam ordire explicare quæso, de iure ciuili quid sentias. de L. 160 a, Nam si hoc non probas, à deo cœpta ordienda est potissimum. pro Mar. 136 a, Sed unde esset orsa, in eodem terminetur oratio.

Ordo, is. ratio, distributio, dispositio, collocatio, societas, natio (ut ita dicam) grex. Att. 84 a, Nec οἰκονομίαν meam iusticiam, sed ordinem conseruabo tuum. & pro Qu. R. 45 b, Ac. 17 b, Vt præposterè tecũ agam, mox referam me ad ordinem. de Or. 125 b, Ordo & dispositio argumentorum. Off. 29 a, Nam & ordinem sic definiunt, compositionem rerum aptis & accommodatis locis. & 28 b, εὐταξίαν, quam intelligitur ordinis conseruatio. & ib. Itaq; uiderur eodem uis ordinis & collocationis fore. de Orat. 141 a, Ordo est, qui memoriæ maximè lumen affert. de Or. 96 b, Inuenit non solum ordine, sed etiam momento quodam & iudicio disponere. de Cl. 187 a, Sed ordinem sequens in memoria, notam & æqualem necessario incurro. Or. 218 a, Verborũ ordinem immuta, fac sic, comprobauit filij temeritas. de D. 106 b, Fatum, id est ordo seriesque causarum. de A. 148 a, Rerũ ordo ac uicissitudo. de Cl. 185 a, Vt in ijs perturbẽ ætatum ordinem. & 166 a, Explicare ordines temporum. Par. 120 b, Quicquid peccatur perturbatione peccatur rationis atque ordinis. de L. 185 a, Mihi uerò ordo iste rerũ placet. & ib. b, Tu uerò istam rationem quam cœpisti teneo. de Cl. 189 a, Præcepta quæ habent ordinem. Aca. 19 b, Sed ex ea materia particulas primum cõfusas, postea in ordinẽ adductas. ad H. r. 19 a, Redigere in ordinem ea quæ inuenimus. pro Q. Ros. 46 a, Hæc sunt deiecta, ille in ordinem cõfectæ. pro Cec. 289 a, Eius fundi extremam partem olere directo ordine definiunt. Ac. 161 a, Domestica ordinẽ administrantur. Part. 229 b, Ordine interrogare aliquem. I. V. 192 a, Rectè, ordine, è rep. facere aliquid. pro Qu. 4 b, Rectè atque ordine aliquid factum esse. & ib. Modo & ratione omnia facere. I. V. 233 a, Vt quisque ætate antecedebat ita sententiam dicebat ex ordine. contra Rul. 75 b, Quam tu mihi ex ordine de legis scripto recita populi Romani actionẽ. ad Her. 22 a, Collocare aliquid ex ordine. & 35 b, Item putamus oportere ex ordine hos locos habere. ad Heren. 21 b, Si in ordine stantes notos quàm plures uderimus. pro Dom. 216 b, Plurima bella Cn. Pompeio extra ordinem sunt commissa. & ib. Negat oportere quicquam extra ordinem decerni. & de Pro. 73 a, Cum prouincia extra ordinem decernebant. pro Clu. 35 b, Iudicem pecuniam ab reo clam atque extra ordinem accepisse. Hic Nõ est idem ordo dignitatis & renunciationis, propterea quod renunciatio gradus habet; dignitas autem est perseuerandem omnium. pro Fl. 155 a, Lysanias adeptus est ordinem senatorium. & pro Do. 227 b, Proximus est huic dignitati ordo equester. & pro Clu. 50 a, & 29 a, Fidiculanus cuius erat ordinis? senatorij. Ep. 3 a, Maximeq; uisi sumus sententum commemoratione tuæ uoluntatis erga illum ordinem commouere. Off. 30 b, Hæ sunt ijs quorum ordini conueniunt honestæ. I. V. 112 a, Si cuiquam ordini siue oratorum, siue pecuariorum, siue mercatorum, probatus sit. Ep. 151 b, Omnium generum atque ordinum consensum. Ep. 87 b, Tu certè ordinis tui facile princeps. & 207 a, Ordo publicanorum. pro Dom. 242 a, Omnes societates, omnes ordines. I. P. 98 b, Quid per tuũ seruulum ordines assignati? pro Q. 98 b, Nemo nostro loco natus. & de Am. 109 a, In nostro (ut ita dicam) grege. At. 129 b, Aliter uideo censeri Marcellũ & cæteris nostri ordinis qui hic sunt. Off. 4 a, Omnium quæ fiunt, quæque dicuntur ordo ac modus. Off. 4 b, His enim rebus quæ tractantur in uita, modum quendam adhibentes & ordinẽ, honestatem & decus conseruabimus. de Sen. 89 b, Arborum ordines in quincuncem directi. In Sal. 273 a, Illa perniciosa ambitio cuius primos ordines Sallustius duxit. de L. 185 a, Pecunia ciuitatis ordines partiunto. de L. 260 b, Locus certe non deerit, quoniam tenes ordinem rerum. de Vn. 196 b, Id ex inordinato in ordinem adduxit. pro Mil. 102 a, Amplissimorum ordinum delectũ uiri. I. A. 156 b, Vir fortissimus qui ordines duxit: id est milites. I. A. 169 a, Sedisti in quatuordecim ordinibus, cũ lege Roscia prohibereris. I. A. 191 a, Aliquem recte atque ordine exque rep. fecisse & facere. I. A. 225 a, Literas Bruti recte & ordine scriptas uideri. I. A. 201 a, Qui ordo in sententijs rogandis seruari solet, eundẽ tenebo i uiris fortibus honorandis. de Sen. 88 a, Frugem spice structam.

Orestes, stæ. uir tragœdijs decantatus, Agamemnonis & Clytemnestræ filius, Pyladis amicus. de Am. 100 b.

Orestis, idis. pars Macedoniæ. ad Ar. 151 b.

Oricalcvm, ci. æris genus auri colore, seu natiuum sit, seu cadmia tinctum. Off. 70 b, Si quis aurum uendens, oricalcum se putet uendere. & de Fi. 69 b, In Cod. Germ. aliter, odrilitium.

Oriens, tis. ortus. de N. 59 a, Qui terras ab oriente ad Occidentem colunt. Or. 218 b, Oratio uel oriens, uel media, uel cadens. Oriens, id est, prima. pro Dom. 226 b, Vis oriẽs & cõgregata.) (. Iam districta & extincta.

Origo, inis. principium, initium, causa, ortus, stirps, semen, fons caput, author. de Vn. 195 b, Nullius rei causa remota, reperiri origo potest. de Or. 219 b, Vitium quod ab Egesia fluxit: id est, initium duxit uel originem habuit. de Cl. 188 a, Verborum delectum originem esse eloquentiæ. de Vn. 196 a, Quę causa impulerit eum, qui hęc machinatus sit, ut originẽ rerum & molitionem nouam quęreret. Tus. 195 a, Doloris igitur huius origo nobis explicanda est: id est, causa efficiens ęgritudinem in animo.

Orion, onis. In Arato. Fabula Orionis & Dianæ.

Orior, oreris. nascor, exorior, in uicam introeo, proficiscor, mano, hæc à natura propriam lucem accipere. de Fin. 81 a, Sed ipsum à se oritur, & sua sponte nascitur. & pro Mure. 140 a, Tu qui ab illo ortus es. de Leg. 165 b, Hoc solum in quo tu ortus & procreatus es. de Vn. 202 a, Vos qui deorũ satu orti estis. de Fin. 141 a. Officia, quæ oriuntur à suo cuique genere uirtutis. de Or. 124 a, Ea quæ sunt orta de causis. pro Dom. 227 a, Sed ne quis oriretur aliquãdo, qui diceret, &c.

Orithia, thiæ. de Leg. 156 b, Orithiam aquilo sustulit.

Orivndvs, a, um. alicuius satu ortus, cuius genus profectũ ẽ aliunde Top. 223 a, Qui ab ingenuis oriũdi sunt. pro Syl. 171 a, Est enim ipse à materno genere municipalis. & ibi. a. pro Font. 282 b, Hoc dico, inquit, e esse ex municipio generis illius antiquitas Tusculano ex clarissimo municipio profecta. de Vn. 202 a, Vos qui deorum satu orti estis.

Ὁρίζοντες l. Horizon.

Ὁρμαὶ. de Nat. lib. 2. Sic naura mundi omnes motus habet uoluntarios conatusq; & appetitiones, quas ὁρμὰς Græci uocant. Aca. lib. 2. Nam aliter appetitio (eam enim esse uolumus ὁρμὴν) qua ad agendum impellimur, & id appetimus quod est uisum. l. Appetitio, & appetitus.

Ornamentvm, ti. honor dignitas, decus, insigne, lumẽ. Epi. 64 a, Suscepiq; mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamẽtis tuis. I. C. 116 a, In animis ego uestris omnes triumphos meos, ornamẽta, omnia honoris, monumẽta glorię, laudis insignia cõdi uolo. de Pro. 73 a, Intueor coram hęc lumina atq; ornamenta reip. & 74 b, Sed decus illud & ornamẽtum triumphi minuẽdũ non putaui. & ib. Alij sine ullis uerborũ ornamentis dabant. I. A. 185 b, Flos Italiæ, firmamentum imperij nostri, ornamentum dignitatis. pro Syl. 184 a, Omnia generis insignia atq; ornamenta occiderunt. de Or. 101 b, Equidem mihi hoc subsidiũ cõparaui, nõ solũ ad usum forẽsem, sed etiã ad decus atq; ornamẽtũ senectutis. & pro Cecin. 290 a, Falcula decus atq; ornamẽtũ ciuitatis. pro Cor. 63 b, C. Cæsar populũ istũ maximis ornamẽtis affecit. de Cl. 177 a, Sẽtẽtiarũ ornamẽta & cõfirmationes. & 188 b, Illa oratoria ornamẽta dicẽdi. de Or. 119 b, Neminẽ oium tot ac tãta quãta esset in Crasso habuisse ornamẽta dicendi. I. A. 218 a, Cũ ad nos mitteret Corylã, ornamẽtũ atq; arcem amicorum suorum. pro Mil. 108 b, Qu. Hortensius lumen & ornamentum reipub.

Ornate, non inornatè, eleganter, politè, non incultè, splendidè, luculẽter. de Ora. 147 b, Qui distinctè, qui explicatè qui abundanter, qui illuminatè & rebus & uerbis dicunt, & in ipsa oratione quasi quẽdam numerum uersumq; consiciunt, id est, quod dico ornatè. de Fin. 95 b, Potest id qui dẽ fuse & copiosè, & omnib. electissimis uerbis grauissimisq; sententijs rhetoricè & augeri & ornari. de Fin. 94 a, Philosophicas res ornate dicere uelle, puerile ẽ. Of. 1 b, Ornate splendideq; dicere. pro Cæl. 39 a, Ornate politeq; dicere. de Orat. 89 a, Oratoris est, compositè, ornatè, copiosè eloqui. Tusc. 176 a, Qui profitẽtur se neq; distinctè, neq; distributè, neq; eleganter, neq; ornate dicere.

Ornatvs, a, um. politus, luculentus, exculcus, comptus. expolitus, nitens, elaboratus. I. V. 59 b, & de Clar. 177 b, Frater tuus lectissimus & ornatissimus adolescẽs. pro Fl. 156 b, Splẽdidissimus atq; ornatissimus uir. de Sen. 89 a, Agro bene culto nihil nec usu uberius, nec specie ornatius. pro Qu. 18 a, E fundo ornatissimo deijci. de Ora. 88 b, Homo in dicendo ornatus & grauis. de Fin. 53 b, Res uerò bonas uerbis electis grauiter ornateq; dictatas, quis non legat. Ora. 200 a, Omnes apud Pacuuiũ ornati elaboratiq; sunt uersus. I. P. 80 a, Prouincia exercitu & pecunia instructa & ornata. de Fi. 88 a, Sapiẽs plurimis & grauissimis artibũ atq; uirtutib. instructus & ornatus. pro Põp. 4 a, Locus ad agendũ amplissimus, ad dicendũ ornatissimus. ad Bru. 289 a, Vir cõiuge, liberis, multis affinibus ornatus. pro S.R. 37 a, Is terret etiam nos, ac minatur tribus præmijs hoc est, præmijs sceleris ornatus. Item: Composita oratio & ornata, & artificio quodam & expolitione distincta.

Ornatvs, tus. lux uerborum, flos orationis. de Orat. 89 a, ornatus uerborum oratoris putandus est. & 142 b, Distinctio & ornatus oratoris. de Cl. 189 a, Ornatus orationis tã quã uestis. & 196 a, Concinnitas illa sententiarũ manebat, sed ea uestitu illo orationis, quo psueuerat, ornata nõ erat. & Or. 198 b, Omnẽq; orationem ornamẽtis modicis uerborum sententiarumq; distinguit. & 203 a, Clarissimis uerborum luminibus utitur Plato. & 204 a, Inornata mulier, incompta oratio. de Or. 144 b. Eloquentia, quascunque in oras disputationis, regionesve delata est, & quocũq; ingreditur, eodem est instructu, ornatuq; comitata. Or. 204 a, Tum remouebit omnis insignis ornatus quasi margaritarum, ne calamistri quidẽ adhibebuntur. & ibi. fucati uerò medicamẽta cãdoris & ruboris omnia repellẽtur, elegãtia modò & munditia remanebit. & ib. Collata uerba habẽt ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt, quod mutatis uerbis non maneat manente snia. & ibi. b, Illa cõtinuitas, quæ uerborum collationẽ illuminat his luminib. quæ Græci quasi quosdã gestus orationis, σχήματα appellant. & ib. Elaborata concinnitas. de Cl. 177 a, Schemata quæ uocãt græci, in uerbis pingendis & illuminandis sententijs habẽt põdus. de Clar. 290 a, Verborum sentẽtiarũq; illa lumina, quæ uocant Græci σχήματα, quibus tãquam insignibus in ornatu distinguebatur omnis oratio. de Fin. 51 a, Quando enim nobis ullus orationis uel copiosę uel elegantis ornatus defuit? Or. 205 a, Translata uerba quasi stellæ, illustrãt orationem. Or. 209 a, Orationis lumina & quodammodo insignia. Item: Hæc quasi lumina magnum afferunt ornatum orationis. de Or. 151 b, Sed ita distinctũ, ut sint quasi in ornatu disposita quædã insignia & lumina. & ib. Flores. & de Cl. 186 a, Nullus flos neq; lumẽ ullum orationis. de Or. 161 b, Distinguenda & frequentãda est omnis oratio luminib. uerborum & sententiarum. Item, Ante Periclem litera nulla est, quæ quidẽ ornatum habeat. de Clar. 188 a, Itaque ad hãc elegantiam uerborum latinorum adiungitur etiã illa oratoria ornamenta dicendi. de Cla. 193 a, Catonis lineamentis nihil nisi eorum pigmentorum, quę inuenta nondum erant flos & color defuit. & 165 b, Ornata sentẽtiarum cõcinnitas. & ibi. Ex ornato & faceto genere uerborum. Ora. 209 b, Omnes aut certè plerasq; aliqua specie illuminare sententias. Or. 212 b, Splendidis nominibus illuminatus ẽ uersus. pro Sest. 25 a, Omni ex genere orationem aucupãtur, & omnes undique flosculos carpunt & delibant. Off. 13 a, Statuas uidemus ornatu fere familiari. de Sen. 89 b, Cyri purpura ornatuq; pficus, multo auro multisq; gemmis. pro Cæl. 47 b, Non incessu solum, sed ornatu atque comitatu. pro Do. 235 b, Hoc simulachrum quidam ad ornatum ædilitatis suæ deportauit. de Or. 101 a, Ornare aliquem alieno ornatu. de Fin. 79 a, Pulcherrimo uestitu, ornatu regali.

Orno, as. exorno, distinguo, illustro, illumino, noto, pingo, uario, ornatum affero, in aliquem omnia ornamenta congero, ornamento sum, ornamento afficio, honoro, decoro, honesto, augeo, amplifico, collocupleto, cõmodis augeo, laudo, adorno, paro, instruo. de Or. 145 a, Quib. orationem

orationē ornari & illūmīnari puto.& 96 a,Vestire atq; ornare oratione res inuētas.Or.206 a,Fuit ornādus in Mamilia lege Pompeius, temperata oratione ornandi copiā persecuti sumus.& Q.Fr.309 a,& Ep.25 b,Ornare aliquē ueris & diuinis laudibus,Ep.14 a,Ornare aliquē insignib. gloriq,Ep.59 b,Cūm tu à me reb.amplissimis atq; honori sicētissimis ornatus esses.I.P.86 a,Qui frequētia sua aduētum uestrum ornauerunt ac celebrauerunt.de Or.92 b,Mirabilius & magnificentius augere aliquid atq; ornare.pro Pl.263 b,Tota illa regia se huius honore ornari,se dignitate augeri putabat.de * 179 a,Oratio,ī qua autoritas ornat Senatus.Ep.134 a,Tibiq; nō modò tuendos,sed etiam ornandos illos uiros.& 174 b,De adornando adolescēte. pro S.R.41 b,Non modò non læte te, uerūm etiā ornaui. At.15 b,Quos ego non solūm tuli,sed ornaui.Tus.173 a, Tu uerò istam artem ne reliqueris, quā semper ornastiti! Ia enim,si uerè loqui uolumus,te ornauerat.Ep.98 a, Si uis,ad me aliū mitte, quē Oornem.I.V.83 a,rnare aliquē beneficijs omnibus.& At.85 b, Ornare ciuitatē beneficijs omnibus.pro Do.231 b,A populo Romano sēper sum de sensus,amplificatus & ornatus.I.C.117 a,Quę gessi in cōsulatu priuatus tuebor atq; ornabo.,p Syl.181 a,Per quos res eius secundæ quondam erant ornatæ,nūc subleuantur aduersæ.pro Flac.158 b,Ornare aliquem.)(.Spoliare aliquem.de Ar.250 b, Deiotarus clarissimorū imperatorū testimonijs ornatus.& pro Mur.144 a,Resp.suis præsidijs ornata.Att.67 a,& 51 b,Ornare prouincias consulibus.de N.45 a,Domicilium ornatum signis & picturis,instructūque rebus omnib.necessarijs.,p Cec.296 b,Armatos uerè appellamus,qui scutis telisq; parati ornatiq; sunt.de Leg. 163 a,Muneribus deorum nos esse instructos & ornatos. pro Pōp.7 b,Domicilia regia omnibus reb.ornata atq; referta.cōtra Rul.72 b,Deinde ornat apparitoribus,scribis, librarijs,&c.pro Pōp.5 a,Qui maximas ędificasset ornassētq; classes.I.V.210 a,Ornare & apparare conuiuium.& pro Quint.17 b,Ornare conuiuiū magnifice splendideq;. pro Cl.10 b,Lectū sibi ornari & sterni iubet.pro Fla.164 a, Sepulchrum L.Catilinæ floribus ornatum est.de Orat. 105 a,Nouo & alieno ornatu ornare iuris ciuilis scientiā. Attic.3 a,Caietā si quando abundare cœpero, ornabo.de Or.101 a,Senectuti uerò celebrandæ & ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quàm iuris interpretatio? Attic.280 a, Lepidus ornatus cum honoribus amplissimis à senatu. Atti.287 b, Ornare aliquem omnibus decretis.Quint.Fr.324 b,Ille à me singularibus meis studijs ornatus est.I.A.165 a,Hic nō solūm meis laudibus me ornat,sed etiam honorat alienis.I.A.226 a,Græcia M.Bruti Imperio autoritate, copijs non solum instructa,sed etiam ornata,dexteram tendit Italiæ.I.A.238 a,Ornari & exornari ab aliquo.

Oro, as. rogo,obsecro,obtestor.Attic.170 b,Te etiam atq; etiam oro,ut me tuendum suscipias.At.248 b, Orare aliquē pro salute alicuius.Tus.226 b,Rogādi sunt orandiq;. ut,&c.I.V.128 a,Rogare atq; orare aliquē.& 117 a,Orare atq; obsecrare aliquem,& obtestari.pro Plāc.281 a,Teq; C.Flaui oro & obtestor,c.pro S.R.20 a,Quapropter uos oro atq; obsecro iudices,ut,&c.Ep.166 b, Ego uos P.C. oro atq; obsecro.ut,&c.At.197 a,Orat multis & supplicibus uerbis,ut liceat.& I.V.260 a, Idq; postremū parētes suos liberi orabāt,ut,&c.Qu.F.290 a, Illud ad extremū tē oro & hortor,ut,&c.I.V.223 b,Quo liberos adire ne orādi quidem causa fas erat:id est,quod fanum. Att.59 b,Dic oro te clarius orare,orationē habere.de Cl.168 b, Nemo unquam melius ullam orauit capitis causam.Postq.204 a, Quis posit uestra in nos uniuersa promerita,nō dicā complecti orando, sed percensere numerando.Off.60 a,Iudex amicus orandæ liti tempus quoad, per leges liceat, accōmodet.

Orondicvs,ci.urbs. contra Rul.76 a.

Oropvs,pi. op.At.193.

Orphevs,ei. de N.22 b,Orpheum poetam docet Aristoteles nunquam fuisse.

Orphicvs,a,um. de N.71 a,Sacra Orphica Dionysio putātur confici.& 22 b,Orphicum carmen I.Cercops.

Orsvs,orsa,um.inceptus.de Clar.176 b,Eius collega L.Bestia bonis initijs orsus tribunatus, tristes exitus habuit consulatus.

Orsvs,sus. initia,exordium.de D.121 b,Auguris ut nostri Calchantis fata queamus Dicere,ratos ne habeant tam tua nos pectoris orsus.

Ortvs,tus.exortus.)(.Occasus.de D.112 a,de D.118 b,Sed quid plura ortum uideamus aruspicinæ.& 127 a,Cum ortus nascentium luna moderetur.de L.188 a,Tribunatus cuius primum ortum inter arma procreatum uidemus.de L. 160 a,Iuris ortum à fonte repetamus.Off.5 a,Non solūm nati nobis sumus, sed ortus nostri partem patria,partē parentes uēdicāt.de L.170 a, Cato ortu Tusculanus fuit,ciuitate Romanus.I.C.115 a, Simulachrum solis orcum curiamq; conspiciens.de Vn.195 b,Quæ ortū habere gignique diximus,& ib.Quod semper est, neq; ullum habet ortum.& ib.Mundum nullo ortu fuisse generatum.de N.35 b,Sol ab ortu ad occasum commeans.de In.54 a,Signorū ortus & obitus seruāt.de D.108 a,Siderum ortus obitusq; cognoscere.de D.127 b, Ortus occasusq; siderū non fieri eodem tempore apud omnes.

Os,oris. de N.50 a, Quædam animalia cibum oris hiatu & dētibus ipsis capessunt.de D.96 b,Mid x dormienti formicæ in os tritici grana cōgesserunt.de Or.123 b,Inferere cibum in os alicui.I.P.82 a,Os fœtidum.& I.V.229 a,Gorgonis os cinctū anguibus.de T.127 b,Draco cum reclam in ore teneret,locutus est.de D.86 a,Necesse est ossa obiecta cadere frustū ex pulli ore, cum pascitur.I.V.115 a, Quæ palām in ore atq; oculis omnium gesta sunt.I.V. 101 a,Istius iniquitas tum in ore uulgi & in communibus prouerbijs uersabatur.pro Mil.109 b,Ora omnium atque oculos intuemur.I.C.11 a,Video P.C. in me omnium uestrum ora atq; oculos esse cōuersos.de D.102 b,Sic expectabat populus,atq; ora tenebat,pro S.R.22 a, Eo tēpore Roscius erat Romæ frequens atq; in foro, & in ore omnium quotidie uersabatur.At.237 a,Deinde habent in ore nos ingratos.Ep.6 2 a,Habere aliquid semper in ore.Tus. 174 a,Vigere in ore.de Fin.80 b,Illa semper tibi i ore sūt. Ep.71 b,Cōsolatio peruulgata,quam semper i ore atq; in animo habere.debemus.Attic.91 b,Tu cuius mihi os ame oculos solet uersari. Or.197 b,Vnde illud ut ex ore aliquo quasi imago exprimatur.de Cl.179 b,Cui orationi Cępionis ore rīdit Aelius. & pro Deio.149 a,Nō debebas opti mo uiro fugitiui ore maledicere. & Tus.156 a,Plato quē ex ore tuo admiror.de Cla.189 a, Nihil non considerati exibat ex ore.& Or.209 a,Verbum ex ore nullum nisi elegans exeat. & In Vat.29 b, Non puras fas esse uerbum ex ore exire cuiusquā,quod nō,etc.pro Syl.180 b, Verbū eo quod unquam ex ore huius excidit, unde quisquam posset offendi?pro S.R.41 b,Os suū alicui tradere.At.17 a,Præbere os alicui ad male audiendum. I.V.76 b,Ora iudicum aspicere,et os suum populo ostēdere.de Or.111 a,Studiū dicendi nisi accessit os,nullū potest esse.I.V.241 b,In ipso aditu atq; ore portus.I.V.230 a,In ore Ponti et angustijs. et ib.Introitus Ponti.pro Dei.144 b,In tuis oculis,in tuo ore uultuq; acquiesco.pro Ma.132 b, Te uerò cuius mētē os,os; et os cernimus quibus laudibus efferemus?At.93 b,Tibi autē ualde solet in ore esse.I.A.227 a, Brutus erat desiderio ciuitatis,in ore et in sermone omniū.de Ant.95 b,Sermo qui tum fere erat multis in ore.

Os,pro fronte,et impudentia.I.V.118 b,Nostis os hominis nostis audaciā. pro Qu.14 a,Mihi uidetur ore durissimo esse qui præsente Roscio gestum agere conentur.Tus.199 a,Cum os perfricuisti.de Or.96 a,Quod tandem os est illius patroni,qui ad eas causas fine ulla scientia iuris audet accedere?Ep.129 b,Nosti profectò os adolescētioris Academię.I.P.93 a,Sed os tuum ferreum senatus cōtcio uerberari noluisti.

Os,ossis.de Na.54 a,Quid dicam de ossibus,quæ subiecta corporis mirabiles cōmissuras habent.et ibi multa de utilitate ossium.de Cla.170 b,Atq; utinam imitarentur nec ossa solūm,sed etiam sanguinem.I.V.99 a,Cur hunc dolorem cineri eius atq; ossibus inusisti? et 262 a,Cineri atq; ossibus filij.

Oscinis,ne,nis.uel Oscē,inis. teste Charisio, auis auspicij ore,cantuq; faciens. omnis auis quæ canit.de Natur.58 b, Aues, & alites, & oscines, ut augures nostri appellant.de Diuin.105 a,Aues,quę tum huc, tū illuc uolant alites:quę tum à dextera,tum à sinistra parte canant,oscines. Epist.83 b,Ex cantu sinistro oscinis,augurari.

Oscitanter.negligenter, indiligenter. de Clar.190 b,Tā solute egit,tam leniter,tam oscitanter.

Oscitor.aris.dormito,ocior, ad Her.35 b,Cum etiam maiores calamaitates impendere uideātur,sedetis & oscitamini.de N.15 a, Ista quæ Epicurus oscitans hallucinatus est. & de Or.121 b, Ista oscitans & dormitans sapientia & de Cl.182 b, Oscitans iudex.pro Mil.112 Adde iscitiā præsipoti,oscitantis ducis.pro Clu.32 a,Et eum quod iamdiu nihil quæ fierat,tristem atq;oscitantē impellit:id est,ociosum, negligentem.

Oscvlatio,onis.osculum.pro Cæl.48 b,Complexu & osculatione, &c.

Oscalor.aris suauior, suauium do. de Som.127 b, Ille me amplexus atq; osculans fieri prohibebat. pro Mur. 145 a, Mater filium suum osculata est. Tus.168 a,Vt eū dormiētē oscularētur.I.V.222 a,In precibus & gratulationib. nō solūm id simulachrum uenerari, sed etiam osculari solent. pro Mur.129 a,Quoniam mihi uideris istam scientiam iuristarquam filiolam osculari tuam,nō patiar,&c.Ep.12 a, Inimicum meum sic amplexabantur,sic in manib.habebāt, sic fouebant,sic osculabantur,&c.Attic.254.Complecti & osculari aliquem.

Oscvlvm,li.suauium Att. 185 b, Atq; utinam continuò ad complexum meę Tulliæ,& ad osculum Atticę posim currere.I.Famosus.

Osci ludi.id est,rusticani & obscœni.nam & obscœnum ab oscis deducunt. Osci uerò Italiæ pop.fuerunt.Ep.95 a.

Osim.pro ausim,Comicorū more.At.186 b, Quod autem osim hanc rem, ἐφεῦρον à te quod, inquit ausim sub tyranno Cæsare uiuere, mandatum à te habeo.

Ostendo,dis demonstro,polliceor, docco, propono, argumentum planum facio, declaro, significationem habeo.de Orator.97 a, Omnes loci artis inquientibus nobis ostendunt se & occurrunt.pro S.R.33 a,Os tuū non modò ostēdis,sed etiam offers.I. V. 76 b, Nec tam nefarijs criminibus,& tam multis testibus euictus,ora iudicum aspicere,& os suum pop.Romano ostendere auderet.contra Rull.67. Cui errato nulla uenia proponitur, non dubitandi fidele consilium ostenditur.de Ar.249 a,Hæc nobis & scelerum iudicia ostendit,& periculorum signa patefecit.de So.127 a,Hic tu ostendas oportit patriæ lumen animi consilijque tui,pro Cec. 287 a, Sicut & uiuus multis ipse reb. ostendit,& in morte sua testamento declarauit. Ep.129 b, Et si munus flagitari,quamuis quis ostenderit, ne populus quidem solet,nisi concitatus:tamen,&c. id est, promiserit. In V.217 a,Iste tum metum,tum spem ostendere. Attic. 177 a,Cum præsertim ne spes quidem ulla ostendatur. Qu.Fr. 303 a,Tribuni sunt nobis amici,consules se optimè ostendunt,prætores habemus amicissimos.de Vn. 202 a,Palām ostendi,id est,palām apparere.& pro Arch.188 b,Si nō hic tantus fructus ostenderetur.Att.2 a,Demonstraui hæc Cæcilio,simul illud ostendi,&c.ad Her. 10 b, De his primùm partibus ostendendum est.deinde,&c.At.127 b, De Italia nihil mihi unquam ostenderas.

Ostentatio,onis.uendicatio,simulatio,uanitas, gloria. ad Her.30 a,pro R.P.128 b,Quod genus tandē est illud ostētationis & gloriæ.de Or.139 a,Vitanda est ingenij ostētationis;q; suspicio.de Ora.111 b,Et ea magis quod nulla mihi ostentatione uideris esse usurus.de Fi.81 a,In frōte ostētatio sit,intus ueritas occulatetur.& 121 b,Ostentatio gloriosa.contra Rull. 65 a, Consul ueritate non ostentatione popularis.Off.41 b,Qui simulatione & inani ostentatione ficto non modò sermone,sed etiam uultu stabilem se gloriam consequi posse rentur,uehementer errant. Tusc. 177 a,Philosophorum disciplina,ostentatio scientiæ,nō lex uitæ.Off.10 a,Quæ ab ostentatione proficisci potius quàm a uoluntate uideantur.pro Fl.157 a, Vbi illa magnifica & gloriosa ostentatio ciuitatis?Attic.75 a,Intelligis ostentationes nunc in discrimen esse adductas. & cæte. de Ami. 112 a, Virtus uendicatio quædam atque ostentatio esse dicitur.Parad. 124 a, Quæ est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio?

Ostentator,oris.gloriosus.ad Heren.39 b,Vt si uelis ostēatorem p cuniosum describere.

Ostento, as.uendito,præ me fero,promitto,minitor. contra Rull.68 a,Largitio,quæ uerbis ostentari potest, reuera fieri nullo pacto potest.& ibid.Aliud obscurè moliri,aliud specie simulationis ostentare.cōtra Rull.81 b,Agrum quē uobis ostentant,ipsi concupiuerunt.pro Mar. 135 b, Huic tu insertias,huic te ostentes oportet.pro Cl. 22 a, Cum ei filij recuperandi spes esset ostentata. & ead. Illum qui sibi delationem nominis & periculum capitis ostentarat.Atti. lib.1, Ostentare iugulum pro capite alterius.id est,exponere se periculo uitæ.pro Qu.R.47 a, Pecunia quæ ex liberalitate huius promissa sit & ostentata. Attic. 38 a, Clodius omnibus præ se fert & ostentat. Epistol. 4 b, Quid enim me ostentem?qui, &c. & 145 a, Ostentare prudentiam. Epist.58 a,Bellum ex altera parte cædem ostentat, ex altera seruitutem.ad Her.30 b,Hic qui se magnificè iactat & ostentat.ad Her.15 a,Venditare ingenium & ostentare memoriam.

Ostentvm.ti. portentum, ostenta, quia ostendat aliquid.de D.96 b,Monstrum.I.V.325 b, Cum magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur.& de Ar.145 b, Gaudeo mihi dicendū esse de toto hoc ostento,quod haud scio an grauissimum multis his annis huic ordini nūciatum sit de D.105 b,Cręsi filius infans locutus est,quo ostento regnum patris concidit.Cæl.Ep.123 b,Scis Appium hic ostē ta facere de signis & tabulis.

Ostiatim.I.V.210 b,Nolite expectare dum ego hoc crimē agam ostiatim.& 212 a.

Ostivm,stij.ianua.Tusc.230 b,Extra ostium limenq; carceris.de D.134 b,& de Ar.248 b,Alicui ab ostio quęrenti respondere.de N.93 a,Aspera arteria ostium habet adunctū linguæ radicibus.de Pet.211 b,Quæ si significant uolunta tem esse abditam,parui refert patere ostium.I.V.227 b, In sula in utriusq; portus ostium aditumq; proiecta. pro Pō. 10 b,Ante ostium Tyberinum.& ib.Intra oceani ostiū.pro S.R.29 a,Aperto ostio dormientes eos repertos esse. I.A. 165 b.Ad ostium fluminis Cydni.

Ostrea,streæ.de D.115 a,Ostreis & cocchylijs omnibus cōtingit,ut cum luna crescāt pariter,pariterq; decrescār. Ep. 107 b,Qui me ostreis & murēnis facilè abstinebā.In Hortensio,In tegulis proseminare ostreas.

Osvrvs,a,um,de Am.107 a,Ita amare oportere,ut aliquādo sis osurus.

Otiolvm,li.otium.Ep.113 a,Cum otiosus sum,plane ubi de lectam ociolum meum non habeo.Cælij.

Otior,otiaris.nihil ago,cesso,uaco, otio perfruor. Off. 63 b,Cum se Syracusas oriandi causa.non negotiandi(ut ipse dicere solebat)contulisset.Canij.de D.85 a, O tia qui studijs læti tenuere decoris.de Or.110 b,Nihil agere & planè cessare.

Otiose.per otium,uacuo animo.I.V. 207 a, Contemplari unumquodq; ociose,& de Fi.113 b,Tum licebit ociose ista quærere.Off.71 b,Otiose uiuere domi.

Otiosvs,a,um.cessans,nihil agens, feriatus, uacuus, lauatus curis, otio nimio affluens, animo uacuo esse, solutus opere,qui cura uacat & negocio:qui secum;q; ut dicitur,uiuit:uacans animo,iners, languidus.)(. Operosus, semper agens aliquid.de Cl. 165 a, Cum inambularem in Xysto,essem;q; ociosus domi.& Att.199 b, Nisi eris ualde otiosus.de N.79 a,Cur non rebus humanis aliquos otiosos deos præfecit.pro Pl.273 a,Quid dicam de occupatis meis temporibus,cui fuerit negocium nunquam ociosum. Qu.F.327 a,Idq; perficiā his supplicationum otiosis.dieb. Itē otiosus.)(.occupatus.Ep.142 b,Si otiosum eū reddiderit.Off.52 b,Dicere solitum Scipionem accepimus, nunquam se minus otiosum esse,quàm cum esset otiosus.de Se. 94 a,Otiosam ætatem & quietam sine ullo labore & contentione traducere.de L.167 b,Cessatio libera atque ociosa.de Sen.87 a,Si uerò habet aliquid tanquam pabulū studij atq; doctrinæ,nihil est otiosa uita iucūdius.I.A. 235 a, Otiosus & nihil agens de Or.103 b, Quo in studio hominū ingeniosissimorū otiossimorū totas ætates uidemus esse cōtritas.Off.14 b.Sed & facilior.& tutior,& minus alijs

grauis aut molesta uita est otiosorum. Of. 37 a, Spectatores; se præbuerunt otiosos Leuctricæ calamitatis.

Otium, ti. tempus, spacium, uacuum tempus, laxamentum, cessatio libera atq; otiosa, remissio, quies, uacatio ætatis, legatio libera, tranquillitas uitæ, facultas uacui & liberi tẽporis. de Orat. 85 a. Et quantũ mihi uel fraus, &c. uel caui sæ, &c. uel resp. tribuet otij, ad scribendum potissimum cõferat. & Att. 20 b, Quod mihi de forensi labore temporis datur, in his studijs conquiesco. & 98 a, Cum non esset tẽporis mihi ad scribendum satis de Or. 93 a, Non despero fore aliquem aliquãdo, qui & studio acriore quàm nos sumus atq; fuimus, & otio ac facultate dicẽdi maiore ac maturiore existat talis orator, qualem, &c. de Or. 110 b, Otiũ quod & raro datur, & nũc peroptatò nobis datũ est. & ibi. Otij fructus est non contentio animi, sed relaxatio. Item: Philistus otium suum consumpsit in historia scribenda. de Or. 114 a, Horum libros delectationis causa cum est otiũ lego. & 121 b, Cum se de turba & a subselijs in otiũ, ut cogitat, solitudinẽq; contulerit. pro Sest. 8 b, Otium & solitudo languorẽ afferunt hominib. contra Rul. 84 b, Incertissimum & desidiosissimũ otiũ. pro Sest. 23 b, Quod maximè est optabile & bonis & beatis cum dignitate otium. contra Rull 87 a, Istos quibus otiosi otiũ fecissemus, otiosissimos reddã. & ibi. Vos omni ratione otium tenere debetis. & ib. Quæ propter desidiã in otio uiuunt. Ac. 2 a, Vt non multum imperatori subipsis pellibus otij relinquat. Ep. 35 a, & 22 b, Pluribus uerbis ad te scribam, cum plus otij nactus ero. de D. 329 a, Pluraad te uacuo animo scribam. Ep. 161 b, Plura scribã, si plus otij habuero. Epi. 201 a, Quamuis enim occupatus sis, otij tamẽ plus habes, aut si ne tu quidem uacas, noli mihi molestiam exhibere. de Or. 98 a, Quoniam tãtum habemus otij, quantum iamdiu nobis non cõtigit. Part. 229 b, & pro Fl. 147 b, Si tibi est otium, & si uis & Off. 33 b, Et magis etiam tum, cum plus erat otij. Item: Scribendi otium non erat. I. V. 237 a, Ergo tũc cum bello fugitiuorũ tota Italia arderet. Cn. Nor banus summo in otio fuit. Ac. 2 b, Hæbescere & languere in otio. & de N. 3 b, Cum otio lãguereimus. de Or. 104 a, philosophorum autẽ libros reseruet sibi ad huiuscemodi Tusculani requiem atq; otium. Ep. 28 b, Si antea auditum est otium esse in Syria. Attic. 188 a, Tantum ne sit tua est otij tibi, ut etiam oratorem legas. de Or. 148 a. Homines otio nimio affluentes. & ibi. Sũma facultas uacui & liberi temporis. de Orat. 154 b, Homines abundantes otio, & ibi. Græci diffluẽres otio. pro Pl. 173 a, M. Cato in principio Originum suarum scripsit, clarorũ uirorum atq; magnorũ nõ minus otij quàm negocij rationem extare oportere. de Cl. 165 b, Otium moderatũ & honestũ.)(. Inertia atq; desidia. Tusc. 248 b, Otium litterarum & Ep. 130 b, Referre se in otium. ad Her 1 a, Etsi negocijs familiaribus impediti uix satis otiũ studio suppediare possumus, & id ipsum quod datur otij, libentius in philosophia consumere consueuimus; ramen, &c. de In. 42 b, Honesta studia per otium concelebrata ab optimis uiris. de Or. 8 9 b, Philosophi in angulis otium consumunt. I. V. 76 a, Si spacũ ad dicendum nostro commodò, uacuosq; dies habuissemus. Q. Fr. 324 b, Opera quæ non modò tempus sed etiã animum uacuum ab omni cura desiderat. i. summum otium. de Diu. 109 b, Tantum huic studio relinquendum, quantum uacabitã publico munere. & Attic. 199 b, Si uacabis: id est, si otium habebis. Atti. 25 b, Scribe id est, per otium. de Fat. 140 a, Iraq; & sæpe aliàs, & quodam liberiore quàm solebam & magis uacuo ab interuẽtoribus die. cum ille ad me uenisset, primo, &c. de Orat. 86 b, Græci non solum ingenio & doctrina, sed etiã ocio studiosij; abundantes. de Or. 121 b, Istam oscitãtem & dormitãtem sapiẽtiam Sceuolarum, & cæterorum beatorum ocio cõcedamus. de Am. 115 b, In studijs cognoscendi semper aliquid atq; discendi remoti ab oculis populi omne otium tempusq; contriuimus. de L. 157 b, Mihi nullum tribuitur uacuũ tempus ac liberũ. & ib. Nec occupata opera, nec impedito animo res tanta suscipi potest: id est, sine summo ocio. & ib. Verunq; opus est & cura uacare & negocio. & ibi. Mihi nullum uacũ tempus est concessum.

Otriculana, ulla. pro Mil. 113 b, Otriculana, trib. in Rul.

Ouans, tis, propè triumphans. Attic. 283 b, Vt ouanti introire Cæsari liceret, decreuit. de Orat. 126 a, Imperatorem ornatum a senatu, ouantem in Capitolium ascẽdisse. ad Her. 26 b, Quo pacto hostes ouantes iriuerunt in ciuitatem. I. A. 260 b, Heri me ouantem & propè triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulit, domum inde reduxit.

Ovis, uis. pecus. de N. 56 a, Ouium uillis confectis atq; contextis homines uestiuntur. I. A. 108 b, & de Am. 188 a, O præclarum custodem ouium (ut aiunt) lupum.

Ovum, oui. de Nat. 50 a, Anatum oua gallinis sæpe supponimus & 52 a Pisces, ut aiunt, oua cũ genuerint, relinquit, & ibid. Gallinę ex ouis pullos excludunt. Ac. 5 a, Videsne ut in prouerbio fit, ouorum inter se similitudo? & ibid. Hi cum ouum inspexerãt, quæ id gallina peperisset, dicere solebant. de D. 136 a, Defert ad coniectorem quidam somniasse se ouum, &c. Ep. 138 a, Integram famen ad ouum affero, prouerbium.



Abulum, li. pactio. de Diuin. 114 b, Ertis declarari hoc duntaxat pabuli genus, & earum rerum, quas terra procreat, uel ubertatem, uel renuitatem. de Sene. 87 a, Si uero habeat aliquid tãquam pabulum studij atq; doctrinæ, nihil est otiosa uita iucundius. Aca. 32 a, Est enim animorum ingeniorumq; natura de quodã quasi pabulũ consideratio contẽplatioq; de Ar. 244 a, Quid enim hũc prosequor, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum & glacie corruptum?

Pacatus, pacata, tum. de Orator. 87 b. Pacatæ & tranquillæ ciuitates. & pro Lig. 137 b, Prouincia pacatissima. Antequam. 167 b, Pompeius terra marique hostes reddidit pacatos. I. A. 213 b, Huic tali uiro poterit ne pacatus esse Antonius?

Pachynus, portus & promontorium in Sicilia. I. V. 153 b,

Pacidianus, oi. I. Aeserninus.

Pacificatio, onis. cõpositio. ab armis discessio. Ar. 106 b, Nulla spes pacificationis est. Item: Itaq; sapientius fecisti te in ista pacificationem non interpones.

Pacificator, oris. qui pacis faciendæ arbiter est & legatus, & deprecator pacificus. At. 7 b, Propositũq; esse nobis pacificatorem.

Pacificatorius, a, um. I. A. 140 a, Posteaquam nos pacificatoria legatione implicatos putant.

Pacificari. ab armis discedere, pacẽm cum aliquo facere uel efficere. Art. 241 b, Seruius pacificatus est cum libriariolo suo.

Pacificus, a, um. Atti. 128 a, Ecquę pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia.

Paciscor, ris. pactus sum. pago, depaciscor, spondeo, desponeo, promitto, constituo, pactum uel pactionem facio, pacẽdo, pactionem cum aliquo conflo, fœdus cum aliquo ferio, cum aliquo pactionem uel fœdus sancio, pactiones agere. I. V. 152 a, Edictum ne quis frumentum de area tolleret antequam cum Decumano pactus esset. In Sal. 275 a, I. ne cum fãm diceret, sestertio duodecies cum Cæsare pacisceur. & Att. 28 a, Si quæ de me pacta sunt ea non seruantur, in ceto sum. pro Sest. 15 b, Gabinius Ciliciã sibi pactus est. Ofio sum. pro Sest. 15 b, Gabinius Ciliciã sibi pactus est. Of. 7 b, Cum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ. de Or. 141 b, Dixit se dimidium eius ei quod pactus esset pro illo carmine daturum. I. C. 102 a, Scio pactam & cõdiciõem illo carmine daturum. I. C. 102 a, Scio pactam & cõdiciõem pro

tur:,quæ auribus.de N. 35 b, Epicurus dum palato quid sit optimum iudicat,cęli palatum, ut ait Ennius, non suspexit.

Palea,leæ,Parad.119 a,Auri nauem euertat gubernator an peleæ,in re aliquantum,in gubernatoris inscitia nihil interest.de Fin.123 a,Gubernator æquè peccat, si palearũ nauem euertit,& si auri.Item:Itaq; aurum paleam ue portet, ad bone aut malè gubernandum nihil interest.

Palilia,orũ.Feriæ XIII.cal.Septembris,Romæ urbis natali consecratæ,ut Varro & Ouidius testantur. lege Vinalia.

Palinodia.dię.contraria cantio, retractatio.Att.57 b,Sub turpicula mihi uidebatur esse palinolia.& 105 a,Mihi autem nulla de eo palinodia detur,propter,&c.At.28 a,quã rum expecta diuinam.

Palinsestvm,uel Palimpsestum,uel potiur Palimpsestos, charta seu tabula,in qua cũ aliquid scriptũ est, deleri abradiq; commodè potest,rursusq; scribi.deletitiam Vlpianus Iurisconsultus uocat.Ep.104 a,Nam quod in palinsesto,laudo equidem parsimoniam, sed miror quid in illa chartula fuerit,quod delere malueris,quàm hæc scribere.

Palla,læ.uestis genus,prę sertim muliebris honesta.I.A.186 b,Qui cum palla & cothurnis nummos populo de rostris spargere solebat.

Palladivm,dij.Palladis signum.pro Mil.107 b,Exhibe quę so librarium illud legum uestrarum,quod te aiunt ex medijs armis turbaq; nocturna tanquam Palladium sustulisse.

Pallas,dis.Antequam.196 b,Tritonia armipotens, Gorgona,Pallas,Minerua.I.Gorgona.In Or. Vt nemo cui sancta manu dotissima Pallas,Solertem ipsa dedit fabricæ rationibus artem.Ep.30 b,Idq; me puto non inuita Minerua esse facturum:quam quidem ego,fiforte de tuis sumpsero,nõ solum Pallada,sed etiam Appiada nominabo.

Palleo,les.exalbesco,expallesco.I.A.176 b, Sudat, pallet quidlibet, modò ne nauseet,faciat,&c. Ad Her.13 b,Necesse est quoniam pallet,ægrotasse.

Palliatvs,a,um.I.A.197 a,Græcus iudex modò palliatus modò togatus.pro K.P.126 b,Is sæpe palliatus fuit, & ali, qua habuit non Romani hominis insignia.Q.F.319 a, Denique illi palliati,topiariam facere uidentur.

Palliolvm,li.Tusc.202 b,Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia.prouerbium.Cæcilij.

Pallivm.lij.amiculum.Pallium propriè Græcorum fuit, ut toga Ramanorũ.I.V.212 b,Verres cum tunica pulla,& pallio.242 a,& 253 b, Iste cum pallio purpureo tunicaq; talari.de Or.154 b,Hippias gloriatus est, pallium quo amictus,soccos quibus indutus esset, se manu sua confecisse. pro R.P.127 a,Consularis homo soccos habuit & palliũ. & 126 b,Aut pallium sumendum Alexandriæ, aut omnes fortunæ abijciendæ,si togam retinuisset.de D.138 a,Amica corpus eius texit suo:pallio.de N.76 b,Dionysius aureũ Ioui detraxit amiculum grandi pondere,eiq; laneum iniecit pallium.

Pallor,oris.Tusc.313 a,Ex quo fit,ut terroré pallor & tremor,& dentium crepitus consequatur.& Ac.13 a,Nihil interesset,qui distingueretur tremor ille & pallor. pro Flac. 148 a,Magno cum tremore & pallore aliquid dicere.

Palma,mæ.manus pars interior.de Finib.67 b, Zeno rhetoricam palmæ,dialacticã pugno similem esse dicebat.&Or. 207 a,Cum autem manum dilataueret, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat.Off.59 b,Is cum palam eius annuli ad palmam conuerterat,à nullo uidebatur, ipse autem omnia uidebat.In Arat.Hanc dexteram Cephei dextro pede pellere palmam Gestit.

Palma. uictoria, laus, principatus aliquius rei.de Orat. 156 a:Si quærimus quid unum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est.de Ora.129 b,Miror te non huius rei palmam ut cæterarum,Crasso detulisse.I.A.159 b,Nisi fortè Actio tum plaudi,& palmam dari putabatis.de Cl.180 a,In quadrigis,qui palmam iam primus acceperit. Att. 62 Ne diutius pendeas,palmam tulit.Antequam. 197 b, Habeant hanc palmam ex innocẽtis cruore.de Se. 80 b, Quã palmam utinam dij immortales tibi Scipio referuent. pro S.R.21 a, Alter plurimarum palmarum uetus ac nobilis gladiator habetur.& I.A.233 a, Sexta palma urbana etiã

in gladiatore difficilis.pro S. R.35 a, Multæ sunt infames palmæ,hæc prima tamen est lemniscata.

Palma,arbor nobilis,quæ contra pondus nititur,&potius in alteram curuatur partem:hinc uictoriæ, fortitudisq; insigne sumptum est.I.V.253 a,Palmarum agrestium multitudo in Sicilia.de L.156 a,Vlysses Deli se proceram & teneram palmam uidisse dixit.

Palmaris,re.id est,cui palma uictoriaq; datur.In.A.208 a, Sed illa statua palmaris, de qua, &c.& de N.6 a,Sed illa palmaris quidẽ,scilicet sententia philosophorum.

Palpor,aris.adulor,blandior.Ep.165 b,Palparer planè necesse erat,si uellem,&c.Pollionis.

Palpebrae,arum.de N.34 b,Palpebræ,quæ sunt tegumenta oculorum,mollissimæ tactu,ne læderẽt aciem.& 55 a, Munitæq; sunt palpebræ tanquam uallo pilorum.In P.88 b,M.Regulus quem Carthaginenses resectis palpebris uigilando necauerunt.

Palpito,as.palpitare est moueri & exilire, sed motu frequẽti & leni.de N.30 b,Cum cor animantis euulsum ita mobiliter palpitaret,ut imitaretur igneam celeritatem.

Paltos.Syriæ opp.Ep.189 b,Calsij.

Palvdatvs, a,um.paludamento ornatus.I.Chlamys.In P. 86 a,Consul proficiscens paludatus in prouinciam.& pro Sest.29 a,Exierunt duo Vuulcurij paludati. & Epist.102 Attic.16 b, Crassum minore dignitate aiunt profectum paludatum.

Palvs,li.lignum in terra infixum,& patibuli genus.I.V.237 b,Damnati producuntur,& ad palum alligantur.

Palvs,paludis.I.A.295 b,Ille paludes siccare uoluit. contra Rul.76 a,Mithidrates Mæoti & illis paludibus defenditur & 80 b,Post.202 b.Arenam aliquam aut paludes emere.

Pamphylii.pop.in Asia.de D.85 b.

Pamphylivs,a.At.82 a,Forum Pamphylium.

Pampinvs,ni.folium uitis.de Sen.88 a,& Tusc.162 b, Vua uestita pampinis, non modico tepore calet, & nimios solis defendit ardores.

Pan,nis.pastorum deus.Verg.in Buc.Pan curat oues,oportet magistros. de N.79 b,Ex Mercurio & Penelopa Panarũ ferunt.

Panathenaicvs.Isocratis oratio de rebus gestis Atheniensium,sic appellata à ludis Quinquatrijs,quæ Panathenæa uocabantur.Or.200 b,Panathenaico Isocrates ea se conscectatum fatetur.

Pancrestvs,a,um.optimus utilissimus.I.V.181 b,Pichrestum medicamentum.

Pando,dis.aperio.Tusc.243 a,Alia autem diuina illa fogẽlateq; se pandant,cęlũq; contingãt:id est,bona animi. Tusc. 211 a, Quærebam igitur, utrum panderem uela orationis statim,an,&c.& Tusc.174 b,Quo utinam passius uelis peruehi liceat.In Ar.Omnis iam panditur hydra,& ib.Nosce cum medium pandet Nepa,&c.I.Præpando.

Panegyricvs.laudatio,uel suasio,uel concio in cõuentu habita.Or.200 a,Tales suasiones,qualem Isocrates facit Panegyricum.de Cl.170 a,Mortuorũ laudationes.& ib.Quãquam his laudationibus historia rerum nostrarũ est facta mendosior.

Πανήγυρις,conuentus.At.8 b,Erat in eo ipso loco illo die mindinarum πανήγυρις.

Pango,is.compono,condo,scribo.Ep.263 b,An pangis aliquid Sophocleum:fac opus appareat.Att.30 b,Depangendo quod me adhortaris,fieri nihil potest.At.13 b,Condere poema.Q.Fr.325 b,Nec sanè satis commoueor animo ad ea quæ uis canenda.Attic. 16 a, Itaq; ἀνέκδοτα quæ tibi uni legamus,pangentur.

Πανικὸν,quidam inanis metus.pro Cæl.45 a,Attic.251 a,De Ventidio πανικὸν puto. & 223 a, πανικὸν certè, scripsisses enim.

Panis,nis.I.P.94 a,Pistor domi nullus,nulla cella,panis & uinum à popala atq; decupa.pro Cl.53 a,Oppianicum uenino esse necatum,quod ei datum sit in pane.& Tusc.147 a,Cum Ptolemęo peragranti Aegyptum comitibus non secutis cibarius in casa panis esset,nihil usum est illo pane iucundius.

Panicvs,sci.de Nat.68 a,Nymphæ deæ,Panisci & Satyri. de D.85 a,&118 b,In Chiorum lapidicinis saxo dissiliente

put extitisse Panisci.

Pannovs,a,um.malè uestitus,sordidatus.Attic. 56 b, Pauci pannosi,sine laterna,

Panormitanvs.I.V.132 b.

Panormvs.urbs Siciliæ.I.V.121 b,At.119.

Panthera.ræ.bestia maculosa,cuius mas, pardus appellatur.de N.18 b,Leones & pantheras esse.& 51 a,Pantheræ in Barbaria,uenenata carne capiuntur.

Paphlagonia regio.contra Rull.62.

Paphos.urbs.I.A.168.

Paphi.pop.Ep.122.

Par.ris,parilis,æqualis,æquus,similis,communis, iugum, socius alicuius rei.de Inuen.70 b, Par est, quod inter omnes æquale est. Orat. 208 a, Oratio par & æqualis rebus ipsis.de N.57 a,Vita beata par & similis deorum.Orat.218 a, Iambus par chorei: sed spacio par, non syllabis. Par. 230 a,Ex comparatione parium. de Ora. 124 a, Ex pari, sic,&c Top.212 b,Quod in re pari ualet,ualeat in hac,quę par est. de I.188 a, Omnia infima summis paria fecit. de N.12 a,Vt omnia omnibus,paribus paria respondeant.ἰσονομία. de Orat. 160 a,Paria esse debent extrema primis.de Orat.162 b, Aut quæ paribus paria referuntur. & Ep.15 a,Par pari referre.prouerbiũ.de Inu.62 b,Si par in nobis, atque in illo scientia fuisset. de Cl. 168 b, Omnia fuisse in Themistocle paria & Coriolano.de Ora.91 b, Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares. & 105 b, Constituere duas artes inter se pares & eiusdem socias dignitatis. de Cl.184 b, Quædam sunt mihi paria cum illo,quædam superiora. ad Her.7 a, Si non poterit par uitium cum causa reperire, reperiat,dispar Or.200 b, Vt uerba uerbis quasi dimensa & paria respondeant. de Am.109 a, In amicitia superior,par est inferiori.I.A.159 a, Libertate esse parem cum cæteris,principem dignitate.de Fin.65 b, Verbum latinum par græco & idem ualens.Epist.60 a, Mutuus animus in amicitia est,cum par uoluntas accipitur, & redditur.Tusc.148 a, Respondere suis maioribus. & parem esse eisdem.Ep.66 b,In reliquis rebus tuis pari me studio erga te,& eadem uoluntate esse cognosces.Ep. 204 a, Pro pari inter nos & mutua beneuolentia.At. 262 a,Tua uoluntas erga me par atq; mutua.Ac.9 b,Stellarum numerus par an impar sit,nescitur.& 224 a, Officia paria & mutua.At.88 b,Habes ad omnia,non ut postulasti χρύσεα ἀντὶ χαλκείων, sed paria parib.respondimus.& At.156 b,Si quid cui debetur,ut sit unde par pari respõdeatur.pro Pl.264 b, Aliquis alicui omni uirtute & laude par.Parad.117 b, Reges sunt omnes pares inter se præter Superbum.de Or. 106 a, Ille cum differendo par esse non posset, &c.& pro Fon.281 a, Esse parem alicui belligerando.de Or.90 b,Poeta oratori multis ornãdigeneribus socius,ac penè par. Off.25 a, Ae quo & pari iure cum cæteris uiuere.de N.60 a, Neq; enim mihi par ratio cum Lucilio est ac recum fuit. pro Cæl. 55 a,Ingenium minimè uoluntati par.de D.81 a, Cratippus, quem ego parem summis peripateticis iudico. pro Planc. 271 b,Honorum gradus summis hominibus & infimis sunt pares,gloriæ dispares.pro Lig.141 a, Mihi omnia paria cũ illo sunt.de L.193 a,Noxiæ pœna par esto.Att.130 a,Nos dissecta manu,pares aduersarijs esse non possumus.At.130 b,Distracti pares aduersarijs esse non possumus. pro Põp. 144 a,Hi nullo in loco pares iam prædonibus esse poterant, & de Sen.78 a,Pares cum paribus,ueteri prouerbio, facil limè congregantur. de Orat.128 a,Inuident autem hominibus paribus & inferioribus,sed etiam superioribus inuidetur.ad Her,36 b,In equos & pares fastidiosus.I.P.91 a,Q. Metellus,cuius paucos pares hæc ciuitas tulit. Postquam. 207 b, Tu es ausus in circo Flaminio productus cum illo tuo pari dicere,te semper misericordem fuisse? Atti. 260 a,Duo pares æquè inter se.de Ami.98 b,Ex omnibus secundis uix tria aut quatuor nominantur paria amicorum. pro Dom.218 b, Quod enim par amicitiæ fuit unquam in hac ciuitate coniunctius,quàm fuimus inter nos ego & Põpeius?pro Dom.237 a, Atque hanc rem par illud simile Piso & Gabinius uidit.I.P.85 b,Vter perisset in eiusmodi patri,lucrũ fieri putabat.de Opt. 244 b,Gladiatorũ par nobilissimũ.I.A. 229 a,T.Plancus,cæteriq; pares id agunt. In Ant.230 b, Ecce tibi geminum in scelere par inusitatum,

&c.de Clar.175.Gracchus si uixisset,eloquentia nescio an habuisset parem neminem.I.V.118 a, Scyphorum paria complura.

Par est.decet,æquum est.de Diuin.132 a, Casum prælij omnes timebamus, sed ita ut constantibus hominibus par est, non apertè. pro Mur.127 a, His rebus fretum ad consulatus petitionem aggredi par est. & ibid. Paria esse ista cognosces in L.Murena. Attic.143. Dubito quid me facere par sit.de Amicit.111 a.Par est autem, primum ipsum esse bonum,deinde,&c.Epist.179 b,Quibus tu ut par erat, restitisti.I.V.237 a,Statim,ut par fuit, comprehensi sunt. pro Rab.97 a,Quod ei præmium dari par fuisse? Orat. 197 a, Sed par est,omnes omnia experiri.Attic. 246 b, Tu uerò quicquid erit quòd me scire par sit,statim,&c.Off.50 b.Sic par est agere cum ciuibus.de Leg. 171 b,Ex quo intelligi par est,eos qui,&c.

Parabilis, le.paratus, facilis inuentu & paratu.de Finib. 68 b,Ipsa natura diuitias,quibus contenta est,&parabiles & terminatas habet. Tuscul. 246 b, Diuitias naturę parabiles.

Paradoxa.de Fin.123 a,Hæc paradoxa illi, nos admirabilia dicamus.& Acad.34 b,Illa mirabilia Stoicorum, quæ παράδοξα nominantur .Parad. 116 a, Quæ quia sunt admirabilia,contraq; opinionem omnium, ab ipsis etiam παράδοξα appellantur.

Paralysis,sis.resolutio neruorum, ut Corn. Celsus interpretatur.At.259 b, Quid est quod audiui de Bruto? Pylia περὶ ἕδραν παραλύσει.te scripsisse aiebat.

Parasitvs,ti.omnium mensarum assecla.de Am.114 b, Affectatio parasitorum in comœdijs faceta uidetur.Ep. 14 b,Dixi me facere quiddam,quod in eunucho parasitus suadeat militi.

Aratus.adu.de Cl.187 a, Is tamen ad dicendum ueniebat magis audaciter quàm paratè.

Parativs.aduerbium.de Or.97 a,Quamobrem in istis ipsis exercitationibus,etsi utile est,etiam subitò sæpe dicere, tamen illud utilius,sumpto spacio ad cogitandum paratius atque accuratius dicere.

Paratvs,a.um.instructus, armatus,promptus, expeditus, præsto.I.V.61 a, Quo paratior ad usum forensem promptiorq; esse possem.& 67 b,Paratus atque instructus ad iudicium uenit. pro Quin.7 a, Cum paratus meditatusque uenisses.& I.V.112 a,& ad Heren. 26 b, Paratior instructiorq; ueniret.de Nat.60 a, Spero te, ut soles,bene paratũ uenire.& I.A.183 a, Antonius instructus paratusq; uenit de Or.88 a,Gracchi omnib.uel naturæ uel doctrinæ præsidijs ad dicendum parati.de Ora.119 a, Quos locos multa cõmentatione ac meditatione paratos atq; expeditos habere debetis.Orat.198 b,Alij ad permouendos animos instructi & parati.& pro Cec.288 a, Paratus ad hoc munus. de Clar.178 a,Prompta & parata in respondendo celeritas.Tusc.220 a,Fortitudo satis est instructa,armata,parata per sese. Item : Nec desiderat iracundiam aduocatam.de Or.123 b,Vt habeant paratum quid quaque de re dicant. Qu.de Pet.208 a,Iis fac,ut propositũ ac paratum auxilium tuum esse uideatur.de Clar.177 b,Qu.Scæuola in iure paratissimus.& ibi.a,Non satis paratus ad cauendum fui.pro Mil.106 a,Homo ad omne facinus paratissimus.de Amic. 114 b,Cum alter ad mentiendum paratus est.contra Rull. 82 a,Ad uim promptus,ad seditionem paratus, expeditus ad cędem.Off.44 a, Deinde consuetudine beneficentiæ paratiores erunt, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum.&ibid.Ad idem semper expectandũ paratior.pro Sest.10 b, Consensu bonorum omnium tam parato, tota deniq; Italia ad omnem contentionem expedita.pro Qu.22 a,Si id quod parati sunt facere, mihi nocuerint.Epist.69 b,Paratus contra fortunam.Ep.120 a, Paratus ab exercitu.& 148 a, Paratus ab omni re. & 148 b,& 174 a, Paratus animo.ad Attic. 105 a, Cum bene parato pugnare.ad Att.138 a,Domitius paratus ad nauigandum. ad At.249 a,Ego hunc paratum uideo peditatu, equitatu. de Legib.183 b,Sed fuit hic uir, & ciuis,& reipubl.maximè,tuędęq; ciuitatis paratissimus.Paratus.)(.Imparatus. pro Mil.112 a,Imparatum in paratos incidere.

Parcae,arũ,de N.68 b,Parcæ deæ sunt,quas Erebo & Nocte natas

cte natas ferunt. Item; Parcæ Hesperiedes, sorores Aetheris & Diei.

PARCE. restrictè. Epist. 16 b, Etenim id feci parce & molliter. Offic. 21 b, Parcè, continenter, sobriè q; uiuere. de Fin. 73 a, Nec cur id tam parcè tamq; restrictè faciant, intelligo. & Epist. 55 a, Scripsi de te parcè & timidè. pro Mu. 131 a, Itaq; si satis profecissem, parcius de eius laude dicerem. pro Flac. 151 a, Maiores nostri minimo contenti, tenuissimo cultu uiuebant.

PARCO, cis. ignosco, concedo, remitto, condono, ueniam do, tempero, impunitatem do, impunitum scelus fero, faueo. pro Quin. 9 b, Viri boni malunt cõmemorare, se cum perdere possent, pepercisse, quàm cum parcere possent, perdidisse. Epist. 56 a, Cui inimici propter dignitatem perpercerant, inuentus est amicus, qui ei mortem afferret. pro Mil. 119 b, & I.V. 90 a. Parcere alicui. & Parcere alicui sceleratoi id est, ignoscere. I.A. 172 a, Omnes mihi censebant parci oportere. I.V. 128 a, Pater flens unumquenque rogabat, ut filio suo parceret. Attic. 117 b, Nec sum miratus eũ, qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. pro Cæl. 46 b, Parcat iuuentus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam. pro Rabir. 92 a, Hunc nec suæ nec alienæ pudicitiæ pepercisse. de Orat. 130 b, Parcendum est maximè charitati hominũ, ne temere in eos dicas, qui diliguntur. pro Quint. 7 a, Parcere auribus alicuius. de Or. 158 a, Auribus consuetudiniq; parcendum. de Orat. 129 a, Crassus parcebat aduersarij dignitati, in quo ipse seruabat suam. & Ora. 205 a, Parcet & amicitijs & dignitatibus. I.V. 228 a, Itaq; Marcellus ẽdificijs omnib. pepercit. Epi. 207 a, Te rogo ut Albinio parcas, & prædia eius ne attingas. de Ar. 257 b, & pro Cl. 53 a, b, Quis minus unquam pepercit hostiũ castris quam hic omnibus corporis sui partibus? pro Plan. 277 b, Ego fateor, quod uiderim mihi auxilium non deesse, idcirco me illi auxilio pepercisse. Episto. 258 a, Te rogo, sumptui ne parcas ulla in re. Epist. 215 a, Sed tamen non parcam operæ. Ep. 179 b, Quem cum obiurgarem, quod parũ ualetudini parceret, tum ille, &c.

PARCVS, a, um. paruo contentus, diligens, restrictus, tenax. de Orat. 135 b, Cum optimus colonus, parcissimus, frugalissimus esset. pro Cæl. 45 a, Pater parcus & tenax. de Nat. 74 b, postremò à parco patre, quod sumas, quanto dissipas libentius. pro Corn. 65 a, M. Crassus uel nimium parcus in largienda ciuitate. & Or. 204 a, In transferendis uerbis ue recundus & parcus. & ib. b, Non parcus solum, sed elegãs. ad Her. 35 a, Homo prodigus & luxuriosus.)(. Parcus & diligens. de Am. 112 a, Quàm paruo contentum tenuis uictus cultusq; delectat. de Clar. 177 b, Crassus erat elegantium parcissimus, Scæuola parcorum elegantissimus.

PARDII. pop. I.V. 211.

PARENS, tis. pater & mater. Postq. 204 a, Parentes charissimos habere debemus, quod ab ijs uita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est. I.V. 260 a, Idẽs postremum parentes suos liberi orabant. & 257 b, Veniunt Syracusas parentes propinquiq; miserorum adolescentium & 264 a, Hæc si tibi tuus parens diceret. pro Syll. 182 b, Parens tuus Torquate, &c. Epist. 65 a, Me sicut alterum parentem & obseruat & diligit. de In. 21 a, Si ad senes, de partibus aut parentibus cogitem. de Finib. 64 a, Socrates, qui philosophiæ parens iure dici potest. de Orat. 85 b, Philosophia bonarum artium omnium procreatrix quædam & quasi parens. de Vniu. 202 a, Horum operum ego parens effectorq́ue sum. At. 143 a, Cum parentes non alere nefarium sit, nostri principes antiquissimam & sanctissimam parentem patriam fame necandam putant. & de Leg. 168 a, Earum rerum parẽs est educatrixq; sapientia.

PARENTIVM. pro parentum Cicero in genitiuo, rationis memor sæpe dicit. telle Charisio lib. 1.

PARENTALIA, orum. iusta & conuiuia quæ in funere parentum & coniunctorum exhibentur. I.A. 155 a, An me censetis decretorum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur.

PARENTO, as. iusta soluo, funus duco, funus induco. pro Flac. 164 a, Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego. de L. 181 a, Hostia maxima parentari pietatis esse adiunctum putabat. I.A. 155 b, Vt cuius sepulchrum nusquam extet, ibi parẽtetur, ei pub licè supplicetur. I.A. 254 b, Non Dolabella prius imperatori suo, quàm Antonius etiam collegæ parentasset.

PAREO, res. obedio, obtempero, dicto audiẽs sum in legem iuro. Tusc. 235 a, Sapiens parebit, & obediet præcepto illi uetert, &c. & de Fin. 6 a, His parendum non est. de N. 5 b, Obedire & parere uoluntati architecti. Orat. 216 b, Numeri in quibus quasi necessitati parere cogimur. Offic. 41 a, Latronum leges esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent. In Anton. 209 b, Non ut pareret, & dicto audiens esset huic ordini, sed ut conditiones ferret, leges imponeret, &c. Attic. 36 a, Timeo ne ille dolori atque iracundiæ pareat. Att. 128 b, Parere consilijs alicuius.

PARERE. pro apparere. pro Quint. R. 45 b, Non habere se hoc nomen in eo die accepti & expensi relatum, confitetur, sed in aduersarijs parere contendit. Sic legendum putat uir singularis diligẽtiæ Paulus Manutius, cum aliàs patere legeretur. Huc fortassis etiam illud ex Philip. 2. pag. 178 a, Vbi est septies millies sestertium, quod in tabulis quæ sunt ad Opis parebat.

PARIANVS, a. 223 b, Pariana ciuitas.

PARICIDA, dæ. primum qui parentem occidit: deinde lege Pompeia, qui propinquum quemuis: postremò Numæ Pompilij lege, qui liberum hominem morti sciens dederit. Patriæ etiam oppressor, aut proditor. parricida iure uocatur: quia patria, parens uniuscuiusque est. Attic. 277 a, Audiuimus eum uenisse in suspicionem Torquato de morte Pansæ, custodiriq; ut parricidã. pro Deio. 218 b, Quid de me quod tulisse te dicis, paricida, fratricida, sororicida, nonne extra ordinem tulisti? Epist. 184 b, Vt non modò facrij, sed etiam paricidæ iudicemini. pro S.R. 30 a, & 23 b, Paricidas insui uoluerunt in culleum uiuos, atque ita in flumẽ deijci. I.C. 103 b, Paricida ciuium interfectus. Parad. 10 a. Paricidam esse qui patrẽ necauit. I.A. 116 b, Fateor nos plusquam sicarios, plusquam homicidas, plus, etiam quam paricidas esse: si quidem est atrocius patriæ parentẽ quàm suum occidere. I. Clepo, & Patricida.

PARICIDIVM, dij. I.V. 60 b, Ciuem Romanum propè paricidium necari. de Inuent. 69 a, Cum benefici cuiusdam nomen esset delatum, & quia paricidij causa subscripta esset, extra ordinem esset acceptum. & ibi. Cum de nece parentis nihil demonstratum sit, indignum facinus esse, ea pœna afficere eum, qua paricidæ afficiuntur. pro Dom. 120 a, Hoc dico esse paricidium. pro Clue. 23 b, Fraternum paricidium. I.A. 163 b, Paricidium patriæ. I.A. 187 a, Hic de patris & patrui paricidio cogitauit. I.A. 137 a, Qui nefario se patriæ paricidio obstrinxit.

PARIES, tis maceria, priuatus murus, quo domus à domo distinguitur. Top. 222 a, Paries directus, solidus, uel fornicatus. Epist. 58 b, Nihil mihi intra meos parietes tuum. I.V. 228 b, & de Orato. 228 b, Interiores templi parietes. & de Or. 131 a, In omnibus parietib. esse literas, tria LLL. &c. pro Mil. 116 a, Ducere prietẽ per uestibulum alterius. Parad. 121 a, Cum parietes disturbabas. I.V. 31 a, Licet parietes in adolescentia perfoderis.

PARIETINAE, arum. parietum reliquiæ. Epistol. 202 b, Epicuri parietinarum nescio quid. & Tuscul. lib 3 b, Aspectæ parietinæ.

PARILIA, orum. dies festus, quo urbs Roma condita est. Att. 129 b, & de D. 128 b.

PARILIS, le. par, similis. In Arat Consimili specie stellas pariliq; colore.

PARIO, ris. & parior pareris. gigno, procreo. partum edo, acquiro. de Orat. 163 b, Mulier grauida expletis iam ferè ad pariendum mensibus. de Orato. 133 b, Si quintum pareret mater eius asinum fuisse pariturum. & Epist. 50 a, Vt ea liberos ex sese pareret. Acade. 15 a, Hi cum ouum insperexerant, quæ id gallina peperisset, dicere solebant. de N. 1 b Fruges & reliqua quæ terra pariat. & ibid. Omnia quæ terra gignat. I.C. 102 a, Ad hanc te dementiam natura peperit. & Tuscul. 228 b, Tu urbes peperisti. ad Heren. 25 a, Parere, proferre, giginere. & de Orato. 141 b, Ars nõ totum aliquid parit & procreat. Orat. 207 a, Postea dialecticis spinosiora multa pepererunt. I.C. 118 a, Dummodo meis laboribus populo Romano dignitas salusque pariatur, & Epist.

Ep. 146 b, Victoria pax parienda est. pro Syl. 170 b, Tum afflicto P. Sylla consulatus uobis pariebatur sicuti partus est. Off. 39 a, Hæc quibus rebus pariuntur à singulis, eisdem ferè à multitudine. I.A. 173 a, Malè parta, malè dilabuntur.

PARIS, dis. Oct. 330 a, At te fata patriæ Paridem futurũ prædicabant, qui uastares urbem incendio, Italiam bello.

PARITER. simul, similiter, æqualiter, æquè, uicissim. de D. 115 a, Conchylijs omnibus contingit, ut cum luna crescant pariter, pariterq; decrescant, de Orat. 143 b, Vt ille qui hæc non uidit; & uixisse cum republica pariter, & cum illa simul extinctus esse uideatur. Tuf. 153 a, Pariter cũ uita sensus amittitur. Offic. 42 b, Tua laus pariter cum republica cecidit. Tuf. 174 a, Animus uoluptatẽ pariter cum corpore percipit. de Sen. 87 b, Studia doctrinæ, quæ pariter cum ætate crescunt. Antequam 196 b, Ferte opem pariter reipublicæ, cunctęq; ciuitati, meisq; fortunis. de Finib. 63 a, Nã & ætatum amicorum lætitia æquè ac nostra & pariter dolemus angoribus. Offic. 39 a, Sed ea nõ pariter omnes egemus. Orat. 200 b, Vt pariter extrema terminetur. contra Rull. 82 a, Et quem pariter qui iter faciunt, uestrum esse audiunt. I.V. 271 b, Siculi mecum pariter molestè ferunt. & ad Heren. 16 a, Pariter nobiscum. Postquam 212 a, Respublica me secum pariter reportauit. Am. 106 b, Vt nostra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiæ pariter æqualiterq; respondeat. Parad. 124 b, Qui domi tuæ uidet pariter atque accusatorum, atque iudicum confocia tos greges.

PARMA, æ. urbs Italiæ. I.C. 260 a, Qua enim in urbe tã immanis Annibal capta, quàm in Parma subrepta Antonius.

PARMENSIS, se. I.A. 256 b, bis.

PARO, as. apparo, cõparo, orno, odorno, instituo, instruo, moliior, munio, uiam munio. Orat. 208 a, In quo aut conciliet auditor, aut erigatur, aut paret se ad audiendum. Epi. 8 a, Huc te para, hæc cogita. In Sal. 273 b, Qui mihi parare putasti inuidiam ex mea re familiari. Epistol. 19 b, Est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata incredibilis quẽdam expectatio. pro Cecin. 296 b, Armatos uerè appellamus, qui scutis telisqua parati ornatiq; sunt, I.V. 214 a, Instruere & parare conuiuium. Att. 101 a, Cogito trãs Tyberim hortos aliquos parare. & p Fl. 161 a, Agros sibi ut piã parare.

PARO, onis. nauigium piratarum. Cicero: Tunc se fluctigero tradit, mandatque paroni. & alibi, Paronculis ad litus lusdit celerib. Isidorus Etymolog. lib. 19. cap. 1.

PAROCHVS, chi. publicus curator ministerque, qui peregrinis reipub. nomine munera, atque alia necessaria procurabat. At. 205 b, Ariartem omnino Sestius parochus publicus occupauit, quod quidem facilè patior, &c. legitur etiam Parochijs, id est, præbitionibus & muneribus publicis.

Παρωνυμία. l. Annominatio.

PARS, tis, mẽbrũ. de Inu. 49 b, & 51 b, Genus est, quod plures amplectitur partes: ut animal, pars est, quæ subest generi: ut equus. de Orat. 100 b, Partes sunt, quæ generibus ijs ex qui bus emanant, subijciuntur. de Orato. 94 a, Res aliquas uerbis designare, generibus illustrare, partibus distribuere. de Fin. 97 b, Omnes hæ sunt genere quatuor partibus plures. de Nat. 3 b, Omnes partes philosophiæ, atque omnia mẽbra tum facillimè noscuntur, cum totæ quæstiones scriben do explicantur. de Orat. 140 a, Virtus habet plures partes, quarum, &c. de Or. 116 a, Deinde ficiũt quinque quasi membra eloquentiæ. de Orat. 141 b, Traducta ex parte ad genus notatio.

PARTES uariè usurpatæ. de Orat. 142 b, Quis Antonio permisit, ut partes faceret, & utram uellet prior ipse sumeret? Attic. 197 b, Is partes fecit in ripa nescio quoternorum iugerum. pro Quint. Ros. 54 a, Vt socius in societate habet partem, sic cohæres in hæreditate habet partẽ. I.V. 253 a, Quibus illi urbis suæ partem ademerunt, ijs tu nostri imperij partem dedisti. pro Cecin. 287 a, Mulieres in partem uocatæ sunt. & ibid. Ei partem bonorum maiorem legauit. pro Dom. 243 a, Vrbis partes celeberrimæ & maximæ, ut forum, curia, &c.

PARS. pro factione. Offic. 28 b, Studiose plerique, præsertim in hac parte, facta principum imitantur. Att. 120 b, Quòd plura in ea parte uerba fecerim. de Finibus 98 a, Quis non multis partib. malit, &c. Atti. 119 b, In hac parte hæc sunt, uide nunc quæ sunt in altera. Ep. 159 b, Si Africanæ legiones celeriter uenerint, securos uos ab hac parte reddam. Epist. 125 b, Vtinam aut non in ista parte Appius, aut non in hac Curio, cuius amicitia me paulatim in hanc perditã causam imposuit. Atti. 140 a, Cum eadem metuam ab hac parte, si illinc beneficium non fit, rectius putem quiduis domi perperti. I.C. 109 b, Ex hac parte pudor pugnat, Illinc petulantia. ad Brut. 91 b, Vir bonarum in republica partiũ. I.A. 200 b, Nam nunc quidem partium contentionem esse dictitat, quarum partium? alteri uicti sunt, alteri sunt è medijs. C. Cæsaris partibus. Epi 163 a, Nõ licet mihi nullius partis esse, quia utrobique inimicos habeo. pro Quin. 12 b, Erat, inquit, illarum partium, quid ni, qui, &c. In A. 212 a, Periculum quod offendit animos maioris partis hominũ magis. pro Cor. 59 a, Cum magna pars, &c. contra Rull. 81 a, Omnibus uobis, aut maiori uestrum parti. cõtra Rull. 70 b, Qui maiorem partem populi suffragijs priuauit. & 69 b, Vt minor pars populi uocaretur. Attic. 255 a, Si quidem similes maioris partis oratorum futuri sumus. de Orat. 110 a, Scæuola dicere aiebat, bonã partem sermonis in hũc diem esse dilatam.

EX PARTE, maiore, minore, & alia. de D. 113 a, In eo senatu quem maiore ex parte cooptasset. pro Cl. 31 b, Hæc enim ille, & aliqua ex parte habebat, & maiore ex parte habere se simulabat. pro D. 120 b, Itaque populus Romanus breui tẽpore neq; Sabos habebit, neq; ex parte dimidia reliquos sacerdotes. pro Mur. 134 a, Quæstio peculatus ex altera parte lachrymarum, ex altera cathenarum. de Somn. 129 b, Extrema ex altera parte grauiter, ex altera acutè sonant. & ibid. & 130 b, Cęli uertiçibus ex utraq; parte subnixi. Off. 62 b, Mundus ex quadam parte mortalis, ex altera autem parte, &c. de D. 115 a, Caput iecoris ex omni parte diligẽtissime confidarant. & ibi. Semina malorum in contrarias partes se uertunt. de Ar. 245 b, Vestræ domus multo maxima ex parte sunt liberæ religione. Offi. 27 b, Magna autem ex parte clementi castigatione licet uti, Or. 207 a, Rhetorica quasi ex altera parte respondet dialecticæ. pro Quin. R. 50 b, Qui ager neq; uillã habuit, neq; ulla ex parte fuit cultus. pro Cec. 292 a, Si ulla ex parte hæc sententia infirmata fuerit. pro Quint. R. 49 b, Is seruus ex qua parte erat Fannij, nõ erat HS. LII I. ex qua parte erat Roscij, amplius erat HS. CCCLIII. de I. 180 b. Si quis hæredib. exegisset pro sua parte, id quod, &c. Quint. Frat. 3 19 b, Ex parte gaudeo. Atr. 102 a, Etsi ex parte magna tibi assentior. Epi. 71 a, Ex omnibus partibus amor tuus mihi se ostendit. Epi. 29 b, & 133 a, & de Fi. 133 b. Tua laus ex aliqua parte fuerit. Epi. 369 b, Ex magna parte communi commodo inseruieris. p Fl. 154 b, Flaccus bellum Cretense magna ex parte gessit. Tuf. 148 a, Aut omnino aut magna ex parte liberatus. Tusculan. 229 a, Tibi nos ut antea magna ex parte, sic nunc penitus totosque tradidimus. Acade. 10 b, Si magna parte quidem ad uerum ipsum, aut quàm proximè accedũt & 111 a, Si ex omni parte eiusdẽ modi sint. Ep. 146 a, Ex maxima parte. Tuf. 232 b, Ex maiore parte pleraq; res nominari. & 233 a, Ex maiori parte unamquamq; rem appellari spectariq; dicunt. Tuf. 245 a, Si multo maiore & grauiore ex parte bona propendent. Orat. 214 a, Quod ab ijs uerè quadam ex parte, non totum dicitur.

MAGNAM PARTEM, & alia fine præpositione. de Diuinat. 93 a, Cum magnam partem noctis uigilasses. Epistol. 134 b, & Tusculan. 211 a, Non omnino quidem, sed magnam partem. pro Fon. 178 b, In rebus iudicandis, ad unamquanque rem ponderandam, non minimam partem sapientia iudicis tenet. Orator. 215 b, Magnam partem ex iambis nostra constat oratio. In Verrem 212 a, Maiorem partem diei federe alicubi. Epistol. 119 b, Amabo te, hoc cura. foles libenter, ut ego maiorem partem nihil curare. Offic. 5 b, Maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur nonnulli, ut, &c. Tusculan. 211 a, Stoici magnam partẽ in his partiendis occupati sunt. Att. 225 a, Remis magnam partem id est, nauigaui. Postquam 199 b, Nã mulieres filijq; parui, &c. itineribus necessarijs, aut magnam partem tectis ac tenebris continebantur. Ep.

47 a, Etsi absui magnam partem cõsulatus tui. pro S.R. 35 a. Nullam partem noctis requiescere.

In vtranque partem, & alia id genus. Attic. 248 b, Permulta mihi de nostro itinere in utranq; partem occurrunt. de D. 96 b, Flumina in contrarias partes fluxerunt. de Or. 118 b, Omnium rerum in contrarias partes facultas ex ijsdem suppeditatur locis. Off. 36 b, Magna uis est in fortuna in utranq; partem, uel secũdas res, uel aduersas. & ibi. Hæc sine omnium operibus & studijs neutram in partem effici possunt. pro Sest. 7 a, Alter multos planè in omnes partes fefellit. Epist. 55 a, Cum suspicarer multum interesse rei familiaris tuæ, te quamprimũm, idq; in omnes partes ualere. Epist. 66 b, Meq; tibi in omnes partes defendendum putes Off. 2 b, Præcepta quibus in omnes partes usus uitæ cõfirmari possit. Epist. 202 a, Hoc tua nullam in partem multũ interest. Epist. 115 b, In hanc partem tutum erit tibi gratificari: id est, in Appium. Attic. 251 a, Hæc scripsi in eã partem, ne me mortum putares. I.C. 118 a, Moueor his rebus omnibus, sed in eã partem, ut salui sint nobiscum omnes. Off. 42 b, Facillimè in optimam partem cognoscũtur adolescentes, qui, &c. Attic. 156 a, Accipere aliquid in optimã partem. Epist. 1. 168 d, Quę profectò in optimam partẽ accipies. & 36 a, Hoc assequere, ut in quam partem accipias minus laborem. & Attic. 117 b, Id ego in eam partem accepi, hæc oppida, &c. pro Mur. 139 b, Quod dixisti, aut nõ dixisses, aut mitiorem in partẽ interpretarere. I.A. 231 a, Aliquid in beneficij partem numerare. I.V. 237 a, Dutum hoc fortasse uideatur, neq; ego ullam in partem disputo. ad Attic. 102 b, Nunc in alteram partem magis timendi armorum exitus. pro S.R. 27 a, In eam partem potius peccant, quæ cautior. est. Epist. 121 b, In hanc partem errare malo, ut faciam, &c. quàm, &c. Epist. 117 a, Aliquando tamen præpere dilata. in eam partem, ut eum decedere post Calend. Martias placeret, senatusconsultũ factum. pro Syll. 181 a, In impiorum partem, arque in parricidarũ numerum aliquem transferre.

Pars, pro regione, uel loco. Ep. 185 b, Ab orientis partibus. & 186 b, Omnes quæ in istis partibus sunt copiæ. In Verrem 107 b, Queremus etiã, quid iste in extremis Phrygię partibus fecerit. Tusc. 198 b, Hypanis, qui ab Europæ parte in põtum influit. pro Mur. 145 a, Ibis igitur in exilium miser, quòd ad orientis ne partes? I. P. 85 b, qui in Italia omnes omniũ gentium partes tribus triumphis deuinxit. Epi. 15 o a, In his partibus: id est, in his regionibus, uel locis.

Pars. pro munere, & officio, uel persona Quint. Frat. 298 b, Etsi mea pars nemini cedit, fac ut tua cæteros uincat. contra Rul. 70 a, Creationem Pont. Max. populi ad partes dare. Attic. 103 b, & 104 a, & Epist. 40 b, Pompeius hortabatur, ut partes suas susciperem. & 44 a, Suscipere officia & partes pro dignitate alicuius. Attic. 117 a, Si erit bellũ, ut uideo fore, partes meæ nõ desiderabuntur. de Or. 111 a, Ac maximè partes istius officij sunt pueri Ciceronis. Ep. 30 b, De mea beneuolẽtia erga te, & si potes ex eodem Phania cognoscere, tamen uidentur etiam aliquæ partes meæ. de Or. 156 a, Sed certè hæ partes fuerunt tuæ de illustranda oratione ut diceres. de Or. 111 a, Sed cur impedimus Antoniũ? cuius audio esse partes, ut de tota eloquẽtia disserat de Or. 110 a, Sed transfictis iam meis partibus, ad Antonii audiẽdum uenistis. ad Atti. 162 a, Iudicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra. de Nat. 8 b, Eique eius partes tribuit, ut, &c. id est, id munus. pro Fon. 278 b, Næ muleo uestræ maiores grauioresq; partes sunt ad cogitandum, quàm ad dicẽdum meæ. pro Quin. 1 b, Q. Hortensius, q. hoc iudicio partes accusatoris obtinet. Ep. 41 a, Cum te ex fratre meo, ne tum quidem, cum tibi propè necesse esset eas agere partes inimicum mihi fuisse cognossem. Off. 20 a, Nobis à natura constantiæ, moderationis, temperantiæ partes datæ sunt. Ep. 130 a, Tibi dedi partes Antiochianas, mihi sumpsi Philonis. Ep. 41 b, Cũ tibi propè necesse esset eas agere partes: id est, esse inimicum. pro Mur. 125 a, Ego has partes lenitatis & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter: illã uerò grauitatis seueritatisq; personã non appetiui, sed ab republica mihi impositam sustinui. de Aruſp. 258 a, Nisi hãc personam & has partes possem sustinere. Epi. 44 a, De me autem suscipe paulisper partes meas & eum te esse finge, qui ego sum. pro Flacc. 160 a, Quis unquã Græcus conscribiam scripsit, in qua seruus primarum partium non Lydus esset? pro Dom. 215 a, An meæ partes in ea causa non percipuè fuerũt? & 216 a. & 161 b, In hoc officio, quod præcipuè fuit mecum. pro R.P. 124 a, Nulla pars non fuit mea. pro Cornel. 55 a, Quæ sunt igitur partes meæ? In Ver. 49 a, Munus hoc meum non est, cum meę partes sint hospitij recipiendorum, id libenter facio. Attic. 103 b, & 104 a, Et suscipere partes suas. de D. 101 b, Quid de augurijs loquar? tuę partes sunt tuũ, inquam auspicijorum patrocinij debet esse. In Ver 218 b, Cur tuas partes suspicio, cur mi onus sustineo? & Ep. 40 a, Suscipere officia & partes, pro quo. In Vat. 35 a, Eripuisti partes illo tempore charissimas partim à Cæsare, partim à publicanis. Attic. 219 b, Tuas partes esse arbitror, ut pueri animum tenerum his opinionibus imbuas, pro Rabirio Posthumo 123 a, Dare partes alicui, & mittere in negocium.

Primas, secũdas, & tertias partes alicui dare, &c. id est, primam laudem seu primũ locum & gradum. In Verrem 61 a, Vt in actoribus græcis fieri uidemus, sæpe illum quiesti secundarum aut tertiarum partium, cum possit aliquanto clarius dicere, quàm ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quàm maximè excellat. In Verrem 61 b, Si alienus minus uehemens fuerit, & ibi primas in dicendo partes concesserit. Orator. 198 a, Tribuere primas alicui. I.A. 216 b, Pater tuus primas omnium ciuium P. Nascæ, qui Tyberiũ Gracchum interfecit dare solebat. de Orator. 162 b, Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, huic secundas, huic tertias, & Orato. 202 a, Demosthenes tribuit & primas & secundas actioni. Orat. 199 a, Pericles cui primæ sine controuersia de ferebantur. de Cla. 172 a, Et si utrique primas, priores tũ defertunt L. cio. Item: Vel Iesius, ad quem tum Epicurei primas deferebãt. de Cla. 15 b, Primas in causis agebat Hortẽsius. & 196 a, Horteusius facilè primas tenebat. de Clar. 182 a, Ex his illi duo facilè primas tulerunt. Qu. Fr. 324 b, Tibi istius generis inscribendo priores partes tribuo quam mihi.

Pro mea parte, &c. Epist. 15 b, Quiq; meus in repu. sit pro mea parte capessenda status. Epist. 61 a, Atq; etiam ut ita fieret. pro Mea parte adiuui. & 15 a, Quiq; meus in reipub. sit pro mea parte capessenda status. Tuscula. 168 b, Omnia ista perinde ut cuique data sunt, pro rata parte, aut longa aut breuia dicũtur. I.V. 219 a, In his artibus, pro mea parte uersor, quarum ille princeps fuit. Epi. 25 b, Ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisq; parte ferre potuisset. Cic. Epist. 190 a, Ita, pro nostra parte celeriter iter nobis cũdui posse confido. Epist. 180 a, Ac debeo pro ciuili parte rempubl. uelle saluam. pro Sex. Rosf. 41 a, Pro illa tenui ratione firmaque parte nobilitatem defendi. pro Syl. 167 b, Omnes qui adfunt pro sua parte atque authoritate defendũt. pro K.P. 123 a, Rabirius magnas partes habuit publicanorũ.

Parsimonia, niæ. frugalitas, moderatio sumptuum, diligentia. Parad. 125 b, Magnum uectigal ẽ parsimonia. de Rep. li. 4. Teste Nonio, Optimum autem & in priuatis familijs, & in Rep. uectigal dico esse parsimoniam. Tusc. 247 b, Ciuitates quædam parsimonia delectantur, ut de Lacedæmonijs paulo antè diximus. & ibi. de parsimonia uictus Persarum. I.V. 110 a, Sũma parsimonia, summa diligentia. Off. 51 b, Res familiaris conseruatur diligentia & parsimonia, ipsũ etiam rebus augetur. pro Qu. 10 b, Amicos obseruãtia, rem parsimonia retinere. & 17 b, Rustica illa atq; incuria parsimonia. Attic. 70 b, & Or. 204 b, Et si meam in eo parsimoniam huius paginæ cõtractio significat. de Pro. 74 b, Sed decus illud triumphi minuendum nostra parsimonia non putaui.

Parthi, pop. At. 76. & 77.

Parthicvs, a. Att 75 b, Ocium Pharticum.

Parthini, pop. I. P. 100.

Participes, pis. consors, socius, non expers, compos.)(Expers. de Orator. 99 a, Quoniam sententiæ atque opinionis meæ uoluistis esse participes, nihil occultabo. de Diui. 93 a, Ea pars animi, quæ mẽtis ac rationis est particeps. de Vn. 199 b, Animus rationis compos & particeps. pro Arch. 190 b, Milites dulcedine quadam gloriæ commoti, quasi quasi participes eiusdẽ laudis, magno illud clamore appro bauerunt. & contra Rul. 84 a, Qui aliquam partẽ illius honoris attigerunt. Epist. 151 a, Feci continuò omnes participes meæ uoluptatis. de Inuen. 73 b, Tu particeps factus es in turpissimo fœdere. Ep. 168 b, Digni sumus, quos habeas tui consilij participes. de Fin. 140 b, 141 a, Virtutes ita connexæ sunt, ut omnes omnium participes sint. Attic. 145 b, Huius belli ego & particeps, & adiutor, & socius esse cogor. de Fi. 72 b, Nec ulla de summo bono ratio, aut uoluptatis nõ dolẽdi ue particeps, aut honestatis expers probabitur. Ora. 198 b, Vtriusq; particeps, uel utriusque, si uersũ quærimus, potius expers. de N. 30 a, & 33 a, Mundum esse cõpotẽrõnis. de D. 87 b, Quod particeps artis ẽ.)(. Quod arte caret. pro Font. 283 b, Socius ac particeps fortunarũ omnium. Antequam 195 b, Teq; particeps connubij, socia regni regina Iuno. Att. 285 a, Beneficijs & honoribus ut participes frui, quantis uellemus.

Participo, as. impartio, communico, partem capio. de Le. 161 b, Sequitur igitur ad participandum alium ab alio, cõmunicandumq; inter omnes, iustos natura nos esse factos. Tusc. 183 a, Qui alteri exitium parat, eum scire oportet, sibi paratam pestem ut participet parem.

Particvla, læ. articulus, appendicula. de Vn. 196 b, Mundi omne animal quasi particula quædam est. de Nat. 33 a, Homo est quędam particula perfecti. Of. 41 a, Qui scelere pacsuntur, non possunt sine ulla particula iustitiæ uiuere. At. 284 b, Particulam literarum tuarum legi. de Orat. 123 b, Omnes tenuissimæ patriculæ. & 99 b, Cuicunq; particulę cęlio officerentur. I.P. 98 a, Cognoscis ex particula scelerũ morum, genus uniuersum.

Particvlatim. articulatim, membratim. ad Heren. 3 a, Si summatim, non particulatim narrabimus.

Partim, qua pars, ex parte quadam. de Or. 117 a, Sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres fuerunt. In Vat. 32 a, Reliqui sex fuerunt, ex quibus partim tecum planè sentiebant, partim medium quẽdam cursum tenebant. Ep. 5 b, Cæteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati. I.P. 90 a, Cum partim eius prædæ libido deuorasset, partim noua quędam & inaudita luxuries, partim emptiones, &c. de Di. 132 a, Quorum partim ficta apertà, partim effutita temerè, nunquam prudenti cuiquã probata sunt. & 125 b, Necesse est fateri partim horum errore susceptum esse, partim superstitione multa fallendo. I.A. 220 a, Cũ partim è nobis ita timidi sint, ut, &c. partim ita à repub. auersi, ut, &c. pro Pom. 7 a, Ex cæteris ordinib. homines industrij partim in Asia negociantur, partim eorum in prouincia magnas pecunias collatas habent. Of. 48 b, Eorum autem ipsorũ partim eiusmodi sunt, ut, &c. partim, &c. id est, eorum aliqua, &c. de Orat. 96 b, Causarum, quæ, &c. partim in iudicijs uersantur, partim in deliberationibus: id est, quædam, & quædam. de N. 22 a, Bestiarum terrenę sunt alię, partim aquatiles. de D. 99 b, Multa inusitata, partim ex cœlo, alia ex terra oriebantur, quædam etiã ex hominum conceptu & satu. de Ami. 104 b, Sed nihil est quod illi non persequantur suis argutijs, partim fugiendas esse nimias amicitias, ne, &c. alias autem dicere aiunt, &c. de D. 113 a, Cæsar à nobilissimis ciuibus, partim etiã à se omnibus rebus ornatis trucidatus est. Att. 172 a, Videbis ergo ut sustentetur partim de Frufinati, partim cõtra Rul. 72 b, Solum, sine secundo. Att. 129 a, Domitius suas XII. cohorteis tribus in oppidis distributas habet, unã partim Albæ, partim Sulmonę collocauit. Qu. Fr. 304 a, Amici partim deseruerunt me, partim etiam prodiderunt.

Partio, tis. partior. Ora. 215 a, Pes qui adhibetur ad numeros, particur in tria. de Or. 153 b, Sed paulo secus à me, atq; ab illo partita sunt. pro Syl. 167 b, Neq; ego hoc partiendę inuidiæ, sed communicandæ laudis causa loquor.

Partior, iris. diuido, partio, partitionem facio, communico. de Voiuer. 198 b, Idque ipsum in ea, quæ decuit, membra partitus est. I.V. 99 a, Partes bona sua cum filijs partiuntur. de Cla. 161 b, Hortensius cum Cicerone causas partiebatur. de Ora. 142 b, Antonius ita particus est tecum, ut, &c. pro Dom. 217 b, Tamen ærarium cum eo partitus est. In V. 208 a, Cum bona pupillis erepta cum illo partitus est. de Finib. 53 a, Epicurus nihil de diuidendo ac partiendo docet. Orato. 207 b, Is genus uniuersum in species certas, ut nulla neque prætermittatur, neq; redundet, partietur ac diuidet. de Finib. 107 a, Qui totam philosophiam in tres partes diuiserunt, quam partitionem a Zenone retentam esse uidemus. pro Mil. 115 a, Partiri aliquid cũ aliquo de Clar. 177 a, Actio partienda est in gestum arque uocem I.A. 261 a, Partiuntur inter se, qui Capitolium, qui urbis portas occuparent.

Partiendvs, da, dum. l. Portitor.

Partite. distributè. Orato. 205 b, Partitè, definitè, distinctè dicere.

Partitio, onis. diuisio. de Orat. 86 b, Græcos partitionem quandam artium feciſse uideo. & de Claris orat. 192 a, Partitionẽs, quib. de reb. dicturus sis. pro Syl. 169 a, Atq; inter nos partitio non est temerè facta. de Or. 13 1 b, Hæc sit prima partitio, quod facetè dicatur, i. alias in rẽ habere, alias in uerbo facetias. de Fin. 58 a, Partitio qua usus est Epicurus, qui posuit unum genus cupiditatum, &c. alterum, &c. tertium, &c. pro Cec. 287 b, Cũ præsertim pecunia ex partitione deberetur. I.A. 257 a, Vrbis Italiæq; partitio. & p Sest. 15. Partitio ærarij. Off. 41 a, Propter æquabilem prædæ partitionem, Bargulus, &c. de Leg. 17 b, Partitionis caput scriptum cauetè. De Partitione uide multa præclara Topi. 222 b, & 223 a. b, & de Inu. 49 a, b.

Partvrio, tis. in pariẽdo laboro, enitor, conor. p Mur. 144 a, Dij faciant, ut hoc quod conceptum respub. periculũ parturit, consilio discutiam & comprimam. I.A. 182 b, Vtinã aliquando dolor pop. Roma. pariat, quod iamdiu parturit. Amic. 104 b, Securitate frui non poteſt animus, si tãquam parturiat unus pro pluribus.

Partvs, a, um. collectus, comparatus. contra Rul. 69 a, Liberas plurimo sudore & sanguine maiorum nostrorum parta, nobisq; tradita. & pro Syl. 182 a, Existimatio parta. de Or. 102 a, Vt ipsum quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed diuinitus ad delatum uideretur. pro Qu. 13 b, Honestè partis bonis priuari. & de Pro. 74 b, Præda parta. I.A. 173 a, Malè parta, malè dilabuntur. de Ora. 128 a, Aliqua non esse uirtute parta, sed uitiis & peccatis. & ibi dẽ. Aliqua magno labore, maguis periculis esse parta. At. 282 b, Magna pestis erat depulsa per uos, uobis uerò parta diuina gloria.

Partvs, tus. fętus. de N. 69 a, Natio dea, quæ partus matronarum tuetur, à nascentibus nominata. de Na. 39 b, Diana adhibetur ad partus, quòd ij naturefcunt aut septem aut nouem lunæ curſibus. & 49 b, I. una sole illuminata, grauidita tes & partus affert. & 51 b, Ceruæ paulo antè partum perpurgant se quadam herbula. de D. 118 b, Conceptio mulę contra naturam fortasse, sed partus propè necessarius. de D. 88 a, Irridetur partus hic mulę. & ibid. Fętus extitit in sterilitate naturæ. & ibidem: Partus malorum. pro Cl. 23 b, Cum mulier esset grauida, & iam appropinquare partus ui deretur. Epist. 92 a, Me Romæ tenuit rullię partus. de D. 319 a, Quæ natura partum animantis faciat. de Orat. 124 b, Feræ partus suos diligũt. de Fini. 51 a, An partus ancillæ in fructu sit habendus. tuſcul. 179 a, Quãtum una uecors Oenei partu edita. Oct. 330 b, Matris tuę partum aureum esse dixi.

Parvi duco. paruidendo. pro Arch. 188 a, Pericula mortis parui esse ducenda. & de Finibus 69 b, Sed quia parui id ducet.

Parvifacio. cis. l. Facio, & Minimi facio.

Parvipendo. paruiduco. Attic. 239 a, Sed si ista paruipendimus certè & maiora contemnimus.

Parvitas, atis. de V. 203. Quę cerni non possent propter paruitatem.

Parvm. paulum, modicum, paululum, leuiter, ad exiguum tempus, minus, non. pro Sest. 9 b, Parum ne est Piso, ut omittam Gabinium quòd tantum homines fefelisti? ut negligeres autoritatem senatus? remp. proderes? etiam ne au des? &c. Tusc. 172 a, Nemo parum diu uixit, qui, &c. Attic. 163 b, Vide nedum pudet te parum optimatem esse, parũ diligenter quod optimum sit. eligas & 164 b, Sunt ea quidem parum firma. de Inu. 58 b, Cum parum memineris, quod concesseris. de Nat. 60 b, Quæram ex te ea, quæ parũ accepi. & ibid. Quãm ea quæ minus intellexi, requirere. de

Senect.92 b, Ad exiguum tempus durat. de Fin. 97 a, Paulum oppido inter se differunt. Tusc. 233 a, Paulum ad beatam uitam deest.

PARVMPER. paulisper, aliquantum, ad breue tempus, ad punctum temporis, paulum. de Di. 90 a, Discendo parumper à somnijs, ad quæ mox reuertar. de Cl. 195 a, Digredi parũ per à causa. Att. 137 a, Abduco parumper animum à mole ftijs. & de Or. 156 a, Parumper ipse conticuit.

PARVVLVS, a, um. pusillus, de In. 63 a, Dum paruulum hoc cõsequimur. & 65 a, Et impulsionem paruulam quãdam fuisse dicet. & L.V. 222 a. Academ. 21 a, Videte quæso quàm in paruulis sitis.

PARVVS, a, um. pusillus, exiguus, modicus, breuis, angustus, tenuis, minutus, mediocris, modica magnitudine. ad Her. 22 a, contra Rul. 78 b, Paruam exigui temporis usuram bonæ de me opinionis postulo. & 83 a, Parua pars. de Sõ. 128 a, Ipsa uerò terra ita parua mihi visa est, ut, &c. pro Pom. 14 a, Insula Delos parua. de Or. 116 a, Parua autmediocris res Q.Fr. 3 27 a, Non enim commoda quędam sequabamur parua ac mediocria. pro Clu. 37 a, Sylla magis opibus, cognatis, &c. hæc autem apud Iunium parua acq; infirma sunt. de L. 257 a, Sed est quædam inter nos parua dissensio. de Leg. 156 a, In partium quendam & angustum locum concludi. pro Cec. 289 b, Beneficium non paruum. de Pro. 70 a, Macedoniam paceatam tenui præsidio, atq; exigua manu tuebamur. I.V. 231 a, Vendere aliquid paruo precio. Att. 2 b, Ea abs te diligẽter paruoq; curata sunt. pro S.R. 40 a, Cur tantulo uenierunt? de Legib. 171 a, A paruis enim didicimus, &c. Off. 14 a, Haquæ eximia plerisq; & præclara uidentur, parua ducere, & contemnere. de Leg. 166 b, Quę cum adsunt, perparua sunt, &c. de legi. 169 a, Perparuam uerò controuersiam dicis.

PASCO, scis, paui. & Pascor, ris, pastus sum. Attic. 87 a, Lancib. & splendidissimis canistris, non olusculis nos soles pascere. Of. 35 b, Sine hominum opera aut pascere equos, aut domare non possumus. pro Cec. 296 a, Qui colendi aut pascẽdi causa esse in agro cõsueuerunt. de D. 87 a, Qui cum propter paupertatem suos puer pasceret, una ex his amisa uouisse dicitur, &c. pro Mil. 102 a, Quos P. Clodij furor rapinis & incendijs pauit. I.V. 149 a, Cum eius cruciatu pascere oculos, animumq; exaturare uellent. Of. 41 a, Qui male ficio & scelere pascuntur. Att. 60 b, Ego hic pascor bibliotheca Fausti. I.P. 89 a, Hisce ego rebus pascor, his delector his perfruor, quòd senatus, &c. de N. 27 b, Cum cauea liberati pulli non pascerẽtur. & de D. 86 a, Necesse est offa obiecta cadere fructum ex pulli ore, cum pascitur. pro Clu. 31 b, Bestię fame dominante plerunq; ad eum locum ubi pastæ aliquando sunt, reuertuntur. Off. 51 b, Ex quo genere comparationis illud est Catonis senis, à quo cum quærerẽtur, quid maximè in re familiari expediret? respondit, Bene pascere. quid secundum? bene uestire. quid tertium? satis bene uestire, quid quartum? arare. I.A. 232 a, At in eius cor pore lacerando cum animum satiare non posset, oculos pauit suos.

PASCVA, orum. contra Rull. 61 b, Vtrum tandem hanc sylua in relictis possessionib. an in censorum pascuis inuenisti?

PASIPHAE, es. de N. 69 a, Circe & Pasiphæ è Perseide Oceani filia natæ, patre Sole.

PASITHEA, theæ. de D. 100 a, In Pasitheæ fano.

PASSER, ris. de D. 95 b, Calchas apud Homerum, ex passerũ numero, belli Troiani annos auguratus est. de Fin. 80 b, & de D. 121 b, & 122 a.

PASSERCVLVS, li. de D. 122 a, De passerculis coniecturam facere.

PASSIM. dispersè, ubique, undique, sine ordine. pro Mur. 141 b, Ad prandium uocare uulgo, passim. quid est uulgò? uniuersos. Epist. 174 a, Ille enim it passim, ego ordinatim. pro Syll. 175 a, Illas fabulas describi ab omnib. statì librarijs, diuidi passim & peruulgari, atque edi populo imperaui. pro S.R. 41 a, Passim per forum uolitare. de Ora. 200 b, Passim carpere & colligere undiq;. de D. 125 a, Aues huc & illuc passim uagantes. & de Or. 110 a, Aues passim ac liberè uolitare.

PASSVS, a, um. apertus, à pandendo. de Na. 48 a, Minorem se prentriorem Cepheus passis palmis subsequitur. & Tusc. 174 b, Quò etiam uelis passis peruehi liceat.

PASSVS, sus, gradus, ut quotiescunque gradum facias, totiesti bi tuarum uirtutum uenias in mentem. pro Sest. 9 b, Edixitq; ut ab urbe abesset mille passus. Att. 256 b, Erat enim Brutus citra Velliam millia passuum tria. pro Q. 14 b, Tri duo septingenta millia passuum ambulare. Q.F. 3 18 b, Sese mensum pedibus aiebat passuum. CCCCM. de Fini. 99 b, Et gradus unus in uia quæ est hinc in Indiam. de L. 167 a, Qui me deduxit in Academia n perpauculis passibus. In A. 213 b, Ne propius urbem millia passuum ducenta exercitum admouerit, pro Mar. 131 b, Disiunctissimas terras passibus peragrare.

PASTIO, onis. pabulum, pastus. pro Pom. 6 b, Asia fertilis est magnitudine pastionis.

PASTOR, oris. pro Fl. 154 a, O pastores, nescio quos cupidos literarum, &c.

PASTORALIS, le. pastoritius. de D. 102 b, Atque ille Romuli auguratus pastoralis, non urbanus fuit.

PASTORICIVS, a, um. pastoralis. Att. 13 a, Pastoricia fistula, Item. Fera quædam sodalitas & planè pastoricia, atq; agrestis germanorum lupercorum.

PASTVS, a, um. pro Clu. 32 b, Hic ille planus quæstu iudiciario pastus contrahit frontem. Ep. 124 a, Nũc tibi nostrini lices malis obicularis esse pasti uidentur.

PASTVS, stus. pastio, cibus, locus pascuus. de Nat. 46 a, Volucrum lapsus, pecudum pastus, uita sylu estrium. & 102 a, Pastum animantibus largè & copiosè natura comparauit. & ibi Partes corporis ad pastum capessendum conficiendum que. & 58 b, Pecudum pastus. de Fin. 88 a, Terra fundit et sese pastus uarios bestijs. & 73 a, Pecudes ad pastum procreatæ. de D 99 b, Cilices pastu, pecudum maximè utuntur de Na. 51 a, Bestiæ in pastu circumspectant. & Tus. 241 a, Oblectatio industriæ, qui est unus suauissimus pastus animorum. I. An. 231 a, Qui popularetur agros, non ad spem constituendæ rei familiaris, sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ. Offi. 3 a, Omne genus animãtium, omnia quę sint ad uiuendum necessaria, inquirunt, parant, ut pastum, ut latibula.

PATARANI. à Patara Lyciæ oppido. *

PATAVINI. pop. In A. 241.

PATAVINVS, a. Att. 201.

PATEFACIO, cis. in lucem profero, diuulgo, aperio. de Orat. 93 a, Nunc uterq; uestrum patefecit earum rerum aditum, quas quærimus. & 102 a, Hæc quæ patefecit oratione sua Crassus. de Ar. 249 a, Hæc nobis & scelerum indicia ostendit, & periculorum signa patefecit. pro Mil. 21 b, Iustitia cõmunis exitij indagaui, patefeci, protuli. Top. 227 b, Patefacere aliquid, in iudiciumque proferre. pro Flac. 147 a, Qui ea proferenda patefaciendaq; curaui. de Or. 99 b, Patefacere & illustrare obscurare obscura. & Aca. 12 a, Patefacere aliquid obscurum. Ep. 94 b, Ex quo tibi patefecisti Scianum. Ep. 113 b, Huic ego tantummodo aditum adit à cognitionem patefacio, & innuo cognitum. In C. 135 a, Patefacere nobis prouincias, quò exire possumus. Attic. 178 b, Patefacere odium suum in aliquem. Ep. 87 b, Iraq; Theadę liberto tuo totum me patefeci. de Am. 114 a, Patefacere & illustrare ueritatem.

PATEFACTIO, onis. euolutio, explicatio. de Fi. 64 b, Definitio est patefactio quasi rerum opertarum, cum quid quicque sit, aperitur.

PATEFACTVS, a, um. illustratus, diuulgatus, apertus. de Di. 88 b, Neq; ante philosophiam patefactam hac de re quisquã dubitauit. de Or. 102 a, Ab hoc aditu ianuaq; patefacta. & Tusc. 241 a, Aditus patefactus. In A. 114 a, Lentulus patefactus est indicijs & confessionibus suis. pro Pomp. 7 b, Patefactum nostris legionibus esse pontum, qui ante populo Rõ. ex omni aditu clausus esset. pro Syl. 167 b, Quare ista coniuratio si patefacta per me est, tam pater Horẽsio quã mihi. & Ep. 10 a, Quibus patefactis, &c. In C. 114 a, Lentulus patefactus, &c.

PATELLA, læ. uas picatum, uel fictile, sacrificijs faciẽdis aptũ In Ver. 210 a, Patella grandis cum sigillis simulacrisque deorum. de Fi. li. 2. Reperiemus afotos primum ita nõ religiosos ut edant de patella. I. Venor. & Theribulum.

PATENS, tis. apertus.)(. Clausus. de D. 80 a, Cęlum ex omni parte patens atque apertum intueri. pro Qu. 17 b, Habère domum clausam pudori, patentem atq; adeò expositã cupiditatibus.

PATENTIVS. aduer. apertius. de In. 70 b. I. Absconditè.

PATEO, es. apertus sum. I.A. 181 b, Cur ualuæ Concordię nõ patent? pro S. R. 42 b, Mea domus tibi patet, mihi clausa est. de Clar. 167 b, Domus Isocratis cunctæ Cræciæ quasi ludus quidam patuit. Ep. 27 a, Si cuius aures ad hanc disputationem patent. de Cla. 166 a, Aditus, qui nobis patuit, obstructus est. Attic. 166 a, Si nobis cursus, quem speraram, pateret. pro Mur. 130 a, Quod omnibus patet, & æquè prõptum est mihi & aduersario meo. de Di. 109 a, Vt nullum philosophiæ locum esse pateremur, qui non latinis literis illustratus pateret. de Ora. 87 a, Cum illa pateant, in promptuq; sint omnibus. pro Qu. R. 45 b, Non habere se hoc nomen in codice fetetur, sed in aduersarijs patere contendit. da Ar. 256 a, Quid existimatis eum, si reditus ei gratiæ pateuerit, esse facturum. Epi. 87 b, Vt intelligant omnis Cicerõis, patera in Trebario. pro Cor. 59 b, Iis præmijs exclusos esse socios, quæ pateant stipendiarijs. Off. 15 a, In philosophorum uita minus multa patent, quæ fortuna feriat. de Ami. 111 b, Qui existimant peccatorum omnium patere in amicitia licentiam. de Orat. 105 a, Hæc enim ars & latè patet, & ad multos pertinet. & Off. 18 b, Hoc latissimè patet, ad plurimosq; pertinet. Off. 5 b, In quo uitio latissimè patet auaritia. de In. 58 a, Hoc maiorem quandam uim habet, & latius patet quã hic explicetur. pro Ar. 189 b, Bellũ in multa uarietate terra mariq; uersatum, & latè fusum est. Ep. 34 b, Latè enim patet hoc uicium, & est in multis. Ora. 203 b, Locus longè lateq; patens. Of. 47 a, Cuius beneficia latè patent. & ibi. Latissimè eorum manat industria. & pro Pl. 271 a, Latius dissipari. Ep. 271 b Cappadocia maximè patet. & 244 a, Cappadocia, quæ patet à Syria. de D. 99 b, Babylonij in camporum patentium æquoribus habitates. Ar. 61 b, Velim demũ ad tuos scribas, ut mihi libri tui pateãt. Q.F. 294 b, Facillimos esse aditus ad te, patere aures tuas querelis omnium. Of. 11 a, Ac latissimè quidem patẽs hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes societas hæc est. In A. 178 a, Septies millies sestertium, quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat. I. Pareo.

PATET, bat. constat. pro Mil. 104 a, Quid porrò quærendum est, factum ne sit? at constat. à quo? at patet. Tus. 159 b, Cum pateat igitur æternum id esse, &c. I.A. 240 a, Discussa est caligo, diluxit, patet, uidemus omnia.

PATER, tris. parens, generator, genitor, procreator, sator, unde aliquis natus est, educator, aitor, senatores. I. Conscripti & Patricius, Maiores. pro Rab. 96 a, Quem uerè patrẽ patriæ, parentem, inquam, reipu. possumus dicere. & I.P. 80 b. pro Sest. 25 b, Me Qu. Catulus parentem patriæ nominauit. de In. 61 a, Si ad senes de patribus, aut parentibus cogitent. & I.A. 186 a, Pater naturalis. pro Dom. 128 b, Pater uitæ necisq; potestatẽ habebat in filios. de Or. 132 b, Quibus nec pater, nec mater sit. Item: Si id quod præclarè à sapientibus dicitur, uultu sæpe læditur pietas, quod supplicium satis acre reperietur in eum qui mortẽ obtulerit parenti, pro quo ipsum mori iura omnia cogebant. de Amic. 96 b, Scimus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem. & pro Mur. 142 a, Fuit eodem ex studio uir eruditus apud patres nostros Qu. Tubero. de Orat. 100 a, Quid, quod usu memoria patrum uenit? & ibi. Quæsitum est apud maiores nostros, &c. Of. 61 a, Vt Petronius apud patres nostros, Papius nuper. I.V. 65 b, Patres maioresq; nostri. Or. 98 a, Patrum nostrorum ætas.

PATERFAMILIAS. I. Familias.

PATERA,ræ. poculi genus latum ac patens. de N. 77 a, Paterę coronæq; quæ simulachrorum porrectis manibus sustinebãtur. de D. 90 a, Mercurius è patera sanguinem uisus est fundere. de Cl. 168 a, Excipere sanguinem patera. I. Filicatus, & Thuribulum.

PATERNVS, a, um. patrius. pro Cæl. 44 a, Bona paterna. & Ar. 262 a, Paterna necessitudo. & pro Dom. 243 a, & Epi. 223 a, Satis amplum patrimonium paterni nominis. de Or. 99 a, Egisteq; lege in hæreditatem paternam testamento exhæres filius. & 99 b, Posse ne paternorum bonorum exhæres esse filius. I, Matarnus.

PATER patratus. qui ad iusiurandum patrandum, id est, sanciẽdum in fœderibus mittebatur. de Or. 100 a, Cum propter inuidiam Numantini fœderis pater patratus ex senatusconsulto. C. Mancinum Numantinis dedisset. & 221 a, pro Cecin. 304 a.

Πάθος uel πάθος I. Motus, & Perturbatio, & Morbus.

PATHETICVS, a, um. Or. 208 b, Alterũ quod Græci παθητικὸν nominant, quo perturbantur animi, & concitantur.

PATESCO, scis. I.A. 261 a, Quæ res patescit. P. Conscripti: sed suo tempore totius huius fœleris fons aperietur. sic enim legendum est, non patefacit, aut patefacta est.

PATIBILIS. le. παθητικός. de Na. 65 a, Omne animal patibilẽ naturam habet.

PATIBILIS, stolerabilis.)(. Impatibilis, intolerabilis. Tusc. 219 b, Negligenda mors est, patibiles & labores & dolores putandi.

PATIBVLVM, li. crux. I. Ver. 221 a, Tibi Marcelli statua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit.

PATIENDVS, da. Attic. 165 a, Sed ea omnia mihi sunt patienda.

PATIENS, tis. de Ar. 245 b, Non modò patienti, sed etiam libenti animo religioni parebo. de Ora. 137 a, In quo nimiũ patiens & lentus existimor. & 134 b, Vir patiens & lentus, pro Ligar. 141 a, Ne offendam tuas patientissimas aures. Q.F. 298 a, Meæ literæ patientiorem, leniorẽq; fecerunt. Off. 22 a, Quo in genere uersutissimum, & patientissimum Lacedæmonium Lysandrum accepimus. pro Cæl. 40 a, Qui in laboribus patientior? I. Patior.

PATIENTER. tolerancer, placidè, sedatè, moderatè, tranquillè, patienti animo, lentè, leuiter, tolerabiliter, non repugnanter. de Amic. 113 a, Et monere & moneri proprium est amicitiæ, & alterum liberè facere, non asperè: alterum patienter accipere, non repugnanter. Epist. 9 a, Patienter ferre patientiam alicuius. Item: Patienter, placidè, sedatè, ferre dolorem.

PATIENTIA, tiæ. toleratia. de In. 22 a, Patientia est honestatis aut utilitatis causa, rerũ arduarum ac difficilium uolunteria ac diuturna perpessio. Par. 237 a, Patientiam duritia inimanis imitatur. cont. Rul. 78 b, Homo patientia pauperiatis ornatus. In C. 102 b, Habes ubi ostentes illam præclaram tuam potentiam famis & frigoris, inopiæ rerum omnium. pro Dom. 243 a, Externorum bonorum & in uteadę rationem, & in carendo patientiam semper expetendã putaui. In P. 80 a, Ego Antonium collegam patiẽtia atq; obsequio meo mitigaui. pro Mil. 116 a, Sed nescio quomodo usu obduruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patiẽtia. In A. 226 a, Brutus usus est incredibili patientia. In V. 242 b, Obduruisse in patientia eiusmodi turpitudinis. contra Rul. 69 b, Tentare patientiam alicuius. Off. 25 a, Adolescentia à libidinibus arcenda est, exercendaq; in labore patientiaq; & animi & corporis.

PATINA, næ. lanx. Ep. 136 b, & Att. 59 a, Patina tyrotarichi. I. Tyrotarichus.

PATIOR, ris. fero, perfero, suffero, tolero, perpetior, sustineo, haurio, subeo, non molestè fero, capio, facio, fino, quiesco, locum relinquo. de Nat. 65 a, Nullum est corpus, quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus: id est, ferendi patiendique necessitatem. & b, Omne animal ad accipiendam uim externam & ferendam paratum est. Offic. 23 a, Multa passus est Vlysses in illo diuturno errore. Tusc. 178 b, Res ad patiendum tolerandumque difficilis. de Finibus. 99 b, Etiam si dolores tolerebiliùs patiantur. Tus. 184 a, Pati dolorem toleranter. & de Finib. 111 b, De dolore patiendo. In C. 108 b, Ista non modò homines, sed ne pecudes quidẽ mihi passuræ uidentur. pro Font. 281 b, Quod in turpi reo patiendum non esset. In V. 261 b, Patimur enim iam multos, & silemus. In C. 99 b, Non feram, non patiar, non finã. Attic. 151 a, Asperius quàm tui patiãtur mores, de Dionysio scripsisti. pro Clu. 35 a, Cluentius Stalenum abesse patiebatur. In V. 155 a, Et imbri frumentum corrumpi in area patiebatur. I. Sino. de Cla. 189 a. Præcepta quæ habent ordinem & quasdam errare indicendo non patiẽtes uias. de Cla. 193 a, de D. 109 a, Vt nullum philosophię locũ esse pateremur, qui non latinis literis illustratus pateret. At. 106 b, Aut si per trib. Pl. non patiatur, tamen quiescat rem

adduci ad interregnum.pro Qu.16 b,Neque eum,si tribunos appellarit, idcirco minus iudicio pari paratum fuisse. Att.263 b,Non modò facilè patior,sed etiam gaudeo.Ep. 63 b, Quibus Officijs si quando non mutue respondeatur,a pud me plus officij residere facillimè patior.Att. 211 b,Facilè patiebar nos potius Romæ unà esse, quàm alibi.pro Planc.272 b,Populus Rom.deligit magistratus,in quibus si qua præterea est ars facilè patitur: sin minus uirtute eorum & innocentia contentus est.Att.209 b,Torquato nostra officia grata esse facilè patior,eaq; augere non desinã. I.V.148 b,Patior non molestè eam uitam,&. Attic.251 b, Me laudari non molestè fero.& 238 b,Flauia quod bene loquitur,non molestè fero: id facilè patior. In V. 242 a , In dignè pati.& de In.72 a,Indignè passus.Ep. 195 b,Pati ali quid periniquo animo.Attic. 238 b,Consilium meum à te probari facilè patior.Off.6 b, Vt eos quos tutari debeant, desertos esse patiantur. In A.209 a,Aliæ nationes seruitutem pati possunt,&c.In A.241 a,Gallia æquo animo belli patitur iniuriam.de Vn.198 a,Mundus per se,&a se & pati tur,& facit omnia.pro Leg.137 b,Is nullo se implicari negocio passus est.

Patrae,arum.urbs Peloponesi.At.172.Ep.108.& 211.

Patrensis,e.Ep. 211.

Patratvs,a,um.perfectus.l.Patro.de Leg.193 a,Ferijs iuegia amouento,easq; in famulis, operibus patratis , habento.l.Pater patratus.

Patria,patriæ.sedes natalis,dij penates, patrij:terra parẽs, alterix,patriæ solũ.Tuf.249 a, Patria est ubicunq; est bene, Teucri uox. In C.101 a,& de Ora.101 a,Patria quæ communis est omnium nostrum parens. In C.122 a,Patriæ solum cum omnibus est charum,tum uerò dulce atq; iucundum.de Orat.101 a,Ac nos id quod maximè debet,patria nostra delectat. cuius rei tanta est uis tanta natura, ut Ithacam illã in asperrimus saxulis tanquam nidulum affixam sapientissimus uir immortalitati anteponeret. & ibidẽ.De amore in patriã.& Att.118 b,Pro patria & in patria mori præclarum est. Off.12 a, Pro patria nemo bonus dubitat mortem oppetere,si sit ei profuturus.Antequam 196 a,Neque enim mors miseranda est, quæ ob remp.capitur.de Fi. 103 b,Decet chariorem esse patriam nobis quàm nosmet ipsos.& Postquã.204 a,Patria qua nihil potest esse iucundius.de So.127 b,Omnibus qui patriam conseruarint, adiuuerint , auxerint,certum esse in cœlo ac definitur locũ, ubi beati æuo sempiterno fruantur. pro Planc.176 b,Cui non locus ille mutus,ubi quisq; altus & doctus est,cũ grata recordatione in mente uersetur ? In A.174 a,Ego arma contra deos patrios arasq; & focos,contra patriam tuli.& ibi.b,Patria,dij penates,patrij,aræ,foci,lar familiaris.pro Flac.158 a,Et eorum eadem terra parens alcrix,patria dicitur.Att.143 a,Patria antiquissima & sanctissima parens. pro Sest.13 b,Mortem uirgines regis,opinor,Erichthei filiæ pro patria contempsisse dicuntur.de Fin.139 b, Patriæ conseruator Codrus.)(.Patriæ proditor Pullus Numitor Fregellanus.in P.80 b,Me Quin.Catulus parẽtem patriẽ nominauit.de In.50 a,Patria Athenienses an Lacedæmonius.& Tusculan. 171 a, Quærentibus amicis , uellent ne Clazomenas in patriam,si quid accidisset,afferri?Nihil necesse est,inquit,& cæt.de Orato. 106 b, Ne in nostra patria peregrini atque hospites esse uideamur. Parad. 117 a, Cuius cum patriam Prienem cepisset hostis , admonitus est,&c.de L.169 b,Hæc est mea & huius fratris mei germana patria,hic enim orti stirpe antiquissima sumus,hic sacra,hic genus, hic multa maiorum uestigia , &c.de L. 169 b, Sapientissimus uir Ithacam ut uideret,immortalitatem scribitur repudiasse.& 170 a,Ego & Catoni & omnib.municipibus duas esse censeo patrias:unam naturæ , alteram ciuitatis:ut ille Cato cũ esset Tusculi natus, in populi Romæ.ciuitatem susceptus est. itaque cum ortu Tusculanus esset, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam , alteram iuris,& ibidem. Patria qua mori, & cui nos totos dedere,& in qua nostra omnia ponere,& quasi consecrare debemus.

Patricida,dæ.de Legibus.174 a,Sacrum sacroue commẽdatum,qui clepserit rapseritque, patricida esto,aliter parricida.

Patricivs,a,um.Romulus(inquit Liuius) centum creat senatores,qui patres ab honore,patricij quoq; eorum progenies appellati.)(.Plebeius.pro Mur.127 a,de L.181 b,Sylla primus è patricijs Cornelijs igne uoluit cremari.de Cl. 170 a,ut si ego me a M.Tullio esse dicerem , qui patricius cum Ser.Sulpitio cõsul fuit.& ib.Ad plebem transitiones. Ep.139 a,b,Quid tibi uenit in mentem,negare Papyrium quenquam unquam nisi plebeium fuisse ? fuerunt enim patricij minorum gentium.Att.246 b, Dum unus erit patricius magistratus, iurispicia ad partes redire non possunt. pro Ceci.304 b,O.nes patricij antiquisimiq; ciues. pro D.220 b,Exire è patricijs:id est,fieri plebeium.de L. 170 b,Fibrenus præcipitat in Lirem,& quasi in familiam patriciam uenerit,amittit nomen obscurius.

Patrimonivm.nij,bona,hæreditas.pro R.P.128 b,Qui duo lauta & copiosa patrimonia accepisset.& Off.44 a, Effundere patrimonium.& pro Cæl.46 b,pro Dom.243 a,Liberis nostris satis amplum patrimonium paterni nominis ac memoriæ nostræ reliquamus.I.A.179 b,Quæ arationes in populi Romani patrimonio glandiferæ & fructuosæ ferebantur.de Or.106 a,Mutius paterni iuris defensor & quasi patrimonij propugnator fuit.& pro Ce.299 a,Non minus diligenter publica patrimonia iuris,quàm priuatæ rei uestrę retinere debetis.pro S.R.43 a,Quem tu è patrimonio tanquam è naufragio nudum expulisti.pro Fla. 163 b,Qui patrimoniũ suum lautum,quod hic nobiscum conficere potuit,Græcorum conuinijs maluit dissipare. & ibi. Quasi bona comesse Romæ non liceret. Epi.17 a, Vt frater meus uerè existimet,adiuncto isto fundo patrimonium fore suiper te constitutum.

Patrimvs,cuius pater uiuit adhuc.l.Matrimus.

Patritvs,ta.patrius. Tusc.li.1.Hæc enim pulchritudo etiã in terris patritam illam & auitam,ut ait Theophrastus,philosophiam cognitionis cupiditate incensam excitauit.Nonius.

Patrivs,a,um.paternus,quod est patris uel patriæ. de Cl. 184 a.pro S.R.25 b,Intelligere,qui animus patruis in liberos esset.& 42 b,& pro Pl.166 b, Percipere sensum ex meę rore patrio.I.V.68 b,Res patriæ atque auitæ. & Tusculã. 157 b,Patria & auita philosophia.de Orat.91 b.Hic enim mos patrius Academiæ,aduersari semper omnibus in disputando.

Patro,as.cõmitto,perficio,persoluo.l.Patratus.I.V.60 b, Quæ C.Verres in Asia patrauit.Att.10 a, Τὰ ὑπὸς promissa patrauit,Et persoluere promissa.l.Persoluo.

Patrocinivm,nij,defensio,aduocatio.Epist.65 a, Si tum consuetudinem in patrocinijs tuendis seruas , P. Vatinius cliẽs ad te uenit,qui pro se causam dicier uult.de Cla. 174 b,Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter aptum uideturde Na.3 a,Suscipere patrocinium alicuius deseris.& de Or.106 a,Arripere patrocinium æquitatis. Ora. 107 b, Legitimarum & ciuilium controuersiarum patrocinia suscipere.& I.A.210 a,Suscipere patris patrocinium. de Fi. 77 b,Aut hæc tibi sunt uituperanda,aut patrocinium uoluptatis repudiandum.Off.38 a,Itaque illud patrocinium obis terræ uerius quàm imperiũ poterat nominari.pro Do. 217 a,Cum in eius bona fortunas patrocinium huius imperij immisisses.Par.119 a,Voluptas plurimorum patrocinijs defenditur.

Patrona,næ.defensatrix.de Or.116 b,Aduocatio patronã?l la ciuitatis,& uindex libertatis.

Patronvs, ni. defensor, custos, tutor, in cuius fide aliquis est.pro S.R.19 a,His de causis ego huic causæ patronus extiti.& de Orator.134 b,Dare patronum causæ alicui. pro Cæl.40 b,Quis eum unquam non modò in patroni, sed in laudatoris,aut aduocati loco uiderat?Offic.8 a, Qui ciuitates,aut nationes in fidem cepissent, earum patroni erant more maiorum.pro Syl.178 b, Colonorum dissensio delata ad patronos est. & ibidem. Hic patronus, custos, defensor illius prouinciæ. Offic. 43 b, Patronus nonnunquam uerisimilia, etiam si minus sit uerum, defendit. pro Sest.4 b,Conuentus ille me unum patronum adoptauit.I. A.207 b,Atqui quinq; & triginta tribus patronum adoptauerunt.pro Cor.59 b,Hanc tu igitur patrone fœderum & fœderatorum,conditionem statuis cuis ciuibus.I.A.207 b,L. Antonius.

Antonius , qui uos omnes in fidem suam recepit.pro Mur. 124 b,In quibusdam ciuitatibus patronus causis publicè cõstituitur.contra Rul. 81 a, A uestrorum commodorum patrono conscripta hæc lex est.Ep.109 a,Ergo patrone mi bene uale.& ib.Sed amice magne noli,&c.Ep.213 a , Peto à te, ut Antonium libertum in patroni eius negocio tueare. de A.100 b, Qualis tum iustitiæ patronus fuit contra accusatam orationem Phili.pro Mil.104 b,Ille uir, &c.senatus propugnator ac penè patronus.

Patrvelles,lis.fratrum inter se filij: quoniam qui alteri pater est,alteri est patruus.de Fin. 124 a, L. Cicero frater noster,cognatione patruelis,amore germanus . pro Pl.264 a, Torquatus C.Plancij frater patruelis & socer.

Patrvvs.trui.mei patris frater, quanquam & alijs modis patruus dicatur,ut est apud iurisconsultos de gradibus affinitatis.de Ar.149 b,Pater tuus & patruus tuus. & I.V.104 a, M.Ionius patruus pueri . de Or. 108 b, L. Cicero patruus M.Ciceronis.Att.78 b,Qui cum sororis tuæ filij patruo certaret.pro Cæl.42 b,Is fuit in hac causa pertristis quidã patruus,censor,magister, obiurgauit M. Cælium, ficut nemi nem unquam parens.

Patvlvs,a,um.patens.de N. 50 b, Pinna duabus grandibus patula conchis. & ibid. Admonita à squilla pinna morsu cõprimit cõchas.de Finib.103 b,Illa,quæ in concha patula pinna dicitur.de Or.87 a,Platanus patulis diffusa ramis .

Paucitas.tis.de In.49 b,& de Orat. 121 b,122 a,Genera esse definita non solum numero , sed etiam paucitate.& pro Rib.94 a,Ep.24 a, De pantheris agitur mandato meo diligenter,sed mira paucitas est. Ep. 152 a , Ex paucitate eius decem fugerunt.Antequam 194 a , Paucitas amicorum.de Or.85 b,Magna oratorum est,semperq; fuit paucitas .

Paculvs,a,um.Ar.152 a, Pauculos dies alicubi commorari.& de Leg. 167 a , Qui me ex nostris pene conuellit hortulis,deduxitq; in Academiam perpauculis passibus.

Paucvs,a,um. rarus, modicus,exiguus minus multi , quotus quisq; tenuis.)(.Innumerabilis,multus.In V.106 a,Quanti paucæ operæ,& mercedes fabrorum tulerũt.pro Mur.119 b,Posset agi lege necne , pauci quondam sciebant. contra Rull.69 b , Paucas tribus ad usurpandum libertatem uocare.pro Cl.44 a,Paucos ex multis ad ignominiam sortiri.de Orat.121 a,Generum quæstiones modicæ & paucæ.de Cl. 172 a,Paucis interpositis diebus iterum rediit. ad Her. 30 a,Qui cum plures erant,paucis nobis exæquari non potuerunt.Att.7 a,Quotus quisq; est,qui,&c.& 44 2 , Eoq; ad tem minus multa scribo,quod,&c.Tusc.177 a,Quotus quisque philosophorum inuenitur,qui,&c. Tuscul.229 b , Alij gloriæ seruiunt,alij pecuniæ,rari sunt quidam , qui, &c. pro S. R.40 a.Cur tantulo uenierunt? Qu.Fr. 318 a, Spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore.Off.64 b,Perpaucę res sunt,in quib.dolus iste malus non uersetur. Aca.Si perpauca mutauisset.

Paveo,es. timeo.In A.196 b,Pauet animus apud consilium illud pro reo dicere.Tusc.180 a , Nauem ut horrisono freto noctem pauentes timidi adnectunt nauitæ .

Pavimentatvs,a,um . pro Dom. 236 b, Porticus pauimentata CCC.pedum .

Pavimentvm , ti . solum arte factum , & stratum aliqua materia in ędibus,quod pedibus inambulãdo pauimus,id est, tundimus & terimus.In.A.280 a, Natabant pauimenta uino,parietes madebant.Qu. F. 218 a,Villa mihi ualde placebat,propterea quòd summam dignitatem pauimẽta porticus habebant.de Or. 158 b , Quam lepide lexeis compostæ ut tesserulæ omnes, Arte , pauimento , atq; emblemate uermiculato.l.Tectoriolum.

Pavio,uis.ferio,peto,tundo.de D.123 b, Sed quia cum pulli pascuntur,necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire,terripauium primo, pòst terripudium dictum est , hoc quidem iam tripudium dicimus .

Paviatim,sensim,minutatim,leniter. Ep. 125 b, Cuius amicicia me paulatim in hanc perditam causam impósuit.

Pavlisper,aliquantum,paulum , ad breue tempus,ad punctum tẽporis.)(.In perpetuũ.In V. 208 b, Abesse ab domo paulisper maluit,quàm illud argẽtum amittere. In P.82 a, Paulisper stetimus, in illo tuarum genearum nidore atque fumo.Ep.103 b,Quæ ego paulisper à te desideraui.& 44 a,

Suscipe paulisper meas partes.In V.212 a,& 241 a,Lectica paulisper deposita . pro Mil.106 a,Milo paulisper , dum se uxor comparat,commoratus est.Att.65 a,Recordor quàm bella nobis paulisper gubernantibus ciuitas fuerit.

Pavlo,haud multo.Ora. 203 b,Hoc ornamento liberius paulo utẽdum est.& de Or.90 b,Poeta numeris astrictior paulo.de Or.129 b,Orator paulo illustrior.Or. 211 a , Ne ille quidem haud paulo melior scriptor.Plato. Att.29 b,Ciuis haud paulo melior,quàm isti nostri. de Orat. 197 b,Sermo paulo intentior. Or. 206 b , Quædam etiam paulo hilariora.At.7 b, Nec epeiroticis paulo liberiores literas cõmittere audeo.Att.129 a,Ne paulo quidem tristius.& Tusc.183 b,Ille uerò melius,ac non paulo quidem.At.129 a,Non solum gloriosis consiliijs utamur, sed etiam paulo salubrioribus.At.283 a , Cognoui eo die paulo plures in senatu maleuolos esse,quam gratos . Parad.120 b,Histrio si paulo se moueat extra numerum,explodiur .

Pavlo amplius.paulo plus.pro Fl.160 b,Auri uiginti pondo paulo amplius.ad He.25 a, Quisquis enim audierit de arte paulo plus,omnia uidere poterit.

Pavlo antè.modò,dudũ,iãdudum.In. V.201 a,Nuper, quid dico nuper?immo uerò modò,ac planè paulo ante.& Part. 242 b,Quæ paulo antè & quæ proximè duximus.

Pavlo minus . pro Fl.160 b, Auri pondo centum paulo minus.pro Syl.180 b,Ecquod illius factum est, quod,cuiquã paulo minus cõsideratum uideatur.pro Syl.180 b,Ecquod huius factum aut commissum , nõ dicam audacius,sed cuiquam paulo minus consideratum uideretur,factum quero. pro Quin.2 b,C.Quintius una in re paulo minus consideratus.qui,&c.At.183 a,Sullana confers , in quibus omnia genere ipso præclarissima fuerunt:moderatione, paulo minus temperata .

Pavlo magis . de Cla. 172 a , Verba paulo magis prisca . In Verr.125 b,Paulo magis animum cuiuspiam commouere. & 209 a,Quod isti paulo magis placeret.& 69 a:Paulo magis affabrè . In A. Et clinata magis paulo est aquilonis ad oras.

Pavlo nimium.de Or.116 a,Paulo nimium redundans.

Pavlo pòst,non multo pòst , breui tempore pòst , paucis interpositis uersibus.de Or.137 b,De quibus paulo pòst dicemus.& pro Cl.20 a,Breui tẽpore pòst. & Oct. 329 a,Pòst paulo.de D.107 b, Cũ ipse paucis interpositis uersibus dicas,&c.id est paulo pòst. de Or. 122 a, In ijs locis quos pro ponam paulo post.Ep.10 a, De qua ostẽdam equidem paulo pòst qui sit meus sensus.

Pavlo secus.l.Secus .

Pavlvlvm pusillum . de Nat.49 b, Nihil ferè aut admodum paululum . ad Br.91 a,Itaque manè hoc paululum exarauí. Ep.70 b,Qua tamen paululum uideor leuari.Tuscu.233 a, Huic paululum ad beatã uitam deest . & 232 b.Sed habeo paululum quod requiram . pro Quin. 9 b , Respirare paululum .

Pavlvm . de Orat. 159 b , Hæc paulum immutata cohærere non possunt.& 93 a, Paulum huic aliquid poterit addere.& Aca.322 a, Sed paulum antè dicendum est.pro S.R.37 b,Et ex eo non paulum nescio quid in rem suam conuertit. cont. Rul.82 a , Quasi uerò paulum differat ager Campanus & Stellatis.& de Fin.97 a,Paulum oppido inter se differunt.Atti.138 b , Tuas nunc epistolas à primo lego : hæ me paululum recreant . de Cl. 171 b , Inter hos ætate paulum his antecedens Galba.de Fini.39 a, Paulum abesse ab aliquo loco. Ep.5 b,Quod si Pompeius paulum modò sibi placere ostenderit,faciet .

Pavo,onis.Ep.* de Fin. 94 a,Alia autem , nullam ob utilitatem , quasi ad quendam ornatum à natura esse donata . ut cauda pauoni,&c.

Pavor,oris.Tuf.213 a , Pauor metus est,mentẽ loco mouẽs. de Or.157 a.Vnde illud Ennij, Pauor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat .

Pavper.ris.inops,egens,qui eget, tenuis , tenuior , humilis, summa egestate , paruis opibus ac facultatibus præditus, miserrimus & inanissimus , cui egestas imperat, cui parua est res familiaris,qui in paupertate est. ad Heren.12 a,Pa. 125 b , M. Manilius pauper fuit , habuit enim ædiculas in Carinis, & fundum in Labicano . & 126 a , Hic non modò

do non copiosus & diues, sed etiam inops ac pauper existimandus est. In Vat. 35 a, Ex paupere diues factus es. In V. 136 a, Tenuissimus.)(. Locupletissimus.

PAVPERTAS, tis. tenuitas, angustia rei familiaris, domestica difficultas, inopia, egestas, mēdicitas. Tusc. 202 b, Vt de paupertate, cuius onus disputando leuamus, docentes quā parua & quàm pauca sint, quæ natura desiderat. & 234 a, Paupertas, ignobilitas, humilitas. de Fin. 144 b, Paupertas si ma lum est, mendicus beatus esse nemo potest. contra Rul. 78 b, Homo non solum honoribus populi uerum etiam patiē tia paupertatis ornatus. Of. 40 b, Qui propter paupertatem sues puer pasceret. Par. 124 b, Ista paupertas uel potius egestas ac mendicitas tua.

PAX, cis. concordia, ocium, quies, tranquillitas, compositio, uenia. Att. 11 b, Pax uel iniusta utilior est quàm iustissimum bellum in ciuibus. Off. 8 a, Paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum. & 74 a, Cōsules nostri pacem cum Samnitibus fecerunt. In. A. 142 a, Cum his facta pax, non erit pax, sed pactio seruitutis. & 177 b, Pacem haberemus, quæ erat facta per obsidem puerum M. Antonij filium. & 182 a, Et nomen pacis dulce est, & res ipsa salutaris. & ibidem: Pax est tranquilla libertas. & 210 b, Ego pacem cum M. Antonio esse nolo. & 213 a, Habere pacem cū aliquo. & ibi. Esse pacem cum aliquo. I. A. 241 a, Pacis dulcissimum & pulcherrimum nomen. & ib. b, Quæ est enim conditio pacis, in qua ei cum quo pacem facias, nihil concedi potest? & 242 a, Non facere pacem, sed differre bellum. Antequam 193 b, Pax & concordia cæteris continetur, cum iam domesticis non insideat, sed publicè prouidēti eripiatur. & 194 b, Et uos ut tutā tranquillamq; pacem traheretis, mea perfecti uigilātia. Q. F. 290 b, Tibi data est summa pax, summa tranquillitas. In A. 152 a, Pax deniq; per eum cum prestantissimis ciuibus cōfirmata est. & Ep. 160 b, Conciliare pacem inter aliquos. At. 111 b, Spero etiam in præsentia pacem in nos habituros. pro Fl. 153 a, Pompeius pacem mari timam confecit. pro Mu. 131 b, Sylla Mithridatem, &c. cum pace dimisit. Tusc. 244 b, Nos illud quidem cum pace agemus.)(. Cum ira, iracundē. pro Cl. 38 b, Numarius inter pres pacis & concordiæ non probatur. pro Cornel. 62 a, Nihil est aliud in fœdere, nisi ut pia & æterna pax sit. I. A. 212 a, Poteritis igitur exploratam habere pacem, cum in ciuitate Antonium uideatis? & 213 a, Cum his pacem seruabit Antonius? de Pro. 69 b, Qui ut pace uterentur, uim argenteam dederunt. de Cl. 168 b, Eloquentia pacis est comes, ocijque socia. contra Rull. 65 a, Summa tranquillitas pacis & ocij. Tusc. 237 b, Placidissima pax. pro Cec. 291 a, In pace & ocio copias parare. Attic. 150 a, Rursus in spem pacis ueni. & ibid. Cum in spem uenero de compositione aliquid me conficere, de Pro. 69 b, Macedonia à Barbaris, quibus est propter auaritiam pax erepta, uexatur. de Som. 167 b, Pax sit rebus.

PAX. pro uenia. pro Rabir. 91 a, Ab Ioue pacem & ueniam peto, precorq; ut, &c. I. C. 117 b, Atq; ut in perpetua pace esse positis, prouidebo. pro Fo. 280 b, In bellis gerendis ab dijs immortalibus pacem & ueniā petere. de N. 17 a, Pace mihi liceat cœlestes dicere uestra, Mortalis uisus pulchrior esse dei. Tusc. 230 b, & de Le. 190 a, Cuius ego iudicium (pace tua dixeram) longè antepono tuo. de Or. 91 a, Tu uix ullam cæteris oratoribus (pace eorum dixerim) laudē reliquisti. & de Fat. 141 a, (Pace magistri dixerim) Off. 60 b. Peccauit igitur (pace uel Quirini uel Romuli dixerim) de Le. 191 a, Bona tua uenia dixerim. pro Cl. 50 a, Equites ordini senatorio cōcordia coniunctissimos esse cupio. pro S. R. 21 a; Recedere ab armis. pro Mil. 121 b, Pace tua patria dixerim (metuo enim ne scelerātè dicam in te, quod pro Milone dicam pie.)

PAXILLVS, li. Or. 211 a. Literam X è uexillo & paxillo, consuetudo euellit, unde uelum, & palus, li, ducta sunt.

PAEAN, nis. Apollo. In V. 130 a, Pæan apud Syracusanos cū Aesculapio colebatur. ibid. Signum Pæanis.

PVCCATVM, ti. delictum, erratum, crimen, culpa, error, uicium, noxa, noxia, maleficium, paruus actus, animi labes.)(. Rectè factum. de Finib. 104 b, Acad. 45 b, Sic inter rectè factum atq; peccatum, officium & contra officium media uocabar quædam: rectè facta sola in bonis actionib. ponēs, praua, id est, peccata in malis. de Am. 103 b, Nulla est errata peccati, si amici causa peccaueris. de Am. 111 b, Illorumque omnium patere in amicitia licentiam. de Fin. 97 a, Peccatum est prodere patriam. pro Mur. 139 a, Ar leue delictum est, omnia peccata sunt paria. de Nat. 28 a, Virtuosus sapiens confiteri peccatum suum maluit, quàm hærere in re publica religionem. de Or. 95 a, Oratoris peccatum si quod est animaduertum, stultitiæ peccatum uidetur. Attic. 103 a, Nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quod, &c. Ep. 97 b, Præter culpam & peccatum, quo semper caruisti, homini accidere nihil potest, quod sit horribile & pertimescendum. & 76 b, De quibus memini mihi à te Smyrna litteras esse allatas, non mei errati, sed tui: in quo peccatum uidebatur esse, si modo erat, fratris tui & Tullij. In Ant. 169 b, Quam facultatem mihi multitudo istius uitiorum peccatorūque largitur. Off. 71 a, Gladium reddere, peccatum est: non reddere, officium. Att. 45 a, Scio nos nostris multis peccatis in hanc ærumnam incidisse. & 131 b, Id quamis nostris peccatis uitijs uenerit, non possum sine molestia cogitare. Att. 137 b, Sic ego decem annorum peccata recordans succensebam.

PECCO, as. delinquo, aliquid admitto, uel committo, scelus admitto, scelere me astringo uel obstringo, uel deuinciō, re aliquam nefariam committo, facinus edo, scelus in aliquo edo, flagitium committo, scelera facio, culpam suscipio uel contraho, uel committo, uitium uel scelus concipio.)(. Rectè facio. de Fin. 100 a, Off. 64 a, Nunquam est utile peccare, quia semper est turpe. Or. 212 a, Impetratum est à cō suetudine, ut peccare suauitatis causa liceret. Attic. 46 a, Si quid in te peccaui, ac potius quoniam peccaui, ignoscentime enim ipsum peccaui uehementius. de N. 28 b, In hisi qui errauerunt, hominum coniectura peccauit. & 8 a, Xenophon eadē ferè peccat. & 7 b, Empedocles multa alia peccat. pro Mur. 138 b, Non multa peccas, inquit ille, &c. sedū peccas, te regere possum. Item: At ego te uerissimè dixerim peccare nihil. Or. 203 a, Decori ignoratione in poematis sæpissimè peccatur. de Fini. 71 b, In hoc eodem peccat Hieronymus. pro S. R. 27 b, In eam partem potius peccant quæ est cautior. Ep. 56 b, Vt ipsum quod maneam in uita, peccare me existimem. At. 98 b, Peccare in republica. Par. 120 b, Quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atq; ordinis.

PEXVS, xa, xū. I. C. 109 a, Quos pexo capillo nitidos uidetis.

PECTVS, oris. anterior pars à gula, usq; ad uentrem, animus, nerui, uires. de Or. 154 a, Onerandum & complendum pectus plurimarum & maximarum rerum copia. de Am. 114 a, In amicitia nisi (ut dicitur) apertum pectus uideas, tuumque ostendas, nihil fidum habeas, &c. de L. 166 a, Amicus per se amari debet toto pectore, ut dicitur. Att. 207 b, De hortis toto pectore cogitemus. Epist. 149 b, Incumbere ad laudem toto pectore.

PECVARIA, orum. pecorum greges, & armenta. ad Her. 35 a, Cum canes fungantur officijs luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus? de Cl. 172 a, Quæ societas pecuaria de P. Cornel. L. Mummio Cons. fecerimisset.

PECVARIVS, a, um. quod ad pecora pertinet. pro Quin. 2 b, Erat ei pecuaria res ampla & rustica sanè bene culta.

PECVARIVS, rij. magister pecoris. pro Deio. 148 b, Deiotarus diligentissimus agricola, & pecuarius habebatur. In V. 112 a, Aratores, pecuarij, mercatores, &c. & pro Fo. 262 a, Aratores, pecuarij, coloni, &c.

PECVLATOR, oris. Off. 66 a, Fures, peculatores, id est, qui peculatum faciunt.

PECVLATVS, tus. crimen eius qui publicam pecuniam auertit, pecuniæ publicæ furtum. pro Rab. 91 b, An de peculatu facto, de tabulario incenso longa oratio exprimēda est? Orat. 118 a, De sicarijs, de ueneficijs, de peculatu inficiari necesse est. ad Her. 4 b, Si quis peculatus accusetur, quod uasa publica de loco priuato dicitur sustulisse. pro Fl. 155 a, Damnari peculatus & damnari pecuniæ publicæ. In Ant. 241 b, Cum pecuniam publicam auertit, num fraude poterit carere peculatus?

PECVLIARIS, re. præcipuus. I. V. 186 b, Quid? peculiarem habes aliquam Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum suppediteret? pro Fl. 157 a, Venio ad Lysaniam, peculiarem tuum Deciane testem. Quin. F. 313 a, Hoc mihi peculiare fuerit, hic etiam isto frui. I. V. 155 a, Peculiare edictum, id est, ad aliquod tempus proprium.

PECVLIATVS, a, um. nummatus, pecuniosus. Epist. 164 a, Balbus plānè bene peculiatus. Pollionis.

PECVLIVM, peculij. proprium lucrum, præsertim seruorum. Par. 123 b, Qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis. & In V. 95 a, Peculia omnium uicarijs retinentur.

PECVNIA, æ. fortunæ nummi, patrimonium. Att. 62 b, Pecunia omnium dignitatem exæquat. 76 a, Magni æstimabant pecuniam non modo non cōtra leges, sed legibus parta, quæ quidem uel cum periculo est quærenda nobis: est enim efficatrix multarum & magnarum uoluptatum. de D. 103 a, Vt ostenderet etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse. contra Rul. 72 b, Poresta innumerabilis pecuniæ conficiendæ de uestris uectigalibus alienandis. Item: Redigere pecuniam ex rebus uenditis uel ex uectigalib. I. Redigo. Ep. 75 b, & 28 b, Erat enim curata nobis pecunia Valerij mancipis nomine. In V. 260 a, Dare pecuniam alicui. In P. 87 b, Nondum commemoro exactas pecunias, non captas, non imperatas. pro S. R. 19 b, In alienam pecuniam tam plenam atq; præclaram inuasit nullo iure. de Or. 134 a, Breui ad maximas pecunias uenturus es. pro S. R. 19 b, Pecunia fortunæq; Sex. Roscij. & ibid. Patrimonium tam amplum & copiosum. pro S. R. 22 a, Ipsæ amplissimæ pecuniæ sic dominus. I. A. 195 a, Pecunia nerui belli. pro R. P. 124 a, Iubet lex Iulia persequi ab ijs, ad quos ea pecunia, quā is accepit, qui damnatus sit, peruenerit. & 123 b, Quò ea pecunia peruenerit. Qu. F. 292 b, Græci omnes uias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ causa faciunt. In Arat. 205 a, Quantam pecuniam militibus in singulos Cæsar pollicitus sit, tantam dari placet.

PECVNIARIVS, pecuniaria, um. Att. lib. 10. Cùm propter alterius crudelitatem, alterius audaciam: tum propter utriusque difficultatem pecuniariam. ad Brutum. 292 a, Maximus autem, nisi me fortè fallit, in Repub. nodus est, in opia rei pecuniariæ.

PECVNIOSVS, a, um. nummatus, peculiatus. pro Quint. R. 52 b, Vir copijs rei familiaris locuples & pecuniosus. & Para. 124 b, Nocens & pecuniosus reus. ad Her. 21 b, Quærò igitur, unde iste tam pecuniosus factus est? In V. 240 b, Homo pecuniosissimus. & de In. 50 b, Pecuniosus.)(. Tenuis.

Perpavcvs, ca, cum. Att. lib. 6 Perpauci offensi. de Leg. lib. 1. Deque cum perpauca dixero, ad ius ciuile ueniam.

Pepavlvlvm. ad I. de Or. 122 a, Perpaululum loci.

Perpavlvm. de Fin. 5 b, Perpaulum declinare.

Perpavper. Att. 93 Ariobarsanes rex perpauper.

Perpello. lis. impello, permoueo. pro Cæ. 45 a, Vultus huius te oculique pepulerunt. de Ora. 88 a. Cn. Carbo quem tu adolescens pepulisti,

Perpendicvlvm, li. linea est, plumbeum cylindrum, parum appensum habens, quã à summo ad imum laterum æqualitatem fabri perpendunt. Victruuius autem lib. 7. sic distinguit. Longitudines, ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur. In V. 103 b, Nulla est columna, quæ ad perpendiculum esse possit. de Fat. 144 b, Si grauitate ferunturad perpendiculum atomi rectis lineis. Item: Columnas neque rectas, neque è regione Diphilus collocarat, aliquãdo perpendiculo & linea discet uti. Ac. li. 2. apud Nonium. Atqui si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. l. Norma, Linea, Regula,

Perpendo, dis, expendo, dirigo. pro Mur. 124 b, M. Catouitam ad certam rationis normam dirigens, & diligentissimè perpendens momenta officiorũ omnium. de Or. 156 b Hoc non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu iudicatur. I. V. 196 a, Aequitas æstimationis aratorum commodo & uoluntate perpenditur. pro Mu. 14 a, Hæc omnia ad rationem ciuitatis si dirigas, recta sunt: si perpendere ad disciplinæ præcepta uelis, reperiuntur prauissima. Am. 114 a, Amicitia quæ tota ueritate perpenditur. Q. de P. 208 b, In ijs omnibus generib. iudicato & perpendito quantum quisq; possit.

Perperam. prauè, peruerse, præposterè. pro Qu. 5 b, & pro Cec. 298 a, Seu rectè, seu perperam facere cęperunt, de In. 60 b, Res perperam constitutæ. ad Heren. 7 a, Qui fecerit illud tam nequiter, eundem hunc tam perperam fecisse nõ est mirandum.

Perpessio, onis. perpessus. pro Rab. 93 b, Harum rerum nõ solum euentus atque perpessio, sed etiam expectatio indigna homine libero est. de Fin. 59 a, Dolorum perpessio. & de In. 82 b, Laborum perpessio.

Perpessvs, sus. de Finib. 122 b, Dolor difficilis perpessu, &c.

Perpetior, ris. suffero, perfero. Epi. 50 a, Nisi hoc peius sit, hæc sufferre & perpeti. Item: Vt mihi tam multa pro te perpesso atque perfuncto concederet, ut præstarem, &c. Ep. 27 a, Vt perpessurus sim quiduis, &c. de Orato. 154, Ac mihi quidem nõ ita molesti sunt, facile omnes perpetior, & perfero. cont. Rull. 67 a, Mihi omnia potius perpetienda esse duco, quàm non, &c. de Fin. 78 b, Casus ille qui nobis miserabilis uidetur audientibus, illi perpetiendi erat uoluntarius. de Fi. 132 a, Cum mendicitatem multi perpetiantur, ut uiuant. de Fin. 59 a, Idem perpetiuntur dolore, ut, &c.

Perpetvitas. tis. perẽnitas, diuturnitas, continuatio. Of. 37 a, Malus custos diuturnitatis metus, contraque beneuolentia fidelis est, uel ad perpetuitatem. Quin. Fr. 325 b, Magis uoluntatis perpetuitatem, quàm promissorum exitum cepecto. Off 24 a, Vt constare in uitæ perpetuitate possimus nobismetipsis. de N. 51 b, Quod perpetuitatis causa machinata natura est. Tusc. 234 b, Non ex singulis uocibus Philosophi sunt spectandi, sed ex perpetuitate constantia. de Fin. 82 b, Qui autem diffidit perpetuitate bonorum, timeat necesse est. Tusc. 169 b, Perpetuitate consequentis temporis. Tusc. 234 b, Perpetuitas & constantia dictorum. de Or. 160 b, Perpetuitas, & quasi conuersio orationis.)(. Oratio membris intercisa. Orat. 197 b. la perpetuitate dicendi. de Ora. 129 a, Genus facetiarum quod in perpetuitate sermonis est. de Vn. 202 a, Perpetuitas pro immortalitate.

Perpetvo. in perpetuum. contra Rull. 87 b, Vt eam opinionem perpetuò retineatis. Quin. Fr. 298 b, & de Vn. 201 a, Facies perpetuò quæ fecisti. Epi. 49 a, Si perpetuò tacere & ibi. Statueram in perpetuum tacere. & 170 a, & 40 b, & 88 a. pro Cl. 39 a, Iudex, qui non perpetuò sedisset.

Perpetvo. as. continuo. as. de Orat. 159 a, Si cuiuspiam & infinitus spiritus, tamen eum perpetuare uerba nolimus. pro Syl. 179 a, Cęcilius iudicum potestatem perpetuandã legis acerbitatem mitigandam putauit.

Perpetvvs a, um. perennis, constans, æternus uel sempiternus, uniuersus, continens, contextus. I. C. 117 b, Atque uterque, uniuersus, continens, contextus. I. C. 117 b, Atque ut in perpetua pace esse possitis, prouidebo, de Na. 37 a, Stellarum perennes, atque perpetui cursus. In. C. 122 b, Ignis Vestæ perpetuus & sempiternus. de Natu. 10 a, Legis perpetuæ & æternæ uis. pro Rab. 90 b, Nam me mea uita perpetua consuetudo ad eum defendendum est adhortata. de In. 82 b, Stabilis & perpetua permansio in ratione beneficiosa. Qu. de Pet. 209 a, Firma & perpetua amicitia. & Ep. 90 a, Assidua & perpetua cura. Ep. 67 b, Qui omnes à perpetuis suis historijs ea quæ dixi bella separauerunt. & 68 a, A continentibus tuis scriptus, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris. de Fin. 67 b, Perpetua oratio non rhetorum solum, sed etiam philosophorum est. de Or. 110 a, Valde sum cupidus, te in illa longiore & perpetua disputatione audiendi. Q. F. 308 a, & de Or. 97 b, Cato Pompeium oratione perpetua tanquã reũ accusauit. de Orator. 129 a, In illo genere perpetuæ festiuitatis Ac. Aca. 16 b, Hortensius autem uehementer admirans, quod quidam perpetuo Luculio loquente ferat, &c. de Ora. 121 b, Perpetui & uniuersi generis quæstio. & de Cl. 174 a, Quæstiones perpetuæ. & de Nat. 60 b, Oratio uniuersa: id est, perpetua. Post. 210 b, Constans & perpetua defensio salutis meæ. Tusc. 247 a, Ita perpetuas & contexras uoluptates in sapiente fore semper. pro Fla. 165 a, Annui temporis criminationem omnis ætas L. Flacci & perpetua defendet. Att. 83 a, S.C. factum est, ut centesimæ perpetuo fœnore ducerentur. Atti. 189 a, b, Perpetuum morbum iurabo. Post. 205 a, Cum resp. non solum parentibus perpetuis, sed etiam tutoribus annuis esset orbata. I. V. 228 a, Vna uia lata atque perpetua, multæque transuersæ Syracusis. I. P. 90 b, A Brundusio usque Romam agmen perpetuũ totius Italiæ uidi. Topic. 229 b, Non solùm perpetuæ orationes, sed ẽt partes orationis ijsdem locis adiuuantur. Att. 12 a, Perpetua oratio.)(. Altercatio. & ibi. Tempus est nos de illa perpetua iam, non de hac exigua uita cogitare. Of. 41 b, Pecuniæ quærendæ non solùm ratio est, sed etiam collocandæ, quæ perpetuos sumptus suppediteret. I. A. 156 a, Quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa perpetuasq; leges esse uoluit pro nihilo habebuntur? In. A. 248 b, Mea perpetua atque constans uoluntas in remp. de I. 179 b, Perpetua sacra. pro Mil. 111 a, Perpetua alicuius consuetudo in ui inferenda.

In perpetvvm. id est, perpetuò. de Am. 101 a, In perpetuum.)(. Ad quodcum tempus. Attic. 76 b, Euersam in perpetuum prouinciam nos inuenisse scito. de Orat. 119 a, Hoc meditatum nobis in perpetuum esse debet. In. Cat. 103 b, Hæc reipub. pestis paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi potest. contra Rull. 77 a, Res uestras in perpetuum alienari. ad Brutum 90 b, Eum in perpetuũ alienari. ad Brutum 90 b, Eum in perpetuũ modestiorẽ spero fore.

Perplacet. At. lib. 3. Vide legem quam T. Fabio scripsit T. Visellius: ea mihi perplacet.

Perpolio, lis. expolio. l. Polio. l. Politus, Episto. 69 b, Et ea quæ habes instituta perpolies. & de Vn. 203 a, Perpolire. & absoluere aliquid imperfectum. pro Cor. 58 a, Placuit, ambobus adhiberi hunc à me quasi perpoliendi quendam operis extremum laborem. de Or. 113 a, Tractu orationis leui & æquabili perpoliuit illud op°. de Or. 127 a, Hæ duæ partes, quæ minimè præceptis artium sunt perpolitæ.

Perpolitio, onis. expolitio. ad Her. 28 a, Insignita perpolitio uerborum.

Perpolitissime. de In. 34.

Perpolitvs, a, um. expolitus, excultus. pro Sest. 22 b, Vita perpolita humanitate. ad Her. 27 b, Omnes partes orationis æqualiter perpolitæ. de Orat. 90 a, Homines perfecti in dicendo & perpoliti,

Perpotatio, onis. I. P. 84 a, Intemperatissimæ perpotationes.

Perpoto, as. I. V. 263 b, Perpotare totos dies.

Perpvgnax, acis. de Or. 92. perpugnax in disputando.

Perpvrgo, as. pro Mur. 137 a, Nunc mihi tertius ille locus est orationis de ambitu criminibus perpurgatus ab ijs qui ante me dixerunt. & de Dom. 108 b, Perpurgatus est is locus &c.

Perpvsillvs. de Orat. 131 b, Perpusillum rogabo. iocus ex ambiguo, nam & pusillum hominem significat, & breuiter.

Perqvam, ualde de Or. 118 b, Quod mihi quidem perquam puerile uideri soleat. & 123 b, Hoc perquam optandum nobis. & 127 a, Sic illud perquam breuiter perstrinxi. & Tusc. 185 b, Perquã flebiliter Vlysses lamentatur in uulnere. ꝑ Pla. 262 a, Hic quas ille dignior perquam graue est dictu. & Tusc. 171 b, Illud uero perquam inane.

Perquiro, ris. exquiro, inquiro. de Orato. 153 a, I. V. 208 b. Scribit ad quosdam, ut ea uasa, perquirant. de Finib. 136 b, Contemplari & perquirere resoculta. pro Cluen. 55 b, Perquiritur à coactoribus. Qu. de Pet. 209 b, Perquiras etiam, & inuestiges homines ex omni regione, &c. pro Cæ. 48 b, Possum etiam illa ab accusatore perquirere, ubi sit nam, &c.

Perquisitivs, adu. erb. exquisitius. de In. 57. Perquisitius & diligentius.

Perraro. adu. de Or. 85. de Fin. lib. 2

Perreconditvs, ta. de Or. 96. faculta.

Perridiculvs, la. I. V. 112. Perridiculi homines. de Or. lib. 2. Perridicula doctrina.

Perridicvle, de Or. 131.

Perrvmpo. pis. disrumpo, perfringo, ui aperio, perseco. Tusc. 157 a, Accedit ut eo facilius animus euadat ex hoc aere, eumq; perumpat. & ibidem: Ab his perrumpitur & diuiditur crassus hic aer. I. A. 244 b, Sed effugi insidias, perrupti Apenninum. &c. Offic. 59 a, Pęnam legum, quas perrumpunt, non uident. Attic. 131 a, Exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere non posse.

Persaepe. I. V. 263. & de Leg. li. 2

Persa, & Persę. Regnum non modò Rom. homini, sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile, 10 ad Att. Persæ circa circũlitos mortuos conduunt, ut quã maximè permaneant diuturna corpora, 1. Tusc. Persæ ad Delum appulsi, nihil in ea uiolarunt, 3 in Ver. Vescuntur nasturtio Persæ ut scribit Xenephon, 2 de Fin. Persarum à Xenophonte uictus exponitur, quos negat ad panem adhibere quicquam præter nasturtium, 5 Tusc. Nec Persarum Magos sequor, quibus autorib. Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur, 2 de Leg. Nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non antè Magorum disciplinam, scientiamque perceperit, 1. de Diuin. Solere aiunt barbaros reges Persarum ac Syrorum plures uxores habere: his autem uxorib. ciuitates attribuere, &c. 5 Ver. In Persis augurantur & diuinant Magi qui congregantur in fano commentandi causa, atque inter se collequendi, 1. de Diuinat. 99.

Persalsvs, sa. de Or. 134.

Persalse. Atti. 316. Persalse & humaniter.

Persalvtatio. onis. salutatio. pro Mur. 134. b

Persalvto, as. saluto. pro Fl. 155. a

Persapiens, tis. de Prouinc. 78. Magni & per sapientis hominis.

Persapienter. pro Mil. 103.

Perscienter. de Cl. 182.

Perscribo, bis. refero, datum alicui refero, in tabulas publicas refero. contra Rull. 83 b, Hoc perscriptum in monumentis ueteribus reperietis. pro Flac. 155 b, Pecuniam in ædem sacram reficiendam se perscripsisse dicunt. & ibid. Cum Flacco datam referunt. pro Qu. R. 45, Aequè enim tabulæ condemnantur eius, qui uerum non retulit, & eius qui falsum perscribit. & ibi. Egone hanc manum impellere potui, ut falsum perscriberet nomẽ? & Ep. 142 b, pro Syl. 175 a, Constituti senatores, qui omnia iudicum dicta perscriberent. I. C. 111 b, Et quoniam nondum est perscriptũ senatusconsultum ex memoria uobis Quirites, quid senatus censuerit exponam. pro Sy. 174 b, Recenti memoria senatus autoritatem huius iudicij monumentis publicis testatus sum. Epi. 3 b, Senatus autoritas perscripta. I. P. 87 a, Iis uerbis ea de me senatus autoritas declarata est, ut nemini sit triumphus honorificentius quàm mihi salus restitutioq; perscripta. de Ora. 143 a, Et eundem id quod in autoritatibus perscriptis extat, scribendo affuisse. In Pis. 92 b, Rationes etiam perscriptæ erant ita & scitè & literatè, ut scriba, &c. Attic. 47 a, Fac ut omnia ad me explorata perscribas. Epist. 52 a, Nunc mihi Q. Frat. mitissimam tuam orationem perscripsit. Epist. 6 b, De meis rebus ad Lælium perscripsi. Epist. 6 b, Vt perscripsi ad te antea. Attico. 93 b, Ad ipsum hæc præscripsi omnia.

Perscriptor, oris. I. V. 185. Scriba perscriptor fęnerationis.

Perscriptio, onis. Epist. 60 a, Iam illud S.C. quod, &c. ea perscriptione est, ut dum id extabit, officium meum in te obscurum esse non possit. in Ant. 196 a, Antonius septies millies falsis perscriptionibus donationibusque uertit. in Rull. 70 b, Legis perscriptio. de Orat. 107 a, Si de tabulis & perscriptionibus controuersia est. pro Q. Rosc. 45 b, Suarum perscriptionum & literarum aduersaria proferre.

Perscrvtor, aris. exquiro, inquiro. pro Flac. 150 a, Itaque perscrutamini penitus naturã rationemq; criminum. In. V. 210 b, Inuestigare & perscrutari omnia. Tusc. 239 a, Speculari & perscrutari omnia. de Inu. 55 b, Definite literis perscrutari omnia. de Inu. 78 a, Perscrutari uoluntatem alicuius domesticis suspicionib. Off. 38 a, Dionysius præmittebat

bat de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres,& ne quod occultaretur telum exquirerent.

PER se. ex se, sua sponte, à natura, natura, & specie sua, separatus. de Vn. 198 a, Mundus per se & à se, & patitur & facit omnia. Tuscul. 246 b, Voluptas per se, quia uoluptas est, semper optanda est. de Diuin. 134 b, Siue externus pulsus dormientium animos cõmouet, siue per se ipsi animi mouentur. de D. 133 a, Verum censemus animos per semetipsos in somniando mouerĩ an externa & aduentitia uisione pulsari. de Finib. 54 a, Si concederetur ista sua sponte & per se esse iucunda, per se esse uirtus & cognitio rerum expetenda. & 59 a, Nec patientiam laudari suo nomine. pro Plan. 267 b, Non enim si, &c. idcirco ista editio per se non accerba est. in An. 225 a, Per se nullo adiuuante confecit. Parad. 125 b, Possessio uirtutis ipsa suis se uirib. sustinet.) (. Possessio, quæ quo maior est, eo plus requirit ad se tuendam. I. A. 192 b, Gallia ipsa sua sponte suoq; iudicio excitata. de Fin. 82 a, Amicitia ipsa sua sponte, ui sua ex se & propter se expetenda. in Ant. 198 b, Quæ separatim suo nomi nejnotant accenseo. de Ar. 249 b, Id monstrum sibi ipsum est. Epi. 150 a, Vt si res ipsa loquebatur: id est, per se nota erat. Off. 30 b, Quod honestum est per se, nobis placet, animosque omnium natura & specie sua commouet. de Am. 111 a, Naturalis illa amicitia per se & propter se expetenda. & ibid. Per se quisque charus. de Finib. 72 a, Rectum ipsum quod per se, sua ui, sua natura, sua sit spõte laudabile.

PERSECO, as. Att. 212 a, Quare da te in sermonem, & perseca & confice, &c. Acad. 31 a, Ecquid nos rerum naturas perseca re, aperire, diuidere possumus.

PERSECVTIO, onis, hoc uerbo Vlpianus extraordinarias iuris actiones putat contineri, ut fideicommissorum, & aliorum quæ non habent iuris ordinarij exequutionem. Orat. 210 a, Persecutionũ cautionumq; præceptio in iure ciuili.

PERSEPHONE, es. id est, Proserpina. de N. 39.

PERSEQVENTISSIMVS iniuriarum. de In. 11.

PERSEQVOR, ris, sequor, consequor, insequor. Epist. 34 a, Eò discessisti, quò ego ne persequi quidem posseṁ triginta diebus. Acad. 40 a, Siue enim Zenonem sequare, magnum est, &c. & ibid. Si uerò Academiam uetere ṁ persequamur, &c. Att. 116 b, & Ep. 152 b, Pompeium persequi Cæsar dicitur, & Att. 276 a, Persequi aliquem bello. de Diu. 139 a, Superstitio quocunque te uerteris persequitur. I. V. 273 a, Horum nos hominum sectam persequimur. pro D. 242 a, Nec institutas ceremonias persequi potuit. Ac. 1 a, Perse qui inimicitias. in Verr. 110 b, Iniurias suas per uos ulcisci ac persequi statuerunt. & 65 a, Qui iniurias suas persequi uolunt. pro Do. 223 a, Is morem eius se persequi uelle dixit. & I. A. 255 b, Persequi mortem alicuius. pro Cec. 291 a, Vt tuas iniurias persequar. i. à te factas. pro Cæc. 286 b, & I. V. 58 a, Persequi ius suum. I. V. 154 b, & pro Fla. 156 a, Bona sua repetere ac persequi lite atque iudicio. Ep. 132 a, Cum pœnas à seditioso ciue per bonos uiros iudicio petit qui uellet. pro Q. 7 b, Persequi rem suam id est, petere in iudicio. in Ant. 242 a, Vt uitã inopẽ & uagam persequamur.

PERSEQVI, complecti, describere, percensere. pro Cæl. 291 a, Persequi tutissima quæque. de Clar. 175 b, Nunc reliquorum oratorum ætates & gradus persequamur. de N. 23 b, & 77 a, Epicurus uoluptates persequitur omnes nominatim. Acad. 41 a, Brutus sic philosophiam latinis litetis persequitur, nihil ut, &c. Ep. 147 a, & de Fin. 51 b, Et persequi omnia literis. de D. 111 b, Qui siderum motus numeris persequuntur. Epist. 147 a, Sed breuiorem me duæ res faciunt una, quòd publicis literis omnia sum persecutus, altera, &c. de Fin. 140 a, Nec iam copiam quam potui, &c. persecutus. in An. 165 b, Longum est persequi cæteros, &c. I. P. 81 b, Persequere connexos his funeribus dies. de Pro. 73 a, & Epist. 32 b, Si idem extrema persequitur, qui inchoauit, iã omnia persecta uidebimus. & 111 b, Persequi extrema, pro D. 242 a, Nec istitutas ceremonias persequi potuit. de Ar. 248 a, Vix quisquam arte ulla ordinem rerum ac ac uicissitudinem persequi potest. Off. 51 b, Has res Xenophon commodissimè persecutus est in eo libro, qui, &c. de D. 90 b, Is diligentissimè res Annibalis persecutus est. de Sen. 80 a, Quæ uersibus persecutus est Ennius. pro Syl. 175 a, Qui consuetudine & celeritate scribẽdi facillimè quæ dicerentur, persequi possent. pro Ar. 188 a, In ea autem persequenda omnes cruciatus corporis parui sunt ducendi. Orat. 202 a, Id notandum est ad studium persequẽdæ suauitatis in uocibus. Or. 206 a, In lege Manilia temperata oratione ornandi copiam persecuti sumus. I. P. 86 a, Tristissimis omnibus aliquem exeuntem persequi. de Orat. 115 a, Persequi aliquid actius. Epi. 85 a, Persequi uitia alicuius. in Pi. 90 b, Quæ tu diuerticula, quas flexiones, dum omnes solitudines persequeris, quæsisti? Atti. 150 b, Persequipenas alicuius. Qu F. 315 a, Tua mandata persequar diligentẽ: id est, exequar. de Sen 80 a, Vt aui reliquias persequere. de Le. 187 b, Qui legatione hæreditates aut syngraphas suas persequuntur.

PERSEVERANTIA, tiæ. assiduitas, constantia. de Inuen. 81 b, perseuerantia est, in ratione bene cõsiderata, stabilis & perpetua permansio. Part. 235 b, Aliud an idem sit, ut pertinacia, & perseuerantia. pro D. 214 a. Nimia perseuerantia, pro Planc. 278 a, Ergo ille cum perseuerantiam sententiæ suæ, non salutem reip. retinuisset, tamen, &c. in Ant. 211 b, Retinenda est igitur nobis constantia, grauitas, perseuerantia.

PERSEVERO, as, persisto, permaneo, persto, pergo tenere eam uiam quam instituì, agere pergo. Att. 93 a, Et quod tibi Romæ ostenderam me seruaturũ, in eo perseuerauì. in Anto. 222 a, At ille in hac constantia morbo aduersante perseuerauit. de Prou. 71 a, Statuit ius dicere, & in eo perseuerauit. I. A. 193 b, Vt uos in ista sententia perseueretis. & del. 189 b, Perseueras tu quidem, & in tua uetere sententia permanes. & de N. 76 b, Perseuerare in eadem sententia. de In. 62 b, Perseuerare in uitijs. pro Quin. 14 a, Quod tu pessime suscepisses, perseuerare & transigere non potuisti. Att. 254 a, Et ad urbem ut nõ accederem, perseuerauì. pro Qu. 5 b, Dolabella iniuriam facere fortissimè perseuerat. pro Quint. 12 a, Si inimicissimà contendere perseuere. I. V. 220 a, Quod cum omnibus displiceret, non est ab illo perseuerat ũ. Ep. 145 a, Id quod antè ceperam, agere perrexi. Epist. 108 a, Quare mi Cicero perseuera constanter nos defendere. Attic. 125 b, Quod quæris, quid Cæsar de me scripserit, quod sæpe gratissimum sibi esse, quod quærirem, oratq; in eo ut perseuerem. & I. A. 140 a, Cuiusis hominis est errare, nullius nisi insipientis perseuerare in errore. Am. 100 b, Cum Pylades Orestem se esse diceret, Orestes autem se esse perseueraret. i. constanter affeueraret.

PERSEVS, sei. de Natur. 84 a, Ad pedes Andromedæ, Perseus describitur.

PERSICVS, a, um. de Sen. 89 b, Cyri purpura, ornatusque Persicus multo auro multisque gemmis. de D. 90 a, Dionysius Persicus.

PERSIMILIS, le. I. P. 99. l. Memoria.

PERSISTO. persto, perseuero. de Finib. 87 b, Si in eo persistetis, ad corpus ea quæ dixi referre.

PERSOLVO, uis. de Or. 111 a, & de Fin. 50 b, Epist. 133 a, Tantum me tibi debere existimo, quantum persoluere difficile est. Item, Sinite me, quod uobis fretus huic sæpe promisi id à uobis ei persoluere. In Verrem 269 b, Persoluere pœnas iudicio. I. Pœna. Att. 103 b, Versoluere rationem officij sui. Att. 101 b, Si mihi hoc χίνημα psolueris, magna me cura liberaris. Att. 245 a, Persolui primæ epistolæ, uenio secundam. Epi. 39 b, Persoluere promissa. pro Planc. Persoluere gratiam. de Ar. Persoluere uota. Ar. li. 1. stipendiũ I. V. act. 7. officium.

PERSONA, næ. est ea qualitas, qua homo differt ab homine iis in rebus quæ rhetores attributa personarum uocant. ut pater, filius: maritus, uxor. iudex, imperator: philosophus, orator, & id genus alia. ponitur pro munere, & partib. de Orat. 126 a, Sæpe uidi cum ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis uiderentur. Epi. 48 a, Cæsar nunquam nisi honorificentissimè Pompeium appellat, at in eius persona multa fecit asperius: armorum ista & victoriæ sunt facta, multa fecit asperius: armorum ista & uictoriæ sunt facta, non Cæsaris. Epi. 33 a, Neque enim obscuris personis, nec paruis in causis res agetur. ad Her. 2 a, A persona alicuius paruis in causis res agetur. ad Her. 2 a, A persona alicuius capere beneuolentiam. Epist. 50 b, Ea reminiscere, quæ dixi gna tua persona sunt. Ep. 61 b, Libenterq; commutare persona te mihi fratris loco esse duco. de Orat. 121 b, Hominum innumerabiles personæ. de N. 74 a, Medea & Atreus heroicæ personæ. Att. 128 b, Ecque pacifica persona desidetur. In A. 173 a, Exultabat gaudeo persona de Mimo, modò egens, repentè diues. de Or. 118 a, Tres personas unus sustineo: meam, aduersarij, iudicis. Off. 25 a, Magistratus gerit personam ciuitatis. pro Planc. 280 b, Is abiecit quæstoriam personam, comitisq; sumpsit. Att. 147 b, Ad eam rationem existimabam esse satis aptam naturam ac personã meam. Att. 237 b, Quid est autem cur ego personatus ambulem? parum ne fœdę persona est ipsius senectutis. Off. 20 a, Nobis autem personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia præstantiaq; reliquarum animantium. & ib. Nobis autem à natura, constantiæ moderationis, temperantiæ, uerecundiæ partes datæ sunt. Off. 23 b, Ac duabus his personis, quas suprà dixi, tertia adiungitur, quam casus aliquis uel tempus imponit. Offic. 37 b, Cùm tractaretur Atreus, personæ seruiendum fuit. I. A. 219 b, Magnum est in rep. tueri personam principis. Of. 23 b, Ipsi autem quam personam gerere uelimus, à nostra uoluptate proficiscitur. I. A. 205 b, Ita ueni in senatum, ut meminissem quam personã, imposituṁ à uobis fuisse inerem. & 208 a, Quanquã non alienu ṁ fuit personas quasdam à uobis recognosci, ut, &c. I. P. 84 b, Non capiunt angustiæ pectoris tui tantam personam tam grauem, tam seueram: id est, personam consulis. pro Quint. 8 a, & Epist. 111 a, Petitoris personam suscipere accusatoris deponere. pro Syl. 168 b, Deniq; istam personam uehementem & acrem, quam mihi tempus & resp. imposuit, iam uoluntas, & natura ipsa detraxit. pro Cec. 287 b, Quam personam cognoscitis mulierum assentatoris, cognitoris uiduarum, & hanc personam imponite Ebutio, iuuenis, &c. I. P. 95 a, Qui philosophiam profitetur, grauissimam suscipiet personam. de Cl. 171 b, Paulus persona principis ciuis facilè dicendo tuebatur. & 179 b, Ad tuendã personam magistratus. de Or. 98 a, Is qui hanc personam susceperit, ut amicorum partes tueatur. 147 b, Nec adhuc quam personam teneant intelligunt. pro Mur. 125 a, Ego has partes lenitatis & misericordiæ semper egi libenter, illam uerò grauitatis & seueritatis personam non appetiui, sed à rep. mihi imposita sustinui. & Off. 20 a, Nobis à natura uerecundiæ partes datæ sunt. cont. Rul. 75 b, Vos mihi personam hanc imposuistis, ut eam tuerer.

PERSONATVS, a, um. de Or. 163 b, Nostri senes, qui personatum ne Roscium quidẽ magnopere laudant. Ac. 137. Quid est autem cur ego personatus ambulem?

PERSONO, as. percrepo. pro S. R. 41 a, Cantu uocum, neruorum & tibiarum, tota uicinitas personabat. & I. P. 84 a, I. A. 180 a, At uerò te inquilino personabant omnia uocibus ebriorum. pro Pl. 277 b, Cum furialis illa uox secum illos facere acerbissimè personabat. pro Cæl. 47 b, Illi ueró non loquuntur solum, uerum etiam personant, hunc unius muliebris libidinem esse prolapsam. Epist. 92 a, Iam tamen per sonare aures eius huiusmodi uocibus non est inutile.

PERSPECTVS, a, um. certus, cognitus, exploratus, pertractatus. Attic. 47 a, Fac ut omnia ad me perspecta & explorata perferibas. Ac. 170 b, Tua erga me mihi perspectissima beneuolentia. de Or. 138 a, Tota causa pertractata atq; perspecta. & Ep. 6 a, Re perspecta atq; cognita. de Or. 92 b, Artem cognitis penitusq; perspectis rebus contineri. Att. 273 a, Clodij animum perspectum habeo, cognitum, iudicatum. Orat. 208 a, Erit etiam ei perspectum, nihil posse, &c. de Fat. 143 a, Quod erit ei perspectum in arte. pro Cor. 58 a, Virtus audita.) (. Virtus pręsens, experta atq; perspecta. de Or. 94 a, Ars definitur ex rebus penitus perspectis, planeque cognitis, &c. Off. 30 a, Is quorum uita perspecta in rebus honestis atq; magnis est.

PERSPERGO, gis. respergo, profundo. de Orat. 98 a, Lepos quo tanquam sale perspergatur omnis oratio.

PERSPICACITAS, tatis. solertia, acumen. Atic. 17 a, Nunc uides quibus fluctibus iactemur, & si ex ijs quæ scripsimus (tanta es perspicuitate) etiam à me non scripta, perspicis. ex Gallico Sim. Colinæi exemplari.

PERSPICAX, cis. solers, acutus. Off. 20 b, Id quod acutum & perspicax natura est. Offic. 71 a, Palamedis perspicax prudentia.

PERSPICIENTIA, tiæ. consideratio, contemplatio, cognitio, intelligentia. Off. 4 a, quod honestum est, aut in perspicientia ueri solertiaq; uersatur, aut, &c.

PERSPICIO, cis. animaduerto. de In. 64 a, Animus ita uidetur affectus fuisse, ut rem cum consilio & cura perspicere non potuerit. de Leg. 168 a, Homo cum seipse perspexerit, totumq; tentarit, intelliget, &c. de Ar. 247 b, Nemo illorum prudentiam non dicam assequi, sed quanta fuerit, perspicere potest. Ep. 3 a, Quod tum dicendo, tum singulis appellandis rogandisq; perspexeram. Epist. 40 b, Nollem accidisset tempus, in quo perspicere posses quãti te facerem, quanquam in consuetudine quotidiana perspexisses, sicuti perspicies. pro Syl. 181 b, Perspicite etiam atq; etiam, &c. penitus introspicite istorum mentes. I. C. 101 b, Quorum tu studia perspicere potuisti. de Amic. * Quidem sæpe in parua pecunia perspiciuntur, quàm sint leues. de Or. 103 b, Qui rerum omnium naturam perspexerit. Attic. 29 a, Ex fronte, ut aiunt, meum erga te amorem perspicere potuisses. Off. 36 a, Perspicere quid in quaq; re uerum sit.

PERSPICVE. manifestè, apertè, dilucidè. pro Cæl. 42 b, Non me hæc mouent, quæ perspicuè falsa sunt. & de Di. 116 a, Diuinatio perspicuè tollitur. de In. 58 b, Falsum est in quo perspicuè mendacium est. & 59 a, Res perspicuè turpis. de Fi. 94 a, & de In. 63 a, Planè & perspicuè dicere uel scribere aliquid.

PERSPICVITAS, tis. euidentia. Acad. 5 b, Nihil est clarius ἐναργίᾳ, ut Græci, perspicuitatem aut euidentiam, nos ſ placet, nominemus. de N. 61 b, Perspicuitas argumentatio ne leuatur. l. Enargia.

PERSPICVVS, clarus, euidens, apertus, manifestus, minimè dubius. de N. 61 b, Quasi hoc perspicuum sit, constet q̃s inter omnes esse deos. de Orat. 120 b, Perspicua sunt hæc qui dem, & in uulgari prudentia sita. de In. 55 a, Hæc propositio indiget approbationis, non enim perspicua est. & ibid. Ex his omnibus illud perspicuum est, approbationem, &c. & de Or. 128 b, Iam illud perspicuum est, omnium rerum, &c. pro S. R. 21 b, Rem quæ suspiciosa sit, perspicuam facere. I. V. 67 a, Facere aliquid perspicuum. pro Dom. 226 a, Quosdam se in medios hostes ad perspicuam mortem pro salute exercitus iniecisse. pro Quint. 15 a, Perspicua ueritas. Off. 36 a, Quis est enim, cui non perspicua sint illa, quæ pluribus uerbis à Panætio commemorantur.

PERSTO, as. persisto, perseuero. pro Q. R. 54 a, Perstat in sententia Saturius. & 49 b, Perstat in impudentia. Ac. 7 b, Tamen ne in ista praui tate perstabitis. Off. 6 a, Qui negat aliquid, & in eo perstat. Off. 60 a, Vrgent rusticè sanè, negant enim posse, & in eo perstant.

PERSTRINGO, gis. percurro, leuiter tango, strictim attingo. breuiter strictimq; dico, non longius persequor, incido me dia ut citò ad extrema ueniam, pungo. I. V. 225 a, Rei magnitudo me breuiter perstringere atrocitatem criminis nõ finit. de Or. 127 a, Sic quid esset illud, perquam breuiter perstrinxi atque attigi. pro S. R. 33 b, In animo est leuiter transire ac tantummodo perstringere unamquamq; rem. I. A. 169 b, Nunc reliquum cursum uidete, quem quidem celeriter perstringam. ad ea enim, quæ &c. festinat animus. de Cl. 195 b, Consulatus meus illum leuiter perstrinxit. Ac. 238 a, Itaq; perstringam fine ulla contumelia. I. Ai 179 b, & de Am. 104 b, Quem locum breuiter perstrinx paulo antè. & de Sen. 85 b, Voluntas rationi inimica, mentis, ut ita dicam, perstringit oculos. pro R. P. 129 b, Nec illius animi aciem perstringit splendor sui nominis, nec mẽtis quasi luminibus officit altitudo fortunæ & glorię. Brut. 289 a, Qui splendore falsi honoris obiecto aciem boni ingenij perstringunt. de Fi. 118 b, Aciem animorum nostrorum uirtutis splẽdore perstringitis. I. A. 240 a, Quod uidebam equidem, sed quasi caliginem perstrinxerat aciem animi Bruti falus. In Vat. 34 a, Cuius splendor ac dignitas perstringebat oculos Vatinij. & ad Heren. 39 b, Existimat se gemmæ nitore & auri splendore oculos omniũ perstringere. At. 9 a, Perstringere aliquem: id est, carpere, pungere. &c. pro Sest. 5 a, Vt eos quorum scelere essem uiolatus, uocis libertate perstringerem. pro Plan. 266 b, Ille l. Crassi uoluntatem asperioribus uerbis sæpe perstrinxit impunè. pro Syl. 275 b, Nemo unquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non præuerterem. I. A. 179 b. Aratrũ, cuius quidem uomere portam Capuæ penè perstrinxisti.

cont.

con.Rul.79 b,Quod solum tamen exile & macrum est,ut aratro perstringi non possit.

Perstvdiosvs,a.Atti.80 b,Perstudiosus tui.

Perstvdiose.de Cl.153.

Persvadeo,des.probo,ad credendum duco,fidem facio. ad Her.2 b,de N.13 b,Esse deos persuaderi mihi non opinione solum,sed etiam ueritate planè uelim.Ar.106 b, Prorsus ita esse,ut scribis,mihi persuades. Aca.29 b,At hoc Anaximandro populari suo non persuasit. Att.254 a, Hoc mihi non solum confirmauit,sed etiam persuasit. In A.165 a,Quorum si uirtutuis persuasissem,in has miserias nunquam incidissemus. Offic.13 a,Cum persuasum sit,uihil hominem nisi quod honestum sit,expetere oportere. Ar.162 a,Sic enim uolo te tibi persuadere mihi neminem esse chariorem. Sen.93 b,Mihi nunquam persuaderi potuit,animos,&c.de Orato.150 b,Att.229 b.Hoc tibi primum persuadeas uelim,me,&c. Ep.170 a,Hoc uelim tibi pernitus persuadeas. Of.59 b,Omnib. persuasum esse debet si possemus,&c.I. V.248 b,Omnes sic habent persuasum,istum clàm à piratis pecuniam accepisse. Epi.168 a, Persuasum est mihi de tua fide.& 172 a,Persuasissimum mihi est. Tusc.222 a,Ne si fortè de paupertate non persuaseris,sit ægritudini concedendum. I. V.202 a,Quid si magnitudine pecuniæ persuasum est eiusmodi simile non est. de Or.96 b,Oratoris officium est,dicere ad persuadendum accommodatè.de In.47 a,Si ab ijs,qui ante dixerunt, iam quiddam auditori persuasum uidetur.& ad Here.2 b. Aut cum animus auditoris persuasus uidetur.

Persvasio,onis.I Fides.de In.7.& 43.& 51.& 66.

Persvasvs,a,um.Tusc.206 a,Opinio mali,quo uiso & persuaso ægritudo insequitur necessariò.

Persvtilis,le.pertenuis.pro Planc.271 a,Perelegans & subtilis oratio.

Pertaedet,pertæsum est,tedet ualde.Quin.Fr.300 a,Pertæsum est leuitatis Græcorum.Or.212 a,Ex quo quidam perteęsum etiam uolunt,quod eadem consuetudo non probauitid est,pertæsum.

Peptendo,dis.contendo,confero.pro Cornel.57 a,Nos G.Pompeij decretum iudicium,de consilij sententia pronunciatum recognoscemus?cum legibus conferemus?cum fœderibus,quorum acerbissima diligentia est,pertendemus?

Pertento,as.attento,exploro.Quint.Fr.305 b,Perspice rem & pertenta.de Orator.138 a,Tota causa pertentata atque perspecta.de In.66 b,Pertentare aliquam rem ex omnibus partibus.

Pertenvis.nue.pro Cecin.Pertenuis uis.de Or.93 a,Dicédi aut nullam artem aut pertenuem uideri.Ep.lib.14.Spes pertenuis.pro Cl.suspicio.In Verr.act. 3.Pertenue argumentum cont.Rul.Pertenue discrimen.

Perterebro.as.exterebro,perforo.de D.90 b,Annibal columnam auream perterebrauit.

Perterreo.es.terreo,conterreo,exterreo,metum affero. pro Cecin.289 b,Ferro,inquit,te reieci,æque perterrui, Item ibid.Omnes metu perterriti,in fugam se conferunt.

Perterrickepvs,a,um.Or.212 b,Ennij,quod terrores crepat,& incutit.

Perterritvs,a,um.exanimatus.)(.Alacer,gestiens.de Diui.92 b.Is primo perterritus somnio surrexit,deinde cum se collegisset,&c.recubuit.Item ibidem:Tum ego contremui timore perterritus,pro Mil.113 a,Milo nullo metu perterritus,nulla conscientia exanimatus.I.C.107 b, Catilina obstupefactus ac perterritus mea diligent a,&c. pro Cæl.51 b,Alacer.)(.Perterritus.Am.103 b,Itaq; hac amentia quæstione noua perterritus,in Asiam profugit, Ar.78 b,Perterritos,inermes,saucios non sunt,nostri duces persecuti,

Pertexo,is.detexo,perficio.Attic.9 a,quid multa? totum hunc locum quem in Aristocratia ego uariè meis orationib.soleo pingere,de flamma,de ferro,&c.ualde grauiter pertexui.de Orator.121 b,Pertexe modo Antoni,quod exorsus es.

Perterrefactvs.Ep.177.Bruti.

Pertimesco,scis.perhorresco.Epistol.12 a,Non putaui fa mam inconstantiæ mihi pertimescendam.pro Quint.1 b,Gratia Sex.Nævi ne P.Quintio noceat,id uerò non mediocriter pertimesco.I.P.84 a,In quo ne tum quidem fortunæ rotam pertimescebat.I.V.66 a,Pertimescere de honore ac fama sua.

Pertinacia,cie.obstinatio,peruicacia.Offic.13 a,In magnitudine animi facillimè pertinacia & nimia cupiditas principatus innascitur.Acad.17 a,In minimis rebus pertinacia reprehenditur,calumnia etiam coercetur.Tusc.176 a,Et refellere sine pertinacia,& refelli sine iracundia parati sumus.de Finib.54 b,Nec cum iracundia & pertinacia rectè disputari potest.pro Plan.27 b,Libertatem non in pertinacia,sed in quadam moderatione positam putabo.pro Mar.134 a,Qui sua pertinacia uitam amisserunt, de In.83 a.Pertinacia,quæ perseuerantiæ finitima est.Acad.47 a,Pertinacia aut studium uincendi.pro Mar.136 a,Quæ enim pertinacia quibusdam,eadem alijs constantia uideri potest.

Pertinaciter.cum pertinacia.Plan.Epistol.157 a,Nam nisi uno loco essemus,uerebar ne cui obtrectatorum uideret & nimium pertinaciter Lepido insensus,& mea patientia etiam alere bellum.

Pertinax,cis.obsirmatus,ostinatus.de Ora.125 a.Demissus,non acer,non pertinax,nô litigiosus,non acerbus.pro Li.140 a,Cupidus,iratus,pertinax.Of.27 a,Sermo leuis minimeque pertinax.de Fin.54 b,Concertationes in disputando pertinaces.& ibi.Certè ualde pertinax non ero & 65 b,Nisi ualde pertinax fueris.

Pertineo,nes.permano,permeo,penetro.de Na.53 b,Vis quæ pertinent ad iecur,eique adhærent.& 54 a,Venæ in omnes partes corporis pertinentes.Item ibid.Neruitoro corpore pertinentes.de Nat.deor.53 a,Aspera arteriam pulmones usque pertinet.de Diuin.127 b,Quæ potest igitur contagio ex infinito penè interuallo pertinere ad animam,uel potius ad terram?de Nat.9 a,Ratio quædam pertinens per omnem rerum naturam.& de Diuin.115 b, Vis quædam sentiens quoque diuina,quæ tota consistit mundo est.de Natu.30 b,Vis uitalis per omnem mundum pertinens.& 40 a,Deus pertinens per naturam cuiusque rei,per terras Ceres.per maria Neptunus,&c.de Diuin.53 b,Vt si iam concedamus aliquid uim cœlestem ad eos qui in terris gignuntur pertinere.de Orator.109 a,Talemuerò existere eloquentiam non cognitis rebus omnibus,quæ in tantam prudentiam pertineret,non potuisse confirmo.Ar.123 b,Eodéque pertinet,quod causam eius probo.

Pertinet,tinebat.attinet,spectat,attingit,uales,prunes meæ præcipuè sunt,hoc officium præcipuè meum fortasse num non est a me,penes me est,curationis meæ est.pro Mar.135 b,Id autem etiam si tunc adire,ut quidam falso putant,non pertinebit,nunc certè pertinet,te,&c.Ar.41 a,Idque ad multa pertinuit meis,ut in Epeiro consideremus.de Orator.92 a,Omnes res quæ ad dicendum pertinent.de Finib.230 a,Cùm autem processit paulum,& quatenus quidque se attingat,ad seque pertineat,perspicere cœpit,tum,&c.de Finibus 115 a,Atenim iam dicitis uirtutem non posse constitui,si ea quæ extra uirtutem sunt,ad beatè uiuendum pertineant.& 214 b,Cætera credo uelit quæ ad colendam uitam attinebunt.pro Corne.61 b,Nec uerò hæc oratio mea pertinet ad infirmandum fœdus Galitanorum.Epist.145 a,Interea,quæ ad dignitatem tuam pertinere arbitrabor,diligèter curabo.de Ora.205 a,Hæc ars latè patet,& ad multos pertinet.Offic.18 b,Hoc latissimè patet,ad plurimosque pertinet.de Diuin.128 b,Adrem pertinet quomodo cœlo affecto quodque animal oriatur.de Na.71 b,Vestri hæc cõfirmãt interpretando quæsum quicque pertineat.de Cl.193 a,Quod aut plures à nobis nominati sunt,eò pertinuit,quod intelligi uolui &c.de Or.154 a,Dũ illa ad hanc ciuilem scientiã,quò pertinet, & quã intuentur,transferamus.Ep.89 b,Hoc eò pertinet, ut,&c.de Fin.65 a,Intelligere quò aliquid pertineat.Epist. 78 b,Atque hæc eò pertinet oratio,ut,&c. I.V.240.Sũma illuc pertinet,ut sciatis,&c.de Nat.60 b,Quod eo credo ualebat,ut,&c.id est,pertinebat.ad Attic.190 b,Quanquam quid ad me?& pro Dom.217 b,Sed quid ad te?de Nat.103 b,Musicam philosophi non esse:id est,ad philosophum non pertinere.Attic.261 a,Nostræ grauitatis est,&c.id est,ad nostram grauitatem pertinet.Aedes Telluris est curationis meæ.I.Curatio.

Pertractatio,onis.usus,euolutio,tractatio,explicatio. de Ora.89 a,Sine multa pertractatione rerum omnium.& 100 b,Poetarum pertractatio.

Pertractatvs,a,um.perspectus,exploratus.Tusculanorũ 197 a,Perceptas penitus & pertractatas humanas res habere.

Pertracto,ctas.tracto,explico,uerso peruoluo.de Diuin. 118 a,Ostenta restant,ut tota aruspicina sit pertractata. de Nat.3 b,Dare se ad totam philosophiam pertractandam.de In.77 a,Facilius autem ad inuentionem animus incedet,si gesti negocij & suam & aduersarij narrationem fæpe & diligenter pertractabit.de Diu.107 a,Qui euentorum consequentiam diuturnitate pertractata notauerunt. de Ora.104 a,Oratorẽ dicendo peragrare per animos hominũ,sensus mentesque pertractare.Parad.125 a,Aliquis barbatulos mullulos exceptans de piscina,& pertractans.

Pertristis,ste.de Diui.83.Pertriste carmen.pro Cęl.Pertristis parrus,censor,magister.

Pertvmvltvose.Ep.244.

Pervbate.de.In.3.& 48.& Or.208.

Pervrbatio,onis.affectio animi,motus animi turbidus,Græcè πάθος,dolor,confusio.Tusculan.191 b, & 195 a,& 211 a,quæ Græci πάθη,melius Latini perturbationes appellant,quàm Græci,qui morbos uocant.Tusculan.219 a,& 211 b,Zeno perturbationem ita definit,ut perturbatio sit(quod πάθος ille dicit)auersa à ratione contra naturam animi commotio:uel breuius,ut perturbatio sit appetitus uehementior.Tuscul.216 a,Perturbationes sunt,ut paulo ante diximus,turbidi animorum concitatiõs motus,auersi à ratione,inimici mentis uitæque tranquillæ.Officio.27 b,Perturbationes fugiamus:id est.motus animi nimios,rationi non obtemperantes.de Finibus 204 a,Cùm illa quæ ex elementis turbulenta & rationis expertia insederint,ratione depulerit.de Orator.124 b,impetu quo dam animi,& perturbatione potius quàm consilio aut iudicio regi.Officiorum 13 b,Nulli neq; homini,neque perturbationi animi,neque fortunæ succumbere oportet.Officiorum 13 b,Si cauebimus ne in perturbationes etiam mationesque incidamus.Attic.87 a,Equidem sum magna animi perturbatione commotus.de Orator.128 b, Illud genus orationis non cognitionem iudicis,sed perturbationem requirit,de Diuinat.93 b,Vt nihil sit,quod erro rem animis perturbationemque afferat.pro Cluent.28 b, Timor rei,perturbatio,suspensus incertusque uultus,crebra coloris mutatio,quæ erant antea suspitiosa,hæc aperta & manifesta faciebãt.I.A.214 b,Quid est.n.tumultus, nisi perturbatio tãta,ut maior timor oriatur.Pro Fla.264 b,Videtis in quo motu temporũ,quanta in conuersione rerum & perturbatione uersemur.de Fat.140 a,Cùm omnes post interitum Cæsaris nouarum perturbationum causæ quæriuiderentur.Att.263 a,Magnam rerum perturbationem fore.Parad.120 a,Quicquid peccatur,perturbatione peccatur rationis atque ordinis.Officiorum 19 a,Omnis perturbatio & rerum cernitur.Officiorum 28 a,Quæ cum aliqua perturbatione fiunt,ea neque constanter fieri possunt,nec ab ijs.qui adsunt approbari.Officiorum 5 b,Quinisiustè impetum in quempiam facit,aut ira,ut perturbatione incitatus,is,&c.Officiorum 14 a,Vacandum est omni animi perturbatione,tum cupiditate & metu,tum etiã ægritudine & uoluptate animi,& iracundia.Offic.36 b, Cohibere motus animi turbatos,quos Græci πάθη.de Natur.3 b.Perturbatio uitæ & magna confusio.de Diuin. 118 a,Cœli perturbatio.)(.Serenitas.Epist.239 b,Tanta perturbatio ualetudinis tuæ.Tuscul.195 b,Perturbationes quatuor sunt:uoluptas,libido,metus,ægritudo.de Finib.97 b,Perturbationes genere sunt quatuor,partibus plures:ægritudo,formido,libido,lætitia.Tusc.195 b,Perturbationes quas in uita hominum stultitia quasi quasdam immittit furias.Aca.34 a,& Tusc.236 b,& 237 b,Perturbatio,concitatio animi uel commotio,uel permotio.)(. Sedatio animi.

Pervrbatrix,cis.de L.163 b,Perturbatrix harum omnium rerum Academia.

Pertvrbatvs,a,um.confusus.)(.Integer,quietus.de Orato. 125 b,Atti.124 b,Quod me magno animi motu perturbatum putas,sum equidẽ,sed,&c.de Diuin.83 a,Nunc onusti cibo & uino,perturbata & confusa cernimus.de Diui.133 b,Somniantium uisa,quæ multo etiã perturbatiora sunt.

Pertvrbo,as.turbo,confundo,misceo,permisceo,perturbationem afferro commoueo,concito.pro Syll.187 b,Cincius est ab eo in Hispaniam missus,ut eam prouinciam perturbaret.& contra Rull.65 a,Ciuitas perturbata seditionibus.de Orat.147 a,Non discerptis sententijs,non prępostęris temporibus,non confusis personis,non pertũbato ordine.de Ar.254 a,Id ita perturbatũ,ita que permutatum est,ut,&c.pro Domo 220 a,Perturbatis sacris,contaminatis gentibus factibus es filius,&c. de Clar.185 a,Vt perturbem ætatum ordinem.de Orator.103 b,Nec uerò istis tragœdijs tuis Crasse perturbor.pro Clu.28 a,Tũ uerò ita sum perturbatus,ut omnia timerem.pro Rab.93 b, Nec me clamor iste cõmouet aut perturbat.pro Mil.101 b,Milo magis de reip.salute,quã de sua perturbatur.Ora. 203 b,Alterum quo perturbantur animi & concitantur, ad Her.26 b,Vt eum præcipitem perturbetis ex ciuitate.

Pervrpe pro Cæ.48.Perturpe aut flagitiosum esse.

Pervado.dis.peruenio,permano.In V.161 b,Cernitis iudices quantum incendium per agros peruaserit.pro P.68 b, Opinio quæ per animos gentium barbararum peruaserat. pro Pomp.12 a,Nulla ora est tam deserta,quo non illius diei fama peruaserit.pro Syl.177 a,Quas oras maximè quasi morbus quidã illius furoris peruaserat.I.V.236 b,Pars eius belli in Italiam nulla peruasi.de N.55 a,Nequid in aures,quod noceat,possit peruadere.I.V.85 a,Quacunque iter fecit,ut quædam calamitas peruadere uidebatur.

Pervagatissimvs,ma.Oratorum 210.Peruagatissimus ille uersus,qui uetat artem pudere proloqui quam factites.

Pervagatvs,a,um.diuulgatus,peruulgatus.de Inuent.55 b,Hæc causa apud Græcos peruagata est.pro Plan.268 b, Vulgaris & peruagata declamatio.& Or.216 a,Res peruagata & uulgaris.de In.57 b,& I.V.214 a,Pars autẽ est peruagatior:id est,communior.de Or.128 b,Commune & peruagatum uitium.de Ora.98 b,De communibus & peruagatis rebus loqui uel audire.de Ora.160 b,Vulgare, quotidianum,peruagatum.pro Planc.279 b,Peruagatus, pro diuulgato.& de Orat.120 a,Peruagata.aliter.Peruulgata.Top.226 b,Longè & latè peruagata bona.)(.Angusta.I.V.129 b,In re tam clara,tam testata,tam abs te ipso peruagata,tabulas publicas corrũpere auderes?al. puulgata.pro Mar.135 a Illustris & peruagata fama alicuius rei.

Pervagor,ris.erro.I.V.355 b,Hic prædonum nauiculę peruagatę sunt.de Inuen.76 b,Deinde ne eis honos nimium peruagetur.de Leg.162 a,Molestię,lętitię,cupiditates, timores,similiter omnium mentes peruagantur:id est, peragrant.

Pervariis.de Or.138.Peruariè,iucundè narrare.

Pervehor.euehor.perducor.Tusc.174 b,Quò utinam ue lis passis peruehi liceat.Att.234.

Pervello,lis.uellico.Tusc.198 b,Fortuna quę peruellere te forsitan potuerit & pugnare non potuerit certè uires frangere.de Or.108 b,Antonius non mihi fuit molestus, quòd ius nostrum ciuile peruellit.

Pervenio,nis.deuenio,pertineo,mano,permano,perducor,accedo.I.C.103 b,Si iste quò intendit,in Mauliana castra peruenerit.de Orat.96 a,Nihil prosunt studia peruenendi aliquo,nisi illud quod eò quò intendas,ferat deducatque cognoris.Attic.15 b,Ad quem propter diei breuitatem non est peruentum.pro Mur.128 b,Vt eò quò intendit,mature cum exercitu peruenìat.pro Sest.14 a,Marius in oras Africæ desertissimas peruenit.Orat.206 a,Si potuissemus,quò contendimus,peruenire.I.V.214 b,Peruenit res ad istius aures,sed nescio quomodo.pro Sext.R. 14 a,Vide quem in locum rempub.peruenturam putes.I. A.231 b,Mihi quidem & ille peruenisse uidetur,quoad progredi potuerit fieri hominum amentia.Part.521 a,Iactam à te nefariam in me iniuriam semper duxi,tamen peruenisse ad me unquam putaui.pro Syll.169 a,Nondum ad propositum mihi finem honoris peruenerat.de Cl.188 b,Cotta alia quadam uia ad eandem laudem peruenerat

uenerat. Att. 122 a, Nec epistola in eius manus peruenirет. ad Her. 26 b, Ad paucos ex alijs peccatis inuidia peruenit. de Orat. 92 b, Libellus qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. Atti. 284 a, Ad liberos qui nihil meruerunt, pœna parentum peruenit. Offic. 38 b, Nisi multorum impunita scelera tulissemus, nunquã ad unum tanta licentia peruenisset. Topi. 223 a, Pecunia, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure. pro R.P. 124 a, Nemo unquam quo ea pecunia peruenisset, causam dixit, qui, &c. & 123 b, Quò ad quos pecunia peruenerit. de Diu. 90 a, Cyrus ad septuagesimum annum peruenit. Att. 83 b, Summum erat periculum, ne culpa Senatus res ad tabulas nouas peruenerit. pro Muræ. 155 a, Qui nulla conditione in senatũ peruenire potuit. de Or. 134 a, Ego tibi hoc confirmo, si Romæ manseris, te paucis annis ad maximas pecunias peruenturum. pro Qu. 8 a, Peruenire ad suum fine alterius infamia. pro R.P. 127 a, In quo spes fuit posse sese aliquando ad suas fortunas peruenire. & Epist. 209 b, Peruenire ad nummos. contra Rull. 82 a, Si posset ager iste ad uos peruenire. pro Cec. 239 a, Non ea sola uis est, quæ ad corpus nostrum uitamq; peruenit, sed, &c. I.V. 199 b, Quid est enim in calamitate residui, quod non ad miseros aratores isto prætore per summam iniuriam peruenerit? contra Rull. 70 b, Sine ad illos potestatem, ad te gratiam tui beneficij peruenire. pro Mur. 140 a, Tamen naturæ similitudo illius ad te magis, qui ab illo ortus es, peruenire potuit, quàm, &c. pro Qu. Fra. 195 a, Sed etiam a quo ad alios peruenisse putetur humanitas. Ep. 68 b, Si in tua scripta peruenero.

Perverse. perperam, præposterè. de Nat. 73 b, Multi deorum beneficio peruerse utuntur. & de Or. 67 a, Peruerse dicere homines, peruerse dicẽdo consequi. Off. 75 a, Fuit igitur stulta calliditas peruerse imitata prudẽtiã. Am. 111 b, Plerique peruerse, ne dicã impudẽter uolunt. & de Or. 97 a, Peruerse dicere. & de Inu. 43 a, Peruerse abuti aliquare.

Perversio, onis. inuersio, perturbatio. ad Her. 34 a.

Perversitas, tis. prauitas. Orat. 199 b, Quæ est in hominibus tanta peruersitas, ut inuentis frugibus glande uescantur. Quint. Fr. 397 a, Cum te alicuius improbitas peruersitas que commouerit. Off. 29 b, Vt si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna peruersitas. Quint. Fra. 309 b, Alicuius peruersitatẽ quã humanissimè ferre. Ep. 7 b, Incredibilis hominũ peruersitas. & Tus. 190 a, In omni prauitate.

Perversus, a, um. prauus, præposterus. pro Quin. R. 50 a, Nihil ab hoc paruum & peruersum produci potest. de Arusp. 248 b, Ludi deformati, inquinati, peruersi, conturbati. de Finib. 315 a, Nunc ista separantur, ut disiuncta sint, quo nihil potest esse peruersius. & Tuscul. 238 a, Quo quid potest dici peruersius? pro Q.R. 54 a, Nisi fortè tu peruerso more id facis. pro Mur. 142 a, Peruersa sapientia Tuberonis uel Stoicorum. pro Clu. 32 a, Præposterus & peruersus. de N. 17 a, Oculi peruersi, ut strabonum.

Peverto, tis. euerto. de D. 132 b, & 90 b, Cræsus hostium uim sese peruersurum putauit, peruertit autem suam, & de Ar. 157 b, Tum uisam belluam immanem quacunque incederet, arbusta, uirgulta, tecta peruertere. de Cla. 190 a, Cecidit quæ cum eos imitari cœpit, quos ipse peruerterat. de Ar. 157 b, Qui sacra occulta inexpiabili scelere peruertit. pro Clu. 40 a, Quintius Iunium peruertit. ad Herenn. 5 b, Orestes nisi attulerit facti rationem, peruertit defensionem. Of. 2 a, quidam propositis malorum & bonorum finibus, offinium omne peruerterunt. Of. 6 a, Temeritas C. Cæsaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit.

Pervesperi. Ep. 126. Cum ad me peruesperi uenisset. Legitur etiam, Quum nuper uesperi.

Pervestigatio, onis. inquisitio. de Orator. 85 b, Omnia uel scientiæ peruestigatione, uel disserendi ratione comprehendere.

Pervestigo, as. inuenio, reperio. I. V. 206 b, Vt canes uenatici optimè odorabantur omnia & peruestigabant. de Or. 122 a, Nosse regiones, inter quas uenere, & peruestiges quod quæris.

Pervetvstvs, ta. de Or. 161. Peruetusta uerba.

Pervetvs. Qu. Fr. lib. 3. Peruetus epistola. Ep. lib. 13. Peruetus amicitia. I. V, act. 6. Signum peruetus ligneum. de Cla. 170 a, Catonem peruetere habemus. I. Segesta.

Pervicacia. ciæ. pertinacia. Tus. 215 a, Mulierositas, peruicacia, liguritio, &c.

Pervideo, es. Attic. 240 a, Ibi te quam primùm peruidere uelim. Ep. 149.

Pervigilatio, onis. uigilia. de Leg. 177 a, Peruigilationes nocturnæ.

Pervigilo, as. pernocto. pro S.R. 35 a. Non orat, ut eam noctem peruigilet?

Pervinco, cis. uinco. At. 23 a, Restitit & peruicit Cato.

Pervius. apertus. de N. 39. Transitiones peruiæ.

Pervngo, gis. ungo. Tusc. 173 a, Tunc iuuenes neste posita, corpora oleo peruunxerunt.

Pervolo, as. pro S.R. 21 b, Decem horis sex & quinquaginta millia passuum peruolauit.

Pervolo, uis. Attic. 1 b, Hoc abs te mihi ignosci peruelim. pro Syl. 171 a, Sed scire ex te peruelim, quamobrem, &c. de Off. 131.

Pervolvo, uis. uerso. de Or. 122 a, Vt in his locis peruolutur animus, quos, &c.

Pervolvto, as. pertracto, euoluo, uoluto. Att. 74. Peruolutare libros. & de Or. 97 b, I. Scriptor.

Pervrbanvs, na. de Or. 91. de Cl. At. lib. 2.

Pervvlgatvs, a, um. iactatus, peruagatus. I. V. 126 a, Renota, atque apud omnes peruulgata. & pro Cæl. 38 b, Suntenim ista maledicta peruulgata in omnes. In V. 129 b, Iure tam clara, tam testata, tam ab ipso peruulgata. alites, peruagata. pro Mil. 107 a, Peruulgatus ciuitatis termo. & de Fi. 90 b, Res peruulgata. & Epist. 71 b, Consolatio peruulgata.

Pervvstvs, a, um. Exustus. Ep. 210 a, Homo peruftus.

Pervvtilis, le. Ac. 152. Opera & fidelitas.

Pervvlgo, as. diuulgo. pro Syll. 165 a, Illas tabulas describi ab omnibus statim librarijs, diuidi passim & peruulgari, atque edi populo imperaui. de In. 76 b, Præmia uirtutis ciuis improbis communicari, & cum mediocribus hominibus peruulgari non oportet. de Orator. 106 b, Veteres illi peruulgari artẽ suam noluerunt. At. 202 a, Tu uerò peruulga Hircium. de finib. 67 a, De re in uulgus peruulgata loquitur. pro Cæl. 45 b, Mulier, quæ se omnibus peruulget.

Pes, dis. de Vniu. 198 b, Pedes & membra gradiendi. de Orator. 87 a, Sed quod ille durissimis pedibus fecit, ut se abijceret in herba, &c. id meis pedibus certè cõcedi è æquius. pro Quint. Rosc. 49 b, Sese mensum pedibus alebat pastoli CCCC. millia. Attic. 256 a, Brutus pedibus ad me ferit. At. 41 a, Alter pedibus in Macedoniã uenire, id est, equo. & I. V. 94 a, Pedibus ire & reuerti. de Senect. 83 b, Ingredi iter pedibus, uel equo. In Vat. 31 a, b. Cum iter illud Hispaniense pedibus ferè confici soleat. Post. 105 b, Ne quis pedibus iret, ne scribendo adesset. At. 122 a, Pollucè seruũ à pedibus meã Romã misi. de Diu. 114 b, Quod ante pedes est, nemo spectat, cœli scrutãtur plagas. de Or. 257 b, Trãsilire ante pedes posita, & alia longè repetita sumere. pro Cecin. 290 b, Si in fundo pedẽ posuisses, statim tibi esse pereundum. I.A. 169 b, Nihil erat in terris, ubi in tuo pedem poneres. & ibi. Pedem ponere, uestigium imprimere. de Finibus 121 a, Sapientia ubi pedem poneret, non habebat. Att. 215 b, Pedem in Italia uideo nullum esse, qui non istius potestate sit: id est, locum. pro Deiot. 151 a, Nunquã à te pedem discessi. pro Planc. 269 a, Non possum magis pedem conferre, ut aiunt, aut propius accedere. & Epist. 162 a, Referre pedem. & de Orato. 104 b, Supplodere pedem. Attic. 65 a, Per me ista pedibus trahantur. Epistol. 210 a, Trahantur per me pedibus omnes rei non laboro. Epist. 109 b, Propter res tuas ita contractas, ut nec caput, nec pedes: equidem uellem uti pedes haberent, ut aliquãdo redires. pro Sest. 8 b, Proijcere se ad pedes alicuius. & Attic. 55 a, Abijcere se ad pedes alicuius. I. V. 262 a, Mater mihi ad pedes misera iacuit. Quint. Fratr. 312 a, Furnius præsens ad pedes uniuscuiusque iacens, Att. 156 b, Alter. qui nos sibi quõdam ad pedes nostros stratos, ne subleuabat quidem. Anteq. 196 b, Quibus figillatim sæpe supplex ad pedes iacui. & Postq. 200 b, Cum Cn. Oppius ad pedes flens iaceret. pro Sest. 28 a, Frater uolutatus est ad pedes inimicorum. de Orator. 157 b, Pes in nauti id est, funis quo uelum tenditur, & remittitur, pro gubernatoris uoluntate. Orator. 215 a, Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit, &c. Ora. 168 a, Pedes heroi tres: dactylus, anapæstus, & spondæus. de Orato. 159 b, Cùm sint numeri plures, iambum & trochæum segregat ab oratione Aristoteles. & 160 a, Quare primum ad hero um nos dactyli, & anapesti, & spondæi pedem inuitat Or. 128 a, Iam pæan, quod plures habeat syllabas quàm tres, numerus quibusdam non pes habetur. Orat. 216 a, Pedes non syllabis, sed temporibus, & interuallis & spacijs metiendi. de Ora. 107 b, Histrio astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum, Attic. 9 b, Accidere ad pedes omnium sigillatim. Attic. 22 a, Noli de uno pede sororis quærij, licet etiam alterum tollas. Attic. 123 b, Cui tali in re libenter me ad pedes abiecissem. & 204 b, Nam quo modo nunc est, pedem ubi ponat in suo non habet. & 255 a, Pestanum & Vibonẽsem utrunque pedibus & equis trãsiisimus. I. A. 189 a, Hodie in possesionem libertatis pedem ponimus. I. A. 241 a, perferre pedẽ. pro Lig. 141 a, Prohibiti estis in prouincia uestra pedem ponere. L. pedibus.

Pessime sentire de repub. I. A. 174. de Or. 116.

Pessimvs, ma. Epist. 168 a, Attic. 182. 184. pro Qu. R. 50. & 173. de In. 11.

Pessinvs, untis. oppid. de Ar. 250 a, Qui Pessinũtem ipsum sedem domicilium que matris deorum uastaris.

Pessinvntivs. sacerdos matris magnæ. pro Sest. 15 b.

Pessvndo, pessundas. cõculco, protero. apud Quintilianũ.

Pestifer, a, um. perniciosus. pro Dom. 230 a, Pestifer ciuis. & de Ora. 104 b, Pestiferi ciues. Attic. 132 a. Bellum magnum & pestiferum. de Finib. 105 b, Pestiferum uicium. pro Dom. 213 a, Pestifer ac funestus tribunatus. de Arus. 215 b, Vipera uenenata & pestifera. In A. 184 a, Cuius à Brundusio crudelis ac pestifer reditus timeretur. Post qu. 104 b, Quem habuit ille pestifer annus maximè fidelem. de N. 32 b, Accessus ad res salutares à pestiferis recessus. & 50 a, A pestiferis & nocentibus rebus refugere. Att. 32 b, Ad res pestiferas aditus sibi comparent.

Pestifere. perniciose. de L. 171 b, Mulæ pestiferè & pernicioſe scifcuntur in populis.

Pestilens, tis. de Di. 97 a, Sunt partes agrorum aliæ pestilentes, aliæ salubres. Ep. 72 a, Hoc grauissimo & pestilentissimo anno. Par. 233 a, Locus pestilens. (. Salubris. contra Rull. 82 a, Ager cœlo ac loco calamitosus.

Pestilentia, tiæ. (. Salubritas. de D. 114 b, Epistol. 232 b, De loco nunc quidem abijt pestilentia, sed quandiu fuit, me non attigit. & de Nat. 28 b, Vastitas, pestilentia, &c. cõtra Rull. 80 a, Ager propter sterilitatem incultus, propter pestilentiam uastus atque desertus. & 63 b, Inuidiæ aut pestilentiæ possessores. de D. 107 b, Quorum ex habitu & colore tum salubritatis, tum pestilentiæ signa percipi. Off. 36 b, Causæ eluuionis, pestilentiæ, uastitatis, belluarum etiam repentinæ multitudines.

Pestis, tis. pernicies. Off. 36 a, Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non omni ab homine nascatur. pro Rabir. 90 b, Pestis ac pernicies ciuitatis. I. C. 194 a, Cum tua peste atque pernicie proficiscere, &c. pro Sest. 10 a, Illa furia ac pestis patriæ. de Ar. 244 a, & pro D. 213 b, Cum his exitiosis prodigijs, ac penè huius imperij pestibus. pro Syll. 181 b, Funesta reipubl. pestis. Ep. 64 a, Quædam pestes hominũ laude aliena dolentium. de Natur. 21 b, Ibes auertunt pestem ab Aegypto. de Natur. 73 a, Sibi ipsa nefariam pestẽ machinatur: id est maximam uim anguium. de Or. 85 a, Fluctus à communi peste depulsi, in nosmetipsos redundarunt. I.V. 175 b, Importunissima pestis.

Pitasati. petaso, id est, lato pileo tecti. Epist. 253 b, Sed petasati ueniunt, comites ad portam expectare dicunt.

Petesso, sis. peto. Tusc. 188 b, Qui hanc laudem petessunt, nullum fugiunt dolorem. de D. 83 b, Menteque diuina cœlum terrasque petessit.

Petitio, onis. actio. priuata. de Cl. 166 a, Ar ego tibi non soluam, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem cuius petitio sit petiturũ. pro Qu. R. 54 a, Et tibi integram petitionem reliquit.

Petitio, ictus, coniectio, percussio. Or. 219 b, Sed nec oratio facit plagam grauẽ, nisi petitio fuerit apta. I.C. 100 b, Ego huius petitiones ita coniectas, ut uitari non posse uiderentur, parua quadam declinatione effugi. Qu. de Pet. Petitio consulatus, id est, ambitus.

Petitor, oris. actor. Part. Sed accusatorem pro omni actore & petitore appello. Art. 1. b, Petitorum hæc est adhuc informata cogitatio. pro Qu. R. 52 a, Petitior. (. Reus. de Cl. 166 a, Petitor, id est, cuius petitio fit. pro Cecin. 286 a, Prætor nunquam petitori præstituit, qua actione illum uti uelit. pro Qu. 8 a, Possumus petitoris personam suscipere, accusatoris deponere? I. Pignerator.

Peto, tis. posco, postulo, quæro, quæso, contendo, exposco, imploro, expello, appeto, nado, quasi iuado, uel aggredior feriendi causa, repeto. I.V. 214 b, Iste petit à rege, & eum pluribus uerbis rogat, ut, &c. pro Qu. 14 a, Cum is a me peteret, & summè contenderet, ut, &c. Epist. 206 b, Quapropter à te etiam atque etiam pro nostra summa coniunctione, proque tua in me perpetua & maxima beneuolẽtia amorem in modum peto atque contendo, ut, &c. I.V. 215 a, Id sibi ut donaret rogare, & uehementer petere cœpit. I.V. 191 a, Petiuit in beneficio loco & gratiæ, ut, &c. de Or. 98 a, Similiter nunc petes à Crasso, ut, &c. & ibid. Non dubitares rogare dominum, ut. &c. Petere præsidium, uel auxilium ab aliquo. I. Auxilium. Epist. 178 a, Peto à te, ut eum conseruatum uelis. Academ. 40 a, Quæ docti a Græcis petere mallent, indocti ne a nobis quidem accipiunt. de In. 55 a, Summopere sapientia petenda est. de Fin. 75 a, Quæ est illa laus, quæ possit è macello peti? Orato. 202 a, Qui eloquentiæ principatum petit. pro Arc. 188 b, Ex his studijs delectatio sola petitur. Epi. 71 b, Literis utor, non ut ab ijs medicinam perpetuã, sed ut exiguã doloris obliuionem petam. de Clar. 243 b, Hæc dixi breuius quam res petebat. de Ora. 154 a, Ex his tantum quantum res petit, hauriemus. Or. 219 b, Gladiatores & uitando cautè, & petendo uehementer omnia faciunt utiliter ad pugnam & ad aspectum uenustè. pro Mur, 136 b, Caput & collum petere. pro Mil. 170 a, Petere ingulũ alicuius. pro S.R. 19 b, & 43 b, Petere sanguinem & uitam alicuius. Item: Cuius latus mucro ille petebat? I.C. 99 b, Quotiescunque me petisti, per me tibi obstiti, nunc remp. uniuersam petis. & de Ar. 254 b, Petita est autoritas uestra. ad Her. 29 a, Bonorum insidiatores latrocinio uitam innocentissimi cuiuslq; petistis. Item ib. Quos tantopere timeat, eos necesse est, ut quoque modo possit, uenefcio petat. & 28 b, Qui si fuisset homo, nunquam tam crudeliter uitam hominis petisset. de In. 46 a, Petere pœnas ab aliquo, pro Qu. R. 45 a, Pecuniã non ex tuis tabulis, sed ex aduersarijs petis. Art. 85 a, Petere præfecturam alicui. Qu. Fr. 316 a, M. Curtius Tribunatum ab Cæsare petuit. Qu. Fr. 317 a, Præsidium firmissimum petebamus ex optimi & potentissimi beneuolentia ad omnem statum nostræ dignitatis. At. 23 b, Qui me epistola petiuit, ad te, ut uideo, cominus accessit. pro Deiot. 149 a, Vnde pudoris exempla peterentur. de Fin. 77 b, Eamq; morte arẽtiore studio peteret, quàm Epicurus uoluptatem petendã putat. pro Clu. 39 b, & 37 b, Petere multãtam ab aliquo. Or. 219 b, Petere ueniam. Qu. de Pet. 213 b, Petere honores. At. 42 a, Fortasse alium cursum petiuit. de Or. 98 b, Vt illi unde peteretur, uetus atque inusitata exceptio daretur. de In. 59 a, Remotum est, quod ultra quàm satis est petitur, id est, repetitur. pro Cecin. 286 b, Altius initium rei alicuius demonstrandæ petere.

Petere. pro ire. de Na. 51 a, Grues loca calidiora petentes, mare transmittunt. Attic. 154 a, Crotonem petemus. & Epist. 235 a, Per Macedoniam Cyzicum petebamus. Offi. 62 a, Naues Rhodum petentes uidi. pro Plan. 280 a. Iter à Vibione Brundusium petere contendi. Item ib. Dyrrhachium petere contendi.

Petrinvm, ni. Leptæ uilla fuit. Ep. 92 b,

Petrini. ex Petrino. I. V. 167 b,

Petvlanvs, tis. proterius, procax. de Or. 137 a, Si quis mihi maledicit, petulans & planè insanus uidetur. de Finibus 61 b, Alij appetendo omnia petulantes, alij audaces, proterui. Parad. 119 b, Lapsa est libido in muliere ignota, dolor ad pauciores pertinet, quam si petulans fuisset in aliqua nobili uirgine. pro Muren. 127 a, Nullum eius petulans dictum in uita profertur. pro Syll. 180 b, Audax. petulans,

tulans, libidinosus. & de In. 66 a, Turpis, cupidus, petulans, & Qu. F. 309 b, Vatinius homo petulans & audax. I. P. 81 b, & de L. 166 a, Id nemo tam effuse petulans conatus est, de Cla. 187 a, Feruidum quoddam & petulãs, & furiosum genus dicendi. Off. 21 a, Genus iocandi liberale, petulãs, flagitiosum, obscœnum.

Petylanter. licenter. pro Cæl. 38 b, Maledictio si iactatur petulantius, conuicium nominatur. & 45 b, Si proterua petulanter uiueret. & 45 b, Petulanter facimus, si, &c. At. lib. 9. Petulantissimè aliquid fieri. Attic. 34 a, Diphilus tragœdus in nostrum Pompeium petulanter inuectus est.

Petylantia, tiæ. procacitas, proteruitas.)(. Modestia. Offic. 25 b, 26 a, Itaque nec actio rerum illarum aperta petulantia uacat, nec oratio obscœnitate. Epistol. 85 a, Nec in petulantiam incidas. I. C. 109 b, Ex hac parte pudor pugnat illinc petulantia. l. P. 86 a, Hominis furorem & petulantiam fregi. I. V. 69 a, Coniuges integras ab istius petulantia conseruare non licitum est. pro Font. 281 b, & pro Cecinn. 305 a, Turpitudo quæ à libidine, aut à petulantia nata sit. Sal. in Ci. 270 b, Iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tullij, si te scirem iudicio magis, quàm animi morbo petulantia ista uti: sed in te neque modum neque modestiam ullam animaduerto. l. Procacitas.

Petylantissime. pro Sest. 28.

Petylus, a, um. qui oculum alterum minorem habet, ac ferè clausum de N. 17 a.

Pexus, a, um. compositus. I. C. 109 a, Quos pexo capillo nitidos uidetis.

Phaeaces, cum. Corcyræ. l. Corcyra. de Cl. 170 b, Carmina quæ apud Homerum & in Phæacum, & in procorum epulis canuntur.

Phoenon, Saturni stella. de N. 36 a.

Phaerevs. Iason. off. 22 a.

Phaeton. Iouis stella. de N. 36 b.

Phaeton. ontis. offic. 71 a, Sol Phaetonti filio (ut redeamus ad fabulas) factuum se esse dixit, quicquid optasset.

Phalaris, idis. I. V. 217 a, Ille nobilis taurus, quẽ crudelissimus omniũ tyrannorum Phalaris habuisse dicitur. Phalaridis tauro succensis ignibus torrebat. in P. sonẽ. l. Pisistratus.

Phalaris Grammaticus. in Pis.

Phalerae, arum. equorum ornamẽta. in Ver. 190 a, Quinti. Rubrium & phaleris ac torque donasti. & 206 a, Phaleras pulcherrimas, quæ regis Heronis fuisse dicuntur, uerum tandem abstulisti, an emisti? ibi. Alias item nobiles, id est phaleras. Att. 253 a, Plancum sine phaleris dimissum.

Phalereus ille Demetrius omnium istorum mea sententia politissimus. de Or. 117 b.

Phalerivs, rij. Atticæ portus, ubi declamare solitus est Demosthenes. de Fin. 125 a.

Phania, Phaniæ. Famil. lib. 2. Phania κωμικὸς μάρτυς, proueruium.

Phantasia, siæ. Acad. 46 a, & 6 a, Sensus iunctos esse censuit è quadam, quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille φαντασίαν, nos uisum appellemus licet. Epi. 253 a, Qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari. Attic. 138 b, Deinde emergit rursus dolor ἀληθοῦ φαντασία.

Pharmacopola, læ, unguentarius. pro Cl. 25 b, L. Clodius pharmacopola circumforaneus.

Pharsalia, æ. Thessaliæ regio, & campi Philippi etiam dicta. in Ant. 262 b.

Pharsalicvs, a, um. pro Deiot. 149 a, Pharsalicum prælium.

Phaselis, idis. græcè φάσηλις, urbs Ciliciæ, piratarum receptaculum. in Ver. 204 b.

Phaselvs, li. myoparo. erat etiam genus nauigij Campani oblongi. neque ita magni. Attic. 231 a. Phaselus episcopus. Att. 7 a, Epistolam anchoris solutis de phaselo dedisti.

Phaselitae, ã Phaselide dicti pop.

Phatnae, arum. stellæ in Cancri signo, quæ præsepe à Latinis dicuntur. In Prognosticis, teste Prisc. Astantem tenui quæ cadent lumina Phatnæ.

Pheneatae. pop. de N. 70 b.

Pherae, arum. urb. Thessaliæ nobilis. de D. 91 b.

Pherecvs, c. Off. 37. de In. 80. de N. 74.

Pherecydevs, a, um. de D. 124 b. l. Puteus.

Phidias, diæ. de Clar. 185 b, Vt Phidiæ signum simul affectum & probatum est. & 188 b, Minervæ signum ex ebore pulcherrimum Phidiæ.

Phiditia, phiditiorum. Lacedæmoniorũ cõuiuia. Tu. 147 a.

φιλαυτία. l. Amor. At. 208 a, Nisi fortè me cõmunis φιλαυτία decipit. Tusc. 240 a, In hoc enim genere nescio quo pacto magis quàm in alijs suum cuique pulchrum est. adhuc nominem cognoui poetam (& mihi fuit cum Aquilio amicitia) qui sibi non optimus uideretur. sic se res habet: tenet me delectant mea. de Or. 145 b, Minimè sibi quisq; nouit est, & difficillimè de se quisq; sentit. Off. 6 b, Facilè poterimus, nisi nos ualde amabimus, iudicare. Of. 48 a, Homo ipse de se bene existimãs, sesq; diligens. At. 283 b, Ego mei (sed erio fortasse) nec tamẽ is sum, ut mea me maximè delectent, nihil mihi uideor hoc bello sensisse prudentius.

Philippicae, arum. Att. 21 a, Philippicæ orationes Demosthenis. & ad Brut. 91 a, Video te delectari Philippicis nostris, hoc est in quinque epistolis additis, quæ in paucis codicibus leguntur.

φιλιππίζω. l. Facere cum aliquo.

Philocteta, tæ. & Philoctetes tæ. de Fin. 232 a, Ea perferant, quæ Philoctetam uidemus in fabulis, qui cum cruciaretur non ferendam doloribus, propagabat tamen uitam aucupio sagittarum, configebat tardus celeres stans uolantes, ut apud Actium est. de Fat. 147 a, Philoctetes serpentis morsu ulceratus in insula Lemno relictus est. de Rep. Nimium te laborare doleo, & meliorem ciuem esse quàm Philoctetam, qui accepta iniuria, illa spectacula quærebat, quæ tibi acerba esse uideo. ad Her. 33 b, Non possit capi Troiam sine Philoctetæ sagittis.

Philocteteus clamor. de Fin. 84 b, & Tusc. 187 a.

Philologia, giæ. studium uel amor sermonis. Epist. 164 b, Non est enim iucundus iocus à philologia & quotidiana συνζητήσει Attic. 33 b, Ne & opera & oleum philologiæ nostræ periert.

φιλογυναικία. l. Mulierositas.

Philologvs, gi. Att. 307 b, Homines nobiles, sed nullo modo philologi. Q. Fr. 313 a, Nos autem ita philologi sumus, ut uel cum fabris habitare possimus.

Philomelvs, li. urbs Phrygiæ. At. 77. Ep. 37.

Philomelensis. I. V. 191.

Philosophia, æ. studiũ uel amor sapientiæ. Off. 33 b, Nec quicquã aliud est philosophia, si interpretari uelis, quam studiũ sapientiæ. de L. 168 a, Sapientia, à cuius amore græco uerbo philosophia nomẽ inuenit. Tusc. 171 b, Philosophia omniũ mater artiũ donum & inuentũ deorũ de. Ora. 85 a, Philosophia laudandarũ artium omniũ procreatrix & quasi parens. de Ora. 148 a, Omnis optimarum reriũ cognitio, atque in ijs exercitatio philosophia nominatur. de Fin. 90 b, Ars est enim philosophia uitæ. de Cl. 195 a, Philosophia mater omniũ bene factorum, bene dictorũ. Tusc. 191 a, Est profectò animi medicina philosophia. Tusc. 177 a, Cultura animi philosophia est, quę trahit uitia radicitus, &c. I. P. 95 a, Philosophia uirtutis continet, & officij & bene uiuendi disciplinam, quam qui profiteri, grauissimam mihi sustinere personam uidetur, de Sen. 77 b, Nunquã igitur satis dignè laudari philosophia poterit, cui qui pareat, omne tẽpus ętatis sine molestia posit degere. de Vn. 204 a, Quibus ex rebus philosophiã adepti sumus, quo bono nullum optabilius, nullũ præstantius, neque datum est mortalium generi deorum concessu atque munere, neque dabitur. Tusc. 175 a, Philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem consultò fugiens. de Diui. 115 a, In philosophia nihil debet esse commentitijs fabulis loci. Or. 201 b, In philosophia plurimũ interest, quẽadmodũ dicas, ubi res spectatur, nõ uerba penduntur. Tusc. 164 a, Philosophia cõmentatio mortis. de Or. 191 a, Ita prepotens & gloriosa philosophia. Ora. 158 a, Sine philosophia non posse fieri eum quem quærimus eloquentem. & ibid. Nec uerò sine philosophorũ disciplina genus & speciẽ cuiusq; rei cernere, neque eam definiendo explicare, nec tribuere in partes possumus, nec iudicare quę uera, quę falsa sint, neque cernere consequentia, repugnantia uidere, ambigua distinguere. de Di. 109 a, Philosophia ut bonus & fortis efficitur. Offic. 53 a, Tota philosophia, mi Cicero, frugifera & fructuosa est, nec ulla pars eius inculta ac deserta est. de Orat. 90 b, Philosophia in tres partes distribuitur: in naturæ obscuritatem, in differendi subtilitatem, in uitam atque mores. de Clar. 167 b, Philosophia, non illa de natura sed, hæc in qua de bonis rebus & malis, deq; hominum uita & moribus disputatur, tum primum inuenta dicitur. Orato. 200 b, Inest enim natura philosophia in hujus uiri mente quædam. Ep. 247 a, & Tusc. 228 b, philosophiæ laus. & Ep. 197 a, de philosophia multa & pulchra. de Or. 123 a, & de Orat. 110 b, Contra philosophiam. de Orat. 91 a, Apollonius Rhodius irridebat & cõtemnebat philosophiam. de Or. 123 a, Philosophia, sicut Zethus ille Pacuuianus, prope bellum indicere. Off. 34 b, In antiquisima nobilissimaq; philosophia uersari. de Or. 152 b, Exercitatio propria duarum philosophiarum.

Philosophicvs, a, um. Tusc. 251 b, A Bruto impulsi sumus ad has philosophicas scriptiones. Epist. 181 b, ut hęc φιλοσοφήματα scriberem, tu me impulisti.

Philosophor, aris. Philosophiam colo. de Fin. 106 a, & de Orat. 123 b, Decreui philosophari, ut Neoptolemus apud Ennium, quæsitum nam omnino haud placet. & de Finib. 39 a, Quibusdam totum hoc displicet philosophari. I. A. 256 b, sed iam se colligit, & ad extremum incipit philosophari. de N. 3 a, Et cum minimè uidebamur, tum maximè philosophabamur. de Cl. 195 a, Admirabili quodam ad philosophandum studio concitatus. Posteq. 207 a, Cum Græculis philosophari. Tusc. 167 b, Quanquam quid opus sit in hoc philosophari, cum rem non magnoperè egere philosophia uideamus.

Philosophvs, phi. physicus, naturæ interpres, magister uirtutis, qui rerum cognitione doctrinaque delectatur. Tusc. 229 b, Pythagorę ingenium & eloquentiam cum admiratus esset Leon, quæsiuit ex eo, qua maximè arte confideret. at ille artem quidem se scire nullam respondit, sed esse philosophum. de Fin. 52 b, Et tamẽ à philosopho si afferat eloquentiam, non aspernerit si non habeat, non admodum flagitem. & 94 a, de oratione philosophorum. de Or. 103 a, Philosophus, qui de sua ui ac sapientia unus penè omnia profitetur, is est, qui omnium rerum diuinarum atque humanarum naturam causasque noscit, & omnem bene uiuendi rationem tenet ac persequitur. de Or. 103 b, Philosophi, qui omnia sicut propria sua esse atque à se posideri uolunt, de Na. 75 b, Pythagorei rerum autores, nõ fabularum. de Or. 114 a, In philosophos uestros si quãdo incidi, nullum prorsus uerbum intelligo, ita sunt angustis & concisis disputationibus illigati. Or. 201 a, Philosophorum mos tenuiter differendi. Offic. 52 a, Sed de hoc toto genere commodius à quibusdam optimis uiris ad medium tanuæ sedẽtibus, quã ab ullis philosophis ulla in schola disputatur. de Di. 133 a, Sed nescio quomodò nihil tã absurdè dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum. Tusc. 224 b, Philosophi magistri uirtutis. de Oratore. 95 b, Sententiæ philosophorum. de Natu. 59 b, Socrates princeps philosophorũ de Or. 148 b, De multis generibus philosphorum.

Philotheros, qui studio nouas semper uisendi terras regionesq; tenetur. Ep. 102 b.

Phlegeton, fluuius apud inferos. l. Acheron.

Phliasi i, popu. At. 90 b, Phliasios dici sciebã. & Tusc. 229 b.

Phliasivs, a, um. Tusc. 230 a, Post hunc Phliasium sermonem.

Phlivs, untis. oppidum. Tusc. 229 b.

Phoebvs, bi. Sol. de D. 84 a, Quid uerò Phœbi faxtristis nunciabelli.

Phoenicia, ciæ. regio. Syriæ. I. A. 238 a.

Phoenissae. Euripidis tragœdia. Off. 88.

Phoenices. pop. de N. 47.

Phoenix, apud Homerum Achillis magister. de Ora. 148 a.

Phocii. pop. I. P. 100 b.

Phorcis, nis. de Vn. 201 b, Saturnus, Phorcis, & Ops, fratres, Oceani terręq; filij.

Phosporos. Veneris stella. de N. 36.

Phrenetics, a, um. demens, insaniens. de Di. 97 b, Nec caradiacis hoc tribuendum est, nec phrenetici.

φρενῖτις. l. Prudentia.

Phrygia, giæ. Ora. 199 a, Caria, Phrygia, Mysia.

Phrygivs, a um. Phryx. Quint. Fr. 293 b, Paconius nescio quis homo, ne Græcus quidem, aut Mysius, aut Phrygius potius. de Di. 103 a, Qui sono quodam uocum & Phrygijs cantibus incitantur. Phrygium ferrum. l. ferrum.

Phryx, gis. pro Fl. 154 b, Ignotissimus Phryx. pro Fla. 159 b, Prouerbium, Phrygem plagis fieri meliorem.

Phtia, thiæ. Achillis patria. de D. 91 a.

Phthiota, tæ. Tusc. 152 b, Pherecrates quidam Phthiotã senex.

Phylarchvs, chi. tribunus. potest etiam gentis nomen esse. Arabes enim quidem Phylarchi à Strabone numerantur. Ep. 240 a, Iamblicus Phylarchus Arabum.

Physica, cæ. explicatio naturæ. de Finib. 105 a, Ad eas uirtutes Dilecticam etiam adiungunt, & Physicam, Item ibi. Physicæ quoque non sine causã tributus est honos, propterea quod, &c. Item ibi. b, Nec quanta dijs gratia debeatur, sine explicatione naturæ intelligi potest. Itẽ ibi. Hæc sine physicis quam uim habeant uidere nemo potest. de Finib. 108 b, Inest in explicatione naturæ insatiabilis quædam ex cognoscendis rebus uoluptas.

Physica, orum. res Physicæ uel naturales. Orat. 207 b, Oratorem ne physicorum quidem esse expertem uolo. de Fin. 52 a, Epicurus in physicis, quibus maximè gloriatur, totus est alienus.

Physice. acutè, phisicorum more. de N. 63 a, & de D. 106 b, Quæ à te physicè dicta sunt.

Physicvs, a, um. de N. 17 b, Phisicus, id est, speculator uenatorque naturæ. de D. 115 a, Quod uideo physicis palcuisse, eisq; maximè, qui omne quod esset, unum esse dixerunt. de Fi. 67 a, Nec de re obscura loquit, ut Physici. de D. 143 a, Si uelim geometricum quiddã, aut physicũ aut dialecti cum explicare. Item: Physica disputandi subtilitas. de Na. 36 b, Vt pleriq; dicũt, physicæ rationis ignari. de N. 30 b, Rationibus physicis confirmare aliquid. & Orator. 103 b, Eademq; ratione dicantur & quos φυσικοὺς Græci nominant, ijdem Poetæ, quoniam Empedocles physicus egregium poema fecerit. Ora. 207 b, Oratorem ne physicorum quidẽ esse ignarũ uolo. de Or. 89 a, Si ornate locutus est, sicuti fertur, physicus ille Democritus, materies illa fuit physici, ornatus uerò ipse uerborum oratoris putandus est.

Physiognomon. de Fat. 142 a, Socratem notauit Zopyrus physiognomon, qui se proficebatur hominum mores naturasq; ex corpore, oculis, uultu, frõte pernoscere. Tusc. 227 a, Cum multa in conuentu uitia collegisset in Socratem Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est à cæteris, qui illa in Socrate uitia non agnoscerent: ab ipso autem Socrate subleuatus est, cum illa sibi signa inesse, sed ratione à se deiecta diceret.

Physiologia, giæ. naturæ ratio. de Diu. 99 a, Naturæ ratio, quam physiologiam Græci appellant. de N. 6 a, Hunc censes primis, ut dicitur, labijs gustasse physiologiam: id est, naturæ rationem. de D. 116 a, Dum aruspicinam ueram esse uultis, physiologiam totam peruertitis.

Piaculvm, li. de I. 181 b, Porco fœmina piaculum pati.

Piam. particula quæ nominibus quibusdam ad finem addi solet. l. Aliquispiam, & Quispiam.

Picrariae, arum. uectigal picis. est autem pix humor pinguis ex tæda seu pinu combusta collectus. de Clar. 172 a, Societas, quæ picearias de P. Cornelio, L. Mummio censoribus redemisset. aliàs picarias, aliàs pecuaria legebatur

Picentinvs, na. At. 130. Pompeij.

Picentes. pop. pro Syl. 171 b, Aut doceat Picẽtes solos nõ esse peregrinos.

Picenvm. ni. ora Italiæ. At. 123 a.

Picenvs, a, um. de Cl. 169 b, Ager Gallicus & Picenus.

Pictor, oris. Ac. 6 b, Multa uident pictores in umbris & in eminentia, quæ nos non uidemus. de Le. 169 a, Dignissima autem dona habentur, & formæ ab uno pictore uno absolutæ die. de Clar. 179 b, Zeusis, Polygnotus, Timanthes, qui non plus quãm quatuor coloribus usi sunt. Eetiõ uerò, & Nicomachus, & Protogenes perfecti pictores fuerunt. de Or. 145 a, Zeusis, Aglaophon, Apelles. & At. 36 a, Apelles & Protogenes.

Pictvra, ræ. tabula. Ora. 200 a, In picturis alios horrida, in

cultæ, ab ista, & opacæ contra alios nitida, lætæ, collustratæ delectant. Tusc. 250 a, Homerum credunt cæcum fuisse, ac eius picturam, non poesin uidemus? Ac. 6 b, Oculi pictura tenentur, aures cantibus. I. V. 200 a, Pictura textilis aut in tabulis. Tusc. 229 b, Cum animum ab ista pictura imaginibusque uirtutum ad rem ueritatemque traduxeris.

Pictvs, a, um, de Clar. 188 b, Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. & 192 b, Lysias, quo quid potest esse pictius? de Fin. 143 b, Qui nunquam philosophum pictum, ut dicitur, uiderunt.

Pie, religiose. de Nat. 11 a, Pie colere deos. & 12 b, Piè sanctéq; colere deum. de Seue. 94 a, Memoriam nostri piè inuiolateq; seruabitis. pro Mur. 141 b, Illa pie fecit. pro Plã. 280 a, Vt confiteare aliquãdo, qd̃ faciã, me & gratè & piè facere. pro Mil. 121 b, Metuo enim ne scelerate dicã in te. quod pro Milone dicam piè. Attic. 96 a, Quintus filius suã pte piè sanè currentem animum patris sui, sorori tuæ reconciliauit.

Pierides, dum. musæ Pieriæ. de Na. 70 a, Tertiæ Ioue tertio Pierio natæ & Antiopa, quas Pieridas & Pierias solẽt poetæ appellare.

Pietas, tis. de In. 82 a, Pietas est, per quam sanguine coniunctis, patriæque beneuolis officium & diligens tribuitur cultus. & Part. 536 b, Pietas est iustitia erga parentes. & pro Planc. 276 a, Pietas est uoluntas grata in parente. de Natur. 24 a, Est enim pietas iustitia aduersum deos. pro Planc. 265 a, Pietas iudicio meo fundamentum est uirtutum omnium. & de Som. 128 a, Iusticiam cole & pietatem quæ cum sit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima est. & de Natu. 57 a, Pietas cui coniuncta iustitia est, reliquæque uirtutes hic pietas pro religione ponitur. pro Qu. 4 b, Si pietate propinquitas colitur, qui affinem prodit, impius fit necesse est. pro S. Ros. 24 b, Quod præclare à sapientibus dicitur, uultu sæpe læditur pietas de Ora. 123 b, Si pietati summa tribuẽda laus est, debetis moueri, cum Qui. Metellum tam piè lugere uideatis. de Clar. 275 b, Vtinam Gracchus non tam fratri pietatem, quàm patriæ præstare uoluisset. pro Flac. 164 a, Nimia pietas & summus amor in patriam. pro Dom. 234 b, Nec est ulla erga deos pietas, nisi honesta de numine eorum ac mente opinio. Postquam. 202 a, Qua sanctissimi homines pietate erga deos immortales esse solent, eadem ego erga populam Rom. semper ero. Antequam. 194 b, Illi quorum animus est religionis pietate defunctus. Offic. 35 a, Deos placatos efficiet pietas & sanctitas. de Natu. 1 b, Pietas, sanctitas, religio, quæ omnia purè & castè deorum numini tribuenda sunt. de Finib. 79 b, Nemo pius est, qui pietatem caret. Epist. 21 a, Pietas in referenda gratia. Epistol. 1 a, Ego omni officio, ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus. Epist. 10 a. Meam in te pietatem, quid enim dicam beneuolentiam? Epi. 93 a, Hic tui omnes ualent, summáque pietate desiderant. pro Cluent. 31 a, Quorum alter eloquentiæ damnationem illam tacita pietate deplorat. & 54 a, Tu qui pietate ad accusandum excitatus es. de Finib. 105 b, Pietas aduersus deos. Tuscul. 173 a. Pietas erga matrem. Part. 234 b, & 236 b, Pietas, & charitas, & bonitas quasi idem ualere uidentur. de In. 70 b, Pietas est, quæ erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos officium conseruare moneat.

Piger, a, um. segnis ad aliquid agendũ. ad Her. 34 a, Frigus pigrum dicimus, quia pigros facit. & Ep. 103 a, Quòd mihi interdum piger, interdum timidus in labore militari uidebare. & 111 b, Ad literas scribendas pigerrimus.

Piget, bat. tædet, pœnitet. de D. 94 b, Mea mater tui me miseret, mei piget, pro Syl. 184 b, Teipsum iam expletum huius miserijs pigeat. pro Dom. 219 a, Me non solùm piget stultitiæ meæ, sed etiam pudet. In Sall. 272 b, Quod si esses ab illo ortus, nonnullos iam tuæ turpitudinis pigeret. Art. 75 a, In cupiditatem incubui, nec me piget. de Cla. 181 b, Induci ad misericordiam, ad pudendum, ad pigendum. In Sall. 275 a, Neque piguit quærere, cur ego, &c.

Pigmentarivs, rij. Epi. 253 b, Accius pigmentarius ualde gaudebat, se aduersarium perdidisse.

Pigmentvm, pigmenti color, fucus, ornatus. de Diuin. 85 a, 118 a, Aspera temere pigmenta in tabella oris lineamenta effingere possunt. de Cl. 103 a, Intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum, quæ inuenta non erant, florem & colorem defuisse. de Or. 125 b, Sententiæ ueræ sine pigmentis fucoque puerili. Ar. 11 a, Aristotelica pigmenta.

Pignerator, oris. I. V. 152 a, Cum in his rebus omnibus publicanos petitor ac pignerator, nos eiector neque possessor soleat esse.

Pigneror, aris. pignus aufero, fiduciam accipio. I. A. 264 a, Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet. de Rep. lib. 1. teste Nonio: Sed ut pluribus & minimas nostri animi, ingenij, consilij prima ipsa sibi ad utilitatem suam pignerareturc. De patria loqui uidetur.

Pignvs, oris. fiducia, obses. Ar. 18 a, Vt nos duo quasi pignora reipublicæ retineri uideremur. In. A. 255 a, Cognouit enim senatores non pignoribus, sed eorum quorum de honore agitur, gratia. Item ibidem: Qui unquam tanto damno senatorem coegit? aut quid est ultra pignus aut mulctã? & 243 b, Vt quamprimum illud pignus liberalitatis populi Rom. aspiciam. I. A. 247 a, Pro libertate hęc omnia prouijcias, quæ sunt pignora iniuriæ. de Pro. 79 a, Quo nam me animo esse oportet in eos, cuius illi salutem pro pignore tradiderunt ad explendas suas cupiditates? de Orator. 143 a, An tu cum omnem autoritatem uniuersi ordinis propignore putares, eamq; in conspectu populi Rom. concideres, me his pignoribus existimas posse terreri? & ibid. Philippus grauiter exarsit, pignoribusque ablatis Crassum in stituit coercere. in Ant. 247 b, Magnis & multis pignoribus eum respub. obligatum tenet. Att. 124 a, Minus multa dederant ille reipub. pignora. in Sal. 274 b, Posteaquam magna pignora eis dederat, cum quibus se coniunxerat. pro Clu. 58 a, Illa tibi ad confirmandas inimicitias affinitatis coniunctionem pignori fore putauit. I. A. 153 b, Magnum pignus ab eo reipub. datam, se liberam ciuitatẽ esse uelit. pro Cæl. 54 a, Habet ab hoc respubl. duas accusationes, sed obsides periculi, uel pignora uoluntatis. I. V. 66 a, A nobis multos obsides habet populus Romanus, quos, &c.

Pigritia, tiæ. negligentia, ignauia, inertia. Tusc. 213 a, Deliniunt pigritiam, metum consequentis laboris. Atti. 160 b, Noli putare pigritia facere me, quòd non mea manu scribã. Offic. 6 b, & 27 b, Negligentia, pigritia, inertia, ignauia, & 20 b, Efficiendum est, ut appetitus rationi obediant, eam neque præcurrant, neque propter pigritiam aut ignauiam deserant.

Pigror, aris. ut grauor. Atti. 122 b, Tu quæso quicquid noui (multa autem expecto) scribere ne pigrere.

Pissimvs. In A. 256 b, Antonius. Mihi quidẽ constat, &c. nec Lepdi sociatem uiolare pijssimi homines. Cicero. Tu porrò ne pios quidem, sed pijssimos quæris: & quod uerbum omnino nullum in lingua latina est, id propter eum diuinam pietatem nouum inducis.

Pila, læ. de Ora. 91 a, Vt qui pila ludunt. & 103 b, Licet ita ratoine dicamus pila bene, & duodecim scrupis ludere proprium esse iuris ciuilis. de Orato. 148 a, Pila, tali, tesseræ. in Pis. 94 b, Iste claudus, quomodo aiũt pilam tenere. &c. de Sen. 94 b, Retorquere pilam. de Or. 151 a, Tityus præclarè pila ludens, Brulla talis.

Pilosvs, a, um. I. P. 77 b, Pilosæ genæ, dentes putridi.

Pilvm, li. genus teli, Romanorum proprium. I. A. 231 a, Idq; caput fixum gestari iussit in pilo. pro Mil. 223 b, Sparoti pilorumq; multitudo.

Pilvs, li. de Na. 55 a, Munitæq; sunt palpebræ tanquam uallo pilorum. Acad. 21 b. Nullum esse pilum omnib. rebus tallo pilorum. Acad. 21 b. Nullum esse pilum omnib. rebus tallem, qualis sic pil' alij'. pro Qu. R. 48 a, Hic capite & superciliijs semper est rasis, ne ullum pilum uiri boni habere uideatur. Att. 80 a, Interea à Cappadocia ne pilum quidem. Qu. F. 317 b, Ego ne pilo quidem minus te amabo.

Pindentissae. pop. At. 78.

Pindenissvs. opp. At. 79. 86. Ep. 23. 245.

Pingo, gis. pictura exprimo. de Orator. 114 b, Vt in pictura, qui hominis speciem pingere perdiderit, is potest cuiusqui hominis speciem pingere perdiderit, is potest cuiusquis uel formę uel ætatis etiamsi non didicerit, pingere. Epistol. 68 b, Alexander ab Apelle potissimum pingi, à Lysippo fingi uolebat, de Cla. 177 a, In uerbis pingendis & illuminandis sententijs. de In. 62 a, Is & cæteras tabulas pinxit, &c. &c. id est, Zeusis. Att. 58 a, Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione. Tusc. 240 b, Textile stragulum magnificis operibus pictum. de Clar. 188 b, Tabulas bene pictas collocare in bono lumine, pro Arc. 191 b, Effigies uirtutum summis ingenijs expressa & polita. de Fin. 79 a, Cleantehes tabulam uerbis pingere solebat, &c. id est tabulam uoluptatis. Q. Fr. 315 b, Quadrigis poeticis modò mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis penicillo meo. I. Color, & lecythus.

Pingvis, gue. opimus, crassus, rudis. de Fat. 141 b, Thebis crassum cœlum, itaque Thebani pingues & ualentes. de D 107 b, Pingue & concretum esse cęlum. pro Arch. 190 b. Cordubæ nati poetæ, pingue quiddam sonantes atque peregrinum. Academ. 27 b, Quod ipsi Antiocho pingue uidebatur, & sibi contrarium. de Am. 99 b, Agamus igitur pingui Minerua, ut aiunt.

Pinna, næ. penna. de N. 71 b, Minerua, cui pinnarum talaria affigunt. In Arat. Atque unus ad summum caudã primasq; racedit Pinnus, &c.

Pinna, conchæ marinæ genus. de N. 56 b, Pinua duabus grãdibus patula conchis. de Fin. 103 b, Quæ in concha patula pinna dicitur.

Pinnatvs, a, um. pennatus, pinniger. de Nat. 71 a, Pinnatus Cupido. & Tus. 180 b, Pinnata cauda.

Pinniger, ra. penniger. Ep. 110 b, Pinnigero in corpore, nõ armigero tela exercere. aliter, Pennigero.

Pinnoteres, teris. conchæ marinæ, id est, piscis genus. de Fin. 103 b, At illa quæ in concha patula, pinna dicitur: isq; qui enatẽ concha, qui quod eam custodit, pinnoteres uocatur.

Pinnvla. de N. lib. 2. Pulli cum piunulis uti possunt.

Pio, as. expio. de L. 173 b, Hetruriæ principes fulgura atque ostenta piantò. pro Do. 239 b, Si quid tibi piandum aut instituendum fuisset religione domestica.

Piræevs, ei. Πειραιεύς Græcè, portus Athenarum. Att. 103 a, Venio ad Piræea, in quo magis reprehendẽdus sum, quod homo Romanus Piræea dixerim, nõ Piræum, sic enim omnes nostri locuti sunt, quàm quòd In addiderim. & 97 a, In Piræa cũ exissem, &c. de Cl. 169 a, Vt semel è Piræeo eloquentia euecta est.

Pirata, tæ. prædo. I. V. 248 b, Iste à piratis ob hunc archipiratã pecunias accepit. & 68 b, Vrbes piratis prædonibusq; patefactæ. Of. 73 b, Nam pirata non est ex perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium. pro S. R. 43 a, Quis prædo tam nefarius? pirata tam barbarus?

Piratica, cę. Postquam. 207 a, is profectò egestate coactus piraticam fecisset.

Piraticvs, ca. I. V. 250. 254. 255.

Pirae, arum. opp. Qu. F. 310. a

Pisavrvm, ri. opp. & Pisaurensis. de Clar. 189 b.

Piscator, oris. Offic. 63 b, Tum Pythius piscatores ad se conuocauit, ab ijs petiuit, ut ante suos hortulos piscarentur.

Piscatvs, tus. de Fin. 69 b, Piscatu, aucupio.

Piscicvlvs, li. de N. 50 b, Pisciculi parui.

Piscina, næ. lacuna in qua pisces uiui seruantur. Qu. Fr. 306 & Attic. 17 a. & Parad. 113 a, Magna uis aquæ usque ad piscinam publicam. Att. 22 b, Si mihi barbati in piscinis sint. Qu. Fr. 321 a, Intelligo mirifica suauitate te uillam habitum piscina & salentibus additis, palæstra & sylua uiridicata. I. Nilus.

Piscinarivs, a, um. qui piscinis delectatur. Atti. 10 b, Beatos homines (hos piscinarios dico amicos tuos) non obscurè nobis inuidere. & 20 a, Mihi uero ut inuideant piscinarij nostri, &c.

Piscis, scis. de N. 52 a, Pisces ut aiunt, oua cum genuerit, relinquunt. de Se. 86 a, Pisces hamo capiuntur. I. P. 94 a, Mẽsa extructa nõ conchilijs aut piscibus, sed multa carne, &c. de M. 48 a, Pisces signum cœleste,

Piscoa, aris. Offic. 63 b, Tum Pythius piscatores ad se conuocauit, ab ijs petiuit, ut ante suos hortulos postera die piscarentur.

Pisidae, arum. Pisidij pop. de D. 80 b, & 99 b.

Pisidia, diæ. regio. D. 99 b.

Pisidii, orum. Pisidæ. de D. 85 b, Cilices, Paphylij, Pisidij.

Pisistratvs, ti. Tyrannus clemens Athenis. Att. 115 a.

Pistor, oris, qui panem conficit. I. P. 94 a, Pistor domi nullus, nulla cella, panis & uinum à propola atque decupa, ꝓ S. R. 41 a, Mitto hasce artes uulgares, coquos, pistores, lecticarios, &c. de Fin. 69 b, Optimis cocis, pistorib. piscatu, aucupio, &c.

Pistrinvm, ni. locus ubi frumentum tundebatur mola trusatili. de Orato. 89 a, Oratorem in iudicia & conciuculas, tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi uidebam. & 121 b, Tibi mecum in eodem est pristino Crasse uiuendum. Q. F. 302 b, Tradere aliquem in custodiam, uel in publicum uel in pistrinum.

Pistrix, cis. cetus, belua marina. In Ar. Fera pistrix, & 388 b, In Ar. Spiniferam subter caudam pistricis adhæsit.

Pitho. l. Suada.

Pituita, tæ. unus ex quatuor corporis humoribus, is qui aquæ similior est. Tus. 160 a, Sanguis, bilis, pituita. & 213 b, Cum pituita redundat aut bilis in corpore.

Pituitosvs, a, um. de Fat. 141 a, In alijs locis homines sunt pituitosi, & quasi redundantes, in alijs exiccati atque aridi.

Pivs, a, um. qui pietatem colit. Of. 70 a, Ipsi patriæ conducit, pios habere ciues in parentes, de L. 172 b, Deos piorum & impiorũ habere rationem. pro Cor. 60 b, Nihil est aliud in fœdere, nisi ut pia & æterna pax sit. de Fi. 79 b, Nemo pius est, qui pietatem cauet. pro Sest. 3 b, Pius dolor, & iusta ira cundia. de Sõ. 128. Quare tibi Publi & pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis. pro S. R. 29 a, Oratores ne pius quidem sine scelere esse potuit.

Placabilis, le. exorabilis. I. V. 129 b, Omnia habuit æquiora & placabiliora, quàm animum iudicis. Atti. 229 a, Vt eo te placabiliorem præbeas. Ora. 190 b, Tu eos etiam quos contrà statuis æquos placabilesq; dimittis. Ac. 268 b, Præbere se placabilem alicui, ad Her. 28 b, & 38 a, Placabilis, exorabilis.)(. Implacabilis, inexorabilis.

Placabilitas, tis. clemẽtia, lenitas, mansuetudo. Of. 18 a, Nihil magno & præclaro uiro dignius placabilitate atque clementia.

Placate. patienter, humaniter, placidè. Episto. 78 b, & 90 a Omnia humana placatè & moderatè feramus.

Placatio, onis. pax, uenia, de N. 61 a, & de Diu. 116 a, Nostra ciuitas nunquam sine placatione deorum immortalium tanta esse potuisset.

Placatio. moderatio, tranquillitas. Tus. 222 a, Perturbatio animi, placatione abluatur.

Placativs. moderatius. aduer. Ep. 90 a, Remissius & placatius quotidie aliquid ferre.

Placatvs, a, um. placabilis, pacatus, tranquillus, quietus. Attic. 68 a, Nihil tam uidi mite, nihil tam placatum, quantum erat frater meus in fororem tuam. Tusc. 231 b, Sic a, nimi quietus & placatus status cernitur. Item: Alteros tibi iam placatos esse intelligo, alteros nũquam iratos fuisse. Tusc. 169 b, Placatissima quies. de Finib. 63 b, Placatus tranquilla, quieta, beata uita. Quin. de Pet. 212 a, Tamen hi possunt abs te placati æquíque ediscedere. pro Mar. 133 b, Dij uel placati iam, uel etiam fatiati esse debent. Postquam 198 a, Si mihi placata & tranquilla omnia fuissent. Orato. 201 b, Res placatæ & minimè turbulentæ. Atti. 90 a, Placatus.)(. Ira incensus. Off. 35 a, Deos placatos pietas efficit & sanctitas.

Placentia, æ. urbs, & colonia Rom. In l. Pisonem apud Asconium Pedianum.

Placentinvs, de Clar. 170. & 180 a. T. Tinca Placentinus. & I. A. 182.

Placeo, es. non displiceo, satisfacio, arrideo, iucundus sum. & Placet, bat, placitum est, sedet, uidetur, probatur, cordi est. Attic. 236 b, Cum scripsissem ad Abrutum de optimo genere dicendi, non modò mihi, sed etiam tibi scripsisse, sibi illud, quod mihi placeret, non probari: quare sine quæso quemque sibi scribere, suam cuique sponsam, mihi meam, suum cuique amorem, mihi meum, non scite. hoc enim Attilius poeta durissimus. Item ibi. Meum mihi placebat, illi suum. de Orat. 110 a, Ego nunquam mihi minus quàm hesterno die placui. Episto. 3 a, Itaque postridie placuit, ut breuiter sententias diceremus. de Orato. 97 b, Po

ſtea mihi placuit, eoque ſum uſus adoleſcens, ut explicarem, &c. pro Cluen. 32 b, Canutio placuit repente iudices pronunciare. Attic. 149 b, Video tibi non probari, quæ ne mihi quidem placebant. At. 204 a, Expecto quid iſtis placeat de epiſtola ad Cæſarem. & 208 a, Volo Dolabellæ ual de deſiderantiæ placere, nec reperio quid. Qu. Fr. 310 a, Longinus mihi aiebat, ſe uelle nobis placere. pro Do. 224 a, Nonne fieri poterat, ut populo de Cypro rege placeret? de exulibus Byzantijs diſpliceret. At. 276 a, Hoc mihi in te placuit ad Heren. 6 b, Ita nobis placitum eſt, ut ſcriberemus, &c. D. Brut. Ep. 167 a, Cum in his uerſarer anguſtijs, placitum eſt mihi ut poſtularem legationem. &c. Item Placitum eſt mihi, ut Brundiſium ducerem hanc copiã quam habeo mecum. Ep. 114 a, b, & At. 129 a, De prouincijs placitum eſt, ut coram Pompeio ageretur. pro S. R. 35 b, Si dijs immortalibus placet. de Off. 43 b, Quod ſcribere non auderem, niſi idem placeret. Panetio. de D. 103 a, ut doctiſsimis ſapientiſsimiſque placuit. & ibid. Nam nõ placet Stoicis, &c. & 117 a, Placet Stoicis, &c. Acad. 25 a, Duo placet eſſe Carneadi uiſorũ genera. de Finib. 54 b, Verum igitur percurri omnem Epicuri diſciplinam placet? an, &c. Item ibi. Igitur agam ſic, ut ipſi autori huius diſciplinæ placet. Item ibi. Vt placet inquam. Ep. 256 b, Videbis quid Lyſoni quid medico, placeat.

Placidè, leniter, placatè. Or. 205 a, Placidè ſedateq; loqui. & in V. 126 a, Placidè ferre aliquid. & Tuſc. 184 b, Placidè & ſedatè ferre dolorem.

Placidvs, a, um. placatus, tranquillus. Tuſ. 237 b, Semper in animo ſapientis eſſe placidiſsimam pacem. & 211 a, Placida quietaq; conſtantia. pro Cecin. 290 a, Aliquem iratum, placidũ, ac mollem reddere. de Sen. 79 b, Placida ac lenis ſenectus. de Or. 125 a, Oratio placida, ſummiſſa, lenis.

Placo, as. lenio, mitigo, placatum efficio, exoro, reconcilio, macto, expio, procuro. At. 5 b, Primum tibi de noſtro placando, aut etiam penè reſtituendo polliceor. de Natur. 3 a, Qua in cauſa beneuolos obiurgatores placere poſſumus. pro Dõ. 222 a, Placui odia improborum. pro Font. 283 b, Placare animos iudicum. de Ar. 258 a, Noſtræ ſunt inter nos iræ diſcordiæque placandæ. Epiſt. 202 b, Is ad me Romam literas miſit, ut te ſibi placarem. I. C. 180 a, Quos ego non tãm ulciſci ſtudeo, quãm ſanare, & ipſos placare reip. I. A. 213 b, Iam uerò ipſe ſe placabit & leniet prouinciæ Galliæ. & de Fin. 58 a, Et animos quaſi concordia quadam placet ac leniat. pro Dom. 241 b, Cum diuinum numen ſcelere uiolatum precibus placare cogeretur. de Na. 62 b, Tu Deiorum deuotionibus placatos eſſe deos cenſes? Item ibi. Quo autem tanta eorum fuit iniquitas ut placari populo Ro. non poſſent, niſi uiri tales occidiſſent? pro Fon. 280 a, Galli humanis hoſtijs deos placant. Tuſ. 279 b, Hæc dextera lernam terram mactata excetra placauit. pro Deiot. 145 a, Nemo unquam te placauit inimicos, qui ullas reſediſſe in te ſimultatis reliquias ſenſerit. de Leg. 174 a, Impius ne audeto placare donis iram deorum. Qu. Fr. 300 a, Quoſcumque de te queri audiui, quacunque potui ratione placaui. I. A. 225 a, Placa animum, & mitiga.

Plaga, ge. nulnus, perculſio. In V. 363 a, Dico mercedem uulneris atque plagæ conſtitui nefas eſſe. Tuſculan. 183 b, Qui bene inſtituti ſunt, accipere plagam malunt, quãm turpiter uitare. de Nat. 15 a, Grauiorem plagam accipiebat, ut leuiorem repelleret. & Epiſto. 136 b, Hæc eſt leuior plaga ab amico, quãm, à debitore. & Tuſc. 187 a, Ventique plaga uehementior. pro Mur. 135 a, Illa plaga eſt iniecta petitioni quæ maxima. pro Flacc. 159 b, Phrygem plagis fieri meliorem. & I. V. 269 a, Crepitus plagarum. I. Va. 33 a, Infligere plagam mortiferam alicui. pro Seſt. 12 b, Imponere plagam inſanabilem alicui. I. A. 212 a, Luculentam tamen ipſe plagam accepit. Orat. 219 b, Sic nec oratio facit plagam grauem, niſi, &c.

Plaga. regio. de D. 114 b, Quod ante oculos eſt, non uident, cœli ſcrutantur plagas. de Fat. 144 b, Motus extra pondus & plagam, cum atomus declinat interuallo minimo. & 249 b, Atomi uim quandam habens à Democrito impulſionis, quam ille plagam appellat, ab Epicuro grauitatis & ponderis.

Plagæ, retia. I. Macula. I. V. 266 b, Si ex laqueis te exueris, in illas tibi maiores plagas incidendũ eſt. Acad. 37 a, Plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt. Of. 65 b, Tendere plagas. Epiſt. 198 b, Conijcere aliquem in alicuius plagas.

Plagiarivs, a, um. qui liberum hominem uendit uel emit, item qui ſeruum ſeruamue à domino auertit, fugam fudet, emit uenditue ne ſciente domino. Pieri autem poteſt hic, ut ſit cognomen Licinij eius de quo loquitur Cicero. Qu. Fr. 300 b, Licinium plagiarium cũ pullo miluino tributa exigere.

Plagiosippvs. ad Her. 34 a.

Plane, clarè, apertè.)(Obſcurè. de Orator. 96 b, Planè & liquidè loqui. & de Orat. 249 b, & de Fin. 94 a, Planè & perſpicuè dicere aliquid. Epiſto. 104 b, Quam planiſsimè res illa ſcribit potuit. I. V. 140 a, Apertiſsimè & planiſsimè explicare aliquod. pro Qu. R. 52 a, Planius & apertius dicã. & Top. 222 a, Quo planius accipiatur. de Fin. 66 a, Sed illud dixiſti bene latinè, parum plane. de D. 128 b, Demoſthenes ſcribit Phalereus, cum Rho dicere nequiret, exercitatione feciſſe, ut planiſsimè diceret. I. P. 90 a, Quod omnes leges planiſsimè uetant. Epiſto. 26 a, De Ocella parum planè ad me ſcripſeras. & de Finib. 52 a, Nã & complectitur uerbis quod uult, & dicit planè quod intelligam.

Plane, prorſus, omnino, funditus de Cl. 184 a, Nec illi hoc planè atque omnino defuit. & de Orat. 98 a, Neq; omnino &c. neque planè &c. de Cl. 196 b, Quod tam propemodũ, uel planè potius effeciſti. de Cla. 191 a, Perfectè, planeque eruditus. At. 110 b, Aenigma Oppiorum planè non intellexi. At. 39 b, Te rogo ut planè ad nos aduoles. ad At. 105 a, Quod conueniſti, &c. feciſti planè bene. de Orato. 94 a, Res penitus cognitæ planeque perſpectæ. ad Her. 30 b, Fieri poteſt, ut non planè par ſit numerus ſyllabarum. Ep. 40 a, Illud planè moleſtè tuli, quod uidebam, &c. Ep. 105 b, Plane enim intelligo, te, &c. Ep. 5 b, & 21 a, Cauſa Aletandrina uidetur ab illo planè eſſe deſpicta. At. 129 b, Explicari mihi tuum conſilium plane uolo, ut penitus intelligam. I. A. 212 a, Gladiatorem appella, ut appellant hi qui planè & latinè loquuntur. de I. 166 b, Sed ego planè uellem me arbitrum inter eos datum.

Planetæ, tarum. inerantes ſtellæ ſeptem. Tuſc. lib. 1. Planetarum motus tarditate & celeritate diſsimilimi.

Plangor, oris. eiulatus, ploratus Or. 209 a, Plangore & lamentatione compleuimus forum. I. A. 176 b, Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plauſu reijciebat. ad Her. 22 a, Fœmineus plangor.

Planities, ei. æquor, campus. I V. 226 a, Quo in ſummo eſt æquata agri planities. & de D. 80 a, Planities magnitudo; regionum.

Planta, æ. furculus, ſtirps. de Sen. 88 a, Malleoli, plantæ, ſarmenta, uites, traduces, propagines, &c. pro pede. In Arat. Hunc Orionis ſub læua cernere planta Serpentem potens.

tam suam in aliqua re.pro Cluen. 28 a, Profiteri id quod non posis implere,quod impudentiæ est. contra Rul.65 a,Profiteor tibi meum studium ad remp. defendendam.& pro Mu.130 b,Triduo me iurisconsultum esse profitebor. Epist.64 b,Ego uerò tibi profiteor & polliceor eximiũ & singulare meum studium . de Ar. 44 a, Ego inimicum me semper esse professus sum duobus,qui,&c.I.P.69 b, Cum se Pompeius supplicem ,p me profiteretur.Ep.163 a,Qui cunque is est,ei me inimicum profiteor.Ep.45 a, Tibi me profiteor in repub.sociũ.de Nat.14 a, Existimo tardiores ad hanc sententiam profitendam multos esse factos. I.V. 126 a,A Athenio petere cœpit, ut ad ea signa tollẽda opera suam profiteretur,seq; adiuuaret.de Leg.171 b,Contrà facere quã professus pollicitusq; sis. de Or. 88 b,Quamobrem ista tanta tamq; multa profitenda Crasse non cẽseo. Att.182 b,Italię sua nobis studia profitenti,remisistis, Q.F.201 a, Nostræ causæ non uidentur homines defuturi mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur.

Profiteri. edere,denunciare,contra Rul.78 a,In Posterũ uerò lex hæc imperatoribus nostris constituatur, ut quicunque de prouincia decesserit,apud eosdem decemuiros, quantum habeat prædæ,manubiarum,auri coronarij profiteatur.In V.155 b,Edixerat,ut aratores iugera sationum suarum profiterentur.& 153 b, Nemo erat decumanorũ, qui grano amplius sibi quàm deberetur , deberi professus esset.pro Ar.186 b,Si sexaginta diebus apud prætorem essent professi.& 187 a, Archias professus est apud prætorẽ Q.Metellum,& ib.Ar non est professus,imo uero his tabulis professus , quæ sola ex illa possessione collegio; obtinent publicarum tabularum autoritatem.

Profligatvs,a,um.perditus,pro S.R.14 b , Omnia in eo ad perniciem profligata atq; perdita. & I.V.67 b , Iudicia perdita & profligata.I.V.161 b,& pro Ar.188 a, Tu omnium profligatissime & perditissime .

Proflico,as.affigo.prosterno,depello.de Or.143 a,Cum Philippus suis cõsiljs remp.profligasset.I.C. 104 b,Quã tandẽ illum mœrore afflictum elisse & profligatum putatis?pro Ra.129 b.Profligare aciem hostium.de Pro.76 a, Vos tamen oportet ab eodem illa omnia, à quo profligata sunt, confici uelle.Ep.201 a,Qui profligato bello ac penè sublato,renouatum bellum gerere conatur.Tu.231 a,Ac qui profligata iam hæc, & penè ad exitũ adducta quæstio est.I.A.265 a,Cum Cæsar hostium copias profligarit, occiderit ,&c.

Proelvens ,tis.fluuius,flumen,torrens.de In.81 a, Deinde est in carcerem deductus, ut ibi tantisper esset,dum euleus,in quem coniectus in profluentẽ deferretur , comparetur.ad Her.4 b,Et obuolutus corio deijciatur in profluentem.Q.F.318 b,Aquam profluentem & eam uberem uidi multis locis.de Or.145 a,Profluens quiddam habuit Carbo,& canorum.Orat.123 a,Genus orationis liquidum,fusum,profluẽs.)(.Exile,aridum,minutum.de Cl.184 b,Ex pedita ac profluens loquendi celeritas.de Or.160 a , Loquacitas perennis & profluens.

Proflventer,abundãter,copiosè.Tuf.238 b,Ergo omnia profluenter,absolutè, prosperè .

Proflventia,tiæ.affluentia,copia,redundantia . Par.237 a,Inanis profluentia loquendi.

Proflvo,is.dimano.Of. 112 a, Ex quo sunt illa cõmunia,nõ prohibere aquam profluentẽ.& Q.F.318 b,Cuius ore sermo melle dulcior profluebat.de D.101 a, Si lacus emissus lapsu & cursu ad mare profluxisset . pro Cæl.38 b,Ego ab his fontibus profluxi ad hominum famam .

Profvgio , gis.profugio, transfugio.de Sen.87 a,Libenter uerò istinc tanquam à domino agresti & furioso profugi. pro Dom.230 b , Illi damnati comitijs centuriatis in exiliũ profugerunt.& In V.174 b,Patres familias errores profugerunt.de D.101 a,Veientem quendam ad nos hominem nobilem profugisse. pro Pom. 8 a,Ex Ponto Medea quondam profugisse dicitur.pro Deiot.145 b,Senatus ex Italia profugit.I.V.117 a,Heraclius Syracusis illa nocte profugit.de Am.103 b,C. Blosius quæstione noua perterritus i Asiam profugit.de Cl.193 b, Philo cum opimatibus Athenienſiũ domo profugit.Ep.56 a Reliquos aiebãt profugisse metu perterritos.At.248 a,Quintus filius profugere ad Brutum uoluit.

Profvgivm,gij.perfugium.pro Cec.304 a, Exilium est pro fugium portusque supplicij.Epi.71 a,& 105 a, Quod eũ poterat mihi esse profugium.

Profvndo,dis.effundo.de Som.127 b,Equidem uim lachrimarum profudi.& At.175 a,Lachrimæ se subitò profuderunt.& pro Font.284 a,Lachrymas profundo.pro Cęl.33 b,Voluptates,quæ cum inclusæ diutius & prima ætate cõpressæ & constrictæ fuerunt , subitò se nonnunquam profundunt,atque eijciuntur uniuersæ.I.P.82 b , Omne odiũ inclusum nefarijs sensibus impiorum in me profudistis.p Mar.136 a,Qui in causa animã profundit.Of.17 a,&I.A. 263 b,Profundere uitam pro patria.& de Fin.77 a,Qui uitam pro patria profuderunt.& pro Cla.21 a, Profundere sanguinẽ pro patria.Tuf.187 a,Profundere uocem.& pro Fl.149 a,Sed profundendo clamore multitudinis concitatæ.I.C.106 a , Patrimonia sua profuderunt,fortunas suas obligurierunt.pro Qui.17 b,Profusis sumptib.uiuere.At. 16 b,Omnes profudi uires animi atque ingenij. At.102 a, Si totum se ille in me profudisset.de Or. 138 a,Nihil ẽ in natura rerum omnium , quod se uniuersum profundat,& quod totum repentè euolet.ad He.38 a, Sed tanquam sanguis profusus est per totũ corpus orationis.Ac.122, Res iam uniuersas profundam.Ep.62 b,Profundere & perdere laborem.Of.44 b,Pecunias profundere in eas res quarũ memoriam aut breuem, aut nullam sint relicturi omino. I.A.221 b Sanguis qui profusus est in morte,&c.de L.161 a,Quæ frugibus,ac baccis terræ fœtu profunduntur.

Prof vndvs,a,um.pro Pla.262 a,Mare profundum & immẽsum.pro Sest.15 a , Iecissem potius in ,pfundũ.& I.V. 205 b,Abijcere aliquid in profundum:id est, i mare.de Fi. 100 a,Esse in profundo aquæ.)(.Esse in summo aquæ.Ac. 9 b,Natura ueritatem in profundo abstrusit.I.P.90 a,Cũ partim eius prædæ profundæ libidines deuorassent.

Profvsvs,a,um.immodestus,immoderatus,p Q.7 a, Quis tam profusus ac perditus nepos fic dissolutus fuisset?pro Mur.141 b,Priuata luxuria,profusæ epulæ.& pro Cæl.49 b,Profusa luxuries. Tusc.212 a,Lætitia profusam hilaritatem efficit.pro Q.17 b,Profusis sumptibus uiuere.pro Cl. 25 a,Quanti & quanta profusi sumptus. Off.21 a,Ipsum genus iocandi non profusum neque immoderatum,sed ingenuum & facetum esse debet.

Progenies,ei . proles,genus.de Vn. 201 b , Veteres,quise progeniem deorum esse dicebant.Oct.331 b,Audiet Brutus eum populum,quem ipse primò,post progenies eius a regibus liberauit , pro turpi stupro datum in seruitutem. pro Cæl.44 b,Progenies mea Quilla Claudia.Tuscul.166 a,Priamus tãta progenie orbatus.Tuf.153 b, Antiquitas, quæ quo propius aberat ab ortu & diuina progenie,hos, &c.I.A.221 a , Reddita est ei statua pro uita , quæ multos per annos progeniem eius honestaret .

Progigno , gnis.procreo.gigno.de D.170 a,In seminibus inest uis earum rerum , quæ ex his progignuntur . Offic. 65 a , Si hic , qui hoc lumen progenuit , ex filio est nominandus.

Prognatvs,a,um.natus,procreatus.195 b, Thyestes Tantalo prognatus, Pelope natus.& de D.88 b, Euridica progenata.Ep.Fam.lib.8. Venere prognatus.

Prognosticon . coniectura,signum rei futuræ, diuinatio. Att.246 a,Equidem pluuias metuo,si prognostica nostra uera sunt , ranæ enim ἐπιτρόδωσι. & 23 a , Prognostica mea cum oratiunculis propediem expecta . de D. 83 a, Atque his rerum persuasionibus prognostica tua referta sunt.de Diu.lib.2. prognosticorum causas persecuti sunt Boetus Stoicus, & Posidonius.

Progredior,ris.progressionem uel progressum facio,pro cedo,serpo,quasi pergo facere.de D.36 a,Itaq; reuertit ex itinere,cum iam progressus esset multorum dierum uiam. & Epi.169 b,Progressus sum ad Cisalpinos cum exercitu. de Or.159 b,In quo impune progredi licet duos pedes.de Or.159 b,In quo impune progredi licet duos pedes.de exaudiuit hinnitum . pro Sest. 20 a, Sestius nihil progredi exaudiuit hinnitum . pro Sest. 20 a, Sestius nihil progredi tur.I.A.231 b,Mihi Antonius peruenisse uidetur , quoad progredi potuerit feri hominis amentia . I. A. 162 a, Quid

Quid stultius quàm obijcere aduersario,quod ille fi uerbo negarit.longius progredi non posit,qui obierit?de Ami. 130 a,Videamus,si placet,quatenus amor in amicitijs progredi debat . de Finib. 120 b, Nihil ergo adiuuat procedere & progredi i uirtute.Tuf. 151 b, Vltra quo progrediar, quàm ut probabilia uideam, nõ habeo I.V. 92 a, Nunquã in eum locũ progressi fuissent , ut illũ interficere conarentur.Ep.142 b, Existimauitq; fratrem suum hominem non sapientem pulsum inimicorũ suorum eõ progressum esse. At. 193 a, Neq; tamen progredior longius quã mihi concessum est.Or.207 a, In quo tamen longius progrediamur quod uidemus,&c.de D.85 b, Diuinatio cõiectura nititur, ultra quã progredi non potest. contra Rul. 85 b, Sed certè nõ continebuntur, progredientur longius, efferentur. Antequã 155 a, Ne calamitas remorata longius serpat atque progrediatur,prẽcauete.de Ar. 275 a,Ad omnia progredi, id est,proiectum esse.de Sen.83 a,& 86 b,Paululum ætate progressi.de Fin.134 b,Progrediente ętate,& progredientibus ætatibus.de Or. 153 b, Nunc ad reliqua progrediar, meq; ad meum munus pensum;reuocabo.de Fi.94 a,Progrediamur igitur,&c.de N. 37 a, Natura est ignis artificiosus ad gignendum progrediens. & 42 a, Natura particeps rõnis,tanquam uia progrediens.,p Cęl.50 a,Ex hac domo progressa ista mulier,de ueneni celeritate audebit? Parad. 119 b,Quãm lõge progrediare,cum semel transieris,ad augendã transeundi culpam nihil pertinet. Atti. 157 a, Alter eò progressus est,quo non audeo dicere.At.152 a,Scribendum ad te existimaui , ne quò progredereris inclinata iam re, qua integra etiam progrediendum tibi nõ existimasses. Off.7 b,Regredi quàm progredi malo.

Progressio,onis.progressus.Of.54 b, Quæ & ingenij bonitate multi assequuntur, & progressione discẽdi. & de Fi. 121 a,Vestri progressionem ad uirtutem fieri aiunt, leuationem uitiorum fieri negant.& Tusc.209,a,de Fin.110 a, Ab his initijs profecti omnium uirtutum & originem & progressionem persecuti sunt.Off.55 b,Aliter enim teneri non potest,si qua ad uirtutum est facta progressio.

Progressvs,sus.processus,progressio.Att.30 a, Progressũ præcipitem, inconstantem reditum uidet. Off. 3 a, Ratio, quæ causas rerum uidet,earumq; progressus, quasi antecessiones nõ ignorat .Tuf.118 b,Philosophi nunquam in suis studijs tantos progressus facere potuissent.de N.5 a, Lucilius Balbus,qui tantos progressus habebat in Stoicis.I.A. 203 b,Progressum ætatis expectari,non oportet. de N.36 a,Progressus & regressus quinq; stellarum errantium constantes & rati.At.130 a,Audiui Cæsarẽ firmo progressu in castrum Truentinum uenisse.I.A.231 a,Brutus Dollabellã irruentem in Asiã à progressu arguit, a reditu refrenauit.

Proh,uel prò.I.Prò.de Or.129 b,Proh dij immortales,quę fuit illa,quanta uis. & Or. 211 b, Proh deum atq; hominũ fidem.& ibid. Vel proh deũ dico,uel proh deorum.Tuf. 137 b,Etenim proh deorum atque hominum fidem , &c.

Prohibeo,bes.ueto,interdico, excludo, obsto, inhibeo,libertatem adimo,potestatem non permitto,præcludo,summoueo,arceo,interclũdo , reppello,potestate faciendi aliquid aliquem priuo.Attic.56 a, Qui mecum erant , facilè operas aditu prohibuerunt. & pro Pomp. 7 a, Prohibere aliquem calamitate.Offic. 41 a, Qui prohibent iniuria tenuiores iniuria constituenda.Ep. 152 b, Prohibere aliquẽ prouincia.ad Her.21 b, Prohibere aliquem sepultura. & 9 b,Prohibere aliquem detrimento.I.V.160 b,Eques Ro.bidũ cibo tectoq; prohibitus . de Or. 148 a, Cum homines tempestatis causa opere prohibentur.I.A.169 a,Patri per suasi,ut eũ à tua cõgressione prohiberet.I.V.233 b,Quod prædones ab urbe prohibuisset.de Cl.199 b, Et uirginem ab armatorũ impetu prohibeamus.pro.Põ.7 a,Prohibere remp.à periculo.Ep.84 a,Prohibere aliquẽ à rep.Of.18 a, Prohibenda est autẽ maximè ita in puniendo.I. C.100 a, Is oẽs motus Catilinæ conatusq;,phibebit. de N. 9 a, Lex recta imperans prohibensq; cõtraria. Offic.61 a, Vsu uerò urbis,phibere peregrinos,sanè inhumanũ est.pro Lig.139 a,Tu nos iacẽtes ad pedes supplicũ uoce prohibebis? Oct. 329 b,Quoniã coram id facere prohibeor,absens profim. Ep.11 a,Qui Bibulũ exire domo prohibuissent . pro S.R. 44 a,Dij prohibeant iudices , ut hoc præsidium sectorum existimetur.de Or.148 a,Temporibus excludi.

Prohibessit,prohibesſint.pro prohibuerit,prohibuerint. de L.185 a, b. 186 a,Ni par maior ve potestas, pouslusve prohibesſit.

Proiectio,onis.porrectio. Or. 202 a, Brachij proiectio in contentionibus,contractio in remissis.

Proiectvs,a,um.porrectus,abiectus. de Orat. 163 b, Brachium proteruis proiectum.I. V.227 b, Insula in utriusq; portus ostium proiecta.204 b, V bs proiecta in altum . In Arat. Exin proiectæ claro cum lumine chelæ . de D. 92 a, Simonides ignotum quendam proiectum mortuum uidit, eumque humauit.

Proiectvs.impudens, profligatus , ad omnia progrediens. pro Cl.56 b, Illi quorum eminet audacia , atque proiecta est.pro Dom.236 a, Proiecta quædam & effrenata cupiditas.I.V.76 b,Proiectus ad audendum

Proiecvs.producta,promota,proposita,præcipua.) (.ἀπροκρυμένα. i. reiecta. de Fi.101 a,b.122 a,L. Proegmena.

Proiicio:cis.abijcio. I.C.104 b, Patria mihi lætari uidetur, quod tantam pestem euomuerit , forosque proiecerit. Antequam.197 b,Proijcitur Tullius in exilium.pro R.ab. 127 b, Neque ego meam libertatem proiecissem. Tuscul. 171 a, Diogenes proijcise iussit inhumatum . Antequam. 197 b,A liberis suis abstrahi , à coniuge abripi,ab aris focisq; innocentem proijci.de Fi.80 a,Quæ libido nõ se proripiet ac proijciet?pro Sest. 8 a, Proijcere se ad pedes alicuius.pro Cec. 41 a, Qui se in hoc iudicium proiecerunt. At.138 b,Proximè monent & rogant,ne me proijciã.I.A. 247 a,Nec pro his libertatem, sed pro libertate hæc proijcias tanquam pignora iniuriæ . At. 146 a, Tum poterimus deliberare,non scilicet in integra re,sed certa,minus infecta,quã si una proieceris.te de D.138 a,Is cum esset proiectus inhumatus , amica corpus eius texit suo pallio. In A. 243 a,Qui ex naufragio,&c.ad hęc saxa proiectus est.

Proin.proide.In Cat.106 b, Proin aut exeãt , aut quiescãt.

Proinde.proin,itaq;,proinde.pro Dom.219 a, Proinde de sinant aliquando me ijsdem inflammare uerbis . & de Fat. 146 b,Proinde ordine.I. V. 123 a, Proinde si sapis ,uide, &c.& 273 b,Proinde si qui sunt,&c.Attic.5 b,Proide bono animo sis.& Epi. 186 a, Proinde fac magnum animum habeas.Ep.167 a, Et proinde diligenter ab utroque conseruata sunt.Epist.138 b,Proinde te para,&c.Ep.150 a,Proinde ad omnia paratus ero,ac res me monebit. Tusc. 166 b, Metelli sperat sibi quiſq; fortunam,proinde quasi, &c.pro Dom.119 b,& I.V.96 a, Proinde quasi isti aliter sentiant. & ad Her.14 b,Proinde quasi,&c.de In.84 a, Proinde,uti quæque res est,laborandum est.Antequam.195 a,Proinde aut,&c.I.V.273 b,Proinde si qui sunt , &c. Epist. 167 b, Proinde existimes,&c.quo tibi, &c. At. 28 b, Proinde isti licet faciant quod uolent Coſſ.

Prolabor,ris.delabor,euagor.de L.166 b, Libẽter ad istam orationem tecum prolaberer.pro Quin. 14 a, Cogitabam fore,uti multis in rebus timore prolaberer.de D.109 a,Iuuentus his moribus atque temporibus ita prolapsa est , ut omnium opibus refrenanda atque coercenda sit. pro Cec. 304 Tametsi de hoc iudicio multa præterea , tamen longius prolapsus sum , quàm ratio uestri iudicij postulabat. pro Cæl. 47 b, Huc unius mulieris libido prolapsa est , ut, &c.& At.15 b, Prolapsus cupiditate . pro Fon. 280 a, Ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum uerbũ esse uideatur,

Prolapsio,onis. lapsus, lapsio. pro Cæl. 46 a, Via lubrica, qua ingredi sine casu aut prolapsione uix posis.

Prolatio,onis.dilatio.pro Rab 92 a,Cum alteri ad prolationem iudicij biduum quærereturr.

Prolatio,uacatio à muneribus.Att.lib.7.109 b,Nec enim rerum prolatio, nec senatus magistratusque discessus, nec ærarium clausum tardabit.

Prolatio,commemoratio,usurpatio.Or.208 a,Cõmemoratio aũt antiquitatis,exemplorumque prolatio,summa cũ delectatione & autoritatem orationi affert,& fidem.

Prolato,as.differo,procrastino.I. C. 119 a, Id malorũ opprim sustentando & prolatando nullo pacto potest , quacunque ratione placet,celeriter nobis iudicandum est.

Prolatvs,ta,tum. rerum prolatio & res prolatæ , est tempus illud quo homines feriantur , ac si dicas , negotiorum iurisque

iurisq; suspensio, uacatio à muneribus, quæ maximè erat ludorum diebus, cuiusmodi erant uotiui, Romani, uictoriæ, plebeij. pro Mu. 130 b, Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quæ neque extra Romam usquam, neque Romæ. reb. prolatis quidquam ualet. Q.Fr. 327 b, Res prolatæ. ad interregnum comitia adducta. At. li. 14. 226 a, Meam stultam uerecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deserere uiderer hunc rerum tumorem.

Prolatvs, productus, editus. I. V. Nonne te ex prolatis & non prolatis tabulis condemnari necesse est?

Prolecto, as, allecto, illicio. pro Fl. 149 b, Egentes priuata benignitate prolectat.

Proles, lis, progenies, soboles. de Som. 130 a, Proles illa futurorum hominum. de Nat. 58 a, Ferrea tum uerò proles exorta repente est. de Or. 157 a, Nec enim fugerim dicere prolem, aut sobolem, &c. de L. 185 b, Equitum peditumq; prolem describunto.

Πρόληψις. I. Præsumptio, & Antecaptio, & Anticipatio & notitia, & notio & Prænotio.

Prolixe. largè, liberaliter, cumulatè. pro Dom. 219 a, Is mihi, quæ meum tempus postularet, satis prolixè pollicitus est. Item: Quod statuerat facere, non solùm fecit, sed etiã prolixè cumulatèque fecit. Att. 262 b, Id autem est, ut hoc quod ce tua sponte facturum esse certo scio, honoris nostri causã libenter, non prolixè, sed celeriter facias, aliter, Non solùm libenter & prolixè, sed celeriter facias. Epi. 98 a, Nec minus & prolixè de tua uolũtate promisi, quam eram solitus de mea pollicẽri.

Prolixvs, a, um. liberalis, benignus. Ep. 38 b, Prolixa & benefica natura. & Att. 264 a, Aliquid animo libenti prolixoque facere. & 25 a, Animo gaudenti & libenti. Att. 1 b, Cętera spero prolixa esse his dũtaxat urbanis competitoribus. Att. 93 a, Artobarzanes non in Pompeiũ prolixior per ipsum, quàm per me in Brutum. Att. 111 b, In quo parum prolixi respondent campani coloni.

Proloqvor, ris. profiteor. Or. 210 b, Versus ille, qui uetat artem pudere proloqui quam facĭtes.

Prolvdo, dis. specimen exhibeo. de Orat. 138 b, Sed ijs ipsis sententijs, quib. proluserunt, uel pugnare possint. & ibid. Prolusio.

Prolvsio, onis. quasi procœmium. I. V. 62 a, Sin mecũ in hac prolusione nihil fueris, &c, & de Or. 138 b.

Prolvvies. ei. eluuies, eluuio. Qu. Fr. 326 a, Romæ mira ꝓ luuies, magna uis aquæ, &c.

Promagistro. ut proprætore, & proconsule dictum est. Ep. 227. I. Scriptura.

Promereor, ris. mereor. Antequam. 193 a, Non conuenit enim, cum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, uos ad referẽdam gratiam esse tardiores. I. A. 191 a, Optimè de repub. promereri. Qu. de Pet. 109 a, Si possunt, non amittunt occasionem promerendi. Q. F. 209 a, Is suo beneficio promeritus est, se ut ames, & sibi ut debeas. Q. Fr. 295 b. Aliquem fuisse diligentissimum in promerẽdo, ut sibi maximi honores haberentur. pro Mur. 140 b, Homines tenues unum habent in nostrum ordinem, aut promerendi, aut proferendi beneficij locum. de In. 72 b, Leuius punitus quàm promeritus sit. Offi. 44 a, Paratus ad bene promerendum.

Promeritvm, ti. meritum, beneficium. Postquam. 199 b, Quare hoc maius est in nos uestrum promeritũ, quod, &c, & 204 a, Vestra in nos uniuersa promerita.

Promiscve. communiter.)(. Propriè. contra Rul. 93 a, Pro miscuè toto quàm proprie paruã frui parte malletis. & de Or. 204 b, Cæteris promiscuè poterit uti. & de Orat. 149 b. Promiscuè haurire ex aliquo fonte. pro Fon. 278 b, Iudicium aurium promiscuè & communiter stultis ac sapientibus à natura datum.

Promissio. onis. pollicitatio, pactio. Epi. 56 b, Id quoque genus literarũ deficiebat me, in quo debebat esse aut promissio auxilij alicuius, aut cõsolatio doloris tui. At. 524 a, & de Or. 120 b, & 162 a, Cũ literis, cũ mãdatis, cũ promissione prouinciæ. In An. 216 a, Scelerum enim promissio, & ijs qui expectant, perniciosa est, & ijs qui promittunt.

Promissvm. si. fides, receptum. Offic. 1 a, Ac ne illa quidem promissa seruanda sunt, quæ sunt ijs ipsis inutilia, quibus illa promiseris. & 70 b, Pacta & promissa semper ne seruanda sint, quæ nec ui, nec dolo malo, ut prætores dicere solent, facta sunt. I. A. 175 b, Illic induxit ut peteret, promissum ac receptum interuertit, ad se que transtulit. In V. 264 a, Satis est factũ promisso nostro ac recepto. In A. 156 a, Cæsar multis multa promissa non fecit. Tus. 235 a, Nullum est philosophiæ promissum uberius aut maius. Tusc. 169 a, Si ante mors aduenret, quàm Chaldeorũ promissa consecuti sumus. At. 66 a, O constantiã promissi, & fidem mirã. & 125 b, Cum litteris Cæsaris, præmiorumq; promissis. Q. Fr. 325 b, Promissis ijs quæ ostendit, non uale pen deo. Offici. 7 b, Non standum est promissis, quæ quis coactus metu fecerit. Offic. 71 a, & 7 a, Facere promissum alicui. & ibid. Efficere promissum & conuentum cuipiam. & ibid. Seruare promissa. Epi. 201 b, Soluere promissa mihi bus. &, Exoluere promissa. I. Exoluo. pro Pla. 280 b, Quid me aspectas? quid mea promissa repetis? & Ep. 91 b, Expetere promissa. Ep. 43 b, Cũ tua promissa per literas flagitabã. pro Sest. 10 b, Spe & promissis aliquè tenere. Par. 441 a, Eo exposito munus promissi omne cõfecero. Att. 104, Teucer promissa parauit. 190 b, Sed iã quasi uoto quodam & pmisso me teneri puto. & 245 a, Spõsor, pmissorũ alicuius. Of. 71 a, Theseus exegit promissũ à Neptuno. ꝓ Pla. 156 a, Hermippus Fusijs satisfacit, & fidẽ suã liberat. Epi. 186 a, Ei liberarẽ fidẽ ꝓ Cc. 186 a, Qui ꝓ spopõdit, non facit. pro Deiot. 145 a, Dextra in promissis & fide firma.

Promitto, tis. polliceor, spondeo, recipio, profiteor, confitteo, offero, defero, paciscor, fidem meam alicui obligo, me aliquid facturum ostendo, promissum facio. Offic. 7 b, Att. 251 a, Dij faxint, ut ea faciat, quæ promittit. & ad Br. 319 a, Vix uideor, quod promiseram, præstare posse. Epist. 98 a, Nec minus ei prolixe de tua uoluntate promisi, quam erã solitus de mea pollicerĭ, pro Mur. 145 a, Quemego uobis ita commendo, ut cum inimicissimum huic coniurationi futurum esse promittam, ac spondeam. & pro Cæl. 54 a, Promitto hoc uobis, et reip. spondeo, hunc, etc. Ep. 207 b, Tum illud tibi expertus promitto et spondeo, te cognituru m. etc. Ep. 65 a, Quæ tibi promitto ac recipio, sanctissimè obseruabo, diligentissimeque faciam. I. A. 204 b, Promitto, recipio, spondeo. P. C. C. Cæsarem, etc. Item. Fidem meam obligo. Ep. 40 a, De me tibi sic promitto atque con firmo, me, etc. de Di. 116 a, Quæ autem inconstantia deorum, ut primis minentur exitis, bene promittãt secundis pro Q. R. 47 a, Quæ ex liberalitate illius promissa et ostentata sunt. I. V. 273 b, Donum Iouis dicatum ac promissum. de Or. 111 a, Cum ille dubitaret, quod ad fratrem promiserat, Topi. 222 a, Promittere damni infecti. Of. 7 b, Non standũ esse promissis, quæ quis metu coactus fecerit. Offic. 7 a, Neptunus quod Theseo promiserat, nõ fecit. Ep. 191 a, Præterea, mihi promiserunt Pansa et Hircius coram et absenti mihi scripserunt, Varioque nostro Pansa affirmauit, se daturum operam, ne in suo consulatu mihi succederetur.

Promo, mis. profero. I. V. 192 a, Cum tibi senatus ex ærario pecuniam promptisset atque adnumerasset. et pro Cæl. 48 a, Promere aurum ex armario. pro Quint. Rosc. 49 b, Tu LIII. ex arca proferebas, ille CCC. ex artificio promebat. Ep. 70 b, Animus, qui semper aliquid ex se promat, quod alio delectet. et de Fin. 69 a, Medicamenta illa tanquam de narthecio promãt. de Or. 94 a, Ne ipsa aliquid à me promptisse, sed fortuito in hunc sermonem incidisse uideat. de Orat. 90 a, Est aliquid, quod ex obscuriore aliqua scientia sit promẽdum atq; assumendum. Top. 221 b, Loci sunt quasi sedes, è quibus argumenta promuntur. de Fi. 91 a, Promere libros è bibliotheca. de D. 84 b, Voces trifficas chartis promebat Hetruscis.

Promontorivm, rij. mons in mare porrectum. In V. 365 b, Qui aliqua promontoria, aut præruptã saxa tenuisse dicuntur. et pro Fl. 152 a, I. A. 154 a, Leucopetra, quod est promontorium agri Rhegini.

Promotvs, a, um. productus. de Fin. 101 a, I. Productus.

Promovео, es. proueho, produco. Attic. 61 a, Ibi igitur te uidebo, et promouebo. Qu. Fr. 318 a, Asta in alterum apodyterij angulum promoui. Ter. Qui sedulo mouens sese, nihil promouet.

Prompte promittere, id est, alacri animo, et sine cunctatione. Qu. de Pet. 311 b.

Promptivs, aduer. de In. 80.

Prompty. Off. 47 a, Iam illud non sumus admonendi (est enim in promptu) ut animaduertant, &c. de Diuin. 134 a, Sed hæc quoq; in promptu, nunc interiora uideamus. Of. 2 a, Hæc ita sunt in prõptu, ut res disputatione non egeat. Of. 21 a, Habere aliquid semper in promptu: id est, quasi in animo uel memoria. Of. 12 b, Itaque in probis maximè in prõptu est, si quid tale dici potest. Off. 19 b, Hoc quod dico decorum, non recondita quadam ratione cernitur, sed est in promptu. de Or. 87 a, Cum illa pateant, in promptúque sint omnib. Ac. 39 b, Sed ea dicã, quæ mihi sunt in promptu. Ac. 12 b, Oporter igitur ea quæ pro perspicuitate responderi possunt, in promptu habere. Off. 25 b, Natura formam nostram, reliquãque figuram, in qua esset species honesti, eam posuit in promptu.

Promptvs, a, um. paratus, expeditus, alacer, hilaris, ardens, erectus, expositus, manifestus, propositus, in promptu. I. V. 61 a, Quo paratior ad usum forensem promptiorque esse possim, contra Rull. 82 a, Ad uim promptus, ad seditionem paratus, ad cædem expeditus. de Clar. 178 a, Promptũ & parata in respondendo celeritas. & pro Mil. 111 b, Promptus ad pugnam. de Clar. 176 b, M. Marcellus promptus, & non incxercitatus ad dicendum fuit. Offic. 17 a, Promptiores igitur debemus esse ad nostra pericula, quã ad cõmunia. Q. F 314 a, Te esse hilari animo, & promptu ad iocandum uelde me iuuat. Ep. 43 b, Animus tuum prõptum & alacrem perspexi ad defendendã rẽ. pro Cec. 300 a, Qui tot annos fidem suã populo Rom. prõptam exposũ tamq; præbuit. de Or. 163 a, Discutienda sunt ea quæ obscuram & ea quæ sunt eminentia & prompta, sumenda. & 105 b, Eius rei facilis est & prompta respõsio. I. V. 209 b, Clausum & reconditum.)(. Apertum & promptum. pro Mur. 130 a, Quod omnib. patet, & æquè promptum est mihi & alijs. de Or. 100 a, Alacri & ꝓmpto ore ac uultu huc atque illuc intueri. pro S. R. 38 a, Tamesti hoc quidem mihi nimiẽ latet, quod ita promptum & propositum est, ut, &c. pro Plan. 266 a, Hic quod animo sentiebat, & uultu promptum habuit, et lingua. I. P. 91 a, Respõsione me mimica homo promptissimus lacessiuit. In Verr. 208 a, Promptissimus homo & experiens. Ep. 57 b, Cætera, quæ tibi à multis prompta esse certò scio, à me sunt paratissima. de Or. 121 a, Quæstiones animo percursas, & propè decantatas habere id est, promptas, uel in promptu.

Promvlgat. 10. onis. legis alicuius (ut ita dicam) publicatio & propositio. I. A. 154 b, Illæ enim leges nulla promulgatione latæ sunt, antequam scripræ. & 195 b, Vbi promulgatio trinundinum? Ep. 4 b, subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio, quæ ut udia nostra impediret, &c. 114 b, Promulgatio de dictatore.

Promvlgatvs, a, um. de L. 186 a, Promulgata, proposita, in ærario cognita agunto.

Promvlgo, as. propono. Qu. Fr. 308 b, Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. Quin. F. 311 b, Qui de Cæsare monstra promulgarunt quibus intercederet nemo. pro Mur. 131 a, Prælijs promulgatis tollitur è medio sapientia. pro Flacc. 149 a, Re multos dies promulgata & cognita. Epi. 203 b, Cum tribuni plebis legem iniquissimam de eorum agris promulgassent. Att. 7 b, Promulgare rogationem. Attic. 8 b, Quid de promulgata rogatione sẽtiret, ꝓ Pom. 14 a, Cum Gabinius de uno imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset. I. A. 158 a, Loquor de Legibus promulgatis, de quibus est integrũ nobis. Postquam. 204 b, Et pro Dom. 239 a, Tribuni qui promulgarent de salute mea & ad uos sæpe numero deferent. pro Sest. 8 a, Promulgantur uno & eodem tempore rogationes de mea pernicie, & de prouincijs nominatim consularibus. pro Sest. 18 b, De meo reditu octo Tribuni pl. promulgarunt. pro Sy. 179 b, Lex dies fuit proposita paucos, ferri cępta nunquam posita est in senatu, populum Romanum latuit.

Promvlsis, dis. potio mulso condita. Epist. 136 b, & 138 b, Non eum, quem tu es solitus promulside conficere.

Pronepos, tis. nepotis filius, referturq; ad proauũ. In Ant. 248 b, M. Lepide M. Lepidi Põtific. max. fueris pronepos. & Tus. 196 a, Iouis iste quidem pronepos: id est, Thyestes.

Pronominatio. ornatus quidam uerborum. ad Her. 34 a Pronominatio est, qua ficuti cognomine quodã extraneo demonstrant id, quod suo nomine appellari non potest. ut si quis, cum loquatur de Gracchis: At non Africani nepotes, inquiet, istiusmodi fuerunt.

Πρόνοια. I. Prouidentia.

Pronvnciatio, onis, actio, appellatio. pro Cluent. 29 a, Oppianicus re & existimatione iam lege & pronunciatione nondum condemnatus. de Clar. 188 b, Lenis appellatio literarum. de In. 44 a, & ad Her. 1 b, Pronunciatio ẽ ex rerum & uerborũ dignitate uocis & corporis moderatio. de Or. 86 b, Actio quæ motu corporis, quæ gestu, quæ uultu, quæ uocis cõfirmatione ac uarietate moderãda est. de Or. 111 b, Quis enim cãtus moderatę orationis pronũciatione dulcior inueniri potest? de Fat. 145 b; Omnis pronunciatio aut uera, aut falsa est. de Fi. 42 b, In lingua ponebant explanatam uocum impresionem.

Pronvnciator, oris. historicus. de Cla. 191 b, Thucydides pronunciator sincerus & grandis eriam fuit.

Pronvnciatvm, ti. effatum, græcè ἀξίωμα. Tusculã. 151 a, Omne pronũciatum (sic mihi in prẽsentia occurrit, ut appellarẽ ἀξίωμα. utar post alio si inuenero melius) id ergo est pronunciatũ, quod uerum est aut falsum. I. Enunciatio.

Pronvncio, as. dico. prædico, ago, lingua nuncupo, effero, appello, sententiam dico, effari. Epistol. 69 a, Dicunt uerecundiores esse præcones ludorum gymnicorum, qui cum cæteris coronas imposuerũt uictoribus eorumq; nomina magna uoce pronunciauerunt, cum ipsi ante ludorum missionem corona donẽtur, alium præconem adhibeant, ne sua uoce ipsi se uictores esse prædicent. pro Quin. 9 a, Cui magistri fiunt, qui pronũcient, &c. & de quo præconis uox prædicat, &c. de Fat. 143 a, Neq; eos usuros esse coniũctionibus, ut ita sua præcepta pronuncient, si quis natus est, &c. sed potius ita dicant, non & natus est quis, &c. de Or. 116 a, Tum ad exercẽum agere & pronunciare. de Di. 111 a, Memoriter pronunciare multos uersus. de Or. 92 a, Me nedemus memoriter multa ex orationibus Demosthenis præclarè scripta pronuncians. & 97 b, Eam rem, quam legas, uerbis alijs quàm maximè fieri posit, lectis pronũciare, &c. de Diu. 87 a, Et ea quæ pronunciaui, accuratissimè scripseris. Offic. 65 a, Cum in nenundando rem eam scisset, neq; pronunciauisset emptori. Off. 65 a, Is igitur iudex ita pronũciauit. & ibid. M. Cato sententiam dixit. I. V. 127 b, Prætor de tribunali pronunciat, si quis, &c. de Cl. 172 a, Consules re audita, amplius de consilij sententia pronunciauerunt. pro Cl. 34 a, Suppressam esse ab eo pecuniam, quam pro reo pronunciauisset. de Fin 72 b, Aequam igitur pronunciabit sententiam ratio. de Ora. 108 a. Demosthenes summa uoce uersus multos uno spiritu pronũciare cõsueuebat. I. P. 100 b, Tum ipse de te sententiam tulisti, tũ iudicium pronunciauisti. Par. 120 b, Cum uersus pronunciatus est una syllaba breuior aut longior.

Pronvs, a, um. in anteriorem partem flexus.)(. Supinus. de D. 105 a, Motus corporis pronus, obliquus, supinus. Tuscul. 157 a, Nihil habent hæc duo genera proni, & supera semper petunt.

Prooimivm, mij. exordium, principium orationis. Attic. 63 b, In singulis libris uror prooemijs. & pro Clu. 29 a, Lõgo & altè petito procemio respõdere. & I. V. 93 b, Procœmium mercenarium. Attic. 258 a, De gloria librum ad te misi, & in eo procœmium id est, quod in Academico tertio id euenit ob eam rem, quòd habeo uolumen procœmiorũ ex eo eligere solo, cum aliquod συγγράμμα. instituì, itaq; &c. Ep. 67 b, Gratia illa, de qua suauissimè quodam in procœmio scripsisti. Aca. 40 b, In ijs ipsis antiquitatem procœmijs philosophiæ, &c. de Or. 138 a, Tanquam citharœdi procœmium afficẽtum, &c. ad Her. 1 b, Exordiorum duo sũt genera: principium, quod græcè προοίμιον appellatur: & insinuatio, quæ ἔφοδος nominatur. de Orat. 92 a, De procœmijs, & epilogis ꝓ & de huiusmodi nugis referti sunt oratorum libri. Att. 215 b, His libris noua proœmia sunt addita, quibus eorum uterque laudatur. de Leg. 172 b, Habes proœmium legis, sic enim hoc appellat Plato.

Propagatio, onis. procreatio, amplificatio. Offic. 11 b, Quæ

Quæ propagatio & soboles origo est rerum publicarum. de Pro.75 a,Propagatio finium imperij. & Tuscul.154 b, propagatio nominis.Epist.71 b , Vita in qua nihil insit,nisi propagatio miserrimi temporis.de Sene.99 a,Propagatio uitium.

Propagator,oris.amplificator.Attic.120 a,Ille prouincię propagator.

Propago,inis.uitis ad sobolē suppressa.de Sene. 88 a,Malleoli,plantæ,sarmenta,uites,traduces,propagines .

Propago,as.profero,produco,dilato.I.V.275 b , Cum ipse sui generis initiū ab se gigni & propagari uellet. Oct.330 b,Quæ uerissimè memoriæ propagata fuerint.I.A.155 a, Iu.Brutus,qui regio dominatu rempublicam liberauit, & ad similem uirtutem & simile factum stirpē in prope quin gentesimum annum propagauit . de Offic.41 b , Vera gloria radices agit,atque etiam propagatur.& Top.126 b,Ex quibus plura bona propagentur.I.C.106 b,Quos si meus consulatus sustulerit , non breue nescio quod tempus,sed multa sęcula propagarit reipublicę.de Fin.132 a.Propagabat amicitam aucupio sagittarum.de In.42 a, Cum homines sibi mictu ferino mitam propagabant . pro Sest.24 a, Hæc monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur.I.C.116 b,Ad memoriam consulatus mei propagādam de Diu.139 a.Religio propaganda est. pro Mar.134 b,Propaganda soboles.pro Dom. 230 a, Iuuenis uiri laudē ad sempiternam memoriam temporis calamitas proroga uit.de Pro.72 a,Annus est integer nobis expectandus,quo interiecto ciuium calamitas propagatur . Propagare prouinciam.I.Propagatur .

Propalam.palam,in propatulo loco.de Or.98 a,Proposito argento ac signis & tabulis propalām collocatis.

Propatulus,la.lum,apertus.I.V.226 a, In aperto ac propatulo loco signa duo sunt .

Prope.propius,propter.)(.Longē,procul.Tuscu.171 a,Sed bacillum quo abigam prope me ponitote.& Epist.129 b, Volebam propē alicubi esses.& 106 b, Vt non solum pro pe me , sed plānē mecum habitare posses . de Clar.169 a , Cum plebs prope ripam Anienis ad III.milliarium consedisset.pro Mi.111 a,Illi,si insidiaretur,nocte prope urbem expectandum.de N.70 a,Vites a caulibus,si propē fati fint refugiunt.Attic.65 b , Tu adueniente ac propē adesse iam debes.de In.78 a,Hostes propē muros castra habent.de I. 63 b, Alterius gladium prope appositum ē uagina eduxit. pro Pom.6 a,Videntē ēū propē esse,quo etiā carēt ægrius. & Ep.80 a,Prope accedere.Epist.33 a,Prope Calē. Sextiles putō ire Laodicææ fore.I.V.236 b,Cū in Italia bellū, tum propē à Sicilia,tamen in Sicilia non fuit.I.V.110 b, Tam propē ab domo detineri.Attic.178 b, Atque utinam propius te accessissem. Oct.330 a,Cur castra longius aduersariorum castris,& propius urbem mouentur? Tuf.153 b, Antiquitas quæ quo propius aberat ab ortu & diuina progenie,hoc melius ea cernebat,&c.At.1 b , Tu illā manum mihi cura ut præstes,quoniam propius abes . de Na. 18 b,Stellæ aliæ propius à terris mouentur,aliæ remotius. Par.241 a,Propius accedere ad sensum alicuius.d L.182 b , Lex rogum bustumve nouum uerat propius sexaginta pedes adijci ædes alicuius,inuito domino.Item:Ad similitudinē Deo propius accedebat humana uirtus,quām figura.I.A.213 b,Ne propius urbem millia passuum ducenta exercitum admouerit.& 206 b,Dū ne exercitum propius urbem Romā CC.mil.admoueret.Qu.Fr.300 b,Propius nihil est factum,quām ut occideretur.I.V.255 a,Ne quicquam propius est factum, quām ut uinus cōbureretur . & pro.C.29 b,& At.157 b, Propius factum est nihil.pro Fl. 151 a,Propius accedo, nego esse testimonium, intro etiā magis,qui gessit,non adest .

Prope.penē,ferē,quasi, propē dicam , propē iam . I. V. 229 a , Nam Sappho dat mihi iustam excusationem,prope ut ignoscendum esse uideatur . I. V. 160 b, Eques Romanus propē annos XC.natus . Epistol.47 a, Sapientia præditus propē singulari . pro Arch. 186 b , Propē nouo quodam genere dicendi.Epist.123 b, Propē oblitus sum,&c.& 108 a,Propē desperatis his rebus . Epist. 5 a , Ad quem propē iam delatum esse existimatur . Epist. 34 b , Prouinciā annuam propē iam undecim mensium factam esse . de Sene.

94 b,Quasi decursio spacio:id est,propē iā.I.V.105 a,Excludit eum, cui prope dicam soli potestatem factam oportuit . & ,p Qu.7 b , Modestia prope dicam non minore, quām,&c.de In.83 b,Quid igitur profecit?&c.propē dicam plurimum . pro Plan.163 a,Quorum honoribus agri propē dicam ipsi montesq; fauerunt.de Sene.87 a,Propē intueri aliquid.)(.Procul spectare aliquid.Epist.106 b,Primūm ut eam domum sumeres,ut non propē me,sed plānē mecum habitares.

Propediem,breui.Attic.91 a , Ego, ut spero,propediem te uidebo.& de D.90 a,& Attic.23 a , Prognostica nostra ,p pediem expecta.& Epist.159 b.

Propello,lis.propulso.Antequam.192 b, Si quando inimicorum imperum propulsare & propellere cupitis.Tusc. 211 a,Propellere nauem remis.

Propemodum.propē , fere . de Dom. 126 a , Quid enim est fors?idem propemodum quod micare. Ora.210 b,Verba componere,& syllabas propemodum dinumerare.I.V.55 b,Pōpemodum manere ī instituto meo uideor.& 192, & Off.39 a,Ep. 81 a,Alteros propemodum iam fumus ēperti.& de Fi.49 b,& Tuf.168 b,Vt propemodum,&c.

Propendeo,des.inclino.de Orato.125 b , Si sedant,& sua sponte , quō impellimus,inclinant atque propendent,accipio quod datur.Tusc.245 a , Si multo maiore & grauiore ex parte propendent.Tusc.238 a, Tantum propendere illam bonorum animi lācem, ut terram & maria deprimat. de Or.120 a , Necesse est , ut inclinatione uoluntatis propendeat in nos .

Propense.ex animo,libenter.Epist.192 b,Vt hanc concordiam & conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propense non crederent esse factam.

Propensio,onis.procliuitas,inclinatio uoluntatis.de Fin. 117 a , Zeno , qui nulla in re , nisi in uirtute ac uitio propensionem minimi quidem momēti , ad summum bonum adipiscendum diceret .

Propensus,a,um.procliuis.Att. 117 a,Quod addis,ne propensior ad turpem causam uidear , certē uideri non possum.& 120 a,Infimus quisq; propensus in alteram partē.de Na.79 b,Qui mihi Balbi disputatio ad ueritatis similitudinē uideretur esse propensior.de D.82 a , Cū disputatio tibi ad ueritatē est uisa propensior. pro Mur.139 b,Propensus ad lenitatem.& de In.75 b , Propensus ad ignoscēdū. & de Fi.131 b,Propēsus in neutram partem. At.211 a,Cōrā igitur & propēso quidē animo ad probandū . Q.Fr. 1 a,Propensis in hanc partem uehementer colimur & amamur. Of. 46 a,Propensior benignitas esse debebit in calamitosos.Of.47 b , A quo enim celeriter remuneratio fore uideatur , in eum fere est uoluntas nostra propensior.Par. 120 a,Causa,quæ quando accedit alteri,id fit propensius. pro S.R.32 b,Is natura non tam propensus ad misericordiam,quā implicatus ad seueritatē uidebatur. Tusc.127 a, Vt alius ad alium morbum procliuior,sic alius ad alia uitia ,ppensior.de F.104 a,Omnes ad discēdū propensi sunt 125 a,Propensus fua spōte ad aliquid agendū.Ep.57 a,Videor mihi perspicere ipsius animum propensum ad salutē tuā.Of.21 b,Si quis paulo est ad uoluptatē propensior.Ante.192 b,Illic enim animi uoluntas propensa cōprobatur.

Properatio,onis.festinatio.Epi.67 b, Sed ad properationem meam quiddam interest , non te expectare,donec ad locum uenias.

Properato opus : id est,celeritate.pro Mil.111 .

Propero,as.festino,approperо , accelero , celeritate utor , maturo,At.10 b,Sed ductus odio properauit rem deducere ī iudicium.de Or.98 b, Cum in campum properaret & re ī iudicium.de Or.98 b, Cum in campum properaret & ridens & stomachans Scæuola.Ep.198 b,Atq; inde uētis remisq; in patriam omni festinatione properaui.de Pro. 76 a,Si Cæsar in patriam redire properaret.pro Mil.111 a,Quæ causa erat,cur Romam properaret?de Som.127 b, Quin huc uenire propero.pro Syl.177 b,Properatum ne hementer,cū longe tempus muneris abesset.At.284 a,Sed properat per deos,&c.& 244 b,Ego in pompeianū properabam.de Di.116 b,Ita enim cum magis properant,cōcidunt,&c.At.57 a,Hæc properantes scripsimus.Ep.259 b, Sed tum ita uelim,ut ne quid properes.Tuf.164 b,Sitne retardabit siue properabis.I.A.222 a,Ac ille properās festinātque,&c.Q.F.304 a,Rogo te Romam pergas & properes.

Propertius,pro Dom.223 a.

Propino,as.trado,offero.Tusc.169 a, Socrates cum coniectus in carcerem triginta iussu tyrannorum uenenum ut sitiēs ēbibisset, reliquū sic è poculo eiecit,ut id resonaret. quo sonitu reddito, ridens: Propino , inquit hoc pulchro Critiæ,qui in eum fuerat deterrimus. Græci enim in conuiuijs solent nominare,cui poculum traditurī sunt.

Propinquitas:tis.agnatio , coniunctio sanguinis uel affinitatis,necessitudo.pro Mur.141 b,Pro Quin. 4 b,Si pietate propinquitas colitur, qui affinē,prodit,impius fit necesse est.pro Pla.264 b, & ad Her. 26 b , Qui est cum illo maximis uinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus.I.A.186 b,Municipium propinquitate prope finitimum.de In.50 b,Propinquitas loci.)(.Lōginquitas loci .

Propinquus,uicinus,proximè accedēs,citimus,proximus, finitimus,necessarius,cognatus,cognatione cōiunctus,,ppinquitate cōiunctus,qui aliquam cognatione attingit,homines deorum agnatione & gente tenentur. de L.160 b ,)(.Lōginquus,alienus.de Fin.124 b, Plato,cuius etiam illi horuli propinqui memoriam mihi afferunt. Pl.Ep.156 a,Et subesse tamen propinquis locis celeriter possem. pro S.R.40 b,Præclarum & propinquū prædium.I.A.237 b , Propinquæ finitimæque prouinciæ,ut Cilicia & Syria.de Or.125 a,Motus , qui finitimi sunt , & proquinquī his . ad Her.27 a,Nam graui figurę propinqua est sufflata.de Dō. 94 a,Hector moriens propinquam Achilli mortem denūciat.Atti.151 a,Erat enim spes propinqui reditus . de In. 83 a,Audacia non contrarium , sed appositum est ac propinquum,et tamen uicium est.Or.205 a, Abutimur uerbis propinquis . pro Mil.116 a, Clodius æqualiter in propinquos & in longinquos irruebat.pro Mur.141 b, Virgo uestalis huius propinqua & necessaria.In A.264 b,Consolemur eorū propinquos,qui,&c.Offi.11 b, Arctior uero colligatio est societas propinquorū.pro S.R.34 b.Propinqui cognatiq; optimè cōuenientes.pro Q.18 a , Tibi propior me nemo est.pro Pl.264 b, Qui est cum illo maximis uinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus.

Propior,us.interior,arctior,iūctior , citerior.I.V.226 b,In quibus erant omnia,quæ sceleri propiora sunt quām religioni.de In.76 a,Sed hæc uetera,propiora uideamus. pro Sest.1 b,Omnibus fua sibi propiora esse pericula, quam aliena.de Clar. 194 b , Post autē causa fuit propior,& cū exitu iunctior.de Cl.104.b, Et dicēdi ardore eā propior, & ætate coniunctior.pro Quint.18 a,Tibi propior me nemo est.Atti. 234 a , Nos autem alium portum propiorem huic ætate uidebamus. Of.37 a,Prius de ijs rebus,quæ uirtuti propiores sunt diximus.Offi.65 b,Societas, quæ latissimè patet,&c.interior,&c.propior,&c.

Propitius,a,um.fecundus,præsens.)(.Infestus,iratus,Oct. 319 b,Fortuna quæ nobis infesta est, fuit aliquando propitia.& pro Cæl.46 Huic ego deos propitios,plerique autē iratos putāt.& I.P.92 b,Dij neque propitij sunt cuiquam, neq; irati.I.V.61 a,Ita deos mihi uelim propitios,ut commoueor animo,&c.de Nat.25 b,Quid enim dicam propitius fit , esse enim propitius potest nemini,id est deus . & 55 b,Iratus,propitius.Attic.28 b,Paria propitia sit, Attic. 134 a,Hunc propitium sperant,illum iratum putant.

Propola,æ. qui mercatur à mercatorib. quod statim uendat.Of.30 b,In P.94 a,Pistor domi nullus, nulla cella,panis & uinum à propola atque de cupa .

Propono, nis . pono,ante oculos mihi constituo. Attic.125 b,Si quidem ille ipse ad eundem scribens, in publico proposuit epistolā illam.&pro Fl.150 a,Lex tabulas obsignatas in publico poni uult . pro Mu.129 a,Qui singulis diebus ediscendos fastos populo proposuit.& 140 b,Est illud quidem exemplum tibi propositum domi. & ib. Ad imitandum mihi propositum exemplar illud est . & de Opt. 244 b , Attici nobis propositi sunt ad imitandum.de Or. 98 a , Explicare uestem, proponere argentum, tabulas ac signa propalam collocare.Atti.113 a,& 118 b,Proponere literas in publico.contra Rul.68 b,Lex in publicum ,pponitur . & I. P.98 b , Stipendium militibus numeratum est mensis palām propositis . pro Qu. 9 a,Proponere libellos

de aliquo in celeberrimis locis. I.V.124 b,Proponere fidem uenalem . I. V.169 a , Est hic ordo propositus atque editus in altum.Off.2 a, Quidā propositis malorum est bonorum finibus officium omne peruertunt. de Orat.117 a, Proponere sibi aliquem imitandum.de Am.115 b,Proponere sibi memoriā atque imaginem alicuius.de Orat.97 b , Aduersus alicuius se exercere uel illius orationem sibi ,pponere.& ibi.Proponere aliquā exercitationē. Or.202 b, His propositum est placare animos.Ep.16 b,Neq; mihi in omni uita res tā erit ulla proposita quā ut latere,&c.de Cl. 195 a,Omni huic sermoni propositū est, ut laborem meū perspicias.de Cl.167 a, Hoc neq; propositū nobis est hoc loco,neq; necessariū.I.C.118 a , Quæcunq; mihi fortuna proponatur,subito.pro Clu.49 b,Putant enim minus multos laqueos legū ac iudiciorū esse propositos.,p Rab.93 a, Serui,qui libertatis spē propositā nō habet . pro Ra.90 b, Tamē in hac defensione capitis C.Rabirij proponēda ratio uidetur esse officij mei.I.A.193 a, Qui sibi bona ciuiū ad prædā proposuerunt.de I.55 b,Qui leges scribunt,utilitatē reip.sibi proponere debēt.,pro Fl.148 b,Quib.laus, merces,gratia, gratulatio proposita est in impudenti mendacio.pro Sest.9 b,Mihi propositū est ostēdere omnia,&c. Ep.16 b, Omnib. propositū esse debet cū dignitate ociū. pro D.222 a,Mea causa uidebatur perditis ciuib.ad inuidiā esse proposita. Ep.71 b , Omnib.telis fortunę ,ppositа est uita nostra.de Fi.76 b,Cū improbis pœnā proponitis. Ep.27 b,Proponere aliquid alicui ad timorē . & pro Pl. 280 a,Cū mors proponerēt.Ep.5 b,Iniurijs , quæ à Catone propositæ sunt.resistemus.pro Cęl.54 a,Et cū huius uobis adolescentiā propositis,constituite nobis ante oculos huius etiā miseri senectutē.pro Sest.6 b , Si ora ipsorū oculis uestris propositis.de N.23 b,Comprehende animo,& propone ante oculos deū,&c.I.C.120 b,Cum uero mihi propono regnantem Lentulū, &c.uersatur mihi ante oculos,&c.cerno animo , &c.uideor mihi uidere,&c.pro Sy.180 b,Et uitā illius ante oculos uestros proponite.Ep. 50 b,Hoc idē fac ante oculos tuos tibi ,pponas modò,&c. & ib.Quæ alijs tute prēcipere soles,ea tute tibi subijce,atque apud animū tuū propone,nullus dolor,&c.pro D.219 a,Res erat nō in opinione dubia,sed in prēsentia atq; ante oculos propositо periculo.pro Pl.259 b,Sed mihi ī causa facili perdifficilis defensionis ratio proponitur. Atti.197 Ciceroni uelim hoc proponas,ut accōmodet,&c.de Ora. 137 b,Digredi ab eo quod proposueris.Or.209 b, Proponere quod dicturus sis.pro Pom.7 a,Quod mihi ego extremū propositurā,cū essem de belli genere dicturus.Ep.14 a, Illa sequor quæ paulo ante propositi. & 252 a,Extremum illud est de ijs quæ propositurā.de Clar. 148 a,Curio cum tria propositisset,aut quartum addebat,aut tertium quærebat.& 186 b,Censorinus quod propositurat,explicans expeditè . de Or.124 b,Proponi oportet quid afferas , & id quare ita fit,ostendere.& 90 b,Si cuipiam nimis infinitum uideretur quod ita propositi,quacunque de re, &c.& 128 b, Aliquid non effici ex ,ppositis,nec esse consequēs.& 96 b, Ab eo quod tibi propositeris minus aberrare.Tusc.149 b, Ponere iubebā de quo quis audire uellet.i. ,pponere.I.A. 193 b,Mortē omnib.natura ,ppositit.& 212 b , De tribus enim quæ propositi,hoc extremū est.pro Deio.152 a,Propone tibi duos reges, idq; animo cōtemplare quod oculis nō potes.I.A.243 b,Cū peruenero ad eū exitum,qui mihi fuit propositus.& 231 a,Qui eam tibi causam belli gerēdi proponis,ut senatū funditus deleas.de L.173 a,Legū uocē proponā.At.282 a,Nō enim id propositū ē huic epistolæ Mesalā ut laudē,præsertim ad Brutū. Q.F.243 a , Sed nescio quo pacto ad ,pcipiēdi rationē delapsa est oratio mea cū id mihi propositū nō esset.& 319 a,Quid nunc puras tā tas abs te mihi mercede propositа?Orat.7 a,Referri enim decet ad ea , quæ propositi in principio fundamenta iustitiæ.& 10 a,Tertium est propositum,ut in beneficētia delectus esset dignitatis.& 14 b, Mihi propositū est,ut in liberitate uiuam.At.33 b,Minæ,quæ mihi proponūtur,modicè me tangunt.& 26 a,Locus ubi proponuntur edicta.& 124 b,Moderatori reip.beata ciuium uita propositа est.

Proportio,onis.comparatio.I.Portio.I.V.210 b,Fuere ali quando

quando apud Siculos perequa proportione cętera. de Vn. 197 a, Id optimè assequitur, quę græcè ἀναλογία, latinè (audendum est enim, quoniã hæc primũ à nobis nouãtur) cõparatio proportione dici potest. de Vn. 197 b, Quemadmodũ ignis animæ, sic anima aquæ, quodq; anima aquæ, id aquæ terra proportione reddit. & 199 a, Eius autẽ particulę interuallo relãto habebat numerus ad numerum eandẽ proportionẽ, comparationemque extremis, quam habẽt CCLVI. cũ CCLIII. Tus. 156 a, Terra ad uniuersi cœli complexũ quasi puncti instar obtinet. l. Varronẽ de Ana logia.

PROPOSITIO, onis. de Or. 162 a, Propositioq; quid sis dicturus. Tus. 199 a, Quid ergo huiusne uitæ propositio & cogitatio Thy estem leuare poterit? de In. 82 b, Cum anima amplã quadam & splendida propositione. l. Magnificentia.

PROPOSITIO. cum pars est ratiocinationis, est per quam breuiter locus is exponitur, ex quo omnis uis oportet emanet ratiocinationis. de In. 54. 55.

QVAESTVS, stus. lucrum, compendium, cõmodum, mercedi. I. V. 110 a, Mercibus suppeditandis cum quæstu compendioq;. & Tusc. 229 b, Alij emendi quæstu & lucro ducuntur. Off. 30 a, Illiberales & sordidi quæstus mercenariorũ omniũ. & 49 b, Habere remp. quæstui, tu pe est. I. P. 98 a, Sestertium centies Romæ in quæstu reliquisti. I. V. 114 b, Cum hoc sibi quæstus proposuisset magnos atq; uberes. & 171 b, & 174 a, Maximos quæstus prædasq; fecisse. & 364 b, Facere quæstum furtis. Ep. 251 a, Facere quæstum in aliqua re. pro S. R. 36 b, Sui quæstus aut commodi causa facere aliquid. pro Qu. R. 48 b, Rosscius HS. CCCLIII, quæstus facere noluit. Off. 331 a, Facere quæstum precarium.

QVALIA. id est, qualitates. Ac. 44 a.

QVALIS, le. cuiusdammodi, cui us generis, qui. de N. 14 a, Dic me ubi sint dij, quales sint corpore, animo, uita. & 62 a, Æternitas spacio qualis sit, intelligi non potest. de In. 44 b, Generis est controuersia, cum quãtum & cuiusmodi, & omnino quale sit, quæritur. pro Pom. 11 a, Ac prius quã ta innocentia debent esse imperatores? quanta temperantia? quanta fide? quanta facultate? quanto ingenio? quanta humanitate, quæ breuiter qualia sint, in Cn. Pompeio confideri mus: summa enim sunt omnia. de Fin. 83 b, Nihil interest ad beatę uiuendum quali utaris cibo. Ep. 8 b, Ex eodem cognoscas de toto statu rerum omnium, quæ quales sint, non facile est scribere. de D. 105 a, Idemq; mittit qua nobis eius generis, qualia per multa historia tradidit. & 139 a, Ad aperta & clara somnia ueniamus, qualę de illo interfecto à caupone, &c. Ep. 14 a, Sapiẽtum ciuium, qualem me esse & esse & numerari uolo. Ac. 21 b, Nullis desse ipsum omnibus rebus talem, qualis sit ipse. Ep. 16 a, Vidi quasdam in te tales, qualis tu, &c. I. C. 164 b, Ali quis est talis, quales esse omnes oportebat, qui, &c. de In. 84 a, Vt non tales quales antè habitæ sint habeantur. Atti. 274 a, Quales tibi sæpe scripti consules, tales exterunt. pro S. R. 20 a, Te magnopere quæro, ut qualem te iam antea populo Roma, præbuisti, talem te nobis hoc tempore impertias. pro Font. 280 a, quali fide, quali pietate existimaris esse eos, qui, &c. pro Rab. 96 a, An non intelligis quos homines, quales uiros mortuos summi sceleris arguas? Tusc. 161 a, Si quid sit hoc nõ uides, at quale sit uides si ne id quidem. at quantum sit profectò uides. de Clar. 192 a, Cum qualis quisq; orator fuisset exponerer. & ibi. Ij fuerunt certe oratores, quanti autem & quales, tu uideris. & 196 b, Genus dicendi uolucre atque incitatum, quale nunc est Asia tota. de Or. 113 a, Qualis oratoris & quanti hominis in dicendo putas esse scribere historiam? de Nat. 22 a, Hoc per ipsos deos quale tandem est? Tusc. 202 b, Nãque de ipsius rei natura qualis & quanta sit quærimus. de In. 84 b, Contraria quoque, & quæ & qualia sint intelligimus. de N. 44 b, Formæ literarum, uel aureæ uel quales liber. de In. 83 b, Licet uim rei qualis & quãta sit cognoscamus. Aca. 25 b, Quia posit eiusdem modi existere si. ilium aliquod, cuiusmodi hoc uerum. ad Heren. 18 b, Sinteuerit, cuiusmodi mors eius fuerit, cuiusmodi res mortẽ eius sit consecuta. ad Attic. 19 b, Talis qualem eum esse scripseris. Off. 41 b, Si quis id ageret, ut qualis haberi uellet, talis esset. de L. 161 a, Nulla gens est quæ non eriam si ignoret, qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat. de Vniuers. 196 a, Oratio talis sit, qualis sit illa, quæ neq; redargui, neq; conuinci posit. de In. 44 b, Cum & quid factũ sit conuenit, & quo id factum nomine appellari oportet, & tamen quantum, & cuiusmodi, & omnino quale sit quæritur. & de Or. 96 b.

QVALIS CVNQVE. quicunq;, cuiusmodi, cuiuscemodi, cuiusq; modi, cuiusmodicunq;, qualis libet. Att. 230 b, Sed homines benevolos, qualescunq; sunt, graue est insequi cõcumlia. Atti. 251 b, Hoc qualecunq; esset, te scire uolui. de Leg. 190 b, Qualescunq; summi ciuitatis uiri sunt, talis est ciuitas. Or. 208 b, Quæ qualiacunq; in me sunt, me enim non pœniteat, quanta sint, sed apparent, &c. In Pis. 85 a, Cum tamen ille qualiscunq; est, qui est ab uno te improbitate uictus, Gabinius collegit ipse se, &c. Ep. 53 b, Sin qualemcunque locum sequimur, qui est domestica sede iucũdior, Tusc. 251 b, Vbi enim melius uti possumus hoc, cuiusmodi est ocioꝛde N. 41 a, Quale id cunq; est.

QVALITAS, tis, Ac. 43 b, Qualitates igitur appellaui, quas ποιότητας Græci uocant, quod ipsum apud Græcos non est uulgi uerbum, sed philosophorũ. & ibid. Sed quod ex utroque, id est, ex materia & ui, id iam corpus & qualitatem nominabant. & 44 a, Earum igitur qualitatum sunt aliæ principes, aliæ ex ijs ortæ. principes sunt uniusmodi, & simplices. Ex his autem ortæ uariæ sunt, & quasi multiformes: ita que aer utimur eimi pro latino, ignis, & aqua & terra primà sunt: ex ijs autem ortæ animantium formæ; earum rerum quæ gignuntur è terra. de Nat. 44 a, Corpuscula non colore, non qualitate aliqua (quam ποιότητα Græci uocãt) Prædita.

QVAM. cum antè, & quibusdam alijs. Tuscul. 106 b, de Orat. 112 b, Numa magnus uir habendus est, cum eam sapientiã cõstituendę ciuitatis duobus propè seculis antè cognouit, quàm eam Græci natam esse senserunt. de Oratore, 110 b, Seculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in ijs philosophi garrire cœperunt. de Orat. 109 b, Postero die quàm illa erant acta Catulus uenit. Attic. 115 b, Sed antiquiores literæ, quàm ruere cœpit Dolabella & 185 b, Vn decimo die post quàm à te discesseram, hæc scripsi. & pro Cœl. 50 a, Tertio postquam in curia floruisset. Epist. 255 a, Non mehercule quicquam libentius facio, quàm scribo ad te. de Diuinatione, 82, quorum neutrum tam facilè quàm tu arbitraris conceditur. Tusc. 150 b, Ego autem non commemini antequã sum natus, me miserum. Ac. 3 b, Postridie ueni quàm apud Catulum fui. Att. 127 a, Eam mihi Philotimus postridie quã acceperat, reddidit. Ac. 3 a, Antètenentur astricti quàm quòd esset optimum iudicare pro uetur. Ep. 264 a, Tabellarij uenerunt post diem XL. & sexum, quam à nobis discesserant.

QVAM comparatiuo iunctum cum ut & sine, & cum quomodo, ut. I quemadmodũ. Orat. 203 a, Sed hoc maius est quod dam, quàm ab alijs postulandum sit. & 134 b, Nihil est in dicendo maius, quam ut faueat oratori auditor. de N. 11 a, Hæc sunt dicta subtilius, quam ut quiuis ea posit agnoscere. Attic. 126 a Ex literis tuis cognoui ea, quæ in agro Picenoꝛ gesta erãt, commodiora esse multo, quam ut erat nobis nunciatum. de Or. 144 b, Sed si hoc est altius quam ut nos humi strati suspicere possimus, &c. I. P. 93 a, Hoc inferius est, quàm ut patre tuo dignum uideatur. de Vn. 201 b, Hoc maius est quam ut profiteri scribere audeamus. Or. 200 b, Maiore mihi ingenio uidetur esse Isocrates, quam ut cum orationibus Lyliæ comparetur. Tusc. 251 a, Plerunq; dolor uehementior, quam ut causa sit, cur feratur. Epist. 181 a, Tũ ille nihil sibi fuisse longius, quam ut me uideret, Tusc. 206 b, qui fuos casus aliter ferunt, atq; ut alijs autores ipsi fuerunt. de Orat. 144 a, Crassus plenior fuit quam quomodo a nobis inductus est. de Senect. 79 b, Multa præclara in eo uiro cognoui, sed nihil admirabilius, quam quomodo ille mortem filij tulit. At. 204 a, Nec magis quam quemadmodum ego uellem. pro Cecin. 304 b, quod si adimi ciuitas illi posset, magis tamẽ omnes quæreremus, quemadmodum possemus, & c quam uti nunc quisquam existat, qui, &c. Attic. 273 b, Timeo ne Cęsar tuus altius se ascendisse putet de cretis tuis quam inde si consul factus sit, descensurum. pro Do. 841 a, Id sperasti rempub. quam quoad mecũ expulsa esset, laturam?

QVAM quod, quam quantum. de Orat. 98 b, Alter iniquum putabat plus secum agi quam quod esset in actione. Post quam 206 a, Piraticam ipse fecisset ac minore quidẽ reip detrimento quam quod inter mœnia nefarius prædo uenatus est. I. V. 123 a, Hic maiorem pecuniam prætori polliceatur, quàm quantum tu dedisti. & 269 b, Ijs plus frumẽti imperabatur quam quantum exarauerant. In Verr. 169 b & de Claris orator. 169 a, Sexies tantũ quam quantũ satis sit, ablatum esse. In Verrem, 192 b, & 204 b, Pluris senatus æstimasset quam quanti esset annona. Epist. 94 a, Suscipere plus quam quantum pręstare possis. de Oratore, 98 b, & 144 a, Alter plus petebat, quam quantum lex permittebat. de Diuinatione, 116 a, Aruspicibus dicitur quam physicis potius credendum existimas;

QVAM. cum possum & superlatiuo. pro Dom. 132 a, Dico igitur & quam possum maxima uoce dico, &c. de Diuinat. 95 a, Exposui quam breuissimè potui oracula, &c. de Sen. 86 b, Conuiuium ad multam noctem quã maximè possumus uario sermone producimus. de Nat. deor. 52 a, Aues nidos construunt, eosq; quam possunt mollissimè substernũt. pro Cluent. 32 b, Tum appellat hominem ut blandissimè potest. Epist. 244 b, Quam potui maximis itineribus ad Amanum ueni. Parad. 116 b, Et dicam breuius quam tanta res dici possit. de Somn. 131 b, Quam maximè se a corpore abstrahere. L. Stadium.

QVAM. cum comparatiuo, alia quadam ratione. Attic. 123 Pro tuis rebus gestis amplissimis, amplioribusve quam meis, quam Africani. de Nat. 41 a, Aliquid esse necesse est melius quam deos. & de L. 166 b, Melius esse aliquid quã uirtutem necesse est. pro Fl. 163 b, Et hoc te superiorẽ putas quam Lælius, quod? &c. & Attic. 75 b, Si me nihilominus nostri curiosum in rep. quam te. Qu. Fra. 313 a, Doleo te meliorem ciuem esse quam Philoctetem. Att. 143 a, Põpeius ostendit se superiorem quam hunc fore. pro Pl. 265 a, Hunc nonnullis rebus inferiorem quam te, superiorem alijs esse miraris, Att. 124 b, Quod me magno animi motu perturbatũ putas, sum equidem, sed non tam magno, quam tibi. fortasse uideor. Cosl. Arti. 107 b, Nobis, ut quidam putant, nihil est timendum magis quam ille. & pro Plan. 268 b, Quam tibi commodum est, unam tribum delige.

CONTRA QVAM. pro contra atq;, ac, atq; ut. pro Clu. 20 a, Socrus generi contra quam fas erat amore capta. I. P. 83 a, Edicere ausus es ut senatus contra quam ipse censuisset, ad uestitum rediret. pro Domo. 237 b, Quanquam quid ego de uestro iure contra quam proposueram disputabo; pro Cecin. 178 a, Miror te hoc in hac re alieno tempore, & cõtra quã hęc causa postulabat, defendisse. ad Her. 24 b, Cõtra faciunt, quam pollicẽtur. Qu. F. 290 a, Factum est enim mea culpa contra quam tu mecum egeras. & de L. 171 b, Contra facis quam pollicitus es. de Orat. 116 b, Clamare contra quam deceat & quam possit, hominis est impudentissimi. & Orator. 209 b, Sæpe supra ferret quam fieri possit. Topic. 224 a, Hoc est infra quam illud. lege Infra. Καλὸν τὸ νικῆσαι πολλὰς κρατήσαντα εἰς μέθην. de Inu. 62 b, Si a multis eligere homines cõmodissimum quod ipsi fese uni alicui certo uellent addicere.

QVAM. pro ualde. de Orat. 95 b, In artificio & opera quam tenui ac leui. de Cl. 194 a, Oratio quam elucubrata. de Nat. 76 b, Quam multas ante hunc Pisistratus pœnas sustulit, multis quidem antè cruciatis & necatis. I. Ver. 194 b, Fecerunt alij alia quam multa. Epist. 168 b, Te igitur imirabor, quam multa quam paucis. & 140 b, Liberis dare operam quam honestè dicitur, pro Lig. 139 b, Quam multi enim essent de uictoribus, qui, &c, cum etiam de uictis quã multi sint, qui, &c. & de Diuinat. 129 a, Quam multa, &c. Quint. Frat. 312 a, Quo quam minimè multi hoc sciãt. Ep. 174 b, Sanè quam sum gaudus. Att. 112 a, & Att. 115 b, Is autoritatem suam quam magni æstimat. Ep. 174 a, Suos ualde quã paucos habet. Tus. 240 a, Abacos quam plures ornauit argento. Item: Somnia quorum defensio repetita quam longe est. de In. 78 b, Quam absurdum. I. V. 129 a, Quam uoletis multi dicent. I. V. 212 b, Sunt uestrum quam multi.

QVAM. pro quantum aliquando cum admiratione. Attic. 135 b, quàm nihil prætermittis in consilio dando, quam tamen nihil, quod tibi placent, explicas. de Fin. 130 b, Quam cupiunt laudari, ut pudet uinci. Ep. 205 b, Vt ex hac commẽdatione mihi Cuspius quã maximas quam primum, quam sæpissimè gratias agat.

QVAM. pro nisi. Nihil aliud nisi, ut, &c. Nihil aliud quam id quod,

quod, &c. In Verr. 214 a, Nihil aliud nisi quemadmodum, &c. pro Mar. 131. Hoc tibi affirmo, nullam in his esse laudem ampliorem, quàm eam, quam hodie consecutus es.

QVAM mox. Quin. R. 52 a, Quid expectas quâ mox ego eos dicâ ordine esse senatores? cætæ grades natu, &c. nô faciâ.

QVAMOBREM. quare, quid ita, cur, quo. Att. 121 a, Quamobrem ut de maxima re deliberanti, ita mihi des consilium uelim. Ep. 65 a, Quamobrem uelim, &c. & 64 b, Quamobrem tu, &c. & 65 a, Quamobrem satis esse hoc tèpore arbitratus sum, &c. I. V. 272 b, Iste multa signa dederat quam obrem aliquibus responsurus non uideretur. I. V. 231 b, Verum illud est quamobrem hæc commemorarim, quod, &c. pro S. R. 19 b, Si ulla uel minima res reperietur, quâobrê, &c. Ep. 40 a, Multa mihi ueniebant in mentem, quamobrem ita fore putarem. & 133 b, Vno utor argumento, quamobrem, &c. Ep. 19 b, Quamobrem quoniam, &c. utar ea clausula, &c. & pro Fl. 160 b, Quamobrem quoniam, &c. Epist. 149 a, Quamobrem quanquam, &c. pro Cl. 168 a, Quare quoniam tibi quadrat, &c. licet. de N. 52 a, Quapropter, quoniam, &c. At. 138 b, Quamobrem obsecro te mi Tite, eripe mihi hunc dolorem.

QVAMPRIMVM. primo quoq; tempore, sine mora. ad Br. 188 b, Sæpe te literis hortatus sum, ut quamprimũ reip. subuenires. I. A. 203 b, Quid est enim cur eum non quâprimum amplissimos honores capere cupiamus? Ep. 30 a, & 55 a, bis. Gratissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam quàm primum ueneris. ad Br. 289 a, Dignitati & existimationi tuę cõducit te primo quoq; tempore ferre subsidium reip. Ep. 20 a, & 285 b, Cum has ad te quàm primum literas perferri magnopere uellemus.

QVAMVIS. quantumuis. de N. 16 a, Nec timeo sine ista philosophia rhetorem quamuis eloquentem. & Tusc. 158 a, de Leg. 189 a, & Ep. 81 b, Quamuis enumeres multos licet, non tamen &c. At. 256 a, Etsi, quamuis suasor non fueris profectionis meæ, approbator certè fuisti. pro S. R. 22 a, Quamuis ille felix sit, sicut est, tamen, &c. de N. 77 b, Quâuis mente delubra & uirtuti consecremus. I. A. 255 a, Quâuis intentus animus tuus sit ad fortissimum uirum liberandum, tamen.

QVANDIV. dum, quantum, quôad, quàm, quousq;, quem ad finem.)(. Tandiu. Att. 136 b, Ego tamdiu requiesco, quãdiu ad te scribo. I. C. 97 b, Quandiu nos etiam furor iste uius eludet? Ep. 196 b, Qui se oppido tandiu tenuit, quãdiu in prouincia Parthi fuerunt. de Cl. 165 a Vixitq; tandiu, quâ licuit bene uidere: id est, quandiu. Att. 254 a, Sed quantum fuit, incredibile est, quã, &c. id est, quãdiu fuit. Off. 1 a, Dices quãdiu uoles, tãdiu autẽ uelle debemus, quoad te, &c.

QVANDO. cum, ubi, quia uel quoniam. de D. 123 a, Quid ergo? Aius iste, quando eum nemo norat, aiebat & loquebatur. de Fin. 124 b, Vt quando ea loca uideamus, in quibus, &c. id est, cum, &c. de L. 185 a, Aſt quando cõsulis est, &c. id est, aſt cum, &c. ex XII. & de Som. 120 a, & Off. 45 b, Ep. 76 a, Quando te id uideo desiderare: id est quoniam. Epist. 151 b, Quam quando complexus es, tene. Ep. 83 b, Quare quando, &c. id est, quoniam. & de Fi. 141 a, Omnes deniq; quando, &c. At. 120 a, At recuperabit remp. quando? aut quid ad eam spem est parati? de Or. 92 b, Quando me ista curasse aut cogitasse arbitraminiq; & I. P. 90 b, Quãdo hoc bellum populus Rom. suscepit? de D. 112 a, Vident ex conſtantissimo motu lunæ, quando ille è regione solis facta occurrit in umbram terræ, ut eam obscurari necesse sit, quandoq; eadem luna, &c. Off. 49 a, Vtinam, inquit, tunc essem natus, quando Romani dona cœpissent. pro Dom. 227 b, Quando igitur est turpe? quando est pœna peccati. contra Rull. 74 b, Tum quando Alexandro mortuo legatos Tyrum misimus. de Sen. 85 a, Semper enim in his studijs uiuẽti, non intelligitur, quando obrepat senectus. de Vn. 197 a, Quando enim trium numerorum, &c. id est, cũ enim, &c. de Vn. 200 b, Quando, & ibid. pro Cum.

QVANDOCVNQVE. id est, quocunq; tempore. de Som. 130 a, Quandocunq; eadem parte sol, eodemq; tempore iterum defecerit, tum, &c.

QVANDOQVE. aliquando. Epist. 92 b, Ego me Asturæ diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoq; ueniat.

QVANDOQVIDEM. Parad. 124 a, Tu te posse dicito, quandoquidem potes. & de Fin. 133 b, de Or. 147 b, Quæ sunt in hominum uita, quandoquidem in ea uersatur orator. & de Fin. 140 b, & In V. 110 b, Quandoquidem honestum ipsa uirtus est. Or. 202 a, & de L. 184 a, Ita prætermissa pars nulla erit, quandoquidem, &c. de Cl. 179 a, Quandoquidem tu, &c. uellem, &c. I. V. 190 b, Quando tu quidem in prælio mihi affuisti.

QVANQVAM. tametsi, etsi, scilicet. de Or. 126 b, Quamobrem hoc uos doceo Sulpiti, ut in dicendo posititis, &c. quanquã te quidem quid hoc doceam? qui, &c. de N. 67 b, Homerus conueniri Herculem apud inferos facit ab Vlyxe, quanquam quem potissimum Herculem colamus, scire sanè uellim. Ep. 253 a, In integro res nobis erit, quanquam qui cũ loquor? cum uno, &c. Tusc. 247 a, Omnia iucunda, quanquam sensu corporis iudicentur, ad animum referri tamen. pro S. R. 27 a, Innocens est quispiam, uerumtamen quanquam abest à culpa, suspicione tamen non caret. de Orat. 107 b, Quanquam quoniam, &c. idem Roscius, &c. Part. 241 b, Quãquam uterq; utetur, &c. tamen, &c. de Fin. 91 a, Quanquam ea uerba, &c. quãquam inquam. &c. tamẽ, &c.

QVANTOPERE.)(. Tantopere. de Or. 98 a, Neq; enim tantopere desiderabam, &c. quantopere delector, &c. & At. 196 a, & 276 a, Ep. 205 b, Quantoq; opere eius municipij causa laborarem, tibi ostendi. At. 224 b, Dici non potest, quantopere gaudeant.

QVANTVLVM. de Or. 96 a, Nihil plus assequi cupimus, qui quantulum tu in dicendo affectus eu conc. Rul. 79 b, Etenim quantulum intereſt, utrum in Musici radices, an in Italiam aliove deducamini.

QVANTVLVS, a, um. de D. 236 a, Misit coniectori quantulum uisum est de argento. de Leg. 176 b, Id autem quantulum est? l. V. act. 1. Mulieri reddidit, quantulum uisum est.

QVANTVLVSCVNQVE. de Orat. 96 a, Si de hac mea, quantula cunq; est, facultate quæritis. Or. 206 b, Easq; nos primi qui cunq; eramus, & quantulauncunq; dicebamus, cõuertimus. de Or. 117 b, Ex eo quod dico quantulum id cunq; est, iudicari potest.

QVANTVM. ut, ut maximè, quàm maxime, quod, quatenus, pro Flac. 154 a, Vociferarer, & quantum maximè possem contenderem, si, &c. pro Sest. 9 b, Vt afflictæ reip. quantum posset mederetur. I. P. 93 b, Pompeius quem quantum potui, multis sæpe orationibus decorui. At. 140 b, Perge ut facis, & scribe quantum potes. Ep. 70 a, Quantum potero me ab omnibus angoribus abducam. Qu. F. 297 a, b, Quantum in me erit, quantum efficere, & consequi possumus. Or. 220 a, Quantum autem sit aprè dicere, experire licet, &c. si, &c. pro Qu 92 a, Viri boni considerant, quid & quantum sit alterius bona proscribere. de Or. 115 b, Sed tamen est eorum doctrina (quantum iudicare possum) perridicula. pro S. R. 24 a, Tres sunt res, quantum ego existimare possum, quæ, &c. pro Flac. 159 a, Nam nomen ciuium Ro. quantum in ipsis fuit, sustulerunt. Ar. 261 a, Is remp. quantum in ipso fuit, euertit. de Nat. 62 a, Non igitur adhuc, quantum in te est, intellexi deos esse. l. Quantus. pro Ar. 185 b, Huc profectò, ipsi, quantũ est situm in nobis, opem ferre debemus. Tusc. 235 b, Vt omnia in omnibus, quantum in ipsis, nulla ui impediẽte perfecta sint. Ep. 36 b, Quãtum ex tuis literis intelligere potui. & Attic. 107 a, Quantum ex Pompeij sermone perspexi. de L. 191 b, Hæc lex Attico nostro non placet, quãtum ex uultu eius intelligo. At. 28 a, Quantum cõiectura auguramur. de Or. 91 b, Ego quantum auguror coniectura, quantaq; ingenia in nostra hominibus esse uideo, non despero fore aliquem, &c. & Att. 1 a, Quod adhuc coniectura prouideri possit. Ep. 9 b, Quantum ego perspicio. & 119 a, Quantum diuino, & ibi. Vt uideo. Ep. 158 b, Quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiæ. Ep. 257 b, Quantum me diligis, tantum fac, &c. At. 14 a, Nec tantum proficiebam, quantum uolebam. In Sal. 272 b, Iam dabo operam, quàm maximè potero, ut, &c. id est, quantum, &c. Tusc. 227 a, Cognoscere aliqd quoad posit ab homine cognosci. & Ep. 158 a, & 216 a, Id est, quantum uel quatenus.

QVANTVMVIS licet excellas. de Am. 110 a.

QVANTVS. a, um. At. 98 a, b, Videre mihi uideor tantam dimicationem, quanta nunquam fuit. Att. 174 a, b, Tanta multitudo quantam capit urbs nostra. & Ep. 186 a, Dixit tanta contentione quantum forum est. pro Cl. 36 a, Pecunia numero ac summa sua quanta sit ostendit. pro R. P. 128 b, Si tantum ex eius bonis, quanta summa litium fuisset, populus recepisset. pro Dom. 228 b, Populus Rom. sensit quantus & quanta dignitate esses. de Or. 113 a, Qualis oratoris & quanti hominis in dicẽdo putas esse scribere historiam. Ar. 285 b, Potuimus beneficijs ut participes frui, quantis uellemus. Or. 217 a, Dicendum est quantos circuitus facere deceat. de Or. 160 b, Nec hoc tanti laboris est, quanti uidetur. pro Do. 227 b, Quod est in terris commune tantum tantumue consilium? quod, &c. contra Rul. 72 b, Perspicite quãta potestas permittatur. & ibi. Primùm permittitur infinita potestas pecuniæ conficiendæ. pro Sest. 8 a, Vt pecuniam accipierent quantam uellent. de Orat. 98 b, Alter plus lege agendo peterat, quàm quantum lex permittebat. I. A. 166 a, Omnes boni quantum in ipsis fuit, Cęsarem occiderunt. & 208 b, Quamobrẽ Quir. consilio quãtum potero, labore plus penè quàm potero, uigilabo pro uobis. pro Corn. 63 b, Omitto quantis ornamentis populum Rom. C. Cæsar affecerit. I. A. 211 b, Quanta illa reip. turpitudo quantum dedecus? de L. 172 b, Cum intelligat quantæ salutis sint fœdera religionum. pro Mil. 109 a, Quem si interficere uoluisset, quãtę quotiens occasiones, quàm præclaræ fuerunt? pro Mil. 109 b, Scio quanta & quam solicita cupiditas sit consulatus. pro Syl. 181 b, Quãtus & quam incredibilis furor, &c. Tus. 199 b, Is propagatione uitæ quot, quantas, quàm incredibiles hausit calamitates? de D. 91 a, Xenophon Socraticus, qui uir & quantus, scribit, &c. Am. 111 a, Nec cognoscunt, hæc uis amicitiæ qualis & quanta est. I. V. 161 b, Cernitis iudices quod & quantum incendium per Siciliam peruaserit. Ep. 258 b, Quantam diligentiam in ualetudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te iudicabo. At. 10 b, Dij immortales quas ego pugnas, & quantas strages edidi. & I. V. 61 a, Quæ & quantæ sint, &c. & 236 a, Quot & quanta sint, &c. 266 b, & 240 a, & 74 b, Tot tantaq; uitia. Quanti addictus. 2. de Orat. In qua docet, quot à ciuitate sua nautas acceperit, quot & quanti quẽq; dimiserit. 7. Ver. Sed quanti q̃ tibi bene emitur quod necesse est, 12 ad At. Quanti libertas ista æstimanda est, non mihi necesse esse quod tibi est? 4. Acad. Plutis senatus æstimasset quam quanti esset annona. 5. Verr. Vide quanti apud me sis. 7. Fam. Quanti quisq; sit, non quãtum prosit ponderandum. Brut. Noli spectare quanti homo sit, parui enim precij est qui iam nihil sit. 1. ad Qu. Fr. Hoc quanti putas esse ad famam hominum ac uoluntatẽ? pro Mur. An dubias quum scias quanti cum illum, tum uerò Tullium meam faciam? Cælio. li. 2. Quanti hoc ipsum? 11. Fam. Tantum damni feci, quãti quæq; res amissæ uelbant, de Finib. 127 b.

QVANTI. ad preciũ relatum. At. 193 b, De Drusi hortis quãti licuisse tum scribis, id ego quoq; audieram, ut opinor, heri ad te scripseram, sed tanti quanti bene emitur. de N. 12 b, Quãti autẽ hęc philosophia æstimanda est? quæ, &c. I. A. 224 a, Quanti locarint, tãtam pecuniam redemptori soluendam curent. Off. 50 b, Vt commodius putarent nu merari, quod tanti esset, quàm possessionẽ recuperare.

QVANTO, pro quò. Acad. lib. 1. Quanto magis philosophi delectabunt.

QVANTVSCVNQVE. de Or. 119 b, Atq; ego is qui sum, quantuscunq; sum ad iudicandum, sic statuo, &c. de Cl. 195 b, Nostrum illud quantũcunq; est augere. Ora. 204 a, Itaque eum qui audiunt, quamuis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt se posse dicere. de Fin. 51 a, Debeo profectò quantumcunq; posim in eo laborare, ut, &c. I. A. 198 b, Quorũ bona quantacũq; erant, suis comitibus descripsit. pro Mar. 132 a, Totum hoc, quantumcunq; est, tuum est.

QVANTVS maximus, ma. ad Bru. 275 b, Authoritas, quãta maxima in libera ciuitate unius esse potest. de Am. 110 a, Tãta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumq; distantia.

QVAPROPTER. quare, quamobrem, quocirca. Epist. 54 a, Quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus. de Orat. 32 a, Quapropter quoniam illud est, &c. hoc sit necesse est. I. A. 189 a, Quapropter quoniam, &c. aliquando, &c. pro S. R. 20 a, Quapropter uos oro iudices, &c. pro Cecin. 299 a, & de Am. 101 a, Quapropter non minus, &c.

QVAQVAVERSVS. I. A. 224 a, Circũq; eam statuam posteros eius quaquauersus pedes quinq; habere. emendatiores codices habent, Quoquouersus.

QVARE. quamobrem, quapropter, ex quo, ut. Ep. 226 a, Quare sic tibi eum commendo, ut, &c. & Qu. Fr. 297 b, Quare quoniam, &c. Epist. 83 b, Quare quando, &c. de Orat. 91 a, Namq; illud quare Scæuola negasti? &c. Att. 95 a, Is fuit apertè mihi nescio quare non amicus. pro Qu. 11 a, Com missum nihil esse, quare ad istam rationem peruenireturr. Ep. 100 b, Vnum mihi est solatiũ, quare posim, &c. pro S. R. 25 a, Quæramus igitur quæ tanta uitia fuerint in unico filio, quare is patri displiceret. pro S. R. 34 b, Permulta sunt, quæ dici possunt, quare intelligatur, &c. Epist. 155 b, Omnia feci, quare resisterem, &c. Off. 47 b, Vtendum est excusatione, quare id quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris. Ep. 145 a, Quare, &c. quare, &c. quare, &c. quod fi, &c.

QVARTANA, næ. Ep. 260 a, In quartanã conuersa est uis morbi. At. 100 a, Alceram quartanam Pamphilus tuus mihi dixit decessisse. Quartana febris. l. Febris.

QVARTVS SEXAGESIMVS. de Cl. 191 b.

QVASI. tanquam, quodammodo. Ac. 9 b, Illos qui omnia in certa dicunt quasi desperatos aliquos relinquamus. & ibi. Volunt probabile aliquid esse & quasi uerisimile. Tus. 181 a, Quasi de uerbo, non de re laboret. pro Quin. 2 a, Quasi tua res aut honos agatur, ita laboras. de Orat. 107 a, Vocẽ ab acuto sono ad grauem recipere, & quasi quodãmodo colligere. Tus. 192 b, Est in animis tenerum quiddam, quod ægritudine quasi tempestate quaciatur. de N. 21 b, Epicurus quasi pueri delicati nihil cessatione melius existimat. de Or. 93 a, Earum rerum quæ quasi in arte tradũtur inscitia. Item: Procreatrix quædam & quasi parens, &c. Orat. 202 a, Quasi corporis quædam eloquentia. & 201 b, Puro quasi quodam genere dicendi. & de Or. 126 a, Sine quodam afflatu quasi furoris. Tusc. 227 a, Ij sunt eiusmodi conſtituti quasi mala ualetudine animi. I. V. 70 b, Ex his quasi X. fiscos ad senatorem illum relictos esse. de Or. 85 b, Philosophia laudandarum artium omnium procreatrix quædam & quasi parens. de Sen. 82 a, Literas Græcas sic auidè arripui quasi diuturnam sitim explere cupiens. de Sen. 94 b, Nec uerò uelim quasi decursoſpacio, à calce ad carceres reuocari.

QVASI uerò. perinde quasi. Epist. 35 b, Non poteram credo ante hyemẽ (sic enim scribis) quasi uerò ad cognoscendũ ego ad illos, non illi ad me uenire debuerint. de Nat. 61 b, Quasi uerò quisquam nostrum, &c.

QVASSATVS, a, um. fractus & debilitatus. pro Sex. 19 b, Flamma illa fuit quassatę reipubl. & pro Mar. 134 b, Quassata resp.

QVASSVS, sus. Tusc. 186 a. l. Attrectatus.

QVATEFACIO, cis, concutio. At. 279 a, Romam peruenimus, nullo præsidio quatefeci Antonium.

QVATENVS. quantum, ad quem finem & quasi terminum, ex ea parte quatenus, quia ob id ipsum, quia quoad. de Am. 181 b, Quamobrem id primùm uideamus, quatenus amor in amicitijs progredi debeat. Or. 103 b, In omni re uidendum est, quatenus. etsi enim suus cuiq; modus est, tamen magis offendit nimium quam parum. Tus. 171 b, Magna culpa Pelopis, qui nõ erudierit filium, nec docuerit, quatenus esset quodq; curandum. de Or. 130 a, Quatenus sint ridicula tractanda oratori, perquàm diligenter est uidendũ. & ibi. Quatenus. de Or. 141 a, Qui memoria uigent, sciũt, quid & quatenus & quomodo dicturi sunt. de Fin. 130 a, Videre quatenus aliquid se attingat, ad seq; pertineat. & Ac. 23 a, In oi re statuere quatenus. At. 192 b. 193 a, Neq; mihi ut absim concedere, aut quatenus eos mihi concedere. de Opt. 243 b, Sed quatenus uoluerunt, lani & ficci dũtaxat habeãtur. Ep. 3 a, Postulatum est ut Bibuli sententia diuideretur, quatenus de religione dicebat ei rei cui iam obsisti non poterat, Bibulo assensum. Ep. 48 a, Sed accipio excusationem ex ea parte quatenus aut negligentia aut im probitate eorum qui epistolas accipiant fieri scribis. Att. 258 b, τὰ περὶ τὸν καθήκοντος quatenus Panætius absoluit

uit duobus, illius tres sunt. Off. 27 b, Animâduertendum est etiam, quatenus sermo delectationem habeat. Offi. 55 a, Vulgus quid absit à perfecto ferè non ex toto intelligit: quatenus autem intelligit, nihil putat prætermissum. & I. A. 210 a, Quib. auspicijs istos falces augur accepertim? quatenus haberem cut traderem? Off. 61 a, Diogeni uidetur, uenditorem quatenus iure ciuili constitutum sit dicere uia oportere. Off. 65 b, Leges tollunt asturias, quatenus manu tenere possunt, philosophi quatenus ratione & intelligentia. de Amicit. 207 b, Est enim quatenus amicitiæ dari uenia possit. de Vn. 203 a, Deinde dijs pmisit ut huic animanti duces le præberẽt, & eum pulcherrimè guberna rent, nisi quatenus ipse sibi sua culpa aliquid miseriæ quæreret. pro R.P. 124 b, Iudex meminisse debet non solùm quantum sibi permissum, sed etiam quatenus permissum sit. Tusc. 246 b, Vt uoluptas ipsa per se, quia uoluptas est, semper optanda est: eadem ratione dolor ob idipsum quia dolor est, semper est fugiendus. Ep. 47 b, Hactenus existimo nostram consolationem recte adhibitam esse, quoad certior fieres ab homine amicissimo ijs de rebus, quibus le uari possint molestiæ tuæ.

QVATERDECIES. I. V. 96 HS. quaterdecies numerata.

QVATERNVS, na. Attic. 83 b, Scaptius quaternas centesimas sperabat. Attic. lib. 6. At Scaptius quaternas postulabat.

QVATIO, is. quatefacio. de N. 47 b, In Arat. Tum fixum tremulo quatietur frigore corpus. & de N. 47 b, Magnus leo tremulam quatiens è corpore flammam. Tusc. 192 b, Est in animis tenerum quiddam quod ęgritudine quasi tempestate quatiatur.

QVATRIDVI. Att. li. 3. 41 a, Ab Antronio & cæteris quatridui, scilicet abest Epeirus.

QVATRIDVO. quarto die. pro S.R. 21 b, Quatriduo, quo hæc gesta sunt, bis ad Brutum. quatriduo antè.

QVATRIDVVM, dui. Att. 91. Ipsum enim triduum quatriduumve. l. Triduum.

QVATVORVIRATVS. Ep. 164 a, Pollionis.

QVATVORVIRI. ut triumuiri, &c. de Cl. 22 b.

QVE, & de N. 36 a, Multa quibus animantes alantur, augescantq; & pubescant. & de Ora. 128 b, Alterumq; & terciũ poscitur. Orat. 200 a, Arguti certè; & circunscripti ambitus. I. A. 174 a, Ego arma contra deos aras q; & focos tuli? pro Qu. 5 b, Nisi tu, quod esset tuum ius & officium potestasq;, docuisses. Offic. 14 a, ea ratione stabilè firmaq; contemnere. & Ep. 4 a, In primisq;, ut, &c. de Ora. 94 b, Quiq; optimè dicunt, quiq; id faciunt. de Ora. 85 b, Mathematici recondita in arte & multiplici, subtiliq; uersantur.

QVEMADMODVM. quomodo, ut, ita ut, perinde ut, sicut, tanquam, ac. Att. 127 a, Velim exquiras quemadmodum illi nunc se gerant. & pro Cec. 291 b, Prætor te quemadmodum restituat non habebit. pro Ar. 186 a, Res nobis quemadmodum spero, non molesta. pro Mur. 136 a, Inflatus cũ spe militum, tum collegæ mei quemadmodum dicebat ipse, promissis. I. C. 111 a, b, Semper uigilaui & prouidi, quẽ admodum salui esse possemus. In P. 80 a, Magnificentius ẽ dicere, quẽadmodum gesserimus consulatum, quam quẽadmodum ceperimus. Postquàm 202 b, Mihi maiori curę erit, quemadmodum quidẽ uobis gratiam referam, quàm quemadmodum inimicorũ iniurias persequar. & ibid. Sic ulciscar facinora singula, quemadmodum à quibusq; sum prouocatus. de L. 168 a, Si te ipse perspicies, totum q; tentabis, intelliges quemadmodum à natura subornatus in uitam ueneris. pro Dom. 227 a, Sed isti qui Clodij leges timuerunt, quemadmodum cæteras obseruauerunt? de Ar. 245 a, Solus ille cognouit quemadmodum istũ uinci oporteret. At. 204 a, Nec seuerius, nec tẽperantius scribi poterat, nec magis quàm quemadmodum ego maximè uellem. pro Qu. R. 54 a, Si non reliquit, quemadmodum ab eo exegisti? & de Cl. 193 b, Vt posis uidere quemadmodum, &c. Ep. 233 b, Valerius mihi scripsit, id quod ego maximo cũ fletu legi, quemadmodum à Vestę ad tabulam Valeriã du cta esses. Ep. 7 a, Ita fore ut per te restituatur, quemadmodum senatus initio cẽsuit. de Fi. 82 a, Quemadmodũ sunt, &c. eodem modo sint, &c. de Fat. 142 a, Quid? Socratem nonne legimus quemadmodum notarit Zopirus, &c.

QVEO, quis. Ep. 233 a, Ad te non queo sine lachrymis scribere. & antequam. 193 a, Vt ijs sine magna uirtute non queas resisti. p Do. 235 a, Quem satis mirari, quibus oculis aspicere audeas, non queo. I. A. 231 b, Qui tantas calamitates deplorare queat. Or. 211 a, Nequire, pro non quire. Arti. 17 b, Atq; hoc loco illud non queo præterire. & 94 b, Nõ queo tantum, quantum uereor scribere.

QVERCVS, cus, Att. 25 a, Quercus dodonea. de Leg. 152, Quercus glãdifera. de Leg. lib. 1. Quercus Arpinatium ingenio fata manet, & semper manebit. Arti. lib. 13 a, quercus nescio quid exculpseram, quod uideretur simile simulachri.

QVERELA, læ, querimonia, conquestio. Qu. Fr. 326 b, Epistola plena stomachi & querelarũ. & Att. 107 a, Querela de damnatis. Qu. F. 299 b, Statius interuenit nonnulloru q; relis, quæ apud me de illo ipso habebãtur. pro Mar. 134 a, Nũc uenio ad grauissimam querelam, & atrocissimam suspicionem tuam. de Fin. 132 a, Eorũ est hæc querela, qui sibi chari sunt. Ep. 161 a, Vestrum in remp. meritum nonnullam habet querelam. & 70 b, Querelis quotidianis nihil proficere. pro Sest. 17 b, His de tot tantisq; iniurijs in socios, &c. cõsulum querela esse debuit. de D. 83 a, Et assi duas iacit ore querelas. de Sen. 78 b, Querelæ quas illi plorare solebant. pro Deiot. 145 a, Quanquam cui sunt inauditæ cum Deiotaro querelæ tuæ?

QVERIBVNDVS, a, um. lamentabilis. pro Syl. 172 b, De suppli cio P. Lentuli magna & queribunda uoce dixit.

QVERIMONIA, niæ. querela, lamẽtatio. In V. 56 a, In populi Rom. quotidiana querimonia. & 195 a, 250 a, In ea querimonia, quam sum habiturus de istius crudelitate. Qu. F. 306 b, Eo metu iniecto, repente magna querimonia omnium discessimus.

QVEROR, ris. conqueor, expostulo, deploro, querelam uel querimoniam habeo, querela est, querelas deploro, querelas iacio. I. V. 580 b, Hic tu fortasse querere, deum aeq; hominum fidem implorabis. de Or. 126 b, Accedebat ut hæc tu pro re p. queri existimare. pro Fl. 158 a, Non enim omnia quæ dolemus, eadem iure queri possumus. & Ep. 31 b, Multa nos quidem questi sumus. Tusc. 231 a, Virtutes autẽ noli queri ne expostulẽt & querantur se relictas esse, &c. Ep. 41 b, Quererer tecum atq; expostularem, nisi, &c. pro Cæl. 41 a, Queri de aliqua re. & Ep. 4 b, Queri de iniurijs alijorum. & Q. Fr. 296 a, Queri de iniurijs alicuius. At. 150 b, Cæsar quærit, de Milone per uim expulso. & de Or. 143 a, ibi Drusus meliꝰ de Philippo ęstus est. & de D. 115 b, Aiax querẽs de ferocitate Troianorum. Ep. 50 b, Quid est quod tu aut illa cum fortuna hoc nomine queri possitis. & Ac. 20 b, Quererer cum deo. Ar. 71 b, Audiui Milonem meum queri per literas iniuriam meam. At. 204 a, Dionysius noster grauiter queritur, & tamen iure, à discipulis abesse tandiu. Qu. Fr. 304 a, Quæ si queri uelim præterita, nihil agam.

QVESTVS, stus. lamentatio. pro Quin. 17 b, Qui deniq; questus? qui mœror dignus inueniri in calamitate tãta potest?

QVI. quomodo. Qui igitur cõuenit, quæ causa fuerit, &c. p Cec. Deinde qui fit ut ego nesciam, sciant omnes quicũq; Epicurei esse uoluerunt. 2. de Fin. Qui potest esse in eiusmodi trunco sapientia? de Na. lib. 1. 218 a, Qui possumus deum, nisi sempiternum, intelligere? de Nat. 1. Qui minus enim Licinius comprehendi potuit, quàm, &c. pro Cęlio: Qui fieri poterat? Qui minus autẽ ego illic rectè esse possim quàm est Marcellus? ad Att. lib. 16. Qui poterit esse sapientia? 4. Acad. Qui enim beatior Epicurus, quod in patria uiuebat, quàm.

QVI A. quod. I. V. 228 a, Vrbs, quæ quia postrema ædificata è, Neapolis nominatur. de Ami. 102 b, Sed quia natura mutari non potest, idcirco ueræ amicitiæ sempiternæ sunt. Epi. 229 a, Quia nõ est obscura tua in me beneuolẽtia, fic fit ut, &c. pro S.R. 18 b, Quæ me res igitur præter cęteros impulit, ut, &c. quia si quis istorum, &c. pro Sest. 7 a, Omnes boni semper nobilitati fauemus, & quia, &c. Tusculan. 246 b, Voluptatem ipsam per se, quia uoluptas sit, semper optandũ esse. de Fin. 55 a, Nemo dolorẽ ipsum quia dolor sit, amat. & ibidẽ: Nemo ipsam uoluptatẽ, q̃a uoluptas sit, aspernet: sed quia cõsequũtur magni dolores eos, qui, &c.

QVICQVAM. prorsus. de Orat. 96 a, Sine qua nihil quicquã egregium assequeris.

QVICQVE uel quidque. de N. 71 b, Interpretando quorsum quicque pertineat. ad Her. 3 b, Sed ut quicque primum gessum erit, ita primùm exponemus. de Fini. 130 a, Perspice re quatenus quicque se attingat, ad seque pertineat. aliter quicquid. I. V. act. 6. Vnde quidque aut quanti emeris.

QVICQVID: quæcunque res. pro Pomp. 17 a, Quamobrem quicquid in causa mihi susceptum est, id omne me reip. causa suscepisse confirmo. Or. 96 b, In utraque re, quicquid in controuersiam ueniat, in eo quæri. &c. & 89 b, Quicquid erit quacunque ex arte, quocunque de genere. de Fin. 136 a, Perspicere quatenus quicquid se attingat, ad seque pertineat. aliter, quicque. I. V. 60 b, Id mihi satis est, quod est de me opinionis, quicquid est. Quid ad hanc mansuetudinem addi potest, eum, qui cum bellum geras, tam molli nomine appellari? lib. 1. offic. Qui neminem prætermiserit, quicum loqui potuerit, cui nõ eadem ista dixerit, ad Brut. lib. 11. Nemo est omnium, quicum potius mihi, quàm tecũ communicandum putem, Ser. Sulp. lib. 4. Non ut quisque maximè est, quicum tibi aliquid fit, ita tui huiuscemodi cri minis maximè eum pudet? 7. Ver.

QVICVNQVE, quæcunque, quodcunque, quisquis, quisque, quoquo. de Or. 112 b, & contra Rull. 88 a, Non omnia quæcunque loquimur, ad artem sunt reuocanda. de Fat. 149 a, In omnibus quæcunque fiunt, necesse est causam antecedere. pro R.P. 126 a, Quęcunque mens illa fuit, Gabinij fuit, & quoquo consilio fecit, fecit certe suo. de Or. 94 b, illam ipsam, quancunq; assequi potueris in dicendo mediocritatem. & ibidem: Illa ipsa facultate, quancunque habes, magnam gratiam assequeris. & 88 b, In iudicij ea causa, quancunque tu dicis, melior uidetur. de Sen. 84 b, Causarum illustrium quascunq; defendi, nunc quàm maximè conficio orationes. de Ora. 109 a, Omnia quæcunq; in disceptationem hominum uenire possunt, bene sunt oratori dicenda. de Clar. 184 a, In quacũq; enim una plenè claudicaret, orator esse non posset. Ora. 197 b, Orator, si modò sim, aut etiam quicunque sim. Ora. 206 b, Easque nos primi, quicunque eramus, & quantulũcunq; dicebamus, cõuertimus, &c. pro Flacc. 150 a, Libẽter accipere facultatem lędendi, quęcunque detur. Qu. Fr. 300 a, Quoscũque de te queri audiui, quæcunque potui ratione placui. pro Sest. 18 b, & pro Mil. 120, Quemcunque casum fortuna dederit, & quęcunq; fortuna erit oblata. pro Cęl. 38 a, Quęcunque in equite Rom. dignitas esse potest, eam semper in M. Cælio habitam esse summam. de D. 127 a, Ea notant sidera natalitia Chaldæi, quæcunque lunæ iuncta uideantur. Post. 20 a, Is est Epicureus, non penitus illi disciplinæ, quæcũque est, deditus. Ep. 163. Quicunque is est, ei me profiteor inimicum. de Or. 99 b, Quamcũque rem à quoque cognouerit, de ea re multo dicet ornatius quàm, &c. Item: L. Pusius, cuicunque particulæ cœli officeretur, immutata lumina putabat. Attic. 119 b, Quodcunque militum contrahere poteris, contrahe. de Or. 89 b, Quicquid erit, quacunque de re, quocunque de genere, &c. de Clar. 190 a, Nec uerò M. Cælium prætereundum arbitror, quæcunque eius in exitu uel fortuna uel mens fuit.

QVID. Ep. 22 a, Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut, &c. Tusc. 170 b, Quid? Theodorum, &c. nonne miramur? pro Deiot. 147 a, Quid? ille signa ænea in insidijs posuerat? In A. 179 a, Quid? eundem in septemuiratu nonne ne destituisti? pro Muren. 129 b, Quid tum inde? & I. A. 248 b, At ati potest pro suo, quid tum? In A. 175 a, Quid enim? istuc si consul esses, minus facere potuisses? Et 71 a, Quid enim? ad amicos ne confugiam? Parad. 123 a, Quid enim censes? si L. Mummius uideret, &c. utrũ putaret, &c. de Fin. 65 a, Quid ergo? istam uoluptatem Epicurus ignorat? & I. A. 253 a, de D. 135 b, Quid ergo? ad hæc medio cri opus est prudentia? an & ingenio præstanti, &c. de Di. 113 a, & 164 b, I. A. Quid ergo? Aius iste, &c. de Sen. 88 a, Quid ego uitium fatus, ortus, incrementa commemorem? & ibi. Quid, ſæpe repetitum. pro Mil. 110 a, Sed quid ego argumentor? quid plura disputo? te Qu. Petili appello. in P. 92 b, octies. de L. 157 a, Nam quid Accium memorem? I. C. 161 a, Quid est Catilina? quid? attendis? quid? animad uertis horum silentium? pro Cornel. 62 a, Quid id ad ciuitatem? pro Qu. 10 a, Quid mihi cum ista summa sanctimonia? Epi. 101 b, Quid fiet populo Vlubrano? de Am. 102 a, Quid enim ille erat indigens mei? id est, in quo? In V. 75 a, b, Quid fit, quod, &c. Item: Quid fit quamobrẽ, &c. Quid? testes quid atunt? pro Cecin. Quid tu me hoc tibi mandasse existimas, ut, &c. Cæl. lib. 2. Quid? aer? quo Diogenes Apollóniates utitur Deo. de Nat. 1. Quid enim? istuc si Consul esses, minus facere potuisses? in Ant. 175 b, Quid enim? sum mus dolor plures dies manere non potest? 2. de Fin. Quid enim? ad amicos ne confugiam? Lucceio, lib. 5. Quid enim Africanus indigẽs mei? minime hercle. de Am. Quid ẽnim cẽses? si L. Mũmius uideret, &c. in Parad. Valeat ille deus, quid enim dicã, propitius fit? de Nat. 1. Quid istud ad nos? Acad. q. ed. 1. li. 2. Accusatis Sex. Rosciũ. Quid ita? q̃a, &c. pro Ros. Am. Quam molestum est uno digito plus habere. quid ita? quia, &c. 1. de N. Grauatè ille primò. quid multas imperat, 3, Offi. Quid multa? uereor ne hæc iniecta à bonis, defensa ab improbis, magnorum Reipub. malotũ causa fit, ad At. lib. 1. Quid multitudinem, suauitatemq; piscium dicam? 2. de Nat. Quid præterea? Quid? 3. ad Quin. F. Quid quæstio, quasnam habet partes? in Part. Quid, qui pecuniæ cupiditate, qui uoluptatũ libidine feruntur, &c. Tusc. Quid quòd dixisti, iquit, Crasse. fi, &c. 2. de Or. Quid, quòd eadẽ illa ars quasi Penelope telam texẽs, tollit ad extremum superiora, &c. 4. Aca. Quid, quod eiusdem hominis in meum aliæ, aliæ in tuum? 1. de Na. Quid, quòd salus sociorum summum in periculum ac discrimen uocatur? pro Leg. Manil. Quid, quòd sapientissimus quisq; animo æquissimo moritur? de Sen. Quid quòd fi istæ uera sunt, ratio omnis tollitur? 4 Aca. q. Nosti enim reliquos ludos, quid? ne id quidẽ Leporis habuerunt, quod solent mediocres ludi. ad Mariũ, lib. 7. Quid, quòd Theseus exegit, pmissum à Neptuno. 3. Offi. Quid, quum ipse Antiochus dissẽtit quibusdam in rebus, &c. 4. Acad. Quid si mutuos? & quid si non uult? 6. Fam. At multantur bonis exules. Quid tum? parumne multa detoleranda paupertate dicuntur? 5. Tusc. Nam quid aliud agimus, quum, &c. quid, inquam, tum agimus, nisi animũ ad se ipsum aduocamus? 1. Tusc. Quid attinet plura esse nomina deorum? de N. 1. Quid opis? quid Salutis? (templa commemorem) 2. de Nat. Quid igitur cẽses? de N. 1. Quid cẽses, si ratio esset in beluis, non suo quasq; generi plurimum tributuras fuisse? de N. 1. Quid censes eos esse facturos, qui omnem uirtutem à bonorum fine segregauerũt, Epicurũ, Hieronymum, &c. 4. de Fini. Vos autẽ quid mali datis? de Na. deor. 1. Quid dicã quantus amor sit bestiarum in educandis custodiendisque ijs quæ procrauerunt? 2. de N. Quid dicam Albutium? de N. d. 1. Quid dicam imperite, uir omnium prudentissimus, an ambitiose fecisse, &c. ad Brut. 72 Brut. Quid dicas? 1. ad At. Nisi quid existimas in ea re uiolari existimationem tuam, Philip. lib. 4. Quid est? 8 Fa. Cæli. Quid est aliud capere & conciliare pecunias, in quo telex tenet, si, &c. 5. Ver. Quid autem est inscitius, quam, &c. de N. Hanc ego quum teneam sententiam, quid est cur uerear, ne ad eam non posim accommodare Torquatos nostros? 1. de Fin. Quid ergo est? pro Ros. Amer. 10. Fam. Plãci. Quid est hoc? quid est autem curs &c. 15. ad Attic. Quid igitur est? nõ eodem modo de omnibus. pro Roscio Amer. Quid pedibus opus est sine ingressu? de N. 1. Quid est quæso Metelle iudicium corrumpere, si hoc nõ est? 2. Ver. Quid est quamobrem quisquam nostrum censorias subscriptiones omnes fixas, & in perpetuum ratas putet esse oportere? pro Cl. Quid est quod signis & luminibus mundum ornare concupiscereet deus? de N. d. 1. Quid est quod tu alios accuses? 4. Ver. Quid sumus ipsi? 12. ad Att. Cum Illyrico nerò, & cũ Vatinij legionib. quid erat Antonio? 10. Phil. Mirabar, quid esset, quod tu mihi literas mittere intermissles, 7. Fam. id est, quamobrem. Quid eius fit, 16. ad Att. pro, quid de ea re fit. Quid fit quòd P. Septimio Senatore, &c. 2. Verr. Quero quid sit, Ac. q. edit. 2. li. 1. pro, quę fit causa. Quid erit, qualecunque erit, scribas, 11. ad Att. Quid huic tu homini facias? pro Cęc. Valerius quotidie cantabat, erat enim scenicus: quid faceret aliud? de Orat. Stomachari Caninius: sed quid faceret? nondum, &c. 3. Offic. Quid fiet artibus? quibus? hisne, &c. 4. Ac. Quæro, si, qui uelint uendere, non fuerint, quid pecunia fiet? 2. de Lege Agr. Etsi nos premet eadem fortuna, quid puero misero

fiet? ad Terentiam, lib. 14. Quid interest, utrum de Hippocentauro, an de eo cogitemus? de N. 1. Quid interest, utrum prætor imperet, uiq; cogat aliquē de suis bonis omnibus decedere? 4. Ver. Quid interfit inter popularem, id est assentatorem & leuem ciuem, &c. Lælius. Quid loquar quanta ratio in bellijs apparearis? a. de Na. Quid enim mereasse de Na. 1. Quid contra utm sine ui fieri possit? 2. Fam. Quid homo quisquam possit suix iam deus, 9. ad Att. Quid quæris? Fam. & 13. ad Attit. & lib. 10 Quid quæris? est si mihi crebrò ξυνὸς ἐνναλίος occurrebat, tamē leuabar cura, uirum fortem & peritum, & plurimum authoritate ualentem audiens, &c. ad Atti. lib. 7. Quid quæris? nunc ut ad priuata redeamsad Att. lib. 1. Quid scribam? pudet conditionis ac fortunæ, sed tamen scribendum est, ad Bru. in Epist. Brut. Trebatio mandaui, ut siquid tu eum uelles ad me mittere, ne recusaret: idque ut facias uelim, ad Seruium Sulpit. lib. 4. Quid nullis amplius? pro R. Amer. Quid est causæ, quin, &c. 5. Tusc. Exponam uobis breuiter quid hominis sit. 4. Verr. 7. ad Atti. Id est, quid moliatur, quomodo se gerat Quid orationis, quot sint partes? in Part. Quid huic cum Habitos? nihil, pro Clu. Quid mihi inquit, cum ista sanct. monia & summa diligentia? pro Quin.

QVIDAM, quædam, quoddam, nonnullus, aliquis. certus, propē. pro Cl. 55 a, Quidam ex aduocatis homo summa uirtute præditus, dixit, &c. & ibid. b, Quidam ex amicis Safsiæ, &c. & pro Mar. 234 a, Quidam ex numero tuorum, &c. & Ac. 5 b, Quidam è philosophis. de Or. 85 a, Quoniam quædam pueris nobis ex commentariolis nostris inchoata atq; rudia exciderūt. de Or. 112 a, Nā hesterno sermone uniuscuiusdam operis, ut ait Cæcilius, retuligem aliquem aut baiulum nobis oratorem descripseras, & inopem quendā humanitatis atq; inurbanum. Att. 113 a, Sed audio maiorem quendam in urbe timorem esse. Ep. 199 a, Minutius quem tu quibusdam litteris ad cœlum extulisti. de Orat. 86 a, Sed nimirum maius est hoc quoddam quàm homines opinantur. de Oratorib. 97 a, Ea exercitatio quædam suscipienda nobis est, quanquam, &c. contra Rul. 73 a, Verbum mihi deest, cum ego hāc potestatem regiam appello, sed profectò maior est quædam. Ep. 55 a, Quod si nulū haberes sensum nisi oculorum, prorsus tibi ignoscerem, si quosdam nolles uidere. de Pro. 78 b, Quod magni cuiusdā hominis & persapientis uidetur. & de Or 136 b, Crassi responsum excellentis cuiusdam est ingenij. de Leg. 171 b, Omnem legē esse laudabilē quibusdam rabibus argumentis docent. Tusc. 219 b, Raros esse quosdam uidemus. qui, &c. de Nat. 77 a, Resp. ratione quadam & disciplina designata. de Natur. 45 b, Cum machinatione quadam moueri aliquid uidemus. de In. 65 a, Et impulsionem paruulam quandam fuisse dicet. de Or 32 6 a, Sine quodam afflatu quasi furoris. de Or. 85 b, Philosophia procreatrix quædam & quasi parens omnium artium. de Orat. 100 a, Certis quibusdam uerbis fieri diuortium. & 146 b, Cum sit quædam certa uox, &c. de Orat. 107 a, Ille astrictus certa quadam uim morum moderatione & pedum. de Orat. 109 b, Tu pudore à dicendo & timiditate ingenua quadam refugisti. & ibid. Incredibili quadam magnitudine consili Athenienfis Themistocles. & ibidem: De præstanti quadam & eximia prudentia. Item: hominum partim iusti sunt, partim iniusti, id est, quidam. I. Partim.

QVIDDAM. de Leg. 188 b. Ego enim fateor in ista ipsa potestate messe quiddam mali. & de Or. 136 b, Quiddam portenti simile esse uisum est. de Or. 149 a, Superum mare Ionū, græcum quiddam & portuosum.

RABIES, ei. furor. In Sal. 273 a, Quod ista inusitata rabie petulanter in uxorem meam inuasisti. & Tusc. 204 a, Hecubā putant propter animi acerbitatem quandam & rabiem fingi in canem esse conuersam. Tus. 220 b, Neq; eos existimet sine rabie quicquam fortiter facere posse.

RABIOSE. rabidè, furiose. Tusc. 319 b, Nihil ne in ipsa quidē pugna iracundè rabiosève fecerunt.) (. Leniter quiete.

RABIOSOLVS, a, um. Epist. 102 b, Primas illas rabiosulas sat fatuas dedisti.

RABIOSVS, a, um. rabidus. Tus. 219 b, Vide ne fortitudo minimè sit rabiosa, sitq; iracundia tota leuitatis.

RABVLA, læ. causidicus, rabiosus & ineptus. Ora. 201 a, Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro quærimus. de Or. 102 a, Non enim causidicum nescio quē, neq; proclamatorem aut rabulam conquirimus. de Cl. 180 b, Rabulę, q & idocti planè, aut inurbani aut rustici fuerūt.

RADIANS, tis. radiatus. In Arat. Stellæ sub pedibus straræ radiantis aquari. Orat. 211 a, Hoc motu radiantis etesiæ in uada ponti.

RADIATVS, a, um. radians. de D. 89 b, Orbis flammeus radiatus. Accij. de Or. 157 b, Lumen radiatum. Ennij.

RADICITVS. stirpius, funditus. de N. 25 a, Epicurus ex animis hominum radicitus extraxit religionem. & de Fin. 70 a, Tollere atque extrahere aliquid radicitus. Tus. 173 b, Hanc excutere opinionem mihimet radicitus uolui. pro Dom. 120 a, Radicitus euellere omnes actiones alicuius.

RADICVLA, læ. parua radix. de D. 136 b, Draco radiculam in ore ferens, &c. bis.

RADIVS, dij. luminis quasi iaculum. de Finib. 141 b, Vt stellæ in radio solis, sic bona corporis in uirtutum splendore ne cernuntur quidem. In Ar. Et quantum radios splendore de lumine nostro. de Vn. 198 a, Globosum, cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur. Ar. 24 a, Cyrus aiebat. radiorum διαφάσεις latis luminibus, non tam esse suaues. l. Fenestra.

RADIVS, Geometræ instrumentum, seu uirga, qua lineas ducit. Tusc. 241 a, Humilem homunculum à puluere & radio excitabo: id est, Archimedem.

RADIX, cis. stirps. de Fi. 123 a, Videmus ea quæ terra gignit, corticibus & radicib. ualidè seruari. Off. 41 a, Vera gloria radices agit, atq; etiam propagatur. Tusc. 193 a, Non solū ramos amputare miseriarum, sed etiam radicū fibras euellere. & ibid. Ita sunt stirpes alteræ stultitiæ. pro Cæl. 40 a, Nisi tot uitiorum tāta immanitas quibusdam uirtutis radicib. niteretur. I. A. 193 b, Virtus est una altissimis defixa radicibus, quæ nulla unquam ui labefactari potest. & Brut. 287 b, Malum, quod fundamentum & radices habeat altiores. At. 165 a, Nam habent suas radices quas tamen euellere, si possem. contra Rull. 29 b, In Masici radicibus. & Antequam. 196 b, In radice palati.

RADO, dis. de Legibus. 182 a, Mulieres genas ne radunto. pro Quint. Ros. 48 a, Qui capite & supercilijs semper est rasis.

RAMVLVS, li. de D. 105 b, Ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum recidisse.

RAMVS, mi. de Orat. 159 a, In arboribus truncus, rami, folia, In. Arat. Denudat folijs ramos & cortice truncos. pro Cecin. 296 b, Qui prætereuntes ramum defringerent arboris.

RANA, næ. de N. 51 a, Ranæ marinę dicuntur sese obruere arena solere. Att. 246 a, Ranæ enim ἐπιτρεύσιν.

RANCIDVS, a, um. I. Subrancidus.

RANVNCVLVS, li. rana. Epist. 104 a, de D. 83 a.

RAPACITAS, tis. cupiditas rapiendi. pro Cæl. 40 a, Quis in rapacitate auarior?

RAPAX, cis. prædo. I. P. 93 b, Iste crudelis olim furunculus, nunc uero etiam rapax. & Sall. in Cice. 291 a, Manus rapaces. I. V. 148 b, Furem aliquem aut rapacem accusaris. de Am. 105 b, Nihil est appetentius similium sui, nihil rapacius quàm natura. de Nat. 64 b, Europam Libiamq; rapax ubi diuidit unda.

RAPIDE. uelociter. de Orat. 208 b, Quod cum rapidè fertur, sustineri nullo modo potest. de Le. 170 a, Rapidè dilapsus.

RAPIDVS, a, um. uelox. de Fin. 64 b, Nusquam orationem rapidam coerceas.

RAPINA, næ. furtum quod per uim fit. I. C. 106 a, Nihil cogitāt nisi cædes, incendia, rapinas. & Off. 44 a, Atq; etiam largitionem sequūtur rapinæ. Ep. 188 a, Spes prædę ac rapinarum. Ep. 138 a, Si qua uis, aut si quæ rapinæ fieri cœperint.

RAPIO, pis. uoco, prædor, traho, abripio. Off. 3 a, Cum utilitas ad se rapere, honestas contrà reuocare uidetur. Ep. 99 a, Effsedum aliquod rapias, ad nosę; recurras. I. C. 102 a, Quò te ista tua cupiditas effrenata rapiebat. Off. 40 b, Cum aliqua his ampla & honesta res obiecta est, totos ad se conuertit, & rapit. & de Fin. 64 b, Cum fertur quasi torrens oratio, multa cuiusq; modi rapit, &c. de D. 103 a, Et ad diuinarum rerum cognitionem cura omni studioq; rapiuntur. de Ar. 256 b, Ad quem metum si deorum monitis nō duceremur, tamen ipsi nostro sensu coniecturaq; raperemur. Off. 56 a, detrahere aliquid alteri, & rapere ad se cōmoda alterius. I. P. 92 a, Cupiditate cæca prædę ac rapinarum rapi. de L. 178 a, Opinionib. uulgi rapimur in errorem. pro Pom. 7 b, Classis quæ ad Italiam studio inflammato raperetur. Off. 330 b, Illum hostem accersitum ad bona populi Rom. rapienda. I. A. 193 a, Sed spes rapiendi atq; prædandi cæcat animos. Epist. 198 b, In Græciam desperata libertate rapiebar. Tusc. 230 b, Cum cęterę uirtutes ad torrorem rapiāturur. Or. 130 b, Vita eorum, qui ob facinus ad supplicium rapiendi uidentur. Of. 20 a, ἁρπαγή quæ hominem huc & illuc rapit. Of. 40 b, Ad quas pleriq; inflammati auiditate rapiūtur. I. A. 172 a, Latrones tantum habent, quantum rapere possunt. contra Rel. 88 a, Marianus tribunus pleb. quinos Syllinos in muridiam rapit. ad Her. 2 a, Rapere aliquem in odium. de Fin. 94 a, Cum de rebus grandioribus dicas, ipse res uerba rapiunt. Ep. 261 a, Cum Cæsar amentia quadam raperetur. Epist. 165 b, Rapere consilium alicuius in contrariam partem.

RAPSERIT, pro rapuerit antiquum uerbum. de L. 174 a.

RAPTIM. cursim, subcisuis (aut aiunt) operis. Att. 38 a, Hæc scripsi raptim. & pro Do. 241 b, Cum ille ageret raptim & turbulente illam rem. ad Her. 40 a, Iste se raptim domum suam conijcit.

RAPTO. as. pro Dom. 225 a, Vxor mea quàm uexauistis, rapta uistis, omni crudelitate laceraustis. Tus. 172 a, Quadrijugo curru raptari.

RAPTATVS, a, um. pro Sest. 28 a, Euersa domus est, fortunę uexatæ, dissipati liberi, raptata coniunx.

RAPTVS, a, um. Tus. 161 b, Ganymedes à dijs raptus.

RAPTVS, us. stuprum. I. V. 225 a, Raptus uirginis. Tus. 225 a, Quis de Ganymedis raptu dubitat quid poetæ uelint.

RARENTER, pro raro, teste Charisio lib. 2.

RARITAS, tis. de N. 53 b, In pulmonibus inest raritas quedā, & assimilis spongijs mollitudo.

RARO, rarenter, insolenter, non sæpe, minus sæpe. ad Her. 19 a, pro S. R. 24 b, Hoc maleficium ita raro extitit, ut si quando auditū sit, portēti ac prodigij simi le. numeretur. de In. 51 b, Deinde id euenire uulgo soleat, an insolenter & raro.

RARVS, a, um. quotus, paucus. de Som. 129 b, Vides habitari in terra raris & angustis locis. de Am. 108 b, Qui igitur in utraq; re constantem se præstiterit, hunc ex maxime raro hominum genere iudicare debemus. de Fin. 81 b, In omni re optimum quidq; rarissimum est. de Am. 111 a, Omnia præclara, rara. de In. 97 b, Oportet autem animaduertere, ne cum aliter multa sint iudicata solitarium aliquod aut rarum iudicatum afferatur. Top. 226 b, Rarum, singulare.) (. Vulgare.

RASVS, a, um. abrasus. pro Qu. R. 48. I. Rado.

RATIO, onis. consilium, mens, modus.) (. Libido. Of. 10 b, Duplex est enim uis animorum atque naturæ: una pars in appetitu posita est, quæ est Græcè ὁρμή, quæ hominem huc & illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat, quid faciendum fugiendumue sit, ita sit ut ratio præsit, appetitus uerò obtemperet. de Nat. 35 a, Ratio est, quæ præstat omnibus. de Leg. 172 b, Omnia quæ rationem habent, præstant ijs quæ sunt rationis expertia. de Nat. 73 b, Motus celer cogitationis acumē, solertia, quam rationem uocamus. Acad. 7 b, Ratio quasi quædam lux lumenq; uitæ. & Tusc. 185 b, Domina omniū & regina ratio. de Senec. 91 a, Mēs, ratio & consilium in senib. est. pro Quin. 9 b, Rationi ac consilio locum dare. de Cl. 172 b, In mundo & mentem & rationem inesse. de Leg. 159 b, Lex est mens ratioq; prudētis. & ibid. Lex est ratio summa insita in natura. & ibid. Eadem ratio cum est in hominis mente confirmata & confecta, lex est. de D. 126 a, Quib. in rebus non ratio & consiliū sed temeritas & casus ualet. de Ar. 244 a, Iracundi longius digredi, quam sapientis hominis cogitata ratio postulat. Off. 16 a, Exercendum est corpus & ita afficiēdum, ut obedire consilio rationiq; possis in exequēdis negocijs, & in labore tolerando. de Nat. 64 b, Homo habet sensum, & rationem, & orationem. Top. 226 b, Expers rationis.) (. Ratione utens. Off. 3 a, Homo qui rationis est particeps, per quam consequētia cernit, principia & causas rerum uidet, earumq; progressus quasi accessiones non ignorat, similitudinesque comparat, rebusque præsentibus adiungit atque annectit futuras. de Natur. 73 b, Quemadmodum ratione rectè fit, ita ratione peccatur. & ibid. multa de ratione.

RATIO. institutum, uia, modus. quid sequeris, quam rationem sequeris. pro Clu. 31 b, Te oro ut mihi rationem ostendas iudicij cui tumpendi. At. 191 b, Iuire rationem faciendi ali quid. & 225 a, Ea ratio ædificandi iniur, &c. Ep. 165 a, Rationem ineo. Off. 41 b, Pecuniæ quærendæ non solum ratio est, sed etiam collocandæ, quæ perpetuos sumptus suppeditet. pro Pla. 267 a, Ratio quam in decernendo secuti sumus. Offic. 42 b, Duplex est orationis ratio, quarum, &c. Atti. 6 a, Duæ epistolæ in eandem rationem scriptæ. de Orat. 122 b, Rationem bene uiuendi hominibus dare. de Orat. 207 b, Omnia quæ ratione docentur & uia. pro Quin. 4 b, Modo & ratione omnia facere. & ibid. Rectè at que ex ordine aliquid fieri. Epist. 57 a, Itaque eam partem quæ ab exquisita quadam ratione & doctrina proficiscitur, non attingam. pro R. P. 128 b, Augere rem bonis & honestis rationib. Off. 69 a, Hoc ego nihil utilius inuenio, cū ad ueritatem cœpi reuocare rationem. & 27 b, Vt incipiēdi ratio fuerit, ita desinēdi modus. Off. 30 a, Cynicorū ratio est inimica uerecundiæ. In Verr. 236 a, Hæc eadem nunc ab illis defensionis ratio uiaque tentatur. Quint. Frat. 298 a, Ea nostra ratio est, ut omnes boni faueant, omnes improbi oderint. Epistol. 33 a, Tua ratio postea est commutata. & ibid. Ego tibi meum consilium exponam. & 144 b, Nunc alia ratio est omnium rerum. de Orator. 120 a, Oratoriæ facultatis tres sunt rationes: una, &c. altera, &c. tertia, &c. pro Quint. 14 a, Quæro, cur nemo ex tot creditoribus alijs ad istam rationem accesserit. pro Domo. 116 a, Nonnulli illam rem ad illam rationem coniecituramque reuocabant. Antequam. 195 a, Qui nouam rationem suscitant, ueteres maiorum obterunt laudes. In Cat. 106 a, Diuersa Catilinæ studia in dissimili ratione. pro Flac. 155 b, Nisi mihi totam rationem omni & personarum genere literarum explicaris. Postquam. 203 a, In officio persoluendo dissimilis ratio pecuniæ debitæ est. pro Flac. 180 b, Pergami non multum auri ratio constat. pro Sex. Ros. 22 a, Sylla pacis constituendæ rationem & belli gerendi potestatem solus habet. de Cl. 188 b, Cæsar rationem adhibens consuetudinem uitiosam emendat. & 189 a, Cæsar splendidam quandam & minimè ueteratoriam dicendi rationem tenet. pro Dom. 243 a, In utendo ratio, in carendo patientia expetenda est. pro S. R. 19 a, Non modò ignoscendi ratio, sed etiam cognoscendi consuetudo de ciuitate sublata est. de Cl. 168 b, Oratorum fontes uides ad nostrorum annalium rationem ueteres, ad ipsorum sanè recentes. Qu. Fr. 324 a, Puerum in hanc nostram rationem consuetudinemque inducemus. pro Do. 230 b, Is constans in optima ratione semper fuit. At. 283 a, Ratio illa, quæ etiam posteris posset esse salutaris. pro Do. 231 a, Nemo mihi se ipsa populari ratione anteponat. pro Qu. 3 a, Hoc eo per te agebatur, quod propter gratiam rationem non satis erat, &c. de Pro. 76 b, Nec totam rationem Galli ci belli propè iam explicatā perturbare atque impedire debemus. Qu. F. 295 a, Incumbe omni studio in eam rationē, qua adhuc usus es. & ibid. Vt eos omni ratione tuere. pro Mur. 133 b, Quantos cstus habet ratio comitiorū. & ib. Ni hil fallacius ratione tota comitiorum. de Or. 103 b, Licet ista ratione dicamus, pila ludere propriū esse iuris ciuilis. At. 149 b, Ad eam rationē existimabā satis aptam esse personā meā. pro Mur. 139 b, Nemo eo cōmodior, comior, moderatior fuit ad omnē rationē humanitatis. Offic. 24 a, Ad hāc rationē maxima natura uim habet. & 16 a, Hæc res nō solum ex domestica est ratione, attingit enim & bellicam. pro Qu. R. 50 b, Vertit hic rationē, & id quod probare nō pōt, fingere conatur. pro Fl. 166 b, Bone rationi & cōstāti, & graui nullū à nobis fructū esse propositū. pro Syl. 168 b, Sin est in me ratio reip. religio priuati officij, nihil minus accusator debet dicere. I. C. 107 a, Docui quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta. contra Rul. 67 a, Summus labor ac difficillima ratio gerendi consulatus. contra Rul. 67 a, Omnib. est difficilis & magna ratio. Anteq. 197 b, O misera uitę ratio, quæ, &c. & pro Pom. 17 b, Laborio sissima uitę ratio. pro Pom. 13 b, At. Quin. Catulus & Hortensius ab hac ratione dissentiunt. I. V. 110 b, Mea ratio uoluntasq; ab eo abhorret. & pro Pom. 4 a, Non mea me uoluntas, sed mea uitæ rationes ab in eunte ætate susceptæ prohibuerunt. Atti. 165 a, Illa de ratione numaria nō sunt eiusmodi. de Or. 159 a, Idq; ad omnem rationē mutatur & uertitur. de Or. 135 b, Mea ratio in dicendo hæc solet esse, ut ornem, &c. In Ver. 72 b, Tua ratio est ut sic facias, mea autem ut sic, &c. In Ver. 70 b, & Ad Her. 28 a, Minari diuisoribus ratio non erat. Acad. 19 b, Ironiam alterius perpetuam præsertim nulla ratio fuit persequi. pro Cec. 287 b, Nulla ratio est amittere hanc occasionem. & pro Cluent. 31 a, & de Pro. 73 a, Propter rationem belli Gallici. de D. 105 a, Continet enim totam hanc quæstionem ea ratio, quæ est de natura deorum. Ep. 9 a, Ego me ad eius rationes adiungo, quē tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putasti. Ep. 10 b, De qua ratione tota iam uidetur mihi exponendi tempus dari, ut tibi rescribam ad ea quæ quæris. Ep. 7 b, In hac ratione quid tempus ferat, tu perspicies. & 18 b, Coramq; contra istam rationem meam dicam. Ep. 7 b, Si hæc ratio rei gerendæ periculosa tibi uidetur. Ep. 3 b, Quod ad popularem rationem attinet.

RATIONEM cum aliquo esse uel habere. Rationem habere uel ducere, &c. de Senectut. 87 b, Agricolæ rationem habent cum terra, quæ nunquam recusat imperium. In Aur. 242 b, Si habenda cum Antonij latrocinio pacis ratio fuit. pro Cæl. 48 a, Cum hoc aliquid adolescentem hominē habuisse rationis, num tibi turpe uideatur? I. V. 146 b, Nihil cum eo rationis habui. & At. 25 b, Cum omnibus musis rationem habere cogito. & pro Syl. 177 b, Magna ratione cū rege contracta. In A. 294 a, Nulla cum eo pacis ratio esse potest, in quo est incredibilis crudelitas, fides nulla. & ibi. Hostis qui haberet rationem aliquam, si res ita tulisset, pacis & fœderis. Atti. 93 a, Pro ratione pecuniæ liberius est Brutus tractatus, quàm Pompeius. pro Quin. 13 b, Omnes quibus cū ratio mihi aut est, aut fuit. pro Qu. R. 51 b, Quæ ratio tibi cum eo intercesserat. pro Pom. 7 b, Publicani suas rationes & copias in prouinciam contulerunt. Postquam. 198 a, nunquam meas rationes saluti uestrę anteposui. Att. 128 a, Duxi meam mecum rationem. pro S. R. 40 a, Ducere rationē sui commodi. pro Sest. 7 b, & In Ver. 102 a, Ducere rationem alterius. In Ver. 134 b, Quinon tam cœli, quā cælati argenti rationem duceret. Epistol. 96 b, & 130 a, & 114 b, Ducere rationem salutis suæ. In Verr. 57 a, Vniuscuiusque facultatis ad agendum ratio est. & , Officij rationem duci conuenit. l. Duco. de Offi. 24 b, utriusq; ratio habenda est in deligendo genere uitæ, sed naturæ magis. & 28 a, Habere rationem non suam solum, sed etiā

aliorum. Atti. 89 b, Vt habeam rationem non modo negocij, sed etiam ocij tui. Attic. 284 a, Qua in re maiorem habeo rationem tuæ uoluntatis, &c. quàm constantiæ meę. ad Heren. 30 a, Videndum est, cuiusmodi rationem in disponendo habere conueniat. de Orat. 97 b, Quibus in rebus habenda est ratio diligenter, quos imitemur, quorum similes uelimus esse. Offic. 20 a, Est autem quod differat in omni ratione habenda inter iusticiam & uerecundiam. pro Pomp. 7 a, Horum uobis pro uestra sapientia est habenda ratio diligenter. pro Clu. 41 b, Cùm huiusce periculi, tum cæterorum quoq; officiorum & amicitiarum ratio conseruata esse uideatur. pro Mil. 120 b, Ex omnibus præmijs uirtutis si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum præmium esse gloriam. de Ora. 110 a, Qui eorum quibus cum est, uel dignitatis uel commodi rationem non habet, is ineptus dicitur. Attic. 141 b, Præstabo, si Cæsarem bene noui, eum prius tuæ dignitatis quàm suæ utilitatis rationem habiturum. de Nat. 13 a, Non tam dicendi mihi ratio habenda fuit, quàm audiendi. & Attic. 131 a, Vt summam reipu. rationem habeamus. In Ver. 123 a, Hoc rationis habebant, non posse, &c. & pro Cecin. 285 a, Nisi fortè hoc habui rationis, quoniam, &c. Epist. 33 a, Habui rationem, ut tibi consulerem. In Verr. 243 b, Neq; illud rationis habuisti, eam prouinciam, &c. In Ver. 243 a, Habeo rationem, quid à populo Roma. acceperim. Attic. 125 b, Verùm cum habeo rationem dierum, antè puto transmissuram, quàm potuerit conueniri. & Epist. 35 a, Vt habere rationem possis, quo loco me conuenias. & ibi. Et ex diebus & ex ratione itineris constituti, &c. I. V. 145 b, Habui rationem annorum, per quos, &c. & 250 a, Habeo rationem dierum. & ibi. Rationem numerumq; habere. & 256 a, & Ar. 125 b, Hanc rationem habere cœpit. I. V. 139 b, Habere rationem officij in socios. I. V. 139 b, Et huius pecuniæ quæ permagna est, non habui rationem, neq; habere potui, quantum ab aratorib. &c. esset coactum. Ar. 276 a, Existimo omnino rationem absentium sacerdotum comitijs posse haberi. de V. 172 b, Deos piorum & impiorum habere rationem. Item: Habere rationem, ducere rationem, respicere, habere iudicium de aliqua re.

RATIONEM reposcere uel repetere, rationem reddere, &c. id est, causam. I. V. 59 a, & de Opt. 244 b, Rationem uitæ ab altero reposcere, qui non posit suæ reddere. de D. 118 a, Rationem causamq; alicuius rei quærere. Postquam. 202 b, Ab aliquo prouinciæ administratæ rationem repetere. pro Clu. 39 a, Qua lege in eo genere à senatore ratio repeti solet de pecunijs repetundis. & ibid. b, Suæ sententiæ rationem reddere. Tusc. 156 a, Antiqui rationem sententiæ suæ non ferè reddebant. ad Herē. 23 b, Vt paucis rationem nostri consilij demus. I. V. 114 a, pro Qu. 3 a, Semper ita uiuamus, ut rationem nobis reddendam arbitremur. & Epi. 147 a, Reddere rationem omnium rerum. de Orat. 90 a, Reddere rationem sui operis. & Orat. 214 b, Reddere rationem cur aliquid fit. I. V. 114 b, Reddere rationem de factis aliorum. Acad. 26 b, Vt etiam possis rationem reddere cur id eueniat, tamen, &c. Off. 20 b, Reddere causam probabilem aliquius. & 2 b, Cur aliquid factum sit. I. V. 272 a, Persolui rationem officij mei. pro Cęl. 44 b, Rationem tantę familiaritatis reddas atq; exponas necesse est. de D. 93 b, Hunc ergo antepones Platoni? qui ut rationem non redderet, autoritate tamē hos minutos philosophos uinceret. & 121 a, Chrysippus naturalem rationem omnium reddit. pro Pl. 269 a, Sic ego contendo, me tibi cuiuscunq; tribus rationem poposceris, redditurum. pro Pl. 273 a, Clarorum uirorum non minus ocij, quàm negocij rationem extare oporteret. Sal. in Ci. 271 a, Redde rationem, quantum patrimonij acceperis, quid tibi litibus accreuerit. de In. 73 a. Subiicere & supponere rationem. de D. 130 a, Et quidem cur sic opinetur, rationem subijcit. de Or. 162 a, Ad propositum subiecta ratio. & ib. Suppositaratio. pro Cec. 303 a, Afferre rationem, quamobrem. & pro Cec. 298 a, Afferre rationes in aliquam rem. Att. 177 b, Quam nam rationem Cæsari allaturus es profectionis tuæ? & de Nat. 16 a, Tertiam rationem affertis, quod, &c. pro Mur. 124 b, Vt uobis mei rationem facti probē. de Ar. 244 a, Mei facti rationem exponere illis uolo, qui, &c. Epist. 57 a, Afferre rationes, quibus aliquid probemus, uel cur ita sit. 86 b, pro Syl. 167 a, Rationem facti sui omnibus probare. de Fato 141 a, Sine fato, ratio omnium rerum ad naturam fortunamq; refertur. de D. 83 b, Ventorum signa quam rationem habeant, non satis perspicio, uim & euentum agnosco. In Ver. 132 b, Hoc summi officij ratione impulsus facio. Epi. 28 a, Certa quadam ratione non feci. Attic. 127 b, Nihil nisi summa ratione facere. In Ver. 55 a, Si mei consilij causam rationēq; cognouerit. Ar. 6 a, Quod domi te inclusisti, ratione fecisti. pro Cec. 292 b, Nequaquam satis uerbis causam & rationem iuris amplecteretur. I.C. 109 b, Bona ratio consligit cum perditatis est, causa, & pars. pro S. R. 34 b, Qua ratione illi primùm nunciauit?

RATIO. pro calculis, idq; uariè. Atti. 220 a, Rationes sumptuariæ. I. V. 83 a, & de Opt. 244 b, Referre rationes. In V. 96 a, Referre rationes ad ærarium. & 148 a, Et ciuibus suis rationem referre debebat. I. P. 92 b, Scriba qui rationes ad ærarium retulit. I. P. 93 b, Ratio quidem hercle apparet, argentum ἄγεται. ex Plau. in Trinummo. Ep. 28 a, Rationes mei quæstoris nec uerum fuit me tibi mittere, nec tum erāt confectæ, eas nos Apameæ deponere cogitabamus. & 75 a, & Att. 96 b, Vt apud duas ciuitates Laodicensem & Apamensem rationes confectas & consolidatas deponeremus. In Al. 97 b, Pecunia publica, cuius ratio in æde Opis confecta est. Att. 60 b, Putare rationes cū aliquo. pro Flac. 150 a, Inferre rationes falsas. de N. 74 a, Inita subductaq; ratione nefaria scelera meditari. de Fin. 77 a, Voluptatum ne calculis subductis prælium ineunt? I. V. 266 a, Cedo rationem carceris, quæ diligentissimè conficitur, quo quisq; die datus in custodia, quo mortuus, quo necatus sit. & 97 b, Inducere aliquam pecuniæ summam in rationem. Att. 75 a, Ego eam rationem Philogeni, & permutationis eius quam tecum fecit, edidi. & 102 b, Edere rationes alicui. Att. 247 b, Rationes Erotis propemodum cognitas habeo. & 83 a, Quid opus est, inquam, potius, quàm rationes conferatis? assident, subducunt ad nummum, conuenit. pro Cecin. 303 a, Accipere rationes à colono.

RATIO. pro argumento. de Orat. 128 b, Argumentum ratio ipsa confirmat, quæ simul atq; emissa est, adhærescit. In V. 131 b, Quid habuit argumenti aut rationis res, quamobrē ita faceres? de Orat. 116 a, Argumentis ac rationibus nostra confirmare, deinde contraria refutare. Orat. 281 a, Argumentorum ac rationum loci. de Na. 61 b, Tu autoritates omnes contemnis, ratione pugnas. & 92 a, Rumoribus me cum pugnas, ego autem rationes requiro. pro Pom. 13 b, Omissis autoritatibus, ipsa re & ratione exquirere ueritatem. Item: Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate luna feratur. pro Cec. 304 b, Quòd si admiciuitas illi posset, magis tamen rationem illam omnes quæremus, quemadmodum possemus, &c. quàm uti nunc quisquam existat, qui, &c. de Fin. 53 a, Efficere & conuidere rationem. de Orat. 123 a, Vera ne sit summa cuiusque rationis. de Diuin. 113 b, Concluditur ergo ratio, si enim, &c. de Nat. 78 b, Neq; id dictis superstitiose atque aniliter, sed physica constantiq; ratione. pro Cec. 296 b, Cause rationes, non uocibus ponderari debent. Epi. 70 a, Tum rationes in ea disputatione à te collectæ uetabant, me reip. penitus diffidere. de Nat. 74 b, Suggerere rationem alicui sententiæ. de Fin. 108 a, Neque sensuum fidem sine ratione, neque rationes sine sensibus requiramus. & 55 a, Rationibus conquisitis de dolore disputandum. & ibid. Exquisitis rationibus confirmare aliquid. de Sen. 93 a, Nec me solùm ratio & disputatio impulit, ut ita crederem, sed nobilitas etiam, & autoritas summorum philosophorum. I. Argumentum. pro Planc. 259 a, Ille hoc magna ratione fecit.

RATIOCINATIO, συλλογισμός. de In. 43 b, Ratiocinatio, est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum & per se cognitum sua se ui & ratione confirmet. Ratiocinatio, exornatio est, per quam nos ipsi a nobis ratiocinatio, exornatio est, per quam nos ipsi a nobis rationem poscimus, quare quidq; dicamus, & crebrò nosmet & nobis petimus uniuscuiusq; propositionis explanationem. ad Her. 29 a.

RATIOCINATIO, onis. de In. 64 a, Ratiocinatio, est diligens & considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. ad Her. 5 a, Multæ leges afferuntur, è quibus ratiocinatio nascitur.

RATIOCINATIVVS, a, um. genus controuersiæ, unum ex ijs quæ ex scripto existunt. de In. 46 a, Quartum genus ratiocinatiuum, quintum definitiuum nominamus.

RATIOCINATOR, oris. rationum subducendarum peritus, quem imperiti Calculatorem uocant. Attic. 6 b, Hilarem dico ratiocinatorem. Offi. 12 b, Vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo deducendoque uidere quæ reliqui summa fiat.

RATIOCINOR, aris. rationem habeo, rationem ineo. de In. 76 b, De pecunia ratiocinari sordidum est, cum de gratia referenda deliberetur. de In. 74 a, Ratiocinando quod cuiusq; officij sit, queri oportebit. & 69 b, Ratiocinari, qui in similibus fieri soleat. I. V. 70 a, Etenim sic ratiocinabantur, sic interse loquebantur. Tusc. 149 a, At nos metiendi ratiocinandiq; utilitate huius artis terminauimus modum. ad Here. 27 a, Socij nostri profectò ratiocinati essent etiam atque etiam quid possent facere. ad Heren. 12 b, Ex eo quod ipse facturus est, non ex eo quod fieri conuenit, ratiocinatur. I. A. 171 a, Omnia nostra mala, si rectè ratiocinamur, uni accepta referemus Antonio. pro Mil. 107 b, Cuius illi conatus, ut ille ratiocinabatur, nec si uellent, reprimere possent.

RATIONALIS, le. quod in ratione uersatur. ad Heren. 9 b, In causa rationali primùm quæretur, ecquid, &c. Ea pars animi, quæ mentis ac rationis particeps est. I. Particeps. de In. 93 b, Vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat. Topic. 126 b, & Off. 35 a, Ratione utens.)(. Rationis expers. de Leg. 160 a, Particeps rationis & cogitationis. de Leg. 172 b, Quod rationem habet. & de Na. 64 b, Homo habet sensum, & rationem, & orationem. & de Fin. 74 a, Homines rationem habent, &c. de In. 52 b, Cum omnis controuersia in ratione siue in scripto uersetur. ἄγραφος ἢ ἔγγραφος.

RATIS, tis. genus nauigij planum, & trabibus tantùm inter se aptis & connexis factum. Tusc. 164 a, Tanquam ratis in mari immenso nostra uehitur oratio. I. V. 236 b, Cum aut nauibus, aut ratibus conarentur accedere. & ib. Ratib. conjunctis freto ad Messanam transiri. & Att. 148 a, Ratibus exitum portus teneri.

RATIVNCVLAE. de Nat. 74 b, Atque huic sententiæ ratiunculas suggerit. Tusc. 218 a, Leues autem eorum ratiunculas, qui, &c. & 181 a, Concludunt ratiunculis Stoici.

RATVS, a, um. firmus, constans, certus, fixus.)(. Irritus. de N. 45 b, Qui tam certos cœli motus, & ratos astrorum ordines uiderit. & ibid. a, Astrorum in omni æternitate rati & immutabiles cursus. Tusc. 242 a, Quorum uagi motus, ratatamen & certa cursus spacia definiant. de D. 112 a, Aliquid ab omni æternitate certum fuisse, esse uenturum rato tempore. de D. 117 a, Aliquid rato tempore fieri. de Som. 128 b, Sonus interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis. Tusc. 169 a, Omnia ista perinde ut cuiq; data sunt pro rata parte à uita, longa aut breuia dicūtur. pro Cecin. 303 b, Si populus hoc iusserit, putas ne hoc iussum ratum atq; firmum futurum. pro Cor. 66 a, Dubitandum fuit, quin quo in genere iudiciorum præmia rata essent, in eodem iudicia imperatorum ualerent? de Pro. 78 b, Caius tribunatus si ratus est, nihil est, quod irritum ex actis Cæsaris posit esse. I. A. 198 b, Quæ si leges irritas fecerit, rata esse non possunt. & Ar. 136 a, Vt omnes acta Cæsaris haberent rata. pro Cec. 299 a, Rata autoritas harum rerum à iure ciuili sumitur. Part. 241 a, Ratum habere iudicium.)(. Rescindere iudicium. pro Dom. 229 a, De agris ratum est, fuit enim populi potestas. pro Flac. 166 a, Si dat tantam pecuniam, nempe idcirco dat, ut rata sit emptio. pro Qu. 45 b, & de N. 4 a, Quod retuleris, id ratum habebo. Ar. 71 b, Deinde ut Faustæ, cui cautum ille uoluisset, ratum esset. pro Clu. 45 a, Hoc fixum & in perpetuum ratum esse oportet. de Ora. 99 a, Testamentum ruptum aut ratum. Ac. 8 a, Decretum, stabile, fixum, ratum esse debet. de Fin. 68 b, Epicuri κυρίαν δόξαν, id est, maximè ratæ suæ. Acade. 35 b, Verùm illud certum, comprehensum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuisse uis. de Diu. 121 b, Scire ratos ne habeant, an uanos, pectoris orsus. Attic. 197 b, Intelligo te certum illius profectionis diem non habere. Off. 74 a, At non debuit ratum esse, quod actum per uim, quasi uerò, &c. de Leg. 173 b, Cœli fulgura regionibus ratis tēperamēto. de Leg. 180 a, Quod pater approbauit, &c. ratum est, &c. quod non approbat, ratum non est.

RAVCVS, a, um. qui uocem obtusam habet, fessus dicendo, uel clamando. de Or. 108 a, Itaq; nos raucos sępe attentissimè audiri uideo. Epi. 127 a, Nisi ipse rumor iam raucus erit factus. de Orat. 135 a, Cum patronus uocem in dicendo obtudisset. de Cla. 177 a, Vox permanens, subrauca uerò natura.

RAVDVSCVLVM, li. pecuniola. æs enim ueteres raudum uocabant. uide Varronem de Lingua Lat. lib. 3. Atti. 59 a, & 97 a, De raudusculo, gratum. & 101 a, De raudusculo Numeriano multum te amo. & 232 b, Nec mehercule me raudusculum mouet.

RAVENNA, æ. urbs. Att. 98 b. pro Cor. 65 a.

RE. exitu. pro quo indiserti dicunt, actu & effectu. pro Mil. 103 b, Senatum non quod sentiret, sed quod ego uellem, re dercernere. Epist. 51 b. & 148 a, Re ipsa & exitu præstare aliquid. I. V. 118 a, Verbo.)(. Re.

REAEDIFICO, as. refarcio, instauro. Ar. 89 a, Putat enim Pompeius, Cæsarem immeritò reædificando diligentiorē fore.

REAPSE, re ipsa. de D. 97 b, Formæ quæ reapse nullæ sunt, speciem autem offerunt. & de Finib. 130 b, Quod idem reapse primum est.

REATINVS, na. à Reate oppido. de N. 27. de Cl. 187 a.

RECALESCO, scis. concalesco, refrueſco. de N. 31 a, Corpora nostra motu atque exercitatione recalescunt.

RECEDO, dis. discedo, abeo. pro S. R. 37 a, Recede de medio, per alium transigam. I. A. 199 b, Antonius recedat à Mutina. Postquàm. 205 b, Qua strage nonnulli permoti magistratus, paululum è mea causa recesserunt. pro S. R. 21 a, Postquam ab armis recessimus. pro Quin. 12 a, Res ab usitata consuetudine recessit. & Atti. 186 b, Si à Sententijs eius doctis recedam. & 85 b, Recedere ab edicto suo. pro Cecin. 292 a, A uerbis recedis, & æquitate uteris. & 296 a, Vt longius à uerbo recedamus, ab æquitate ne tantulum quidem. de Fin. 115 b, Pytrho penitus à natura recessit. & Tusc. 217 b, A uita recedere: id est, mori. ad Heren. 17 a, Nullo dolore cogi, ut ab officio recedatur. & ibidem: Nec prece nec precio à uia recta deduci oportet. pro Plan. 262 a, Accedere ad aliquem.)(. Recedere ab aliquo. I. A. 218 a, Non modò ille Gallia non discessit, sed ne à Mutina quidem recessit. Off. 8 b, A peregrino enim recessit, & propriè in eo qui contrà ferret arma remansit. & 26 b, Elaborandum est ne animi motus à natura recedant.

RECENS, tis. nouus.)(. Antiquus, uetus. de Clar. 168 b, & pro Quint. 7 b, Inueteratus. Tusc. 217 b, Epi. 177 b, Quocirca Segulium negligamus, qui res nouas quærit, non quo uetterem comederit (nuflam enim habuit) sed hanc ipsam recentem nouam deuoraut. pro Mur. 127 b, Itaq; nō ex sermone hominum recenti, sed ex annalium uetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. & ibi. Non modò Curij antiqui illi, &c. sed hi recentes Marij, &c. Tusc. 217 b, Aliter ferat inueterata, aliter recentia. ad Brut. 91 b, Recenti illo tempore, tu omnia, &c. & I. V. 104 a, Recenti re. & de N. 27 a, Recentiore memoria: id est, haud ita multo ante. Att. 256 a, Rhegyni quidam uenerunt Romā sanè recentes, & 208 b, Expecto recens aliquid: id est, nouum. Acad. 41 b, Recentissima quæque sunt emendata & correcta maximè. Epi. 43 a, In altera epistola, quæ mihi recentior uidebatur. de Fi. 82 b, At tulisti aliud humanius horum recentiorum, nunquam dictum ab ipso illo, quod sciam. I. V. 97 a, Datam inter omnes recenti negocio constabat. & de Leg. 156 b, In recenti memoria. Ar. 133 a, Recentissima tua est epistola Cal. data. I. V. 67 b, Cum è prouincia recens esset. & Epi. 73 a, Inuidiaque non recenti, sed uetere ac diuturna flagraret. Item: Proximè recenti aduentu meo. de Nat. 62 a, Homerus, qui recens ab illorum ętate fuit: id est, Tyndaridarū. ad Her. 8 a, Alius alio recentior est in dolore. Att. Quanquam recentiora audiebam ex ijs qui ad me ueniebant. de Sen. 92 a, Omnis conglutinatio recens ægrè, inueterata facilè diuellitur.

RECENSEO, es. percenseo, persequor, percurro. Ar. 251 a, Obruis enim, recenses multa, quæ uellem minui.

RECENSIO, onis. census, recognitio. pro Mil. 115 b, Qui eidem nympharum incendit, ut memoriam publicam recensionis

nis tabulis impressam extingueret.

Recentoricvs, ager Siciliensis. contra Rull. 62 b, 77.

Receptacvlvm, li. receptator locus, perfugium. de N. 53 b, Aluus cibi potionisq; est receptaculum. & Tuf. 159 a, Nã corpus quidem est quasi uas, aut aliquod animi receptaculum. & 251 a, Mors æternum nihil sentiẽti receptaculum, I.V. 109 b, Nisi illud receptaculum clasibus nostris pateret. & 247 b, Illud tibi oppidum receptaculum prædæ fuit. & contra Rull. 84 a, Capua receptaculum aratorum. I.P. 81 b, Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum ueterum Catilinæ militum, castellum forensis latroninij. I.A. 226 a, Græcia esset receptaculum pulso Antonio.

Receptator, oris. receptaculum. pro Mil. 111 a, Ille latronum occultator & receptator locus.

Receptrix, cis. receptaculum. I. V. 203 b, & 235 & 268. Messana furtorum receptrix.

Receptvm, pti. promissum. In Ver. 264 a, Satis est factũ promisso nostro ac recepto. I. A. 175 b, Ille induxit ut peteret, promissum & receptum interuertit.

Receptvs, ptus. refugium, reuocatio à bello. Plan. Epi. 150 a, Animaduerti nullum alium receptum Antonium habere, nisi in his partibus. & Att. 130 b, Neq; ex oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. Tuf. 141 a, Quis enim reuocante & receptui canente senatu, properet dimicare? & I. A. 241 a, Tusc. 197 b, A quibus cum cecinit receptui, impellit rursum, &c. id est, a miseriis contemplandis. I. A. 249 a, Receptui signum aut reuocationem à bello audire non possumus.

Recessvs, sus. (. Accessus. de Or. 159 b, Luna accessu & recessu suo solis lumen accipit. de N. 32 b, Accessus ad res salutares, à pestiferis recessus. de D. 115 b, Quid de fretis, aut de marinis æstibus dicam? quorum accessus & recessus lunæ motu gubernatur, pro Mar. 134 b, Cum in animis hominum tantæ latebræ sint, tanti recessus. de Or. 152 a, Sed habebat tamen admiratio illa umbram aliquam & recessum, quo magis, &c. At. 194 b, Mihi solitudo & recessus pro uincia est.

Recido, dis. conuertor, cado, redundo. pro Syl. 184 b, Citò illa omnia ex lætitia ad luctum reciderunt. pro Sest. 28 b, Multo mihi præstat in eandem illam recidere fortunam. pro Planc. 278 b, Quæ si uiginti quiessem dies, in aliorum consulum uigiliam recidissent. & Att. 1 b, Qui si in nostrũ annum reciderit. & pro S. R. 31 b, Non modò ad hoc crimen resilire uideas, uerùm omnem suspicionem in nosmetipsos recidere intelligas. I.V. 269 a, Huccine tandem omnia reciderunt? Or. 220 a, Ad nihilum omnia recidere: id est, interire. I.A. 214 a, Hunc tantum apparatum, ne ad nihilum recidere patiare. Attic. 65 b, Id ego puto, ut multa eiusdem ad nihil recasurum. & 193 a, Ab his me remedijs noli in istam rurbam uocare, ne recidam. ad Bru. 287 a, Is se maledictis non abstinet ijs, quæ in ipsum dupliciter recidunt. de D. 105 b, Ramulum adductum cum remissus esset, in oculum sui recidisse. de Clar. 194 b, Contentio nimia uocis reciderat, & quasi referbuerat oratio. pro Quin. Ro. 52 b, Quorsum recidat respon'sum tuum, non laboro. Attic. 286 a, Nonne hoc est in easdem tenebras recidisse? I.A. 193 a, Vt huius amentiæ pœna in ipsum familiamque eius recidat.

Recido, dis. excido. de Pro. 75 a, Nationes, quæ multitudine hominum poterant in prouincias nostras redundare, ab eodem partim recisæ, partim repressæ sunt.

Recino, nis. resono. de Clar. 179 b, In uocibus nostrorum oratorum recinit quiddam & resonat urbanius.

Recipio, pis. accipio, adsciscо, recupero. Att. 198 a, A te heri duas epistolas recepi: alteram, &c. alteram, &c. accepiq; ab Aegypta literas eodem die, &c. contra Rul. 78 b, Si qua pecunia ex nouis uectigalibus recipitur. & pro Qu. R. 48 b, Recipere quæstus magnos. contra Rull. 84 a, Recipere aliquem tectis ac sedibus suis. pro Arch. 186 b, Luculli eum domum suam receperunt. pro Flac. 159 a, Asia illum suis urbibus recipiebat. & pro Cor. 61 a, Recipere aliquem in ciuitatem. ad Heren. 39 b, Recipere aliquem splendide. & Top. 222 b, Recipere aliquem ad epulas. Offi. 76 b, Quanquam tibi hi tres libri inter Cratippi commentarios tanquam hospites erunt recipiendi. pro S. R. 37 a, Quid recipis mandatum, si neglecturus es? & ibidem, Qui mandat, & qui mandatum recipit. Att. 245, Recipere aliquem in fidem suam. Epi. 212 a, Recipere aliquem in amicitiam sui. de Sen. 76 a, Qui maximus Tarentum recipit. & de Orato. 134 a, Recipere arcem amissam. & de Fin. 78 b, Post libertatem receptam. pro Plan. 260 a, Non solùm dignitatis facienda iactura est, sed etiam largitionis recipienda suspicio. In V. 127 b, Prætor pronunciauit, se se nomen eius receptum. In Ant. 212 a Recipi in senatum, uel in aliquem ordinem. de Somn. 128 a, Vt me recepi: id est collegi. I.V. 204 b, Cum ex hisce se locis receperent, & eodem deferentur. de Clar. 195 a, Cum anno post è Sicilia me recepissem iam, &c. Ep. 95 a, Nisi cum ad hyemem me ex Cilicia recepissem. Officio. 61 a, Qui cum ad diem se recepisset tyrannus, &c. & Att. 62 a, Recipe te ad nos, ad quod tempus confirmasti. pro Cæl. 43 a, Et se ad bonam frugem, ut dicitur, recepisse. Att. 79 b, Ipse me Laodiceam recipiebam. & Epi. 153 a, Si latro rursus in Italiam se recipere cœperit. I.A. 192 a, Antonius ita se recipiebat ardens odiò uestri, ut, &c. Item: Græci sedentes uocem ab acutissimo sono usque ad grauissimum sonum recipiunt, & quasi quodammodo colligunt. pro S. R. 18 b, Recipere causam alicuius defendendam. & I.V. 109 a, Hoc onere suscepto, & recepta causa. Attic. 135 b, Ita me sibi fuisse inimicum, ut ne honorem quidem à se recipere uellem.

Recipere. promittere, spondere. Attic. 75 a, Thermus omnia se facturum recepit. Att. 10 a, Tu mandata effice, quæ recepisti. Att. 37 a, Fidem recipere de aliquo. At. 104 a, De ætate polliceris, uel potius recipis. & Epi. 248 b, Nihil cæteris de me frustra recepisse lætor. & 11 b, Quid sibi is de me recepisset, in memoriam regredit. Epi. 155 b, Omnia ei petenti recepi, & ultrò pollicitus sum. Ep. 65 a, Quæ tibi promitto ac recipio, sanctissimè esse obseruaturum, diligentissimeq; facturum. Ep. 211 a, b, Tibi spondeo, in meq; recipio, eos, &c. & 208 a, Promitto, in meque recipio, fore eum, &c. Att. 189 b, Lenas hoc mihi receperat. & Epi. 209 b, Id tu mihi recepisti. Ep. 86 a, Sed tamen ei scripseram, librum legeret, & ea conditione daret, si receperes te correcturum. Quin. de Pet. 208 a, Recipere & confirmare aliquid alicui. Epist. 147 a, Vt iudicares omnia me reip. causa præstitisse, quæ & tua exhortatione excepi, & mea confirmatione tibi recepi. de Or. Cum M. Bucculeus ædes L. Fusio uenderet, in mancipio lumina, uti tum erant, ita recepit. Ep. 223 a, Omnes tui pro me recipient ita fore. & 168 a, Pro Calsio & te, si quid uelitis me recipere, recipiam. & 154 b, Recipio uobis celeriter me negotium ex sententia confecturum. de Or. 118 a, Offensio uel negligentiæ, susceptis rebus, uel perfidiæ receptis. Constituere alicui, idem ferè quod recipere. l. Constituo.

Reciproco, as. uicissim retrò commeo. de Nat. 64 a, Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? de D. 82 b, Si quidem ista reciprocãtur, ut & si diuinatio sit, dij sint: & si dij: & sint, sit diuinatio. & ibid. Si sint ea genera diuinandi uera, esse deos uicissimq; si dij sint, esse qui diuinent.

Recitatio, onis. lectio. pro Dom. 127 a, Literarum recitatio. & pro Cluen. 47 a, et ad Heren. 8 b, et 9 a, Scripti recitatione utemur.

Recitator, oris. autor, lector. de In. 79 b, Recitator scripti alicuius.

Recito, as. tracto, reddo, percenseo, pronuncio, cognoscamus edictum. pro Quint. 15 b, Att. 123 b, Ne ego istas literas in concione recitari uelim. et I. V. 83 b, Recita denuò. Epi. 198 a, et 153 a, Pansa tuas literas recitauit. et I. A. 250 b, Dum eas literas recito, quæso attendite. pro Quin. 16 b, Postea recitaui edictum, quod, etc. et pro S. R. 22 b, Atque Postea recitaui edictum, quod, etc. et pro S. R. 22 b, Atque ipsum decretum quæso cognoscite. In Sal. 274 b, Si illud eulogium pro lege palàm uniuersi recitarem. contra Rull. 75 b, Quam tu mihi ex ordine recita de legis scripto populi Rom. auctionem. pro Flac. 159 b, De tabulis publicis recitare. pro Dom. 230 a, L. Philippus auunculum suum præcitare. pro Dom. 230 a, L. Philippus auunculum suum præcitare, si censor tum esset, meo loco sententiam recitaturum fuisse. pro Cec. 295 a, Testamento si recitatus hæres esset pupillus. de Cl. 193 a, Quæ commentatus sis, ea sine scripto uerbis eisdem redderc.

Reclamatio, onis. acclamatio. I. A. 192 a, Præclara reclamatione uestra factum Martialium comprobauistis.

Reclamito, as. reclamo. pro S. R. 28 b, Reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa natura.

Reclamo, as. repugno. de Or. 161 a, Si in his mòdò offensum est, theatra tota reclamant. & pro Dom. 215 a, Ab uniuerso senatu reclamatum est. pro Cor. 67 a, Vna uoce omnes iudices, ne iuraret, reclamarunt. Ep. 177 b, Cum sensissem, &c. ijdem illi qui solent, reclamarunt. & 3 a, Eius orationi uehementer ab omnib. reclamatum est. I.A. 198 b, Legiones Antonij promissis reclamarunt. Attic. 38 b, Reclamatum est.

Reclino, as. reflecto, inclino. In Arato, At Cepheus caput atque humeros palmasque reclinat.

Reclvdo, dis. aperio. de N. 73 a, Poetæ.

Recogito, as. meditor, reputo. Qu. Fr. 307 a, Sic tu mihi uideris in Sardinia de nominibus Pomponianis in ocio recogitasse.

Recognitio, onis. recensio. I. V. 126 a, Qui tandem istius animus est nunc in recognitione scelerum suorum.

Recognosco, scis. æstimo, considero, agnosco, recenseo. I. V. 69 a, Non uideatur hæc multitudo cognoscere ex me causam uoluisse, sed ea quæ scit, mecum recognoscere, & 82 a, & 112 a, In Vat. 29 b, Is codicem non recitandi causa legit sed recognoscendi. In Ver. 147 a, Hæc omnia summa cura recognita & collata sunt. In C. 98 b, Consilia tua omnia, quæ licet mecum recognoscas, meministi ne, &c. & 99 b, Recognosce mecum tandem illam noctem. & pro Syl. 181 a, Conferre crimen cum uita illius, &c. tum crimen ipsum recognoscite. pro Cor. 57 a, Nos Pompeij decretum iudicium de consilij sententia pronunciatum recognoscimus. Antequam. 194 a, Qui est qui nostrum periculosissimum causam recognoscat, qui non, &c. de Leg. 191 b, Nunc non recognoscimus leges populi Rom. sed, &c. Epist. 188 a, Legi tuas literas, in quibus mirificum tuum erga me amorem recognoui. Tuf. 160 a, Declarat, se non tum illa didicisse, sed reminiscendo recognoscere. In Ver. 250 a, Alij cum à multis recognoscerentur, securi feriebantur. pro Deiot. 144 b, Perturbat me C. Cæsar illud etiam interdum, quod tamen cum te penitus recognouì, timere desino. In Sal. 272 a, Nihil audietis noui, sed omnia uetera recognoscetis. I. A. 208 a, Verba tua recognosce, & aude negare, seruientis aduersus regem istas esse preces. & ibid. Quanquam non fuit alienum, personas quasdam à uobis recognosci, ut quibus cum bellum geratis, taciti positis cogitare.

Recollligo, is. mitigo, reconcilio. Atticum 3 b, Recollligere aliquem.

Recolo, lis. recognosco. pro Arch. 188 a, Si tantum temporis mihi ad hæc studia recolenda sumpsero. de Or. 85 a, Ad eas artes, quibus à puericia dediti fuimus, celebrandas, inter nosque recolendas. I.A. 257 a, Quæ si tecum ipse recolis, æquiore animo moriere.

Reconciliatio, onis. reditus in gratiam. de Ar. 256 a, & 56 b, Et significat, se illi amicissimum esse, & reconciliationem esse gratiæ factam. I.C. 116 b, Quæ dissensiones, nò reconciliatione concordiæ, sed internecione ciuium dijudicatæ sunt. Postq. 200 b, & pro Cl. 38 b, Reconciliationes gratiarum. At. 142 a, Cæsar agit de reconciliatione gratiæ suæ & Pompeij. pro R. P. 127 b, Reconciliatio gratiæ C. Memmij fuit mihi causa defendendi Gabinij.

Reconciliatvs, a, um. pro Milon. 105 b, Timuit, ne uideretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ. Ep. 45 a, Vt cauerẽ, ne cui suspicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem. & 153 b, Reconciliata uoluntas. Ep. 60 a, Non intelligo, cur reconciliatam gratiam esse dicas, quæ nunquam immutata est. Antequam 162 b, Fructu libertatis reconciliato.

Reconcilio, as. placo, in gratiam reduco, in ueterem gratiam restituo, in gratiam cum aliquo redeo, in gratiam alicuius redeo, aliquos distractos perfidia aliquorum rursus in pristinam concordiam reduco, facere pacem cum aliquo, deponere inimicitias, discedere ab armis, controuersiam dirimo, reduci in gratiam cum aliquo, recipere in gratiam, pacem inter se conciliant, conserunt concordiam. de In. 59 a. I.A. 220 a, Si in gratiam reip. redierint. de Ar. 258 b, Nostræ sunt inter nos iræ discordiæque placandæ. de Pro. 73 b, Hic me meus animus in rempub. pristinus cum C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. pro Deiot. 150 b, Id autem est, te ut planè Deiotaro reconciliet oratio mea. Att. 96 a, Quintus filius, currentem animum patris sui, foro ri tuæ reconciliauit, Item: Vides ne, ut excipiam te ex improborum subita gratia? & reconciliem bonis omnibus? de Pro. 73 a, Quibus cum omnibus eadem resp. me reconciliauit, quæ alienarat. pro Dom. 239 a, Inimici in gratiam reconciliabuntur. Att. 2 b, Sallustium restituere in eius ueterem gratiam non potui. & 6 a, Reconciliare ueterem gratiam aliquorum. Att. 141 a, Pompeium dedi operam ut reconciliarem. Ep. 3 a, Videbatur enim reconciliata nobis uolũtas senatus esse, & 17 b, Tibi sum autor, ut quibus rebus posis eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. Epi. 155 b, Reconciliare se alicui. I.V. 67 a, Reconciliare existimationem iudiciorum amissam. Antequam. 192 b, Incudifsimo fructu libertatis reconciliato.

Reconcinno, as. reficio. Qu. Fr. 311 a, Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno.

Recondivs, a, um. occultus, retrusus, abditus, abstrusus. I. V. 204 b, Quod celari oportebat, habebant sepositum ac reconditum. de N. 45 b, & 56 a, Venæ auri reconditæ, & penitus abditæ. & 11 a, Res occultæ & penitus abditæ. de Cl. 168 b, Exercitationem mentis à reconditis abstrusisque rebus ad forenses & populares causas traducere. de Or. 85 b, Studia quæ reconditis in artibus uersantur. & de N. 97 b, Interiores & reconditæ literæ. Ep. 178 a, Si quid erit occultius, & ut scribis, reconditũ. Ac. 3 b, A me quæ in promptu erant, dicta sunt, à Lucullo reconditiora desidero. de Leg. 161 a, Natura in specie oris penitus reconditos mores effinxit. pro Dom. 221 a, Venio ad augures: quorum libros, si qui sunt reconditi, non scrutor. & 218 a, Nimium reconditus & penitus abstrusus animi dolor. pro Quint. 10 b, Quintius natura tristi ac reconditа fuit. Offic. 10 b, Hoc quod dico decorum, non recondita quadam ratione cernitur, sed est in promptu.

Recondo, dis. condo, sepono. Acad. 9 a, Mens uisa arripit ac recondidit, è quibus memoria oritur. pro Syll. 176 a, Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt excussos arbitrari. I.C. 98 a, Habemus senatusconsultum inclusum in tabulis, tanquam in uagina reconditum. de In. 64 a, Gladium in uaginam recondidit. contra Rul. 74 a, Occulto latere, reconditum esse. de Ora. 98 a, Multæ ac magnificæ res constructæ ac reconditæ.

Recoquo, quis. de Sen. 94 b, Quo quidem me proficiscentem, haud sanè quis facile retraxerit, neve tanquam Peliam recoxerit. prouerbium.

Recordatio, onis. memoria, reuocatio. Episto. 68 a, Habet enim præteriti doloris secura recordatio delectationem. & 70 a, Das enim mihi iucundas recordationes conscientiæ nostræ. de Or. 104 b, & de Cl. 165 b, Qui patris clarissimi recordatione & memoria, fletum populi moueret. de Ora. 142 b, Acerba sanè recordatio ueterem animi curam molestiamque renouauit. At. 109 b, Recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt. de Cl. 189 b, Præteritorum recordatio est acerba, & acerbior expectatio reliquorum. de Pro. 78 a, Vltimi temporis recordatione, & proximi memoria. I.A. 186 a, Primùm in Cæsarem maledicta congessit, deprompta ex recordatione stuprorum suorum. Att. 88 b, Suauem habui recordationem clarissimi iurisiurandi. de Or. 85 a, Mihi repetenda est ueteris cuiusdam memoriæ non satis explicata recordatio. Qu. Fr. 307 a. Recordatio præteritæ memoriæ. & 215 b, Recordatio ueteris amoris. de Sen. 78 b, 79 a, Conscientia bene actæ uitæ, multorumque benefactorum recordatio iucundissima est.

Recordor, aris. reminiscor, memoria teneo, memoria custodio, memoriã alicuius rei habeo, in memoriam redeo, alicuius rei in memoriam uenit, memoriæ mando. Epist. 89 b, Memoriæ trado. ad Heren. 23 a, Recogito, animum ad aliquem rem refero, memoria retineo, memoria alicuis rei me tenet, menti meæ infixum est, memoriam alicuius hominis uel rei teneo uel seruo, aliquid mihi cum grata recordatione in mente uersatur, memoriam ad alicuius rei cognitionem

cognitionem excito, animo teneo, animo ac memoria teneo, mihi non uenerat in mentem, furorem optare uobis, memoria repeto, memoriam præteriti temporis repeto. P. Syllę nomen in memoria mihi non fuit, hoc illius memoriam retulit. reuocare animos uestros ad Mithridatici belli memoriam, tuorum meritorum erga me memoriam cõseruabo quid quisquam meminit, quod non animo comprehendit ac tenet? quæso ut eum diem memoriæ mandetis, nunquam eo animo meo discedit illius optimi uiri memoria, cum ciuium cædes uersari ante oculos atque animum memoria refricare cœperat. Atti. 128 b, At ego qui omnia officio metior, recordor tua consilia. & pro Syl. 172 a, Mihi ne ad ea quidem quæ gessi, recordanda & cogitanda quicquam relinquitur temporis. de Or. 150 b, Cum omnis gradus ætatis recordor tuæ. Ep. 27 b, & 19 a, Recordor desperationes eorum, qui, &c. pro Plan. 281 b, Quoniã istis uistris lachrymis de illis recordor, quas, &c. contra Rull. 66 b, & pro Syl. 168 b, Nã profectò si recordari uolueritis de nouis hominib. reperietis, &c de Fin. 150 b, Tu si meliore memoria es, uelim scire, ecquid de te recordere. Tusc. 231 a, Multaque de M. Aquilio recordatur. I. P. 82 a, Iste certè cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordabitur. & p Plan. 274 a, Hiius meriti in me recordor: id est, Plancij. pro Arch. 185 b, Puerilia memoriam recordari ultimam. pro Muræn. 141 a, Tamen ne ipsa admonitus recordor, quãtum, &c. Or. 189 b, Sed ego recordor longè omnibus unũ anteferre Demosthenem. Tusc. 160 a, Ex eo quo effici uult Socrates, ut discere nihil aliud sit, quàm recordari. Epi. 73 a, Cum animi tui magnitudinem diligentius essem mecum recordatus. Tusc. 231 a, Prudentia hoc uidet, non omnes bonos esse etiam beatos, multaque de M. Attilio recordatur, &c. At. 205 b, Et si, ut recordor misi. & 215 a, Vt mea memoria est. Attic. 276 a, Hoc mihi iam in te placuisse potes ex superioribus literis recordari. de Sen. 93 b, Recordari & reminisci. I. Reminiscor. pro Lig. 143 a, Quoniam hoc est animi tui, te aliquid de huius quæstoris officio cogitantem, etiam de alijs quibusdam quæstoribus reminiscentem recordari.

Recreo, as. reficio, relaxo, colligo, restituo, releuo. pro Planc. 259 a, Conspectus uester reficit & recreat mentem meam. de Pro. 70 a, Macedonia ita uexata est, ut uix possit se diuturna pace recreare. pro Plan. 266 a, Vbi illa antiqua libertas? quæ malis oppressa ciuibus extollere iam caput, & aliquando recreata se erigere debebat? pro Dom. 232 b, Speraui me iacentem posse a uiuis uiris fortib. excitari, si unã cum bonis interissem nullo modo posse recreari. Atti. 60 b, Literis sustentor & recreor. pro S.R. 41 b, In hoc bello non recreatus, neque restitutus, sed subactus oppressusq; populus Rom. est. pro Pom. 8 a, Aliquem fugientem excipere, diffidentem confirmare, afflictum erigere, perditum recreare. At. 189 b, Quod me ab hoc mœrore recreari uis, facis ut omnia. Poltquam. 198 b, Qui è graui morbo recreati sunt. de In. 81 b, Ille autem leuiter faucius, facilè est ex uulnere recreatus. Quin. Fr. 294 b, Complures diruitas ac penè delertas urbes per te esse recreatas. Epi. 79 b, Necesse est remp. aliquando recreari. & 88 a, Recreatis enim bonis uiris consulatu tuo, &c. Epi. 13 a. & 14 a, Sensus bonorum, qui recreatus abs te totus est. Tusc. 160 b, Cum animus se collegit atque recreauit, tum agnoscit, &c. I. V. 168 b, Ex metu quasi luce libertatis recreatum reuixiste. & 196 a. Erigere & recreare aliquem afflictum. I. C. 112 b, Tum ille, cum uix se ex magno timore recreauisset. At. 12 a, Ego recreaui afflictos animos bonorum, &c. & 116 a, Bonorũ animi recreati, improbi Romæ quasi perculsi. & 139 b, Tuas nunc epistolas à primo lego, hæc me paulum recreant. pro Mil. 101 b, Sed me recreat & reficit Cn. Pompeij sapiẽtissimi uiri consilium. Ep. 79 b, Si armis positis ciuitas respira uerit. Ep. 272 a, Literulæ uestræ hac epistola oculos paululum fustulerunt. Att. 117 a, Ego nunc paululum exorior, & maximè his literis, quæ Roma afferuntur.

Recreare, pro eo quod est, iterum creare. de N. 28 a, Gracchus consul iterum quosdam augures recreauit.

Recvdesco, scis. Epist. 51 a, Illa quæ consanuisse uidebantur, recrudescunt: id est, renouantur.

Recta. recta uia. I. V. 258 b, Loqui cœpit, sibi recta iter esse Romam. & Att. 75 b, Erat mihi in animo recta proficisci ad exercitum. Ep. 138 a, Recta à porta domum meam uenit. & ad Her. 39 b, At. 258 a, Statueram enim recta Appia Romam. I. C. 102 a, Recta uia perge in exilium. Offi. 68 a, Et cæteri quidem alius aliò, Marius à subselliis in Rostra rectà. At. 96 a, Cum instituissem ad te scribere, Batonius è naui recta ad me uenit.

Recte, bene, probè, præclarè, iurè, ritè, ut uolumus, directà, directò, ad pares angulos, rectis lineis, ad lineam, ordine, ratione, per rectum cursum.)(. Perperam, obliquè, circuitione, anfractu, per circuitionem & anfractum, uitio. Att. 151 a, Rectè augurariis de me: bene enim tibi cognitus sum. Attic. 208 b, Tuæ literæ rectè sperare iubent. In Ver. 1442, Si rectè hoies noui. & 258 b, Si rectè uos cognoui, & Attic. 83 b, Si tuos digitos noui. I. V. 271 a, Rectè & meritò cõmouebamur. pro Mur. 130 a, Homines cum rectè atque in loco constitissent, iuberi abire. de Fin. 52 b, Hoc erit quasi prouincias atomis dare, quæ rectè, quę obliquè ferantur. de D. 124 a, Tabernaculum rectè captum.)(. Tabernaculum uitio captum. de Ar. 255 a, Lex rectè lata.)(. Lex uitio lata. pro Quin. 4 b, Rectè atque ordine aliquid factum esse. & ibi. Modo & ratione omnia facere. pro Quin. 5 a, Quemadmodum solent homines nobiles, seu rectè, seu perperam facere cœperunt. Att. 201 b, Quod te domi incluisti, ratione fecisti. & 4 b, Apud matrem rectè est. & ibid. Apud te est, ut uolumus. Att. 94 a, Rectè inquam. I. P. 94 a, Rectè à sescus nihil ad nos. I. A. 191 a, Aliquẽ rectè atque ordine, erigi republica fecisse & facere. & 225 a, Literas Bruti rectè & ordine scriptas uideri. Epi. 155 b, Si rectè istic erit. At. 189 b, Pro malis rectè habebam. de D. 116 Epicurus circuitione quadam deos tollens, rectè non dubitat diuinationem tollere.

Recte factum κατόρθωμα. l. Catorthoma.

Rectio, onis. gubernatio, administratio. de Fin. 120 a, Omniumq; rerum publicarum rectiones præscripsimus. & 116 a, b, Ea quoque est non solùm ad priuatę uitę rationem, sed etiam ad rerum publicarum rectionem relata.

Rector, oris. gubernator. de Som. 127 a, Ciuitatum rectores & conseruatores. & de Or. 102 b, Rector reipub. & publici consilij autor. de Fin. 108 b, Summus rector & dominus. de N. 44 a, Rector & moderator, & tanquam architectus tanti operis. de D. 85 b, Rector nauis.

Rectvs, a, um. directus.)(. Prauus. Ita iacere talum, ut rectus assistat. de Finib. 3. Rectus & immutatus orbis. de, Vniuers. Recta intelligentia, 1. ad Heren. Negat rectum fuisse Cato, me, &c. pro Muræn. In omni uita sua quenque à recta conscientia transuersum unguem non oportet discedere, ad Att. lib. 13. Recta uia perge in exilium, Catilin. Recta facta, in Catil. Recta ac prauia tacito quodam sensu diijudicamus, de Legib. & de Orat. Sic hæ rursum rectis lineis in cœlestem locum subuolent, Tusc. quæst. Item ad pares angulos in terram ferri. Rectis oculis urbem intueri, pro Rab. Posthum. rectissimus in dicendo, de Orat. Rectissima quæ sunt, ea maximè conducunt, 5. Fam.

Rectvm, substantiuum. Rectum honestumque, Acad. quest. edi. 2. li. 1. καλὸν ἢ ἀγαθὸν. Rectum est, quod cum uirtute & officio fit, 3. ad Herẽ. 16 b, Illud enim rectum, quod κατόρθωμα dicebas, contingit sapienti soli. de Fin. li. 4. Rectum quod est, uerum quoque est, 2. de Leg. Rectum non cum literis, quibus scita scribuntur, aut oritur, aut occidit, 2. de Leg. Quid rectum in oratione, 1. Acad. Saufeium sine meis literis ad te uenire uix rectum erat. ad Attic. 6. 97 b, Rectum non solius laudis causa sequendum, 3. ad Her. Recti prauiq; partes, Or. Recti præceptio, prauiq; depulsio, 2. de Na. deo. Recto nil rectius, Parad. In omni fortuna recta atque honesta retinere, Offic. 1. Interesse oportet, ut inter rectum & prauum, sic inter uerum & falsum, Acad. 9 b.

Recvbans. iacens, quiescens, recumbens. de Ora. 148 b, Sed in hortulis quiescet suis, ubi uult, ubi etiam recubans molliter, & delicatè, nos auocat à rostris.

Recvmbo, bis. cubo. de Or. 135 b, Cæsaris in campo se exercentibus, ipse in herba recumbebat. 144 a, Crassus in lectulo recubuit. de D. 95 b, Is primo perterritus somnio surexit, deinde cum se collegisset, recubuit. pro Deiot. 15 b, Cum in cubiculo recubuisset.

Recvperator, oris. iudex in causis priuatis, & ciuibus. In V. 63 b, Iudicant recuperatores. & 153 b, & 162 a, De conuentu nullum unquam iudicem nec recuperatorem dedit. pro Cœ. 286 b, Si quis iudex recuperatorve dicat, potuisti, &c. & ibi. Si alia ratione ius nostrum recuperare possumus. In V. 154 a, De recuperatoribus & iudicio recuperatorio.

Recvperatorivs, a, um, ut recuperatorium iudicium: id est, rei priuatæ, ut possessionis. de In. 69 b, & I. V. 153 a.

Recvpero, as. redimo, recipio, reparo, reconcilio. pro Muræn. 136 a, Qui consumpta replere, erepta recuperare uelient. & Postquam 212 b, Recuperare amissa. I. A. 182 a, Respub. se adhuc tantummodo alta est, nondum recuperauit. & pro Flac. 158 a, Pecunia recuperata est multis post annis. Att. 119 b, Si quando Pompeius remp. recuperabit. cõtra Rul. 74 b, Misimus qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperent. In A. 248 a, Pompeius Albanum à Dolabella recuperabit. pro S.R. 42 a, Nobilitas experrecta rẽp. recuperauit. In V. 154 b, 155 a, Ille autem unde ablati est, iudicium suũ recuperare potest. pro Ceci. 286 b, Si alia ratione ius nostrum recuperare possemus. de Or. 153 a, Placeat ne à Carthaginensib. captiuos nostros redditis suis recuperari. At. 6 a, Eius uoluntatem quæ fuerat erga te, recuperare non poteram. At. 244 a, Videtur Respub. ius suum recuperatura. pro Clu. 22 a, Illi qui erant ad propinquum inuestigandum recuperandumque profecti.

Recvrro, is. redeo, reuerto. Ac. 29 a, Puero quem ad me statim iussi recurrere, ad ponderosam aliquam epistolam. & 220 a, Calendis in Tusculanum recurram. Epist. 156, Cum primùm poterit istuc recurrere nõ dubitabit, ne quo loco reip. desit. & 174 b, Recurri ad copiolas meas. & pro Mil. 107 a, Illi qui erant cum Clodio gladijs eductis recurrere ad rhedam, ut, &c. de L. 198 b, Eaque unde generata, quo recurrant, uiderit, &c. At. 241 a, Noli metam strenuum putare, ut ad Non. recurram. de N. 36 a, Luna species mutatur tum crescendo, cũ defectionibus ad initia recurrendo.

Recvsatio, onis. declinatio, de Or. 111 a, Hæc ipsa recusatio disputationis, disputatio quædam fuit mihi quidem perjucunda. pro Cluent. 48 b, Neque hæc tua recusatio confessio sit captæ pecuniæ, sed laboris & periculi declinatio. In Cat. 111 b, Illi sine recusatione ac sine ulla mora negocij susceperunt. In A. 211 a, Omnes sine ulla recusatione, summo etiam cũ studio nomina dant. de Leg. 178 a, Pœna uiolatæ religionis iustam recusationem non habet.

Recvso, as. refuto, abnuo, recusationem habeo, defugio, refugio, aspernor, repudio, reijcio, nego, deprecor, tergiuersor, abhorreo, deuito, reclamo, grauor. de Ora. 120 a, Nihil tibi à me postulanti recusabo. I. V. 264 b, Seruilius & recusare & deprecari. Att. 285 a, Nisi fortè non de seruitute, sed de cõditione seruiendi recusandum est à nobis. pro Pl. 259 b, Nihil de pœna recusabo. Offic. 72 a, Sententiam ne diceret recusauit. pro Mil. 121 a, Non recuso, non abnuo. Ora. 200 a, Rogatus & recusans hoc feci. Item: Non recuso, quin, causam haud dico quare, &c. Att. 237 b, Ea cõditione nati sumus, ut nihil quod homini accidere possit, recusare debeamus.

Redamo, as. de Am. 105 b, Animus uirtute præditus qui uel amare, uel (ut ita dicam) redamare possit.

Redargvo, is. coarguo, reuinco. Att. 88 a, Quis non dixit, Εὔφημον ab Alcibiade deiectum esse in mare, redarguit Eratosthenes. de Orat. 136 a, Si nostra facilius probari, quàm illa redargui possunt. de N. 78 a, Improborum prosperitates redarguunt uim omnem deorum. de Ora. 133 b, Idque Scaurus tenuitate Magij redarguebat. pro Do. 227 a, Atque in hoc inconstantiam redarguo tuam, qui, &c. pro Cl. 30 b, Redargue me si mentior, &c. de Ar. 255 a, In quo fallebat multos, quod eum nemo redarguebat. de Vn. 196 a, & ad Her. 32 b, Oratio quæ neque redargui, neque coniunci possit. de Fin. 76 a, Poterat autem impunè, quis enim redargueret? Tusc. 176 a, Nosque ipsos redargui refellique patiamur, Par. 232 b, In reprehendendo redarguere contraria.

Reddo, dis. restituo, refero, affero, do, efficio, præsto, persoluo, remunero, probo. At. 265 b, Is mihi HS. XIIII. nõ red dit, quæ dedi eius filio mutuo. de Fat. 140 b, Mutuari aliquid ab aliquo, & ei uicissim reddere aliquid aliud. de Cl. 166 a, Offi. 10 b, Att. 207 b, Hesiodus eadem mensura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore si possis. Postq. 204 a, Qui denique nosmetipsos nobis reddidistis. de Fin. 77 a, Eique nihil opinanti uiri mandatum exposuit, hæreditatemque reddidit. In Ve. 217 a, Illo tempore Segestanis hæc ipsa Diana redditur, reportatur Segestam. & Attic. 132 b, Pecuniam Domitio non esse redditam, pro Sex. R. 41 a, Suum cuique honorem & gradum reddere. In Va. 30 b, Quod quidem ego tibi reddo tuum. nam, &c. Anrequã 192 b, Vitam uobis datam repeto, ut reddatis. pro Syll. 183 b, Sed etiamsi quid ab omnibus mihi conceditur, id reddo ac remitto. pro Qu. 13 a, Cui neque iudicium redditum est usiratum. de Clar. 188 b, Perge Pomponi de Cæsare, & redde quæ restant. Offic. 47 b, Pecuniam reddere, Gratiam referre. pro Pl. 378 b, Reddere uitam pro repub. de N. 64 b, Omnium rerum ratio reddenda est. de Diu. 121 a, Chrysippus naturalem rationem omnium reddit. & Tuscul. 156 a, Reddere rationem sententiæ suæ, Orat. 212 b, Siue paribus paria redduntur, siue opponuntur contrária, de Cl. 193 a, Hortensius, quæ secum commentatus esset, ea sine scripto uerbis eisdem reddebat, de Ora. 97 b, Cum ea, quæ legerem Græcè, Latinè redderem. At. 11 a, Puer tuus mihi literas abs te reddidit, & Epi. 28 a, Literas à te mihi stator tuus reddidit, Attic. 70 a, Fessulanus literas tuas mihi dedit. & 29 a, O suaues epistolas tuas uno tempore mihi datas duas. Att. 143 b, Eo ferius ad epistolam tuã redditæ sunt literæ meæ. ad Brut. 90 b, Literæ mihi in senatu redditæ sunt à Lentulo nostro, pro Do. 227 b, Omnem locum, quo adis, exilij simillimum reddis. Att. 56 a, Clodius omnes Catilinas Sicinosque reddidit. I. V. 125 b, Domum exornatam & instructam iste reddidit nudam & inanem, pro S.R. 35 b, Cupiditas reddit homines cæcos. At. 152 b, Nam me heberem molestiæ reddiderunt. & de Clu. 168 a, Hic orationem mollem reddidit. de Ora. 109 b, Reddere memoriam alicuius immortalem. Att. 280 a, Vt charitas liberorũ amiciiores reip, parentes redderet. pro Cec. 290 a, Reddere aliquem placidum ac mollem. Antequam. 196 b, Pompeius hostes reddidit pacatos. Epist. 54 b, Reddere aliquem ferociorem. & 142 b, Reddere aliquem ociosum, pro Clu. 32 a, Reddere aliquem iratum alicui. & Att. 22 a, Quid si etiam Cæsarem reddo meliorem? & 24 b, Mihi placet ea, quæ malè empta sunt, reddi, & 277 a, Cum has ad te scriberem literas, ab Satrio legato C. Trebonij reddita est mihi epistola. Quint. Frat. 293 b, Cogebantur Syllani homines, quæ per uim & metum abstulerunt, reddere, & 294 a, Illi quibus imperium ita datum est, ut redderẽt. In Ant. 264 a, O fortunata mors, quæ naturę debita, pro patria est potiſsimum reddita. In Ant. 212 b, ut populũ Romanum metu uacuũ nostra uigilia redderemus. & 221 b, Reddita est ei tum à majoribus statua pro uita.

Redemptio, onis, conductio. In V. 68 a, Redemptio est huius iudicij facta grandi pecunia. de Pro. 71 a, Publicanos te meritate redemptionis penè esse euersos.

Redemptor, oris. dicitur, siue operis faciendi, siue uectigalium conductor, qui & manceps à Cic. dicitur. In A. 224 a, Qu. F. 309 b, Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui. de D. 118 a, Redemptor qui columnã illam de Torquato conduxerat faciendam, de In. 74 a, Nisi ad sacrificium quod dam redemptor hostias præbuisset.

Redeo, is. reueuio, reuerto uel reuertor, me recipio. & Att. 206 b, Ad quos dies redituru sim, scribam ad te. & pro Quin. 10 b, Statim ut Romam redijt, &c. pro Mur. 130 a, Redire uiam & inire uiam apud Iuriscon, Post. 220 a, Vt ad illam diem res cum redisset, rogarentur, &c. pro S. R. 39 a, Hæc bona in tabulas publicas nullas redierunt. Epi. 7 a, Redeo ad illud quod initio scripsi. pro Cec. 293 a, Vt ad priuatas res redeam. de In. 60 a, Ita in memoriam redibit auditor. & pro Qu. 10 a, Discedens in memoriam redijt Quinctius, quo die, &c. de Pro. 73 a, Redire in gratiam cum aliquo. At. 99 b, Atque hæc de rebus forensibus, redeamus domum.

Redhibeo, bes. quasi retro habeo. Offic. 70 b, In mancipio uendendo ea uitia dicenda sunt: quæ nisi dixeris, redhibetur mancipium iure ciuili.

Redigo,gis. est ui quadam recipere, aduocere, seu pertrahere. In A.193 b,194 a,Maiores nostri bellicosissimas gentes, in deditionem huius imperij redegerunt. Off.67 b, C. Marius Iugurtham redegit in suam potestatem. & pro Fl. 152 a,Prædones redactos esse omnes in potestatem.& contra Rul.81 a,Redigere aliquem in suam ditionem & potestatem. In An.203 b,& pro Cl.50 a,Cæsar equites in suam potestatem redegit. In V. 115 a. Redigere omnia in suam potestatem.Epi.192 a, Redigere uectigalia in suam potestatem.pro Cor.59 a,Populi quos subegimus, atque in ditionem nostram redegimus.

Redigere.colligere,contrahere,reuocare, reducere,deducere. In Ant.248 a, Decreuistis tantã pecuniam Pompeio quantam ex bonis patrijs in prædæ dissipatione inimicus victor redegisset. In V.63 b, Redigere pecuniam ex bonis uẽditis.& cont.Rul.86 a, Redigere pecuniã ex uectigalibus.pro R.P.128 b,De pecunia ex bonis redigenda. Atti. 99 b,Scripsi etiam ad eum, me quicquid posset nummorũ ad apparatum sperati triumphi ad te redaturum. de Aru. 253 b,Quæsturamque illam maximè fœcundam atq; ubere m in totum ad se redegit. In Ver.186 b, Cur omnis copia frumenti penes istum esset redacta.de Or.100 b, Nihil est quod ad artem redigi possit,nisi,&c.& 121 b, Ius ciuile ad artẽ facilè redigi posse.Orat.217 a,Redigere sententias in quadrum numerumque.ad Herẽ.19 a,Redigere inuenta in ordinem. ad Her. 24 a,Qui omnia in arte scribenda redigit in singulas rationes præceptionis. Orat.197 b, Quicquid est de quo ratione & uia disputetur, id est ad utilitam sui generis formam speciemque redigendum. In Ver.118 a,Bona uerbo redigenda,re dispertienda. Epi.11 b,Quidque sibi is de me recepisset, in memoriam redegit. In Ant.163 b,Quid autem tibi uenit in mentem, redigere in memoriam nostram, te domi P.Lentuli esse educatum? & 196 b,Si hoc genus in unum redigatur.pro Mar.132 b, Nobilissima familia iam ad paucos redacta.

Redimiculum,li.I.Mitra.In V. 164 b, Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat.

Redimiri: ornari.Tus.199 b,Incendes odores? & sertis redimiri iubebis & rosa?

Redimitus,a,um.ornatus,coronatus.In C.106 b, Sertis redimiti,unguentis obliti.de Som.129 b,Terra quasi quibusdam redimita & circundata cingulis.

Redimo,mis.emo, recupero, conduco.In Verr.240 a, Hæc uerò quæ uel uita redimi rectè possent, pecunia æstimare non queo.In A.248 a,Pompeio sua domus patebit,eamq; non minoris quàm emit Antonius, redimet, redimet inquam,Cn.Pompeij domum filius.ad Her.38 a, Re utilissima & parua maximam redemit.pro Sest.18 a, Qui rex illo anno non aut emendum sibi, quod non habebat, aut redimendum quod habebat, arbitrabatur. Ep.27 b,Ego calamitatem à rep.meis priuatis incommodis libentissimè redemissem.pro Syl.163 a,Ego uitam omnium ciuium, &c. quinque hominum perditorum pœna redemi. & pro Mil. 118 a,Qui pecunia se palàm iudicib.redemerat.& Ep.147 b,Redimere culpam. pro Qu.R.51 b,Roscium suas non sociatis lites redemisse.In V.238 b, Damnatorum uitam à prætore redimi.Offi.44 a,& I.V.254 a, Redimere captos à prædonibus.& Off.46 a,Redimere captos à seruitute. & ad Heren.16 b,Redimere captiuos ab hostibus.de Cl.172 a,Qui pecuaria ea P.Cornelio L.Mummio censoribus redemisse.At.178 b,Redimere fundũ.& Qu.F.296 b,Publica male redempta.de In.74 a,Redimere hostias. Att.12 b, Rem illam redemptam esse a iudicib.confitentur. pro Q. R.50 b,Roscius societatis non suas lites redemit,cum,&c.

Redintegratio,onis.renouatio,iteratio. Antequam.194 b,Quid ego improborum facta renouẽ oratione, ut redintegratione illius coniurationis animos uulnerem uestros? & ad Her. 33 a, Vehementer auditorem commouet eiusdem redintegratio uerbi.

Redintegro,as. renouo. de In.60 a, Ita per breuem comparationem,auditoris memoria & de confirmatione,& de reprehensione redintegrabitur.ib.b,Vt memoria non oratio renouata uideatur.ad H.15 a,Vt renouetur nõ redintegretur oratio.& 33 a,Interpretatio est,iquæ non iterãs idẽ recitegra: uerbũ,sed cõmutat.E.172 a,Redintegrare bellũ

Reditio,nis.I.V.79 a,Celeritas reditionis:id est,reditus.

Reditus,tus.reditio,reuersio.de Cl.185 a, Inter profectionem & reditum L.Syllæ,& At.256 b, Reditu uel potius reuersione.pro Cl.42 a,Sic hominib. iniuria notatis neq; ad honorem adiitus,neq; in curiam reditus esset. de Som.127 a,Solis anfractus aditus reditusq;.de Aruf.256 a, Quid existimatis eum,si reditus ei gratiæ patuerit, esse facturum? & At.24 b,Cum Cæsare reditus in gratiã.At.140 b,Quis porrò noster itus,reditus,incessus inter eos?

Redivivus,a,um.quod ex uetusto renouatur, & in uitam ex morte reuocatur.In V. 106 a,Rediuiua sibi habeto, quasi quicquam rediuiui ex illo opere tolleretur, ac non totum opus ex rediuiuis constitueretur.bis.

Redoleo,les. oleo.I.A.172 b,Antonius uomens fructis escu lentis uinum redolentibus,totum tribunal impleuit. pro Sest.7 b,Quòd ita domus fumabat, ut multa eius sermonis indicia redolerent.aliter,redoleret.pro Cæl. 47 b,Nihil igitur illa uicinitas redoleret:Ora.118 b, Definitio gene re ipso doctrinam redolet.de Cl.171 b, Oratio redoleret antiquitatem.de Cl.191 b,Mihi ex illius orationibus redolere ipsæ Athenæ uidentur.

Reduco,cis.restitui,redigo,reporto.)(.Eijcio.Post.202 a, pro Quint. 11 a, Curat ut seruus domum reducatur:ad Quintum.& Off.69 a, Hunc Fabricius reducendũ curauit ad Pyrrhum.Ac.39 a,Satis eum longo interuallo ad suam uillam reduximus.Qu.F.3 11 a,Crassum Cos.è senatu domum reduxi.Att.11 b,Reduci domum.)(.Deduci domo, At.58 b,Philoxenus reduci in carcerem maluit.I.A.119 b,Aliquem in cubiculum admittere & reducere.pro R.P. 125 b, Tu Gabinium ut regem reducerent, impulisti.& ib. Reduci in gratiam cum aliquo. Qu.F.307 b,Cum multitudine regẽ reduci periculosum reip.uideretur, Att. 156 b,Ab eo patriæ proditores ab exilio reductos esse.In Sal.274 b, Qui exules reduxit.Postq.210 b, Reduci in patriam.ibi. Reduci ab exilio.& I.A.157 b,& 162 a, Reducere aliquẽ de exilio.& Epist.2 b,& 3 a,pro D.216 b, Senatus authoritas mecum simul reducta uidetur. At. 123 a, Aliquos distractos rursus in pristinam concordiam reducere. ad He. 20 a,Et uox reducitur in quendam sonum æquabilem.pro Cl.38 b,Reges ab aliquo in gratiam reductos esse. Postq. 202 b,Aliqua medicina reducere aliquem ad salutem.ad Her.15 a,Vt auditor,si memoriæ mandauerit,ad id quod ipse meminerit,reducatur.de In.60 b, Reducere aliquẽ in memoriam.

Reductio,onis.Epist.6 b.

Reductus,a,um.pro R.P.130 a,Possum excitare multos reductos testes liberalitatis tuę.

Redundantia,tiæ.profluentia. Or. 106 b,Ipsa illa pro Roscio iuuenilis redundantia multa habet attenuata,quædam etiam paulò hilariora.

Redundo,as.supero,superfluo,effluo. I.V.205 b, Crux ciuis Roma, sanguine redundauit.I.C. 116 a, Omnis hic locus aceruis corporum, & ciuium sanguine redundauit.& Tuscu.213 b,Cum pituita redundat, aut bilis in corpore. de D.100 b.Si lacus Albanus redundaret,isq; in mare fluxisset,Romam perituram.& 122 b,Reprimere lacum redundantem.& 101 a,pro Sest.13 a, Quorũ hodie copia redundans uolitat ædib.pro Cor.66 b, Vt aliqui sermones iudiorum etiam ad aures uestras permanarẽt, & in iudicio ip so redundarẽt.de Cl.169 a, Asiatici parum pressi & nimis redundantes.de Cl.394 b,Is redundantes nos & superiuẽtes iuuenili quadam dicendi licentia repressit. de Or.139 a,Tota illa defensio redundauit hilaritate quadam & iocco.& de Fi.127 a,Redundat oratio.Ep.41 a, Cum tu omnib.ornamentis redundares.& ad Her.40 a, Vrbs redundat militib.de Or.116 a,Verba efferuescentia & paulò nimium redundantia.& ibi.In uerborum definitionib.nq; mium redundantia.& ibi.In uerborum definitionib.nq; abesse quicquam debet,neque redundare.& Or. 207 b,Vt nihil neq; pr ętermittatur,neq; redundet.I.V.182 b,Quod redundaret de nostro frumentario quæstu.Part. 231 b,Redundare.)(.Non complere quod proposueris.de N.231 a, Tuus deus non digito uno redundat, sed capite & cæteris membris.de N.46 a, Aqua conglobatur undique æqualiter,neque redundat usquam,neque effunditur.de Or.86 b, Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio. Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ redundarunt.de Pro.75 a,Nationes, quæ numero hominum & multitudine poterant in prouincias nostras redundare, ab eodem partim recisę sunt, partim repressę. de Orat.85 a,Fluctus qui à communi peste depulsi in nosmetipsos redundarunt.I. C. 103 a, Vereor ne quid parricida ciuium interfecto,inuidiæ mihi in posteritatem redundet. pro Cæl.49 b, Serui ad quos aliquantum etiam ex quotidianis sumptib. ac luxuria redundet.pro Mur. 144 Sed quid fiet,si hæc elapsa de manib.nostris,in eum annum,qui consequitur,redundarint?Pro Syl.172 a,Si ex hoc tanto in omnes beneficio, nullum in me periculum redũdabit. pro D.227 a,Sed pro spexistis ne qua in nos popularis aliquando inuidia redundaret.de Ora.144 a, Neque in Antonio defuit hic ornatus orationis,neque in Crasso redundabit.Qu.F.328 a,Hoc bonum mihi nunc denique redundat.I.P.84 b, Capua splendidissimorum hominum multitudine redundat. de Am. 110 b, Erumpunt sæpe uitia nostra in alios, quorum tamen ad nos redundat infamia:id est,redit. Par.125 b, Ex meo tenui uectigali aliquid etiam redundat. pro S.R.124 a,Non igitur reus ex ea causa quæ iudicata est, redundat Posthumus.pro Lig.138 b,Vel quod laudem adolescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare. pro Lig.139 b,Acerbissimo luctu redundaret ista uictoria.

Redvvia,uiæ.ulcus est digitorum,& morbus cum recidit ab ungue caruncula magno dolore, ῥαγάδιον (inquit Celsus) Græci appellant.pro S.R.39 b,Intelligo me errare, qui cũ capiti S.R.mederi debeam, reduuiam curem.

Redvx, cis. qui ex aliquo periculo, aut ab exilio reuocatur. pro Mil.121 b,Quid me reducem esse uoluisti. Tor.120 b, Qui ab orco mortuum me reducem in lucem feceris?

Refectus,a,um.reconcinnatus. Att.252 b, Ἀρχέτυπος crebris locis inculcus & refectus.

Refello, lis.redarguo. de Or. 92 a, Ea Menedemus exemplis magis quàm argumentis conabatur refellere. de Orat. 92 b,Vt id quod intenderemus confirmare, & id quod contra diceretur refellere possemus.Tus.176 a, Nosque ipsos redargui refellíq; patiamur. & ib. Et refellere sine pertinacia,& refelli sine iracũdia parati sumus.de Fin.81 b, Ita enim uiuunt quidam,ut eorum uita refellatur oratio. Itẽ: Oratio refellitur morib.de D.119 a, Num ergo opus est ad hæc refellenda Carneade? de D.229 a,Chaldæorũ prędicta quotidie re & euentis refelluntur.pro Li.139 b, Refellere & coarguere mendacium alicuius.& Att.187 b,Sed tu me γεωμετρικὸς refelleras.Orat. 109 b, Nullius memoriam iam refellente.

Refercio,cis.repleo:de N.9 a,Heraclides puerilib. fabulis refersit libros. & 38 b, Poetæ hominum uitã supersticione omni referserunt. & pro R.P.129 a, Complures aures refert his sermonib.Tus.176 a,Eadẽ enim dicuntur à multis ex quo libris omnia referserunt, & de Or. 98 a,Perfice ut Crassus,quæ coarctuit & peraugustè refersit, in oratione sua dilatet nobis atque explicet.pro Sest.20 a, Corporibus ciuium Tiberim repleri,coaclas referciri.

Refero, fers. retrofero, reddo, renuncio,reuoco.Att.122 a, Epistolam ad me referri uolo.& ibid.Eam mihi curares referendam.Epi.198 b, Auster aduersus maximo flatu me ad tribules tuos retulit.& At.282 b, Auster me in Italiam retulit.I.P.91 a, Non ut redire ex Macedonia nobilis imperator,sed ut mortuus infamis referri uideretur.de D.91 b, Is paletam retulit:id est,restituit.At.246 a.Ita que me referunt pedes in Tusculanum. pro Deio. 148 a, Missi qui rumores Africanos excipierent, & celeriter ad se referrent. Epi.11 b, Certorum hominum quos iam debes suspicari, sermones referebantur ad me.de Cl.193 a,Hortensius nullo referente,omnia aduersariorum dicta memiuerat:id est, nullo subijciente.pro Fl.156 b, Iste iterum Romam se retulit.Qu.Fr.298 a,b, Vocem ex Asia usque Romam referri. pro Fl.146 a, L.Flaccus ueterem Valeriæ gentis in liberanda patria laudem propè quingentesimo anno retulit:id est, reuocauit.In V.65 b, Consuetudo longo interuallo repeti ta atque relata. & ib.Hoc institutũ referri ac renouari molestè ferunt.& 79 a, Pro D.228 b, Referre rem iudicatam: id est,reuocare, & renouare iudicium. pro Pl.267 b,Reijcere iudices.)(.Referre iudices: id est,reuocare & ascisce re. pro Cl.35 b,Te id quod tum explosum est, nunc retulisse miror.pro S.R.56 b,Isti pro re certa, spem falsam domum retulerunt. I.A.24 a,referre pedem.Part.116 b,Referre opus in apertum:id est,edere. Offi.200 b, Vt extrema referant eundem in cadendo sonum,id est: reddant.

Referre animum,oculos,&c.de Or.156 b, Referre nũc animum ad hominũ figuram,&c.& 85 a, Referre animum ad studia.& Epist.9 a,& 16 b, Referre se ad studia literarum. pro Q.8 b,Referre oculos & animum ad aliquem. de Pro. R.77 a,Referre aspectũ aliquò.de Or.119 a,Vt simul ac posita sit causa, habeant quo se referant. pro S.R.26 a, Age nunc refer animum,sis ad ueritatem,& considera,&c.

Referre quasi in finem, uel ad finem aliquid, & alia quædam.de Ora.96 b, Quò quidq; referendum,& quò intuendum. ad Br. 288 b, Omnes meæ curæ ad te referuntur & in te consumuntur.I.A.228 b, Vt omnia consilia atq; facta nostra ad uirtutem atq; dignitatem referamus?I. A.227 a, Omniaq; ad eorum uoluntatem dicta factaque nostra referantur.de Or.127 b,Referre omnia ad utilitatem suam, & omnia facere causa sua. In A. 223 a, Leges ad facilitatem æquitatemq; referri.de Or.104 a, Referre omnia ad uoluptatẽ corporis doloréq;.de Fat.341 a, Cum sine fato ratio omnium rerum ad fortunam naturamq; referatur. de Leg. 156 b,In historia pleraque ad ueritatem, in poemate ad delectationem referuntur. Offi.44 a, Modusq; adhibeatur, isque referatur ad facultates. Off.11 a,Vulgaris liberalitas referenda est ad illũ finem, nihilominus ut ipsi luceat. Off. 7 a,Referri enim decet ad ea quę proposui in principio fundamenta iustitiæ.de Cl.184 b,Eodem Q.Cæpionem referre,nisi,&c.a senatu dissideritid est, his adnumerarem.pro Deiot.145 a, Tum est Cæsar, qui pro multis sæpe dixisti, quid nũc mihi animi sit,ad te ipsũ referre, quo facilius,&c. id est,de te conecturam facere.Ep.72 b, Quæ cura non cũ illis communicabitur,sed ad te ipsum propriæ referetur.

Referre.referpondere.pro Cec.103 a, Hoc ego non ad meã defensionẽ attuli,sed illorũ defensioni retuli. & ibi.At ego tibi refero,si,&c.id est respondeo.& de Fa. 146 a,pro Qu. 7 b,Quid aũt à nobis referuntid est respondetur.Post.203 a, Misti in sententia simpliciter referenda fides nõ deerit.

Referre gratiam.At.253 a, Referres igitur ei plurimam salutem.de Cl.184 a, Referre gratiam alicui. & de Ora.144 a,Referre alicui debitam ac meritam gratiã.pro Cor.67 a, Quorum precibus munus hoc meritum huic, & ut à principio dixi, iustam & debitam gratiam refero.

Referre aliquid in commentarium, referre aliquẽ in reos: id est, præscribere, referre aliquẽ in deos uel in numerum, uel numero deorũ.de Cl. 172 b, Quam orationẽ in origines suas retulit.de Or. 102 b, Illa quæ in commentarium meũ retuli,Ep. 263 a, Referre epistolas in uolumina.I.V. 258 a,Referre aliquẽ absentẽ in reos.pro S.R.23 a,Eius fide factum est, ut hic potius uiuus in reos, quàm occisus in proscriptos referretur.de Nat.8 a,Referre aliquem in deorum numero.& ibid.9 a,Reponere aliquẽ in deos. de Nat. 9 a,Heraclides cœlem & terram refert in deos.

Refero. cum ad rationes accepti & expẽsi referetur.In Ver. 106 b,Negabat opus in acceptum referre posse.pro Qu.R. 45 b, Referre nomina in codicem accepti & expensi. pro Flac.155 b, Cum illam pecuniam nominatim Flacco datã referrent. & ibi. Cum operi publico refertur, & in ædem sacram faciendam præscribunt. In Ver.96 a,Referre rationes ad ærarium.& in P.62 b, & contra Rul.78 a,Quid relatum,quid residuum sit.Attic.83 a, Quid uos quantum, inquam,debetis? Respondent,CC.refero ad scaptiũ.de Op. 244 b,Ne quis corona donaretur in magistratu,priusquam rationes retulisset.pro Syl. 175 a,Cum scirem ita iudicium in tabulas publicas relatum.In A.168 a,Ego amplius HS. ducenties acceptum hæreditatibus retuli. In A.156 b,Nisi fortè si quid memoriæ causã retuli in libellum, id numerabitur in actis.pro Flac.160 a.Referre in tabulas, quodcunque commodum est, & inferre rationes falsas. de Nat. 77 b,uirtutem nemo unquam deo acceptam retulit.

Referre de re aliqua ad aliquem:id est, in cõsultationẽ pònere,siue ut de ea deliberetur proponere, deferre.de Ora. 105 b, Referre ad aliquem de aliqua re. & ad Bru.288 b, Quæsiuitq; qua de re ad Crassum retulisset. Item: At illa retulit

retulit quæsiuitq; ,&c. I.V. 201 b, Ideo Claudius retulit ut Verres posset auferre. de D. 138 a, Referre,& deferre aliquid ad interpretem. pro D. 139 b, Referre, & deferre ad senatum. & 240 b, Cassius de signo concordiæ dedicando ad senatum retulit. At. 253 a, Qui cum ei præscriptum esset, ne quid sine Sestij nostri sententia ageret, neq; ad illũ neq; ad quenquam nostrum retulit. de Or. 155 a, Vt de omni re ad eos referretur. Post. 200 b, P. Lentulus de solenni religione retulit. ad B. 95 b, Si suis placuisset de his literis referri. pro D. 223 b, Pluribus de reb. uno fortitu retulisti. I. C. 107 a, Rem omnem ad patres conscriptos retuli. de Diu. 110 b, Ad sapientes hoc, non ad diuinos referri solent. & 105 b, De rebus obscuris & incertis ad Appollinẽ censeo referendum. de D. 87 a, Cum uicini omnes ad unum de rebus suis referrent, erant in magno honore & gloria.

Referre cum aliquo: id est, conferre. Att. 38 b, Referre cum aliquo. & Ep. 113 a, Introductus Vectius, primò negabat se unquam cum Curione retulisse. Item: Forsitan cum locupletiore referam.

Referre, pro opponere, comparare, reddere, Or. 101 b, Referre paria paribus, aduersa contrarijs. de Or. 162 a, Quæ paribus paria reddunturl. Oppono, & Par.

Refert, bat. interest, ad rem pertinet, ad rem est. Atti. 278 a, Tua istuc refert maximè. ex Plauto. Ep. 76 a, Non adscripsi quod tua nihil referebat. In P. 87 b, Nihil enim mea refert utrum tu, &c. an amici tui, &c. Atti. 288 a, Quid autem nostra refert, uictum esse Antonium? si, &c. Tus. 165 a, Ipsi animi magni refert quali in corpore locati sint. At. 222 b, Magni refert, hic quid uelit. Qu. F. 293 b, Parui refert ita fieri nisi, &c. ad Her. 7 a, pro Pomp. 7 a, Illud parui refert, uos nectigalia postea recuperare, Quin. de Pet. 111 b, Quæ si significant uoluntatem esse abditam, parui refert patere hostium. Ep. 65 b, Sed quanti id refert? si tamen accidit. de Cl. 174 b, Nihil refert uidere quid dicendum sit, nisi, &c. de Fin. 146 a, Tantum refert, quam magna dicam, I. A. 166 a, Quid refert utrum uoluerim fieri, an gaudeam factum? de D. 121 a, Quasi uerò referat, quod fieri potest, quam id sæpe fiat. & 123 a, Aues pascantur necne, quid refert. de D. 129 a, Fac in puero referre, ex qua affectione cœli primum spiritum duxerit. & 130 b, Fac dare deos, quid refert, si accipere non possumus. pro Fl. 150 b, Quid refert igitur tanto pòst feceris, an omnino non feceris. de Or. 162 a, Refert etiam qui audiunt, senatus an populus. pro Cæl. 49 b, At quibus seruis, refert enim magnopere id ipsum. Ep. 120 b, Ne dicaris, aliquid, quod referret scire, reticuisse. de Nat. 17 a, Quid refert, id est nihil refert. Nihil ad rem pertinet, utrum, &c. Orato. 218 a, Nihil ad rem est, postrema quàm longa sit. Ora. 218 a, Nihil ad rem illud sit an non.

Refertus, a, um. confertus, plenus. I. V. 229 b, Ornamentis fanorum domus plena, uillæ refertę. & 194 a, Tum refertius erit ærarium populi Ro. quàm unquã fuit, &c. de Ora. 98 a, Locuples & referta domus. Att. 134 b, Vrbem refertam esse optimatium audio. de Or. 112 b, Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit. pro R. P. 125 a, Mare refertum prædonum. In P. 8. 1 b, Palatium erat ciuitate omni Italia cuncta refertum. pro Pom. 8 a, Domicilia regis omnibus rebus ornata atq; referta. & Pom. 14 b, Insula referta diuitijs. Or. 210 a, Doctissimis hominib. domus referta est. Tus. 233 a, Xerxes refertus omnib. præmijs donisq; fortunæ. & 246 a, Vita undiq; bonis referta. pro Mur. 128 b, Asia ista referta, & eadem delicata. Tus. 199 b.

Refervео, es. refervesco. pro Qu. R. 47 b, Sic refeuens falsum crimẽ in purissimam uitam collatum, statim concidit, & extinguitur. de Cl. 194 b, Contentio nimia uocis recidirat, & quasi refeuerat oratio.

Refervesco, scis. recalesco. de D. 90 a, Sanguis è patera fusus, qui cum terram attigisset, refeuescere uideretur.

Reficio, cis. recreor, restituo. Att. 103 b, Tyronis reficiendi spes est in M. Curio. & Epi. 107 b, Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam. & Or. 206 a, Reficere se ipsum, & At. 189 b, Reficere uulnus. I. V. 224 b, Ad ea quæ dicturus sum, reficite uos quæso iudices per deos immortales. pro Mu. 144 a, Nihil est iam unde nos reficiamus, aut ubi lapsi resistamus. pro Sest. 6 a, Colligere & reficere naufragiũ. pro Arch. 157 b, Hic homo suppeditat nobis, ubi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures conuicio defessæ conquiescant. pro Pl. 259 a, Conspectus consessusque uester reficit & recreat mentem meam. In V. 105 a, Locutur opus quod ex mea pecunia reficiatur, ego me refecturum esse dico. & pro Fl. 155 b, Reficere ædem sacram, Top. 222 a, Reficere ædes, quæ uitium fecerunt. de Opt. 244 b, Demosthenes muros reficit pecunia sua. pro Pl. 288 a, Reficere suam tribum suis necessarijs: id est, conciliare, Qu. F. 317 b, Ego in Arpinati summa cum amęnitate fluminis me refeci. de Se. 84 a, Tantum cibi & potionis adibendum, ut reficiãtur uires, non apprimantur. & de Am. 113 b, Lex C. Papyrij de tribun. pl. reficiendis. pro Mil. 101 b, Sed me recreat & reficit Cn. Pompeij sapientissimi uiri consilium. Par. 124 b, Nunquam eris diues, antequam tibi ex tuis possessionib. tantum reficiatur, ut eo tueri fex legiones posis.

Refigo, gis. euello, rescindo, infringo. Ep. 183 b, Cuius arra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus. In A. 246 b, Acta Antonij rescidistis, leges refixistis. IA. 241 b, Num figantur rursus hæ tabulæ, quas uos decretis uestris refixistis.

Reflatvs, tus. contrarius uentus. Atti. 186 a, Naues delatæ in Vticam reflatu.

Reflecto, ctis. reuocare, sedare. pro Syl. 375 b, Animum incitatum ad ulciscendam orationem tuam, reuoco ipse & reflecto. de Or. 89 b, Cause quib. incitantur aut reflectũtur.

Reflexvs, a, um. retro conuersus, uel inflexus. de N. 47 a, Obstipum caput, & tereti ceruice reflexum. ex Arato.

Reflo, as. contra flo. Tusc. 174 a, Si enim reflantibus uentis reijciemur, tamen eodem paulo tardius referemur. Of. 36 b, Cum fortuna reflauit, affligimur. & ibi cũ prospero flatu fortunæ utimur. At. 96 b, Et si Etesiæ uale reflauerint.

Reformidatio, onis. formido, metus. Par. 230 b.

Reformido, as. refugio. pro S. R. 32 b, Cassiani iudices, quorum etiam nuncij, quibus causa dicenda est, nomen reformidant. Tus. 245 a, Qui imbecillius horrent dolorem, & reformidant. pro Cæl. 40 a, Hanus amicitiæ crimen non reformido. I. A. 212 b, Sed pacis nomine bellum inuolutum reformido. & 259 b, Refugit animus, eaq; reformidat dicere, quæ, &c. I. V. 249 b, Tamen homines maritimos non planè reformidat. & pro Lig. 138 a, Tus. 172 a, Sed ita tractata sunt quædam, ut ea fugiat & reformidet oratio. ad Her. 29 b, Reformidare aduersos.

Refractorivs, a, um. concertatorius. Attic. 21 a, Iudicialis.

Refragor, aris. aduersor. I. A. 235 a, Sed de hoc quidem hactenus, ne refragari homini amicissimo uidear. pro Mur. 135 a, Sed tota illa lex petitioni tuæ refragata est.

Refreno, as. reprimo, comprimo, cohibeo, coerceo, circũscribo, retardo, contineo, reuoco, reflecto, reijcio, contraho, sedo, debilito, edomo, moderor, tempero, remitto teneo, restinguo. contra Rul. 77 a, O libidinem refrenãdam, & Par. 122 a, Refrenet prius libidines, iracundiam teneat, coerceat auaritiam? I. A. 231 a, Brutus Antonium inuadentem in Asiam à progressu arcuit, à reditu refrenauit. pro Cæl. 53 b, Semper magno ingenio adolescentes refrenandi potius gloria, quàm incitandi sunt. de D. 109 a, Iuuentus hic moribus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda atq; coercenda sit.

Refrico, as. tracto, quasi renouo & reuoco. Ep. 73 a, Vereor ne refricem meis literis desiderium ac dolorem tuum. pro Syl. 170 b, Cum ciuium cædes uersari antè oculos atq; animum memoria refricare cœperat. Anteq. 194 a, Nam quid ego improborum facta renouem oratione, ut redintegratione illius coniurationis animos uulnerem uestros? I. P. 97 a, Sic tuis scelerib. reip. præterita facta refricabis. I. A. 187 a, Cum illam pulcherrimi facti memoriam refricat. pro Cæl. 52 b, Vt illa uetus fabula refricaretur, idcirco Caferni est causa renouata. cont. Rull. 88 a, Ne refricare obdiũ ctam iam reip. cicatricem uiderer. pro Fl. 157 b, Cum illud uulnus dicendo refricuisset. At. 76 a, Appij uulnera non refrico, sed apparent, nec occuli possunt. de Or. 127 a, Eorum dolorem qui lugebant suos, oratione refricabam. At. 102 a, Hæc me refricant. & 169 b, Crebrò refricat lipprudo.

Refrigeratio, onis. de Sen. 86 b, Refrigeratio in æstate, & uicissim in hyeme, aut sol aut ignis hybernus.

Refrigero, as,)(. Calefacio. pro Qu. R. 47 a, Ignis in aquã coniectus continuò restinguitur & refrigeratur. & Epi. 65 b, Me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hic refrigerauit. de N 7 a, Membra partim ardentia, partim refrigerata, dicenda sunt. & 30 b, Refrigerato & extincto calore occidimus ipsi & extinguimur. de N. 49 b, Stella Saturni refrigerat, Martis incẽdit. In V. 72 a, Defessa & refrigerata accusatione. Ep. 36 b, Refrigerato iam sermone hominum. de Se. 89 a, Vmbris aquisve refrigerari: id est recreari.

Refrigesco, scis. refrigeror, defeuesco. In Ant. 200 a, Teretur interea tempus, belli apparatus refrigescent. pro Pl. 270 b, Illud uerò crimen de nummis quos, &c. caluit recenti, nunc in causa refrixit. At. 18 a, Sed hæc res tota inter pellata bello refrixerat. Epist. 131 b, Vnum uereor ne hasta Cæsaris refrixerit. & 253 b, Cum Romæ à iudicijs forum refrixerit. & 67 b, Memmius planè refrixerat. de Diu. 126 b, Cæteris uerò in locis fortes planè refrixerunt. Attic. 22 a, Quod de agraria lege quæris? sanè iam uidetur refrixisse. Qu. F. 311 b, Nã quod de Pompeio Caninius agit, sanè quã refrixit. Qu. F. 323 a, Scaurus refrixerat. 327 b, Tota res & timeutur, & refrigescit.

Refringo, gis. pro Mur. 127 b, Cum ego claustra ista nobilitatis refregissem.

Refvgio, gis. recuso, reformido. de N. 50 a, Vites à brassicis & caulibus, si propè sati sint, ut à pestiferis & nocentib. refugere dicuntur. pro Sest. 14 b, Ne recordatione mei causa à consiljis fortib. refugiatis. de Ora. 93 a, Sæpe ego à genere hoc toto sermonis refugi. pro Cæl. 45 a, Cur illecebris cognitis non refugisti? I. A. 259 b, Refugit animus eaque reformidat dicere, quæ, &c. pro Cæci. 289 a, Aliquorũ tela atq; incursus refugere. Ep. 163 a, b, Refugere ac deprecari periculum. Ep. 85 a, Nõ reuocans me ipse. fed penè refugiens. de Fin. 131 b, Refugit sanguis metu. Att. 22 a, Ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longe refugit. Ep. 159 a, Neq; tamen refugiendo commissuri sumus, ut, &c. de Or. 109 b, Refugere à dicendo. & Att. 190 b, Refugio à te admonendo. pro Qu. R. 52 b, Quem ego si ferrẽ, iudicẽ, refugere non deberet. Att. 58 b, Sed meherculè inciipiendo refugi. pro Deio. 149 b, Nõne cum esset productus & secum fogisset, refugit ad legatos.

Refvgium, gij. perfugium, portus, præsidium, arx. Of. 38 a, Nationum portus erat & refugium senatus.

Refvlgeo, ges. reluceo. de N. 47 a, Sed prior illa magis stellis distincta refulget. & 48 b, Feruidus ille canis stellarũ lucẽ refulget. ex Arato.

Refvndo, dis. rursus fundo. de N. 49 b, Vaporibus altæ renouatęq; stellæ atq; omnis æther, refundunt eadem.

Refvtatio, onis. confutatio. Top. 229 a, Refutatio accusationis, in qua est depulsio criminis.

Refvto, as. confuto, refello, repello, despicio, aspernor. pro R. P. 120 b, Quam quidem uirtutem non modò non aspernari & refutare, sed etiam complecti atq; augere debetis. de Pro. 57 a, Semper illas gẽtes nostri imperatores refutãdas potius quã bello lacessendas putauerũt. pro Syl. 171 b, Quare ne me peregrinum posthac dixeris, ne grauius refutere. & Ep. 131 b, Non tam id laboro, ut si qui mihi obtrectent, à te refutentur, quàm, &c. de Ar. 247 b, In refutandis maledictis improborum hominũ. de Or. 108 b, Quos tum ut pueri refutare domesticis testibus solebamus. de Or. 16 a, Nostra confirmare argumentis ac rationibus, deinde cõtraria refutare. & 143 a, Libidinem tuam libertas mea refutabit. pro Font. 283 b, Sceleratorum periuria laudationibus & testimonijs suis refutare. Ep. 17 b, Præsertim cum sine suspicione cupiditatis non possis illius cupiditatem refutare. pro Pom. 13 b, Obsoleuit ista oratio, re multo magis quã uerbis refutata. de Ar. 245 a, Sin in me impetum facere conabitur, resistam, & eius conatũ refutabo. Tusc. 187 a, In primis q; refuteẽ ac reijciaẽ Philocteteus ille clamor.

Regalis, le. regius. de Ar. 256 b, Sylla regalem habuit potestatem. de Ar. 250 b, Deiotarus sæpe à senatu regali nomine dignus existimatur. & de Cl. 169 a, de Le. 187 a, Regale ciuitatis genus. de Fi. 79 a, Ornatus regalis. de D. 99 a, Veteres ut sapere, sic diuinare regale ducebant.

Regero, ris. obijcio, oppono. Ep. 254 a, Pro quo tibi tot rustícos Stoicos regeram, ut Catium Athenis natum esse dicas.

Regia, gię. domus & aula regis. At. 156 a, Visum re aiunt in regia, nec reprehendo, quippe cum ipse istam reprehensionem non fugerim. de Fin. 101 a, nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem. pro Mil. 108 b, nuper quidem ut scitis me ad regiam penè conductum.

Regie. regio more. I. V. 172 b, Quæ regiè, seu potius tyrannicè statuit in aratores Apronius

Regillvs, li. lacus de N. 62.

Regiensis, se. Epi. 206 a.

Regifice. regio apparatu. Tus. 200 a, Auro, ebore instructã regificè. poetę.

Regina, næ. socia regni, domina. Antequã. 196 b, Teq; particeps connubij, socia regni, regina Iuno, oro. &c. de Orat. 125 b, Omnium regina rerum oratio. Off. 57 b, Iustitia omnium est domina regina uirtutum.

Regio, onis. ora. plaga, fines, termini, spacium, tractus. de N. 7 a, Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles uidemus pro Fl. 151 b, In eiusmodi regione atq; prouincia, quæ mari cincta sit. Epist. 193 a, Syda, quæ extrema regio est prouinciæ meę. & 244 a, Per Cappadociæ regionem, quæ Ciliciam attingit. Att. 127 b, Qui regionib. exclusi intra arma aliena uenerunt. de Le. 173 b, Cœli fulgura regionib. ratis temperato. de Vn. 199 b, Sic animus extremitatem cœli à suprema regione rotundo ambitu circumiecit. Epi. 50 a, Ex Asia redies, cœpi regiones circumcirca peripicere. pro Pl. 263 b. Aspera & montosa regio. pro Sest. 18 a, Quæ regio orave erat latior ẽin qua, &c. In P. 90 b, neque enim regio fuit ulla, neq; municipium, neq; prefectura aut colonia, ex qua non, &c. contra Rul. 79 b, Definio, inquit, Italiã satis certa regio. de N. 12 b, Immensa & interminata in oẽs partes regionum magnitudo. de Fi. 86 a, Regiones quarum nulla esset ora, nulla extremitas. pro Pò. 14 a, Aliqua pars regionis atq; oræ maritimę. pro C. 120 a, Is non solum municipij Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius ac vicinitatis princeps, &c. contra Rul. 89 b, Cum usq; eò uicinos proscriberet, quoad oculos confirmando ex multis pręfidijs unam eandemq; regionem fo mamq; perfecerit. de N. 36 a, Regio Iunæ, quæ cum est Aquilonaris, tum Australis. I. A. Aram sub media cœli regione locatam. de D. 86 b, Lituo Romulus regiones direxit, tum cũ urbem condidit. Or. 122 a, Nosse regiones intra quas uenere, & peruestiges quod quæris. de Or. 130 b, Locus & regio, quasi ridiculi deformitate quadam cõtinetur. Or. 210 a, Vix suas regiones finesq; defendere. de Ora. 109 a, Bene dicere aũt nõ habet definitã aliquã regionẽ, cuius terminis septa teneat. i. materiã. & cõt. Rul. 73 a, Omne regnũ regionib. certis cõtinetur. de Or. 114 b, Sed ita, ut sit circũscripta modicis regionib. pro Arch. 291 a, Vitæ spaciũ exiguis regionib. circumscriptũ est. I. C. 123 a, Res gestæ Põpeij ijsdẽ quib. solis cursus, regionib. ac terminis cõtinenẽ. I. C. 117 a, Quorũ alter fine uestri imperij, nõ terrę, sed cœli regionib. terminaret. pro Cor. 68 a, Cæsar in ijs est nunc locis, quæ regionib. orbẽ terrarũ reb. illius gestis imperiũ populo Rom. definiũt. contra Rul. 85 b, Vix facile sese regionib. officij continẽt.

Regione. in conspectu, & quasi rectis lineis oppositus. Top. 224 b, Occurrunt tanquam è regione quadam contraria. de N. 46 b, Luna cum est è regione solis, deficit. de D. 112 a, Luna è regione solis facta incurrit in umbrã terræ. Qu. Fr. 318 a, Diphillus columnas neq; rectas, neq; è regione collocarat. de Aruſp. 255 b, Dixit uelle se ædificare alteram porticum, quæ palatio responderet. Acad. 31 a, nõ ne etiam dicitis esse è regione nobis, è contraria parte terræ, qui aduersis uestigijs stent contra nostra uestigia, quos Antipodas uocatis? de Fat. 144 a, E regione ferri deorsum ad lineam. de Fin 53 b, Si omnia deorsum è regione ferrẽtur, & ut dixi, ad lineam. de Vn. 199 a, Vt & ipse secum & inter se ex commissura, quæ è regione esset, iungeretur. I. V. 273 a, Hæc eadem est nostræ racionis regio & uia. & 272 a, Deflectere de recta regione Epi. 7 b, Ea est natura & regio prouinciæ tuæ, ut possis, &c.

Regium, gij. urbs Italiæ, quæ etiam Regium Lepidi dicitur Ep. 172 a, Ex castris Regijs. & 185 b.

Regius, a, um. regalis. I. A. 153 a, Dictatura, quæ nim iam

regiæ poteſtatis obſederat. Ep.183 a, Nam rege interfecto,regios omnes nutus tuemur.de Som.126 b, Poſt autē apparatu regio accepti, &c.

Regno,as.impero.dominor.I.V.135 b,Timarchidem in Sicilia omnib.oppidis per triennium ſcitote regnaſſe. pro Pō. 5 a, Mithridates ab eo tempore annum iam tertium & uigeſimum regnat, & ita regnat,ut,&c.Off.68 b,Si uiolandū ius eſt, regnandi gratia uiolandum eſt,alijs in rebus pietatem colas.ex Euripide in Phœniſsis.pro Do.217 a,Frater regis Alexandrini eodem iure regnans.Ep.175 b,Quando equitum centurias tenes,in quibus regnas.Or.208 a,Alterū eſt, in quo nō regnat oratio.Ac.125 a,Sed neutri σκοπὸς eſt ille, ut nos beati ſimus, utcuque regnare uult. pro Mil. 110 a,Clodius interfecto Milone regnaturum ſe putabat.

Regnvm, gni.dominatus, dominatio,poſſeſsio,ditio,principatus. de D.86 a, Deiotarus à Cæſare tetrarchiæ regno ſpoliatus eſt.I.A.177 a,Ad Iupercalia C. Cæſari dictatori perpetuo M.Antonius conſul populi iuſſu regnum detulit. Off.69 a,Multi iniqui atq; infideles regno pauci boni ſunt, inquit Accius. & Off.6 a, Nulla ſancta ſocietas,nec fides regni eſt.pro Syl.172 a,Qui ſun: Romę regnum occupare conati.I.A.197 b,Qui regnū occupare uoluerūt. pro Do. 233 a,M. Manlius regnum appetiſſe eſt iudicatus. pro Mil. 115 a, Incidere in ſuſpicionem regni appetendi. de Sen.89 a, C. Ser.Hala,Spu.Meliū regnum appetentem & occupantem interemit. de Aruſp. 256 b,Aut dominatus, aut regnum.Ep.183 a, Non regno,ſed rege liberati ſumus: interfecto enim rege,regios omnes nutus tuemur.I.V.213 b,Nationes,quæ in eorum regno ac ditione ſunt.Ac.106 a, Niſi eos timere putas ne ſub regno ſint. pro Syl.170 b,Regnum credo conſulatus mei.de N.14 a,Abuteris ad omnia atomorum regno atq; licentia.I.V.72 b,Hęc dominatio regnumq; iudiciorum.de Or.88 b,Niſi hic in tuo regno eſſemus,non tuliſſē,&c. Ac.23 a, Poſt in Cumana & Puteolana regna renauigare.I.A.182 a,Quidam propter ſuſpicionem regni appetēdi ſunt necati.Am. 104 a,Tyb.Gracchus regnum occupare conatus eſt, utl regnauit is quidem paucos menſes.pro Mil.115 a, Dare & adimere regna.

Rego,gis.guberno,moderor,adminiſtro. Off.18 a, Maximæ res & maximi animi geruntur ab ijs qui rempublicam regunt,quod eorum adminiſtratio latiſsimè pateat. de Som.130 b,Animus,qui gerit & moderatur corpus.Ac.28 b. Qui clarios uiros à ſe inſtructos dicant, rempub. ſæpe rexiſſe. de Fi.103 b, Mundum regi numine deorum.de In. Domus, quæ ſine ratione regitur.Ep.58 a, Regere ſemetipſum.& 88 a,Quæ ſunt in fortuna temporibus regentur. pro Cæl.40 a,Variare ſuam naturam,& regere ad tempus.Qu.F.293 a,Seruos cùm omnib.in locis,tum præcipuè in prouincijs regere debemus.Ac.251 b, Gerere, regere,gubernare.Part.236 b, Regere, gubernare,moderari, &c.de N.8 b,Regere atque tueri aliquid. de L.167 b,Regere fines.pro Mur.129 a, Illeexercitatus eſt in propagandis finib. tu in regendis. Act. 159 a,Vellem ſuſcepiſſes iuuenem regendum.

Regredior,ris.pedē refero.I.A.241 a,At.130 b,Quare cōmoueri noli,ſi audieris me regredi. Off.7 b, Regredi quam progredi malo.de Fa.147 a, Similiterq; ſuperiora repetentem,regredi in infinitum licet.

Regressvs,ſus.receſſus.de N.36 a, Progreſſus & regreſſus quinq; errantium ſiderum.

Regvla,læ.norma, lex quædam,exemplum. de Opt.245 a, Quorum orationes,ſi(ut ſpero)expreſſero, erit regula, ad quam eorum dirigantur orationes, qui atticè uolunt dicere.de Or.160 b,Hanc ad legem dirigenda & formanda oratio eſt.Or.220 b, Illi enim à forma ueritatis, & ab Atticorum regula abſunt.Off.22 b,Tamen nos ſtudia noſtra naturæ regula metiamur.Off.66 b, Eadem utilitatis, quæ honeſtatis eſt regula.de Cl.178 a,Habere regulam,qua uera & falſa iudicentur.& 188 a,Ahibenda eſt ratio, quae mutari non poteſt,nec utendum prauiſsima conſuetudinis regula.Aca.35 b, Fontem omnium bonorum in corpore eſſe, hanc normam,hanc regulam, hanc præſcriptionem eſſe naturæ,à qua qui aberrauiſſet, eum nunquam quid in uita ſequatur,habiturum. & 15 a, Habeo regulam ut,&c.& 8 b, Hæc eſt regula totius philoſophiæ.de Fi.62 a,Seruata illa, quæ quaſi delapſa de cœlo eſt ad cognitionem omnium regula,ad quam omnia iudicia rerum diriguntur.& ibid.Cognitionis regula.Off.45 b,In his autem ipſis mediocritatis regula optima eſt. de L.159 a,Lex eſt iuris atq; iniuriæ regula. In Sal.252 b, Salluſtius omnium maiores ad unum exemplum & regulam quærit.Off.68 a,Omnium una regula eſt,quàm cupio tibi eſſe notiſsimam,aut illud quod,&c. aut ſi,&c.I.Perpendiculum.

Regvlvs,li.I.P.188 b, M.Regulus reſectis palpebris in machina religatus,uigilando necatus eſt.& Off.72 a,& de Fi. 144 a.

Regvsto,as.iterum guſto,deguſto. Attic.66 a, Ille Latinus ἀττικισμὸς ex internallo reguſtandus.& 208 a,Sed celebrō reguſto tuas litteras,in his acquieſco.Att.220 b,Olij landationem uolo reguſtare.

Reiectanea.reiecta.de Fin.122 a,Illa autem morbum,egeſtatem, dolorem, non appello mala,ſed ſi libet,reiectanea.

Reiectio,onis.ſelectio.pro Cor.60 b,Si cui ciui Romano licet eſſe Gaditanū, ſiue exilio,ſiue poſtliminio,ſiue reiectione huius ciuitatis.de Or.162 a, Reiectio in alium.I.V.69 b,Reiectio iudicum facta ē. pro Pl.267 b,Ex CXXV iudicibus,LXX reus reiecit.pro Syl.185 a, Vos reiectione interpoſita repentini in nos iudices cōſediſtis.pro Pl.266 b,Senatus de ipſo ambitu,de reiectione iudicū fieri uoluit iudicium alternorum.de Fin.94 a,Selectio.(.Reiectio.

Reiectvs,a,um.reiectaneus.I.A.171 b, Reiecta materiarum impuri filij tanquam nurum ſequebatur. de Fin.92 a, & 101 a,Proegmena & apoproegmena, &c.Quāquā hęc quidem prępolita recte,illa reiecta dicere licebit.pro Mil. 106 b, Milo de rheda penula reiecta deſiluit. de L.181 a, Quemadmodum os reiectum terræ obtegatur.

Reiicio,is.aſperno,repudio.de Orat.118 a, Vbi plus malā quàm boni reperio,id totū abiudico atq; reijcio. de Fi.65 b,Qui Ennij Medeam ſpernat aut reijcit. de D.82 a,& 116 b,Panætius qui aſtrologorum prędicta reiecit.pro S.R.44 a,Aliquid à ſe reiicere & aſpernari. de Or.162 a,Cum aliquid à te ipſo reijcias.Tuſ.187 a,Refutetur ac reijciatur color.Top. 221 a, Sed à libris Ariſtot.te obſcuritas reiecit. Ep.162 b,Reijcere ſcutum.& de Or.136 a,Abiectoque reiecto ſcuto fugere.Ep.23 b, Feliciter ab Antiochia hoſtem reiecerat.pro Cec.302 a, Vt ſi qui ex alto, cum ad patriam acceſſiſſet,tempeſtate ſubitò reiectus,optaret, &c.& Tuſc. 144 b,Reijci reflantibus uentis. pro Cor. 64 a,Qui Scauola cum de iure prædiatorio conſuleretur, conſultores ſuos nonnūquam ad Furium & Caſellium prędiatores reijciebat.pro Syl.181 b,In hūc igitur gregem nos P.Sylla reijcietis? in imperiorum parte, atq; in parricidarum numeri transferetis. de Leg.168 a, Deligere bona,& reijcere contraria.I.P.91 b,Lictores togulis acceptis ſi ſagula reiecerint. Ar.3 a,In menſem quintilem reiecti ſumus.pro Pl.237 b, Eum ex ſenatu cenſor reiecerat.pro Mur.143 a, Quorum ego ferrum & audaciam reieci in campo, debilitauit in foro,compreſsi etiam domi meę.Ac.105 a,Sed ne bis eadem legas,ad ipſam te epiſtolam reijcio.& Ep.153 a, Hoc animo eſſe debes, ut nihil huc reijcias. I.V.154 a,Reijcere & ſumere recuperatores. pro Pl.167 b, & Ac.64 a,Druſus reus eſt factus à Lucretio,iudicib.reijciendis.

Relangveo,es.oblangueo.Att.218 a,Quod autē relanguiſſe ſe dicit,ego, &c.

Relatio,onis.de Inu.45 b,Relatio criminis eſt, cū ideo iure factum dicitur,quod alius antè iuria laceſſierit.I.P.84 b,Et quis audiuit non modò actionem aliquam aut relationem, ſed uocem omnino aut querelam tuam?

Relatio.uerborum ornatus quidam.de Orat.162 a.

Relator,ris.Att.133 b,Incipiam ſperare cōſilio ſenatus,autore te,illo relatore, Pompeiū & Cæſarē contingi poſſe.

Relatvs,a,um.oppoſit.de Or.133 a, Verba relata cōtrariè.

Relaxatio,onis.remiſsio.de Ora.110 b,Oci fructus eſt nō contentio animi,ſed relaxatio. & de Fin.84 b,Quæ eſt illa relaxatio: id eſt,remiſsio doloris.

Relaxo ,xas.remitto,dilato,libero, ſoluo, laxamentum uel interuallum do.)(.aſtringo.de Na.53 b,Alius tum aſtringitur,tum relaxatur.& 54 a, Cibi reliquiæ depellūtur cum aſtringentibus ſe inteſtinis,tum relaxantib. de Orat.130 b, Riſus triſtitiam mitigat & relaxat.de Cl.166 b,Relaxando paulum animum,aut ſanē ſi potes libera.At.262 a,Sine occupatione iſta relaxaris.& Ep.95 b,Si his occupationibus me relaxaro,nam ut planè exoluam, non poſtulo. Or. 214 a,Relaxare ſe à nimia neceſsitate faciendi aliquid. de Or.87 b, Vt ex priſtino ſermone relaxarentur animi omnium.Off.25 a,Relaxare animum,& dare ſe iucunditati. & pro Ar.188 a,Niſi animos doctrina relaxemus. de Diu.85 a, Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas. de Fi.84 b, Dolor ſi longus, leuis:dat enim interualla & relaxat. I.A. 168 a,Homines quāuis in turbidis rebus ſint,tamen ſi modò homines ſunt,interdum animis relaxantur. Att.189 b, Sed relaxor tamē.& 159 a, Quicquid ego aſtrinxi,ille relaxat.de L.158 a,Sic tu à contentionib.quib. ſummis uti ſolebas,quotidie relaxes aliquid. de D.129 a, Animus ſomno relaxatus,ſolutè mouetur & liberè.de Sē. 94 a, Cum ſe planè corporis uinculis relaxauerint.Par.231 b, Conſtructio uerborū tum cōiūctionib.copuletur, tū diſſolutionib. relaxetur.Ac.14 a,Idem contingit inſanis , ut & incipientes furere ſentiant , &c.& cum relaxantur,ſentiant, &c.

Relegatio,onis.amandatio.pro S.R.25 a, Tot prædia tam pulchra pater filio relegationis ac ſupplicij cauſa colenda tradiderat? & ibid. Tamen nec hæc uita relegatio atque amandatio appellabitur?

Relegatvs,a,um.amandatus. Ac.29 a, Relegatus mihi uideor,poſtea quam in Formiano ſum.

Relego, as.amando,exilio mulcto, expello , eijcio.)(.reduco,reporto.Poſtq.211 b,Nominatim alij compellabantur, alij citabantur,alij relegabantur. & pro Do. 226 a, Cato Cyprum relegabatur.pro Deiot.5 a, Eum in concione lege relegauit, edixitq; , ut ab urbe abeſſet mille paſſus. Epi.175 b,Lamia à Gabinio conſule relegatus eſt.Tuſc. 179 a,Non ſæua terris gens relegata ultimis. pro S. R. 25 a , Pater hunc in prædia ruſtica relegaret. & Off.74 b,Pater filium ab hominib.relegauit,& ruri habitare iuſsit.

Relego,is . de N.40 b, Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinerent , diligenter pertractarent , & quaſi relegerēt, ſunt dicti religioſi, ex relegendo.

Relevo,as.leuo. de In.47 b , Cibi ſacietas atq; faſtidium aut ſubamara aliqua re releuatur , aut dulci mitigatur . de D. 109 b,Vt animus moleſtijs potiſsimum releuatur . Atti.43 b,Hæc cō ſcripſi,ut potius releuares me,quod facis , quàm aut caſtigatione, aut obiurgatione dignum putares.Qu.F. 305 b,Si releuare potes cōmunem caſum miſericordia hominum,ſcilicet incredibile quiddam aſſequeris.I.C.103 b, Ad breue quoddam tempus cura & metu releuari . pro Fl. 154 b, Huius mors te ex aliqua parte releuauit , edacem enim hoſpitem amiſiſti.I.C.105 b,Vno mehercule Catilina exauſto , releuata mihi & recreata reſpublica uidetur . Att.7 a , Quotus enim quiſq; eſt , qui epiſtolam paulo graiuiorem ferre poſsit,niſi eam per lectionem releuarit?

Relictio,onis.derelictio.Att.256 b , Deſperatio & relictio reipub.aliter,religio.I.V.83 a , Quibus illā relictionē productionemq; conſulis ſui gratam ſperat fore.aliter,reiectionem productionemq;.

Relictvs,a,um.derelictus.pro Ra.95 a,Nemo unquam fuit tam ab omni honeſtate relictus, qui , &c.Tuſc.231 a, Ne quærantur , ſē à beata uita eſſe relictas.

Relicta loca ſunt,quæ limites non acceperunt, ut ait Frontinus de Limitibus.in Rul. Orat. 1. Vt à maioribus noſtris poſſeſsiones relictas diſperdat & diſsipet. & paulò pòſt. Vtrum tandem hanc ſylvam in relictis poſſeſsionibus , an in cenſorum paſcuis inueniſti?

Religatio,onis.colligatio.de Sen.88 a, Capitum cōiugatio & religatio & propagatio uitium .

Religatvs,a,um.colligatus,uinctus.Tuſ.198 b,Si prudentia extrinſecus religata pendeat.I.Religio .

Religio,onis.pietas,ſanctitas, cultus deorum , cerimoniæ , ſacra,religiones ſacræ & cerimoniæ,res diuinę,cerimonię & ſacrā,ſacra cerimonięq;,cerimoniæ religionesq; i deos. de In.82 b , Religio eſt , quæ ſupērioris cuiuſdam naturæ , quam diuinam uocant, curam cerimoniamq; affert . de N. 244 a,Sanctitas eſt ſcientia colendorum deorum . & ibid.b, Religio quæ deorum cultu pio continetur. Item:Pietas erga deos eſt honeſta de numine eorum & mente opinio . I. Pietas.pro Flac.160 b,Suą cuiq; ciuitati religio eſt , noſtra nobis,ſtantibus Hieroſolymis pacatisq; Iudęis,tamē iſtorum religio ſacrorum à ſplendore huius imperij & maiorum inſtitutis abhorrebat.de D.102 a, Ad opiniones imperitorum eſſe fictas religiones.& ibi.Ad errorem multitudinis religionis ſimulachra fingere.de L.168 a , Cultum deorum & puram religionem ſuſcipere.164 b, Ceremoniæ religionesq; in deos.contra Rul. 69 b , Religionem ſuperſtitio imitatur.Part.237 a,Religio ſacrorum. pro Do.234 b, In religionibs ſuſcipiendis caput eſt interpretari , quæ uoluntas deorum immortalium eſſe uideatur . pro Pl.276 b, Qui ſancti? qui religiones colentes? niſi qui meritam dijs immortalib.gratiam iuſtis honoribus & memori mēte perſoluunt.de N.1 b,Pietas, ſanctitas,religio,quę omnia purè & caſtè deorum numini tribuenda ſunt . de N.40 a,Cultus deorum eſt optimus,idemq; caſtiſsimus,atq; ſanctiſsimus , pleniſsimusq; pietatis,ut eos ſemper pura,integra,& incorrupta mente & uoce ueneremur.de In.42 a, Nondum diuinę religionis ratio colebatur.de N.13 b,Ego ipſe pontifex, qui ceremonias & religiones publicas ſanctiſsimè tuēdas arbitror.& pro Do.234 a,Autor & magiſter publicæ religionis pro Dom.234 a,Qui religionem è domo pontificis maximè eriput,& meam intulit . I. V.117 b , Mercurius apud Tyndaritanos ſumma religione colebatur . & de Ar. 250 a, Quæ per ſe ſemper ſumma religione coluerunt.pro Cor.66 a,Sacra Cereris ſumma religione cerimoniaq; conficiſolita.de L.181 a, Totaq; huius iuris compoſitio pōtificalis magnā religionē cerimoniāq; declarat.pro Do. 238 b,Dedicatio magnā habet religionē.de D.139 a,Sacris ceremoniſq; retinendis maiorū inſtituta tueri , ſapientis eſt. Poſt.212 a, Mecū deorū omnium ſanctitates omnes & religiones affuerunt.& pro Dom.213 a , Pontifices religiones ſapienter interpretando.pro Dom.219 b,Alio modo cōſtituere de religione pontificū, quàm ius cerimoniarū cogat. pro Do.241 b,Qui ārā in littore deſerto ſomnij ſtimulatus aut religione aliqua conſecraret. Item:Tanta religione obſtricta eſt tota prouincia,tanta ſuperſtitio mentes illorū occupauit,ut,&c.pro Dom.238 a,Nunquid igitur is bona Lentuli religionibus religauit?de In.62 a , Fani ſiue templi religio.I.V.178 a,Sancta religio ſocietatis.pro Fla.148 a , Teſtimoniorū religionē & fidē nunquam iſta natio coluit . pro Qu.R.52 b,Fides & religio iudicis.Ep.182 b,Sum admiratus fidē tuā,& in conſilio dando religionē.I.V.148 a, Declinare à religione officij in aliqua re.pro Syl.168 b,Sin eſt in me ratio rei , religio priuati officij , nihil minus, &c. pro Mur.124 a,Si illa ſolennis comitiorum precatio tantā habet in ſe uim & religionē,quanta , &c.& pro Rab.96 b , Mentes.quæ ex hominum uita ad deorum religionem ſanctimoniamq; demigrarunt.pro Font.280 a,Religio iuſturā di,ac metus deorū immortalium in teſtimonio dicendo.& ibi. Cæteræ gentes pro religionibus ſuis bella ſuſcipiunt , iſte contra omnium religiones.Att.201 b, Ego me maiore religione,quàm quiſquam fuit ullius uoti,obtrictum puto. de Clar.192 a,Si aſſueueramus, religio tam nobis adhibenda eſt,quàm ſi teſtimonium diceremus . Orat. 200 a , Hac ego religione non ſum ab hoc conatu repulſus . de Cl.191 a,& Orat. 199 a , Oratio nimia religione attenuata . Orat. 199 a,Eorum religioni cum ſeruiret orator , nullū uerbum inſolens ponere audebat . & ibid. Atticorum aures teretes & religioſæ. pro S.R.29 a,Magnam uim magnam neceſsitatem, magnam poſsidet religionem paternus maternusq; ſanguis.pro Ceci.303 b,Cum Cotta deceuiris religionem inieciſſet, non poſſe ſacramentum noſtrum iuſtum iudicari , quòd,&c.pro Cec.304 a, Vt religione ciuitas ſoluatur. cōtra Rul.62 a,Siue ad oblatam aliquam religionem.I.C. 114 a,Quæ religio C.Mario non fuerat , quo minus Glauciam prætorem occideret.Item:Ea nos religione In P.Lētulo puniendo liberati ſumus.cont.Rull. 82 a,L.Sylla omnia fine ulla religione,quibus uoluit, dilargitus eſt.de N.28 a , Gracchus cum rem illam in religionem populo ueniſſe ſentiret,rem ad ſenatum retulit.de Orat.142 b, Sed uide , ne quid Catulus attulerit religionis , opus hoc cenſorium eſt,id autem cōmittere uide , &c.Ep.151 a, Oblata religio Cornuto eſt , pullariorum admonitu , non ſatis diligenter eum auſpicijs operam dediſſe . Off.43 b,Nec tamen ut hoc fugiendum eſt,ita habendum eſt religioni contrarium , nocentem aliquando defendere.de D.96 b,Nec eam rem habuit

buit religioni, obiecto signo, ne committeret prælium. I. P. 92 a, Pontinius susceptis religionibus impeditur. Postquam. 200 b, Lentulus de solenni religione retulit. Antequam. 194 b, Illi quorum animus est religionis pietate defunctus. pro Syl. 180 b, Qui peruersam atque impiam religionem recordatur, qui illum nefarie cogitasse miretur. de Natur. 40 b, Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, & tanquam relegerent, sunt dicti religiosi ex relegendo, ut elegantes ex eligendo, &c. Part. 236 b, Religio est iusticia erga deos. In P. 90 b, Pub. Lentulus prouinciam, quam habebat, interposita religione deposuit. In A. 155 a, Ne inexpiabiles religiones in rem publicam inducerentur. de Legib. 175 a, Tum maximè religionem & pietatem uersari in animis, cum rebus diuinis operam damus. & ibi. b, Confiteri religiones. pro Mil. 115 b, Expiare solennes religiones supplicio alicuius. pro Deio. 146 b, Deiotarum fide & religione uitæ defendendũ puto. I. V. 218 a, Tibi illa Diana religionem nullam attulit.

Religiose. bona fide, candidè, sanctè, accuratè. Ep. 21 a, Faciamq; id quod debent facere ij qui religiose & sine ambitione commendant: spondebo enim tibi, &c

Religiosvs, a, um. summa religione præditus, sanctus, colens religionis, augustus.)(. Impius. de N. 41 b, Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, & tanquam relegerent, sunt dicti religiosi ex relegendo. Quin. Frat. 320 a, b, Vir natura sanctus & religiosus. & I. V. 201 b, Homines integri, innocẽtes, religiosi. & In Vat. 29 a, Religiosus testis. pro Cec. 290 a, In testimonio dicendo religiosus. pro Fl. 151 a, Natio minimè in testimonijs dicendi religiosa. de Orat. 125 a, Iustus, integer, religiosus, perferens iniuriarum. pro Rab. 91 b, De locis religiosis & delubris. & pro Pl. 277 b, Altaria religiosissima. de Ar. 246 a, Quod tres pontifices statuissent, id semper omnib. sanctum, augustum & religiosum esse uisum. de In. 52 a, Religiosum est, quò iurati legib. iudicauerunt. de Ar. 251 a, Tu meam domum religiosam facere potuisti. pro Pom. 16 b, Quod fanum putaris nostris magistratib. religiosum? quã ciuitatem sanctam? quam domum satis clausam ac munitã fuisse? pro Fl. 250 a, Qui nullo impellente fallebat, eos urgente Lælio timidos ac religiosos fuisse putamus? At. 137 b, Itaq; alter religiosus etiã nunc dies, alter in uulgus ignotus. Quint. F. 309 b, Dies erant duo, qui post Latinas habẽtur religiosi. de Fin. 69 a, At qui reperiemus asotos, ita non religiosos, ut edant de patella. Or. 199 a, Articorum aures teretes & religiosæ. de In. 76 a, Res rel. giosissima.)(. Nefas.

Religo, as. uincio, colligo. Antequam. 195 a, Manus ad demonstrandam religantur iniuriam. & de In. 81 a, Funiculus à puppi religatus. Tusc. 171 a, & 80 a, Trahit Hectorem ad currum religatum Achilles. pro Do. 238 a, Num quid igitur is bona Lentuli religionibus religauit?

Relinqvitvr, id est, conficitur, sequitur, idq; in argumentorum conclusione. de In. 44 b, & 52 a, de D. 111 a, Ita relinquitur, ut ea diuinari possint, quæ, &c. I. Sequitur.

Relinqvo, quis. linquo, reliquum uel reliqui facio, missum facio relictum esse patior, mitto, defero, demitto, relictũ facio, tardo, prodo, remoueo, discedo. pro Cæl. 47 a, Omittendæ sunt oẽs uoluptates, relinquẽda studia delectationis, sermo familiarũ deferẽdus. I. V. 170 b, Audistis hęc oĩa quę nũc ego prætereo ac relinquo. de Pro. 70 a, Omitto iurisdictionẽ cõtra leges, cædes relinquo, libidines prætereo. de Or. 87 a, Non contemno ea, quæ Græci dicendi artifices reliquerunt: id est, quæ post mortem scripta reliquerunt. Or. 80 b, Duo illa relinquamus, idq; largiamur inertiæ nostræ. & 120 a, Si quid ab Antonio aut prætermissum sit, aut relictum. de Fin. 57 a, Hoc non modò in oratione mea non pono, sed ne in opinione quidem cuiusquam relinquo. I. V. 59 a, In quo quid possim efficere, malo in aliorum spe relinquere, quã in oratione mea ponere. de Or. 120 a, Cum æris alieni aliquantum esset relictum. Item ibi. Relinquere aliquem hæredẽ testamẽto. pro S. R. 21 b, Nã fundos treis, & decẽ reliquit. pro Cec. 299 a, Fundũ à patre relictum habere. Ep. 27 b, Satis amplũ patrimoniũ relinquã in memoriã nominis mei. ꝓ Cec. 304 b, Non admittit ijs ciuitas, sed ab his relinquitur atq; deponitur. contra Rull. 64 a, Ne libertatis quidem retinendæ spes relinquitur. pro Mu. 146 a, Quod dubium est, id relinquere incertum: quod dubium non põt esse, id iudicare. In Vat. 34 a, b, Qui in summa copia optimorũ adolescentium pari uirtute reliquit neminẽ. pro Qu. 92 a, Vita turpis ne morti quidẽ honestæ locũ reliquit. & Ep. 1 a, Sed plane nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum. de Cl. 168 a, Vt memoriam concinnitatis suæ reliniqueret. At. 92 b, Videatur ne aut pietatis esse meæ, fratrem relinquere: aut diligentiæ, nugarum aliquid relinquere. Epist. 26 a, Si Qu. Fratrem reliquissem dicerent iniqui, non me planè post annum ex prouincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. Ep. 46 a, Vbi relicta diretioni atq; incendijs. pro Cec. 294 b, Aliquem nõ solum relinquere, sed etiã prodere. Att. 83 a, b, Seducit me Scoptius, rogat ut rem sic relinquam. de D. 111 a, Ita relinquitur, ut ea diuinari possint, quę, &c. pro Cec. 286 b, Nunc uerò quis est, qui uim armatis hominibus factam relinqui putet oportere? Tusc. 181 a, Relinquere multa officia. Act. 45 b, Neutra autẽ in medijs relinquebat. de Orat. 167 a, Et prudẽtię suę triste nobis defiderũ reliquerat. At. 122 a, Tyronẽ ab altera quartana relictũ audio. At. 89 a, Ecce aũt pusilla epistola, quam non relinquam ἀξιανάγνωστον.

Reliqviae, arum. uestigia. de N. 54 a, Cibi reliquiæ depeluntur tum astringentibus se in intestinis, tum relaxantib. Att. 174 b, Reliquias hostium Brutus persequitur. Epistol. 136 b, & 150 a, Magnæ reliquiæ cœnarum. pro Syl. 164 a, In his pristinis fortunæ reliquijs miseris & afflictis. pro Do. 232 a, Vidi, si uicissem, tenues reip. reliquias, si uictus essem, nullas futuras. de D. 137 a, Reliquiæ earum rerum mouentur in animis, de quibus uigilantes cogitauimus. pro Q. 9 a, Bonorum emptores, quasi carnifices conueniunt ad uitæ reliquias lacerandas. de Leg. 181 a, C. Marij ossa reliquias dissipari iussit Sylla.

Reliqvvs, a, um. residuus, reiectus, reliqua pars. Atti. 104 a, Qu. Fr. Argiletani ædificij reliquum dodrantem emit. Att. 262 a, Vt pecuniam reliquã Buthrotij ad diẽ soluerẽt. Off. 32 b, Deinceps gradatim reliqua reliquis debentur. de L. 187 a, Si unus omnibus reliquis magistratibus imperabit. Postquam. 209 a, Si mihi nullum esset officium in omnium ita reliquum, nisi, &c. & ibid. Tamẽ exiguũ reliquæ uitæ cũpus ad commemorandam gratiã mihi relictum putaretur. I. V. 122 a, Erant mihi oppida complura eriã reliqua, quæ adire uellem. pro Clu. 22 a, Hunc tantum unum ex multis fortuna reliquum esse uoluit. Epi. 234 b, Neminẽ præterea reliquum habeo, in quo, &c. Epi. 220 a, Ex qua familia reliquus est M. Titurnius. Ep. 138 a, Potes multo isto, quem tibi reliquum dicis esse, quando canterium comediti, Romã peruehi. I. V. 57 b, Si qua spes reliqua est contra Rul. 63 a, Deinde reliquum tempus sancit, &c. & Epi. 147 b, In reliquum. At. 15 a, Alexandria reliquaq; Aegyptus. de Diu. 95 a, Reliqua diuinationis breui confecta sunt. Att. 42 b, Hæc cura adita, uix mihi uitam reliquam fecit. Ep. 45 a, Nullum onus officij cuiquã reliquum fecisti. I. V. 147 b, Quibus iste nihil reliqui fecerat, & quibus aliquid reliqui fuerit. I. V. 179 a, Duarum ciuitatum mihi reliquos feci agros. de Fini. 86 a, Cum reliqui nihil sit. de Pro. 70 b, Qui locus in Græcia tã sanctus est, in quo ullum simulachrum reliquum sit? de Pro. 70 b, Of. 12 b, Addendo deducendoq; uidere, quę reliqui summa fiat. pro Syl. 184 b, Quod fortuna in malis reliqui fecit. & ibid. Quid enim est huic reliqui? quod, &c. de Am. 96 b, Qualem in reliqua Græcia reperiri neminem, Athenis unum accepimus, &c. Qu. Fr. 298 b, Non de reliqua & sperata gloria laboramus, sed de parta dimicamus. de reliqua: id est, futura. pro Sest. 19 b, Spe reliquæ tranquillitatis præsentes luctus fugi: id est, futuræ. Att. 260 a, De reliquo quid ego tibi dicam? & Ep. 93 a, De reliquo ita uelim tibi persuadeas, &c. & de Or. 93 a, De reliquo iam nostra culpa erit, si te dimiserimus. Epi. 109 b, Quod quã, doutereq; nostrum consecutus est, reliquum est, ut officijs certemus inter nos. &c. At. 94 a, Paucos dies habebã reliquos annui muneris. & 65 a, Dies enim XXXIII. erant reliqui. & 245 b, Cum ex reliquis, quæ Non. April. fecit, abundare debeam, cogor mutuari.

Relvceo, es. refulgeo. de N. 47 a, Stella relucet. & in Ar.

Rema. l. Roma.

Remaneo, nes. maneo, resto, resideo. Antequam. 193 b, Licet manere, si non illum Tullium, &c. at certè reliquias Tullij liceat in urbe remanere. Off. 85 a, Si in uita remaneas. Acad. 37 a, Catulus remansit, nos discessimus. & Epi. 80 b, Aut eorum qui discesserint, aut eorum qui remanserint. Attic. 111 b, Mulieres nostræ præter cæteras Romæ remanserunt. & 133 b, Quod Lentulum uoluisti hic remanere, Cæsari gratum. Off. 8 a, Catonis filius amore pugnandi in exercitu remansit. I. C. 98 b, Cum tu discessu cæterorum, nostra, qui remansimus, cæde contentum esse dicebas. pro S. R. 23 a, In qua muliere uestigia antiqui officij remanẽt. pro Pom. 14 a, Rhodiorũ usq; ad nostrã memoriã disciplina naualis remansit. Off. 8 b, A peregrino enim recessit, & propriè in eo qui cõtrà ferret arma remansit. Tus. 153 b, Sed fac, ut isti uolũt, animos nõ remanere post mortẽ. Att. 138 b, Proximè te gaudere ostẽdũ, me remãsisse. At. 163 b. Literæ, quibus maximẽ ad remanẽdum commoueri posses.

Remanso, onis. mansio. Qu. Fr. 321 a, Tuam remansionem etiam atq; etiam probo. pro Lig. 137 b, Profectò certè animum tuum non debet offendere, num igitur remansionis.

Remedivm, dij. medicina, medicamentum, cautio, prouisio, fomentum. I. V. 56 a, Hoc unum is tot incommodis remedium esse arbitror. & Ep. 67 b, Remedia incommodorum. Epi. 71 a, Sed quod illius tanti uulneris, quæ remedia esse debent, ea nulla sunt. pro Syll. 179 b. In aduersis fortunis sine ullo remedio atq; alleuamento permanere. I. A. 251 b, Veneficum appellas eum, qui tuis ueneficijs remedia inuenit. pro Cluen. 31 b, Is acrioribus remedijs saluti suę subuenidum putauit. I. V. 66 a, Hoc remedium est ægrotæ ac propè desperatæ reipublicæ. pro Cluen. 23 a, Quærere remedium ad aliquam rem. de Nat. 51 a, Pantheræ remediũ habent, quo cum sint usę, non moriuntur. I. V. 240 b, Ad magnitudinem frigorum præclarum sibi hoc remedium cõparat. Tusc. 243 a, Remedia ad tolerandum dolorem. Oct. 316 a, Nulla remedia, quæ uulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria.

Remeo, as. remigro, redeo, de N. 49 b, Neq; remearet aer, cuius ortus aqua omni exhausta esse non posset.

Remex. gis. nauta, qui remos agit. I. V. 253 a, Classis infirma propter dimissionem propugnatorum & remigum. & 217 b, & de Orator. 97 b, In nautis remigibusq; exigendis. pro Flac. 152 a, & Tus. 204 b, Imperare remiges. de D. 132 a, Remex ille de clasie Coponij. Epi. 189 b, Habere delectũ remigum. Ora. 112 a, Remigẽ aliquem aut baiulum nobis oratorem descripseras. At. 210 a, Arbitrabar sustineri remos, cum inhiberi essent remiges iussi.

Remigatio, onis. impetus pulsusq; remorũ, remigiũ. At. 210 b, Inhibitio autem remigum motum habet, & uehemẽtiorem quidem remigationis, nauem cõuertentis ad puppim.

Remigivm, gij. remigatio, uel remigũ multitudo. Tus. 250 a, Quæ acies, quod remigium, &c.

Remigo, as. nauem remis propello. Attic. 210 a, Non enim sustinent remos, sed alio modo remigant. Tusc. 211 a, Vtrũ igitur mauis nos statim uela facere, an quasi è portu egredientes paululum remigare.

Remigro, as. redeo, remeo. Ep. 138 a, Romam tibi remigrandum est. Tus. 240 b, Atq; ei ne integrum quidem erat, ut ad iustitiam remigraret. Acad. 41 a, Remigrare in domum uetere & noua. & Tusc. 174 a, Remigrare in domum suam.

Reminiscor, ris. recordor. Ep. 50 b, Ea potius reminiscere, que digna tua persona sunt. & Tus. 154 a, Reminiscere quæ tradantur mysterijs. Antequam. 164 a, In nostro euentu aliorum reminiscentes calus. & Att. 55 a, Reminiscebatur Cal. Ian. Tusc. 160 a, Discere nihil aliud est quàm recordari. & ibid. a, Declarat se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere. de Sen. 93 b, Homines scire pleraq; antequam nati sint, quod iam pueri cum artes difficiles discunt, ita celeriter res innumerabiles arripiũt, ut non tum primùm accipere uideantur, sed reminisci & recordari. pro Lig. 143 a, Aliquem de re aliqua reminiscẽtem recordari.

Remisse. leniter. de Or. 107 b, de Or. 152 a, Agere uersum leniter, remissè, non actuose. pro Cæl. 44 a, Remissè, leniter, urbanè agere cum aliquo.)(. Grauiter, seuerè, priscè. I. V. 117 b, Iste nihilo remissius atq; etiam uehemẽtius instabat. de Fin. 49 a, Remissè agere aliquid.)(. Multum studiũ multamq; operam ponere in aliqua re. de Or. 107 b, Tu qui multo dicis remissius & lenius quàm solebas. ꝓ S. R. 20 b, Omnes hanc quæstionem te prætore de manifestis maleficijs quotidianoq; sanguine haud remissius superant futurã.

Remissio, onis. relaxatio, dissolutio. Epi. 61 a, Si humanitas appellanda in acerbissima iniuria, remissio animi & dissolutio. & 141 b, Remissio animorum.)(. Seueritas. de Or. 110 b, & 115 a, Ad omnem animi remissionẽ ludumq; descendere. pro Cæl. 45 b, Quem non quies, non remissio delectarent. de Cla. 194 a, Remissio & moderatio uocis. de Or. 128 b, Remissio lenitatis in oratione. Off. 29 b, Oculorum obrutus, superciliorum remissio aut contractio. de Or. 108 a, Demosthenes una continuatione uerborum binas contentiones uocis & remissiones continebat. de Am. 110 b, Tales igitur amicitiæ sunt remissione usus leuandæ. I. C. 121 a, Iam senescentis morbi remissio. Ep. 107 b, I. C. 121 a, Remissio pœnę.

Remissvs, a, um. lenis, demissus, contractus.)(. Tristis, acer, contentus. pro Cæl. 40 b, Cum tristibus seuerè, cum remissis iucundè uiuere. de Or. 126 a. Leni animo & remisso esse. Post. 103 a, Qui ulcifcendo remissior fuit. & I. C. 121 a, Sin remissiores esse uoluerimus. de Fin. 90 a, Remissius in disputando.)(. Acer in disputando. & pro Mur. 136 b, Remissior in petendo. de Or. 197 b, Tardiores tibicinis modos & cantus remissiores facere. de Orat. 117 b, Quædam dicendi meliora & remissiora genera uiguerunt. Or. 232 a, Contenta uox.)(. Remissa uox. pro Font. 276 b, Masiliensęs Gallicorum bellorum pericula populi Rom. copijs remissisq; compensarunt. I. A. 206 a, Hodie nescio qua re obiecta senatus remissior fuit. & de Se. 81 b, Sermo quietus & remissus.

Remitto, tis. relaxo, relaxamentum do, decessione de summa facio, relinquo, condono. Att. 116 a, Mulieres, ut scripseram ad te, Romam remittebam. Att. 143 a, Demetrij librum de concordia tibi remisi. Ep. 256 b, Volebam ad te Marionem remittere, quem ad me mitteres, cum, &c. Ep. 149 a, Vt fine his nihil de meo studio perseuerantiaq; sim remissurus. I. A. 217 b, Remittere iracundiam. Att. 156 b, Iste ardet furore, nec remittit aliquid, sed indies ingrauescit. I. V. 80 a, Hic tu fortasse eris diligens, ne quam horam de meis legitimis horis remittam. de Cl. 182 b, Ad infirmitatem laterum perseciente contentionem remittere. de Fi. 123 b, Vrgent tamen, & nihil remittunt. I. V. 62 a, Ex eo quod ipse poteſt in dicendo, aliquantum remittet. & ibid. Multum summittere. Orat. 302 a, Intendere & remittere sonum uocis. I. V. 165 b, Remitte re alicui. de Summa. pro R. P. 127 a, Nec enim fuit Gabinij, remittere tãtum de suo. I. V. 106 b, Remisit D. Bruto CX. milia. I. V. 247 b, Remisisti quod non oportebat, accepisti quod nõ licebat. I. V. 204 a, Nauem imperare ex fœdere debuisti, remisisti in triennium. I. V. 82 a, Menses mihi tres cũ eripuissetis ad agendũ maximè appositos, reliquũ omne tempus huius anni me uobis remissurum putastis. Att. 168 b, Dionysio ego quidem non modò placabilem me præbuissem, sed totũ remisissem. Atti. 282 b, Italia sua uobis studia profitenti remisistis. I. P. 155 a, Remittere aliquid de seueritate cogendi. Am. 104 b, Adducere ne habenas.)(. Remittere habenas. de L. 177 b, Varius canendi sonus tum remittit animos, tum contrahit. Qu. Fr. 301 a, Te rogo, ut procuratoribus Flauij remittas de diminuendo, & de Apolloniẽsibus ne quid perscribas. Att. 156 a, Questi sunt, quod non idem quoq; sibi, quod mihi remisisset. & ad Her. 15 b, Si huic fuerit remissum. I. V. 297 a, Meam animaduersionem & suppliciũ, quo usurus eram in eum quem cepissem, remitto tibi, & condono. Epi. 66 a, Verum hoc quoq; uobis remitto. de Or. 106 b, In qua tibi remittunt omnes istam uoluptatem, & ea se carere patiuntur: id est, relinquunt. pro Syl. 176 a, Noli putare, id omnino à me esse omissum, si quid est tibi remissum atq; concessum. pro Syl. 183 a, Sed etiam si quid mihi conceditur, id reddo ac remitto. pro Clu. 18 b, Opinionem iam mente antè comprehensam libenti animo remittere. pro Planc. 271 a, Vt eorum reprehensionem uos uestræ prudentiæ assumere, meæ modestiæ remittere debeatis. de D. 195 b, Respondit in agro ambulanti ramum adductum cum remissus esset, in oculum recidisse.

se.I.A.218 b,Prouinciam remitto,exercitũ depono. In A. 209 b,Antonius remittit nobis in Galliam citeriorem. pro Plan.275 a, Tibi remitto atq; concedo,ut eum defendas. Att.225 a,Ego uerò tibi istuc mi Antoni remitto. & de L. 174 a,Remitto hoc tibi.pro Flac.154 b,Neque in toto Aemoenfium teftimonio cõmoueb or, etenim quibus iftam laudationem remittam.I.V.231 b, Requiefcere, & curam animi remittere.de Clar.176 a, Qui cum remiferant dolores pedum, non deerrant in caufis. Top. 222 a, Remittere nũcifi.Ac.26 b,& 27 a,Sed tibi aut cõcedendũ ẽ ita effe,aut memoriã mihi remittas oportet.i.concedas memoriã effe.

Remoror, aris.retineo,retardo. pro Pomp. 11 b, Sed hæres quæ cæteros remorari folent, non retardarunt. Attic. 45 a, Scio te me his epiftolis potius & meas fpes foliti effe remorari. I. C.98 a,Num unum diem poftea L.Saturninum mors & reip. pœna remorata eft.ad Her.5 b,Ne parua quidem dubitatio poteft remorari damnationem. Antequam.195 a, Ne calamitas remorata longius ſerpat atque progrediatur,præcauete.

Remotio,onis.de In.73 a,Remotio criminis eft,cum intentio facti in alium, uel in aliud dimouetur.

Remotivs,aduerb.de N.18.Stellæ aliæ propius à terris,aliæ remotius, &c.ſpacia conficiunt.

Remotvs,a,um. alienus, relictus,procul diſiunctus, abſum. Epi.246 a, Si quiſquam fuit unquam remotus & natura & ratione,atq;idoctrina ab inani laude, & ſermonibus uulgi, ego profectò is ſum.& de In.53 b,Hoc à religione & ſapiẽtia ueſtra remotiſsimũ eſt.I.V.192 a, Defenſio remota ab utilitate reipublicæ, & ſeiuncta à uoluntate legis. & 249 b,Remotus à nauigando.Attic.237 b, Veſtorius homo remotus à dialecticis. de In.43 a, Procul remotus à uero. pro Cluent. 18 a, Altera pars, quę procul à iudicio remota eſt. de In.82 b, Hoc à breuitate præcipiendi remotum eſt.& 70 b,Hæc à uulgari intelligẽtia remotiora ſunt.Of. 13 a,Scientia quæ eſt remota à iuſtitia,calliditas appellanda eſt.pro Mur.141 a, Ille a culpa remotus eſt.contra Rul. 72 b,Cum tu à Gracchi æquitate ac pudore longiſsimè remotus ſis.Orat.199 b, Sermo à forenſi ſtrepitu remotiſsimus. pro Fonte.278 b, Teſtis cupidus, iratus, ab religione remotus.& Epiſtol. 207 a, A cupiditate remotiſsimus. de In.51 a, Res à memoria noſtra remotæ. I. V. 252 a, Locus arbitris remotus.pro S.R.40 a,Ego hæc à Chryſogono mea ſponte remoto, Sex.Roſcio, quæro.de Nat.45 b,Remota ſubtilitate diſputãdi,& remoto loco.Epiſt.101 a,pro S.R.34 a,Longè abſum ab eo crimine. de Or.128 b, Abeſt enim totum à cauſa.Epiſt.105 a, Locus remotus,ſalubris,amœnus.

Removeo, es. amoueo,dimoueo, moueo, abduco, aufero, reijcio,deduco,ſubduco,transfero, arceo,abſtraho,auoco, auerto,deterreo,deprecor,deteſtor,deriuo.de Ora.137 a, & de Clar.168 b,Ea ſecerni arbitror oportere, & ex ratione remoueri.pro S.R.22 a,Multa palàm domum ſuam auferebat,plura clàm de remedio remouebat. Quint. Fr.294 b, Sublata latrocinia,cædes repreſſæ, oppidorum furta eſſe depulſa,remoram illam calumniam,&c.Epiſt.162 a,Ac cepimus conditiones,ſed ita ut remoueat præſidia ex ijs locis quæ occupauit.cõtra Rul.70 b,Remouere a ſuſpicione alicuius cõmodi.pro Clu.26 a,Remouere ſe ab aliquo negocio.& Ep.154 a,Remouere ſe à certamine. Attic. 60 a, Quid fit, quod ſe à me remouit, ſi modo remouit,ignoro. pro Dom.217 b,Quod idem in poſterum M.Catonem tribunatu uo remouiſſes. Ora.197 a,Sed ne opifices quidem ſe artibus ſuis remouerunt.Att.169 a, b, Tu nouum morbum remouiſti.Quint.Fr. 311 b, Catonem Lentulus à legibus remouit.Offic.14 b,Multi & ſunt & fuerunt,qui eam quam dico tranquillitatem expetentes,à negocijs publicis ſe remouerũt,ad o ciumq; perfugerunt. Am.110 b,Remouere ſe ab amicitia alicuius.

Remvneratio,onis. gratia, uiciſsitudo ſtudiorum uel officiorum. Off.47 b,A quo celeriter remuneratio fore uidetur, in eum ferè eſt uoluntas noſtra propenſior. de In.70 b,Remuneratio officiorum.de Amic.105 b,Nihil eſt remuneratione beneuolentiæ, nihil uiciſsitudine ſtudiorum uel officiorum iucũdius.& pro Do.218 a,Remuneratio benevolentiæ.de Am.102 a, Liberales ſumus, non ut exigamus gratiam:non enim beneficium fœneramur, ſed,&c.

Remvnero, as.& Remuneor, aris.retribuo, compenſo beneficium reddo, mutuam gratiam refero, parem gratiam pro beneficio alicui refero, gratiam reſtituo, mercedem do,repono.Poſtquam.210 b, Quibus officijs T.Annij beneficia remunerabo? Poſtquam 203 a, Vtciſcendæ iniuriæ facilior ratio eſt, quàm beneficij remunerandi.& ibi.In beneficijs remunerandis.Epiſt. 250 b, Tibi ad me ornandum ſemper datur facultas,mihi ad remunerandum nihil ſuppetit præter uoluntatem.Epiſt.39 b,& 20 a, Conſiderandum eſt,quo nam te remunerer genere.Epiſt.130 a, Vt poſſem te remunerari quàm ſimillimo munere. & de Clar.166 a, Vt à te ipſo ſumerem aliquid ad me reficiendum, teque remunerandum, ſi non pari, at grato tamen munere. Attic. 118 a, Tu ſi tibi eadẽ cauſa eſt,me remunerare ſanè utilim. de In.82 a, Officiorum remunerandi uoluntas.I.A.191 a, Vt pro tantis eorum in remp.meritis honores eis habeantur,gratiæq; referantur.286 a,Nur quam ulla mercede meritum tuum explere potero.Qu.de Pet. 210 b,Et quoniam nullum aliud tempus futurum ſit,ubi tibi referant gratiam hoc te officio remunerent.

Remvrivs, locus fuit Romæ, ubi Remus auſpicium & conſilium condendę urbis cepit, & in quo habitauit,ut Dionyſ.Halicar.& Sex.Pomp.& Plutarchus in Romulo tellitur. I.A.208 a, His quoq; diuiſit Remurium.alij legunt, Remuria,alij Semurium,ſed mendoſe,ut mihi uidetur.Fabius pictor habet Rumurius,qui & Auentinus, quem collem ait Remo conſecratum fuiſſe. Sed & hic uereor ne ſit mendum,Rumurius,pro Remurius.

Remvs,mi.Romuli frater.de D. 102 b.

Remvs,mi.Acad.6 a, Neque uero hoc loco expectãdum eſt, dum de remo inflexo reſpondeam.Tuſc.195 b, Res terra, deteſtabilis omni contentione, uelis (ut ita dicam)remique fugienda.I.V.250 a, Nauigium quod erat factum ſe remorum numero.& 263 a, Nullum remũ uacuum trahit.de Or.97 b,Intermiſſo impetu pulſuq; remorum.I.Nauis.Tuſcul.211 a,Remis nauim propellere:id eſt,remigare.

Renascor,ris.denuo naſcor, exorior, renouor. Attic.275 a, Primi cuiuſque mali excidendi cauſa eſt, ut aliud renaſcatur illo pejus.& 281 b,Renatum enim bellum eſt. & Epiſt. 174 b,Sed bellum iſtic renatum homines miràtur.de Som. 131 a,& Tuſc.159 a, Nã principium extinctum nec ipſum ab alio renaſcetur, nec ex ſe aliud creabit. Atticus 55 b, Qui mihi pennas inciderant,uolunt eaſdem renaſci.

Renavigo,as.Att.231 a, Per paucis diebus in Pompeianũ, Poſt in Puteolana,& Cumana regnare nauigare.

Renovo, as.Att.10 a, Renouabo operam.aliter renouabo.

Renes,num.de Nat.53 b,Humores, qui ex renibus ueſicatũ profunduntur:id eſt urina. Tuſ.188 a, Ex renib.laborare.

Renovatio, onis.redintegratio.de N.492 a, Quo rurſum renouatio mundi fieret.& de Cl.187 b, Vſurpatione & renouatione doctrinæ.Ep.176 a, Renouatio timoris magnam moleſtiam afferebat.

Renovatvs,a,um.inſtauratus.de N.38 a, Templum Honoris à M.Marcello renouatum. & Epiſt.192 a,Fœdus quod renouatum erat. de N. 49 a, Vaporibus altæ renouatęque ſtellę refundunt eadem.

Renovo,as.renouationem facio,interpolo,inſtauro,refrico, integro,redintegro,refero,repræſento.de D.109 b, Tum priſtinis orbati muneribus hæc ſtudia renouare cœpimus. In V.66 b, Hos inſtitui atque adeò inſtitutum referri acre nouari moleſtè ferunt. In V. 68 a, Renouare & inſtaurare aliquid. de Ar.248 b, Quorum de ſententia illa eadem renouata atque inſtaurata celebrantur. de Pro.73 a, Ne inſtauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus. pro Deiot. 145 a.Tu uetus hoſpitium renouare uoluiſti.& I.A.153 a, Athenienſiumque renouaui uetus exẽplum. ad Her.15 a,Vt renouetur, non redintegretur oratio. contra Rull.73 a, Renouare ueteres colonias, & deducere nouas. pro Mur. 127 b, Memoriam prope interemortuam generis ſui uirture renouare. pro Quin. 12 b, Nolo hanc rem commemorando renouare, cuius memoriam deleri oportere arbitror. de Orat. 142 a, Acerba ſanè recordatio ueterem animi curam moleſtiamque renouauit. de Orat. 127 a, Et animos iudicum ad Qu. Cæpionis odium, à quo erant ipſi propter iudicia abalienati, renouabam atq; reuocabam.de In.68 a, Animus aut renouatur ad ea quæ reſtant, aut omnibus iam dictis exuſcitatur. de In.47 b, Animus deſeſſus audiendo aut admiratione integratur, aut riſu renouatur. Antequam. 194 a, Quid ego improborum facta renouẽ oratione,aut redintegratione illius coniurationis animos uulnerem ueſtros? Poſt. 199 b, Qui ſuo fletu memoriam mei deſiderium q; renouaret.Ac. 41 a, Hæc incluſa habebam, & ne obſoleſcerent, renouabam cum licebat legendo. Ep.200 a, Renouare amicitiam. & 103 b,Renouare cõmendationem.& 5 a,Renouare bellum.At.10 a,Renouare operam.pro Mur. 132 a,Mithridates ſe rege Armeniorum adiuncto nouis opibus copijsque renouauit. Qu.F.313 b,Appius uult,inquã,renouare honores eosdẽ,quo minus togam prætextã quotãnis interpoller.

Renvnciatio,onis.nunciatio,In Ver. 84 a, Qui Mileſijs rẽ geſtam renunciaret. & ibidem: Renunciationemq; eius, quæ erat in publicas literas relata ,illorum legib. tolli iuſſerat.pro Mur.128 a,Non idem eſt ordo dignitatis & renũciationis.pro Plan.261 b,Renunciatio ſuffragiorum.

Renvncio,as.defero,nuncio,declaro.In Ver.69 a, Renuncio tibi te hodiernis comitijs eſſe abſolutum. Qu. Fr.300 b, Renunciari tibi Licinium plagiarum tributa exigere. Sulp.Ep.49 b, Poſteaquam mihi renunciatum eſt de obitu Tulliæ filiæ tuæ, &c.Ep.208 a, Qua in re & amorem eius in ſuſcipiendo negocio perſpexi, & fidem in cõficiendo ac renunciando. & 120 a, Eosq; Parthos eſſe ſenatui renunciauiſſe.I.V.94 a,Qui Mileſijs rem geſtam renunciarat. de D.123 b, Nunc imperant pullario,ille renunciat. Ep.134 b, Eo modo ſacerdos Climachias renunciatus eſt. de Or. 132 a,Renunciare aliquem conſulem.pro Pom.4 a,& I.V. 243 a,Prætor primus centurijs cunctis renunciatus ſum.I. V.243 a,Tu cum eſſes prætor renunciatus.I.V.126 b, Renunciare hoſpitium alicui,& domo emigrare.I.V.69 b,Renunciare conditionem.Atti.23 .Renunciare conductionẽ. de Ora.104 b,Renunciare Stoicis.I.A. 108 b, Cum legati renunciarint, quod certè renunciabunt, Antonium non eſſe in ueſtra poteſtate.I.A.221 a, Renunciare legationẽ.

Renvo.aſpernor.pro Pl.266 b,pro Cæl.43 a,Qui nullum cõpiuium renuerit, qui unguenta ſumpſerit, qui Baias uiderit. pro R.P.128 a,Quib.ſupercilijs renuentes huic decẽmillium criminj.

Reor,ris. puto,cenſeo,arbitror. Off.39 b,Illos in quibus eas uirtutes eſſe remur,à natura ipſa diligere cogimur.& Top. 227 b,Rentur eos eſſe,quales ſe ipſi uelint. de Orat. 150 a, Quem quidem antea rebar ita dicere,ut, &c. Acad. 44 a, Quintum genus Ariſtoteles quoddam eſſe rebatur. de D. 109 b, Quos quidem plures quàm rebar, eſſe cognoui.de Ar.255 a,Tum uerò eſt ratus ſe poſſe.At.103 a, Nicias nomen rebatur oppidi eſſe Piræa. de N.5 b,Rebantur enim fore,&c.ſunt uectes quibus ianuę clauduntur,& firmantur.

Repagvla. de D.96 a,In templo Herculis ualuę clauſæ repagulis ſubitò ſe ipſa aperuerunt.& I.V.222 a, Conuulſis repagulis effractiſq; ualuis demoliri ſignũ conantur.I.V.243 b,Perfringere omnia repagula iuris,pudoris & officij.

Repandvs,a,um.incuruus,reflexus. de N.17 b,Sopita cum pelle caprina, & calceolis repandis.

Reparo,as.recupero,iterum acquiro. I.V.163 a, Perdere id quod alio prætore reparare poſsit.

Repastinatio,onis. ſecunda oratio.nam repaſtinari aggeris dicitur, cuius natura fodiendo mutatur.de Sene. 88 a, Quid agri foſsiones repaſtinationesq; proferam?

Repedo,as.remeo,redeo.de L.187 b, Domum eam laude repedandum.

Repellio,lis.propello, propulſo,refuto, obuiam eo.)(.Infero.de Or.115 a, Aduerſarius,qui ſit & feriendus & repellendus.& pro Mil.116 a,Ego Clodij furorem à ceruicibus noſtris repuli.Antequam.292 b, Qui à ueſtro corpore iugum acerbiſsimum repulit ſeruitutis.Ora.200 a, Homines audaces ab eius templi aditu aſcenſuq; repulſiſti.pro Dom. 224 a,Hac ego religione non ſum ab hoc conatu repulſus. pro Cecin.291 a, Armis repellere,fugare,& auertere aliquem.In C.102 b,Cum te à conſulatu repuli. Offic.28 a, Gratuitatem retinere,iracundiam repellere. & 27 b, Vt ſeueritas adhibeatur contumelia repellatur,& pro Cor.61 b, Ipſæ enim leges te à cognitione ſua iudicio publico repulerunt. de Pro.70 b, By zantij Mithridatis impetum ægrè repulſum, & ceruicibus intercluſum ſuis ſuſtinuerunt. Qu.de Pet.313 b,Ab impediendo ac lędendo repelluntur. Off.13 a, Immanitas omnem humanitatem pellens. pro Mil.111 b,Repellere uim.)(. Inferre uim. pro Seſt.21 b, Vim ui repellere.& pro Mur.131 a,Repellere pericula.& de Fin.55 a,Repellere dolorem à ſe.de Orat.89 a, Repelli oratorẽ à gubernaculis ciuitatũ, & excludi ab omni doctrina.de Ora.148 b,Non repelletur inde quo aggredi cupiet.

Rependo,dis.reddo,repono. de Ora.134 a, Cui pro Gracchi capite erat aurum repenſum.

Repens,repentinus. Tuſ.196 a,Ne me imparatum cura lacceraret repens.& 201 b,Hoſtium repens aduentus.

Repente.de repentè,ſtatim,ſubitò,repentinò,noua quędam illa immanitas extorta eſt.I.Exorior.I.C. 113 a,Is recitatis literis conſcientia conuictus repente conticuit.& Of.24 b, Amicitiam magis decet ſenſim diffluere, quàm repente præcidere.I.A.173 a,Modò egens,repentè diues.& In Sal.275 a, Quibus rationibus repente tanquam ſomnio factus eſt tam affluens,& tam beatus. pro Syl.181 b,Iſta importunitas repente exarſit. & ibi. Iſta uis repente erupit.pro Cl. 20 a, Repente exorta eſt mulieris importunæ nefaria libido.Ep.49 a,Repente præter ſpem dixit,&c. I.V.63 b,Repente è ueſtigio.& 63 b,Ecce autem repente,&c.& ibi.Cũ iſte repente,&c.de Or.107 a,Repente & ſubitò.

Repentino,repentè. pro Qu. 3 a,Et moritur repentinò.

Repentinvs,a,um.improuiſus, inſperatus, inſpectatus, repens,inopinatus.de Or. 129 b, Quæ fuit illa quanta uis, quàm inexpectata,quàm repentina.contra Rul.78 a,& pro Dom.215 b,Vnde iſte amor tam improuiſus ac tam repentinus.Tuſc.200 a,& 196 a, Omnia repentina & inopinata grauiora.Epiſt.64 b,& 15 a, Non repentina aliqua uoluntate aut fortuito ad tuam amplitudinẽm meis officijs amplectendam incidi.pro Seſt.27 a,& pro Cl. 54 a, Repentina morte perijt.Offi.6 a,Leuiora ſunt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt,quàm ea quę meditata & præparata inferuntur. contra Rul.89 a, Et repentinus Sylla nobis exoritur.& de Cl. 187 a,Ignoti homines & repentini quæſtores celeriter facti ſunt.de In.65 a, Idcirco aliquẽ Callidiũ uocari, quod temerario & repentino conſilio ſit.

Reperio, ris. inuenio,perueſtigo.In Verr.171 b, Mihimet ineunda ratio & reperiẽda uia eſt,qua,&c.de N.22 b,Nec uos exitum reperitis, resq; tota uacillat ac claudicat.Epi. 153 a,Noſtrę ſollicitudinis hic finem reperiemus.Tuſ.173 b,Poſt diem tertium, qui ut illuxit,mortui ſunt reperti. de Fin.70 b,Reperiam multos uel potius innumerabiles, qui. &c.de Clar.170 b,In orationibus Catonis omnes oratorię uirtutes reperiuntur.de Cl.195 b,Sed ſi quærimus,cur,&c. cauſas reperiemus ueriſsimas duas: primum q̃, &c. aliud autem genus eſt,&c.Att.103 b,Quid ad hęc repereris?ſoluamus,inquis.de Clar.165 b,Quibus armis quemadmodũ uterentur non recipiebant. de Nat. 27 b, Si conferre uolumus noſtra cum externis,cæteris pares aut etiam inferiores reperiemur, religione autem multo ſuperiores. de Cl. 175 a, Idem traducti à diſputando ad dicendum inopes reperiuntur.& pro Fl.164 a, Tum uel hoc maximè moliuntur, ut ueſtræ mentes,ueſtræ ſententię optimo cuiq; inimiciſsimæ reperiantur. Atti. 283 a,Facilius in timore benigni,quàm in uictoria grati eſſe reperimur.

Repetitio, onis.ornatus rhetoricus.de Or.162 a, Eiuſdem uerbi crebra tum à primo repetitio, tum in extremum conuerſio.ad Heren. 28 a, Repetitio eſt, cum continenter ab uno atq; eodẽ uerbo, in rebus ſimilibus & diuerſis principia ſumuntur, &c.

Repeto, tis. peto, repoſco,reuoco.cum ad res ablatas & iudicia pertinet.de Cl.168 b, Cum res priuatæ iudicij repeterentur.In Ver.57 b, Quo nomine abs te ſeſtertium millis repeto.Antequam.193 b,Non peto ut mihi detis uiam, ſed datam repeto ut reddatis. In Verr. 57 a, Repetere ius ſuum.& pro Syl.84 a, Quæ erepta ſunt,non repeto.& pro Cl. 31 a, Repetere ab aliquo, quod ei dederis. & Offic.8 a,Repetere res ablatas bello.I.A.228 b, Ne mors quidem in repetenda libertate fugienda.pro Flacc. 166 a,Ac repetit eam,quam ego patri ſuo quondam pro ſalute patriæ ſpopondit

spopondi dignitatem. & pro Planc. 280 b, Repetere pro missa. ad Her. 9 b, Quod argentario obtuleris expensum à socio eius rectè repetere potsis. Antequam 193 a, Repetere officij præmium & fructum. pro Cluen. 39 a, Repetere ab aliquo rationem, de pecunijs repetundis. In Vat. 3 3 b, Cum ei, qui expectare uelit antè iniusta pœna luenda fit, quàm iusta repetēda, pro S.R. 29 b. & Antequā 195 b, Furia, quę parentum pœnas à conscleratis filijs repetant. pro Dom. 242 b, Vos qui maximè me repetistis atq; reuocastis.

REPETERE. petere, reuocare, replicare, à capite accessere, recordari. de Fat. 140 b, Longo interuallo hæc studia repeto. de Orat. 157 b, Transilire ante pedes posita, & alia longè repetita sumere. Tusc. 235 a, Huius sententiæ grauitas a Platonis autoritate repetatur. I. V. 225 a, De quo paulò altius ordiar, & repetam memoriam religionis. de Or. 85 a, Ac mihi repetenda ueteris cuiusdam memoriæ non satis expliсata recordatio. de Ora. 92 b, Neminem fuisse desertum dicebat, cum repeteret usq; à Corace nescio quo & Thysia. de Or. 151 a, Quorsum igitur spectat hæc tam longa, tam altè repetita oratio? Epi. 216 b, Expectare te arbitror hæc tam longè repetita principia quò spectent. In Ver. 65 b, Hæc maiorum consuetudo longo interuallo repetita atq; relata. Or. 197 b, Ac uideo hanc primam ingressionem meam non ex oratoris disputationibus ductam, sed ex media philosophia repetitam. Epi. 10 b, & pro Cecin. 286. Altius initium rei alicuius demonstrandæ petere. pro Cl. 29 a, Longo & alte petito procemio respondere. pro Cluē. 29 a, Atq; ut intelligas, &c. paulò longius exordium rei demonstrandæ repetam. pro Arch. 185 b, Nam quoad longissimè potest mens mea respicere, spacium præteriti temporis & pueritiæ memoriam recordari ultimam, inde usq; repetens uideo hunc, &c. de D. 80 b, Principio Assyrij, ut ab ultimis autoritatem repetam, motus stellarum obseruauerunt. de D. 85 b, Diuinatio est ab omni æternitate repetita. & 133 a, Somnia, quorum defensio repetita quàm longè est. de D. 128 b, L. Tarutius urbis nostræ natalem diem repetebat ab ijs partibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus. pro Sest. 9 b, Vereor ne quis fortè miretur, quid hæc mea oratio tam altè ac tam longè repetita uelit. Tusc. 173 b, 174 a, Repetunt ab Erichtheo Codrum, qui fc, &c. de Fin. 62 b, Repetere aliquid ab ultima antiquitate. & ad Her. 3 a, Repetere aliquid ab ultimo initio. & de In. 48 a, & ad Her. 3 b, & 11 b, & de Nat. 7 a. Repetere ab ultimo. ad Her. 12 b, Repetere aliquid nimium longè, & preter. de In. 59 a, Petere aliquando ultra quàm satis est, & repetere longius quàm necesse sit. Ep. 91 b, Repeterem initium amicitiæ ex parentibus. Ep. 3 2 b, Tamen quoniam ex alto repetita sunt, nonne, &c. de In. 42 a, Cum res ab nostra memoria propter uetustatem remotas ex literarum monumentis repetere instituo. de In. 62 a, Ac ueteres quidem scriptores artis usq; ab principe illo atque inuentore Thysia repetitos unum in locum conduxit Aristoteles. de Fat. 147 a, Licuit uel altius, utinam, &c. etiam suprà. utinam, &c. similiterq; superiore reperentem regredi in infinitum licet. pro Planc. 272 b, Tamen eum postea fuisse maximis in rebus arbitror, ut non ita mihi multum sit ex quæstu ræ laude repetendum. Ep. 181 a, Quantum memoria repetere præterita possum. & 72. Euentisq; aliorum memoria repetendis, nihil accidisse nobis noui cogitemus. de Or. 85 a, Et memoria uetera repetenti. de Na. 5 a, Quamobrem Vellei, nisi molestum est, repete quæ cœperas, repetam uerò, &c. de Fin. 137. a, Prætermissa repetimus, inchoata persequimur. Att. 242 b, Ego negabam oportere præterita repeti, & 217 b, Deinde somno repetito, simul cum sole expertectus sum. Parad. 12 a, Cum esset iuris & æquitatis repetita memoria. pro Deiot. 147 a, Obsecro Cæsar repete temporis illius memoriam. de Or. 86 b, Repetamque non ab incunabulis nostrę ueteris puerilisque doctrinæ quendā ordinem præceptorum. Atti. 242 b, Ego negabam oportere præterita repeti. Qu Fr. 300 b, Si omnium mearum literarum præcepta repetes, intelliges, &c. de Leg. 159 b, Natura iuris ab hominis natura repetenda est. de Leg. 159 b, Alte uerò & à capite repetis quod quærimus. de Leg. 160 a, Iuris ortum à fonte repetere. & ibid. Repetam stirpē iuris à natura. & 179 b, Cū scias à quo sit capitę repetendum. Itē: A principio, à stirpe, à capite, à fonte repetere, idest, arcessere. pro Mur. 131. & Epi. lib. 7. 100 a, Ferro rem repetunt.

REPETVNDARVM. de pecunijs repetundis, capræ pecuniæ. I. V. 17 b, L. Piso Frugi legem de pecunijs repetundis primus tulit. & de Cl. 174 a, Iudicium de pecunijs repetundis. I. V. 56 b, pro Cl. 39 a, Ab aliquo rationem repeti pecunijs repetundis. pro Cl. 48 b, Clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri, neq; hæc tua recusatio confessio sit captæ pecuniæ.

REPLEO, ples, refarcio. pro Sest. 20 a, Meministis tum iudices, corporib. ciuiū Tyberim repleri, cloacas refarciri. de Pro. 61 b, Ut uix exhaustas domos replere possent. pro Mur. 136 a, Qui consumpta repleri, erepta recuperare uellent. de Orat. 100 b, Vel passim licet carpentem & colligentem undique repleri ista iuris ciuilis scientia.

REPLETVS, a, um. pro Pom. 122, Referto foro, repletisq; omnibus templis.

REPLICATIO, onis. de Natura 8 b, Replicatio mundi: id est, conuersio.

REPLICO, as. repeto. pro Syll. 172 a, Si quæris qui sint Romæ regnum occupare conati, ut ne replices annalium memoriam, ex domesticis imaginibus tuenties. de Diuin. 106 b, Traductio temporis noui nihil efficiētis, sed primū quidq; replicantis. & de Leg. 190 b, Nam licet uidere si uelis replicare memoriam temporum qualescunq;, &c. Item: Quocirca dicendum est etiam sæpius, cum iudicaueris.

REPONO, nis. condo, colloco, refero. In Ver. 105 b, Columnæ deiectæ eisdem lapidibus repositæ sunt. de Nat. 51 a, Grues in tergo præuolantium capita reponunt. & I. V. 101 a, Sacra in capitibus reposita sustinebant. Att. 188 a, Si in libris tuis Aristophanem reposueris pro Eupoli. ad Her. 312, Et pro eo, id quod magis idoneum est, reponit. pro Sest. 16 b, Hinc Pompeius erexit, atq; insigne regium quod de suo capite abiecerat. reposuit. Epist. 104 a, Non enim puto te meas epistolas delere, ut reponas tuas. de Nat. 57 b, Scientia condendi ac reponendi fructus. Tusc. 235 b, In se ipso spem omnem reponet sui. Quin. Frat. 303 b, Omnes in uita mea partem aliquam tuæ uitæ repositam esse dicebant. pro Syl. 185 a, In uestra humanitate totam causam repono. Epist. 134 a, Respub. in ce reposita est. Attic. 161 a, Reponere aliquem in suis. de Orat. 126 b, Si placuerit, nos hanc defensionem in aliquo artis loco reponetis. & Post. 201 b, Vos in eo me loco, in quo uestris beneficijs fueram, ijsdem centurijs quibus collocaueratis, reposuistis. & pro Sest. 27 a, b, Quos equidem in deum immortalium cœtu ac numero repono. In A. 227 b, Nam, si ailj propterea laudantur, quòd pro libertate arma ceperunt, cur non M. Brutus in eadem causa reponatur? de Opt. 244 a, Tamen hunc in numero non repono. de Nat. 36 b, Reponere stellas in numero deorum In Ver. 195 b, Reponi in numero probrorum hominum. Bru. At. 285 a, Reponi in locum alterius. de In. 51 a, Reponere aliquid in numerum fabularum. de N. 9 b, Homines mortuos reponere in deos. Off. 57 b, Collocare aliquem in consilio cœlestium. & Qu. F. 96 a, Virtutes suas in deorum numero collocatas uides. & pro Cec. 287 a, Is curauit ut in eo fundo dos collocaretur. In V. 119 a, At uerò præclarum diem reposuisti, Verrea ut ageret.

REPONERE. rependere, reddere. Att. 207 b, Ergo hęc ad Varronem trāsferamus, Catulo & Lucullo alibi reponemus. Ep. 14 b, Ne tibi ego quidem reponam cum ueneris.

REPORTO, as. deporto, consequor. Post. 210 b, P. Lentulibeneficio non solum reducti sumus in patriam, sed equis in signibus & curru aurato reportati. & 212 a, Respubl. simul atq; reuocata est, me secum pariter reportauit. Sal. in Cic. 271 b, Italia Ciceronem exulem humeris reportauit. In V. 262 a, Ex tua calamitate cineri atq; ossibus filij sui solatium uult reportare. contra Rul. 78 a, Manubias non in ornamenta urbis conferre, sed ad decemuiros, tanquam ad domicilia reportare. In V. 131 a, Quæ tabula a te reuulsa, nunc à me reportata est. & 214 b, Statuerunt id secum in Syriam reportare. Att. 65 b, Exercitum à Britannia reportabant. pro Pom. 5 a, Ab aliquo uictoriam reportare. Att. 86 a, Reportare benuolentiam omnium ex prouincia. de Leg. 187 b, Nihil præter laudem bonis atq; innocētibus, neq; ex hostibus, neque à socijs est reportandum.

REPOSCO. repeto. de Ami. 102 b, Propensiores ad bene merendum, quàm ad reposcendum esse debemus. Postq. 26 a, Alter à me Catilinam amatorē suum reposcebat. I. V. 184 b, Bona sua reposcere ac persequi liti atq; iudicio. & 148 b, Reposcere rationem uitæ ab altero. I. V. 59 b.

REPRÆSENTATIO, onis. pecuniarum solutio. Attic. 196 b, Si Faberianum uenderem, explicare uel repræsentatione non dubitarem. At. 214 b, Dolabellæ nomen iam expeditum uidetur, ut etiam repræsentatione concludam.

REPRÆSENTO. tas, præsentem pecuniam soluo, præsentem alicui gratiam refero, gero, personam gero, aliquid re præsenti exhibeo, præsto Atti. 194 b, Reliquæ pecuniæ uiuam Sillio pendemus, dum à Faberio repræsentabimus. Epist. 262 b, Dies promissorum adest, quem etiam repræsentabo si aduenerit. Epist. 72 b, Neque expectare temporis medicinam, quam repræsentare ratione possumus. Attic. 196 a, Si qua etiam iactura facienda sit in repræsentando. In A. 182 b, Ego corpus libēter obtulerim, si repræsentari morte mea libertas ciuitatis posset: id est, restitui. recuperari. pro Se. 8 a, Erat eo tempore senatus in æde Concordiæ, quod ipsum templum repræsentabat memoriā consulatus mei. At. 251 b, Mihi uidentur istorum animi incendi etiam ad repræsentandam improbitatem suam. Item, Quod præsens tāquam in manu datur, iucundius est. Item: Legatus regis faciem secum affert. prouerbium.

REPREHENDO, dis. increpo, arguo, redarguo, accuso, uerbis castigo, exagito, insector, asperius appello, in crimen uoco, damno, condemno, culpo. pro Plan. 267 a, Nunc discessum meū quasi reprehendere & subacculare uoluisti. pro Cluē. 38 a, In eodem genere, in quo quis offenderit, alios reprehendere. Epist. 13 a, Et si accusandi sunt, qui, &c. magis etiā reprehendendi, qui, &c. Or. 199 a, Reprehendere & exagitare aliquem. Epistol. 68 a, Cum reprehendes ea, quæ uituperanda duces. de Nat. 7 b, Xenophanes de ipsa mente ita reprehenditur ut cæteri, de infinitate autem uehementius Part. 141 b, Reprehendi in aliquo uicio. de Nat. 58 b, Arripere aliquid ad reprehendendum. pro Lig. 140 b, Grauissimis uerbis aliquem reprehendere. At. 156 a, Visum te aiunt in regia, nec reprehendo, quippe cum, &c. In V. 244 b, & 245 a, Nunc nō modò te hoc crimine non arguo, sed ne illa quidem communi uituperatione reprehendo. Acad. 35 a, Laboro ut assentiar Epicuro: reuocat uirtus, uel potius reprehendit mu.

REPREHENSIO, onis. uituperatio. pro Mur. 126 a, Reprehensio uitæ, Attic. 156 a, Nec reprehendo, quippe cū ipse istā reprehensionem non fugerim. Offic. 29 a, At hoc idem Sophocles, si in athletarum approbatione dixisset, iusta reprehensione caruisset. Ep. 157 a, Dum à reprehensione temeritatis absum. de Fin. 49 a, Incurrere in uarias reprehensiones. Orat. 197 a, Vereri reprehensionem prudentum. In A. 244 a, b, Culpæ reprehensio & stultitiæ uituperatio. de Or. 152 a, Oratio concinna, distincta, ornata, festiua, sine inter misione, sine reprehensione, sine uarietate, &c. non potest in delectatione esse diuturna.

REPREHENSIO. pro refutatione seu confutatione oratoria. de In. 57 a, Reprehensio est, per quam argumentādo aduersariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut eleuatur aliter, alleuatur.

REPREHENSOR, oris. exagitator, accusator. pro Planc. 270 a, Vt patres reprehensores essent comitiorum. de Opt. 244 b, Huic labori nostro duo genera reprehensorum opponuntur. & Acad. 2 b, Restat etiam unum genus reprehensorum quibus Academiæ ratio non probatur.

REPRESSOR, oris. uindex. pro Sest. 28 a, Repressor cædis quotidianæ.

REPRIMO, mis. contineo, comprimo, coerceo. Epist. 38 b, Hos ego sermones lacessiui nunquam, sed nō uale de repressi. Ep. 154 b, Quæ si aduentus meus repressérit, agā gratias fortunæ. de Fi. 49 b, Quod semel admissum coerceri reprimiq; non potest. In Ver. 208 a, Itaque furor eius paululum repressus est. pro Sest. 23 a, Qui furorem exultantem repressit. Attic. 67 a, Nunc reprimam susceptam obiurgationem. Att. 117 a, Fuga, quæ parabatur, expressa est. pro Pom. 6 a, Impetus hostium reprimere ac retardare. & Br. 91 a, Repressi impetum, ardoremq; restrinxi. pro Cæl. 52 a, Memoria non extincta illa quidē, sed repressa uetustate. pro Mur. 131 b, Quem L. Murena repressum magna ex parte, nō oppressum reliquit. In C. 103 b, Hæc reip. pestis paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi potest. de Arusp. 143 b, Reprime impudentiam alicuius. & de Som. 137 b, Reprimere fletum. & pro Sest. 25 a, Vix homines odium suum à corpore eius impuro repressérunt. de D. 122 b, Reprimere fluuium reduntantem.

REPROBO, as. improbo, reijcio. At. 33 a, Qui cum Zenonis fuisset auditor, reprobauit illa, quæ ille, &c. de Fin. 53 a, Quod ipsa natura adsciscat & reprobat: id est, uoluptatem & dolorem. de Am. 100 b, Atq; hoc quidem omnes mortales & intelligunt, & reprobant, aut reprobant distinctè legendum est, aut probant simpliciter. nam reprobant, coniunctè, contra sententiam est.

REPROMISSIO, onis. restipulatio. pro Qu. R. 51 a, & 54 b.

REPROMITTO, tis. restipulor, stipulanti promitto, uel spondeo. de Cl. 166 a, Non me herculè tibi repromittere illuc quidem ausus sim. pro Quint. R. 51 a, Repromittis tu ab hinc triennium Roscio, recita istam restipulationem clarius. Postq. 203 a, In referenda gratia hoc uobis repromitto semperq; præstabo, me, &c.

REPTITIVS, tij Sallustius in Cic. 270 b, Quasi unus reliquus ex familia uiri clarissimi Scipionis Africani, ac non reptitius, accitus, & paulò antè insitus huic urbi ciuis. reptitium uocat, ut abiectum, & humili loco natum inuit; quiq; clāculum in ciuitatem irrepserit homo nouus. I. Arreptitius.

REPVDIATIO, onis. reiectio. pro Muræn. 126 a, Repudiatio supplicium, superbiam amicorum neglectio improbitatem coarguit. Att. lib. 1.

REPVDIO, as. recuso, respuo, aspernor. pro Cec. 264 a, Cum te obstitisse & repudiasse dicis, certè hunc uoluisse concedis. Offic. 18 a, Iracundia omnibus in rebus repudiāda est. Or. 198 a, Eloquentia forensis spreta à philosophis & repudiata. Att. 34 b, Sed ego hoc non repudio. & pro Quin. 8 a, Conditionem æquissimam repudiare. Or. 199 a, Funditus repudiare aliquid. de Orat. 143 a, Consilium senatus à repub. repudiare. Repudiare.)(. An plecti I. Amplector. Or. 217 b. Repudiare.)(. Assumere. pro Cl. 60 a, Cuius uota preces à uestris mentibus repudiare debetis.

REPVERASCO, scis. ad puerilem ætatem redeo, puer fio. Ora. 110 b, Eosq; incredibiliter repueraſcere esse solitos. de Se. 94 b, Si quis deus mihi largiatur, ut ex hac ętate repueraſcam, & in cunis uagiam. alter, repueriscam.

REPVGNANS, tis.)(. Consentaneum, congruens, consequens. de Fat. 142 a. I. Consequens. & Acad. 12 a, pro Cæl. 39 b, Contrariæ diuersęq; atque inter se repugnātes naturę. Ex repugnantibus locis. 222 a, & 225 a, de Orat. 124 a.

REPVGNANTER, inuitè. de Am. 113 a, Alterum patienter accipere, non repugnanter.

REPVGNANTIA, tię. pugna, cōtentio. Offic. 58 a, Panętius in duxit eam, quę uideretur, non quę esset repugnantiam. I. A. 164 a, Sed qui tantarum rerum repugnantiam non uides nihil sapis. Offi. 55 a, Nec id quod uerè honestum est. fas est cum utili repugnantia comparari.

REPVGNO, as, aduersor, obsisto, reclamo.)(. Pugno cōsequor. Ep. 61 a, Quare non ego oppugnaui fratrem tuum, sed fratri tuo repugnaui. & pro Rab. 93 a, Repugnare & resistere crudelitati. pro Qu R. 53 b, Resistere & repugnare contra ueritatem. & de Fi. 110 a, Qua facilè posset repugnari obsistiq; fortunę. Att. 131 a, Regiones eiusmodi obtinere, è quibus repugnemus. de Fin. 143 a, Illud uehementer repugnat esse beatum & multis oppressum doloribus. Top. 222 a, Repugnat enim rectè accipere, & inuitum reddere. de Orator. 155 b, Qui aliquid repugnante natura faciunt. de Orat. 125 b, Aduertantem & repugnantē capere. Ac. 11 b, Non enim quisquam repugnat. Att. 130 b, Vt pars ad te accedat, ut nō pugnet, sed locis suis repugnet. Offic. 68 a, Aduersante & repugnante natura. Atti. 130 b, Pugno.)(. Repugno.

REPVLSA, sæ. offensio, repudiatio à Magistratu. de Or. 134 b, P. Rutilius repulsam tulit. Tulit. 238 b, Cum bonus uir suffragijs prēteritur, non ille à uano populo repulsam fert potius quàm, &c. con. Rul. 66 b, Qui sine repulsa consules facti sunt, & I. P. 79 b, Qui omnes honores sine repulsa obtinuit. Off. 15 a, Qui cum offensiones, tum repulsas quasi quandam

quandam ignominiam timent & infamiam. pro Pl. 268 b, C. Marius duas ædilitias accepit repulsas. & ibi. Aedilitia repulsa. Item ibi. Accipere offensionem in ædilitate. Repulsam ferre & præteriri. In A. 234 a, Præteriri à populo, prætura deijci, repudiari, adhærere.

Repvlsvs, a, um. reiectus. Deteriores & repulsi qui fuerint. I. Deterior. de Ar. 256 b, & 257 a.

Repvlsvs, sus. de Diuin. 83 a, Scopulorum sæpe repulsu. poetæ.

Repvngo, gis. uicissim pungo. Ep. 15 a, In quo possem illorũ animos mediocriter lacessitus repungere.

Repvto, as. recogito, recolo, cogito, puto. pro Deiot. 151 a, Hæc ego reputo, & dies & noctes cogito. Post. 211 a, Quibus ego rebus obiectus multa mecũ ipse reputaui. Epi. 111 a, Tamen non reputans quid ille uellet, permanebam, &c. de N. 49 a, Hũc horũm nihil unquam reputauisse certò scio. pro Pom. 8 a, Satis opinor hoc esse laudis atque ita reputo, ut uos hoc intelligatis, Lucullum à nullo, &c. Ep. 7 b, Cum tibi nil merito accidisse reputabis. Tus. 173 b, Humanæ uitæ uaria reputantes mala. In Sal. 274 a, Ita non est facile reputare, utrum, &c. de Sen. 82 a, Tum etiam in senecta hoc reputo miserrimum, sentire, &c.

Raqvies, etis, requiem & requietem, quies. Attic. 16 a, Tantum requietis habeo, quantum cum uxore & filiola consumitur. de Orat. 104 a, Philosophorum autem libros referuet sibi ad huiusmodi Tusculani requiem atque ocium. pro Arch. 188. Quantum temporis alijs conceditur ad requiem animi & corporis. Epi. 70 b, Vel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quærit ex magnis occupationibus. de Fi. 137 b, Si requietem natura non quæreret. de D. 85 a, Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas. Offic. 33 b, Oblectatio animi requiesq; curarum. & Am. 115 b, In amicitia Scipionis requies mihi plena oblectationis fuit.

Requiesco, scis. conquiesco, acquiesco. I. V. 331 b, Cum diutius in eo negocio curaq; meram, ut requiescerem curamq; animi remitterem ad Carpinatium reuertebar. Att. 136 b, Ego tandiu requiesco, quandiu ad te scribo. pro Cæl. 54 a, Qui hoc unico filio nititur, in hoius spe requiescit. de Or. 130 b, Requiescam in Cæsaris sermone, tanquam in aliquo peropportuno diuersorio. I. A. 22 a, Hortari aliquem ad re quiescendum. & de Or. 85 a, Initium requiescendi fore. At. 16 b, Solicitudines & angores amicorum consiglio & sermone requiescunt. pro S. R. 35 a, Nullam partem noctis requiescere. Tus. 171 b, Requiescere in sepulchro. & ibid. Vbi corpus requiescat à malis. Of. 52 b, Requiescere à rei publicæ muneribus. de D. 101 b, Puella defatigata petijt à matertera, ut sibi concederet paulisper, ut eius sella requiesceret. Att. 132 a, Crede mihi, requiesco paululum in his miseriis, tecum quasi loquor.

Requietvrvs. contra Marcellum, teste Prisc.

Requiro, ris. quæro, postulo, flagito, deposco. Topicor. 221 a, A me eorum liberorum sententiam requisisti. & Epist. 70 b, Te requisiui sæpius, ut uiderem. pro Cæl. 52 a, Ex quibus requiram quonam modo latuerint. pro Dom. 213 b, Primũ illud à te requiro, quæ tanta, &c. Att. 171 b, Signum requirent aut manum, dices ijs, &c. Tusc. 232 b, Qui beatus est, non intelligo quid requirat ut sit beatior. In V. 201 b, Non requirebat ille cupido lenonis domũ. At. 200 a, & pro Qu. 10 a, Constantia animi non requiritur. Epi. 8 a, Nõ tam mihi molestum fuit accusari abs te officium meum, quàm iucundum requiri. I. P. 85 a, Cum experrecta tandem uirtus clarissimi uiri & uerum amicum & optimè meritum ciuem & suum pristinum morem requisiuit. Br. 281 b, Breues litteræ tuæ, breues dico: immo nullæ, &c. & requiris meas. Ora. 199 b, Desiderium, quo conficior, congressus uestros, consuetudinem uictus, doctissimos sermones requirens tuos. Of. 117 a, In quo equidem maiorum nostrorum sæpe requiro prudẽtiam. At. 86 a, E quibus unum ἱστορικὸν requiris. de Ora. 132 a, Cum gregales eum in campum non uenisse requirerent. Qu. Fr. 301 a, Successorem habes perblandum, cætera uale illius aduentu tua requirentur.

Res, rei. ratio, causa, genus, bona. Ora. 203 b. Sine re nulla uis uerbi est. Tus. 234 b, Rem opinor spectari oportere, nõ uerba. ad Her. 23 b, Nihil neque ante rem, neque præter rem locuti sumus. pro Qu. 3 a, De tota illa re atque ratione Gallicana inter se communicant. & ibi. b, Dediscere de omnibus rebus rationibusq; societatis. de Orat. 118 b, Cum rem penitus causamq; cognoui, &c. Att. 147 b, Et ad eam rationem existimabã satis aptam esse personam meam. & ibid. Magis idoneum quàm ego sum, ad eam causam profectò reperies neminem. pro Fl. 156 b, Cum ipse se in illa ratione iactaret. pro Mu. 135 a, Qui dies fuit postea, &c. quem tu non totum in ista ratione consumpseris? pro Qu. 42, Hic cum rem Gallicanam cuperet reuisere, &c. Par. 114 b, Qui honestè rem quærunt mercaturis faciendis. pro S. R. 37 b, Et ex eo non paulùm nescio quid in rem suam conuertit. Post. 206 a, Qui suam rem non minus strenuè quàm publicam confecit. Epi. 146 b, Tum enim cum rem habebas, &c. & ibi Dum tam æquo animo bona perdas. de Orat. 134 b, homo fatuus, postquam reum habere cœpit, est mortuus. Ep. 136 b, Rem habere, bona perdere. Et 100 b, & pro Mur. 131 a, Rem repetunt ferro. pro qu. 2 b, Erat ei pecuaria res ampla & rustica sanè bene multa & fructuosa. & 5 b, Iudicium de re pecuniaria est. pro Pom. 14 a, Cum neque priuatam rem maritimam, neque publicam iam obire possemus. pro Clu. 59 a, Summa est enim hominis in communem municipijs rem diligentia. in singulos municipes benignitas. & ibi. Qui res pecuniarias in agro Latinari habẽt. pro Cæl. 46 b, Reuocet se aliquando ad curam rei domesticæ, rei forensis, rei publicæ. de Sen. 89 b, Xenophontis liber de re tuenda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur. de A. 98 b, Quo cum mihi coniuncta cura de re publica & de priuata fuit. Tus. 164 a, & de Fin. 81 a, Res familiaris ministra & famula corporis. de Or. 117 b, Res familiaris mea. In A. 111 a, Constituere rem familiarem suam. Tusc. 128 a, Res domestica, & familiaris. Off. 51 b, Res autem familiaris, quæri debet his rebus à quibus abest turpitudo. At. 57 a, Refimiliari comminuti sumus. de Na. 77 b, Honoribus auctis, aut re familiari. ad Brut. 289 a, Rei familiaris iactura tolerabilis est. & Epist. 132 b, Res familiaris ualde exigua. Att. 140 a, Res priuatæ: id est, bona priuatorum. de Or. 106 b, inuisere res rusticas delectationis causa. & de Sene. 88 b, Liber quẽ de rebus rusticis scripsi. de D. 124 a, b, Rem bellicam administrare. de Or. 95 b, Rem militarem discere. & 102 b, De rebus ad rem militarem pertinentib. pro Pomp. 9 a, Rei militaris scientia. In. V. 244 a, Res naualis. Item: Rem naualem administrare. Attic. 64 a, Res diuina. Item, Senex ad rem diuinam dicit se uelle discedere. & de N. 69 a, Facere rem diuinam alicui deo. At. 118 a, Si rem frumentariam tibi ex prouincijs suppeditari uis. ad Br. 189 a, Inopia rei frumentariæ. Off. 67 b, Vt res nummaria de communi sententia constitueretur. pro S. R. 32 b, Tecum mihi res est S. Rosci. de Cl. 194 b, Cum Hortensio mihi magis arbitrabar rem esse. Epi. 138 b, Cum homine edaci tibi res est. pro Fl. 155 a, cum ciuitate mihi res est acerrima. pro Sest. 11 a, Erat huic res cum exercitu C. Marij. & ibid. Erat mihi contentio cum operis conductis. pro Cæl. 48 a, Cum aliquo aliquid rationis habere. pro Cæl. 48 b, Rem tanti celeris nemini fuisse credendam. de Sen. 77 b, Versus quibus affatur Flaminium ille uir, haud magna cum re, sed fide plenus. Epi. 9 b, Rem te ualde bene gessisse rumor erat. & 7 a, Si rem istam ex sententia gesseris. Epist. 31 a, Omnibus ei de rebus, quas curari à me uoles, mandata des nelim. Ep. 22 b, Non ædepol quãtam egeris rem, &c. Or. 218 a. Nihil ad rem extrema illa longa sit an breuis. & Tus. 240 a, Quam bonũ nihil ad rem. Ep. 55 b, Re præstare aliquid. I. Re. Ora. 206 b, Adolescens non tam re & maturitate, quã spe & expectatione laudatus. pro Dom. 242 a, Omnes qui aut re aut spe sunt boni, pro Cl. 27 a, Seruius, ut ipsa res demonstrauit frugi. de D. 91 a, Ita res somnium comprobauit. de Or. 91 a, Vide ne plus ei tribuas, quàm res & ueritas ipsa concedat 92 b, Id si difficile nobis est, sit tamen in re positum atque natura. de Or. 86 b, Etenim ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio. Off. 48 b, Non esse duo mi lia hominum, qui rem habeant. I. P. 91 a, Vir fortis in primis bellij ac rei militaris peritus Qu. Martius. pro R. P. 128 b, Augere rem bonis & honestis rationib. Res commentatia. Diuin. lib. 1. 62. contraria est, Res facta. Res copulata & confatalis. Fat. Res difficilis & obscura. de Finib. lib. 1. Senex ad rem diuinam dicit se uelle discedere. Attic. 64 b, Res familiaris nix equestris. 9 Fam. Familiaris res mea. 2 de Or. & 11 Fam. D. Bruti. Res familiaris augeatur ratione, diligentia, parsimonia. Offi. Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita referenda, ut pateat omnibus. Offi. 2. Res familiaris ministra est & famula corporis. Tusc. q. li. 1. Res familiaris non libidini potius luxuriæq; quàm liberalitati beneficentiæq; pareat. Offic. 1. Res familiaris primum bene parta sit, nullo neque turpi questu, neque odioso. Off. 1. Res familiaris quàm plurimis, modò dignis, se utilem præbeat Off. 1. Res familiaris quæri debet ijs rebus, à quibus abest turpitudo: conseruari autem diligentia & parsimonia: eisdẽ etiam rebus augeri. Off. 2. Frumentaria res. ad Atti. libr. 8. Res idonea de qua quæratur. Aca. q. ed. 11. lib. 2. Res illustris & facilis. de Finib. lib. 2. Res inusitata. de Fin. lib. 3. Res iudiciaria. 4. in Ver. Res luctuosa. Di. li. 2. Res magnifica & salutaris. Diu. lib. 1. Res eo melior, quo maior sit. lib. 1. de Finib. Res militaris. Acad. quæst. edi. 1. lib. 2. & Tusc. q. lib. 1. Res naualis sue nautica. 7. Verr. Res alia ex alia nexa. de Na. deo. 1. Res notissima. Tusc. quæst. lib. 1. Res noua atque admirabilis. Diu. li. 2 Res pecuaria & rustica. pro Qu. Res in uulgus peruulgata. de Fi. li. 2. Res uilis atque contempta. Læ. Res omnis quæ ornatè & grauiter dici debeat, oratoris propria. 2. de Orat. Res aut honos agatur. pro Quint. Quod si tua res non ageretur, à te potius postularet, ne amplius, quàm singulas, quam ab Apronio, ut plus quam ternas decumas darent. 5. Verr. Vt res cœpit ire. Læl. Res eos iam pridem, fides deficere nuper cœpit. 2. in Catilinam. Res quibus contemptus sine inuidia excitetur. 1. ad Heren. Si ita res feret. Tusc. quæst. lib. 1. Vt nunc res se habet, admirabili illi gloria est. 2. ad Attic. 54. Res ipsa loquebatur. 15. Fa. Res ipsa apud te pro me loqueretur. 3 ad Attic. Si res postularet. Tusc. q. lib. 1. & Læl. Res recidat in unius imperium. de Arus. respon. Res autem hæc est. 13. Fam. Res eodem est loci quo reliquisti. 1. ad Attic. Danti sceleris res nemini fuit credenda. pro Cælio, Si enim mihi cum Peripatetico res esset, qui, &c. 4. Acad. Reuocare se ad curam rei forensis, Reipublicæ. pro Cælio: Rei frumentariæ causa. 6 Fam. Rei frumentariæ inopia. pro Dom. Rei magnitudo longam orationem desiderat. 2 ad Attic. Rei militaris occupatio. Aca. quæst. edi. 1. lib. 2. Rei totius scena hæc. 8 Fa. Cælij Rei militaris scientia. pro Lege Manil. Rei turpitudo. 2 ad Heren. Rei alterius deesse, 13. Fam. contra rem alicuius uenire. 2. Phil. Qua oratione minimè necessaria prætermissa, ea quæ rem continent, pertractemus. Tusc. q. libr. 4. Rem populum docendo. 3 de Leg. Rem potiorem oratione ducas. 11. Fam. Matij. Rem enim opinor spectari oportere, non uerba. Tusc. q. lib. 5. Rem à me sæpe deliberatam, & multum agitatam requiris. Acad. q. ed. 2. li. 1. Rem obiectam, perspicuam approbare. Acad. quæst. edi. 1. lib. 2. Si ex eo non paulùm nescio quid in rem suam conuertit. pro S. Rosc. Rem ad summam negotij uides. 11 ad At. In rem præsentem uenire. Offic. 1. de Orat. Rem cum eo conficiatis, ut quam possessionem habet in agro Fregellano à uobis emptam, eam liberam & immunem habere possit, &c. 13 Fam. Ad rem gerendam qui accedit, caueat ne id modò cõsideret, quàm illa res honesta sit, sed etiã ut habeat efficiendi facultatem. 1 Offic. Non esse in ciuitate duo milia hominum qui rem haberent. Offic. 2. 108. Rem peragunt. 2 ad Her. Qui honestè rem quærunt mercaturis faciundis. Parad. Rem transigere. pro Quin. Rem bellicam administrare. 2 de Diuin. Facere rem diuinam alicui deo. 3 de Nadeor. Rem familiarem dilabi finere flagitiosum est. Offi. 2. Rem miseram malas causas semper obtinuit, in optima cõcidit. ad Attic. lib. 7. Conficere rem suam non minus strenuè, quàm publicam. Post red. Rem uetereẽ comederit. 11 Fam. Re bonus. p Domo sua: Re doctus. 13 Fam. Superius illud ea re esse concessum. Acad. quæst. edi. 1. lib. 2. Req; ex utraque parte audita. de Fin. lib. 1. In cœlum translatos nõ re, sed opinione esse dicunt. 3. de N. Re consentire, uerbis discrepare. de Nat. deor. 1. Vt in omnibus factis re, non re ste moueamur. de Fini. lib. 2. Oratio me istius philosophi non offendit, re mihi non satisfacit. lib. 1. de Finib. Qui re omissa nomen tantum tenent. Diuin. lib. 1. Sed re succumbere non oportebat, uerbis gloriantem. Tuscul. quæst. libr. 2. Vtraque re ualuisti. de Nat. deo. 2. Quem re ac factis longe aliter iudicauissent. Parad. Re ac ratione cum aliquo esse coniunctum. 4 in Verr. 124. Tam re esse triste quàm uerbo. ad Att. Aduersari habet Quintius uerbo Sex. Nœuium, reuera huiusce ætatis homines disertissimos, ornatissimos nostræ ciuitatis, qui cõmuni studio, sumnis opibus Sexum Nœuium defendunt: &c. pro Quint. gesta sunt. Verbo ille reus erat: re quidem uera, & periculo, & tota accusatione Oppianicus. pro Cl. Quam quum poscebat, uerbo illam poscere uidebatur, reuera iudicia poscebat. 2. Verr. At si dares hanc uim M. Crasso, &c. esse, qui re uera non esset hæres in foro (mihi crede) saltaret. 3 Offic. Quod iste M. Marcelli, & P. Africani monimenta, quæ nomine illorum, reuera populi Rom. & erant, & habebantur. 3 Verr. Verbo & simulatione poscere & reuera contraria. in Verr. 5 Re ipsa est. 9. Fam. Qui recuset, eum profectò, tametsi uerbo non audeat tamen reipsa de maleficio suo confiteri. pro Ros. Amer. A re ciuili abhorrere. 3 de Or. Vides Eruci quantum distet argumentatio tua à re ipsa atque à ueritate. pro Rosc. Amer. Versus quibus affatur Flaminium ille uir, haud magna cum re, sed fide plenus. de Senect. Quandiu de nugis, de re enim nihil habeo quod loquar. 13 ad Attic. Ex re & ex tempore consilium capere. 9 ad Atti. Neque tantum est in re, quantus est sermo. 2 ad Att. In re optimum quæritur, in homine quod est, dicitur. Orat. Turpe ualdeq; uitiosum est in re seuera conuiuio dignum, aut delicatum aliquem inferre sermonem. Offic. 1. Hiud magna in re Cat. 1. id est, in fortuna tenui, & angustia rei familiaris, ita ut in augenda re, non auaritiæ prædam, sed instrumentum bonitati quærere uideretur. pro Rab. Posth. Antonij colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. ad Atti. lib. 14. Animaduerteram posse pro re nata, te non incommodè ad me in Albanum uenire. ad Attic. lib. 7. Res gestę dignę triumpho. 6. ad Attic. Res gestę hodierni diei. 2 ad Qu. Fra: Res iudicatę. 2 ad Heren. Res omnes obnoxię superstitionibus 2. ad Heren. Res quę moueant risum. 1 ad Heren. Res quę non prodeũt in aciem. 6. Fam. Res memoria propagatę. ad Octau. Si enim res ita se habeant. Acad. quęst. edit. 1 libr. 2. Res abditę & obscurę. Acad. quęst. edit. 1. lib. 2. Res asperę reijciendęq; . de Finib. libr. 5. Res commentitię. Acad. quęst. edit. 1 libro 2. Res euidentes. Acad. q. edit. 1 libro 2. Res expetendę fugiendęq;. Aca. quęst. edit. 2 lib. 1. Res ex quisitissimę ad epulandum. de Finibus lib. 2. Res formidolosę. Tusc. quęst. lib. 4. Res quę gignuntur è terra. Acad. q. ed. 2 lib. 1. Res illustres, quibus opponuntur obscurę. Acad. quęst. edit. 1 lib. 2. Res inusitatę. Aca. q. ed. 2 lib. 1. Res magnę non uiribus, aut uelocitatibus, aut celeritate corporum geruntur, sed consilio, autoritate, sententia. Cat. 16. Res mobiles & concitę. Acad. q ed. 2 lib. 1. Res multę atque magnę. Acad. q. ed. 1 libro 2. Res ad uiuendum necessarię. Offic. 3. Res obscurę & incertę. Diuinat. lib. 1. Res occultę, ab ipsa natura inuolutę. Academ. quęst. edit. 2 libro primo: Res à natura occultę & latęres. de Finib. lib. Res ante oculos positę. Acad. q. ed. 2 lib. 1. Res priuatę, publicę, forenses, domesticę. Offic. 1 & 9. ad Attic. Res prosperę & ad uoluntatem nostram fluentes. Offic. 1. Res in negocijs gerendis, plus quàm uerba profunt. Academ. quęst. edi. 1 libr. 2. Res rectę atque laudabiles eò referuntur omnes, ut cum uoluptate uiuatur de Finibus. 1. Res uetustate robustę. Diuinat. libro 1. Res salutares, cui opponuntur pestiferę. de Natura deorum libro secundo: Res signatę in mẽte. Tusc. quęst. lib. 1. Res Turbidę. Diuin. libr. 1. Rerum appetitus oriuntur à mente in homine, in belua quiddam simile mẽtis. de Nat. deo. 2. Rerum auctores, non fabularum. 3. de N. deor. Rerum copia, uerborum copiam gignit. 3 de Ora. 68 Rerum discrimen. 2 Fam. Rerum formę & figurę efficiuntur ex atomis. de Nat. deo. 1. Rerum expetendarum & uitandarum genera tria. 2 de Inu. Rerum bonarum & malarum genera tria. Partit. Rerum cęterarum paterfamilias prudens & attentus. pro Quin. pro in rebus cęteris. Rerum exercitatio. pro Deiota. Rerum gerẽdarum initia omnino aut à uoluptate, aut à dolore proficiscuntur. de Finib. lib. 1. Rerum memoria oratoris propria. 2. de Ora. Rerum molitio

molitio. de Nat. deo. 1. Rerum innumerabiliu n multitudo. Acad.q.ed.1.lib.2. Rerum communis natura, uniuersa atq; omnia continens.de Nat.deo. 1. Rerum natura nullam nobis cogitionem dedit finium, ut ulla in re statuere possimus quatenus. Aca.q.ed.1.li.2. Negat tãtam similitudinem in rerum natura esse.4 Acad. Esset aliquid in rerum natura quod ab homine effici non posset. 3 de Natu.Rerum notiones. Acad.q.ed.2.lib.1. Rerum & publicarum & suarũ acerbitas.6 Fam. Rerum prolatio.7 ad Att. Rerum ratio in historia quem ordinem desideret. 2 de Or. Rerum similitudines quomodo ad memoriam imaginibus exprimendæ. 3 ad Her. Rerum tractatio admirabiliorem orationem efficit.Ora. Rebus perspicuis & euidentib.duas causas aduersari. Acad.quæst.ed.1.lib.2. Rebus præsentibus adiungere atque annectere futuras. Off.1.Rebus nouis noua sunt ponenda nomina.de Nat.deo. 1. Res quas orator habere debeat.I.ad Heren.Res suas sibi habere,libelli remittendi formula.2 Philip.Res iudicare.5 Philip.Res cum aliquo iungere.pro Deiot.Res bonas uerbis electis grauiter ornateq; dictas quis non legat.lib.1.de Finibus.Res laude dignas gerere,Acad.q.ed.2.lib.1. Quum res nõ bonas tractent similes bonorum uideri nolunt.Aca.q.ed.1.li. 2. Res humanas percepras penitus & pertractatas habere.Tusc.quæst.lib.3. In res meas eum incitarent.2 ad Attic.Res nouas quærere, & rem uetterem deuorare.11 Fam.Res nouas cõiectura referan da,ut pareat omnibus.Or.213 b, Non aut referare.Et Ennio.I.A.209 a,Vt referare nos exteris gẽtib. Italiã iubere.

Reservo,as.seruo,conseruo.ad Brut.189 b,Omnino tempora integram tibi causam reseruant. & Epi.78 a,Rem totam uobis integram reseruaui. & 11 b, Vt integram mihi de cã Campania ad suam reditum reseruarem. pro Sex.Ros.12 a, Si quid est quod ad testes referret, ibi nos, &c.pro Cec. 290 a, Is testis expectatus & ad extremum reseruatus, dixit, &c. pro Sex. Rosc. 43 b, Ad eam re rem uos reseruati estis? pro Syl.182 a, Quod ad tempus euistimationis partæ fructus reseruabitur? contra Rul.63 a, Idcirco aliu iudicibus prætermissam putant, quod sit ipsis reseruata. pro Pl. 261 b, Ego quoque inquam, ad ea te tempera renocati, ad quæ te ipse seruaras. & ibid. Si te temporibus alijs reseruasti. pro Sest. 14 a, Atq; ille uitam suam ad reipublicæ statum reseruauit.pro Cæl.50 a, Dij præsentis fraudis pœnas in diem reseruant.de Prou.79 a, Initiatis in iudicium tempus reseruare.Qu.Fr. 321 b, Minutio me & Labeoni reseruabam.de Or.104 a,Philosophorum autem libros reseruet sibi ad huiusce modi Tusculani ocium.Ar. 20 a, Hoc autem in congressum nostrum reseruabo. Qu.Fr.310 b,Sed cætera ut tu scribis, præsenti sermoni reseruentur, hoc tamen non queo differre.& pro Mur.134 b, Aut suam operam accusationi reseruant.in V.252 a,Est certa lex,quo hoc reseruetur. Orat.212 a, Vsum loquendi populo concesi,scientiam mihi reseruaui.pro Fl.166 b,Nomen clarissimum reipublicæ reseruate.pro Sest.9 a,Quid hoc homine facias,aut quò ciuem importunum reserues? Ar.12 b,Erras Clodi,nõ te iudices urbi,sed carceri reseruarunt.

Resideo,des.sedeo, confideo, assideo, desideo,remaneo.de Fin.91 b,Sed resideamus,inquit,si placet, itaque fecimus. Ar.173 a, In oppido aliquo mallem resedisse.pro S.Ro.38 a,Residere,deinde spaciari.In Salu.173 b, Omnia quæ commota fuerant,pace & ocio resederunt.I.C.99 b,Nam si te interfici iussero,residebit in rep. reliqua coniuratorum manus.I.C.103 b, Periculum autem residebit,& erit inclusum penitus in uenis atque in uisceribus reip. pro Dom. 125 b, Cum horum etiam tectis ac sedibus residere aliquod belli semper uideretur.pro Cor.55 b, Si ea lex quam nos habemus,eadẽ in populo aliquo tanquã in fundo resedisset. de Sene.90 a,Cuius nõ in sententia solùm, sed etiã in nutu residebat autoritas.Tus.171 a,In corpore mortui nullus residet sensus.& Epi.72 a,Si in morte sensus ullus residet.Qu. Fr.295 b, Res gestæ, in quibus nulla poteſt residere metuendæ suspicio.& ad Bru.289 a, Cũ tantũ resideat intra muros mali.Att.285 a,Cuius culpa in te residet. I P. 97 a,Si mores resedissent,amnes exaruissent.Ar. 229 b, Vt ue quas inimicitias residere in familiis arbitretur.pro Dei. 145 a, Nemo unquam te placauit inimicus,qui ullas resedisse in te simultatis reliquias senserit.pro Mil.111 a,Cur non ante occurrisse in uilla resideret.Ar.14 a,Huius incõmodi culpa ubi resideat,facilius possum existimare, quàm scribere. Ante. 107 b,O misera uitæ ratio, quæ tamdiu resides in uoluptate.Epist.62 a,Si quid residet in te amoris erga me. Ep.184 b,Etiã nũc residet spes in uirtute tua.Epi. 63 b,Facilè plus officij residere apud me patior. Tusc. 196 a, Cũ timor animo resedisset.&Ep.112 b,Marcel.imperus resederũt.Ante quã.193 b,Quomodo spes salutis cæteris residebit? cũ &c.

Residere,uel resideri,pro feriari.I.Denicales.

Residvvs,a,um.reliquus.Ep.150 b,Cupio nullam residuam solicitudinem esse.& 15 a,Cum illud odium,quod ego effudisse me omne arbitrabar,residuum tamẽ insciente me fuisset.contra Rul.77 b,Quid relatum , quid residuum sit. pro Cl.37 a,Locus ab iudicibus Fausto Syllæ de pecunijs residuis non est constitutus.& ibid.Causa pecuniæ publicæ.

Resigno,as.aperio,soluo.)(.Obsigno. Att. 176 a , Nã quòd literæ resignatæ sunt,habet , opinor , eius signũ Pomponia. pro Arch.187 a, Cum Gabinij leuitas & calamitas omniũ tabularum fidem resignasset.

Resilio,lis.refugio.pro Sex.Ros. 31 b , Scopulum offendis eiusmodi,ut non modò ab hoc crimen resilire uideas,uerũ omnem suspicionem in uosmetipsos recidere intelligas.

Resipisco,scis.ad me redeo,me colligo. Attf. 103 a, & pro Sest.20 b,Cum primum resipuisset.Att. 27 b , Vix aliquando te autore resipui .

Resisto,stis.repugno,obsisto,obuiam eo par sum. Attic.104 b,Serò resistimus ei,quem aliuimus contra nos. contra Rul. 69 a,Vis tribunitia nonnunquam libidini restitit consulari & ibid.Obstitit.pro Mur.144 a, Nihil est iam,unde nos reficiamus,aut ubi lapsi resistamus. Epi. Cæteris iniurijs,quæ propositæ sunt à Catone,facilè,ut spero,resistemus.Att.23 a,Restitit & peruicit Cato.de Ora.113 a, Consilia, quibus illi Tribuno pleb.pro republica restitissem. pro Qu.R. 53 b,Resistere & repugnare contra ueritatem. Ep.73 a,Fortiter resistere dolori.Epist.51 b.Sed opprimor interdum , & uix resisto dolori. Ep.60 b , Fratri tuo reipublicæ causa resisti.& 155 a,Resistere hostibus . de Fin. 117 b , Sed ego in hoc resisto . Tusc.224 a,Beata uita resistet extra fores carceris.Ar.102 a,His ille rebus ita conualuit, ut nunc in uno ciue respublica ad resistendum imbecilla sit : quæ mallem tantas ei uires non dedisset, quàm nũc tã ualenti resisteret. & 180 a , Non possum tantum dolori resistere . Item : Qui prædonibus pares esse non potuerunt .

Resolvo,uis.soluo,dissoluo. I.A. 255 a,Senatum quæ sic antea pollicitus legionibus nostris,ea summo studio reipublicæ recuperata resoluturum.aliter,persoluturum.

Resonans,tis. Qu. Fr. 298 a, Theatrum natura ita resonans ut usq; Romam uoces referantur .

Resono,as.personо,percrepo.Tus.169 a, & 190 b, Cum uenenum obbibisset,reliquum sic è poculo eiecit , ut id resonaret. & Tus.182 a,Gloria uirtuti resonat tanquam imago. pro Arch.189 a,Saxa & solitudines uoce respõdẽt.de Clar. 179 b, In uocibus nostrorum oratorum recinit quiddam & resonat urbanius . de D. 115 a, Iam neruos in fidib. alijs pulsis resonare alios,&c.de N. 55 a, Sonus in fidib.restudine resonatur,aut cornu.de N.56 a, Cornua, quæ ad neruos resonant in cantibus.

Respecto,as.respicio.pro Sest.5 b, Verùm hæc ita præterea mus,ut tamen intuentes & respectantes relinquamus . pro Plan.168 a, Ne par his munus in sua petitione respectent. de Senec.94 b,Antonius uerò non me deserens sed respectans in cœlum profectus est .

Respectvs,ctus.ratio,religio,Respectus, aspectus qui retro conuersis oculis fit.I.A.204 a,itaq; cum respectum ad senatum & ad bonos non haberet,eam sibi uiam ipse patefecit ad opes suas amplificandas , quam uirtus liberi populi ferre non posset. Item:Sin est in me ratio reip.religio priuati officij,&c.de Or.229 a, Crassus parcebat aduersarij dignitati,in quo ipse seruabat suam . & ibid. Habere hominum rationem & temporum.de D. 94 b, Fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore. ad Bru.90 b,Meus quidẽ animus in acie est,neq; respectum ullum quærit,nisi me utilitas ciuitatis fortè conuerterit.

Respergo, gis . aspergo, perfundo, conspergo .I.V..256 a, Cum prætoris oculos prædonum remi respergerent . I. A. 184 a, Quorum sanguine os uxoris respersum esse constabat. & de Orato. 143 b . Simulachrum sanguine respersum .

Respersio,onis.de D.118 a, Habes & respersionem pigmẽtorum & rostrum suis,& alia permulta. de Leg. lib. 2. 182 a,Ne sumptuosa respersio , ne longæ coronæ , nec acerræ prætereantur .

Respersvs,a,um.asperſus.pro S.R.29 b,Penè dicam respersas manus sanguine paterno uideant oportet.

Respicio,cis. retro aspicio, uideo, cerno, rationem habeo, reputo,respectum habeo iudicium de utilitate reip. habeo, perspicio. Post. 205 a,Ex superioris anni caligine & tenebris lucem in rep.respicere cœpistis.Tusc.229 a,Tam longè retro respicere non possunt.Epis.165 a, Cum uastitatem Italiæ respexerint. de D. 90 b, Tum ei dux ille præcepit,ne respiceret.de Ar.243 b, Sed uecors repentè constitit deinde respexit & simul ad Cn.Lentulum Cos.aspexit. & de D. 95 b,Respexitq;,& equum alacrem lætus aspexit. de D.95 a,Et noctu ad oppidum respicientes , flagrantes onerarias uidebatis.pro Arc.185 b, Quoad longissimè potens mens mea respicere spatium præteriti temporis.ad Bru. 90 b,Maiores partes animi te Cassiumq; respiciunt . pro R. P. 129 a,Cæsarem in tanta fortuna sua aliena , respicere magnum est.de N. 35 a,Epicurus non aptissimus ad iocandum,mini meq; respiciens patriam.I.V.176 a, Saltem populi Romani commoda respicite , si socijs prospicere non laboratis. pro Plan.278 b,Respicere salutem suam. Ep.150 b,& I.A. 182 b,Respice quæso aliquando rempub.Antoni. I. V. 153 a,Cauere alicui , & respicere eum. Att. 11 b,Nisi quis nos deus respexit.Atti.98 b,Nisi deus respexerit remp. Ar.281 b, Quod ipsum si remp.cui suspectus,es respicis , tibi iam iamq; faciendum est.de L.175 b,Respiciens ad opem ferẽdam.de Fin.81 a,b, Si adeundum erit uitæ periculum , netum quidem te respicies ? & cogitabis , &c. Epistol.27 b, Quod rogas , ut respiciam generum meum , adolescentem optimum &c .

Respiratio,onis.interpũctio, interspiratio , & illa quæ hic enumerat Cicero.Orat.201 b , Distinctæ alios & interpuncta, interualla,moræ,respirationesq; delectant. de N.31 a, Aer enim oritur ex respiratione aquarum , & earum quasi uapor habendus est . de Vn. 198 a, Neq; erant aere circumfusa extrema mundi, ut respirationem requirerent.

Respiro,as.spiritum duco,animum de cœlo duco , anhelo, uiuo,animum erigo,recreor. de N. 53 a Aspera arteria accipit animam eam,quę ducta est spiritu,eademq; à pulmonib.respirat ac reddit . & 54 a,Animi pars reddit respirando,pars concipitur cordis uẽriculo.de Fi.100 a,& 110 b,qui demersi sunt in aqua, respirare non possunt . de Fini. 60 a,& pro Qu.60 b,Improbitas nunquam finit eum respirare,nunquam acquiescere.& pro S.R.22 a,Respirare libere. Qu. Fr. 319 b,Romę respirandi locus non est . pro Qu. 162 a,Alicui uix respirandi potestatem dare. ead. 110 b,Cũ autem Dolabella uenit in mentem,paulum respiro.Ar.154 b,Accepi literas,& paulum respiraui.pro Clue.56 b,Hoc modo innocentię defensio interclusa respirat. Epi. 79 b,Si ciuitas respirauerit,dignitate tua frui tibi licebit . pro Clu. 60 a,qui erigere animum,& paulum respirare à metu cœpit.de Ar.255 a, Respirare a metu cędis , emergere a fluctibus seruitutis , reuiuiscere,&c.pro Sest. 19 a, Respirasse homines uidebantur,nondum re,sed spe reip. recuperandę pro Qu.9 b, Cupiditas atq; auaritia respirasset paululum. pro Mil. 110 b, Respirauì , liberatus sum. I.A. 218 a,Ne punctum quidem temporis oppugnatio respirauit . Parad. 119 a,Tuæ tibi occurrunt iniurię , quę te respirare non sinunt . Atti.39 b,Respirabo,si te uidero .

Resplendeo , des. refulgeo. de Fini. 69 b,Resplendeat his uestis.aliter,respondeat.

Responddeo,des.refero , responsum do , responsum reddo, rescribo, renuntio,occurro, refuto , conuenio . dicam igitur ad ea quę sunt à te dicta , par esse , paria reddere uel facere.Att.10 a,b, Quęris ex me quid acciderit, &c.ego respondebo tibi ὑστερον πρότερον ὁμμηρικῶς. Epist. 17 b,Quãquam qui istinc nunc ueniunt , partim te superbum esse dicunt , quòd nihil respondeas , partim contumeliosum, quòd

208 a, Quare nisi iam profecti sunt, retinebis homines. de L. 160 b, Quin labebar longius, nisi me retinuissem. Ep. 6 b, Illum suspicantem te ab se alienatum, illa epistola retinuisti. Acad. 30 a, Quos natura ipsa in officio retinere non potuisset. Off. 73 b, Qui retinendi officij causa cruciatum subierit voluntarium. pro Qu. 13 b, Cogitent ita se graues esse, ut si ueritatem uolent retinere, grauitatē possint obtinere. de D. 124 a, Ius augurum reip. causa conseruatum ac retentum, & ius retinendæ maiestatis. Off. 21 a, Ludendi est etiam quidam modus retinendus. de Am. 109 b, Retinent tamen charitatem in pastores. Offi. 41 a, Qui summos uiros cum infimis pari iure retineret. pro Cec. 297 a, Ea tametsi uerbis interdicti non concluditur, tamen sententia iuris ei autoritate retinetur. pro Cl. 38 a, Pecuniam acceptam nomine iudicij retinere atque supprimere. pro Cor. 61 a, Sui quēq; iuris, & dimittendi & retinendi esse dominum. Tuscul. 148 a, Studia retenta animo, remissa temporibus. de Fin. 64 a, Qui mos à posterioribus non esset retentus, Arcesilas eum reuocauit. Tus. 244 b, sunt autē hæ de finibus, ut opinor, retentæ defensæq; sententiæ. I. V. 155 a, Retinere ius suum contra aliquem: id est, obtinere. Ep. 68 a, etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinent, quasi enumeratione fastorum. i. delectat.

Retorqveo, es. reflecto. I. C. 104 b, Catilina retorquet oculos sæpe ad hanc urbem. de Sene. 94 b, Quo quidem me proficiscentem, non sanè quis facilè retraxerit, & tanquam pilam retorserit.

Retractatio, onis. reuocatio, recognitio. Tuscu. 244 b, Vt sine retractatione liberè dicere auderent, sapientes esse semper beatissimos. At. 212 b, Conficies igitur & quidem sine ulla dubitatione & retractatione. & I. A. *

Retractatvs, a, um. limatus. Att. 252 b, Ibidem σύναγμα misi ad te retractatius.

Retracto, as. iterum tracto, recognosco, refrico. pro Mur. 137 a, Nunc tertius ille locus de criminibus ambitus a me retractandus est. Itē, ἀρχέτυπος, crebris locis inculcatus & refectus, sed tamē idē σύνταγμα misi retractatius. Atti. 124 a, Sed hæc omittamus, augemus enim dolorē retractando.

Retraho, his. retro aut in contrariam partem traho, abstraho, reuoco. pro Cæl. 51 a, Licinium cum iam manum ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisse. Ep. 70 a, Non habeo certum, quæ te res hinc maximè retrahat. I. Ant. 207 b, Hic ita mœstus redijt, ut retractatus, non reuersus uideretur. de Sen. 94 b, Quō quidem me proficiscentem, haud sanè quis facilè retraxerit, ne ut tanquam pilam retorserit. de Fi. 76 b, Scipio Annibalem in Africam retraxerit. & I. V. 268 b, A se retractum esse, &c. pro Sest. 10 b, Retrahere aliquem à repu. Par. 242 a, Genus hoc calliditatis & calumniæ retrahatur in odium iudicis.

Retrecto, as. detrecto. Tusc. lib. 1. Siue retrectabis, siue properabis, subauditi, moriendum est.

Retribvo, is. rependo, refero. pro Qu. R. 52 a, Non mihi detraham, cum illis exactæ ætatis seuerissime fructum quem meruerunt, retribuā. Antequam. 192 b, Fidei conducit, in loco debitū retribuere. & 193 b, Retribuere quod debetis.

Retro. a tergo. de D. 99 b, Tum ei deus præcepit, ut pergeret protinus: quid retro atque a tergo fieret, ne laboraret. Ep. 124 a, Retro ad alpes uersus iter mihi incidit. de Som. 128 b, Orbes qui uersantur retro contrario motu atq; cælum. In Arat. Sed conuersa retro cœli semper loca portat. de N. 65 b, Cum eadem uicissim retro commeant. Tus. 229 a, Tam longè retro respicere non possunt. Tusc. 245 b, Vt omnia quæ sine honestate sint, longè & retroponenda censeat. de Fi. 144 a, Vide rursus retrò dato, hoc dandū erit & illud. Part. 232 a, Et idem quasi sursum uersus retroq; dicatur. de Vn. 197 a, Vicissim id est, πάλιν αὖθις.

Retrorsvm, retro. de N. 42 b, Deinde retrorsum uicissim ex æthere aer oriuntur.

Retrvrsvs, a, um. reconditus. I. V. 77 b, Simulachra deorum iacent in tenebris ab isto retrusa atq; abdita. & Qu. de Pe. 211 b. Abditum & retrusum. de Or. 92 a, Hæc sunt penitus in media philosophia retrusa atq; abdita.

Retvndo, dis. obtundo. I. C. 111 a, Idem gladios in rempub. districtos retudimus. & pro Syll. 183 a, Cuius nuper ferrū retudi. pro D. 226 a, In me omnia, quæ ego quondā retudrā, cōiurationis tela adhæserūt. At. 261 a, In præsentia tel. lē iste puer retūdit Ant. pro Cl. 43 a, Censorij styli mucronem multis remedijs retuderunt. Ep. 190 b, Retundere improbitatem alicuius. & 115 a, Quo facto retudit sermones.

Retvsvs, a, um. obtusus. de Di. 97 a, Aliæ quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retusa.

Reveho, his. refero. de Cl. 185 a, Sed ad paulò superiorem ætatem reuecti sumus, nunc ad eam, de qua aliquantum locuti sumus, reuertamur. & I. V. 217 b, Diana Segestam Cathagine reuecta.

Revello, lis. reuelli. refigo. I. V. 211 a, Reuelli claustra, effringi furores. & pro Murēn. 131 a, Ianua, qua effracta & reuulsa, tota pateret prouincia. I. P. 84 b, Id autem templum sublato aditu, reuulsis gradibus, armis tenebatur. I. A. 196 a, nisi septis reuulsis introiri non potest. I. P. 85 a, Decorpore alicuius tela reuellere. Ep. 219 b, Tabulani in quanomina ciuiū incisa erāt, reuelli iussit. pro Cec. 198 a, Ciuiis cōtinēndum putat, is uincula reuellit iudiciorū. I. V. 205 b, Nec prius illā crucem, quæ fixa est ad portam, reuellitis. & Ep. 219 b, Reuellere tabulā fixam. Att. 79 a, Honorificisq; uerbis omnes iniurias reuellimus superiores.

Revenio, nis. redeo. de Or. 69 b, Cum miles domum reuenisset, egissetq; lege in hæreditatem paternam. & 100 a, Cum postea Mancinus domum reuenisset.

Revera. reapse, reipsa. Ep. 32 b, Et reuera confir. nata amicitia, & profecta fide commemoratio officiorum superuacua est. & I. V. 114 a, Etenim reuera, &c. pro Quin. 1 b, Aduersirium habet Quintius uerbo Sex. Nævium, reuera huiusce ætatis uiros fortissimos, &c. pro Cor. 65 a, Cuius igitur ci men est: reuera nullius, actione accusatoris, eius unius, qui donauit ad Her. 8 a, Hæc enim eo modo exponi, quomodo reuera gesta sunt. Ep. 4 b, Qui nunc populi Rom. nomine, re autem uera sceleratissimo latrocinio, si qua conabuntur agere, &c. I. V. 161 a, Cuius mortis causam fugitiui sustinent, re quidem uera nemo dubitat, quin. pro Cl. 28 b, Verbo ille reus, re quidem uera & periculo, & tota accusatione Oppianicus. At. 50 b, Cum reuera ita sit, &c. In eo non tu quidem tota re, sed temporibus erraſti. I. Erro. I. A. 211 b, Milites præsidio sunt specie consuli, re & ueritate nobis. Para. 117 b, Qui hæc commutabilia pecuniæ membra solo uerbo bona putauerunt appellanda, cum re ac factis longe aliter iudicauissent. pro R. P. 126 b, Sint illa magna quæ reuere magna sunt. pro Qu. 10 b, Hæc ille si uerbis nō audet, re quidē uera palam loquitur. pro Qu. R. 59 b, Hanc rē oratione & opinione augere licet, re & ueritate mediocrē inuenietis. pro Do. 227 b, Quando igitur est turpe? reuera quando est pœna peccati, opinione autem hominum, si est pœna damnati. I. V. 79 a. Nomine meum.)(. Reuera tuum. I. V. 74 a, Verbo poscere.)(. Reuera poscere. I. V. 177 b, Verbo & simulatione.)(. Reuera. pro Plan. 174 b, Tempo ris causa. Reuera. pro Qu. R. 50 b, Hæc quæ dico, cogitatione inter se differunt, re uerò copulata sunt. de Fa. 144 b, Quod si minus uerbis, re cogitur cōfiteri. Para. 122 b, Nec hoc est tam re, quàm dictu inopinatum atque mirabile. de Somn. 131 b, Crassus tum cognomine dives, tum copijs.

Reverentia, tiæ. honor, obseruantia. Off. 20 a, Adhibenda est igitur quædam reuerentia aduersus homines, &c.

Reuereor, ris. uereor, colo, cultu quodam & honore dignor. de Or. 118 a, Dicam enim non reuerens assentādi suspicionē. At. 33 b, Sed mihi nihil est molestius, quàm Statim manumissum, nec meum imperium, omitto imperium, non si multatem meam reuereri saltem. ad Her. 29 b, Difficile est uirtutem reuereri, qui semper secunda fortuna fuisus. de In. 70 b, Obseruantia, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur & colimus. & 82 b, Per quam aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur. Tus. 164 a, Multe aduersa reuerens oratio.

Reversio, onis. reditus.)(. Profectio. I. A. 153 a, Exponam uobis breuiter cōsilium & profectionis, & reuersionis meę At. 256 b, Reditu uel potius reuersione mea lætati sunt. de Nat. 46 a, Sol binas in singulis annis reuersiones ab extremo contrarias facit. de Fin. 86 a, Cum omnium siderum eodem unde profecta sunt, fiat ad unum tempus reuersio. de N. 64 b, Reuersio & motus febrium.

Reverto, tis. reuertor, remigro, reuenio, aduenio, recurro, refero me. pro Syl. 177 a, Reuersionem facio. Att. 121 a, Ipse fero me. pro Syl. 177 a, Reuersionem facio. Att. 121 a, Ipse ne quō inciderem, reuerti Formias. Tus. 249 a, Multi semel egressi, nunquam domum reuertere. pro S. R. 21 b, Legati Ameriam re inorata reuerterunt. de D. 86 a, Itaque persæpe reuertit ex itinere, cum iam, &c. Epi. 84 b, Deinde ut in eam ciuitatem uiri boni, & nulla ignominia notati non reuertantur, in quam tot nefariorum scelerum condemnati reuerterunt. & 39 a, Dicuntur omnes reuertisse. & 70 b, Epheso Laodiceam reuertit. Epi. 161 a, Ad illum animum meum reuerti pristinum. & 141 b, Nisi ad superiorem consuetudinem reuertisses.

Revertor, ris. reuerto, reuenio, redeo, refero me, reuersionem facio, remigro. pro Muræn. 145 b, Vnde cum honore discesseris, eodem cum ignominia reuerti. Attic. 193 a, Ad propositum reuertas, festinationi meæ & breuitati literarū ignosces. de D. 90 a, Discedo parumper à somnijs, ad quæ mox reuertar. pro Do. 240 b, Sed ut reuertar ad ius publicum, &c. pro S. R. 38 a, Vt ad me reuertar, &c. de In. 83 a, Vtilitas aut in corpore posita est, aut in extraneis rebus, quarum tamē rerum multo maxima pars ad corporis commodum reuertitur.

Revincor, ris. conuincor. pro Arch. 187 b, Quære argumenta, si qua potes: nunquam hic nec suo, neque amicorum iudicio reuincetur.

Revivesco, scis. fruticor, renouor, reuiuisco. de Pro. 76 a, Quæ quanquam sunt abscissæ, tamen efferunt se aliquando, & ad renouandum bellum reuirescent. ad Heren. 34 b, Reipublicæ rationes, quæ malitia nocentum exaruerant, uirtute optimatum reuirescunt.

Reviso, sis. inuiso, iterum uiso. Att. 17 a, Reuise nos aliquando. & 19 b, & Ep. 17 b, Att. 203 a, Quare cum poteris, reuises nos. pro Qu. 4 a, Hic cum rem Gallicanam cuperet reuisere, &c.

Revivisco, scis. reuixi, in uitam redeo, renascor. I. P. 94 a, Is ubi galli cantum audiuit, auum suum reuixisse putat. & Postq. 240 b, Si reuixissent hi, qui hæc penè delerunt. ad Br. 15 b, Sed ne patri quidem meo, si reuiuiscat, concessetim. & de Fin. 119 b, Si reuiuiscāt illi, &c. I. A. 255 b, Vt facilius reuiuiscat Pompeianorum causa totiens iugulata. pro Mil. 117 a, Qui si eadē lege reuiuiscere posset, lata lex nunquam esset. Ep. 49 a, Vt speciem aliquam uidear uidere quasi reuiuiscentis reipub. Epist. 88 a, Vt iam simul cum repub. necessario reuiuiscat atque recreetur. de Nat. 45 a, Cum autem sol illuxisset, tum ut reuixisse sibi uiderentur. I. V. 268 b, Cum ex illorum, metu mortis, quasi luce libertatis recreatus reuixisset. Att. 76 b, Aduentu nostro reuiuiscunt iustitia, abstinētia tui Ciceronis. At. 90 b, Ciuitates suis legibus fuetæ, αὐτονομίαν adeptę reuixerunt. I. A. 209 b, Senatus ad autoritatis pristinæ spē reuiuiscit. de Ar. 255 a, Reuiuiscere, respirare à metu cædis, emergere à fluctibus seruitutis. p Sest. 18 b, Res erat & causa nostra eo loci, ut erigere oculos & uiuere uideretur. Para. 123 a, Reuiuiscat M. Curius, &c. Off. 326 a, Templa in quibus reuiuiscente iam libertate: deinde rursus oppressa, senatus nihil consulitur.

Revocatio, onis. Tu. 197 b, Reuocatio ad cōtemplandas uoluptates.)(. Auocatio à cogitanda molestia. I. A. 246 b, receptui signū aut reuocationē à bello audire non possum 9.

Revoco, as, retraho, deuoco, seuoco, deduco, detraho, refero. Ep. 143 b, Postea quam de meo cursu reipubl. sum uoce reuocatus. & 150 a, Equitatū reuocaui. pro D. 242 b, Vos qui maximè me repetistis atque reuocastis. contra Rul. 87 b, Qui prouocati à me uenire noluerunt, reuocati saltem reuertamur. pro Mur. 129 b, Vnde tu me uocasti, inde ibi ego te reuoco. de Pro. 71 b, Deducere & reuocare aliquem de prouincia. & 73 a, Illum ex Gallia suis sententijs non detrahebant. & 75 a, Nihil est quod eum de prouincia deuocent. Post. 209 a, Qui me à morte uitam, à desperatione ad spem reuocauit. Ep. 107 b, Sed si morbum depulero, facilè (ut spero) illa reuocabo. de Cl. 195 b, Hortensius reuocare se ad industriam cœpit. de Ora. 153 b, Meque ad meū minus pensumque reuocabo. de Cl 155 b, Ego me ad pristina studia reuocaui. de Cla. 294 b, Studium philosophiæ nunquam intermissum, à primaque adolescentia cultum & semper actum, hoc rursus summo autore & doctore reuocaui. Tus. 148 a, Retuli me ad ea studia, quæ retenta animo, remissa temporibus, longo interuallo intermissa reuocaui. de Orat. 127 b, Iudicum animos ad Qu. Cepionis odium, à quo erant ipsi propter iudicia abalienati, renouabam atq; reuocabam. de Opt. 244 a, Ad quam eos quasi formulam dicendi reuocent. pro Syl. 175 b, Animum incitatum ad ulciscendam orationem tuam, reuoco ipse. & At. 283 a, Reflecto. I. C. 113 a, Reuocare aliquem à furore uel à scelere. pro D. 141. Identidem se ipse reuocando, dubitans, &c. Ep. 85 a, Scripsi de te parcè & timide, non reuocans me ipse, sed penè refugiens. pro D. 216 a, Nonnulli illam rem an illam rationem coniecturamque reuocabant, qui, &c. At. 15 b, Simultatque se ipse commouit, ad seque reuocauit. Epist. 107 b, Reuocare uires amissas. Tusc. 156 a, Reuocare mentem à sensibus. Att. 46 b, Reuocare aliquem à turpi cōsilio. I. A. 141 a, Quis reuocante & receptui canente senatu pro peret dimicare? de Fin. 73 b, Reuocare omnia ad sciētiam. de D. 138 b, Hæc ratione explicari, & ad naturam reuocari facilè possunt. de Orator. 112 b, Non omnia quæcunque loquimur, ad artem & ad præcepta sunt reuocanda. pro Cec. 292 a, Ad incertum reuocari possessiones omnium. Offic. 69 a, Hoc ego nihil inutilius puto, cum ad ueritatem cœpi reuocare rationem. pro S. R. 37 a, In minimis reb. etiam negligentia in crimen mandati iudiciumque infamiæ reuocatur. Attic. 275 a, Quod senatus non censuit, id arrogantēr non præiudicio, neque refero ad arbitrium meum. Qu. Frat. 300 b, Testor omnes deos, me hac una uoce à morte esse reuocatum, quod, &c. pro Clu. 20 a, b, Eam non filij dolor, non filiæ mœror à cupiditate reuocauit. Offic. 27 b, Danda igitur opera est, ut etiam si aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio. de Am. 207 b, Aliquis omnia ad suam pœnitentiam reuocans.

Revolo, as. retro uolo. de N. 51 a, Dux ipse quia non habet ubi nitatur, reuolat.

Revolvor. conuoluor, contorqueor. de Natur. 47 a, Draco subter supraq; reuolues sese. de Or. 121 a, Omnia ab hoīe ad communes generum summas reuoluentur. Aca. 6 a, Ita imprudens eò quo minimè uult, reuoluitur. de Ora. 120 b, Nec quotiens causa dicenda est, totiens ad eius causæ seposita argumenta reuoluī nos oportet. de Diu. 111 a, Primum eodem reuoluēris. nam, &c. & Tusc. 150 b, Reuoluī eodē. ad Her. 11 a, Neque eodem identidem reuoluamur. & Att. 212 a, Reuoluor identidem in Tusculanum.

Revs, rei. ille unde petitur, qui causam dicit, qui lege aliqua tenetur, maleficus, qui aliqua culpa tenetur erroris humani. pro Muræ. 133 a. I. V. 127 b, Si quis absentem Sthenium rei capitalis rerum facere uellet. & pro Planc. 270 b, Cur is abs te reus non factus est? Epist. 223 b, Vt socrus adolescentis rea ne fiat. de Orat. 125 a, Reos autem appello, non eos modò qui arguuntur, sed omnes quorum de re disceptatur. & 138 a, Reos appello, quorum res est. pro Syl. 182 b, Parens tum Catilinæ reo de pecunijs repetundis fuit aduocatus. Antequam. 193 a, Non citatur reus audaciæ, uirtutis reus citatur. de Ar. 253 b, Clodius cum propinquis suis decidit, ne reos faceret. & 253 b, Laudare reum. pro Sest. 10 b, Cum equester ordo reus à consulib. Citaretur. pro Mil. 108 b, Reus Milonis lege Plotia fuit Clodius, quo ad uixit Q. F. 323 b, Facere aliquem reum de ambitu. & pro Clu. 38 a, Qui causam de ambitu dixerunt. In C. 103 a, Leges quę de ciuium reorum supplicio rogatæ sunt. ad Atticum, 275 b, Alienæ igitur culpæ me reum facis. ad Attic. 64 b, Domitius à Memmio reus. I. V. 258 a, Referre aliquem absentem in reos. & In A. 171 a, Absens in reos relatus. pro Quint. Rosc. 52 a, Petitor.)(. reus. I. V. 62 b, & pro Muræn. 135 a, Reus nocens. Epistol. 100 b, Ego omnib. unde petitur hoc consilij dederim, ut, &c. & de Orator. 98 b, Illi unde petitur, &c. pro Mil. 109 b, Milo reus ad populum accusante P. Clodio. & 110 a, Milo reus ē præclari facti. & 111 a, Tota denique rea citaretur Hetruria, &c. pro Dei. 151 b, Hieras totam causam suscipit, & criminibus illis pro rege se supponit reum.

Rex, gis. dominus. Offic. 41 a, Apud Medos, ut ait Herodotus, fruendæ iustitiæ causa uidentur olim bene morati reges

ges constituti. pro Sest. 16 a, Rex sedens cum purpura & sceptro, & illis insignibus regijs, præconi publico subijcitur. Off. 68 b, Ecce tibi qui rex populi Romani dominusq; omnium gentium esse, concupierit. pro Pomp. 8 b, Regum afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciunt ad misericordiam, ut regale ijs nomen magnum & sanctum esse uideatur. Ep. 183 a, Non regno, sed lege liberati uidemur: interfecto enim rege, regios omnes nutus intuemur. pro R. P. 127 a, Regum hæc sunt imperia, Animaduerte & dicto pare, & præter rogitatum, si querare: & illæ minæ, si te secundo lumine hic offendero moriere. & At. 117 b, Cæsaris interdicta, si secundo lumine hic offendero, respuentur. de Fi. 105 b, Rectius enim appellabitur rex, quã Tarquinius, qui nec se nec suos regere potuit.

Rex sacrorum. qui reb. sacris præest. de Ar. 246 a, L. Claudius rex sacrorum. & pro D. 220 b, Rex sacrorum.

Rex ærarij, qui ærario custodiendo præest. cont. Rul.

Rhadamanthvs, thi. iudex apud inferos. Tusc. 150 a.

Rhamnvsivs Antiphon orator, à Rhamno opp. Græciæ. de Cl. 168 b.

Rheda, dæ. genus uehiculi. In A. 271 b, Sequabatur rheda cũ lenonibus. & pro Mil. 196 b, Obuius fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis. & ibi. cum Milo cum uxore ueheretur in rheda penulatus, &c. Attic. 77 a, Hanc epistolam dictaui sedens in rheda. Attic. 89 a, Hic Vedius uenit mihi obuiam cum duobus essedis & rheda equis iuncta.

Rhedarivs, rij. pro Mil. 106 b, Aduersi tribunatum occidũt.

Rhegyvm, gyi. urbs Calabriæ. Ep. 198 b.

Rhegini. pop. in V. 205.

Rhemmia lex. I. Leges uariæ.

Rhenvs, ni. flu. 97 a, Rheni fossa gurgitibus illis redundans.

Rhetor, ris. orator, dicendi artifex & doctor, qui dicendi præcepta tradit, rhetoricus doctor. de Or. 91 a, de Orator. 91 b, Qui rhetores nominabantur, & qui dicendi præcepta tradunt. In A. 168 b, Rhetor magister declamandi, & de Inuen. 43 a, Vis & artificium rhetoris. de C. 168 a Concessum est rhetoribus mentiri, & in historijs, ut, &c. Qu. F. 320 b, Cicero noster dum ego adsum, non cessauit apud rhetorem. Q. F. 323 b, Pœonius rhetor, homo, opinor, ualde exercitatus & bonus. Item: Quæ potest turpitudinis esse tanta defensio? cupio audire, ut uideam ubi rhetoris tanta merces, ubi campus Leõtinus appareat. In A. 179 b, Quasi rhetor ille se disertum facere posset. de Nat. 26 a, Nam neque indisertum Academicum pertimuissem, neq; sine philosophia rhetorem quamuis eloquentem. Of. 26 b, Contentionis præcepta rhetorum sunt, nulla sermonis. de Finib. 67 b, Quasi uerò perpetua oratio rhetorum solum, non etiam philosophorum sit. & 68 a, Latius loquuntur rhetores, dialectici autem compressius. Or. 202 b, Sed & Græcè ab eloquendo rhetor, & Latinè eloquens dictus est. & de N. 26 a, Rhetor eloquens. Orat. 205 a, Hanc hypallagen rhetores, metonymiam grammatici uocant. Or. 200 b, Plato exagitat omnium rhetorum. de Ora. 150 a, Corax & Pamphilus rhetores. de In. 63 a, Magnus & nobilis rhetor Isocrates.

Rhetorica, cæ. ars rhetorica, rhetoris ars, uis oratoria, oratoris facultas, ratio dicendi, copia dicendi & commoditas orationis. ad Heren. 1 a, de In. 43 a, Artificiosa eloquentia, quam rhetoricam uocant. de Finib. 68 a, Zeno omnem uim eloquẽdi in duas partes tributam esse dicebat, rhetoricam palmæ, dialecticamq́ue pugno similem esse, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius. & ibid. Dicamq́ue si potero rhetoricè, sed hac rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi, quam necesse est cum populariter loquamur, esse interdum paulo hebetiorem. de Fin. 107 b, Scripsit artem rhetoricam Cleantes, Chrysippus etiam, sed sic, ut si quis obmutescere cõcupierit, nihil aliud legat. de Or. 148 a, Inuenti funt, qui hanc exercitationem dicendi exagitarent, ut Socrates, &c. de Or. 123 a, Aristoteles in quodam libro exposuit dicendi artes omnium superiorum. Par. 230 a, Omnis doctrina dicẽdi. de Ora. 85 a, De omni ratione dicendi. & 102 a, Qui de dicendi ratione scripserunt. de Fin. 90 b, Artes rhetorum totæ sunt forenses ac populares. de Fi. 108 b, Etsi ingenijs magnis præditi quidã dicendi copiam sine rõne consequuntur, ars tamen & dux

cerior quàm natura.

Rhetorica, orum. rhetorum res, siue præcepta. de Fa. 149 b, Mihi rhetorica uestra sat nota sunt.

Rhetorice. rhetorico more, copiose, splendidè, ornatè, de Fin. 67 b, Rhetoricè igitur num mauis, quàm dialecticè disputari. Tusc. 204 a, At quàm rhetoricè, quàm copiosè, quas sententias colligit, quæ uerba cõtorquet? de Cl. 168 a, Rhetoricè & tragicè ornare aliquid. & de Fi. 95 b, Potest id quidem fuse & copiose, & omnibus electissimis uerbis grauissimisq; sententijs rhetoricè & augeri, & ornari.

Rhetoricoteros. magis rhetor, uel maior orator. de Or. 152 b, Crassum habeo generum, ne rhetoricotero tu sis. Lucilij. Quidam legunt Rhetoristero.

Rhetoricvs, a, um. de Ora. 96 a, Et nostro more aliquando non rhetorico loquamur. & 92 a, Quæ arte sua rhetorici illi doctores complecterentur. & de Na. 59 b, Exercitationes rhetoricæ. de Or. 109 b, & Or. 158 a, Rhetorici quidã libri, quos tu agrestes uocas.

Rhodanvs, ni. flu. Ep. 149. 150.

Rhodos. insula, At. 21. Of. 62.

Rhodii. pop. de Of. 62. pro Pomp. 14 a.

Rhopographia. uirgultorum stirpiumq; descriptio qualis ad ripas amnũ esse solet, uel natura, uel arte facta. I. ripula.

Rhythmvs. uide Numerus.

Rhytmici, corum, qui studiose numeros ligant, quos musici canant ad lyram, & omnino rhytmici sunt poetæ lyrici. de Orat. 160 b, Nec sunt hæc rhytmicorum aut musicorum acerrima norma dirigenda.

Ricinivm, nij. pallij genus siue uestimentum quadratum. de Le. 182 a, Extenuato sumptu tribus ricinijs purpuræ, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationis. & 183 a.

Rictvs, ctus. os, præsertim minax, & hians. In Verr 222 a, Rictus simulachri Herculis, & mentum paulo attritius.

Rideo, es. risum, edo uel facio. In V. 161 b, Ridere conuiuij cachinnari ipse Aproniũs. Ep. 106 a, Vereris ne, &c. ridearmus γέλωτα παρέξωμεν. Prouer. At. 314 a. & pro Q. 16 a, Risi nihilo atram, teque hilari animo esse & prompto ad iocandum ualde me iuuat. Ep. 22 b, Dedisti nobis, quem semper ridere possemus. de Ar. 245 a, Cum riseritis impudentiam hominis, tum à me de tota concione audietis. de Fin. 146 b, M. Crassus, quem semel ait in uita risisse Lucilius & ea re φιλόγελωτον uocatum. Ar. 220 a, De hæresi Vestoriana. & de Pherionum more Puteolano, risisse me satis, nihil est necesse me rescribere.

Ridicvle, facetè, perridiculè, ioco. I. V. 234 b, Theomnestus quidam homo ridiculè insanus. & ad Her. 25 b, Ridiculè facere. Ep. 140 b, Dicere aliquid ridiculè. & de Or. 106 a, Colligere multa non modò acutè, sed etiam ridiculè acsaceté.

Ridicvlvm, li. iocus, facetiæ, digna res quæ omnium irrisione ludatur. de Orator. 135 a, Sæpe etiam sententiose ridicula dicuntur. Or. 105 a, Altero utetur in iacendo mittendo q́ue ridiculo. & ibid. Vitabit etiam ridicula quæsita, nec ex tempore ficta, sed domo allata, quæ plerunque sunt frigida. Item ibid. Ridiculum subolcœnum. Off. 27 a, Perridiculum dicere aliquid.

Ridicvlvs, a, um. iocularis. At. 7 b, Facie magis quàm facetijs ridiculus. de Orat. 128 b, Inueni ridicula & falsa multa Græcorum. pro Ar. 187 a, Est ridiculum ad ea, quæ habemus nihil dicere, quærere quæ habere non possumus. In V. 64 a, Ridiculum est putare, &c.

Rigeo, ges, conglacio, cõgelo. Tusc. 162 b, Quod aut frigore rigeant, aut utantur calore.

Rigidvs, a, um. durus, erectus, rudis. de Natu. 21 b, Ibes sunt aues excelsæ, rigidis crurib. procero rostro. & de Cl. 170 b, Canachi signa rigidiora sunt, quàm ut imitentur ueritatem.

Rigo, as. respergo. de D. 84 b, Quæ paruos Mauortis sanguine natos, Vberibus grauidis uitali rore rigabat. ad Her. 25 b, Isti cum se fontes esse dicant, & omnium rigare debeant ingenia, non putat, &c.

Rima, mæ. hiatus. At. 225 b, Tebernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Orat. 220 a, Neque inserciens uerba quasi rimas expleat.

Rimor, aris. scrutor, inquiro. de D. 107 a, Sed tamen id quod rimatur, quantum potest, Posidonius.

Ringor, ris. I. Subringor.

Ripa, pæ. de N. 45 b, Liquores perlucidi amnium, riparum uestitus uiridissimi. de Cl. 194 b, Fluuium extra ripas diffluentem coercere. I. A. 165 b, Si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam naui se applicauisset. de D. 192 b, Eodem equo aduersam ascendi ripam. & ibid. Ad quandã magni fluminis ripam. de Cl. 169 b, Cum plebs prope ripã Anienis consedisset. de Leg. 159 a, In uiridi & opaca ripa inambulate. pro Mil. 115 b, Ripa lacus.

Ripvla, læ. ripa. At. 246 b, Hæc rhopographia ripulæ uidetur habitura celerem satietatem. I. Rhopographia.

Risvs, sus. At. 93 b, In quo tamen ille mihi risum magis quam stomachum mouere solet. de Or. 120 b, Quo pacto concitetur risus, quomodo existat, atque ita repẽtè erũpat, uiderit Democritus. & ibid. de risu. I. A. 174 a, Qui risus hominũ de te erat: tantam esse tabellam, &c. & 218 b, Lætitiæ risus satis maximæ præclarissimæq; pugnę. in V. 205 b, Risus populi atq; admurmuratio omnũ facta est. Ep. 119 a, Post repullam uerò risus facit, ciuem bonum ludit, & contra Cæsarem sententias dicit. Q. F. 311 b, In tabulam magni risus consequebantur. Ep. 59 b, Visa est oratio non iniucunda, & mediocris quidam risus est consecutus. de Cl. 292 b Equidem in quibusdam risum uix tenebam. I. V. 161 a, Tenere risum. Q. F. 312 b, Memini miros risus nos edere.

Rite, rectè. de Vn. 200 b, de N. 12 a, Hunc deum ritè beatẽq; duxerimus, uestrum uerò laboriosissimum. & 38 b, Quorũ animi cum æternitate fruerentur, dij ritè sunt habiti. de Fi. 72 b, Quæ pôt appellari ritè sapiẽtia. de D. 84 b. Veteres ritè deos coluerũt. de Ar. 249 a, Si ædilis uerbo aberrauit, ludinõ sunt ritè facti. pro Do. 240 a, Is nihil ritè, nihil cautè, nihil more institutoq; perfecit. ad Her. 5 a, Testamentum ipso præsente conscribunt, testes rite afferunt. de L. 160 b, Ratio cum perfecta est, nominatur ritè sapiẽtia.

Rivalis, le. de D. 95 b, Rituales libri hi erant Hetruscorum de ritibus & disciplina ciuitatis.

Ritvs, tus. mos, consuetudo rata & firma. de Legibus 178 a, Deinceps in lege est, ut de ritibus patrijs colantur optimi. 174 a, Ex ritibus patrijs optima colunto, de N. 66 b, Certæ tempestates populi Ro. ritibus consecratæ sunt. pro Dom. 240 a, Quibus nam uerbis, aut quo ritu eius domum consecrates. de Am. 102 a, Qui pecudum ritu omnia ad uoluptatem referunt. I. A. 173 a, Erat ei uitiendum latronum ritu. de L. 173 b, Quoque modo & ritu fiant discunto, & 185 a, Ritus familiæ patrumq́ue seruari.

Rivalis, lis. æmulus, quasi competitor. Q. F. 327 a, Pompeius quàm se ipse amans sine riuali. pro Clu. 31 a, Petere ædilitatem cum hominibus nobilissimis.

Rivalitas, tis. Tusc. 221 b, Aemulatio q̃ riualitati similis est.

Rivvlvs, li. de Or. 119 a, pro Cæl. 41 b.

Rivvs. ui. Top. 223 b, Riuorum à fonte deductio. de Fat. 141 a, pro Cæl. 41 a, Vt riuulus accersitus & ductus ab ipso capite.

Rixa, æ. lis, turba, iurgium. I. V. 234 b, Ecce autem noua turba atq; rixa. pro Cec. 287 b, Defensor nimium litigiosus, concitus ad rixam. Ep. 140 a, Academiæ nostræ cum eo magna rixa est.

Rixor, aris. iurgio contendo. de Or. 131 a, Cum esset cum ea Tarracinæ de amicula rixatus.

Roboro, as. corroboro, confirmo, sancio. Or. 201 a, Eloquentia educata nutrimentis epidictici generis, ipsa se postea colorat & roborat. Of. 23 a, Cato grauitatem suam perpetua autoritate roborauit. Ep. 187 b, Vt hæc autoritate tua roborarentur.

Robvr, oris. quercus, siue durissimum lignum. de D. 127 a, In robore insculptas fuisse priscarum literarum notas. & b, Quis robur illud incidit, dolauit, inscripsit. pro Muræn. 142 a, Lacedæmonij qui quotidianis epulis in robore accumbunt.

Robvs, firmitas, nerui. pro Pom. 5 b, Altera pars, quæ multo plus firmamenti ac roboris habebar. pro Domo 226 b, Cũ iam à firmissimo robore copiarum suarum relictus esset. de Ar. 248 a, Nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos superauimus. pro Cæl. 53 a, Cum autem paulum iam roboris accessisset ætati, in Africam profectus est. pro Cl. 50 a, Cn. Tintinnius C. Mecœnas, illa robora populi Rom. pro Mu.

237 b, Venio nunc ad Catonem, quod est firmamentum ac robur totius accusationis. de Fin. 127 a, Dummodo plus in uirtute teneamus fitmitatis & roboris. Attic. 95 a, Auxilia sanè bona Galatarum (hæc enim fuit nostra robora.) Orat. 200 a, Versaris in optimorum ciuium uel flore uel robore. pro Font. 297 a, Equites tantum habuerunt animi, tantum roboris, ut, &c. de Or. 140 a, Virtutes quæ in animi magnitudine & robore positæ sunt. & Tusc. 169 a, In animi robore, & magnitudine. Epi. 78 a, Quantũ in cuiusque aio robores est & neruorum. Ep. 165 a, Nã & robur, & soboles militum interijt. contra Rul. 85 b, Si paulum assumpserint uetustatis ac roboris, non continebuntur. pro Sex. Ros. 43 b, Messala, qui si iam satis ętatis ac roboris haberet, ipse pro Sex. Rosc. diceret. I. A. 227 b, Alter uirtutis robore firmior quàm ętatis, cum his profectus est. pro Mil. 121 a, Milo est incredibili quodam robore animi septus. Offic. 4 a, Animi excelsi atque inuicti magnitudo ac robur.

Robvstvs, a, um. fortis, ualens, potens, neruosus, habens firmamentum & robur, multum uel satis uirium habens, maximis corporis uiribus, lacertosus. cont. Rul. 83 b, Robustus & ualens, & audax satelles, & I. C. 108 b, Homo ętate confectus exercitatione robustus. pro Pl. 263 a, Non enim tribum Tarentinam, sed solidam & robustam, & assiduam frequentiam prębuerunt. pro Cęl. 38 b, Vellem aliquis ex uobis robustioribus hunc maledicẽdi locum suscepisset. I. A. 172 a, Sed hęc quę robustioris improbitatis sunt, omittamus I. A. 200 b, Malum inueteratum fit plerunque robustius. de D. 87 b, Res uetustate robustas calumniando uelle peruertere. Tusc. 220 a, Robusta illa & stabilis fortitudo. I. V. 62 a, In clamando uideo eum esse bene robustum. pro Syl. I. P. 7 a, Non dum statuo te satis uirium habere, ut, &c. ibid. Quòd si esses usu atque ętate robustior, essem, &c. Att. 135 b, Quanto & honor hic illo est amplior, est ipse robustior. de Ar. 253 b, Deinde iam robustus, &c. id est, grãdior factus. & Offi. 14 a, Robustus animus. I. A. 203 a, Cn. Pompeius ętate robustior.

Rodo, dis. corrodo, derodo, exedo. de D. 120 b, Quasi uerò quicquam interficiant mures noctem & diem aliquid rodẽtes, tuta an cribra corroserint. & ibid. Quòd clypeos Lanuuij mures rosissent. pro Cor. 67 a, Qui aliquem in conuiuijs rodunt, in circulis uellicant, ubique carpunt.

Rogatio, onis. rogatus obtestatio, preces. q. Fr. 319 b, Ego Curtium rogatione tua diligo. de Or. 62 a, Rogatio & huic finitima percontatio.

Rogatio. lex est de quibusdam, non omnibus, sic dicta, quòd rogando pop. feratur. de Cl. 172 b, T. Libo trib. ple. rogationẽ in Galbã priuilegij similẽ tulit. pro Cor. 61 b. Rogatio, quę de Pompeio à Gellio lata est. pro Syl. 179 b, Sylla eam rogationem de se ferri nõ uult. pro Cl. 47 a, Diffuasio rogationis eius quę contra coloniam Narbonensem ferebatur. Post. 200 a, Tribunitijs illi rogationib. sunt restituti. pro Do. 223 a, Si retulit falsum S. C. Tũ est rogatio, si non retulit, nulla est. pro Sest. 8 a, Promulgatur ab eodem rogatio de mea pernicie. & At. 40, & 8 a, Promulgare rogationẽ. de Or. 116 b, Tribuni ex tẽplo pulsi, cũ rogationi interdere uellent. q. F. 207 b, Perferre rogationem.

Rogativncvla, lę. rogatio legis, per contemptum sic appellata. pro D. 223 b.

Rogativncvla, interrogatiuncula. de Fin. 57 a, Chrysippus quadam rogatiuncula delectatus, &c.

Rogator, oris. de N. 28 a, Aruspices responderunt, non iustum fuisse comitiorum rogatorem. & de D. 87 b, & 124 a, Qui rogator centurię fuisset. I. P. 87 a, Vos rogatores, uos diribitores, uos custodes fuistis tabularum. Post. 210 a, Quã do tot rogatores, &c. At. 263 a, quanquam hęc epistola nõ suasoris est, sed rogatoris.

Rogatvm, ti. pro Flacc. 148 a, Is nunquam mihi ad rogatum respondet, & accusatori plusquam ad rogatum respondet.

Rogatvs, tus. oratus. de N. 5 a, Ad eum ipsius rogatu accersitutque ueneram. & de Am. 96 a, Vt prodessem multis tuo rogatu. Ep. 95 b, Rogatu eorũ, qui, &c. & 219 a, Rogatu meo impetrauit. At. 5 a, Et ego eius rogatu rogo.

Rogo, as. oro, precor, precariò precor, quęso, deprecor, obtecro, obtestor, quero, appello. Antequam. 197 b, Il-

Iud à uobis peto & rogo, ut, &c. & Tusc. 226 b, Aut rogandi sunt, orandiq; ut, &c. I. V. 91 a, Rogat, & orat, &c. I. V. 55 b, Rogare & orare ne illos supplices aspnaret. I. V. 202 b, Profectò hinc natùm est, malo emere quàm roga're, prouerbium. I. V. 247 b, Quo tempore etiam si precariò essent rogandi, tamen ab ijs impetraretur. I. V. 214 b, Ite petit à rege, & eũ plurib. uerbis rogat, uti, &c. & 64 b, Ille ab Sardis rogatus ad causam accesserat, Ep. 37 a, Nihil addidi, ni si quod publicani me rogarunt. pro Fl. 151 b, Te oro & obtestor, ut, &c. Ep. 49 a, Cæsar dixit, se senatui rogãti de Marcello ne hominis quidem causa rogaturum. Att. 183 a, Cæsar ne rogari quidem se passus de illo. Off. 60 b, Mos rogandi iudicis, quæ salua fide facere possit. Ad Heren. 25 b, Sed huius exemplum aliunde rogabo, tibiq; ostendam. Tus. 151 b, Si te rogauero, nonne respondebis? & 246 a, & de Finib. 144 a, Quid me istud rogas, inquam? Stoicos roga. & Ora. 197 a, Quod quoniam me sæpius rogas, &c. de Or. 162 b, Demosthenes cum rogaretur, quid in dicendo esset primũ, respondit, &c. I. V. 31 a, Tum respondeto ad ea, quæ de te ipse rogaro. I. V. 203 b, Tametsi rogatus de Cymbea, tenetis memoria quid responderit. Attic. 7 b, Primum scito me non esse rogatum sententiam. Post. 208 a, Quem in senatu tertio loco sententiam rogaris. & Qu. F. 306 b, Racilius de priuatis me primum sententiam rogauit. Att. 151 a, Cæsar uolet, ut Coss. roget prætor, uel dictatorem dicat. Epi. 202 a, Nunc à te illud primum rogabo, ne quid facias, &c. Atti. 229 a, Meo iure te hoc beneficium rogo. At. 163 a, Mi Plance rogo te atq; etiam oro, sic medius fidius, ut, &c. Att. 186 b, Nos hi sumus de quorum salute unus homo rogandus uideatur. Qu. Fr. 302 a, Hoc te ita rogo, ut maiore studio rogare non possim. ibid. 318 b, Taurum de aqua per fundum ducenda rogabo. & 325 b, Quod me de faciendis uersibus rogas, incredibile est, &c. de Am. 108 b, Neq; rogemus res turpes, neq; faciamus rogati.

Rogare. est cum populo agere de ferenda rogatione, uel lege, uel rogare, uel legem ferre. Rogassit & rogassint, pro rogauerint, id est statuerint. de L. 185 b, Quod tribuni plebẽ rogassint, ratum esto. & 186 a, Att. 50 b, Cum lex abrogatur, illud ipsum rogatur, quum eam abrogari oporteat. pro Sest. 15 a, Illo die mihi pernicies, Gabinio & Pisoni prouincia rogata est. I. C. 103 a, Leges quæ de ciuium reorum supplicio rogatæ sunt. pro Do. 223 a, Hæc lex iure rogata est. pro Cec. 303 b, Si quid ius non esset rogari, eius ea lege nihilum rogatum. pro Fl. 152 a. Nos hic in mare superum & inferum sestertium ter & quadragies rogamus. Att. 6 b, De modo rogandi.

Rogvs, gi. lignorum strues, ad cadauera cremanda comparanda. de L. 182 a, Hoc plus, inquit, ne facito rogũ, asciane polito. de Diu. 90 a, Calanus Indus, cum ascenderet in rogum ardentem, inquit, &c. de Na. 77 a, Dionysius in tympanidis rogum illatus est. pro Qu. 18 b, Eum existimatio bona usq; ad rogum prosequatur. de Fin. 206 a, Vsq; ad illum à Cyro extructum rogum. Tus. 166 a, Metellum multi filij, filiẽ, neptes, nepotes in rogum imposuerunt.

Roma, mæ. contra Rull. 85 a, Roma in montibus posita, & conuallibus, cœnaculis sublata atq; suspensa. Antequàm 196 b, Princeps omnium terrarum ciuitas. & ibid. Illustrissimum orbis terrarum monumentum. de D. 102 b, Certabant urbem Romam Remamne uocarent. Roma arx omnium terrarum, Post red. Roma ciuitas ex nationum conuentu constituta. de Pet. Cons. Roma domus uirtutis, imperij & dignitatis, 1. de Ora. Roma domicilium imperij & gloriæ, ibid. Roma lux orbis terrarum, & arx omnium gentium, in Cat. Roma sexẽio post Veios captos à Gallis capta, Diuin. lib. 1. Romæ & reges augures, & postea priuati eosdem sacerdotio prediti, remp. religionum authoritate rexerunt. Diu. lib. 1. Romæ ubi tanta arrogantia est, tam immoderata libertas, tam infinita hominum licentia, 1 ad Qu. Fra. Redij Romam Fonteij causa ad VII Idus. Quintil. 4. ad At. Roma in terris nihil melius. 3 de Na. deor.

Romani, orum. Romani præter cæteras gentes laudis & gloriæ auidi, pro lege Manil. Romani ciues facti Siculi, lege Antonij, 14 ad Att. Romani, ueteres atque urbani sales, 9 Famil. Romani secius quàm Græci poeticam acceperunt, Tuscu. qu. lib. 1. Romani nihil in bello sine extis agebant, nihil domi sine auspicijs, Diuin. lib. 1. Romani Tusculanos Aequos, Volscos, Sabinos, Hernicos uictoria parta nõ modò conseruarunt, sed etiam in ciuitatem acceperunt, Offi. 1. Romani tempora uoluptatis laborisque distinguebant, &c. pro Mur. Romani omnia aut inuenerunt per se sapientius, quàm Græci, aut accepta ab illis fecerunt meliora, Tuscu. qu. lib. 1. Romani omnibus rebus agẽdis, quod bonum, faustum, felix, fortunatumq; esset, præfabantur, Diuin. libr. 1. Romani eos uendere solebant, qui milites facti non essent, pro Cec. Romani minus quàm Latini literis studebant, 3 de Ora. Romani omnibus naualibus pugnis Carthaginenses uicerunt, pro lege Manil. Romanorum antiqua iurisurandi formula & consuetudo, Acade. quæst. ed. 1. lib. 2. Romanorum ingenia multum cæteris hominibus omnium gẽtium præstiterunt, 1 de Orato. Suauitas sermonis Atticorum & Romanorum propria, de Orato. Apud priscos Romanos morem hunc epularum fuisse author est Cato in Originibus, ut deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam uirorum clarorum laudes atque uirtutes, Tuscula. quæst. lib. 4.

Romanvs adectiuum. Romana Iuno talis non est, qualis Sospita. de Na. deor. 1. Populi Romani omnis religio in sacra & in auspicia diuisa, 3 de Nat. deo. Populum Romanũ manus suas non in defendenda republica, sed in plaudendo cõsumere, 16 ad Atti. Regnum non modò Romano homini, sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile, 10 ad At. Romano more commendare, 7 Famil. Romano more loqui, ibid. Romuli fex de repub. 1 ad Att. Romani ludi, 1 de Or. & 7 in Ver. Nunc Romanas res accipe, 4 ad Att.

Romilia tribus. contra Rul. 81 b, Respondit, à Romilia tribu se initium esse facturum. I. Tribus.

Romvlvs, li. Quirinus. I. C. 111 a, Romulum, qui hanc urbem condidit, ad deos immortales beneuolentia famaq; sustulimus. de Leg. 156 b, Romulus post excessum suũ dixit Proculo Iulio, se deum esse, & Quirinum uocari, templumque sibi dedicari in eo loco iussit. I. C. 115 a, Romulus, quem inauratum in capitolio paruum ac lactantem, uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. Off. 60 b, Peccauit igitur, pace uel Quirini uel Romuli dixerim. de Diuin. 102 b, Romulus pulcher. lege Aeuum. Romulus urbem auspicato condidit, 2 de Leg. Romulus non solum auspicato Romam condidit, sed etiam optimus augur fuit, Diuina. lib. 102 b, Romulus auspicijs, Numa sacris constitutis, fundamenta iecit nostræ ciuitatis, 3 de Na. Romulus, cum ei uisum esset utilius solum, quàm cum altero regnare, fratrem interemit, Off. 3. Romulus consilio magis & sapientia, quã eloquentia usus est, 1 de Ora. Romulus & Remus cum altrice belua ui fulminis icti conciderunt. Diuin. li. 2. de statuis eorum. Romulus & Remus ambo augures fuerunt, Diui. lib. 2. Romuli statua de cœlo tacta, in Cat. Romulum, qui hanc urbem condidit, ad deos immortales beneuolẽtia famaque sustulimus, in Cat. Romulo moriente, deficere sol hominibus extinguiq; uisus est, Som. Scip.

Rorans, tis. de Sen. 89 b, Pocula ut in Symposio Xenophontis minuta atq; rorantia.

Ros, roris. humor ille qui sereno cœlo noctibus fluit. de D. 83 a, Cum primum gelidos rores aurora remittit, Quæ paruos Mauortis sanguine natos. de D. 84 b, Vberibus grauibus uitali rore rigabat.

Rosa, sæ. I. V. 241 a, Puluinus perlucidus Melitensi rosa fartus. Tusc. 242 b, An tu me in uiola puras, aut in rosa dicere? & 199 b, Sertis redimiri & rosa. de Fi. lib. 2. Clamat uirtus beatiorem fuisse, quàm potantem in rosa Thorium.

Roscivs, scij. histrio nobilis. (. Stabilius. pro Qu. Ro. 502, de Or. 95 b, Roscius hoc iãdiu est affectus, ut in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. de Cl. 192 a, de Or. 95 a, Roscium esse in scena. de Or. 107 b, Noluit, inquiunt, hodie agere Roscius, aut crudior fuit. & de L. 158 a, de Roscio.

Rosia, iæ. opp. Italiæ. Att. 62 b, Rosiæ uixi cum Axio, &c.

Rostratvs, a, um. de In. 74 b, Rostrata nauis.

Rostrvm, stri. os, os auis, deinde etiam aliorum quorundum animalium, & rerum. I. Fructum. de Na. 21 b, Ibes aues excelsæ, rigidis cruribus, corneo proceroque rostro. & 50 a, Vnguium tenacitas, aduncitas rostrorum. de Diui. 85 a, & 118 b, Sus rostro humi A literam impresit. de Nat. 50 b, Rostrum in camelis. I. A. 188 b, Rostrum canis. de L. 170 a, Hoc quasi rostro finditur Fibrenus.

Rostra. templum, siue forum Romæ, ante curiam Hostiliam, in quo erat suggestum rostris nauium captarum ornatum, ubi oratores conciones ad pop. habere consuerant. At. 283 b, Lepido statuam in rostris statuimus. I. V. 34 a, Cum Vettius peroraisset, descendissetq; de rostris. I. P. 80 b, Semper in rostris curiam, in senatu populum defendi.

Rota, tæ. orbis. In P. 84 a, In quo ne tum quidem fortunæ rotam pertimiscebat. in Arat. Hunc tangit rota feruida solis.

Rota. crux, patibulum. Tuscu. 233 a, In rotam beatam uitam non ascendere.

Rotvnde. concinnè, explicatè. de Fin. 107 b, Ista ipsa quæ tu breuiter, regem dictatorem, diuitem solum esse sapientem, ãte quidem aptè & rotundè.

Rotvndo, das. ratundosum facio. de Vn. 201 b, Cumque similem uniuersitatis naturæ efficere uellet, ad uolubilitatem rotundauit.

Rotvndvs, a, um. globosus, conglobata figura. de Nat. 61 b, Forma rotunda ullam negat esse pulchriorem Plato. & 49 b, Sunt enim rotunda, quibus forma minimè noceri potest. de Som. 118 a, Stellæ globosæ & rotundæ. de Vn. 198, Deus mundum ea forma figurauit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur: & globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς. Græci uocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur, idq; ita tornauit, ut nihil fieri possit rotundius. de N. 35 a, Volubilis & rotundus deus. & de Or. 159 b, Cœlum rotundum esse. Tus. 242 a, Medius mundi locus, qui est idem infimus in rotundo. de Fin. 72 b, Quadratum rotundum. de Cl. 190 a, Verborum apta & quasi rotunda constructio. Or. 100 b, Thucydides perfectior, ne satis, ut ita dicam, rotundus.

Rvbeo, bes. erubesco, pudet. In V. 146 a, Hærere homo, auersari, rubere. ad At. 240 b, Rubeo, mihi crede: sed iam scripse tam, dolere nolui.

Rvber, a, um. de N. 20 b, Rubrum mare. ad Herẽ. 39 b, Hunc dico rubrum, breuem, incuruum, canum, subcrispum, cęsiũ, rubrum: id est, russum, quem russum alij uocant.

Rvbiconis, onis. I. A. 206 b, Vt exercitum citra flumen Rubiconem, qui finis est Galliæ, educeret.

Rvbor, oris. Tus. 212 a, Ex quo fit, ut pudorem rubor consequatur. de N. 16 a, & ad Her. 27 a, Ille fusus candore mixtus rubor. Or. 204 a, Fucati medicamenta candoris & rubroris omnia repellentur. de Or. 131 a, Præstare ingenuitatem & ruborem suum uerborum obscœnitate uitanda.

Rvbra saxa, locus. Philip. 2.

Rvbrica, cæ. terra rubra. ad Heren. 23 a, Rubrica delibutus.

Rvcto, as. crudelitatem exhalo. I. A. 172 b, Cui ructare turpe esset, is uomuit. Tusc. 247 b, Confer sudantes ructantes, referto epulis tanquam opimos boues. Epi. 198 b, Ructans & nauseans.

Rvctvs, ctus. crudeitatis exhalatio, & ructus oris est, crepitus uentris. Ep. 141 a, Stoici crepitus aiunt, æquè liberos ac ructus esse oportere.

Rvdens, tis. D. 106 b, Sed est quasi rudentis explicatio. & Tusc. 236 a, & Ep. 112 b, Hic tibi clamor tonitruum, & rudentum sibilus.

Rvdere. quod asinorum est nominatione factum. ad Heren. 23 b.

Rvdimentvm, ti. In Sal. 272 a, Qui incipiens quidem peccare, minimis rebus posuit rudimentum. In Sal. 273 a, An ulla alia putas esse rudimenta & incunabula uirtutis?

Rvdis, de. imperitus, indoctus, impolitus, ignarus, inscius, tyro, hebes, tardus, pinguis, stupidus, barbus. I. V. 112 a, Tametsi Verres non prouinciæ rudis erat & tyro. & 126 a, Nos qui rudes harum rerum sumus. & Acad. 1 b, Rudis rei militaris. pro Cor. 64 b, C. Marius non rudis exemplorum & pro Flac. 149 b, Homines imperiti, rerum omnium rudes ingouarique. pro Sest. 13 a, Tam eram rudis? tam ignarus rerum? tam expers consilij aut ingenij? &c. de Orato. 103 b, Orator nulla in re tyro ac rudis, nec peregrinus atque esse debet. I. A. 208 b, & pro Ma. 134 b, ignarus & rudis in rep. Ep. 45 b, Rudis esse uidebar in causa. de Or. 106 b, In communi uita non esse hebetem neque rudem. & 87 b, Sermo facetus, & nulla in re rudis. de Natur. 61 a, Rudem me discipulum atque integrum accipe. Genus hominum rude, hebes, & impolitum. I. Impolitus. de Or. 160 a, Rudis & indocta oratio. & 85 a, Quæ pueris nobis inchoata & rudia exciderunt. de Clar. 192 b, Forma ingenij admodum impolita & plane rudis. de Orat. 88 b, C. Barbo ignarus legum, hæsitans, rudis in iure ciuili. & 99 a, In minoribus nauigijs rudem esse se confiteri. pro Pl. 273 a, Has orationes ego scripsi rudis & ferus. de Di. 129 b, Epicurus hebes ac rudis. Q. F. 313 a, Villa aperta, ac ne rudis quidem etiam nunc. Post. 207 a, Homo sine sensu, sine sapore, eliguis, rudis, tardus.

Rvdis, dis. uirga qua donabantur, qui uacationem ab aliquo munere accipiebant. Hinc pro uacatione ipsa sumitur. I. A. 174 b, Tam bonus gladiator rudem tã citò accepisti. Oct. 331 a, Qui ueteres gladiatores reliquias ludi Cæsaris ad rudem compulisset.

Rvdivs homo: id est Ennius, à Rudijs oppido, quæ fuit Ennij patria. pro Arch. 188 a.

Rvga, gæ. sunt cum cutis in senectute contrahitur. de Sen. 90 a, Non cani, non rugæ repentè autoritatem afferre possunt. Post. 207 b, Hic uos rugis supercilioque decepit.

Rvina, næ. casus, tempestas, procella, pernicies. de Orat. 141 a, Hoc interim spacio conclaue illud concidit, ea ruina oppressus Scopas cum suis interijt. de D. 112 b, Ruina igitur oppressus esset, & 116 b, Dij habitantes tãquam inter duos lucos, sic inter duos mundos propter metum ruinarum. I. C. 100 a, Prætermitto ruinas fortunarum tuarum. Attic. 184 b, Quas omnes impendere tibi proximis idibus senties. Item, Magna ruina impendet. de Finib. 144 a, Vt inam quidem id dicerent, iam ruinas uideres. pro Cl. 37 b, Non fuit illud iudicium, &c. sed uis, ut sæpe dixi, ruina atque tẽpestas. de Leg. 163 b, Si Academia inuaserit in has rationes, nimias ruinas edet.

Rvinosvs, a, um. quod ruinam minatur. Offic. 62 b, Aedes male materiatæ, ruinosæ.)(. Domus bene & ratione ædificata.

Renvnciatio, onis. recordatio. At. 29 b, Renunciatio quotidiana.

Rvmor, oris. fama. Epist. 127 a, Ex Asia nihil perfertur ad nos præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine autore. & 25 3 b, Rumores tristiores, sed ἀδέσποτοι. Ep. 9, Rem te ualde bene gessisse rumor erat. & 21 a, Perferret multa etiam ipse rumor. pro Muræ. 132 b, Totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. de N. 62 a, Rumoribus, inquit, mecũ pugnas, ego autem à te rationes requiro. pro Deiot. 148 a, Graues rumores sparsi sunt. & ibi. At misit qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se referrent. At. 252 b, Sed tamẽ rumoris nescio quid afflauerat. I. P. 91 b, Inanem rumorẽ aucupari. I. A. 260 a, Rumorib. improbissimis dissipatis. & Ep. 127 a, Rumor raucus. Q. F. 317 b, Rumor dictatoris iniucundus bonis.

Rvmpo, pis. dissoluo, discindo. I. C. 119 b, Cæsar adiungit grauem pœnam municipibus, si quis eorum uincula ruperit. & Tusc. 164 a, Nec tamen ulla uincula carceris ruperit. In V. 30 a, Vt aliquando ista quæ sunt inflata rumpantur. & de D. 115 a, Inflatas rumpi uesiculas. pro Corn. 57 a, Fœdera negligere, uiolare, rumpere. & ad He. 28 a, Rumpere fœdera. de Or. 107 a, Constat agnoscendo rumpi testamentũ. Qu. F. 328 a, Ego his malis reipub. quibus antea rumpebar, nunc ne moueor quidem.

Rvmvscvlvs, li. lenis rumor. pro Cl. 39 a, & de Leg. 191 a, Imperitorum hominum rumusculus aucupari.

Rvo, is. ruinam edo, præcipito, præceps agor uel feror. pro Pomp. 7 b, Ruere illa non possunt, ut hæc non eodem labe facta concidant. pro Mar. 131 a, Vt fine ulla spe ad interitũ ruerem uoluntarium. At. 106 a, Ego bonos uiros sequar, et si ruent. & 115 a, At illum ruere nunciant, iamiamque adesse. pro Do. 241 b, In agendo ruere, & sæpe peccare. de Fin. 131 a, Quidam in mala scientes ruunt. & 56 a, At id ne feræ quidem faciunt, ut ita ruant atque turbentur, &c.

Rvptvs, a, um. irritus. de Ora. 99 a, Testamentum ruptum aut ratum.

Rvrsvm, & rursus. denuò, iterum. pro Muræn. 127 b, quo loco si tibi sumis, &c. facis ut rursus plebs in Auentinum

senocanda uideatur. Att.117 a,Rursus autem &c. denique &c. de Cl. 168 b, Rem laudando augere.)(.Vituperando rursus affligere:id est,contrà.de Or.94 a, & Tuf.158 a,Ne que rursum eam totam,sicut plerique faciunt,repudiaui.

Rvs,ris.locus extra urbem,ubi agri sunt, & uillæ.idcirco pruilla capitur.pro Cl.47 a,Fortè euenit,ut ruri in Priuernatis essemus.Of.74 a,Pater filium ab hominibus relegauit,& ruri habitare dixit.Attic.220 b,Atticam rure esse arbitror. Epist.76 b, Cum Tullius rure redierit, mittam eum ad te. pro S.R.40 b,Habet animi causa rus amœnum & suburbanum.Tuscula. 248 a, Nec tàm multa & raro uident,cum in sua rura uenerint. de Orator. 110 b, Rus ex urbe tanquam ex uinculis euolare.Inuisere res rusticas delectationis causa.l.Rusticus. Attic. 241 a, Rure iam redieram, quæris an ego,cum omnes caleant,ignauiter aliquid faciam?Offic.52 b,Et ob eam causam urbe relicta rura peragrantes,sæpe soli sumus.

Rvssvs, a, um. ruber. de Diuinat. 120 a,Galli gallinacei,ut ait Ennius,fauêt faucibus rufsis,cãtu plaufuq; premũt alas.

Rvsticanvs,a,um.rusticus.I.V. 102 a, & 242 b, Atti.131 b, Homines rusticani ex municipijs. de Or. 105 b,Rusticanus quidam,&c.Tuf.186 b,C.Marius rusticanus uir, sed planè uir. pro S.R. 25 b, Tamen ne hæc attenta & rusticana uita relegatio appellabitur.

Rvsticatio,onis.de Am.115 b, Peregrinationes,rusticatio nesque.

Rvsticatvs,tus.rusticatio.At.185 b, In rusticatu garrire & scribere.

Rvstice. importunè,duriter,inurbane.Offi. 60 a,Att.198 a, Vrgent rusticè sanè,negant enim,&c.

Rvsticor,aris.ruri habito. de Or. 110 a, pro Ar. 189 a, Lælius semper ferè cum Scipione solitus erat rusticari. Ar.lib. 12.Sin rusticatur,&c.pro Arch.189 a,Pernoctant nobiscũ, peregrinantur, rusticantur de bonis artibus.

Rvsticvlvs,li.pro Sest.21 a,Rusticulus non incautus.

Rvsticvs,a,um. rusticanus, agrestis, inurbanus; insuauium morum,difficilis.)(.Vrbanus.de Fin.80 b, de N.62 a,P.Vacienus homo rusticus.& pro Sest.23 a,Sunt municipiales rusticique Romani. 129 b, Homines rustici & agrestes. pro S.R.30 b, Vita rustica,parsimoniæ magistra est.& 26 a,Vita rustica honestissima atque suauissima. Orat. 204 b,Sermo non modò urbanorum,sed etiam rusticorum. Item: In rusticis moribus, in uictu arido, in hac horrida inculta que uita eiusmodi maleficia non gignuntur.de Ora. 146 b, Rustica uox, & agrestis.& Rustica asperitas. de Orator. 90 b, Nicander Colophonius poeta,de rebus rusticis scripsit.Ibidem 106 b,Res rusticas uel fructus causa, uel delectationis inuisere.pro S.R.42 b,Homo imperitus morum,agricola, & rusticus.

Rvta,rutorum. de Or. 129 b, Dicet te quum ædes uenderes, ne in rutis quidem & cæsis solium tibi paternum recepisse. Part.239 b,Cum quæritur,quæ sunt ruta cæsa. Top.229 b, Rutis cæsis receptis in uenditione.

Rvta cæsa, ea sunt quæ sine ulla demolitione domus auferri possunt,ut lapides,ligna subsellia, lecticæ,capsæ ferramenta,reliquaq; supellex.

Rvta,tæ.herba amara,& contra uenena ualens. l. Puleium.l. Menta.

Rvtvla,ruta.l.Menta.

Rvtvli,pop.de Orat.358 b, Nos sumus Romani qui fuimus Rutuli.Ennij.

Rvtilvs, a, um. cõruscus. de Som. 128 b, Rutilus horribilisq; Mars.in Arat.Rutilum lumen.

S A

Litera cum C, significat Senatusconsultum, siue Senatusconsulta. l. Senatusconsultum à ueteribus propter fibilum sæpe elidebatur S,ut de Natu.47 a,Torru draco serpit,&c. Ora. 211 a, Magnu leo tremulam quatiens è corpore flammam, Multi modis,uas argenteis, palm.& crinibus tecti fractis. Orato. 212 a, Qui est omnibus princeps.non,omnibus princeps.

Sabazivs deus:id est Dionysius,seu Bacchus. de Leg.177 a l.Abazea.

Sabini.pop.Of.8.& in Vat.36.pro Corn.61.

Sabinvs,na.pro Cor.61 a,Fœdus Sabinum.

Saccvs,ci.I.V.95 b, Cum iste coria,cilicia,saccos imperaret.

Sacellvm,li.cella,templum priuatum. cont. Rul.73 b.Sunt loca publica urbis, sunt sacella. de D. 101 b, Exiuit quod dam sacellum hominis capiendi causa.

Sapio.pis.intelligo,sapiencia prædius sum.Offi.43 a,Quem intelligere & sapere plus quàm cæteros arbitrantur.& Tusculan.quæst.184 a,Non possum tantum uirum nihil sapere dicere. & de Finib. 69 b, Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat,ei non sapiat palatus. & de Diuinat. 98 b, De Tyresia etiam apud inferos Homerus ait, solum sapere, cæteros umbratum uagari modo.& de Diuinat. 125 a,Nihil est tam ualde uulgare, quàm nihil sapere. & in Verrem 65 a, Hic planè nihil sapit. & de D. 108 a, Qui sibi semitam non sapiunt,alteri monstrant uiam.Epi.107 a,Quanquam quis, qui aliquid sapiat, nunc beatus esse potest. & pro Qu. 3.a, Romæ sibi esse nummorum facultatem, quam si sapere, communem existimaret. At. 224 a, Ista coniuratio facilè opprimeretur,si rectè saperet Antonius. Epist. 17 b, Quam istic,ubi solus sapere uideare. & 232 b, Puer cum primùm sapere cœpit. Oct. 331 a, Si quid illæ maiorum nostrorum reliquiæ sepultæ sapiunt, aliter,sentiunt. Epistol. 99 a, & Off. 64 b, Ex quo Ennius, ne quicquam sapere sapientem,qui sibi ipsi prodesse nequiret. Epist. 102 b, Serò sapiunt scilicet Phryges.

Sapor,oris.quod gustatu percipitur,pro Cæl.46 a, Qui non odore ullo,non tactu,non sapore capiatur. Tusc.200 a,Voluptates,quæ sapore percipiuntur.

Sapor,sal. urbanitas. de Clar. 189 a, Tincam multa ridicule dicentem Granius obruerat nescio quo sapore uernaculo.Postquam 107 a,Stipes Aethiops sine sensu, sine sapore,elinguis,tardus.

Sappho.I.V.229 b,Sappho in Prytaneo Syracusis.

Sarcio, cis. cursu tarditatem corrigo. Epistol. 30 b,Vsuram longi temporis, qua caruimus, crebritate & magnitudine officiorum meorum sarciam. Ep. 226 a, Deinde impudentia dentia prosequere,sed idem sarciam.

Sarcvlvs, li. instrumentum quo segetes sarriuntur, id est, purgantur.de Fin.69 b,Cui nihil dum sit,ius & sarculos abstulerit.

Sardanapalvs.At. 161 b,Nil forte me Sardanapali uice in suo lectulo mori malle censueris, quàm exilio Themistocleo. de Finib.87 a, Sardanapalus rex Assyriæ. Tuscula. lib.5.

Sardi,orũ.pop.I.V.64 b, Ab Sardis rogatus.& pro Corn.63 a,Epi.107 a,Habes Sardos uenales,alium alio nequiorem: id est,Trigellium & eius nepotem.

Sardianvs,a,um.Qu.F.302 a,Plato quidam Sardianus Epicureis,qui Athenis solet esse multum.& Ep. 224.

Sardinia,æ, insula.de Pro.72 a, Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis gesta.

Sardonivs risus.L.Risus.

Sarissa,rissæ,hastæ Macedonicæ.ad Her.34 a,Vt si quis Macedones, &c.

Sarmentvm,ti.I.V.90 a, Ligna & sarmenta circundare,ignẽ subijcere cœperunt. de Or.116 b,Sicut in uitibus noua sarmenta culeura excitantur.de Sen.88 a,Malleoli,plantæ,sarmẽta.de Sen.88 a,Vitis putanda est ne syluescat sarmentis, & in omnes partes nimia diffundatur.& ibi.Sarmentorum aliorum amputatio,& aliorum immissio.

Sarracvm,ci.genus uehiculi. I. P. teste Quint.lib.8.cap.3. Cùm tibi tota cognatio in sarraco aduehatur.aliter, ferracum.

Sartvs,a,um. integer, incolumis. Antequam.194 a,Debetis quoq; mihi prospicere,qui hoc imperij domicilium numini deorum consecratum, sartum tectum ab omni pericu lo conseruaui.Ep.222 b,Hoc mihi da, ut M. Curium sartũ & tectum,ut aiunt,ab omni detrimento conserues. Ep.208 b,Sarta recta ædium sacrarũ tueri.I.V.102 a,b,103 a,Opus illud quamuis sartum tectum in integrumq; esset.

Sat.satis.de Sen.87 a,Tantum quantum sat est.& de N.73 a, Qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum. pro S.R.33 a, Te pugna Cannensis accusatorem sat bonum facit.

Satelles,tis.stipator, minister,administer.cont.Rull.72 b, Ianitores ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit,eosdem ministros & satellites potestatis. Attic. 224 a,Vides tyranni satellites in imperijs. pro Quint.14 b, Administri & satellites Sex. Nævij. In C. 98 b, C.Manlius audaciæ satelles atq; administer suæ. & I.V.152 a,Minister ac satelles cupiditatum.& 176 b, de Pro.70 a, Diligentissimus satelles scelerum,minister cupiditatum.de Fi. 72 b,Virtutes quas tu satellites & ministras uoluptatis esse uolusti.& de In.42 a,Perniciosissimę satellites.de Di.202 a,Hic Iouis altisoni subito pennata satelles.

Satietas.tis.fastidium.pro Mur.128 b,Hæc res multum affert hominibus satietatis ac fastidij.I.V.256 a, Non metu aliquo affecti,sed satietate exierunt.de In.56 b, Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. de Or. 124 b,Nec auditor defatigetur similitudinis satietate.& 151 b,Ab aliquo fastidio quodã & satietate abalienari.& Or.214 a, Varietas occurrit satietati. Ad Att.246 a,Hæc thopographia ripulæ uideturhabitura celere in satietatẽ.& Or.209 a, Satietate affici.& ad Her.31 a,Citò sacietate affici.Epi.24 a, Mirum me desiderium tenet urbis, satietas autem prouinciæ.pro Mar.153 a, Cum naturam ipsam expleueris satietate uiuendi.de Sen.92 b,Omnium rerum satietas, uitæ facit satietatem.Att.25 b, Satietas nostri.)(.desiderium. de N.48 a,Quæ nam unquam ob mortem Myrtellipœnis luẽdis dabitur satietas supplicij? Offic. 45 a,In quo tamen ipso unà cum satietate memoria quoq; moriatur uoluptatis. Epistol. 24 a, Atque in primis me tenet satietas actæ prouinciæ,& 123 a,Sed earum etiam non satietas,sed quidam modus.de In.47 b,Cibi satietas,& fastidium sub amara ali quare reuelatur. de Diu.85 b, Nec tuendi satietas capere poterat.Epistol.19 a,Nec quisquam est, quin satietate iam defessus sit.

Satio,as. saturo,expleo,palco,famem expleo, satietate afficio,satietatem affero,sacietatem facio, satietate expleo, nec tuendi satietas capere poterat, satietate defessus.de Fi. 70 a, Veniebat enim ad cœnam, ut animo quieto satiaret

desideria naturæ.& 91 a,Nec satiari poterat legendo.Qu. Fr.304 a,Inimicorum crudelitas nõdum est nostra calamitate satiata. Parad.116 b,Nunquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. Part.238 b, Explere cupiditates, satiare odium.de Fini. 91 a, Erat ut scis in eo inexhausta cupiditas legendi,nec satiari poterat. Top. 252 a, Non patiar te hinc non satiatum discedere. pro D. 225 a, Qui ne absens quidem luctu meo mentes eorum satiare potui. I.V.214 a, Ait se uelle illud etiam atq; etiã considerare, nequaquã esse satiatũ.de Or.161 a,Vt neq; hi satientur, qui audient,fastidio similitudinis. Or. 218 a,Numerus sat. & de Aruspi. 153 a,Satiare libidines alicuius.de Sẽ. 87 a,Satiatus & expletus cupiditatibus.I. A.232 a, Atq; in eius corpore lacerando cum animum satiare nõ posset,oculos pauit suos.de L.169 a, Equidem satiari non queo, &c.

Satio,onis. satus,sementis.I.V.155 b, Iugera sationum suarum profiteri.de Vn.203 a,Post autem sationem eam. hic satio translatum est uerbum ad res cœlestes. Et alibi, Aequabilis satio.

Satis,sat,sanè.de Ora.203 b, Peccant, qui non uident quod est satis.pro Qui.7 a, Cum hominem nomino,satis mihi uideor dicere.& pro S.R.24 a,Hãc laudare pro dignitate nemo satis commodè posset.Ant. 194 b, Nec satis est ne cui iniuriam facias,prouidere,si tamen.Off.63 b, Homo infacetus & satis literatus. de Fin.77 b, Sic à me satis testiũ est dictum.pro R.P.129 b,Satis multa, &c.Nimis multa,&c. de Cla. 176 b, Hic dicebant de republica, quod esset illis uiris & consulari dignitati satis.Ora.218 a, Animo istuc satis est,auribus non satis. de Clar.174 a,Brutus cum literis Latinis,tum etiam Græcis satis eruditus.Epist. 60 b,Si me defendi contra fratrem tuum satis habeas, nihil me etiamnum tecum de eo conqueri.ad Her.24 a, Non satis habent præcipere de artificio,sed,&c.Att.164 a,Sed pusillum loci ad hanc rem plus etiam satis.I.A. 160 a, Mihi ferè satis est quod dixi,uel ad ætatem,uel ad gloriam.Part.117 a, Quæ uerbis subtilius quàm satis est, disputari uidentur: id est, quàm decet uel par est.pro Quint.R.46 b,Satis superq; habeo quod mihi dederis.,p Pla. 179 a, Satis habeo à te.Epi. 183 a,Ego à te satis habeo.Atti.141 a,Atque hoc in te satis habebit.At.255 a,& Tusc.172 a, Sed id satis superq;.Epi. 133 a,Sum auidus plusquam satis est gloriæ. Off.12 a,Mihi iam satis superq; dixisse uideor de Asiatico genere testium.de N.46 a,Contra Epicurum satis superq; dictum.I. V.260 b, Plusquam satis opus est doleo.Attic.27 a,Quare de hoc satis.At.85 a, Nec id satis efficitur in usuram menstruam.& ibi.Ea uix in fœnus Pompeij quod satis fit, efficiunt.de Or.114 a,Satis esse deberet, si,&c.pro S.Rosc.43 b,Si non satis habes explere,&c. nisi etiam, &c.& ad Her. 23 b,Satis erit signi,quod,&c.Top.221 a, Libri satis multi.de Or.149 b,Si hæc satius esse putatis. & ibi.Si his contenti estis.de Cl.174 b, Nihil refert uiderè, &c.nisi,&c.ne id quidem satis est,nisi, &c.

Satin.pro satis ne. de N.23 a, Satin est id ad illam abundantem bonis uitam beatissimam.

Satisaccipio,pis, pedes accipio, ab aliquo caueo.)(. satis do. pro Quin.7 b,Si ueretur, ut res iudicio facto parata sit iudicatum solui satis accipiat, quibus à uerbis satisfaccipiet,iisdẽ ipse quod peto satisfdet.I.V.99 b,Aut pro præde litis uindiciarum, cum satis accepisset,sponsionem faceret.

Satisdatio,onis. uadimonium.Attic.68 a, Sunt aliquot satisdationes secundum mancipium, in his Memmianorum prædiorum.

Satisdato.id est ex satisdatione formula.Atti.255 a, Hoc quod satisdato debeo,peto à te ut solutum relinquas. & satisdato promittere, apud iurisconsultos.

Satisdo, as. prædes dare, & ut iurisconsulti loquuntur, fideiubere, & uadimonia promittere.)(. Satisaccipio. I. V.105 b,Qui redemerit,satisdet damni infecti. & ibidem. Cùm sibi ipsum iubet satisdare Rabonium. & 121 a, Iudicatum solui satisdaturos esse dicebant. Epist.216 a,Si quid tibi satisdandum erit, amplius eo nomine non peti cures, ut satisdetur fide mea. item, Is postulat,ut procurator iudicatum solui satisdaret, negat Alphenus æquum esse procuratorem satisdare, quod reus satisdare non deberet,si ipse

se adesset.& ibi.A prætore postulat, ut sibi Quintius iudicatũ solui satisdet.& ibidem,Non recusabat Quintius quin ita satisdare iuberet.pro Quin.7 b,Si ueretur,ut res iudicio facta parata sit,iudicatum solui satis accipiat : quibus à me uerbis satis accipiet , ijsdem ipse quod peto satisdet. & 8 a, Imò abs te satis accipiam , ego autem tibi non satisdabo . pro Qu.R.50 b,Quid ita satis non dedit amplius à se nemi nem petiturum,&ibi.Qui pro Socijs trãsigit satisdat neminem eorum postea petiturum.& At.4 b , Ille satisdari abs te amplius non petit.Att.68 a,De satisdando te rogo,ut satisdes.At.261 a,Sed illi turpe arbitror, eo nomine quod satisdato debeat, procuratores eius non dissoluere .

SATISFACIO,cis.impleo, placeo , morem gero , quod debeo soluo . pro Cor.55 a , Amici salutis meæ si minus ad referendam gratiam satisfacere potui , ad prædicandam & habendam certè satis sum facturus.Off.21 a, Cum grauibus se rijsq; rebus satisfecerimus . de Ora. 102 a , Mihi uerò , inquit Mutius,satis superq; abs te uidetur istorum studijs esse factum.At.78 a,Faciam tamen satis tibi,&c.& satisfaciam utriq;. & 69 b , De nostra continentia & diligentia faciemus satis.I.V.264 a,Satis est factum promisso nostro ac recepto.pro Cl.23 a , Satisfacere naturæ & legibus:id est mori & exilio mulctari.Ep.143 b,Satisfacere uitæ.& 144 a,Satisfacere amicitiæ. & 53 b,Me satis nostræ coniunctioni amoriq; facturum.I.V.177 b , Oportuit illum non antè sibi satisfacere , quàm tu omnium existimationis satisfecisses. Or.206 b,Histriones in dissimilimis personis satisfaciunt. Atti.36 b , Varro satis mihi facit.I.V.262 a , Satis officio meo factum esse arbitror.& 62 a,Satisfacere causæ & officio tuo.Top.229 b,Cumulatè satisfacere alicui.Attic.141 b,Cumulatissimè facere alicui.de Or.99 a , Neq; illum in hoc iure ciuili,satis illi arti facere posse,nisi dicẽdi copiam assumpsisset . At. 254. Is me in omni genere delectauit , in eoq; maximè,in quò minimè putabam , satisfaciebat. I.A. 293 a,Pansa aut morte,aut victoria se satisfacturum reipublicæ spopondit . de Leg. 157 a , Potes autem tum satisfacere in historia , cum sit opus unum hoc oratorium maximè.Atti.25 a,& Or.210 a,Satisfacere alicui quippiam petenti : id est,morem gerere.I.A.170 a , Nunquam te mihi pro tuis in me iniurijs satis esse facturũ putabas.pro Flacc. 156 a, Hermippus Fusijs satisfacit , & fidem suam liberat. de Fin.52 a,Quamobrem tandem non satisfacit.Ep.236 b, Satisfacere deo piè & castè.ad Her.27 a , Pueri tui modò me pulsauerunt,satisfacias oportet.I.V.92 a,Satisfacere publicę .

SATISFACTIO,onis.purgatio.ad Atticum 58 b,Et aliquid satisfactio uidetur habere leuitatis . & Epistol. 101 b,Hic tu me etiam insimulas,nec satisfactionem meam accipis.

SATISFIT,bat.satis habeo.pro Pl.279 a,pro R.P. 130 a , Vt omnium suspicioni satisfiat.& Ep.27 a , Nam ad bellũ quidem qui conuenit ? præsertim contra eum cui spero me satisfecisse, ab eo cui tamen satisfieri nullo modo potest.Ep. 218 b , Quanquam à te quidem cumulatè satisfit mihi , & omnib.meis. & 336 a , Vide quomodo satisfiat ei , cui scis me satisfieri uelle.I.A.169 b,Cæsar ad me scripsit, ut mihi satisfieri paterer à te .

SATIVS est.præstat , melius est . ad Heren. 32 b,Est cum non est satius , si, &c.& ibidem : Non igitur satius est . &c. de Inu.74 b , Videbatur uel mori satius fuisse , quàm esse cum ijs.I.V.126 b,Mori satius est,quàm turpiter uiuere . Attic. 98 b,Video cum altero uinci satius esse , quàm cum altero uincere .

SATOR,oris.seminator.de Nat.43 a, Omnium rerum sator & seminator mundus est.Tusc.176 b,Tuq; cœlestium sator.

SARTICVM,ci.opp.Att.318 b .

SATVR,a,um,saturus,plenus.de D.96 b , Esurientibus pullis res geri poterit,saturis nihil geretur. Or.208 a,Satura ieiunè,grandia minutè dicere .

SATVRATVS,a,um.expletus.de D.93 b , Mens saturata bonarum cogitationum epulis.pro Pl.263 a, Homines saturati honoribus .

SATVRNALIA , orum . Saturno consecratus dies festus , qui XIIII . Cal. Ianuarij celebrabatur.Attic.79 b,Hilara sanè Saturnalia.I.C.112 b,Alijs cędem saturnalibus fieri pla cebat.Attic.221 b,Cæsar fecundis saturnalibus ad Philippum uesperi uenit .

SATVRNIVS,a,um.de Som.128 b,Illa stella quam in terris Saturniam nominant.

SATVRNVS,ni.Cœli filius.de Nat.38 b , Saturnus appellatus est,quod saturetur annis.eod. de Nat. lib.2. Saturnum autẽ eum esse uoluerunt , qui cursum & conuersionem spaciorũ ac temporum obtinere:qui deus Græcè idipsum nomẽ habet χρόνος enim dicitur : qui est idem χρόνος , temporis spacium.& 38 a, Vetus opinio est,exectum Cœlum à filio Saturno.& 36 a,Saturni stella,φαίνων,Græcè, triginta ferè annis cursum suum conficit.Ibidem 49 b,Summa Saturni stel la refrigerat,media Martis incẽdit.& 68 a, Aether & Dies parentes,Cœlum,Saturnus,Iupiter. de In.201 a,Saturnus Phorcis & Ops fratres, Oceani,& Salaciæ filij.Att.220 b, Saturni ἀστρόνομος,templum.

SATVRO,as.satio,expleo.I.A.171 b,Antonius saturauit se sanguine ciuium . de Nat.72 a,Saturnus quia se saturat annis. & 38 b,Saturnus appellatus,quod saturet annis.de Nat.32 a, Nuper nati mammas appetunt , earumq; ubertate saturantur.in Vat.30 a,Dum odium,quod in bonos habebatis, saturare cuperetis.pro D.222 a, Expleui animos inuidorũ, placaui odia imperitorum,saturaui etiam perfidiam & scelus perditorum.I.V.169 b, Vt aliquando expleti ac satura ti discederent.

SATVS,a,um.de Vn.202 b, Satis , & quasi sparsis animis, &c. Tusc.161 a,Terra obsecro te , aut fata , aut concreta uidetur,tanta uis memoriæ?& 174 b , Non temerè nec fortuito fati creatiq; sumus .

SATVS,tus.satio . Offic. 24.Hoc Herculi Iouis satus edito potuit fortasse contingere.Tusc.177 b, Philosophia præparat animos ad satus accipiendos.de Fi.140 b, A primo satu.de D.122 b,Herbam asperam credo non humano satu , sed auium congestu.de Se.88 a,Vitium satus, ortus,incrementa de Diuin.99 b,Quædam etiam oriebantur ex hominum cudum ve conceptu & satu.de Vn. 201 b , Oceanum Saliciamq; Cœli satu Terraq.conceptu generatos editosq; me morant . & 202 a,Vos qui deorum satu orti estis.

SATYRVS,ri . bestia de genere simiarum. in V.231 a,Satyrus, qui apud Tarentinos in ęde Vestę est.de N.68 a,Nymphę, Panisci,& Satyri .

SATYRISCVS , sci . satyrus . de D. 88 b.

SAVCIATIO ,nis. uulneratio.pro Cec. 203 a.

SAVCIO,as.consaucio,uulnero.I.V.99 b , ipse Rubrius in turba sauciatur , serui nonnuili uulnerantur.In Va. 31 b,Omnia tela sic in te conijciẽtur , ut nemo per tuum latus(quòd soles dicere)saucietur.Attic.236 b , Ille quem Brutus noster sauciauit .

SAVCIVS,a,um.uulneratus.Tuscul.138 a, Videmus ex acie efferri sæpe sancios.I.C.109 b,Gladiator ille cõfectus & saucius.pro Cæl.41 a,Medea amore sæuo saucia. Attic.278 b, Perterritos,inermes,saucios , non sunt nostri duces persecuti .

SAXA,rubra.locus inter urbem & Veios.I.A.175 a.

SAXEA moles.de N.44. Accij.

SAXETVM , ti . locus plenus saxis . cont. Rul. 97 b , Quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret ?

SAXVLVM , li.de Orat. 101 a,Ithaca in asperrimis saxulis affixa.

SAXVM,xi,silex,lapis.de Fat.141 a , Ex spelunca saxum in crura eius incidit.pro Cec.296 b,Glebis aut saxis aliquem de fundo præcipitem agere . & ibid. Qui saxa iacerent. pro Dom.215 b,Saxis facta lapidario est.I.P.88 b , Vt tu uspia saxis fixus asperis, &c.Ac.25 b,E saxo sculptus , aut eborę dolatus.Ac.230 b,De saxo in crucem .

SAXIFRAGAE undæ.de Or.158.Poetæ.

SCABELLVM,li.scamnum.pro Cæl.51 b,Deinde scabella concrepant,aulæum tollitur .

SCABER, a,um.asperum.)(.Leue.Tuscul.196 a,Pectus illuuie scabrum .

SCABIES,ei.de L.165 b , Nos uoluptatis blandicijs corrupti, quæ natura bona sunt,quia dulcedine hac & scabie carent, non cernimus satis .

SCALAE , arum.I.A. 164 b , Negociumque transegisses , nisi se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset . & pro Mil. 109 b,Quum

b; Quum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset.I. Gradus .

SCALMVS , mi.lignum id est in naui, quo nituntur remi,dũ aguntur.de Orat.99 a,Qui duorum scalmorum nauiculam in portum euerterit. Attic. 256 a, Hæc ego conscendens è Pompeiano tribus actuariolis decem scalmorum.aliter,scami,uel scalmis.de Cl. 182 a, Qui in littore ambulans scalmum reperisset.

SCALPERE.incidere,quod uulgò dicunt sculpere. de N. 56 a, b,Itaq; ad pingendum,ad fingendum,ad scalpẽdum,ad ner uorum eliciendos sonos ac tibiarum, apta manus est admotione digitorum .

SCALPELLVM, li. chirurgi ferrum , quo quid scindit & aperit. pro Sest.26 a,Cum famę parti scalpellum adhiberut. de D. 128 a,Quorum linguæ sic inhærent , ut loqui non possint, scalpello resectæ liberantur.

SCAMMONIA,niæ.herba de D.83 b , Quid scammoniæ radix ad purgãdum possit.& 118 a, Scãmoniam,aristolochiamq; radicem.

SCAMNVM,ni.sedes, scabellum . de D. 102 b , Auspicio regni stabilita scamna solumq;.Ennij .

SCANDO,dis.conscendo . de Sen. 80 b , Cum alij malos scandant,alij per foros cursent,alij,&c.

SCANTIA sylua.contra Rull.61 b,bis.

SCAPHA,phæ.linter seu nauicula , quæ longis nauibus subseruit.ad Herenn. 4 a , Omnes in scapham conscenderunt . & moderari nauim ex scapha . Attic. 102 a , πλόιον τ ὑ ἀπηεσίου . de In. 81 b , Vsqueadeò ut dominus nauis in scapham confugerit . & ibidem : & Gubernator nauis in nauem aufugit .

SCAPHVM,phij,scyphus , seu poculum in formam scaphæ nauiculæ factum. I. V. 208 a, Scaphia cum emblematis Lilybæi empta .

SCATEO,es.scaturio.Tusc.163 a,Fontes scatere,poetæ.

SCATURIO,ris,em.mare,effluere,erumpere . Epi.113 b , Totus,ut nunc est,hæc scaturit .

SCELERATE.nefariè,per scelus.Anteq. 195 a,& pro Syl. 179 b,Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis , aut inuos scelerate loquar factis?I.C. 102 b, Bellum scelerate suscepterunt .

SCELERATVS,a,um. conscelleratus , scelestus , impurus, nefastus,nefarius, improbus, capitalis,impius,scelere astrictus, scelere contaminatus , parricidijs contaminatus , & omni scelere coopertus.Atti.151 a,Ego hunc impurum & scleratum puto.I.C.198 a, Quæ mente scelerata & nefaria cupierunt. pro Mur. 139 a, Sceleratus & nefarius fueris , si, &c.de Fin.103 b, Illa uox inhumana & scelerata . pro Cl. 58 a,b,Cõscelerata mulier. de Ar.250 a,Brogiagrus impurus homo,& sceleratus. I. A. 238 a , Ad facinus prædamq; natus .

SCELESTE.Attic.lib.6.Scelestè suspicaris .

SCELESTVS,a,um.sceleratus.in Sal. 273. Scelestus ciuis, pro S.R.24 b,Scelestum ac nefarium facinus.& 28 b,Res scelesta,atrox,nefaria .

SCELVS,tis.flagitium,facinus,fraus, atrocitas sceleris.de Ora. 103 b,Qui animorum motus in iudicium mentibus concitent,scelus eos nefarium facere.pro Do. 229. Facere sceleratę.pro S.R.22 b,Multa scelera & flagitia fieri. pro Sest.16 a,Edere scelus in aliquem. de Ar.357 b,Infinita sunt scelera,quæ ab illo in patriam sunt edita.pro Sest.24 b,Astringi scelere.I.An.230 b,Suscipere scelus. pro Mil.107 b,Fare aliquid sceleris.pro Cl.58 b, Hostiæ cæsæ ad scelus perficiendum.Epi. 10 a , Quæ prætermitti sine nefario scelere non possunt. pro Cl. 57 a, Infestum scelus & immane. ad Her.26 a,Scelus nefarium & truculentum . de Am. 101 b, Scelus detestabile.I.P.89 a, Conscientia scelerum & fraudum suarum .

SCENA,næ.caueæ,fabula.pro Mur.133 b,Ludorum elegantia, & scenæ magnificentia .de Ar. 249 b, Omne seruitium per missu magistratus liberatum,in alteram scenam immissum. & ibid.illi cum ludos facerent, seruos de cauea exire iubebant,tu in alteram seruos immisisti . de Or.130 a,& 163 b, Miror eorum impudentiam , qui agunt in scena gestum inspectante Roscio . de N. 73 b, Scena referta est his sceleribus.de Or.139 b,Maxima quasi oratori scena uideatur concio.de Am.114 a,In scena, in concione , in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum est.Att.278 a,Nunc populo & scenæ(ut dicitur)seruiendum est.de Cl.167 a, Roscium esse in scena.pro Plan.265 a , Omitto illa , quæ si minus in scena sunt, at certè quum fim prolata laudantur. de Sen.90 b,Idq; tum in uita,tum in scena intelligi potest ex ijs fratrib.qui in Adelphis sunt .

SCENICVS,a,um.de Or. 163 b , Gestus scenicus uerba exprimens.Offic.23 a,Ne scenici plusquam nos uideantur habere prudentiæ.pro Pla.265 b, Scenicæ personæ,ut mimi,histriones .

SCEPTRVM , ptri . uirga regis . pro Sest. 16 a,de Diuin.84 b, Rex sedens cũ purpura,& septro. & insignibus illis regijs.

SCHEDA, dæ.tabella , pagella . Attic. 20 b, Enitere ut ne qua scheda depereat .

SCHEDVLA,lę.Epist.253 a,Hęc tertia iam epistola antè te oppresit,quàm tu schedulam aut literam. Vetusti codices hic scidulam habent,& ad Atticum scidam, & rectè.nam Charisius autor & doctus,& bonus,& antiquus,scidulam à scindendo,siue schidulam ἀπὸ τ ὀ σχίζειν,dici asserit .

SCHEMA,tis.de Cl.190 a, Verborum & sententiarum illa lumina , quæ uocant Græci σχήματα , quibus tanquam insignib.in ornatu distinguitur omnis oratio . de Clar. 170 b, Sententiarum orationesq; formæ , quæ appellantur σχήματα & 176 a, Sententiarum ornamenta & conformationes. ibi.σχήματα , enim quæ uocant Græci , ea maximè ornant oratorem,eaq; non tam in uerbis pingendis habent pỏdus, quàm in illuminandis sententijs . Top. 223 b, Ornamenta uerborum sententiarumq; , quæ appellantur σχήματα , Orat.204 b, Lumina quæ Græci quasi aliquos gestus orationis,σχήματα appellant.I.Ornatus .

SCOENOBATICA.l.Embentica.

SCHOLA,læ.gymnasium . Offic. 52 a, Sed hoc de genere commodius à quibusdam optimis uiris ad medium Iani sedentibus , quàm ab ullis philosophis ulla in schola disputatur. Ora.205 b,E philosophorum scholis tales ferè euadunt.de de Di.124 b.Multa istiusmodi dicuntur in scholis. de Ora. 89 b,Clamabunt credo omnia gymnasia, atque omnes philosophorum scholæ,sua hæc esse omnia propria.de Fini.64 a,Primùm deprecor, ne me tanquam philosophum putetis scholam uobis aliquam explicaturum:id est,uniuersam alicuius sectæ & doctrinæ scholam.in Pis.92 a,Homo ad persuadendum concinnus, perfectus.politus è schola . de Nat. 8 b,Ex eadem Platonis schola Ponticus Heraclides. de Orat.93 b,Qui cum in schola assedissent, iuberent,&c.& ibi. Qui nõ Græci alicuius loquacitatem sine usu,neq; ex scholis cantilenam requirunt.de Fin. 145 b, Domi in schola de finis.&78 b, In Epicuri schola. Epistol.141 a, Habes scholam Stoicam . In Pis. 92 b , Vertes te ad alteram scholam. Tusc.quæst.149 b,Itaque dierum quinque scholas,ut Græci appellant , in totidem libros contuli . & ibidem : Vt iam etiam scholas Græcorum more habere auderemus : id est, disputationes . Academ. 20 b , At ille nescio quis qui in illis scholis nominari solet , mille & octoginta stadia quod abesset uidebat.

SCHOLION.responsio,uel purgatio,uel defensio,uel interpretatio breuior . At. 256 a, Velim σπόλιον aliquod elimes ad me.& ibidem:ἀπολογισμὸν, συντάξομαι . & ibidẽ , Quid iam opus est σχολίῳ.At.lib.13.σχόλια enim tibi uideo placere.

SCIENS,tis.prudens,gnarus,peritus, intelligẽs . de Orat. 103 a, M. Scaurus ui regendæ reipubl. peritissimus . de In. 54 a,Nauis quæ scientissimo gubernatore utitur.pro Pom.9 a, Quis eo scientior unquam fuit?ad Heren. 16 a, Tu sciẽtior eris præceptorum artificio, nos alacriores ad reliquum per sequendum.pro S.R.27 a,Is apertè calumniari sciens uidetur.& pro Quint.9 a, Qui nihil alteri sciens incommodat. pro Syll.183 b,Nullum à me sciẽte facinus occultatur. pro Cl.44 a,Habebit igitur te sciente & uidente curia malum, senatorem.Epi.125 a,Sciẽs,prudens feci.pro Pl.267 b,Plãcius offendit sciens neminem.Att. 163 b, Ne te sciens prudensq; eò demittas, unde,&c.pro Cor.57 a, Vtrum in sciẽtem uultis contra fœdera feciſse,an scientem ?

SCIENTER.scitè,intelligenter, sciens.)(. Inscienter.de Orat. 96 a,Ijs quæ habeas,modicè & scienter uti.& 109 a,Scienter ac peritè dicere. Orat. 214 a,Scienter uersari in aliqua re.

re.de Diuin.99 b,Scienter interpretari aliquid.Offic.36 b, Iis quibuſcum congregamur,uti moderatè & ſcienter.

SCIENTIA,tiæ.cognitio,intelligētia,doctrina,diſciplina,prudentia, ſtudium,rerum cognitio,uirtus. pro Pom. 13 a, Acad.36 b.)(.inſcientia.de Nat.1 a, Vt magno argumento eſſe debeat cauſam,id eſt, principium philoſophiæ eſſe ſcientiam. Offic. 4 b, Omnes ducimur & trahimur ad cognitionis ſcientiæ cupiditatem.& 5 a, Omnis cogitatio, &c. aut in ſtudijs ſcientiæ cognitioniſque uerſabitur. de Or. 153 a, Aut cognitio rei ſcientiaq; perquiritur.Offic.13 a,Scientia, quæ eſt remota à iuſtitia , calliditas potius quàm ſapientia eſt appellanda,ut inquit Plato.de Fini.136 a,b,Innatus eſt in omnibus cognitionis amor & ſcientiæ. de Di.99 a , Nec quiſquam rex Perſarum poteſt eſſe, qui non antè magorum diſciplinam,ſcientiamq; perceperit.I.A.222 a, Seruij Sulpicij in legibus interpretandis ſcientia.Or.207 a,Dialecticorum ſcientia.de Or.86 b, Omnium magnarum rerum atque artium ſcientiam conſequi. & 89 a,Rerum maiorum ſcientia.de Fin. 130 a, Omnes artes in reliqua ſcientia uerſantur. Ac.36 b, Artem ſine ſcientia eſſe non poſſe. ad Her.37 a,Certa ſcientia maleficij,non ſuſpicio . de Or.92 b , Cum hæc omnia audirentur ab ijs quibus non eſſet ſcientia tradenda,ſed exiguj temporis,aut falſa , aut certè obſcura opinio.& 94 a, Res ab opinionis arbitrio ſeiunctæ , ſcientiaq; comprehenſæ . Epiſt.94 a , Comprehendere aliquid ſcientia . de Or.111 a , Oratoris omnis actio opinionibus , non ſcientia continetur.& ibid. Ars earum rerum eſt,quæ ſciuntur. & , Res quæ mendacio nixa ſit , quæ ad ſcientiam non ſæpe perueniat.& ibid.Pertractandorum animorum ſcientiam ſi quis uolet magnam quandam artem dicere, non repugnabo.& 112 a , Ars quæ faciendorum uerborum ſcientiam profiteatur.de Ora. 148 b, Scientiæ ſuauitas,qua nihil eſt hominibus iucundius. de Fin.129 b , Herillus ſenſit nihil eſſe bonum præter ſcientiam, Or. 212 a , Scientiam loquendi mihi reſeruaui,uſum populo conceſsi. pro Syl. 174 b,Cuius ſcientiam de omnibus cõſtat fuiſſe , eius ignoratio de aliquo purgatio debet uideri. Off.29 a,Modeſtia eſt ſciẽtia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. de Na.24 a,Sanctitas eſt ſcientia colendorum deorum. de D. 80 a,Chaldæi diuturna obſeruatione ſiderum ſcientiam putarunt effeciſſe,ut prædici poſſent futura.& 98 a,Si dij futura ſignificant,aliquas uias dant nobis ad ſignificationis ſciẽtiam.de N.19 b,Miror in homine eſſe Romano tãtam ſcientiam.Epi.79 b , Habere ſcientiam magnarum artium.& 50 b , Qui in alienis morbis profitentur ſe tenere medicinæ ſcientiam, ipſi ſi ſe curare non poſſunt.I.A.162 a, Quo me teſte conuinces? an chirographo?in quo habes ſcientiam quæ ſtuoſam . Off.31 a, Prudentia eſt rerum expetendarum fugiendarumq; ſcientia. & ibi. Prudentia eſt rerum diuinarũ atq; humanarum ſcientia. de Or. 90 a , Promere aliquid ex aliqua obſcuriore ſcientia . & ibid. Regionum terreſtrium aut maritimarum ſcientia. de Fin. 109 b, Viuere ſcientiam adhibentem earum rerum,quæ natura eueniunt. de Di.113 a , Certè igitur ignoratio futurorum malorum utilior eſt quàm ſcientia.& 123 a, In prouidendis rebus eſſe auguran di ſcientiam.de Di.134 a,Muſæ legendi,ſcribendi,cæterarumq; artium ſcientiam ſomnantibus non dabunt ? de Di. 135 b,Si ea dij nobis obijciunt, quorum neq; ſcientiam,ne que explanationem habeamus . pro Pom. 9 a , Scientia rei militaris.& 87 a,Scientia auguratus.de L.159 b, Iuris ciuilis ſcientia.)(.Ignoratio iuris. Epiſt.48 a , Tua ſcientia excellens ac ſingularis.I.Literæ.

SCILICET .uidelicet,nam , enim,nimirum,nempe , quippe, certè,profectò. Ora.207 b , Cognoſcet etiam rerum geſtarum ordinem,maximè ſcilicet noſtræ ciuitatis.Atticum,99 a,Quis?tu ipſe ſcilicet.de Orat.129 a, Bona dicta non poſſunt teneri,hæc ſcilicet bona dicta,quæ falſa ſunt.& 150 b, Similiter nunc de oratore loquor,ſummo ſcilicet.pro Cęl. 48 a , Cum ſcires quantum ad facinus aurum hoc quærere tur,ad necem ſcilicet legati.de Di.130 a, Negante enim id eſſe maieſtatis deorum , ſcilicet cauſas omnium introſpicere,ut uideant quid cuiq; conducat.de Fi.138 a, Sunt clariora iudicia naturæ , maximè ſcilicet in homine . Epi. 167 b, Qua mente eſſet Antonius demonſtrauit , peſſima ſcilicet & infideliſsima. Epiſt.160 a, Tu cogitas ut domi tuæ ſis, ſcilicet ne cum periculo ſtultus ſis . de Fin. 114 b, Me ſpeciei quædam commouit, inanis ſcilicet, commouit tamen. Epi. 258 a,Suſpenſo animo expecto te primum ſcilicet, deinde Marionem . de Or. 224 b , Sed annulum quem haberet ,ſe ſua manu confeciſſe , ſcilicet nimis hic quidem progreſſus eſt,ſed,&c.Topic.224 b,Ab adiunctis poſtui exẽplum, multa ſcilicet adiungi,quæ,&c.pro Qu.10 a,Quid ad hæc Nævius?idet ſcilicet noſtram amentiam.At.285 a,Arma quę renda putauimus , ſcilicet ut nouum dominum pateremur, an ut liberaremus rempu.de Finib. 120 a,Iſtis alio tempore reſpondebo,tunc ſcilicet cum tibi.& Tuſ.180 b,Atuerò nos,docti ſcilicet à Græcia,legimus,&c.Ep.5 b,Me in ſummo dolore,quem ex tuis rebus capio, maximè ſcilicet conſolatur ſpes,quod,&c.At.186 a, Lecta epiſtola tua de Atticæ febricula,ſcilicet ualde dolui. Tuſ. 250 b , Democritus luminib. amiſsis alba ſcilicet & atra diſcernere poterat ,at bona & mala non poterat. At.58 a,De Lentulo ſcilicet ſifero ut debeo.ibid.b,Quo dolore eſſe debeo ? quo ſum ſcilicet.de Or.114 a , Hæc ſcilicet fundamenta nota ſunt omnibus.Att.174 b,Quid tu in eo potes?nihil ſcilicet.At.204 b,A te literas expectabam nondum ſcilicet,nam , &c. Atti. 213 b,Hortos quoniam hodie eras inſpecturus,quid uiſum tibi ſit,cras ſcilicet. & 282 a , Eſt ſcilicet utriuſque rei modus,ſicut reliquarum.Qu.F.301 b,Te rogo ne quid perſcribas contra Flauium. & Flauij cauſa, & ſcilicet Pompeij facies omnia . & 312 a, Et quanquam reipſum ſcilicet maximè,tamen etiam literas tuas antè expecto . de Se.82 a, Senes ſemper agunt aliquid & moliuntur , tale ſcilicet , quale cuiuſq; ſtudium in ſuperiori uita fuit . Epiſt. 113 b,Quid alios putas ? clamorib. ſcilicet maximis iudices corripuerunt.Off.33 b,Illæ ſcilicet literæ forenſes & ſenatoriæ.Ep. 214 b,Peto à te tanto ſcilicet ſtudio, quãto intelligis debere me petere.Epi. 251 b, Vnus ſcilicet ille fructus,qui in te uidendo eſt,percipi literis non poteſt . pro Mur. 142 a,Tu interca Romæ ſcilicet amicis præſto fuiſti . Qu. Fr. 305 b, Si hoc perficies, ſcilicet mirabile quiddam aſſequeris . Ep. 122 b,& 139 a , Stomacho eſt ſcilicet Pompeius ita languẽti, ut, &c.Epiſt. 166 a, Scilicet iſta quidem ſumma,ne ego, &c.I.P.83 a , Ego iſtius pecudis conſilio ſcilicet aut præſidio niti uolebam? de Diuin.117 b, Scilicet ſi iſta Iupiter ſignificaret, tam multa fruſtra fulmina emitteret . pro Syll. 179 b,Scilicet,is ſum, qui,&c. pro Quin.15 a, Corrigeres hæc tu ſcilicet poſtea.I.A.218 a, Scilicet hæc Panſa non uidet.Ep.160 b,Scilicet id agitur,etc.At.216 a,Id populus curat ſcilicet.prouerb.

SCINDO, dis. conſcindo, diſcindo, findo, diffindo . Atti.45 a, Ne ſcindam ipſe dolorem meum.Tuſc.204 a,Scindere comam.Epi.76 b,Hanc epiſtolam cur non ſcindi uelim,nulla cauſa eſt.At.216 a,Ego ita egi ut non ſcinderem penulam.

SCINTILLA,læ.igniculus.Antequam. 194 b, Illa conſpiratio conflata ita eſt reſtincta, ut nulla ſcintilla cõpareat incẽdij. Epiſt.153 a,Vt ne qua ſcintilla tetertimi belli relinquatur.

SCINTILLVLA,lę.de Fin.135 a,In pueris uirtutum quaſi ſcintillulas uidemus.

SCIO,ſcis.habeo,teneo,cognoſco,cognitum habeo,non ignoro,non ſum neſcius,ſcientiam meam non fugit,me non præterit,ſcientia comprehendo , ſcientiam habeo, perſpectum mihi eſt,me non fugit , mihi conſcius ſum, mihi certum eſt de aliqua re.I.V. 174 a,Id adeò ſciri facillimè poteſt ex literis publicis.At.76 b,Euerſam in perpetuum prouinciam nos inueniſſe ſcito.pro S.R.34 b , Nondum lucebat,cũ hoc Ameriæ ſcitum eſt. Att.190 b , Sed ſcire certum uelim. de Or.111 a , Ars eſt enim earum rerum quæ ſciuntur , oratori autem omnis actio opinionibus, non ſcientia cõtinetur. de Or.104 a , Nihil certũ ſciri,nihil planè cognoſci ac percipi poſſe.de Cl.167 a , Non tam præclarũ eſt ſcire Latinè, quàm turpe neſcire.& de Fin. 76 b , Oēs qui Latinè ſciunt. & 67 a , Cùm Græcè ut uideor luculenter ſciam . Att.37 b, Primùm illud te ſcire uolo, Sampſiceranũ, &c. Epi. 188 a, Scire te uolo,&c.& 14 b, Volo te ſcire mi Pæte, &c.de Ora.115 a,& 128 a,Magnum eſt quoddam opus , haud ſciam an de humanis operibus longè maximum, dicere &c.& de Fin.115 b,Quem haud ſcio an rectè dixerim, &c. Att.252 a,Sed nõ uenerat quod ſciam.& ,p S.R.21 a, (Quod ſciã,) pro Syl.174 b , Nam de cæteris certè ſciebat . & 179 b,De quo aliquid ſcire & exiſtimare potuiſſet.pro Syl. 174 b,Cũ is qui de omnibus ſcierit , de Sylla ſe ſcire negauit . de Or. 90 a,b,Socrates dicere ſolebat , omnes in eo quod ſcirent ſatis eſſe eloquentes . & ibidem , Neq; ſiid optimè ſciat , ignaruſq; ſit faciundæ orationis, diſertè id ipſum poſſe,de quo ſciat dicere.de Or.90 a,De legibus inſtituẽdis, &c.Lycurgum ſciſſe melius quàm Demoſthenem. ,p Mur.129 a , Ille tenet & ſcit,ut hoſtium copiæ arceantur. de Ora.89 a, De quo ipſo,ſi quid ſcis, uelim ſcire.I.A.162 a,In quo ſciẽtiam habes quæſtuoſam.Ep.176 b,Et ſi mihi conſcius ſum.

SCISCITOR,aris.ſcitor,quæro,procunctor.de Nat.5 b,Epicurex Velleio ſciſcitabantur ſententiam.& 6 a, Ab utraq; autem ſciſcitor;cur,&c.& de Ora.93 a,Cuius ſciſcitantur ſententiam.At.151 b , De Domitio(ut facis)ſciſcitare ubi ſit . & de D.96 a,Sciſcitari de aliqua re.

SCISCO,ſciſcis.ſancio,edico,ſcitum facio. pro Pl.266 b,Plãcus primus legem ſciuit de publicanis.& pro Cor.60 a,Vt ſi Gaditani ſciuerint nominatim de aliquo ciue Romano, ut is ſit ciuis Gaditanus. Off.61 a,Durius etiam Athenienſes ſciuerunt,ut Aegineris,qui claſſe ualebant,pollices præciderentur.pro Flacc.149 a,Quæ ſciſceret plebes, aut quæ populus iuberet,&c.iuberi uetariq; uoluerunt . pro D.229 a,& iterum b, Hanc cognationem ſe Sedulius negat ſciuiſſe.de L.164 a, Non omnia iuſta ſunt quæ ſita ſunt in populorum inſtitutis atq; legibus.& 171 b,Multa pernicioſe ſciſcuntur in populis.de Pro.76 b,Sciſcere legem.I.A.157 b, Populus quæ iure ſciuit,&c.de Leg. 186 a , Creatio magiſtratuum,iudicia,populi iuſſa,uetita,cum ſciſcentur ſuffragia optimatibus nota,plebi libera ſunto .

SCISSVS,a,um.de Ora.163 a , Vocis genus, fractum,ſciſſum .

SCITE.ſcienter,non inſcitè.)(.Inſcitè.de Fin.126 a,I.P.92 b, Rationes ad ærarium retuli,ita perſcriptas ſcitè & literatè, ut ſcriba,&c.Att.235 b,Scitè dicere aliquid.Att.250 b,Satis ſcitè hoc quidẽ.I.V.126 a, Statua ſcitè facta & uenuſtè. Ep.175 a,Et ille cui mandaui,ſatis ſcitè & cõmodè tempus ad te cepit adeundi.de Leg.163 b,Hæ rationes,quæ ſatis ſcitè nobis inſtructæ & compoſitæ uidentur.

SCITOR,aris.ſciſcitor,quæro.Or.201 a,Sentiebam non te id ſcitari,qualem,&c.ſed quærere , &c.

SCITVM,ti.iuſſum.de Orat.244 b , De hoc Creſiphon ſcitum fecit, ut corona aurea donaretur.pro Cor.63 b,Cum Gaditanis ſcita ac iuſſa noſtra cõprobat. de Opt.244 a,Lex erat Athenis,ne quis populi ſcitum faceret ut quiſquam corona donaretur,&c.pro Dom.239 a,Si tuus ſcriptor uacuo animo tibi iſta non ſcita,ſed portenta conſcriberet.

SCITVS,a,um.elegans,lepidus.de Na.19 b,Scito ſermone & Attico loqui.& pro Planc.266 b,Ego autem id quod mihi ſcitũ eſſe uideatur,non aſpernor.Or.201 b,Scitũ eſt enim, quod Carneades dicere ſolebat , Clitomachus ,&c.de N. 119 a , Vetus autem illud Catonis admodum ſcitum eſt , qui dicebat ſe,&c.de Or.164 a , Scitum eſt enim , cauſam conferre in tempus cum, &c.prouer.

SCOPAE,arum.Orat.220 b,Iſti,ut in prouerbio,ſcopas(ut ita dicã)mihi uidentur diſſoluere.Att.111 a,Scopæ diſſolutæ.

SCOPVLVS,a,um.I. V. 60 b , Intelligo quam ſcopuloſo difficiliq; loco uerſor.& Orat.149 a,Mare inferum,Thuſcum, ſcopuloſum & infeſtum .

SCOPVLVS,li.ſaxum.pro Rab. 65 b , Nec tuas unquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes , quod Sex. Titii afflictam nauim uideres.pro S.R.31 b,Scopulum offendere.Ep.136 a,Fortunam tanquam fluctum à ſaxo frangi oportet.de Or. 157 b,Syrtim patrimonij , ſcopulum libentius dixerim.de Clar.170 b,Cum neq; muſarum ſcopulus quiſquam ſupera ret,&c.Ennij .

SCOPVS,σκοπὸς,quo ſpectemus,propoſitum,finis propõſitus . Att.150 a,b, Σκοπὸς hic eſt enim huic noſtro , nihil præbere. Att. 125 a, Sed neutri σκοπὸν eſt ille ut beati ſimus, uterq; regnare uult.pro Seſt.23 b,Quid eſt igitur propoſitum his reipublicæ gubernatoribus, quo ĩtueri & quò cur ſum ſuum dirigere debeant?id quod,&c.Qu.F.294 a,b,Ac nihil quidem uidetur huc omnia eſſe referenda ab ijs qui præſunt alijs,ut ijs qui eorũ in imperio ſunt,ſint quàm beatiſsimi. Epi. 266 a , Mihi prora & puppis , ut in prouerbio Græcorum eſt,fuit à me tui dimittendi,ut rationes noſtras explicares.pro Rab. 96 b, Nihil niſi ſempiternum ſpectat. Off.56 b,Hoc ſpectant leges , hoc uolunt, incolumen eſſe ciuium coniunctionem.At.288 a,Cicero eò tendit,id agit, ad eum exitum properat,ut ſit illi Octauius propitius, &c. pro D.169 a,Nondum ad propoſitum mihi finem honoris peruenì.Par.118 b,Quid enim ego laboraui?aut quid egi? aut in quo euigilauerunt curę & cogitationes meæ?niſi ut, &c. pro Lig. 140 a , Tua quid aliud arma uoluerunt , quid egit ille tuus inuictus exercitus,niſi ut, &c.de Or.96 a,Nihil prodeſt ſtudium peruenienti aliquò, niſi illud quod eò quò intendas,ferat, deducatq;cognoris.& ibi.b,Commonere aliquem,quò quidq; referat,& quo intuẽs ab eo quod cunq; ſibi propoſueri;minus aberret.I.A. 242 b,Cum omnes actiones,omnes ſententiæ meę peruenerint ad eum extũ,qui mihi propoſitus ẽ.Par.127 b, Nihil aliud eis,præter officium fortis & magni uiri propoſitum fuit . & ibi. Quid egit Brutus in patria liberanda ? quid reliqui item eiuſdem conſilij ſocij? quid ſpectarunt? quid ſecuti ſunt ? Item,Cogito, cogitationẽ habeo,propono,ago,conſilium ſequor,ſpecto.

SCORPIVS,pij.nepa.de Nat. 48 b , Vt ſeſe emergens oſtendit ſcorpius altè , Poſteriore trahens flexum ui corporis arcũ. I.Ar. Scorpius infeſta præportans flebile acumen .

SCORTATOR,oris.ſcortorum amator.I.C.166. Cùm hãc Catilina ſit habiturus ſcortatorum cohortem prætoriam .

SCORTVM,ti.meretrix,lupa. pro Mil. 112 a, Clodius ſemper ſecum ſcorta , ſemper exoletos , ſemper lupas ducebat. de Ar.258 a,& 257 b,Quis unquam nepos tam libere eſt cum ſcortis,quàm cum hic ſororibus uolutatus. I.A.168 a,Primo uulgare ſcortum,certa flagitij merces . I. C.106 a , In uino & alea commeſſationes & ſcorta quærere.pro Seſt.11 a,Mihi res erat cum ſcurrarum locupletum ſcorto.

ΣΚΟΤΙΚΟΣ.I.Obſcuritas.

SCRIBA,bæ.librarius,ſcriptor.Ep.74 b, Ad ea quæ ſcripſiſti , commodius poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere , ſi Mãr. Tullius ſcriba meus adeſſet . & 75 Accepi librum meum à meo ſeruo ſcriba.cont.Rul.72 b, Deinde ornat apparitoribus,ſcribis,librarijs;præconibus,&c. ,p Syl.175 b,Tibi familiari meo potius etiam edituri fuerunt iudicium ſcribæ mei,ſi uoluiſſes,quàm in codicem referrent.de Cla.192 a, Gratioſi ſcribę ſint in dãdo & cedendo loco.I.P.92 b,Scriba,qui rationes ad ærarium retulit,&c.I.V. 189 b,De ſcribis & ordine eorum multa.59 b.I.Librarius.I.Alexis.

SCRIBO , is.conſcribo, exaro,literas do,mitto,literas de aliqua re mitto,literas conſigno,ſcriptis mando,prodo,literis prodo , literis conſcribo,publicis monumentis conſigno , memoriæ trado,monumẽta prodo,memoriæ propago,monumentis mando , monumentis annalium mando , ſempiternis monumentis prodo,perſequor , ſcriptura perſequor, efficio,librum conficio,compono, pono poſteritati propago,hiſtorię mando,chartis promo,in codicillos refero,literis memoriæq; mando,hominum memoriæ ſempiternę tradO,memoriæ poſteritatiq; prodo,literis conſecro immortalitati trado uel mando uel cõmendo, trado,publicis literis cõſigno,quæ publicis pop. Rom. literis monumentisq; conſignata ſunt, memoriam publicam publicis literis conſignatam nullam habemus.de L.193 a,& Ac.2 b,Clariſsimis monumentis teſtata conſignataq; antiquitas , ſed ne literã quidem ullam facio niſi forenſem.Ep.14 b,Quod rogas ut mea tibi ſcripta mittam , quæ poſt diſceſſum tuum ſcripſerim,ſunt orationes quædam,&c.de Cl.171 a,Scripſere alij rem uerſibus & luculentè quidem ſcripſerunt. & Epi.16 b, Scripſi etiam uerſibus tres libros de temporibus meis . & ibid.Scripſi tres libros in diſputatione & dialogo . de Se. 88 a,Liber quem de rebus ruſticis ſcripſi,inquit Cato.I.V. 258 b,Furius defenſionem ſuæ cauſæ ſcripſit . de Ora.97 a, Caput autem quam plurimum ſcribere , ſtylus optimi dicendi magiſter.de Or.92 a,Inſtituere ciuitates,ſcribere leges.Art.151 b , Aſperius de aliquo ſcribere uel loqui.& 95 a,Nulla res erat de qua ſcriberem.& 528 b, Pridie ſcripſeram literas quas , &c.de N.51 a,Eadem hæc auis ſcribitur conchis ſe ſolere complere , &c.pro Arch.189 a , Cum literam ſcripſiſſet nullam . Tuſ. 250 a , Scribere lineam . de N.50 b,Legi ſcriptum eſſe auem quandam,&c. de D. 105 b, Scriptum eſt item, Socratem, &c.de Clar.171 a,Hoc in Originib.ſcriptum reliquit Cato.de Or.99 a,Tabellæ qui-

bus id scriptum sit, quo decipere.& I. V. 266 a, Scriptum est in eisdem literis ἐξευκόνησαν. I. V. 229 a, Multi Græci de ualuarum harum pulchritudine scriptum reliquerunt. Att. 85 b, His de causis credo Scaptium iniquius de mea aliquid ad Brutum scripsisse. Att. 215 b, Quod ad te de decem legatis scripsi, parum intellexit credo, quia διὰ σημείων scripseram. de L. 17 b, Neq; cum literis quibus scita scribuntur, aut oritur, aut occidit: id est, lex naturæ. de Ar. 245 b, Responsum Aruspicum, in quo cum alijs multis scriptum etiam illud est, loca sacra, &c. & 246 b, Cum omnes ijdem scribendo adessent. Postq. 205 b, Caput, &c. ne quis pedibus iret, ne scribendo adesset. Ep. 348 a, Quod scribendo affuisti. Att. 142 b, Non autem in libris habemus Cos. à prætore creari ius non esse. Att. 85 a, Libellus in quo est, Salmi nij, &c. de N. 14 a, Protagoras in principio libri sui sic posuit. I. A. 179 b, Hoc literis mandatur, hoc memoriæ prodi tur. de Opt. 244 a, bis. Scribere, pro eo quod est scitum facere, uel legem ferre. Grecè, γράφειν.

Scriptio, onis. scriptura, stylus. de Clar. 182 b, Nulla res tãtum ad dicendum proficit, quàm scriptio. & 169 b, Lippitudo, quæ impedit scriptionem meam. de Orat. 109 a, Illud autem est huius institutæ scriptionis ac temporis, neminem, &c. de Cla. 288 a, Genus hoc scriptionis nondum est satis Latinis literis illustratum. Tuf. 251 b, A Bruto impulsi sumus ad philosophicas scriptiones. Epist. 132 a, Oratiuncula pro Deiotaro tibi misi, quam uelim sic legas, ut cauſam tenuẽ & inopem, nec scriptione magnopere dignam. de In. 45 b, Controuersia ex scriptionis genere nata. & 55 b, Ex scriptione, quæ in literis.

Scriptito, as. scribo. de Or. 117 a, Sed ne te quidem Antoni multum scriptitasse arbitror. Att. 110. de Cl. 189.

Scriptor, oris. de Or. 97 b, Omnes bonarum artium scriptores & doctores legendi & peruolutandi. & Orat. 199 b, Vetustissimus ille scriptor & politissimus Lysias. pro Arch. 190 a, Multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuit. de Ora. 92 b, Neminem scriptorem artis ne mediocriter quidẽ doctum fuisse. de Cl. 167 b, Scriptor subtilis atq; elegans. de Fi. 94 a, Licinius Attilum ferreum scriptorem appellabat. pro Do. 222 b, At qui tulit legum scriptor peritus, uelitis? iubeatis, ut, &c. & ibi. Hoc tu scriptore, hoc consiliario, &c. & 239 a, Si tuus ille scriptor uacuo animo tibi ista non scita, sed portenta conscriberet. Ep. 19 a, Domesticarum rerum tuarum habes & scriptores & nuncios. Atti. 190 b, Profectò illam consecrabo omni genere monimentorum, ab omnium ingenijs scriptorum & Græcorum, & Latinorum.

Scriptvm, pti. scriptura, monumentum, literarum monumẽtum, monumenta annalium, monumẽtorum memoria. Epi. 67 a, Ardeo cupiditate incredibili, nomen ut nostrum scriptis illustretur & celebretur tuis. Of. 33 a, Deinde istis scriptis actiones nostras mãdaremus. de D. 84 a, Artis alicuius scripta ac monumenta uoluptare. Tuf. 225 b, Maxime uerò omuium flagrasse amore Rhegynum Ibicum apparet ex scriptis. Ep. 16 a, Quod rogas ut mea tibi scripta mittam, quæ post discessum tuum scripserim, &c. de Orat. 126 a, Id quod à Platone in scriptis relictum esse dicunt. Epi. 48 b, Scriptorum subtilitas atq; elegantia. & 68 a, In legendo scripto. de Cl. 193 a, & Or. 116 b, Quæ commentatus sis, ea sine scripto uerbis eisdem reddere. pro Pl. 275 a, Oratio quę propter eius magnitudinem dicta de scripto est. Epist. 152 b, S.C. ita perscriptum, ut à me de scripto dicta sententia est. contra Rull. 75 b, De scripto legis recitare aliquid. At. 56 b, & de Cl. 168 b, & I. A. 225 a, De scripto dicere.) (Memoriter recitare. de Cl. 177 b, Crassus multa contra scriptum pro bono & æquo dixit.

Scriptvra,ræ. scriptum, scriptio, literæ. Ep. 85 a, Cùm mendum scripturæ litura tollatur. & 148 a, Plura illi mandata uerbo quàm scriptura dedi. de Ora. 97 a, Si subitam orationem cõmendatio uincit, hãc ipsam profectò assidua & diligens scriptura superabit. Ep. 256 a, Cum ea quæ scriptura perfectus es, sine summo amore cogitare nõ potueris. Ep. 85 a, Genus hoc scripturæ non modò liberum, sed incitatũ atq; latum esse debet. de In. 8 a, Sequi sententiam legis.) (Sequi scripturam. & ibi. Ex scriptura aliquid ad suam cauſam conuertere. Top. 229 a, Scriptura contraria.

Scriptvra. Item ratio est mancipum, id est, eorum qui portoria, aut pascua publica, aut decumas redimebãt: unde magistri scripturæ & portus dicuntur, qui publicanorum nomine portoria & uectigalia describebãt & colligebãt. At. 76 a, Tu autem sæpe dare literas tabellarijs publicanorum per magistros scripturæ, & portus & nostrarum dicœcesũ. In V. 143 a, In scriptura Siciliæ pro magistro est quidam L. Carpinatius. Att. 176 b, P. Terentius meus necessarius, magnas operas in portu, & scriptura Asiæ pro Magistro dedit. Scriptura tamẽ pro eo uectigali etiam accipitur solo, quod è publicis pascuis aut pecoribus accipitur. I. V. act. 3. & pro Pom. Nam cum hostium copię non longè absint, etiãsi irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. Ita neq; ex portu, neq; ex decumis, neq; ex scriptura uectigal conseruari potest. hic uides aliud esse portum, aliud decumas, aliud item scripturam.

Scrvpvlosvs, a, um. ambitiosus, religiosus. Tusc. 216 a, E quibus tanquam è scrupulosis cotib. enauigauit oratio.

Scrvpvlvs, li. exiguus lapis est, qui in calceo lædẽs interdum pedem lædit, inde ponitur pro re quæ nobis solicitudinem ac dubitationem affert. Est igitur scrupulus hic, suspicio, solicitudo, dubitatio. pro S. R. 19 b, Hũc mihi ex animo scrupulum euelle, qui me dies noctesq; stimulat ac pungit. & pro Cl. 33 b, Hic tum iniectus est hominibus scrupulus ac dubitatio. de Fin. 114 a, Scrupulum inquam abeuntí. de Ar. 245 b, Sin scrupulus tenuissimo residere aliquis uidebitur, non modò, &c. At. 16 b, Hac domesticarũ quidem solicitudinum aculeos omnes & scrupulos occultabo. At. 24 b, Nuimi potius reddantur quàm ullus sit scrupulus. & 66 b, Illud cognitum est, neq; argenti scrupulum esse ullum in insula: id est, ne minimum quidem. & 75 a, Exime de illo domestico scrupulum quem non ignoras.

Scrvpvl, orum. lapides quidam erant, quibus pro tesseris in quodam ludo utebantur. de Or. 103 b, Pila bene & duodecim scrupis ludere.

Scrvtor, aris. inquiro, excutio. Par. 230 b, Imò uerò scrutabimur & quęremus. I. V. 145 b, Scrutatus sum quę potui, & quæsiui omnia. de Nat. 67 b, Qui interiores scrutantur & reconditas literas. Qu. Fr. 291 b, Scrutari omnes sordes, excutere unumquenq; comitum. & pro S. R. 34 b, Non excutio te, non scrutor, si quid ferri habuisti. de Or. 122 a, Scrutari, locos ex quibus argumenta eruuntur. pro Dom. 211 a, Venio ad augures, quorum libros si qui sunt reconditi, nõ scrutor. In Vat. 31 a, Cùm omniũ domos furacissimè scrutarere. & de Diuin. 114 a, Scrutari plagas cœli. Ep. 163 b, Qui locis omnibus dispositi scrutãtur tabellarios. pro Se. R. 32 a, Definamus ea scrutari, quæ sunt inania, quæramus ubi maleficium est. In P. 94. L. Crassus spiculis propè scrutatus est alpes, ut, &c.

Scvlptvs, ta. incisus. Ac. 25 b, E faxo sculptus aut ebore dolatus. aliter, scalptus.

Scvrra, ræ. sannio. I. V. 180 b, quia scurris semper potius gladiator, quàm scurra appellatus sit. pro Q. 2 b, Facetus scurra. & 10 a, Scurram multo facilius diuitem quàm patrem familiàs fieri posse. de Nat. 20 a, Epicurus Socratem scurram Atticum fuisse dicebat. de Ora. 131 b, Raritas dictorum distinguet oratorem à scurra. ad Her. 27 a, Scurra exhausto pudore, quæ se putaret nihil habere, quod de existimatione penderet.

Scvrrilis, lis. obscœnus, qualis scurrarum esse solet. de Or. 131 a, Vitandum est oratori utrunq; ne aut scurrilis iocus sit, aut inimicus.

Scvtatvs, a, um. I. A. 180 a, Scutati milites: id est, qui scuta gerunt: ut hastati, qui hastis utuntur.

Scvtella, læ. Tusc. 200 b, Demus scutellam dulciculæ potionis.

Scvtvlvm, li. de Nat. 17 b, Sospita cum hasta & scutulo.

Sesqvitertivs dictus est, quasi sesquitertius: ualet enim duob. ses aris & semisse.Idẽ autẽ erat quod numus: etiam si, q; nõunquã coniungatur. Sestertium aũt genere neuiq; mille sestertios significat, hoc est, argenti asses duos ros libras alij uocant)& semissem. Additur etiam sæpe mero uerbum mille, aut aduerbium alicuius numeri, formula M.lle sestertium, uel milites sestertium. & sestertiũ pluralis genitiuus est, pro sestertiorum.Vbi aduerbium adiunctum sestertio est, intelligẽdum est mum: ut decies sesterria, id est,decies centena. Collimus igitur ista, ut facilius cognosci & retineri possint.

sestertium sestertium numum numum sestertij	idem sunt:id est, XXV.aurei nummi, siue coronati.

de O.164 a,Natura equo & leoni setas,caudam,& ed motus animorum declarandos dedit.Tusc.240 a, tium: è lacunari seta equina appensum demitti iussit. agen.cont.Rull.79 a.

pro Qu.14 b,O fortunatum hominem, qui huiusce- nuncios,seu potius pegasos habet.& 5 b,& pro Cec. Sen rectè seu perperam facere cœperunt.

austerè,Stoicè.pro Qu.R.52 a, Seuerissimè exacta, & Off.27 a,& pro Mur.134 a,Seuerè dicere.& 136 b, 66 a,Lites seuerè æstimare.

ritas,tis.grauitas,tristitia,duritas.)(. Comitas,humanitas Epistol.199 b, Vt summa seueritas summa cum humanitate iungatur.pro Mu.140 a, Si illius comitatem & facetiam tuæ grauitati seueritatiq; asperseris. de Orat.130 ifus tristitiam ac seueritatem mitigat & relaxat. & Iudex tum ad seueritatem, tum ad remissionem animi contorquendus.pro Syll. 185 a, Sic uos seueritatem ciorum, quæ per hosce menses in homines andacissimos facta est,misericordia mitigate. Qu. Frat.294 a, Seueritatem acerbam multis humanitatis condimentis mitigo.de Ar.250 a, Prisca illa seueritas sacrificij.I.P.81 a, ueritas censoria magistra pudoris & modestiæ. de Clar. a, Laxare iudicũ animos, atque à seueritate paulisper, hilaritatem risumque traducere.Ora.201 b, Duritas & ritas, & quasi mœstitia oratoris. & 214 a, Oratores seueritate audiri,poetas autem cum uoluptate. Quin. 3 a,Summa in iure dicendo seueritas. & I.C.121 a,Se ritas animaduersionis.Acad.35 a, Ipsa seueritas & gracitatem in aliquo. de Cl. 173 a, b,Homo ipsa tristitia, seueritate popularis. Att.11 a, Xenocrates & Metellus micus,seuericate clari. At. 12 a, Seueritas consulatus & b.Senatum ad pristinam seueritatem reuocaui. de 177 b,Crassus in summa comitate habebat etiam seueritatis satis.Off.18. Et tamen ita probanda est mansuetudo atq; clementia,ut adhibeatur reip. causa seueritas. de Sen. 91 a,Seueritatem in senecture probo,& eam, sicut alia,mo modicam:acerbitatem nullo modo.

Severvs,a,um.grauis, tristis, austerus, acerbus, uehemens asper,durus,ac pené agrestis.)(.Dissolutus, indulgens.Off. 75 a,Qui nuper indulgens in patrem,idem acerbus & seuerus in filiũ. pro Cl.29 a, Iudex seuerus in facinoroſos. Tus. 218 a,Imperia seueriora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundiæ.de Clar.175 a,Tubero uita seuerus,& cõgruens cum Stoica disciplina.de Or.153 b, Seuerus & tristis uultus. & 129 b, Omnium grauissimum & seuerissimũ esse.I.V.231 a, Postea iudicia seuera Romæ fieri desierunt. de Cl.195 b,Sententiæ non tam graues & seueræ quã concinnæ & uenustæ.pro Pom.11 b,Non potest esse seuerus in iudicãdo,qui alios in se seueros eẽ iudices nõ uult.I.A.187 a,Num putatis ipsum retentum esse aliqua re tristi & seuera?de Cl.174 b,Triste & seuerum genus dicendi.

Sevoco,as.separo,abduco.aufero.de N.63 a,Difficile est mẽtem ab oculis seuocare.Tusc.l.163 b, Qui se à corporibus seuocassent.& 164 a,Seuocare animũ ab omni negocio. & de D.93 b,Cũ est somno seuocatus animus à societate corporis.Or.203 a,& 202 b, Ab his hæc eloquentia seuocanda est.pro Quint.2 b,Næuius de communi quicquid poterat,ad se in priuatam domum seuocabat.

Sexagena millia.I.V.247 a.

Sexagesimvs.At.74 b, Sexagesimo & quinto post pugnã, Bouillam.l.Septingentesimus.

Sexagies.I.A.169 a,Sexagies sestertium.pro S.R.19 a,Bona quæ sunt sexagies.l.Centies.

Sex & quinquaginta.pro S.R. 21 b, Sex & 50 millia passuũ.

Sexaginta,de L.182 b.At.222 a,Sexaginta duobus.

Sexennivm,nij.I.A.195 b,de D.101 a,At.85.

Sexcenteni.I.V. 248 a, Sexcenteuos nummos constituere aliter Sexcenos.

Sexcenti,tæ,ta.I.V.132 b,Cn. Sextiũ mille modium, sexcentos præterea alios,&c.At.94 a,Belli periculum,militũ improbitas,sexcẽta præterea alia. de D.115 a,Sexcẽta licet eiusmodi proferre.At 23 b,Et sexcẽta sunt. & 33 b,Ad annos sexcentos. Attic. 100 a, Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas uno tempore accepi.

Sexcenties.At.lib.4.Contempsimus sexcenties HS.

Sexceni.I.V.act.7.Sexcenos numos constituere.

Sexprimi.ut Quinqueprimi,& Decemprimi. de N.74 b,Id quoq; L. Alenius fecit, cum chirographum sexprimorum imitatus est.

Sextans tis.sextula:id est,duæ unciæ.Ep.117 a.

Sextarivs,rij. mensuræ nomen, continetq; minas duas seu cyathos duodecim.Off.44 b,Si emere aquæ sextarium mina cogerentur.

Sexdecim.pro Cl.36 a.

Sextilis,lis.augustus mensis.l. Quintilis. Epist. 160 a,Si in sextilem comitia.

Sextvla,læ.sextans.pro Cec.298 a.l.As.Item aspergo.

Sextvm consul.ut Septimum consul.I.V.83.

Sexvs,us. de In. 50 a, Hominum genus in sexu consideratur, uirile an muliebre sit.

Si.cum, ut etiam si. pro Cecin. 294 b, Neq; uerò quicquam opus sit uerbis,cum ea res,cuius causa uerba quæsita sunt intelligatur.& ibid.Sermo hercule familiaris non cohærebit, si uerba inter nos aucupabimur. Ep. 6 a, Si uolo is esse quem tu me esse uoluisti. I. V. 106 b, Hac conditione si quis, &c. de Or. 91 a, Sed is si quis esset, aut si etiam unquam fuisset: aut uerò si esse posit, tu esses unus profectò qui,&c.Attic. 122 a,Moriar, si magis gauderem,si id mihi accidisset. pro Syl. 182 b, Conceditis,ut nobis libertatem retinere liceat,si minus dignitatem. & ibi. Graue fi appetimus aliquid,si cum cæteri de nobis silent, nos ipsi non taceamus. pro Clu.18 b, Deinde si quam opinionem mentibus uestris comprehendistis, si eam ratio conuellet, nore pugnetis.& 20 b, Non timuisse se minus uim deorum, ac noctem illam, &c. & 21 a, Atq; ea si obliuione non posset, tamen taciturnitate sua tecta esse pateretur. pro Qu. 14 a, Et mehercule si nihil diceret, tacito ipso officio me moueret. de Ora. 111 b, Ergo id qui toto in genere fecerit, is si

is si non planè artem, at quasi artem quandam effecerit. & 144 a, Alicui si nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam referre. Ora. 206 a, Alicuius rei si non perfectio, at conatus tamen, &c. de Or. 114 b, Si minus ut, &c. at certè, &c. I.V. 207 a, Hic uenit in iudicium, si nihil aliud, saltem ut, &c. Att. 110 a, Vt nihil aliud hoc tamen perfecit, &c. At. 4 a, Id te scire uolui, si quid fortè ea res ad te pertineret. Qu. Fra. 300 b, Nihil reprehèdo nisi iracundiam tuã, & si fortè rarò literarum missarum in diligentiam. At. 209 a, Nitor orationis noster, si modò est aliquis in nobis. Att. 261 b, Is malè intellexit, si quisquam malè intelligit. Orat. 295 b, Is magnus orator est, si non maximus. de Orat. 135 a, Vide, inquit, Scaure, mortuus rapitur, si potes esse possessor. contra Rul. 75 b, Et mihi quæso ignoscite, si appello talem uirum sæpius. de D. 123 b, Dicito si pascuntur aues. & ibi. Dicito si silentium esse uidebitur. Antequam. 193 a, Non queunt, si maximè cupiant. & pro Qu. 6 a, Si maximè uelim. de Fin. 49 a, Qui si hoc maximè placeat, tamen uolunt, &c. de N. 13 a, Roges me quid sentiam, nihil respondeam: id est, si roges. I.A. 134 b, Assenseroid est, si assensero. & ibi Negauero: id est, si negauero. Epist. 106 a, Etenim si quid generis istiusmodi me delectat pictura delectat. At. 10 b, Si unquam tibi uisus sum fortis, certè me tunc admiratus esses. Atti. 54 a, Si unquam fuimus, &c. aut si unquam, &c. tum profectò. At. 9 a, Si unquam mihi epicheremata suppeditarunt, illo tempore. Ep. 90 a, Si quis est, &c. is ego sum. Ep. 146 a, Si quisquam fuit unquam, &c. ego profectò is sum. pro Sest. 3 a, Si quis antea mirabatur, quid esset quod, &c. ex hoc tempore miretur potius, &c. de Cl. 265 b, Si fuit tempus ullum, cum, &c. tum profectò fuit. pro Mil. 103 a, Si tempus est ullum iure hominis occidendi, quæ multa sunt, certè illud est non modò iustum, sed etiam necessarium, cum uis illata defenditur. I.A. 221 a, Quod si cuipiam iustus honos habitus est in morte legato, in nullo iustior quàm in Ser. Sulpitio reperietur. Ep. 222 b, Si ullam in a micitia spem habes, si, &c. si, &c. hoc mihi da atq; largire, ut, &c. Ep. 184 a, Si abestis, &c. sin, &c. pro Syll. 179 b, & pro Sest. 29 b, Si, pro quia quoniam. de Amic. 112 b, Si aliquid, &c. & ibi. Si aliquem. Off. 38 a, Nostri imperatores ex una hac re maximam laudem capere studebant, si prouincias, si socios æquitate & fide defendissent.

Si. cum in argumẽtatione uersatur. de In. 55 a, b, & deinceps. de Ora. 123 b, & 124 a, Top. 221 b, 222 a, 225 a, Vt si peperit, uirgo non est. Si oportet sapere, dare operam philosophiæ conuenit. I. Connexum.

Sibilo, as. At. 34 a, Populares isti iam etiam modestos homines sibilare docuerunt. ad Her. 33 a, Vagire, mugire, murmurare, sibilare.

Sibilvs, li. pro Qu. Rosc. 50 a, Erotes comœdus è scena non modò sibilis, sed etiam conuicio explodebatur. Epi. 112 b, Hic tibi clamor tonitruum & rudentum sibilus. in Piso. 93 b, Da te populo, committe ludis, sibilum metuis? Atti. 33 a, Fusum clamoribus, & sibilis consectantur. de gloria teste Charisio lib. 1. In Tusculanum mihi nunciabantur gladiatorij sibili.

Sibylla, læ. de Di. 97 a, Nam terræ uis Pythiam Delphis incitabat, naturæ Sibyllam. & 87 b, Vaticinans per furorem ut Sibylla Erythrea. de Ar. 250 a, Hæc uate suadente, &c. id est, Sibylla. De qua & eius ratione tota, uide Sibyllina oracula à Sebastiano Castalione. è Græco in Latinum eleganter conuersa.

Sibyllinvs, a, um. I.V. 225 b, Additum est ad libros Sibyllinos, à quibus inuentum, Cererem placari oportere. de Di. 80 b, Furoris diuinationes Sibyllinis maximè uersibus contineri. in C. 112 a, Ex sacris Sibyllinis aruspicumq; responsis. de N. 27 Ex Sibyllinis uaticinationibus. de Ar. 249 b, Sibyllinus sacerdos.

Sic. eadem ratione, ita, item, quod, hoc modo, isto modo, perinde, similiter. de Diuin. 133 b, Siue sic est, siue illo modo. Epistol. 229 a, Apud eum sic fui, tanquam domi meæ. pro Planc. 293 a, Huius præfectura plena est uirorum fortissimorum, sic ut nulla tota Italia frequentior dici possit. Offic. 51 b, Ipsa inter se corporis comparantis sic, &c. & ibid. Cum externis corporis hoc modo comparantur, &c. de Aruspic. 245 a, Atque hoc si moderetur & cogitet, sic, &c. sin, &c. Orat. 208 b, Omnis pars orationis debet esse laudabilis, sic ut nullum uerbum nisi elegans excidat. Orat. 218 a, Verborum ordinem immuta, fac sic, comprobauit filij temeritas. Item: Et sic frangor sæpe misericordia. Epistol. 103 a, Sic ei te commendaui, ut grauissime potui. & 114 b, Sic, &c. quomodo. in Anton. 169 a, Vis negitur te inspiciam à puero? sic opinor. de Senectu. 82 a, Literas Græcas sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. Epistol. 156 a, Sic fit, ut, &c. ita fit, ut, &c. de Leg. 165 b, Illa quæ alijs secus, nec ipsdem semper uno modo uidentur, ficta esse dicimus.

Sica, cæ. gladius. I. Percussor. in Ca. 100 b, Iam tibi extorta est fica ista de manibus. & 109 a, Pueri qui ficas uibrare, & uenena spargere didicerunt. de Nat. d. 74 b, Sicæ, uenena, peculatus.

Sicarivs, rij. gladiator, grassator. pro S.R. 20 a, Homines sicarij atq; gladiatores. in V. 77 b, Non sicarium, sed crudelissimum carnificem in iudicium adduximus. de Finib. 75 b, Cum prætor quæstionem inter sicarios exercuisset. pro Cl. 48 b, Quæstio M. Pletorij, & C. Flamminij inter sicarios, C. Orchinij peculatus, mea de pecunijs repetundis. pro S.R. 33 b, Qui inter sicarios & de ueneficijs accusabat. in Ant. 166 a, Si ostenderis, quomodo sis eos inter sicarios defensurus. de Or. 118 a, De sicarijs, de ueneficijs, de peculatu inficiari necesse est.

Sicca, cæ. opp. Atti. 255.

Siccine. pro sic ne, uel an sic. de Finib. 36 a, Siccine eos censes? &c.

Scite. presè, subtiliter. de Opt. 244 a, Atticè dicere: id est, quasi siccè & integrè.

Siccitas. gracilitas. Qu. F. 318 a, Aqua sanè bellè fluens. præsertim maxima siccitate. & cõtra Ru. 80 a, I. Siponinus de Sen. 83 a, Summe in eo est corporis siccitas. Tuf. 247 b, Siccitas consequitur continentiam in uictu. de Na. 26 a, Siccitas orationis & de Cl. 191 a, b, Inopia, tenuitas. ad He. 25 b, Siccitate arescere.

Sicco, as. exhaurio. I.A. 195 b, Ille paludes siccare uoluit.

Siccvs, a, um. ieiunus, sobrius, pressus. (. Vinolentus. Aca. 22 a, Vinolentorum & furiosorum uisa imbecilliora esse dicebas, quàm siccorum & sanorum. de Opt. 243 b. Atticè oratores sani & sicci. in Bruto, Sicca oratio.

Sicilia, liæ. insula. I.V. 109 b, Cato ille sapiens cellam penariam reip. Siciliam nominauit.

Siciliensis, se. de N. 64 a, Fretum Siciliense. & Epi. 220 a, Quæstura mea Siciliensis. & I.V. 70 b, Ei quoq; negocio fisci Sicilienses minabantur.

Sicvli, I. V. 55. Siculi hominum genus nimis acutum & suspiciosum.

Sicvbi, si quo in loco. I. 238 a, Atq; hæc sicubi facta sunt, ut, &c. & Tuf. 170 b, & Att. 250 a, & pro Cor. 61 b.

Sicvnde. si alicunde. Att. 114 b, Sicunde potes, erues.

Sicvt. sicuti, ut, æquè ut, item ut, ita ut, similiter atque, tanquam, uelut. Tuf. 176 a, At. 276 b, Hæc in re scripsi ad eum ut tuo iudicio uteretur, sicut in rebus omnibus. & Epist. 65 a, Si me sicut soles amas. & 12 a, Si ab improbis ciuib. teneri rempublorem, sicut & meis temporibus scimus, & non nullis alijs accidisse accepimus. Item: Me sicut alterum parentem & obseruat & diligit. Ep. 84 b, Ille me amplectitur sicuti neminem. de Orat. 104 b, Quãuis scelerati fuissent, sicut fuerunt. Ep. 16 a, Quamobrẽ eius causam defendi in senatu sicut mea fides postulabat. Ep. 40 b, Quãquã perspexisses, sicuti perspicies, &c. Acad. 28 b, Amaui hominem sicut ille me. & 91 a, Sicut adhuc feci. & 44 a, Sicut tu optas. & de Orat. 113 b, Sicut mihi uidetur. Parad. 122 b, Sicut sapiens poeta dixit. Ep. 70 b, Sim, sicut hic dum eras, etiã doles, &c. Acad. 30 a, Defendere aliquẽ sicut caput & famam suam. de Ora. 147 b, Species alia magis alia formosa est, sicut hæc uis, &c. de Or. 105 b, Quibus quidem in causis omnib. sicut in illa M. Curij, quæ, &c. fuit inter eos magna dissensio. Or. 206 a, Sunt enim omnia sicut adolescẽtis, non tã re quã spe laudati. de Or. 94 b, Nihil est qd̃ cogat homines, sicut in foro non bonos oratores, itẽ in theatro malos

actores perpeti. de In. 64 a, Hic locus est sicut aliquod fundamentum huius constitutionis. de D. 132 a, Ita ut constantibus hominibus par erat. de In. 76 b, Ita ut factitatum. & I.V. 251 b, Ita ut Nico ille fugit. I.V. 246 b, Item ut, &c.

Sicyon, nis. urbs. At. 7. Of. 50.

Sicyonivs, a, um. de Or. 105 a, Calcei Sicyonij.

Sida, æ. urbs. Ep. 33. & 193. Lentuli.

Sidicinvs. At. 89. & I.A. 180.

Sidon, onis. urbs. At. 44 b.

Sidonivs Antipater. de Or. 161 a.

Sidvs, ris. stella, astrum. Tuf. 241 b, Cum sidera uiderit innumerabilia cœlo inhærentia, cum ipsius mundi motu congruere certis infixa sedibus, septem alia suos quoque tenere cursus, multum inter se aut altitudine, aut humilitate distantia, &c. de Na. 8 a, Sidera quæ infixa cœlo sunt. & de D. 127 a, Sidera quę uocantur errantia. de Som. 128 a, Illi sem piterni ignes, quæ uos sidera stellasq; uocatis. de N. 9 a, Signa sideraq; cœlestia. Tuf. 162 b, Forma cœli undique sideribus ornata. de N. 33 b, Sidera, quæ ex nobilissima purissimaq; ætheris parte gignuntur. & ibid. Sidera esse calida & ignea. de Fin. 86 a, Cum omnium siderum eodem unde profecta sunt, fiat ad unum tempus reuersio. de N. 57 b, Circuitus solis & lunæ, reliquorumq; siderum.

Sigaevm, gæi. Græcè σιγαῖον, promontorium. pro Ar. 190 a, Achillis tumulus in Sigæo. Ep. 68.

Sigillatim. singillatim, singulatim.)(. Generatim atq; uniuersè. I.V. 265 a, Anteq. 196 b, Quib. sigillatim sæpe supplex ad pedes iacui. Att. 9 b, Ad pedes omnium sigillatim accidente Clodio. I.V. 157 b, Sigillatim unicuique denunciabat. Tuf. 246 b, Hæq; uoluptates sigillatim extenuãtur, quarum genera non contemnunt.

Sigillatvs, a, um. crustis & emblematis ornatus, signis ornatus. I.V. 206 b, Iubet me scyphos sigillatos ad prætorem afferre. & 210 a, Sigillata simulachra. I. Puteal.

Sigillvm, li. signum, emblema. I.V. 211 a, Appofuit patellam in qua sigilla erant egregia. & ibid. Sigillis aulisis reliquum argentum reddidit. & 254 a, Tabulæ in quibus sigilla perscripta erant. Acad. 21 b, Si in eiusmodi cera centum sigilla hoc annulo impressero. At. 5 b, Putealia sigilla duo.

Signatvs, a, um. confignatus, cælatus. I.V. 248 b, Argentum factum atq; signatum. Tuf. 161 a, Memoriam esse signatarum rerum in mente uestigia.

Signifer, ri. qui signum, aut uexillum præfert. de Diuin. 96 b, Cum signifer primi hastati signum non posset mouere loco. & 122 b, pro Syll. 173 b, Cum Torquatus signifer esset iuuentutis. I.V. 124 b, Signifer in exercitu. pro Mu. 136 a, pro Mil. 119 a, Dux & signifer calamitosorum. pro Planc. 175 b, Qui causæ nostræ duces & quasi signiferi fuerunt. At. 22 b, Te signifero ac principe.

Signifer orbis: id est, ζωδιακός. I. Zodiacus.

Significantivs. clarius. Ep. 44 b, Tamen hac mihi affinitate nunciata non maiore equidem studio, sed acrius, apertius, significantius dignitatem tuam defendissem.

Significatio, onis. sententia, uis, notio, potestas, uirtus, signum. Part. 239 b, Cum autem plura significantur scripto propter uerbi aut uerborũ ambiguitatem, ut liceat ei qui contra dicat, significationem scripti eò trahere, quò expediat aut uelit. & 242 a, Vterq; enim hanc significationem qua uterur ipse dignam scriptoris prudentia esse defendat. de In. 51 a, Tempus est pars æternitatis cum alicuius anni, menstrui, diurni nocturnive spacij certa significatione. Tuf. 192 a, Hæc res hanc habet uim. Of. 60 a, Hoc uerbum quid ualeat, non uident. de Fi. 74 b, Neq; uident sub hac uoce honestatis quæ sit subijcienda sententia. ad Heren. 41 a, Verborum ancipites & multiplices potestates. contra Rul. 67 a, Sed mihi ad huiusce uerbi uim & interpretationem uehementer opus est uestra prudentia. de Ora. 152 a, Vim uerbi in aliud atque cæteri accipiant, posse ducere. Or. 209 b, Significatio sæpe erit maior quàm oratio. de Ora. 161 b, Præcisio, & plus ad intelligendum quàm dixeris significatio. & 133 b, Arguta etiam significatio est, cum, &c. Ep. 93 b, Ad me autem literas quas misisti quanquam exiguam significationem tuæ erga me uoluntatis habebant, tamen mihi scito iucundas fuisse. pro Cl. 14 a, Is cum testamentum mutare cœperit, in ipsa significatione huius uoluntatis est mortuus. Q. F. 298 a, b, Theatrũ Asiæ ita resonans usq; Romã significationes uocesq; referãtur. pro Põ. 5 a, Qui una die tota Asia, uno nuncio atque una literarum significatione ciues Rom. necandos trucidandosq; denotauit. de Ora. 122 b, Orator, qui quàm minimam artificij alicuius, deinde nullam Græcarum rerum significationem daret. & 125 a, Pudoris significatio. I.A. 256 a, Sed quoniam significatio uestra declarat quid sentiatis, ad literas ueniam. Of. 26 b, Ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam. ad Her. 41 a, Ita hæc consequendi, quæ conficiunt huiusce modi significationem. & 28 b, Exclamatio conficit significationem doloris. de Cl. 163 b, Gestus sententiam, non demonstratione, sed significatione declarans. ad Heren. 49 b, Significatio est quæ plus in suspicione, relinquit, quàm positum est in oratione. Oct. 329 b, Significatio sensus absentium. de Diu. 137 b, Valetudinis significationes. i. signa. de Nat. 9 a, Rebus inanimatis per quandam significationem, deorum esse tributa nomina. de Diui. 134 a, & 119 a, Diuina uis consulens nobis, somniorum significationes facit. Item, Quæ est enim ista à dijs profecta significationes, & quasi denunciatio calamitatum. de Di. 82 b, Obseruata sunt hæc tempore immensò & significatione euentus animaduersa ac notata. & ibid. Obseruatis longo tempore significationibus futura prænunciare. de Or. 138 a, Omne principiũ rei totius quæ agitur significationem habere debebit. Offi. 10 a, Aliquis, in quo aliqua significatio uirtutis appareat. de Am. 102 a, Facta significatione probitatis. & 164 b, Si qua significatio uirtutis eluceat.

Significo, as. noto, declaro, indico, ostendo, demonstro, de signo, describo, significationem facio uel conficio, signum do, signum ostẽdo, documentum do, signum mitto, aliquid argumenti habeo, signum sum, sententiam significo, uim uel sententiam habeo, sono, sum. pro Cec. 301 b, Videtis igitur hoc uno uerbo significari res duas. de Inu. 77 a, Cum scriptum duas pluresve res significat. de Fi. 75 b, Res uerbis significantur. de Or. 147 a, Verba efirata & proprie demonstrantia ea quæ declarari ac significari uolemus. Tusc. 185 a, His ego pluribus nominib. unam rem declarari uolo sed utor, ut quàm maximè significem, pluribus. Tuf. 177 a, Carere igitur hoc significat, egere eo quod habere uelis. inest enim uelle in carendo. & ibi. Triste est nomen ipsum carendi, quia subijcitur hæc uis, habuit quis, non habet. & 234 a, Huic uerbo cum beatum dicimus, subiecta ea notio est, &c. de Leg. 191 b, Quæ lex hanc sententiam continet, ut tollat, &c. Tusc. 159 a, Præceptum Apollinis hoc significat. & ibi. Præceptum Apollinis hanc habet uim. Ep. 30 a, Accepi literas tuas, &c. quæ quo tempore te expectarem, mihi non significabant. & Attic. 118 b, Literæ breues, sed beneuolentiam significantes. Epist. 69 b, Itaque hoc sæpius dicendum, tibique non significandum solum, sed etiam declarandum arbitror. pro Sex. Rosc. 27 b, Canes publicè aluntur in Capitolio, ut significent si fures uenerint. de Of. 27 b, Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet obiurgatio, significandum est ipsius causa, qui obiurgatur, esse suceptum. & de L. 174 b, Quòd autem lex pietatem adhiberi iubet, significat probitatem gratam esse deo. de Ar. 256 a, Is hunc unum esse in hac ciuitate dignum huius imperij dicit, & significat se illi amicissimum. I.V. 196 a, Hoc mihi significasse atque annuisse uisus est. de Orat. 95 a, Hic omnes assensi significare inter sese & colloqui cœperunt. de Or. 91 b, Non quo aperirer sententiam suam, sed tamen hoc significabat, eos, &c. & 125 a, Facilitas significandi. Attic. 53 b, significare gratulationem alicui plausu maximo. de Cl. 192 a, Cum surgit is qui dicturus est, significatur a corona silentium. Qu. de Pet. 208 a, significare parem uoluntatem erga aliquem. pro Flac. 155 b, Non enim credo significari isto loco illum, qui se erigit, Heraclitum. de Ora. 125 b, Tantus dolor oculis, uultu, gestu, digito, deniq; isto tuo significari solet. pro Plan. 270 a, Nihil est de te degractum, sed aliquid etiam de uirtute significatum tua. et 275 b, Huius in periculo non dolorem meum significarẽ? de Diu. 80 a, Omnes futura significari censent. ibid. Chaldæi stellis notatis, quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt. de Ar. 249 b, Periculum ex aliquo monstro significatum cauere. Of. 28 b, εὐταξία, quã interpretamur

modestiã, quo in uerbo modus inest. & ibidem εὐταξία in qua intelligitur ordinis conseruatio. & ibid. Itaque uidetur eadem uis ordinis & collocationis fore. I. A. 173 b, Si dignitas significaretur in nomine, dixisset aliquando, credo, auus tuus, se & consulem & Antonium. de L. 160 a, Ratio, potestas, mens, numen, &c. siue quod est aliud uerbum, quo planius significem quod uolo. Qu. de Pet. 211 a, Primũ id quod facis, ut homines noris, significa, &c.

SIGNO, as. designo, consigno, imprimo. de Fat. 149 a, Visum obiectum imprimit, & quasi signat in animo suam speciem. Ac. 18 b, Aliquid signari à animis nostris. de L. 185 a, Aes, argentum, aurumve publicè signanto. & Ep. 217 a, Cum signaretur argentum Apolloniæ. I. A. Signaq; signauit cœlestia, &c. Or. 202 b, Quanquam omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est Att. 250 b, Signata iam epistola Formiani uenerunt. & 170 b, Accepi à te signatum libellum.

SIGNVM, gni. nota, indicium, documentum, uestigium, monumentum, significatio, insigne. de In. 52 a, Signum est qd̃ sub sensum aliquem cadit. Acad. 10 a, Proprium in communi signo notari non potest. Ep. 83 b, Habeo alia signa quæ obseruem. & ib. Notare signa ad diuinandum. Q. F. 323 a, Occupationum mearum signum tibi sit librarij manus. Attic. 131 a, Lippitudinis meæ signum tibi sit librarij manus, & eadẽ causa breuitatis. de Di. 106 a, Potest accidere ut aliquid signum dubiè datum pro certo sit acceptũ. & 120 a, Hoc igitur per gallinas Iupiter tantæ ciuitati signum dabat? & b, Callisthenes dixit deos gallis signũ dedisse cantandi. I. A. 190 b, Signum date populo Ro. uos non deesse reip. & 201 b, Is maximum signum illo die dedit uoluntatis suæ, cum, &c. At. 78 b, & Ep. 177 a, Hoc magni amoris signum. de Fi. 91 b, Puerum dare signa pudoris & ingenij. I. V. 90 b, Satis signi dedit, se tacere non posse. pro Cl. 40 a, Perinde quasi non satis signi esse debuerit, &c. de Or. 125 b, Signa doloris uultu ostendere. de Or. 124 a, Signa & notas ostendere locorum. de Ar. 249 a, Hæc nobis & scelerum indicia ostẽdit, & periculorum signa patefecit. pro Sest. 14 a, Hoc summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum. pro Cec. 205 a, Homo in utraque fortuna cognitus multis signis & uirtutis & humanitatis. Ar. 223 a, Bona signa consentientis multitudinis. & b, Illa signa non bona, &c. signa bella. pro Cæl. 39 b, Habuit ille permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata uirtutum. pro Mar. 131 a, Ergo his ad bene de omni repu. sperandum quasi signum aliquod sustulisti. I. P. 87 a, Mei capitis seruãdi causã Romam uno tempore quasi signo dato Italia tota conuenit. de Ar. 248 b, Vis innumerabilis seruorũ in scenã signo dato irrupit. I. V. 222 b, Signum quod erat notum uicinitati buccina datur. I. A. 198 b, pro Flac. 147 a, Ille furens infesta iam patriæ signa inferebat. pro Fon. 283 b, Infestis signis inferri in hostẽ. de Am. * Habere quasi signa quædã & notas, quibus eos qui ad amicitiam essent idonei, iudicarent. Atti. 2 b, Signa sunt ad Caietam exposita. & ibi. 25 b, Neque utar meo chirographo, Neque signo. de Or. 102 b, Tum adiungeremus, de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collationibus. de Cl. 184 a, Magna hæc immemoris ingenij signa. de Diu. 138 b, Medici signa quædam habent ex uenis, & ex spiritu ægroti, multisque ex alijs futura præsentiunt. I. A. 199 b, Legationis ultrò missæ nomen signum esse timoris uidebatur. in Cat. 107 a, signa militaria. Ar. 257 b, Aliquem suis signis legiones ducere. Epist. 97 a, Signa tyrone & collecto exercitu cum legionibus robustissimis contulit. I. P. 9 a, Cõferre signa cum hostib. Ar. 96 a, Collatis signis decernere cũ aliquo. de D. 102 b, & 105 a, Mittere signũ. pro Mu. 133 a, Tẽpestates sæpe certo aliquo cęli signo commouentur, sæpe improuiso, nulla ex certa ratione, obscura aliqua causa concitantur. I. C. 113 a, Dum ostendi tabulas Lentulo, & quæsiui cognoscerent ne signum, annuit: est uerò, inquam, notum signum, imago animi. & 112 a, Literæ omnes integris signis prætoribus traduntur. ad Brut. 91 a, Nec signum tuum in epistola, nec dies appositus est. I. V. 100 a, Tabulæ testamenti obsignatæ non minus multis signis, quàm è lege oporteat. & 282 b, Obsignare literas publico signo. & 256 b, pro Fla. 153 b, Signum publicum. I. V. 232 b, Literæ obsignatæ publico signo. & 213 a, Signum in creta, quo epistola obsignata erat. Attic. 171 b, Signum & manum meam requirent. & 145 a, Librum mũ habeo sub signo, seruoq; diligentissimè. con. Rul. 64 b, Horreum belli sub signo clausti risq; positũ. I. V. 200 a, Signum æneum, marmoreum, eburneum. de Or. 98 a, Signa ac tabulas propalàm collocare. Ep. 106 a, Martis uero signum quo mihi pacis autoritãte Diu. 105 b, Si luna defecisset in signo leonis. de Som. 130 b, Signis omnib. ad idem principium stellisq; reuocatis. de Inu. 54 a, Signorum ortus & obitus definitum quendam ordinem seruant. I. V. 132 a, Signum, nota, uestigium. 131 b, Signum, iudicium, trophæum.

SILENTIVM, tij. taciturnitas, reticentia. de Orator. 98 a, Hæc cum Crassus dixisset silentium est consecutum. & 156 a, Ipse conticuit, & cæteris silentium fuit. I. P. 86 a, Curiæ taciturnitas annua. & ibi. Silentium perpetuum iudiciorum. de Orator. 114 a, In eodem silentio multa alia oratorum officia iacuerunt. Q. Frat. 306 a, Lupus egit eam causam, & auditus est magno silentio. de Di. 93 a, Tu tamen silentium fieri iussisti. ad Herenn. 39 a, Facere silentium. Tusc. 185 a, Cum eos uideris excipientes grauissimas plagas & ferentes silentio. de Or. 109 a, Laudem aliquẽ iã propè senescentem ab obliuione hominum atq; à silentio uindicare. Par. 237 a, Silentio præterire aliquid. pro Sy. 178 b, Ac ne hoc quidem mihi uidetur silentio prętereundum. & At. 34 b, Silentio transire aliquid. I. A. 248 b, Silentio prætermittere aliquid. de D. 123 b, Id enim silentiũ dicimus in auspicijs, quod omni uitio caret. Attic. 76 b, de Partho silentium est.

SILENVS, ni. de Sileno. Tus. 39 b.

SILEO, les. taceo, reticeo, silentium facio, obmutesco, silẽtio prætereo, silentio utor, tacitus prætereo, silentio prętermitto, tacitum aliquid prętereo. pro Syl. 182 b, Si cum cęteri de nobis silent, non etiam nos ipsi taceamus, graue. & Post. 204 a, Nunquã de me silui tis. & I. V. 160 a, &c. de Cl. 178 b, Silebitur de maximis illius factis. & 189 b, et de D. 122 a, Silere de aliqua re. Ac. 39 a, Silent enim diutius Musę Varronis quàm solebant. pro Fl. 157 b, Siluerunt principes. et de L. 192 a, Ambitus nunc silet.)(. Nunc fremunt ad me, tempus mutum à literis. I. Murus. pro Fla. 147 a, Eares silentur, uox de quęstura nulla missa est, muta est huius temporis accusatio, prętuę iurisditio non attingitur. Par. 237 a, et In A. 248 a, Silere, silentio prętẽire, silentio prętermittere. Ar. 33 b, Tu hęc silebis.

SILEX, cis. lapis durus, è quo excutit ignis solet, uiuum uulgus uocat. de Nat. 62 a, Ergo illud in silice tanquam uestigium ungulę Castoris creditis esse? et Ep. 115 a, Adhęrere in silice. Tusc. 192 b, Non enim è silice nati sumus. de D. 126 a, Cum iuberetur certo in loco silicem cędere, perterritus uisis id agere cœpit.

SILI, qui nasum bene extantem et repandum habent.)(. Simus. de N. 17 a, Sili, Flacci, Capitones. Frontones.

SIMIA, mię. de Nat. 20 b, Simia quàm similis turpissima bestia nobis. ex Eun. de D. 122 b, Quid minus mirũ, quàm illam monstruosissimam bestiam urnã euertisse? sortes dissipauisse?

SIMIOLVS, li'. Epistol. 96 a, Hic simiolus, animi causã, me in quem inuehererer delegerat. Simius. Epistol. 66 a, Simius, non semissis homo contra me arma tulit, et cum bello cepi.

SIMILIS, le. consimilis, par ilis, æqualis, par, geminus, eiusdem modi, germanus, instar, cui similitudo est cum aliquo, qui similitudinem gerit speciemque alicuius, qui ad aliquid habet similitudinem, exprimens aliquem uel uica, uel consuetudine, qui habent similitudinem inter se, initor.)(. Dissimilis, dispar, diuersus. de Natur. 56 a, Itaque plectri similem longam dixere, chordarum dentes, nares cornibus ijs, quę ad neruos resonant in cantibus. Ar. 152 a, Nihil malo, quàm et me mei similem esse, et illos fui. Tusculan. 155 a, Phidias sui similem formam inclusit in clypeo. In Sal. 273 a, Tu par ac similis scelestorum ciuium. de Natur. 57 a, Vita beata par ac similis deorum. pro Cec. 305 a, Nemo existat nisi tui Sexte tui similis, et stultitia, et impudentia, qui dicat, etc. de Cla. 169 a, Rhodij Atticorum similiores. de Fin. 101 a, Vt paupertatem, ignominiam, filia horum. et ibidem, Vt glorię, diuitiarum, similium rerũ. Attic. 210 a, Carneades προβολὴν pugilis, et retentionem aurigæ similem facit. pro Qu. Ro. 34 a, Simillima & maximè gemina societas hæreditatis est. Epist. 187 b, Idq; eo fa cilius credebatur, quia simile uero uidebatur. In Ver. 242 a, Filius similis patri id est, moribus. Tusc. 165 b, Africani fratris nepos, facie uel patris, uita omnium perditorum similis. de D. 120 b, Decoloratio quædam similis sanguini. pro Lig. 138 a, Hæc sunt prodigijs similia. de D. 122 a, Postremo quid simile habet passer annis. pro S.R. 24 a, Est ne hoc illi non simillimum? de Or. 204 b, Aut simile est illi, uti de transferas. Att. 278 a, Id amisisti cui simile in terris nihil fuit. Epi. 139 a, Quid enim simile habet epistola, aut iudicio, aut concioni. ad Her. 39 a, b, Ibant in prælium corpore tauri ualidissimi, impetu leonis acerrimi similes. Offic. 11 b, Viri bonis moribus similes. & pro Cl. 26 b, Homines cùm forma, tum moricus similes inter se. Item: Et uoorum inter se similitudo. de Orat. 117 a, & 262 a, & 148 a, Multi naturis differunt, uoluntate autem similes sunt inter sese, & magistri. Ac. 29 b, Democritus huic, in hoc similis, uberior in cæteris. I. V. 192 a, Doceas oportet aliquid ab isto simile æstimatione atq; à cæteris esse factum. At. 24 a, Hoc simile atq; ire in Salonium. de Fin. 134 a, Ita similis erit finis boni atq; antea fuerat. Ep. 6 a, Simillimamq; in re dissimilitui temporis & nostri quondam fuisse rationem. de Fi. 113 a, Ecce aliud simile dissimile. de Fin. 100 a, Vtuntur q; simili. & 101 b, Ab his hoc simile ponitur, ut enim inquiũt. &c. de D. 135 b, Similes sunt dij, si ea nobis obijciunt, quorum neq; scientiam, neq; explanationem habeamus, tanquam si Pœni in senatu nostro sine interprete loquerentur. de Or. 100 a, Similiq; in genere, inferiore ordine. Epi. 237 a, Et me aliquando cum similibus nostri remp. defensurum. Epi. 238 a, Vestri similes fœminæ sint ne Romæ. In Sal. 272 a, Aequalem ac parem uerbis uitam agere. Aca. 29 b, Particulæ similes inter se. de Or. 117 a, Aliquos inter se pares esse id est, similes. & Acad. 31 b, Paribus in locis. de Or. 128 a, Par atque una ratio est spei. Acad. 31 b, Eiusdem modi.)(. Dissimilis. & 21 b, Centum Alexandros eiusmodi. Att. 142 b, Festino enim, simillimus decurro, atq; cursu ἴσους meas commẽtari non desino. Or. 199 b, Nactus sum etiam qui Xenophontis similem esse se cuperet. pro S.R. 38 a, Par est auaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Off. 24 b, Superioris Africani filius, nõ tam potuit patri similis esse, quàm ille fuerat sui. de Se. 80 b, Similesq; sunt, ut si qui dicant, &c. & de Am. 105 b, Nihil est apperentius similium sui, nihil rapacius, quàm natura, &c. de L. 161 a, Nihil est enim unum uni tam simile, tam par, quàm omnes inter nosmetipsos sumus.

SIMILITER, simillimè, simili ratione, item, idem, æquè, pariter, simili modo, eodem modo, uno & eodem modo, sic. de Or. 162 a, Illa quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter. Tus. 214 a, Similiter cæteri morbi. & Ac. 4 b, Similiter nos. pro Pom. 8 a, Ita reputo, à nemine istorum L. Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatum. de Ora. 115 a, Similiter arbitror in hac arte, &c. & 150 b, & de Ora. 98 a, Similiter nunc petes à Crasso, ut, &c. & de Fa. 145 b, Similiter ad motus animorum, &c. Of. 17 b, Qui similiter faciũt ut fi, &c. Off. 18 a, Similiter facis ut, si, &c. & Tus. 217 b, Similiter facis ut si quis, &c. & de Fini. 63 a, Idq; si ita dicit, &c. dicit absurdè, similiter & si dicat, &c. In An. 154 b, Nec eum similiter atq; ego eram, commotus esse uidi. contra Rull. 63 a, Hic excipi Pompeium, simillimè ut mihi uideretur, atq; in illa lege qua peregrini Roma eijciuntur, excipiuntur Glaucippus. Tusc. 187 a, Vt enim corpus, &c. simillime animus, &c. Aca. 18 b, Similiter à nobis commemorari de antiquis philosophis atq; seditiosi ciues, &c. de Nat. 61 b, Tu autem qui id quæris, similiter facis, ac si me roges, cur, &c. de Clar. 186 a, Omnia ferè ut similiter & uno modo dicerentur. & Off. 1 b, Eodemq; modo de Aristotele iudico. de In. 54 b, Simili modo. Ac. 12 b, Animi inanitẽr mouentur eodem modo rebus ijs quæ non sunt, ut ijs quæ sunt. de Fin. 114 a, Vtriq; idem faciunt, ut fi, &c.

SIMILIS. pro similiter. Acad. lib. 4.

SIMILITER cadens, similiter desinẽs. ornamenta uerborum sunt. ad Her. 30 b.

SIMILITVDO. cum est ornatus, est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile. ad Her. 38 b.

SIMILITVDO. cum locus est argumenti. Or. 124 a, Top. 224 a, Vide ibi multa præclara.

SIMILITVDO, nis. exemplar, forma, species, collatio, simile, imago. de Inu. 65 b, Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. & de D. 120 a, Nonnunquam etiam errorem creat similitudo. & de Or. 133 b, Similitudo quæ aut collationem habet, aut imaginem. & 128 a, Sed est quædã in his generibus difficilis ad distinguendũ similitudo. de Cl. 170 a, Et quodammodo est nonnulla in ijs ẽt inter ipsos similitudo. & 177 b, Est quædam uobis cũ illis similitudo. de Fin. 141 b, Gloria habet formam honestatis & similitudinem. I. A. 252 b, Omnes habent maximam similitudinem inter se. Tus. 165 b, Ea sunt autem quæcunq; tum, quæ similitudinem faciunt. ad Her. 39 a, Non. nres tota toti rei necesse est similis sit, sed ad ipsum ad quod cõferetur similitudinẽ habeat oportet. Tus. 172 b, Arripere similitudinẽ aliquam uirorum clarorum. Of. 55 a, Qui similitudinem quandam gerunt speciemq; sapientum. de N. 58 b, & Epist. 106 a, Vt exerceamur in uenando ad similitudinem bellicę disciplinæ. de Or. 95 b, Vt ad hanc similitudinem huius histrionis, oratoriam laudem dirigamus. Or. 205 a, & de Or. 157 a, Verbum per similitudinem translatum. & 207 b, Quoniã multa ad oratoris similitudinem ab uno artifice summus. de D. 86 b, Quod ab eius litui, quo canitur, similitudine, nomen inuenit. Or. 197 b, Nec uerò ille artifex cum faceret Iouis formã, contemplabatur aliquẽ è quo similitudinẽ duceret. Or. 202 b, Sophista cum distinguenda est similitudo. & 109 b, Comparare similitudines. & Tus. 214 a, & de In. 64 b, Conferre similitudines, & similitudinum collatio. pro Cl. 26 b, Similitudo studiorum ac naturæ multam uim habes ad coniungendas amicitias. In An. 210 b, Nos studio rum honestissimorum societas similitudõq; coniunxit. de Or. 113 a, Hanc similitudinem scribendi multi secuti sunt id est, annalium. & 141 a, Artis imago quædam & similitudo. 115 a, de Diu. 116 b, Quanquam tu quidem non hostiarum casum confirmas fortũ similitudine, sed infirmas fortes collatione hostiarum. de Fin. 128 b, Multa est dissimilitudo in finibus bonorum & malorum. & 95 a, Est ẽt huic alia cum illo dissimilitudo. de Am. 105 b, Similitudo illicit atq; attrahit ad amicitiam. de L. 161 a, Est igitur hominì cum deo similitudo. de Vn. 196 a, Nullius animantium deus in fingendo mundo similitudinem secutus est. de Na. 33 b, Bene igitur Chrysippus, qui similitudines adiungens docet omnia in perfectis esse meliora, ut in equo quàm in equulo, &c. de N. 7 b, Parmenides cõmentitium quiddam coronæ similitudine efficit, Stephanon appellat.

SI minus. de Fat. 144 b, Quod si minus uerbis, te cogitur confiteri. I. Sin.

SIMONIDES Chius poeta, quem primum ferunt artem memoræ protulisse. de Or. 141 a.

SIMPLEX, cis. uniusmodi, apertus, solitarius, purus, credulus, antiquus.)(. Cum aliquo coniunctus atque connexus, iunctus, callidus, uersutus. de Fat. 146 a, Quędam sunt in rebus simplicia, quædam copulata. de Na. 31 b, Solitarium & simples.)(. Cum alio coniunctum atque connexum. & de Inu. 82 a, Simplex.)(. Iunctum. Orato. 204 a, Verba simplicia.)(. Verba collocata. Acad. 44 b, Principes qualitates sunt uniusmodi & simplices, ex ijs autem ortæ uariæ sunt, & quasi multiformes. pro Font. 178 b, unum est & simplex aurium iudicium. pro Sy. 168 b, Simplex est officium, atq; una bonorum omnium causa. Ac. 178 a, Cretio hæreditatis simplex. de In. 83 b, Simplex & absoluta necessitudo.)(. Cum adiunctione. Aca. 40 a, Illud uerum & simplex bonum. & Offic. 26 b, Quæ sunt recta & simplicia, laudantur. Ar. 159 a, Nihil simplex, nihil sincerum. pro Ce. 285 b, In causa aperta ac simplici. de Orato. 104 b, Ornatius dicere quàm simplex ratio ueritatis ferat. In V. 181 b, Differtissimum cognoui auum tuum, atte etiam apertiorem in dicendo: ille nonnunquam concionatus est nudus, tum hominis simplicis pectus uidimus. pro Planc. 263 b, Fidelis & simplex.)(. Fallax & eruditus artificio simulationis. Offi. 13 a, & Orato. 219 b, Vir bonus & simplicis ueritatis amicus. & Aca. 28 a, O uirum simplicem, qui nos nihil celat. & de Amic. 208 b. Simplicem præterea, & cõmunem, & consentientem amicum eligi par est. pro S.

R. 22 b, Homines antiqui, qui ex sita natura cęteros fingerent, crediderunt. Of. 76 b, Finis bonorum & malorum, qui simplex esse debet, ex dissimilibus rebus misceri & temperari non potest. de Sen. 93 b, Animi natura simplex est, nec habet in se quicquam admistum dispar sui atque dissimile, & ibi. Quare nec diuidi potest, &c.

SIMPLICITER & singulari modò, apertè sincerè.)(. Dupliciter & bipartitò. ad Her. 4 a. Ac. 40 a, Illi enim simpliciter pecudis & hominis idem bonum esse censent. pro Ar. 191 b, 192 a, Qua de causa pro mea consuetudine breuiter simpliciterq; dixi. Postquam. 203 a, Mihi in sententia simpliciter referenda fides non deerit. Of. 39 a, Si est simpliciter breuiterque dicendum. de In. 63 b, Exponere aliquid simpliciter sine ulla exornatione, Ac. 28 a, Cum simplici homini simpliciter agerẽ, nec magnopere cõtenderẽ. de I. 75 a, Simpliciter & ex sua ui consideraui. Ep. 115 b, Ne parũ sim pliciter & candidè inimicitias posuisse uideare. de O. 123 a, & 156 b, Si simpliciter dictum sit.)(. Si coniunctè fit elatum. Sop. 228 a, Aut simpliciter aut comparatè. Offi. 192 a, Viuere simpliciter, fideliter, uitæq; hominũ amicè.

SIMPLVM. Top. 224 b, Vt duplum, simplum.

SIMPVLVM, uel simpullum, li. uas fictile liquorem minuratim fundens, quo mulieres potissimum libabant in sacrificijs. de Le. 191 b. Excitabat enim fluctus in simpulo ut dicitur, Gratidius, quos pòst filius eius Marius in Aegæo excitauit mari, prouerbium.

SIMVL. unà, pariter, communiter, cum, in unum. de D. 115 a, Arbores cum luna simul senescentes tempestiuè cædi. I. V. 215 b, Tui nominis æterna memoria simul cum templo illo consecrãtur. de In. 48 a, Simul cum rebus ipsis. & Ac. 39 b, Res, quas tecum simul didici. & Ep. 245 a, Q. Frater mecũ simul, & 259 b, Simul nobiscum. pro Do. 216 b, Senatus authoritas mecum simul reducta est. Ep 126 a, Dummodo simul simus. de Clar. 185 b, Qu. Hortensij ingenium ut Phidiæ signum simul cum aspectum & probatum est. Ac. 2 a, Demonstraui hic illi, simul & illud ostendi, &c. & Epi. 67 b, Et simul si, &c. Ac. 10 a, Quæris ex me, &c. & simul sciens, &c. & I. V. 68 b, Simul in iure, &c. & 253 a, Simul qd &c. pro Cor. 66 b, Simul illud nesciebat, &c. Qu. Fr. 296 b, Simul & illud cogita, &c. Ac. 14 a, & d Ar. 243 b, & Ep. 91 b, Itaque simul expergefacti sumus, uisa illa contemnimus. & Tus. 210 a, & I. V. 89 b, & Arti. 158 b, Simul ut accepi, &c. Item: Si omnia simul concessiris. Itẽ: Congerãtur in unum omnia. I. Congero. de Sene. 77 b, Sæpenumero mirari soleo cum hoc C. Lælio, &c. Att. 73 a, Propter propinquitatem totos dies simul eramus iuncti. Ac. 194 b, Te uoluntate tua ut simul simus, non dubito. de Or. 143 b, Et cum rep. pariter uixisse, & cum ea simul extinctum esse. de In. 80 a, Alexandrum Phæreum uxor sua cum simul cubaret, occidit. Ac. 91 b. qui scribis te interdum morderi, quod num simul sis. de Or. 131 b, Abijcere uoluntatem discendi simul cum spe perdiscendi. de Ar. 543 b, Simul, pro postquam.

SIMVLAC. de Orat. 119 a, Vt simulac posita sit causa, habeant quò se referãt. de N. 22 b, & Ep. 253 a, Quod simulac mihi collibitum est, præstò est imago. In V. 83. & 104 a, Simulac primũ ei occasio uisa est. & 118 a, Simulac potestas primum ei occasio uisa est. & 118 a, Simulac potestas primum data est. Ac. 15 b, Simulac se ipsa commouit.

SIMVLACHRVM, chri, imago, forma, spectrum, idolum, effigies, species, exemplar. pro Ar. 191 b, Statuæ & imagines non animorum simulachra sunt, sed corporum. Epist. 68 b, Atque ibi artifices corporis simulachra ignotis nota faciebant. de In. 62 a, Zeuxis Helenæ simulachrum pinxit. In. V. 141 a, Effigies simulachrumq; mithridatis. & 55 a, Simulachra sanctissima deorum. pro Do. 235 b, Mulieris simulachrum è marmore. & ib. Libertatis simulachrum in domo hac collocabas. de D. 123 b, Hæc auspicia quib. utimur, simulachra sunt auspiciorum, auspicia nullo modo. Ep. 143 b, Nec omnino simulachrũ aliquod aut uestigium ciuitatis. Of. 10 a, Simulachra uirtutis.

SIMVLATE. de Nat. 59 b, Siue ex animo id fit, siue simulatè. & Q. F. 292 a, Fictè aut simulatè loqui.

SIMVLATIO, onis. species simulationis, species quædam afsimulatæ uirtutis. Of. 41 b, Qui simulatione & mani ostenta zione ficto non modò sermone, sed etiam uultu stabilem se gloriam consequi posse rentur, uehementer errant. 64 a, Ex omni uita simulatio dissimulatioq; tollẽda est. de Am. 113 b, Simulatio omnium rerum uitiosa est tollit enim iudicii ueri, idq; adulterat. Qu. de Pet. 205 a, In paucorũ mensium negocio simulatio potest naturam uincere. de Orat. 116 a, Nihil opus est simulatione & fallacijs. & de N. 1 b, In specie fictæ simulationis pietas esse non potest. Ep. 14 a, Fronte ac uultu, quib. simulatio facillimè sustinetur. Postquam. 202 b, Qui per simulationem amicitię me prodiderunt. de Cl. 169 a, Qui summam prudentiam simulatione stultitiæ texerit. pro Pom. 16 b, Hostium simulatione contra socios exercitũ mittitis. pro Syl. 177 a, Gladiatores emptos esse Fausti simulatione. contra Rull. 69 a, & 72 a, Legis agrarię simulatione atque nomine. & Postquam. 211 b, Ad specie & ad usurpationem uetustatis. Of. 71 b, Vlysses simulatione insaniæ militiã subterfugere uoluit. I. A. 213 b, Ne equitatis simulatione fallamur. Att. 99 a, Quàm non est facilis uirtus, quàm uerò difficilis eius diuturna simulatio. Qu. F. 314 b, Is me summa simulatione amoris insidiosissimè tractauit. Offi. 10 a, Talis simulatio uanitatis est coniunctior, quàm liberalitati aut honestati.

SIMVLATOR, oris. Quin. de Iet. 211 a, Quibus rebus beneuolus & simulator dijudicari posint. Offic. 22 a, De Græcis autem dulcem & facetum festiuiq; sermonis, atq; in omni oratione simulatorẽ, quẽ Graeci εἴρωνα nominauerunt, Socratem accepimus: contra Pythagoram & Periclem, &c.

SIMVL atq; cõmodè, cũ. Att. 20 b, Alij simul atque hoc nostrũ legerunt, nescio quo pacto rerardãtur. & I. V. 112 a, Qui simul atq; uenit, statim, &c. & Epist. 39 b, Simul atq; adeptus eris. & de Or. 128 b, Att. 125 b, Simul atq; aliquid audiero, scribã ad te. I. A. 217 b, Is quotidie simul atque luceret, &c.

SIMVLATVS, a, um. afsimulatus, fictus, imitatione simulatus, fucatus, adumbratus, irritus.)(. Sincerus, uerus. Postquam 207 a, Cum eum præter simulatum irritamẽ; tristitiam nihil commendaret. Of. 41 b, Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt, nec simulatam quicquam potest esse diuturnum. pro S R. 37 a, Cur meis commodis officio simulato officis? pro Cec. 287 b, Fictũ officium, & simulata fedulitas. I. A. 231 a, Complexus summæ beneuolentiæ indices extiterunt in amore simulato. Att. 140 a, * Homeri illa Minerua simulata Mentoris.

SIMVLO, as, afsimulo, specie simulationis ostento. pro Pom. 5 b, Mithridates Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simulauit. pro Cl. 23 a, Ille se tamen tum proficisci simulauit. Ep. 148 a, Multa & simulaui inuitus, & dissimulaui cum dolore. de N. 43 b, Multis partibus sunt illa perfecta quàm hæc simulata solertius. Of. 22 a, Solõ quo reip. prodesset fu rere se simulauit. cont. Rul. 68 a, Aliud occultè moliri, aliud spe & specie simulationis ostentare. de Or. 125 a, In eoque nihil esset nisi falsum & imitatione simulatum. Att. 23 b, Simulare.)(. Animo sentire aliquid. & Ep. 172 a, Tu enim à certo & uero sensu iudicas.

SIMVLTAS, tis. inimicitia. pro Cl. 35 b, Cluentius à matre habebat simultates. & pro Pl. 275 b, Is simultates, quas mecũ habebat, deposuit. pro Fla. 163 a, An simultates nescio quas cũ libertis suis Flaccus exercet? Ep. 115 b, Cũ quo simulta tes tibi non fuissent. Ac. 228 b, Gerere simultatẽ cũ aliquo. pro Põp. 17 b, Multas simultates partim obscuras, partim apertas suscepi. Epi. 45 b, & ad Her. 17 a, & Ac. 33 b, Vetus nostra simultas. Ac. 5 a, Simultatem humanissimè depone re. Q. F. 293 b, Ex quibus nonnullas simultates cum magna mea lætitia susceptas habenius.

SIMVL ut. simulac. Tus. 210 a, Simul ut uelle cœpissent.

SIN. uel si. Ac. 151 a, Si mihi uenia q̃ peto, dederit, utar, cõditione: sin minus, impetrabo aliquid à meipso. Q. F. 311 a, Si perficiunt, optimè: sin minus, ad nostrum Iouẽ reuertamur. Ac. 211 b, Ego ut cõstitui adero, atq; utinã tu quoq; eodem die: sin (quid enim multa?) utiq; postridie. Of. 58 b, Sin autẽ id non fit eiusmodi, &c. id ẽ, si. Ep. 27 b, Si erit ciuitas, &c. sin non erit, &c. Ep. 184 a, Si abestis, &c. sin, &c. & 251 b, Si potes, &c. sin planè non potes, &c. pro S. R. 41 a, Sin id actũ est, ut, &c. tum uerò, &c. I. C. 99 b, Educ tecum omnes tuos: sin minus, quàm plurimos.

SINE. expers, uacuus. pro Sest. 15 b, Omnes certatim de mea salute, sine ulla uariętate dixerunt. Qu. de Pet. 209 a, Hominers, sine officio, sine ingenio, cum infamia, nullis septus amicis. pro Cęl. 54 a, Homo sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis, &c. I. V. 32 a, Dicam sine cũctatione quod sentio. de Or. 105 a, Hæc enim ars sine controuersia magna est. de Natu. 64 b, Crysippus homo sine dubio uersutus. Of. 55 b, Sine ullo errore, & abiecta omni cunctatione. Actic. 169 a, Consilium nostrum spero uacuum periculo fore. Item: Vir expers consilij & ingenij. Item: Remoto ioco, & extra iocum.

SINGILLATIM. singulatim. de Inu. 52 b, & 60 a, Singillatim unamquanq; rem attingere. & 61 b, In A. 178 a, Ciuitas nõ singillatim, sed prouincijs totis dabatur.

SINGVLARIS, re. unicus, maximè rarus, summus, inauditus, incredibilis, diuinus. de Vn. 197. Singularem deus hunc mundum atq; unigenam procreauit. de Ora. 99 a, Antonij incredibilis quędam & propè singularis & diuina uis ingenij. & 144 a, Incredibilis & singularis amor in aliquem. & Ac. 231 a, Singularis & incredibilis uirtus. Epi. 223 b, Singularis & prope incredibilis fides. Post. 205 a, Singularis & præstantissima uirtus P. Lentuli. pro Pom. 4 b, Singularis eximiaq; uirtus Pompeij. I. V. 194 b, Sunt quædam in me singularia, quæ in nullum alium conuenire possunt. ad Her. 15 b, Non uulgare, sed singulare maleficium. & 26 a, Singularis pęna. de In. 76 b, Beneficium singulare.)(. Beneficium uulgare. I. C. 110 a, Primum quod mihi gratias egisti singularibus uerbis, &c. contra Rul. 85 b, Singularis homo priuatus, nisi magna sapientia præditus, uix facilè sese continet. pro Syl. 167 a, Sed ita tulit casus, ut cum communi ambitionis inuidia tum singulari Antronij odio euerteretur. & Epi. 10 b, Communi officio, nõ aliquo singulari beneficio. de D. 128 a, Qui animo atq; ingenio singulares. Epi. 140 a, Animus singularis & opera prędpua. Ep. 220 b, Ago tibi gratias singulares. Ep. 6 b, Rutilium & fide & animo singulari. de Fin. 138 a, Homo singulari nequitia prædit. & ad Her. 18 a, Ab omnibus unicam malitiam cognosci. de Cl. 192 b, Summus & singularis uir.

SINGVLARES pro Singulis. Ac. 44. Quintum genus esse dicũt, è quo astra sunt mentesq; singulares, id est singulas uel singulorum.

SINGVLARIE pro singulariter, quasi unicè, teste Charisio libro 2.

SINGVLARITER. unicè, simpliciter, & singulari modo.)(. Dupliciter & bipartitò. ad Heren. 4 a. I. V. 132 a, Quem ego in quæstura mea singulariter dilexissem.

SINGVLATIM, sigillatim. I. V. 66 a, Quæ singulatim & diu collecta sunt, uno tempore uniuersa perdere. & 63 b, Singulatim unicuiq; respondere. I. Diu. I. Singuli.

SINGVLI, orum. quisq;, unusquisque. de Or. 262 b, Refert etiã qui audiant, frequentes, an pauci, an singuli. Orat. 219 b, Sæpe singulis utendum est, plerunque binis, nõ fere ternis amplius. I. V. 263 a, Non modò plures. sed ne singuli quidem posint accedere. de Or. 161 b, Veteres cum circuitum uerborum facere non possent, terna aut bina, aut nonnulli singula etiam uerba dicebant. & ibidem. Dixi de singulorum laude uerborum, dixi de cõiunctione eorum, &c. de In. 67 b, Cum ex singulis, tum ex coniunctis argumenta nascuntur. contra Rul. 66 b, Itaq; me non singulæ uoces præconũ, sed una uoce uniuersus populus consulem declarauit. I. C. 121 a, Qui singulas uniuscuiusq; domos, & hoc uniuersum reipub. domicilium delere conati sunt. Antequam. 192 b, Beneficia quæ singulis priuatimq; dantur.)(. Vniuersis. & 193 a, Neq; uerius à singulis quàm ab omnibus repetere of ficijs præmium & fructum. de Fi. 73 b, Singula potius, quàm omnia. de Or. 113 a, Pont. Ma. res omnes singulorum anno rum mandabat literis. Ora. 217 b, Duo extremi chorei sũt. id est, è singulis longis & breuibus. de Nat. 45 b, Quod efficitur in cœlo singulis diebus & noctibus. & 45 a, Sol binas in si gulis annis reuersiones facit. & Actic. 71 a, Quotidie uel potius in dies singulos breuiores literas ad te mitto. & 64 b, Singulis diebus usque ad Cal. facere aliquid: id est, quotidie. pro Mur. 129 b, Qui singulis diebus edicendos fastos populo proposuit. de Cl. 196 b, Vix singulis ætatibus bini oratores laudabiles constiterunt. de Or. 85 b, Vix autẽ singulis ætatibus, singuli oratores tolerabiles inuenti sunt. pro S. R. 33 a, Etenim in singulis reb. eiusmodi materies est, ut singulos dies posis consumere. de N. 16 a, E gregib. epheborum, uix singuli reperiuntur pulchri. de Cl. 183 a, Vt causæ singulę defendantur à pluribus. Postquam. 210 b, Vobis singulis, & agam gratias uniuersis. pro D. 222 a, Hoc ferre ciuitas potest? ut singuli ciues singulis uerbis è ciuitate tollantur. Postquam 202 b, Sic ulciscar facinora singula, quemadmodum à quibusq; sum prouocatus. de N. 77 a, Dij nec agellos singulorum, nec uiticulas persequuntur. & de Orator. 109 a, Cæteræ ferè artes seipsæ per se tuentur singulę. Qu. F. 323 b, Comitiorum quotidie singuli dies tollunt obnũciationibus. Ep. 259 a, Ego singulos Euripidis uersus, singula eius testimonia puto. de Fi. 68 b, Illi singulis finibus utuntur. Ep. 6 a, Difficile est dictu de singulis. Attic. 151 a, Cæsar legiones singulas posuit Brundusij, Tarenti, Siponti. Ac. 111 b, Sanè commodè Pompeius distribuit binos singulis patrib. familiarum. Qu. Fr. 317 b, Candidati HS. CCCC. in singulos apud M. Catonẽ deposuerunt. In Ve. 135 a, Describebat Censores binos in singulas ciuitates. & 134 a. Lex est quæ in annos singulos Iouis sacerdotẽ sortito capi iubebat. In C. 98 a, Crescit in dies singulos hostium numerus: id est, quotidie. contra Rul. 72 b, Stipatores ducendos in annos singulos constituit. & 28 a, Et in eo agro dena descripsit in singulos iugera. Ep. 100 b, Singulæ. &c. binæ, &c. Of. 39 a, Singuli.)(. Vniuersi, multitudo. Epi. 87 b, & de Fin. 58 a, Singula.)(. Vniuersa. de Le. 165 b, Plures deorum omnium, singuli singulorum sacerdotes sunt. Attic. 37 a, In dies singulos, studia hominum in nos augentur. de N. 59 a, Quæ si singula uos forte nõ mouent, uniuersi certè tamen inter se coniuncta atque cõnexa mouere debebunt. & ibi. Nec uerò uniuerso generi hominum solum, sed etiam singulis à dijs immortalibus consuli, & prouideri solet. & ibidem: Dij separatim ab uniuersis, singulos diligunt. Attic. 93 Scaptius centesimis renouato in singulos annos fœnore, contentus nõ fuit. Of. 38 b, 39 a, Quæ si pop. Rom. acciderunt, quid debent putare singuli? I. A. 205 a, Quãtam pecuniam militibus in singulos Cæsar pollicitus sit, tanquam dari placere. de Vn. 202 b, Et singulos adiunxit ad singula. de Fin. 96 b, Singulis addere.

SINGVLVS, tus. gemitus: Etiam si aliud est singultus, tamen propinqua sunt. Postquam. 199 b, pro Plan. 275 b, Non modò lachrymulam, sed multas lachrymas & flectum singultu uidere potuisti.

SINISTER, a, um. de Di. 125 b, Quanquam haud ignoro quæ bona sint, sinistra nos dicere, etiam si dextra sint: sed certè nostri sinistrum nominauerunt, externi dextrum.

SINISTRA. æ. lœua. de D. 98 a, Cur à dextera coruus, à sinistra cornix faciat ratum. I. A. 207 b, Aspicite à sinistra, &c.

SINISTRA, aduer. Acad. lib. 4. Suprà, infrà, dextrà, sinistrà, antè, pòst.

SINO, nis, siui, situm. permitto, patior, fero, locum do. pro Pl. 277 b, Qui senatum senatui parere non siuerunt. & Epi. 78 a, Nec uertere à miserijs cogitationem sinunt. de Fi. 60 a, Improbitas nunquam sinit eum respirare. pro D. 231 b, Tu fororem tuam uirginem esse nõ siuisti. I. A. 237 b, Nõn siuerunt. Qu. F. 312 a, Cato concionatus est, comitia haberi nõ sinũt. pro Cec. 297 a, Non deieci, si non siui accedere. I. C. 99 b, Non ferã, non patiar, non sinam de N. 63 a, Nec mihi das respondendi locũ. Itẽ, Quid frumentũ corrũpi pateris? Ac. 82 a, Nullos honores mihi nisi uerborum, decerni sino.

SINOR, sineris. permittor. pro Sest. 23 a, Accusare eum moderatè, à quo nefariè accusatur, per senatus authoritatem non est situs.

SINOPE, pes. urbs Ponti. I. V. 94 a, pro Pomp. 7 b.

SINVESSA, sæ. urbs. Ac. 152 a.

SINVESSANVS. Epi. 199 a, Sinuessanum diuersoriolum.

SINVS, nus. gremium, complexus. pro Pomp. 10 b, Marius omnes sinus atq; portus. I. V. 265 b, Illi qui sinus quosdam obsedisse maritimos dicuntur. & 241 b, Vbi primũ ex alto sinus ad urbem inflectitur. Ac. 255 a, Duo sinus fuerũt, quos trãsmitti oportet. I. V. 266 a, Cedo mihi ex ipsius sinu literas. de L. 183 a, Vt sinus & gremium quasi matris mortuo tribueretur. Q. F. 314 a, Cæsar mihi crede in sinu est, neque discingor. Ac. 38 a, In sinu ac familiaritate adolescentis: & pro Cæl. 50 a, sinu gremioq; patriæ abstrahi. Ep. 235 a, Iste uerò sit in sinu semper & complexu meo. I. C. 109 a, Postre mum

mum genus est de delectu Catilinæ, imò uerò de complexu eius ac sinu. I. V. 81 b, Calumniatores de sinu suo apposuit. Tusc. 228. Consurgere in sinum alicuius. i. tanquam in portum. de N. 47 a, Et draco conficiens sinus è corpore flexos. Atti. 267 b, Bibulum noli dimittere ex sinu tuo. Item: Aetolia procul à barbaris disiuncta gentibus, in sinu pacis posita, medio ferè Græciæ gremio continetur.

Siparium, rij. uelum quo scena obtendebatur, aulæum. de Pro. 72 a, Piso cum Græcis iam in orchestra helluatur, antea post siparium solebat.

Sipontinus, a, um. à Siponte opp. contra Rull. 80 a, Nisi mauultis in Sipontina siccitate collocari.

Si quando. de Or. 97 a, Si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid. de In. 69 a, Si quando hæc incidunt. de Cl. 195 a, Ex qua si quando opus fuerit, exciter, &c. de Am. 100 b, Itaque si quando extitit.

Siquid. Attic. lib. 3. Si quid in te peccaui, ac potius, quoniam peccaui. Att. lib. 1. Et nebulonem illum, si quo pacto potes, ex istis locis amoue. Atti. 2. Si qui alij. & lib. 2. Si qui ea de causa ueuerunt. Epist. li. 15. Si quæ sunt onera.

Si quidem. quoniam quidem, quippe si. de Cla. 168 a, Videsne quàm ferò eloquentia prodierit in lucem? si quidẽ, &c. & Tus. 148 b, Antiquissimum è doctis est genus poetarum, si quidem Homerus fuit ante Romam cõditam. I. C. 105 b, O fortunatam remp. siquidem hanc sententiam eiecerit. pro Fl. 149 a, O morem præclarum, quẽ à maioribus accepimus, siquidẽ teneremus. & 154 a, O pastores, &c. siquidẽ, &c. Ep. 132 a, & 43 b, Gratulor Baijs nostris, siquidẽ ut scribis, salubres repẽtè factæ sunt. Ep. 195 a, Robur & soboles militũ interijt, si quidem quæ nunciantur uera sunt. Or. 204 b, Siquidem eorum est gemmare uites. Acad. 84 a, Quæ re non οἰχεται tua industria, quod uereris, sed præclare putatur, siquidem id egisti, ut ego delectarer. Pur. 120 a, Etiãne in minimis rebus? siquidẽ rerum modum fingere nõ possumus, animorum modum tenere possumus.

Si quò. At. 118 b, Eas si quò ille misit, in publico, &c.

Sirenes, num. marina (ut est in fabulis) monstra. de Fin. 156 a, Quæ de Sirenum cantibus Homerus finxerit neq; enim uocum suauitate uidentur, aut, &c.

Sis. I. Sodes. pro S. R. 26 a, Age nunc refer animum, sis, &c.

Sisapo. oppidum in Hispania. I. A. 169 b, Tanquam Sisãponem. prouerb.

Sisto, stis. exhibeo. At. 52 a, Fac ut te antè Cal. Ian. ubicunque erimus, sistas. & 169 b, Te uegetum nobis in Græcia siste. I. V. 298 a, Remp. sistere non posse. Of. 61 a, Vas factus est alter eius sistendi, ut si ille non reuertisse ad diem, moriendum esset sibijpsi. pro Qu. 5 a, Ita tamen discedunt, ut idibus Septembribus P. Quintium sisti Sex. Alphenus promitteret. & ibid. Venit Romam Quintius, uadimonium sistit. & 12 a, Alphenus promittit Nęuio sisti Quintium.

Sisiphus, phi. persona poetica, de quo homine Vir. Aen. 6 lib. Tus. 150 a, Sisyphus uersat saxum.

Sitella, læ. cista in qua colligebantur suffragia. de Nat. 22 b, pro Cor. apud Ascon. Ped. & de N. lib. 1.

Sittybae, arũ, mẽbranulæ, quarũ integumento libri à pulueris temporisq; iniuria diutius integri conseruãtur. At. 58 a, Bibliothecam mihi tui pinxerunt cõstructione & sittybis.

Sitiens, tis. cupiens. Tus. 231 b, Ego eo grauius ardẽtius q; sitiens uoluptates. & pro Plan. 261 b, Deinde sitientem me uirtutis tuæ deseruisti.

Sitienter. auidè. Tus. 217 a, Nec sitienter quid appetens.

Sitio, tis. Qu. Fr. 32 a, Ipsi fontes iam sitiunt, & Orat. 204 b, Gemmare uites, sitire agros. I. P. 92 b, Ipse cum paucis ad portam sitiens perueni. I. A. 198 a, Etenim aderat L. Frater, qui sanguinem nostrum sitiebat. Quint. Fr. 235 b, Nec honores sitio, nec desidero gloriam.

Sitis, tis. de Fini. 56 b, Cum cibo & potione fames sitisq; de pulsa ẽ. & Tus. 150 a, & 66 a, Siti enectus Tãtalus. Pa. 116 b, Nũquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis. de Se. 82 a, Lireras grẽcas sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim expiere cupiens. I. A. 198 a, Ipse declamauit sitim quærens.

Situs, a, um. positus, locatus. I. V. 225 a, Qui locus quod media est insula situs, umbilicus Siciliæ nominatur: id est, nemus Ennensium. & de N. 9 a, Vim diuinam in natura sitam esse. pro D. 216 a, Spes ocij & concordiæ in meo reditu sita uidebatur. Tus. 235 a, Quid? tu in eo sitam uitam beatã putas? Ateq. 194 a, In eorum potestate sita salus nostra est. & Ac. 10 b, Assensio, quæ in nostra sita est potest. pro Mu. 144 a, Huius rei potestas omnis in uobis sita est iudices. At. 108 a, Si pugnandum est, quo tempore in casu, quo consilio in tempore situm est. de D. 86 b, Qui lituus situs est in curia Saliorũ. Of. 2 a, In officio colendo sita uitæ & honestas omnis. Epi. 19 b, Vel quòd excelso & illustri loco sita laus tua sit. pro Ar. 185 b, Huic profectò ipsi quãtum est situm in nobis, opẽ ferremus. de Or. 114 a, Hæc. n. sita sunt ãñ oculos. Tus. 246 b, Obscęnas uoluptates faciles, communes in medio sitas esse. & 148 b, Summã eruditionem Græci sitã cẽsebant in neruorũ uocumq; cãtibus. Ac. 12 a, Vbi uirtus, si nihil situ est in ipsis nobis? de Fi. 60 b, Est aũt situ in nobis, ut &c. de D. 126 a, Eo loco, ubi nunc fortunæ sita ædes est. de Fat. 148 a, Si causa appetitus non est sita in nobis, ne ipse quidem appetitus est in nostra potestate. de L. 181 b, Hic est ille situs, &c. nã siti dicunt hi qui conditi sunt. de L. 181 a, C. Marij situs apud Anienem reliquias diffsip. iussit Syll.

Situs, tus. positio. contra. Rul. 174 a, Vrbs & natura, & situ, & descriptione ędificiorũ. de D. 137 a, Oppidorũ situs. Tus. 158 a, Terrę situs, forma, circũscriptio. I. V. 240 b, Syracusarum hic situs atq; hæc natura esse loci cęliq; dicitur. Ac. 16 a. Eius loci, quem incolebant, situs. I. V. 220 b, Ciuitas situ, mœnibus, portuq; ornata. & 227 b, De Syracusis. nam & situ est communito, tũ præclaro ad aspectum. de N. 57 a, Figura situsq; membrorũ. & Ac. 30. Situs partium corporis. Ac. 6 b, Et situs earum rerũ, quas intuemur, &c. de D. 128 b. Plus terrarum situs quàm lunæ tractus ad nascendum uelere. Qu. F. 317 b, Quos tu situs, quas natura rerum & loco iam, quem uerò ipsum imperatorem habes?

Situs, tus. illuuies, sordes, squalor. Tusc. 196 a, Situ nidoris, barba pedore horrida.

Sive. seu, uel. pro Se. 24 b, Venio ad comitia siue magistratuum, siue legum placet. de D. 133 b, Siue sic est, siue illo modo. Ar. 120 a, Nil perturbatius hoc ab urbe discessu, siue potius turpissima fuga. Q. F. 300 b, Siue tua natura paulò acrior, siue quædã dulcedo iracundiæ, siue dicendi sal, &c. de L. 169 a, Nam in loco libenter uti soleo, siue quid me cum ipse cogito, siue aliquid scribo aut lego.

Smyrna, næ. urbs. pro Fl. 161 a, Cur non pergami? Smyrnæ?

Smyrnaeus, a, um. pro Arch. 189 a.

Soboles, lis. propagatio, proles. Ep. 165 a, Robur & soboles militum interijt. Off. 11 b, Quæ propagatio & soboles origo est rerumpub. I. A. 171 a, Omnes soboles iuuentutis. de Or. 157 a, Proles, soboles, effari, nuncupari. de L. 185 a, Censores populi, ciuitatis soboles, familias, pecuniasq; censento. pro Mar. 134 b, Propaganda soboles.

Sobrie. Off. 21 b, Parcè, continenter, sobrieq; uiuere.

Sobrini, orum. qui quæ ve ex fratribus, uel sororibus, partus lib. uel consobrinis, uel amitinis generantur. Off. 11 b, Sequuntur fratrum coniunctiones post consobrinorum sobrinorumq;, qui cum una domo iam capi non possint, in alias domos tanquam in colonias exeunt.

Sobrius, a, um. siccus.) (. Vinolentus, ebriosus. Acad. 14 a, & Tusc. 252 a, Or. 205 b, Furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari uinolẽtus uidetur. I. V. 162 a, Homines satis planè frugi ac sobrij. pro Cæl. 53 a, Sobrius uir. & de Or. 121 a, Sobrius orator.

Soccus, ci. Græcorum calciamentum, ut calceus Romanorum: quo tamen etiam Romanæ mulieres utebantur. I. V. 127 a, Consularis homo soccos habuit, & pallium. de Or. 154 b, Pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset.

Socer, eri. uxoris meæ pater. pro Sest. 4 a, Ademit Albino soceri nomen mors filiæ. Att. 95 a, Ego dum Appium orno, subitò factus sum acculatoris eius socer.

Socialis, læ. I. V. 57 b, Hæc lex socialis est. & 111 b, Lege iudicioq; sociali.

Sociatus, a, um. de Am. 111 b, Solitarius.) (. coniunctus & sociatus cum altero.

Societas, tis. consociatio, coniunctio, communio, communitas, commercium, comitatus, pactio, fœdus, ordo. Of. 4 b, Vt societas hominum coniunctioq; seruetur. & 6 a, Sancta societas. I. Sanctus. de Fi. 107 a, Nati sumus ad societatẽ cõmunitatẽq; generis humani. Of. 5 a, Ratio, qua societas hominum inter ipsos, & uitæ quasi communitas continetur. Of. 5 b, & 31 a, Defendere hominum inter homines societatem. pro D. 218 b, Dirimere societatem. de Cl. 165 b, Vir egregius coniunctissimus mecum consiliorum omnium societate. Offi. 12 a, Societas quæ cũ rep. est unicuiq; nostrũ. de N. 59 b, Pinna cũ squilla quasi societatẽ init cõparãdi cibi. de Or. 88 b, Missos facio mathematicos, musicos, &c. quorũ artib. ista uestra dicẽdi uis, ne minima quidẽ societate cõiungit. p Q. 2 b, Facere societatẽ oium rerũ cũ aliquo. p S. R. 21 b, Coire societatẽ. I. V. 178 a, Sãcta religio societatis. pro Rab. 95 a, Coire societatẽ periculi cũ aliquo, uel salutis uel laboris. Ep. 74 b, p S. R. 34 b, Nullã societatẽ neque sceleris, neq; præmij cũ ullo coiui. de Ar. 253 b, Clodi nefarias cũ multis scelerũ pactiones societatesq; cõflauit. I. C. 104 a, Latrones societatẽ fœdere inter se, ac nefaria, societate cõiũcti. I. A. 255 a, Inire societatẽ oium rerũ cũ aliquo. pro Qu. 3 a, Nec societas tibi quicquã debet, nec priuatim Q. debuit. pro Mu. 140 b, Quid si oẽs societates uenerũt? p Pl. 165 b, P. Crassus maximarũ societatũ autor, plurimarũ magister. p Sef. 9 b, Societas uectigaliũ. pro D. 242 a, Oẽs societates, oẽs ordines. I. A. 177 a, Nulla societas optimis ciuib. cũ importunissimo hoste fœdere ullo cõfirmari pôt. Off. 11 b, Grad societatis hominũ. Of. 65 b, Societas quæ latissimè patet. & ibi. Societas interior uel propior eorũ qui eiusdẽ generis sunt. & 62 b, Societas inter homines cõiũcta. pro Qu. 14 a, Coire societatẽ uoluntariã cũ aliquo. Of. 5 b, Deuincire hominũ inter homines societatẽ. de Fat. 140 b, Cũ hoc genere philosophiæ, quod nos sequimur magnã habet orator societatẽ. I. A. 165 a, Vtinã Cn. Pompei cũ C. Cæsare societatem aut nunquam coisses. de Am. 111 a, Quæ si uos inter societas est aut fuit. de L. 160 b, Prima homini cũ deo rationis societas. & 161 a, Hominũ societas inter ipsos & coniunctio. & 184 a, Difficillima illa societas grauitatis cum humanitate.

Socio, as. cõiũgo. p Pla. 275 a, Cũ uel periculũ uitæ tuæ mẽ cũ sociare uoluisses. de L. 162 a, Omne genus humanum inter se sociatum est. & pro Fla. 150 b, Quid si testiũ studiũ cũ accusatore sociatũ est? de Or. 154 b, Sapientiã cũ eloquentia sociare. de Som. 127 b, Cætus hominum iure sociati.

Socius, a, um. consors, particeps, gregalis. Ep. 16 b, Me quidẽ certe tuarũ actionũ, sententiarũ, uolũtatũ rerũ deniq; omniũ sociũ comitẽq; habebis. & 132 a, Cuius fugiẽtis comes rẽp. recuperãtis socius esse debeo. de Cl. 268 a, Eloquentia pacis est comes oium, ocijq; socia. p Fon. 284 a, Vitæ sociatus uirtus, mortis comes gloria fuisset. & 283 a, Socius ac particeps fortunarũ. & de Cl. 165 a, Socius ac cõsors gloriosi laboris. At. 232 b, Vulgò opinio hominũ socium me asciribit tuis laudib. de Or. 105 b, Duæ artes inter se pares, & eiusdẽ socię dignitatis. & 90 b, Poeta oratori multis ornãdi generibus socius ac penè par. de Orat. 87 a, M. Antonius homo & consiliorũ in rẽp. socius. I. A. 179 b, Quos socios ad epulas habere nemo uelit. pro Fl. 146 a, L. Flaccus socius atq; adiutor cõsiliorũ periculorũq; meorum. & Att. 179 a, Culpæ socius. Anteq. 196 b, Teq; particeps cõnubij, socia regni regina Iuno. p D. 219 a, Fidelissimus socius ad cõparãdã aliquã rẽ. & 223 b, Is mihi socius atq; amicus semper fuit. At. 173 a, pro Q. 2 b, Adiũgere aliquẽ sibi sociũ. Of. 5 b, Qui in iuste impetũ in quempiã facit, is quasi manus uiolẽter uideturafferre socio. in V. 158 a, Socij putandi sunt, quos inter res communicantur. pro Qu. 16 b, Edere sibi aliquẽ sociũ. pro S. R. 37 b, Qui sociũ fallit, in uirorũ bonorum numero non est habendus. pro S. R. 37 b, Nouẽ homines honestissimos, eiusdẽ muneris, legationis, officij, mandatorumq; socios induxit. decepit. I. A. 169 a, Cũ tu tamen nocte socia, &c. pro Mar. 133 a, Semper mea cõsilia pacis & ocij socia, non belli & armorum fuerunt.

Pro socio, formula iuris est, qua significatur actio, iudiciũq; societatis, si quis sociũ fraudasset. pro Fl. 155 a, Nicomedes qui & furti, & pro socio damnatus est. pro Qu. 2 b, Arbitrũ pro socio condemnari.

Socordia, diæ. stupiditas. ad Her. 13 a, Philosophia uitãda est, affert enim socordiam atq; desidiam.

Socors, dis. stupidus. de Clar. 186 b, Nam M. Glabrionem socors ipsius natura negligensq; tardauerat. & de Nat. 2 a, Homines non socordes.

Socrates, tis. de Fi. 64 a, Socrates, qui philosophiæ parens iure dici potest. de N. 59 b, Ac. 41 b, Socrates princeps Philosophorum. de D. 105 b, Esse diuinum quoddam, quod Socrates dęmonion appellat, cui semper ipse parueritis, nunquam impellenti, sæpe reuocanti. de Cl. 192 a, de Ora. 104 b, Ironia illa, quam in Socrate dicunt fuisse. Offic. 22 a, De Græcis autem dulcẽ & facetum, festiuiq; sermonis, atque in omni oratione simulatorem, quem εἴρωνα Græci nominauerũt, Socratem accepimus. de N. d. 1. Socrates apud Xenophontem formã dei quæri nõ oportere, eundemq; & solem & animum esse ait, & modò unũ, tum plures deos. Tus. lib. 5. Socrates Archelaum, Anaxagoræ discipulum audiuit. ibid. Socrates primus philosophiam deuocauit è cœlo, & in urbibus collocauit, &c. Off. 2. Socrates hanc uiam ad gloriam proximam & quasi compẽdiariam dicebat, si quis id ageret, &c. de D. lib. 1. Socrates quum apud Delium malè pugnatum esset, Lachete prætore, fugeretq; cum ipso Lachete, ut uentum est in triuium, eadem qua cæteri, fugere uoluit. de D. lib. 1. Socrates cum impijs sententijs damnatus esset, æquissimo animo se dixit mori. Academ. ed. 2 lib. 1. Socrates ab Apolline omnium sapientissimus dictus. de Sen. Demonstrabantur mihi præterea quæ Socrates supremo uitæ die de immortalitate animorum disseruisset, is qui esset sapientissimus oraculo Apollinis indicatus. Acad. édit. 2 lib. 1. Socrates apud Platonem & Xenophontem ita disputat, ut nihil affirmet ipse, refellat alios. Academ. edit. 2. libro 2. Socrates primus philosophiæ moralis author fuit. Academ. ed. 1. lib. 2. Socrates, quum ei uisum esset nihil sciri posse, excepit unum tantùm scire se, nihil se scire nihil amplius. 8 Attic. Socrates pedem porta non extulit, quum triginta tyranni essent. 2 de Legib. Nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi, quum ad multa accesserim, ut uis pede tentare id possim, quod in Phædro Platonis facit Socrates. de Diu. lib. 1. Socrates Xenophonti consulenti sequereturne Cyrum, Et nostrum, inquit, humanũ est consilium: sed de rebus & obscuris & incertis ad Apollinem censeo esse referendum. Tusculan. libro 5. Socrates quum interrogaretur, cuiatem se esse diceret? Mundanum inquit: totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur. Tusculan. libro 5. Socrates in pompa, quum magnauis auri argentique ferretur, Quàm multa non desidero, inquit. Orat. Est enim quasi in extrema pagina Phædri his ipsis uerbis loquens Socrates, Adolescẽs etiam nunò Phædre Isocrates est: sed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid tandem, inquit ille? Maiore mihi ingenio uidetur esse, quàm ut cum orationibus Lysiæ comparetur: præterea ad uirtutem mator indoles: ut minimè mirum futurum sit, si cum ætate processerit, &c. Tus. quę. lib. 1. Socrates quum penè iam in manu mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, ut nõ ad mortem trudi, uerum in cœlum uideretur ascendere. de Finib. lib. 1. Socrates uoluptatem nullo loco numerat. Tusc. quæst. lib. 3. Quum Socrates Alcibiadi persuasisset, eum nihil hominis esse, nec quicquam inter Alcibiadem summo loco nantum, & quemuis baiulum interesse, &c. 2 de Or. Socrates in ironia, dissimulantiaq; lõgè omnibus lepore atq; humanitate præstitit. 3 de Or. Socrates rebus omnibus, omnium iudicio, quamcunq; se in partem dedisset, facilè princeps. Tus. lib. 1. Socrates ad iudicium capitis, nec patronum quæsiuit, nec iudicibus suplex fuit, adhibuitq; liberam contumaciam à magnitudine animi inductam, non à superbia. de Diu. 1. Socrates quum Critonis oculum alligarum uidisset, quæsiuit quid esset, quum autem ille respõdisset, in agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum recidisse. 1. de D. Est apud Platonem Socrates, quum esset in custodia publica dicens Critoni suo familiari, sibi post tertium diem esse moriendum, uidisse se in somnijs pulchritudine eximia fœminam, quæ se nomine appellans, diceret Homerico cũ quẽdã eius uersum, Tertia te Phthiæ tẽpestas læta locabit. Quod ut dictum est, sic scribitur contigisse. Brut. Socrates, disputãdi quadã subtilitate sophistarum institura refellebat. 3. de Orat. Socrates cuius ingenium uariosq; sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit, literam nullam reliquit. 1 de Orat. Erat Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi pœnæ æstimatio, ex sententia,

quum iudicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisse se maxime confiteretur: quod quum interrogatus Socrates esse, Respondit sese meruisse, ut amplissimis honoribus & præmijs decoraretur, & ut ei uictus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur, qui honos apud Græcos maximus haberetur. 3 de Ora. Socrates sapienter sentiendi, & ornatè dicendi scientiam separauit. de Fin. lib. 2. Socrates procreando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat, ut ad ea quæ ij respondissent, si quid uideretur, diceret. 1. de Leg. Socrates execrari eum solebat, qui primus utilitatem a natura seiunxisset. Acad. ed. 1. li. 2. Socrates uti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν uocant, quando se nihil scire affirmauit. Acad. ed. 1. li. 2. Socrates de seipso detrahens in disputatione, plus tribuebat ijs, quos uolebat refellere. 1. de In. Top. Socrates inductione plurimum est usus, propterea quòd nihil ipse afferre ad persuadendum uolebat, sed ex eo quod sibi illi dederat: qui cum disputabat, aliquid conficere malebat. Aca. ed. 1. lib. 2. Socrates & Plato tollendi ex eorum numero, qui negarunt quicquam sciri aut percipi posse. Tusc. lib. 1. Socrates & Theramenes præstantes uiri uirtutis & sapientiæ gloria. Aca. ed. 2. lib. 1. Socratis omnis oratio tum in uirtute laudanda, & in hominibus omnib. ad uirtutis studium cohortandis consumebatur. Socratis multiplex ratio disputandi, rerum uarietas, & ingenij magnitudo Platonis memoria & literis consecrata, plura genera effecit dissentientium philosophorum. Tusc. quæst. lib. 5. Socratem ipsum parentem philosophiæ, Zeno, Latino uerbo utens, scurram Atticum fuisse dicebat. de Na. Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores, naturasque ex corpore, oculis, uultu, fronte per noscere, stupidum esse Socratem dixit & bardum, quòd iugula concaua non haberet, de Fat. Socratem ferunt, cùm usque ad uespernum contentius ambularet, quæsitum que esset ex eo, quare id faceret respondisse, se, quo melius cœnaret, obseruare ambulando famen. Tus. li. 5. Imitatus est homo Romanus & consularis ueterem illum Socratem, qui cùm omnium sapientissimus esset, sauctissimeq; nixisset, ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, ut non supplex aut reus, sed ut magister, aut dominus uideretur esse iudicum: quin etiam quòm ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei uideretur, edisceret, ut ea pro se in iudicio ureretur, non inuitus legit, & commodè scriptam esse dixit: sed, inquit, ut si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent uiriles: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam uideri, fortem & uirilem non uideri, 1 de Or. Socrates, ò Socratici utri, nunquam uobis gratiam referam, 14 ad Atti. A Socrate omnis quæ est de uita & de moribus philosophia manauit. Tusc. lib. 3. Plures ferè orti à Socrate. quòd ex illius uarijs & diuersis, & in omnem partem diffusis disputationibus, alius aliud apprehẽderat, proseminatæ sunt quasi familiæ, dissentientes inter se, & multum disiunctæ & dispares, quum tamen omnes se philosophi Socraticos & dici uellent, & esse arbitrentur, 3 de Ora. Quid dicam de Socrate? cuius morti illachrymari soleo Platonem legens. 3 de Na. Vrgerent præterea philosophorum greges, iam ab illo fonte & capite Socrate, nihil te de bonis reb. in uita, nihil de malis, nihil de animi permotionibus, nihil de hominum moribus, nihil de ratione uitæ didicisse, nihil omnino quæsiuisse, 1 de Orat.

Socraticvs, a, um. Tusc. 199 b, Et si quem tuorum affectum mœrore uideris, huic acipenserem potius quàm aliquem Socraticũ libellum dabis? Offi. 21 a, Philosophi Socratici. & Parad. 116 b, Aristippus ille Socraticus non erubuit, quũ esset obiectum habere eum Laida, 9 Fami. Xenophon Socraticus, qui Socratis somnia scribit, quorum exitus mirabiles extiterunt, 1 de D. Antisthenes patientiam & duritiã in Socratico sermone maximè adamarat, 3 de Or. Socratici in utranque quidem partem disputare, sed tamen ad extremum τὴν ἀρέσκουσαν sententiam pronunciare soliti, 2 ad Attic. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, qui se omnes ferè Socraticos esse dicebant, Ereticorum, Herilliorum, Megaricorum, Pyrrhoneorum. &c. 3 de Orato.

Socrvs, crus. uxoris aut mariti mater. pro Clu. 24 a, Dinea quæ tum ei mulieri socrus erat. I. V. 113 a, Nihil de socru tua audisti? & Atti. 138 a, Literæ Capuam allatæ ab Clodia socru.

Sodalis, lis. socius, etiamsi sodalis ferè in re leuiore est. Epi. 191 a, Ego qui & sodalis, & familiarissimus Dolabellæ eram. I. A. 29 b, At hoc Anaximando populari & sodali suo non persuasit. de Or. 127 a, Ego pro meo sodali, qui mihi, &c. de Se. 86 a, Primùm habui semper sodales, &c. & ibi. b, Epulabar igitur cũ sodalibus omnino modicè. pro Pla. 268 b, de Na. 76 a, & I. V. 95 a. Plancus in seditione habuit multos cupidos sui, & gratiosos: quos si tu sodales uocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso.

Sodalitas, tis. coitio, collegium. pro Cæl. 42 b, Fera quædam sodalitas, &c. Quin. Frat. 309 a, ad Heren. 22 a, S. C. factum est, ut sodalitas decurtatiq; discederent. In V. 98 b, Officia sodalitatis ab aliquo flagitare. pro Pl. 266 b, Honesta sodalitas. de Sen. 86 a, Sodalitates me quæstore constitutæ sunt.

Sodalitivm, tij. sodalitas. pro Plan. 266 b, Lex Licinia, quę est de sodalitijs. In Sal. 274 a, Non ita est, fed abij in sodalitiũ sacrilegij Nigidiam. ad Her. 40 a, Venit in ædes quasdam in quibus sodalitium erat eodem die futurum.

Sodes. Orat. 211 a, Libenter etiam copulando uerba iungebant, ut sodes, pro si audes: sis, pro si uis. Atti. 103 b, Tattesium mihi adeunti urbem, iube sodes nummos curare.

Sol, lis. Phœbi fax, rota feruida solis, signum præpotens. de Diuin. 50 a, de Natu. 39 b, Sol dictus est, uel quia solus ex omnibus sideribus est tantus: uel quia cum exortus est, obscuratis cæteris sideribus soles apparet. de Vniuer. 200 b, Deus solem quasi lumen accendit ad secundum supra terram ambitum. de Orator. 159 b, Videmus sol ut circumferatur, ut accedat ad brumale signum, & inde sensim ascendit. in diuersam partem. de Natur. 35 b, Sol V. diebus, & LX. & CCC. quarta ferè diei parte addita conuersionem conficit annuam. de Nat. d. 35 b, Sol qui astrorum obtinet principatum. & Tusc. 162 a, Sol moderator & dux temporum. de Som. 128 b, Deinde subter mediam ferè regionem sol obtinet, & dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio, tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret & compleat. de Nat. 46 a, Solis magnitudine multis partibus terra superatur. Academ. 20 b, & 32 b, Solem Mathematici amplius duodecimpartibus confirmant maiorem esse quàm terram. de D. 104, Sol maior ne quàm terra sit, an uerò tantus, quantus uideatur. In Arat. Sol consistens in capricorno conuertit curriculum. & ibidem. Rota feruida solis. de Natura. 18 b, De sole & luna eorumque motu. & 30 a, Solis accessus discessusque. & 33 b, & 44 b, & 46 a, Solem esse calidum & igneum. de Som. 129 a, Sicut solem intueri nequitis aduersum, eiusque radijs acies uestra sensusque uincitur. de Natu. 70 b, Soles multi à Theologis proferuntur. & de D. 100 a, Cum duo uisi soles, & tres lunæ. & cum sol nocte uisus est. & de N. 28 b, Sol geminatus quo anno P. Africanus sol alter extinctus est. de Som. 127 a, Cum ætas tua septenos octies solis anfractus reditusque conuerterit. de Orat. 162 b, His de rebus sol me illa admouit, ut breuior essem, qui ipse iam præcipitans me quoque hæc præcipitem penè euoluere coegit. & Tusc. 168 b, Occidente sole. I. V. 240 b, Nullus unquam dies tam magna turbulentaque tempestate fuit, quin aliquo tempore solem eius diei homines uiderint. de Fin. 69 b, Qui solem (ut aiunt) nec occidentem unquam uiderit, nec orientem. prouer. Attic. 217 b, Simul cum sole experrectus sum. de Som. 126 b, Ago tibi grates summe Sol, uobisque reliquis, cœlites. de Fini. 63 b, Si ea quæ dixi, sole ipso illustriora & clariora sunt. Offic. 38 b, Multa commemorarem nefaria in socios, si hoc uno sol quicquam uidisset indignius. I. Vmbraculum. Sol multis partibus maior atque amplior, quàm terra uniuersa, 2. de natu. 68. & Acad. quæstio. ed. 1. lib. secundo. Sol oriens. Contrarium, obiens. Som. Scip. Sol duabus unius orbis ultimis partibus definiens motum cursus annuos conficit, de natur. 1. Sol est Apollo: luna autem Diana. 3. de nat. Sol igneus, Oceani alitur humoribus, de nat. d. 2. Sol qui tanta incitatione fertur, ut celeritas eius quan-

ta sit, ne cogitari quidem possit, nobis tamen stare uidetur, Acade. q. ed. 1. lib. 2. Sol Democrito magnus uidetur, quippe homini erudito, in Geometriaq; perfecto, 1. de Fi. Vbi sol suum totum confecit & peragrauit orbem, sit annus, de Vn. Sol geminatus, P. Africani mortem prænunciauit, de N. Sol quum Phætontem filium in currum transtulit, 3. de Na. Sol cur se referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, item q; brumali, 3. de Nat. Sol excidisse mihi è mundo uidetur, 9. Att. 145 a. Genus dicendi, quo imprimitur summa admiratio hominis quasi obstupefacti. Sol nocte uisus Romæ, Diu. 1. Solis accessus discessusq;, solstitijs, brumisq; cognoscitur. de N. 2. 30 a, 33 b. 44 b. 46 a, Solis candor illustrior est, quàm ullus ignis. de Na. 2. Solis & lunæ circuitus, reliquorumq; siderũ, 2. de N. Solis circumuectio proxima lunæ, de Vn. Solis magnitudo, pulchritudoq;, & efficientia, 2. de Nat. Solis motus, cursus ac circuitus uniuersa consideratio, de Nat. 2. Solis tactus non tepefacit solum, sed etiam sæpe comburit, de N. 2. Solis luce clarius, Diui. lib. 1. Solis & Perseidos filiæ, Circe & Pasiphæ, 3. de Na. Solis ra dijs incensa luna, &c. de nat. 1. Solis & lunæ reliquisq; sideribus, animoque præterea diuinitatem dedit Crotoniates Alcmæo, de na. 1. Apud solem in delubro deposuisse pecuniam in Sicilia Alexander dicitur, 2. de Le. Solem quasi lumen accendit deus ad secundum supra terram ambitum, ut quàm maximè cœlum omnibus colluceret, &c. de Vn. Solẽ ut comites consequuntur Veneris & Mercurij cursus, Som. Scip. Solem, lunam, reliqua astra aliaquis, alia dulcibus, alia marinis. 3. de nat. Solem dominari, & rerum potiri putauit Cleanthes, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Solem Epicurus tantũ esse censet, quantus uidetur, lib. 1. de Fin. & 2. de Diuin. Id est bipedalem fortasse, uel paulò aut maiorem, aut minorẽ. In solem procedere, Bru. Solem è mundo tollere uidentur, qui amicitiam è uita tollunt, Læl. In illo sole tuo Lucretino apricationem tecum unam malim, quàm, &c. 7. ad Atti. 108 b, Simul cum sole experrectus essem, 13 ad. Atti. A sole agris tepefactis & ex aquis excitantur uapores, 2. de N. A sole collucere, Acad. q. ed. 1. lib. 2.

Solarivm, rij. de nat. 43 b, Solarium uel descriptum, uel ex aqua, quo horæ declarantur. pro Qu. 10 b, Quintius non ad solarium, non in campo, non in conuiuijs uersatus est. ad Heren. 27 a, Vt ne ad solarium quidem idoneus sis.

Solativm, tij. consolatio, fomentum. Epist. 97 b, Vacare culpa magnum est solatium. & I. A. 223 a, Cuius luctus nullo solatio leuari potest. & de Pro. 72 a, Sed fruatur sanè hoc solatio. I. V. 231 a, Vtilli haberent hæc oblectamenta & solatia seruitutis. de Cl. 165 b, Vos & præsentem me cura leuastis, & absenti magna solatia dedistis. & Atti. 65 a, Multa mihi dans solatia. Tusc. 188 a, Hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum. pro Arch. 188 b, Hæc studia rebus aduersis perfugium ac solatium præbent. I. V. 262 a, Reportare solatium ex aliqua re. contra Rull. 82 a, Vectigal, &c. solatium annonæ. de Am. 97 a, Sed non egeo medicina, me ipse consolor, & maximè illo solatio, quod, &c. Epist. 179 a, In maximo meo dolore hoc solatio utor, quod, &c. Atti. 58 a, Nos malo solatio. sed non multo tamen cõsolamur, quòd ipsius uicem minimè dolemus.

Soleæ, earum. crepidæ. de Arusp. respon. 254 a, Soleæ muliebres.

Soleae, id est, compedes. de In. 81 a, & ad Here. 5 a, Ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt.

Soleatvs, a, um. I. V. 253 b, Stetit soleatus prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicaq; talari. & In Pison. 82 a.

Solennis, ne. quod cum quadam cerimonia consecratum est celebre, fastum. In Pison. 90 b, Qui dies quasi deorum immortalium festi atq; solennes sunt aduentu meo celebrati, & Posth. 200 b, Lentulus de solenni religione retulit, & de Arusp. 147 b, Statas solennesq; cerimonias pontificatu contineri. Tusc. 173 a, Solenne & statum sacrificium. pro Dom. 242 a, Nec institutas cerimonias persequi, nec ullum uerbum solenne potuit effari. pro Dom. 238 a, Si tribunus plebis uerbis priscis & penè solennibus bona ciuis cuiuspiam consecrauit. In Verr. 274 a, Omnesq; dij, qui solennes cœtus ludorum mitis uehiculis thensarum. de Arusp. 248 b, Omnia solennia ac iusta ludorum summa cum cerimonia sunt seruata. pro Muræn. 124 a, Illa solennis comitiorum precatio. de na. 4 b, Sacrificia solennia. de Orat. 161 a, Epulæ solennes. de Legib. 185 a, Ludi solennes. & 177 a, Solenne sacrificium & publicum. pro Quint. 4 a, Nullum est officium tam sanctum atq; solenne, quod non, &c. Attic. 104 b, Tantum igitur nostrum illud solenne seruemus, ut ne quem istuc euntem sine literis dimittamus: id est, consuetum. de Legibus. 173 a, Nec ulla uiciorum sacra solennia obeunto. pro Milon. 106 b, Iter solenne ante XIII. Calend. Februarij Miloni erat Lanuuium ad flaminem prodendum. & 115 b, Expiare solennes religiones supplicio alicuius.

Solentinvs. à Solente opp. Siciliæ. I. V. 129 a.

Soleo, es. solitus sum, consueui, non est meæ consuetudinis. de Orat. 96 a, & 161 a, Ratio cõsuetudinis meæ, quæ quondam solitus sum uti. & de Inu. 42 b, Antipater ille Sidonius solitus est uersus fundere ex tempore. & de Inuent. 42 b, de Amic. 107 a, Si prius quid Scipio reprehendere solitus fit, edixero. I. P. 81 b, Sed etiam hilarioribus oculis quàm solitus eras, intuente. de Arusp. 255 a, In Pompeium autorem (ut prædicare est solitus) cõsiliorum inuehi cœpit. pro Cluent. 52 a, Cum quædam, ut solebat, controuersia esset orta. de Orat. 91 a, Irrisit ille quidem, ut solebat philosophiam. & 93 a, Vt in conditionib. scribi solet. Epist. 136 b, Quando tu secundum Oenomaum Accij, non ut olim solebat, Atellum: sed ut nunc fit, Mimum introduxisti. Epist. 136 b, Solebam enim antea delectari oleis. pro Qu. Rosc. 52 b, Qui mentiri solet, peierare consueuit: id est, exilium. de Or. 113 b, Quod optimo cuiq; Athenis accidere solitum est. Offic. 28 a, Et maximè si aliquando alio domino solita est frequentari.

Solers, tis. ingeniosus, perspicax, sagax. de Nat. 50 a, Solers subtilisq; descriptio partium corporis. & 52 a, Prouida solersq; natura. de Clar. 186 a, M. Pisonis acumen in reprehendendis uerbis uersutum & solers. de Nat. 47 b, Quid hoc homine solertius? de Sen. 88 b, Institiones, quibus nil inuenit agricola solertius.

Solerter, sagaciter. de Leg. 191 a, Ratio naturam imitata, res ad uitam necessarias solerter confecuta est.

Solertivs. de nat. lib. 2. Simulata solertius res.

Solertissime. Solertissimè perspicere.

Solertia, tiæ. sagacitas, perspicax prudentia, animorum incredibiles motus, celeritasq; ingeniorum. de N. 19 b, nulla ars imitari solertiam naturæ potest. & 50 b, Quibusdam bestijs machinatio quædam atq; solertia, ut in araneolis. & 12 a, Mundum uos negatis effici sine diuina posse solertia. de Di. 99 a, Chaldæi è Syria cognitione astrorũ & solertia ingeniorum antecellunt. Off. 32 a, Sic homines natura congregati adhibent agendi cogitãdiq; solertiam. de Opt. 244 a, Aliquem inscium faciendi, cum aliqua solertia iudicandi, adhiberi ad probãdum quippiam. de natu. 54 b, Quis tantam solertiam persequi potuisset in sensibus?

Solicito, as. afficio, ango, solicitum habeo, miserũ habeo. At. 16 a, Multa sunt, quæ me solicitant anguntq;, & de Or. 136 a, Hoc me solicitare summè solet. de Fin. 59 b, Quę semper animum excruciant. semperq; solicitant. de Sen. 77 a, Quanquam certò scio, non ut Flaminium solicitari te Attice. Ep. 24 a, Sed tamen nihil me magis solicitat, quàm, &c. & 27 a, Ea cura me uehementissimè solicitat. Epi. 236 b, Omnes molestias & solicitudines, &c.

Solicitvdo, dinis. angor, cura, metus, molestia, negocium. (. Securitas. de Leg. 164 a, Solicitudo conscientię uexat impios. & Tusc. 213 a, Solicitudo est ęgritudo cum cogitatione. Tusc. 169 a, nulla cura, nulla solicitudo reliqua est. At. 129 a. Nũc scitote me esse in summa solicitudine. & ad Brut. 91 b, Sine solicitudine essem. Item: Non minore nunc sunt solicitudine, &c. de D. 137 a, Tibi autem de me cũ solicitudine cogitanti subitò sum uisus emersus ex flumine. pro Cl. 53 b, & Epi. 175 a, Quicquid hoc tempore habet solicitudinis & negocij. de Di. 126 b, Stoici omnia cũ superstitiosa solicitudine & miseria credunt. cont. Rul. 68 a, Solicitudo in qua illis temporibus fuistis. Off. 69 a, Angores, solicitudines, diurni & nocturni metus. & pro Clu. 27 a, Solicitudo animi & timor. Atti. 81 a, Sed dices meipsum mihi solicitudinem struere. de Cl. 196 b, Ex te duplex nos afficit

cit solicitudo,quod & tu rep. cares, & illa te. Att. 95 a, Solicitudine prouinciæ tamẽ uel maximè urgebamur. de D. 139 a, Somnus est perfugium omnium laborum & solicitudinum. Attic. 287 a, Præ solicitudine ac stomacho multa scribere non possum.

Solicitvs,a,um. anxius, suspensus, perturbatus, laboriosus. exercitus.)(.Securus,solutus, à cura liberatus. cont. Rull. 65. Ciuitas solicita suspicione, suspensa metu, perturbata seditionibus. & pro Dom. 232 a, Tota ciuitas suspensa & solicita est. & At. 33 a, Suspenso animo & solicito sum. At. 59 a, Epistola tua solicitũ me de Qu. Fu. alde leuauit. & 173 a, Sũ solicitus de te, &c. Ep. 23 b, Mirificè sum solicitus, quid nam de prouincijs decernatur. At. 38 a, Amor solicitus atque anxius. de Fin. 76 a, Anxio & solicito animo esse. Epi. 254 b, Animus solicitus.)(.Animus solutus. Epi. 26 b, Quæ non animum meum magis solicitum haberent, quam tuũ. Epist. 154 b, Solicitiorem certè hominem non suis contractis neminem puto fuisse. Ep. 96 b, Solicitum autem te habebat cogitatio tum officij, tum, &c. Ep. 24 a, Solicitus erã de rebus urbanis. Att. 138 b, Antea solicitus eram & angebar, quo uti consilio possem. & 122 a, Quàm sum solicitus quid futurum sit. pro Cæc. 285 b, De quibus antea laborabam.)(.Nunc æquisimo animo sum. Qu. Fra. 317 b, Magis sum solicitus expectatione ea, quã metu. de Sen. 91 a, Quar ta restat causa, quæ maximè angere, & solicitam habere senectutem debet. de Am. 106 a, In uita tyrannorum omnia semper suspecta atq; solicita.

Solidi tas, tis. firmitas, eminentia. de Vn. 197 b, Cum solidi tas mũdo quæreretur, solida autẽ omnia uno medio. de Fin. 52 a, Solidi tas corporis in diuidui. de N. 11 b, Non solidi tate quadam, sed imaginibus similitudine perceptis. & 22 a, Nec ullam habent solidi tatem, nec eminentiam.

Solidvs, a, um. habens solidi tatem, uerus, eminens. de Diu. 90 b, Alexander cum columnam auream uellet auferre, du bitauit utrum solida esset, an, &c. de Vn. 197 a, Nihil tangi potest, quod careat solido: solidum autem nihil est, &c. de N. 35 a, Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis globus, ex planis circulus aut orbis. de N. 16 a, Species deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil, &c. de N. 45 b, Terra solida & globosa. & de Fi. 52 b, Illa indiuidua & solida corpora. Tusc. 190 b, Res solida & expressa, non adumbrata. de Fin. 61 b, Non tam solido, quàm splendido nomine uirtutis. Top. 222 a, Paries directus. solidus, uel fornicatus. pro Planc. 236 b. A corporibus solidis fluere imagines. & 265 a, Hæc sunt indicia solida & expressa. Att. 8 5 a, Pompeius fortè cauet usuræ, nec ea solida contentus. de Orat. 152 b, Vt orator suauitatem habeat austeram & solidam. Of. 65 b, Sed nos ueri iuris, germanæ iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus. in Ant. 294 a, Vera, grauis, & solida gloria. Item: Præceps & lubrica dominandi cupiditas. in Vat. 30 b, Solida laus, & uera dignitas, pro Sest. 22 b, Solidam ueramq; laudem quærere. & Attic. 274 a, Solida ueraq; gloria. de Cl. 192 a, Solidum genus orationis. pro Planc. 263 a. Non enim tribum Tarentinam, sed solidam, &c. in Ver. 58 a, At enim solidum, id est, ut me Siculi maximè uelint: alterum illud credo, obscurum est, &c. id est, ratum & firmum. in Pis. 92 b, Quibus ex rebus nihil est quod solidum tenere possit. de Fi. 53 b, Solida utilitas. pro R. P. 130 a, Ita bona ueneant, ut solidum suum cuiq; soluatur: id est, integrum.

Solipvga, pugæ. teste Plin. lib. 29. cap. 4. Est, inquit, & formicarum genus uenenatum, non ferè in Italia: Solipugas Cicero appellat, Salpugas Bœtica.

Solistimvs, a, um. augurij genus. de D. 123 b, Cum igitur offa iam cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nunciant. & 86 a, & Epi. 83 b.

Solitarivs, a, um. solus, soliuagus, remotus ab oculis populi, uita inculta & deserta ab omnibus.)(. Coniunctus & sociatus cum altero. de Am. 111 b, & de N. 31 b, non solitarium neq; simplex, sed, &c. Off. 40 b, Solitarius homo atque in agro uitam agens. de In. 57 b, Solitarium ac rarum iudicatum. de Am. 112 b, Natura solitarium nihil amat.

Solitvdo, nis. regio derelicta, locus desertus, recessus, secessus, uiduitas, inopia, derelictio. I. V. 227 a, Audistis quæ solitudo esset in agris, quæ uastitas, &c. I. P. 91 a, Tibi solitudo erat pro frequentia. de In. 50 b, Solitudo loci.)(.Celebritas loci. Epi. 26 b, Vt discederem fortasse in aliquas solitudines. de D. 113 a, Si cesset se in solitudine Aegyptiorum trucidatum iri, etc. de Cn. Pompeio loquitur. ad Her. 2 a, Inopia solitudo, calamitas. pro Qu. 1 b, Inopia et solitudo alicuius. At. 194 b, Sed mihi solitudo et recessus prouincia est. de Cl. 18 5 a, Tum erat ab oratorib. quædam in foro solitudo. I. V. 271 a, Disertissima solitudo. de Som. 119 b, Vasta solitudo. pro Cæc. 287 a, Ebutius iste, qui iã diu Cæsenniæ uiduitate et solitudine alitur. de Am. 112 b, Si quis nos deus ex hac hominũ frequẽtia tolleret, et in solitudine uspiã collocaret. de Ib. Solitudo aufert fructũ uoluptatũ: de Or. 101 b, Vt ista ab solitudine domũ meã uindicarẽ. et 121 b, Cũ Crassus se de turba, et à subsellijs, in ociũ solitudinẽque cõtulerit. Of. 28 a, Ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo. et 31 a, Si solitudo tanta fit, etc.

Solitvs, a, um. usitatus, uetus. de Am. 112 b, Illud è Tarentino Archita, ut opinor, dici solitum. de Cla. 191 a, Non insolita adolescentibus gloria.

Solivagvs, a, um. solitarius. Off. 32 a, Soliuaga cognitio et ieiuna uideatur. Tusc. 235 b, Earum ipsarum partim soliuagas, partim congregatas. i. bestias. de Vn. 198 b, Cœlum, soliuagum, et uolubile, et in orbem incitatum.

Solivm, lii. sedes. de Fin. 79 a, Sedere in solio, ornatu regali. de L. 158. Vt more patrio sedens in solio consulentib. responderem. et 155 a, In solio sedens domi. de Or. 129 b, Dicet te cum ædes uenderes, ne in rutis quidem et cæsis solium paternum recep. sse.

Solivm. labrum, cupa. I. P. 94 a, Græci stipati in lectulis ipse solus bibiturus, quæ eodem de solio ministrentur.

Sollicitatio, onis. instigatio. pro Cl. 23 b, et 18 a, De sollicitatione Diogenis. Ep. 158 b, Hinc illę sollicitationes seruorum minis et promissis.

Sollicito, as. instigo, urgeo. pro Cl. 27 a, Fabricius Diogenem ad uenenum Habito dãdum, spe & precio sollicitare cœpit. & 37 b, Legio est ab eo sollicitata in Illyrico. I. A. 229. T. Plãcus cęteri pares, sollicitant homines imperitos, p Cęl. 48 a, Sollicitare seruos alicuius ad aliquẽ necãdum. I. C. 112 a, & 112 b Precio sollicitare animos egẽrium. Ep. 242 b, Se sollicitatũ esse, ut regnare uellet. & 169 a, Sollicitare exercitũ. I. A. 212 b, Nõ rursus decuriabit iprobos, nõ agrarios sollicitabit. pro Deiot. 149 a, Seruum sollicitare.

Soloeca, orum. Att. 19 a, Lucullus de suis historijs dixerat, se quo facilius illas probaret Romani hominis esse, idcirco barbara quædam & σόλοικα disperssisse.

Soloecismvs, mi. ad Her. 27 b, Soloecismus est, cum plurib. uerbis consequens uerbum superiori non accommodatur. ἀσυνόλοικον Ar. 28 b, & 224 b, Nihil tam σόλοικον ii, &c. κρεττοβαλῶν ἐμὲ κἀδὲ i. mihi & tibi.

Solon, onis. Of. 22 a, Solon qui ut reip. prodesset, furere se simulauit. At. 154 b, Solon popularis tuus, qui capite sanxit &c. & 282 a, Solon qui & sapiens unus fuit ex septem, &c.

Solonivm, nij. uilla. Atti. 24 a, Ire in Solonium aut Antium. & 28 a, Quem illa βοῶπις, cum è Solonio redierit, ad te est relatura.

Solor, aris. consolor. in Vat. 34 b, C. Antonius hac unare miseriam suam solatur, quòd, &c.

Solstitialis, le.)(.Brumalis. de N. 66 b, Cur sol se referat nec longius progrediatur solstitiali orbe, itẽq; brumali. de Vn. 200 b, Astra per cœlũ penetrãtia solstitiali se & bruma li reuocatione conuertunt. Tusc. 260 b, Solstitiali die.

Solstitivm, tij. cũ sol ultra non progreditur: estq; duplex, hybernũ alterũ VIII. Cal. Ian. alterũ æstiuum VIII. Iulij.)(.Bruma. de N. 30 a, Solis accessum discessumq; brumis solstitijsq; fieri. & 46 a, In lunæ cursu est brumæ quadam & solstitij similitudo. de D. 127 b, In his locis post solstitium canicula oritur, apud Troglodiras ante solstitium.

Solvendo, id est, habere uel non habere unde soluas. Of. 49 b, Is occultat gaudium suum, ne uideatur non fuisse soluendo. I. A. 161 a, Nec tu soluendo eras.

Solvm. tantùm, modò. I. A. 175 a, Nos nunciationem solũ habemus, &c. Or. 212 a, Recto casu solũ Græcè loqui. de Or. 126 b. Non solum oratione, sed multo magis ui, & dolore. At. 128 b, Non solum, &c. sed etiã, &c. Epi. 60 b, pro Milon. At. 128 b, Non solum, &c. sed etiã, &c. Epi. 60 b, pro Milon. At. 113 a, Neq; his tantum, uerumetiã, &c. Tusc. 192 b, Quasi uerò

uerò atrabili solum mens, ac nõ sæpe uel iracundia grauiore uel timore moueantur. de L. 166 b, Hi de re una solũ diffident, de cæteris mirificè congruunt.

Solvm, li. terra, fundamentum, & quicquid alicui rei subiacet. contra Rull. 79 b, Quod solum tam exile & macrum est, quod, &c. de Cl. 166 a, Seremus igitur aliquid tãquã in iculto & derelicto solo. pro Cor. 57 a, Vos mutæ regiones imploro, & sola terrarum ultimarum. Top. 222 b, Solũ amabitę ediũ. Part. 125 b, Aurata tecta, & sola marmorea in uillis facere. de Cl. 188 b, Solũ & quasi fundamentum oratoris est, &c. Ant. 196 b, Iupiter Opt. Max. cuius natu sola terrarum gubernantur. de L. 169 b, Quin ipse quoq; sum ipsi uillæ amicior factus, atq; huic omni solo, &c. I. C. 122 a, Patriæ solum omnib. charum est. pro Cor. 69 a, Qui ciuitatis alicuius solum ciuitatis mutatione uertissent. pro Cęc. 394 b, Qui uolunt pœnam aliquam subterfugere, eo solum uertunt, hoc est, sedem ac locum mutant. Par. 121 b, Mutare solũ. pro D. 229 a, pro Qu. 11 b, Quò uertẽdi, hoc est, mutãdi soli causa uenerant. & 16 b, Vertere solũ exilij causa. I. A. 197 a, Exilij causa solũ uertisse. I. V. 254 a, Cleomenes nauem in solo fluctuãtẽ reliquerat. Tusc. 246 a, Mihi calceamẽtũ est solorũ callum. Epi. 143 a, Ibi loquor, quod in solum, ut dicitur. de N. 14 a, Abuteris ad omnia atorum regno & licẽtia: hinc quodcunq; in solũ uenit (ut dicitur) effingis atq; efficis. prouerbium est de eo qui neq; quid dicat, neq; quid agat, attendit: sed omnia de omnib. & loquitur & efficit. Videtur autem à figulis sumptum, qui quicquid in solũ fuum, & in rotam uenit fingunt. Vide Erasmi Chiliades.

Solvo, uis. persoluo, dissoluo, pendo, dependo, appendo, numero, adnumero, repræsento, precium enumero, preciũ do, pecuniam do, satisfacio, reddo, cõfero, ære alieno exeo, uel me libero. I. V. 186 a, Verres ciuitatib, p frumẽto nihil soluit omnino. pro Fl. 156 a, Respondet se omnem pecuniam Fabijs persoluisse. pro Cl. 24 b, pro Fl. 157 b, Is pecuniam præsentem non debitam mulieri soluit. Qu. F. 301 b, Priusquam Fundanio debitum solutum esset. At. 262 a, Vt pecuniam reliquã Buthrothij ad diẽ soluerẽt. Bru. 269 a, Pecunia enim solui potest. Atti. 261 b, Ne Terẽtię quidẽ adhuc quod soluat, expeditum est. pro Q. R. 53 a, Cum altera pen so soluẽda esset. At. 255 b, Hoc quod satisdato debeo, peto à te ut prouideas, planeq; expedias, & solutum relinquas. pro Q. R. 51 a, Quod à Flauio abstulero partem dimidiã, inde me soluturum spõdeo. At. 251 b, Ex qua pensione ipsa maior pars est ei soluta aliquãto ante diem. pro Fla. 155 a, Cuius bona, quòd is populo nõ soluebat, publicè uenierũt. At. 107 a, Soluẽdi sunt nũmi Cæsari. p Cl. 43 b, Qui pecuniã p potione dedit. Epi. 122 a, Soluere beneficia alicui. de Ar. 210 a, Si habuerit unde tibi soluat, quod ei p syngraphã credidisti. p Qu. 5 a, Vt procurator iudicatũ solui satisdãret. de Cl. 166 a, Ego uerò expectabo ea quę policeris, neque ea exigã: sed tamẽ erũt mihi grata, si solueris. & ib. Ego tibi Brute nõ soluã, nisi prius, &c. At. 232 a, Liberare se magno ere alieno. Qu. F. 295 a, Quãta tãdem pecunia penderetur, si oĩum noĩe, quicũq; ludos Romę facerent, erogaret. At. 207 a, Magius soluẽdo nõ erat. Epi. 37 a, Cum soluẽdo ciuitates nõ essent. pro Cec. 304 b, Vt religione ciuitas soluatur. de Sõ. 131 a, Ego statim somno solutus sum. ad Her. 16 b, Soluere aliquẽ legib. de Vn. 292 a, Omne colligatum solui potest. At. 176 a, & 240 a, Delatus me fasciculus, solus solui. & 7 a, Soluere ancoras. pro Mur. 124 b, Portu soluẽs.)(.Qui in portũ ex alto inuehitur. Atti. 103 b, Quid ad hęc reperis? soluamus inquis. de D. 86 a, Agamẽnon soluere imperat auersa naui. Offi. 62 a, Si idẽ sciret mercatores ab Alexãdria uoluisse. Ep. 259 b, Nos eo die cœnati soluimus, &c. de Fi. 53 a, Soluere capriosa argumenta. At. 2 b, Misimus qui pro uectura solueret. I. A. 185 b, Soluere uota. Of. 70 a, Soluere nũmos adulterinos pro bonis alicui. pro Mar. 135 a, Cum patriæ quòd debes, solueris. I. Denarius.

Solvere se, est nõ aliũde pecuniam accipere, aut per alium soluere, sed suo (ut aiunt) soluere.

Solvere, uel repræsentare, uel dare ab aliquo, est curare ut alius tuo nomine soluat. I. A, & Ab.

Solvs, a, um. solitarius, unicus, unus, unus solus, solus per se, unus ex omnibus.)(. Cum altero. de Pro. 72 b, Tiberius Gracchus solus ex toro illo collegio, &c. de Orator. 148 b, Stoici soli ex omnib. philosophis dixerunt, &c. & 154 b, Gorgias solus ex omnibus &c. Epistol. 28 b, Solus tu ex omnibus. Attic. 179 b, Minutius XII sola curauit. de Arus. 246 b, Qui locus solus ex priuatis locis omnibus hoc præcipuè ius habet, ut, &c. & ibi. Vno solo illo dissentiente. de Diuin. 93 a, Cum in locis solis mœstus errares. Off. 60 a, Cui uisum est utilius solum se quàm cum altero regnare. At. 77 a, Scæuola qui solos nouem menses Asiæ præfuit. de Or. 86 b, Actio sola per se magna est. Top. 225 b, Sapientia sola per se. pro Mu. 134 a, Dicere aliquid alicui soli. i. nemine præsente uel audiente.

Solvte, expediẽte. de D. 129 a, Animus somno relaxatus, solutè mouetur, & libere. de Cl. 174 b, Solutè & suauiter dicere. & 190 b, Facilè solutęq; uerbis uoluere sententias. & ib. Tam solutè egit, tam leniter, tam oscitanter.

Solvtio, onis. At. 203 b, Sustinenda est solutio nominis Valeriani, dum de Metione sciamus. pro Pomp. 7 a, Romæ solutione impedita fidem concidisse. pro Cec. 287 a, Temporib. illis difficillimis solutionis. Of. 51 a, Solutio rerũ creditarum. pro Cl. 24 b, Si hæc solutio legatorum, & non merces abortionis appellanda est.

Solvtio, dissolutio. de Or. 94 b, Linguæ solutio uocis sonus. Tusc. 203 b, γύσις, quasi λύσις. i. solutio totius hominis.

Solvtvs, a, um. liber, dissolutus.)(. Alligatus. de D. 80 b, Animi fine ratione & scientia, motu ipsi suo soluto & libero in citantur. de Fin. 138 a, Motus solutus ac uagus. & 55 b, Cũ soluta nobis est eligendi optio, nec impeditur, &c. Epistol. 16 a, Si essent omnia mihi solutissima, non alius essem atq; nunc sum. pro R. P. 124 b, Qua lege totus ordo solutus ac liber est. contra Rul. 65 b, Consul solutus à cupiditatibus liber à delictis. pro Dom. 234 a, Hominis soluti, & à curã liberati. Attic. 136 b, Quæ soluto animo scribi solent, ea tẽporibus his excluduntur. Epistol. 254 b, Animus sollicitus.)(. Animus solutus. de Orat. 110 b, Aues passim ac liberè solutas opere uolitare. I. V. 146 a, Soluto liberoq; animo esse. Orat. 204 a, Solutum sit quiddam, non uagum tamen, ut ingredi liberẽ, non licenter errare uideatur. de Cla. 186 a, Solutus in explicandis sententijs. & Gellius uerbis solutus. & b, Solutissimus in dicendo, & acutissimus. de Clar. Orat. 187 a, A natura ad dicendum satis solutus atq; expeditus. & 190 a, Verba non soluta, nec diffluentia, sed astricta numeris. & de Or. 160 a, Soluta oratio. Or. 219 b, Maiorem habent aptaũim, quàm soluta. de Clar. 185 a, Solutus & mollis in gestum. ad At. 33 a, Quum uideas uoluntatem ciuitatis solutam, uirtutem alligatam. de Orato. 159 a, Nec uerba alligata sint, quasi certa aliqua lege uersus: nec ita soluta, ut alligentur.

Somnicvlosvs, a, um. somno plenus. de Sen. 84 a, Iners, ignauus, & somniculosa senectus.

Somnio, as. secundum quietem uideo, in quiete uideo, in somnis uidere uideor, in quiete mihi uidetur, somnium facio in somnis cerno, in somnis uideo, secundum quietem aliquid mihi uidetur, dormiẽti mihi uidetur, quæ se in quiete per uisum ex Africano audisse dicebat, quæ igitur natura obtulit illã speciẽ Simonini? cũ tibi obiecta sit species, alicuius rei obijciũt aũt sępe formę, quę reapse nullę sunt; speciẽ aũt offerũt. de D. 88 b, Mater somniauit, se peperisse satyriscũ. At. 149 b, Troianum somniauerã. de D. 133 b, Si ea dormientes agerent quę somniarent, alligãdi essent oẽs qui cubitũ irẽt. de D. 135 a, Animus cũ lãguore corporis, nec mẽbris nec sensib. uti põt, incidit in uaria uisa & incerta, ex reliquijs, ut ait Aristoteles inhærentib. earũ rerũ quas uigilãs gesserit aut cogitarit, quarũ perturbatione mirabiles interdum existunt species somniorum. de Diu. 136 a, Refert ad cõiectorẽ quidã somniasse se, ouum pẽdere ex fascia lecti sui cubicularis. de D. 137 b, Nec mihi magis usquam uideor, quàm cum in curia senatũ uideo somniare. de D. 137 a, Hãc credo causam somniandi de illo fuisse. Ac. 13 b, At cum somniauit, ita narrauit, &c. de N. 5 b, Miracula non differentium philosophorum, sed somniantium. de D. 138 a, Quædã matrona uisa est in quiete obsignatam habere naturã. & ibid. Cursor uisus est in somnis curru quadrigatum uehi.

Somnivm. nij. uisum, uisum somnij, insomniũ. pro D. 241 b, Qui arã in littore deserto somnijs stimularus, aut religiõe aliqua

aliqua confecraret. de D.92 a, Cũq; senatui somniũ narrauisset, pedib. suis saluus reuertit. ibid. Eandẽ in sonijs admonitionẽ fuisse. Ac.qu.13 b, Eadẽ ratio est somniorum. & 14 a, Eadẽ est in somnijs species. de N. 9 b, Chrysippus Stoicorũ somniorũ uaferrimus interpres. de Di. 134 a, Coniector somniorũ. & 88 b, Sonia Antiphontis interpretatione explicata. & 90 a, Dionysius Perficus, de Cyri somno. de Na. 10 a, Non philosophorum iudicia, sed delirãtium somnia. de Diu. 88 i. Quo facto somnio, pater, &c. in Sallust. 275 a, Et dic unde tu repentè tanquã somnio beatus, hortos preciosissimos paraueris. de Di. 136 a, Somniũ de Simonide, &c. & 135 a, Deos obijcere dormiẽtibus uisa quædam tortuosa & obscura. & ib. Vt mobiliter animus agitatus, qđ uigilãs uiderit, dormiẽs uidere uideatur. de Am. 98 a, Quę se in quiete per uisum ex Africano audisse dicebat. de Som. 127 a, Hic mihi Africanus se ostendit illa forma, quæ, &c.

Somnvs, ni. sopor, quies. de D. 139 b, Somnus est perfugium omnium laborum & sollicitudinum. de Sen. 94 a, Nihil morti est tam simile quãm somnus. Tusc. 168 a, Somnus imago uel simulachrum est mortis. At. 118 a, de Inu. 63 b, Tusc. 218 a, Ergo si somnum capere tam longis te epistolis non obtunderem. Attic. 144 a, Cum me ægritudo somno priuaret. de Som. 126 b, Deinde ut cubitum discessimus, me arctior quãm solebat somnus complexus est. & 127 b, de Nat. 55 a, Quæso, inquit, ne me è somno excitetis. pro Syll. 171 b, Ex somno excitare aliquem. Tusc. 218 a, E somno suscitari. de Cl. 190 b, Somnum isto loco uix tenebamus. Tusc. 123 a, Epulati somno se dederunt. Ar. 217 a, Deinde somno repetito simul cum sole experrectus sum. Offic. 21 a, Ludo autem & ioco uti licet, sed sicut somno & quietibus cæteris. de Fin. 138 a, Tusc. 168 a, Nisi iucundissimis nos somnis usuros putemus, Endymionis somnum nobis nolimus dari. de D. 114 a, Animus per somnum curis uacuus. de N. 17 b, In somnis uidere aliquid. de Diu. 105 b, Is uera & certa cernit in somnis. de D. 90 b, Annibalem cum cepisset Saguntum, uisum esse in somnis à Ioue in concilium uocari. de D. 89 a, Mater grauida parere se ardentem facem uisa est in somnis Hecuba. de Di. 89 b, & 90 b, In somnis, in somnijs, per somnum, in quiete, secundum quietem.

Sonipes, dis. equus. de Or. 160 a Sonipedes.

Sonitvs, tus. sonus, cantus buccinæ. de Som. 129 a, Hoc sonitu completæ aures obsurduerunt. Tuscul. 169 a, Quo sonitu reddito, ridens inquit, &c. de Ora. 89 b, Verborum sonitus inanis. de Arusp. 258 a, Cogitate genus sonitus, eius quem Latinienses nunciarunt. Orator. 205 b, Eloquentia quæ cursu magno sonituque feratur. ad Atti. 9 a, Nosti iam in hac materia sonitus nostros. ad Her. 28 b, Sonitus tubæ.

Sonivia, orum. augurij genus. Ep. li. 6. Nec ex tripudijs solistinis aut soninijs tibi auguror, sed habeo alia signa quæ obseruem.

Sono, as. cano, sonum refero, sonum uel sonitum efficio uel redd o. de Di. 122 b, & 96 a, At Lacedæmonijs in Herculis fano arma sonuerunt. de Som. 129 a, Natura fert ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera acutè sonent. de Nat. 42 b, Ipse aer nobiscum uidet, nobiscum audit, nobiscum sonat. Off. 68 b, Et quidem sic hæc duo uerba inter se discrepant, ut tamen unum sonare uideantur. Orator. 219 b, Iidem sunt numeri non modò loquentium, sed etiam sonantium omnium, quæ metiri auribus possumus. & 212 a, Verba bene sonantia. item ibid. Malè sonantia, ijsdem. de Orat. 156 b. Verba in quibus plenum quiddam, & sonans esse uideatur. de Cl. 187 b, Cotta sonabat contrarium Catulo, sub agreste quiddam, planeque subrusticum. pro Ar. 199 b, Cordubæ nati poetæ, pingue quiddam sonantes, atque peregrinum. de Fin. 65 a, Epicurum, qui crebrò dicat oportere exprimi, quæ uis subiecta sit uocibus, non intelligere interdũ quid sonet hęc uox uoluptatis: id est, quæ res huic uoci subijciatur. de Fin. 74 b, Si in honestate uoluptatẽ dicant inesse, ait eos inani uoce sonare. Tusc. 242 b, Dicatq; nos in uocib. occupatos inaneis sonos fundere. Or. 146 b, In qua nihil sonare aut olere peregrinũ possit, quo magis antiquitatẽ, si ita sonet, sermo eorũ retinere uideatur. de Na. 30 b, Tibiæ modulatè canentes, & fidiculæ numerose sonantes.

Sons, tis. nocens. Of. 16 b, Idq; est uiri magnanimi, rebus agitatis puuire sontes, multitudinem conseruare. I. A. 164 a, Comprehensio sontium mea, animaduersio senatus fuit. de Legib. 185 a, Ep. 57 a, Vincula sontium seruanto. & Tuscul. 183 b, Aut etiam sontibus opitulari poteram.

Sonvs, ni. uox, uocis sonus, uocis cantus. de Natur. 54 a, Aures cum sonum recipere debeant, qui natura in sublime fertur, rectè in alta corporum parte collocatæ sunt. item, Aures duros & quasi carneolos habent introitus, mulcisque cum flexibus, quòd his naturis relatus amplificatur sonus: quocirca & in fidibus testudine resonatur, aut cornu & ex tortuosis locis & inclusis referũtur ampliores. de Som. 118 b, Quis hic est, qui cõplet aures meas tantus & tam dulcis sonus? & ibidem, Hic est, inquam ille sonus, qui interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro ratione distinctis, impulsu & motu ipsorum orbium efficitur, qui acuta cum gra uibus temperans æqualiter concentus efficit. de Nat. 55 b, Varietas sonorũ, interualla, distinctio, & uocis genera permulta. de Ora. 107 a, b, Græci uocem sedentes ab acutissimo sono usque ad grauissimum sonum recipiunt. de Orat. 126 a, Vox ad miserabilem sonum inflexa. Ora. 213 b, Omnium longitudinum & breuitatum in sonis, sicut acutarum grauiumq; uocum iudicium natura in auribus nostris collocauit. Ora. 200 b, Vt extrema referant eundem in cadendo sonum. de N. 56 b, Manus apta ad neruorum eliciendos sonos. de Or. 164 a, Cursus uocis per omnes sonos. de Diuin. 103 b, qui sono quodã uocum & Phrygiis cantibus incitantur. de N. 56 b, Lingua sonos uocis distinctos & pressos efficit, cum, &c. Acad. 19 a, Ac mihi uidetur dignissimum rebus his de quibus loquitur, sonum fundere. Tusc. 242 b, Dicatque nos in uocibus occupatos, inaneis sonos fundere. & 251 a, Inanis uocis sonus. Or. 212 b, Verbum uox, sonus. de Or. 100 b, Sonus pronũciandi. Tusc. 161 a, Qui sonos uocis qui infiniti uidebantur, paucis literarum notis terminauit. Of. 29 b, Sic uiuendum est in uita, ne fortè quid discrepet uel multo etiam magis, quo maior & melior actionũ quãm sonorum concentus est. & de Legibus 177 b, Nihil tam facilè in animos teneros atque molles influere, quãm uarios canendi sonos.

Sophia, æ. l. Sapientia.

Sophisma, tis. Ac. 19 a, Contorta & aculeata quædã sophismata, sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ.

Sophistes, tæ. Acad. 18 b, Ar quis est hic? num sophistes? sic enim appellantur hi, qui aut ostentationis, aut quæstus causa philosphantur. de N. 14 a, & Or. 200 a, Aoderites Protagoras, sophistes temporibus illis maximus. & 200 b, Isocrates, multique alij, qui sunt nominati sophistæ. de Fin 64 a, Sed & Gorgiam & cæteros sophistas lusos uidemus à Socrate. de Fi. 64 a, Eorum erat iste mos, qui tum sophistæ nominabantur.

Sophocles, clis. poeta tragicus. de Sen. 81 b. bis. & de Fi. li. 5. de Diu. lib. 1. Ac. lib. 2.

Sophocleys, ea. l. Pango.

Sophos. sapiens. de Fin. 69 b, Lælius sophos ille, &c. bis. Tusc. lib. 5. Qui à Græcis Sophi, sapientes à nostris nominantur. de N. lib. 1. Sophi motum inanem uocant.

Σώφρων. l. Temperans.

Σωφροσύνη. l. Temperantia.

Sopitvs, a, um. quasi somno oppressus. pro Cæl. 46 a, Blandimenta quibus sopita uirtus conniueret. de Di. 93 a, & 104 a, Sopito corpore animus uigilat.

Sopor, oris. somnus. de Diu. 89 b, Cum iam quieti corpus dedi, sopore placans artus lãguidos. in Sal. 274 b, Noli nobis languorem & soporem exprobrare.

Soranvs, na. pro Plan. 263 b.

Sorbeo, bes. forbui. l. Absorbeo Q. F. 328 b, Ista odia non sorbeo solum, sed etiam concoquo. I. A. 232 b, Quid eum non sorbere animo? quid non haurire cogitatione? cuius sanguinem non bibere censetis.

Sordeo, des. Oct. 329 b, M. Antonius, cui sordebat Macedonia prouincia: id est, putet, & sordida uidetur.

Sordes, dium. lutum, fex. de N. 55 a, Prouisum est etiam, ut si qua minima bestiola conaretur irrumpere in sordibus aurium tanquam in uisco adhærescereet. pro Sest. 16 b, Virtus splendet ipsa per se semper, nec alienis unquam sordibus obsolescit. in Sal. 272 b, Non enim procacitate linguę, uitræ sordes eluuntur. I. A. 156 b, Eluere sordes. I. P. 93 a, de Cl. 185 a, O lutũ, ò sordes. &, Is ex summis & fortunæ & uitæ sordibus consul factus est. pro Cl. 21 a, Mater squalore filij & sordibus lætatur. Postquã 199 a, Alicuius quotidianæ lachrymæ sordesq; lugubres. pro Cl. 58 a, Spectaculũ fordiũ arq; luctus, & tãi squaloris alicuius. I. V. 261 b, Aspicite iudices squalorem sordesq; sociorum. pro Dom. 225 a, Filiæ meæ fletus assiduus, sordesq; lugubres. Ep. 233 b, Iacere in lachrymis & sordibus. pro Murẽn. 142 b, Populus Romanus non amat profusas epulas, sordes, & inhumanitatẽ multo minus. Epist. 95 a, Sordes hominis: id est, auaritia. At. 10 b, & 12 b, Satius erat illum in infamiæ relinqui sordibus, quãm infirmo iudicio committi. At. 65 a, Iudicum sordes: id est auaritia. Att. 81 a, Has à nostro Qu. Ticinio sordes accepimus. Epi. 123 b, Nam sordes eluere uult.

Sordidatvs, a, um. sordidus. de Or. 126 b, Mœstus ac sordidatus senex. I. V. 121 a, Heraclius & Epicrates sordidati maxima barba & capillo. & 209 a, Postq. 206 b, Innumerabilis multitudo supplex ad eum sordidata uenerat. I. P. 94 a, Serui sordidati ministrant. I. A. 2. Sordidata mancipia.

Sordide. auarè. de Or. 141 a, Sordidè dicere. At. lib. 15. Sordidè concionari.

Sordidvs, a, um. inquinatus, obsoletus, auarus. Tuscu. 202 b, Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapiẽtia. At. 195 a, Vilula sordida & ualde pusilla. pro Fl. 157 a, & de L. 191 a, & At. 121 b, Homo egẽs ac sordidus. I. P. 101 a, Nec minus lætabor, cum te semper sordidũ, quãm si paulisper sordidatũ uiderẽ. I. A. 156 b, Vt enim quisq; sordidissimus uidebitur, ita libentissimè seueritate iudicandi sordes suas eluet. pro Mur. 144 b, Squalore sordidus. de In. 76 b, De pecunia rõci nari sordidũ est. At. 143 b, Iste omniũ turpissimus & sordidissimus idẽ est, q in rep. fuit. Q. F. 293 b, Tuscenius homo furiosus ac sordidus. Of. 30 a, De artificijs & quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi. & 37 a, Quæ sordidissima quidem est ratio & inquinatissima. & 43 a, Id enim ipsi sordidum est ad famam, committere ut accusator nominetur.

Sorites, tæ. de Di. 110 b, Quemadmodũ soriti resistas, quẽ si necesse sit latino uerbo liceat acerualẽ appellare, sed nihil opus est: ut enim ipsa philosophia & multa uerba Græcorũ, si sorites satis Latino sermone tritus est. Ac. 37 a, Posthac potius disseremus de obscuritate naturæ, &c. quãm de oculorum sensuumque reliquorum mendacijs, & de sorite aut pseudomeno, quas plagas ipsi cõtra se Stoici textuerũt. Ac. 132, & 23 a, Captiosissimum genus interrogationis, quod genus minimè in philosophia probari solet, cũ aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur, soritas hos uocant, qui aceruum efficiũt uno addito grano, utiosum sanè a, captiosum genus, sic enim ascendiris, &c. de Fi. 117 b.

Soror, ris. de Di. 89 a, Soror germana. pro Dom. 231 b, Non sum tã ineruditus, qui Minerũã Iouis sororem, meã esse sororẽ dicã. & ibidem, Tu sororem tuam uirginem esse non fuisti. I. A. 179 a, Filiam eius sororem tuã eiecisti. pro Mil. 115 b, Clodius cũ sorore germana nefarium stuprũ fecit.

Sororicida, dæ. pro Dom. 218 a, b, Parricida, fratricida, sororicida.

Sororivs, a, um. pro Sest. 6 a, Homo fraternis flagitijs, sororijs stupris infanus.

Sors, tis. cum ad diuinationem fatumq; pertinet. de Diu. 120 a, Quid enim est sors? idem propemodũ quod micare quod talos iacere, quod tesseras, in quibus temeritas & casus, non ratio & consilium ualet. & 123 a, Auspicia restant, & sortes quæ ducuntur, non illæ quæ uaticinatione funduntur, quæ oraculã uerius dicimus. de Di. 126 a, Sortes, quæ fortunæ monitu, pueri manu miscentur ac ducuntur. & ibid. Sortes quæ hodie fortunæ monitu tolluntur. de Diuin. 95 a, Cum Spartiatæ oraculum ab Ioue Dodonæo peterent, legatiq; illad in quo iuerant sortes collocauissent, simia & sortes ipsas & cætera quæ erãt ad sortem parata disturbauit. de Di. 122 b, Simia urnam euertit, sortes diffsipauit. & ibid. 87 b, Sortes eductæ in rem aptæ capere possunt diuinitus. & 116 b, Quæ cui sors ducatur. & in Ant. 188 b, Sors diuin. de N. 62 b, Quis cornicis cantum notanit? quis sortes? de Diu. 87 b, Oracula quæ æquatis sortibus dicuntur. & de Inu. 60 b, Ex sortibus, ex oraculis, ex responsis. de Diu. 89 a, Quo sese uertant tantæ sortes somniorum? in Verr. 61 b, Sortis religio. de Di. 132 b, Sors illa edita est Cræso, Cræsus Halim penetrans, &c. de Di. 126 a, Numerius Suffecius sortium inuentor. & ibid. de sortium inuentione. de Diui. 87 b, Vt hæ sunt sortes, quas ex terra editas accepimus.

Sors, fortuna, alea, casus, conditio. Qu. Fr. 291 b, Quæstorem habes non tuo iudicio delectum, sed eum quem sors dedit. pro Mur. 128 a, Quęstura utriusque prope modum pari momento sortis fuit: nullum enim uobis sors campus dedit, in quo excurrere uirtus cognosciq; possit. pro Se. 44 a, b, Quæstor hic C. Ant. collegæ mei fuit sorte, sed societate conciliorum meus. In Va. 31 a, & Ep. 29 b, Cum tibi aquaria prouincia sorte obtigisset. I. V. 233 a, Sors ducitur, quamobrẽ? nemo erat uoluntarius laudator præturæ tuæ. cont. Rul. 69 b, Pauca tribus non certa conditione iuris, sed sortis beneficio ad usurpandam libertatem uocare. I. V. 134 a, Cum suffragijs tres creati sunt, res uocatur ad sortem. & ibidem de sortibus multa. In Ver. 112 a, Verri sorte prouincia Sicilia obuenit. pro Dom. 219 a, Prouincias extrà ordinẽ sine sorte nominatim dedisti reip. pestibus. At. 17 b, Cũ de consulatibus mea prima sors exisset. Ep. 118 a, Ita sorte in prouincias proficiscerẽtur. & ibid. b, Conijcere aliquẽ in sortem. Ep. 177 a, Aequaliter aut sorte assignare aliquid alicui. pro Pl. 266 b, Si sortis, nullum crimẽ est in casu. I. V. 222 b, Telum, quod cuiq; sors afferebat, arripuit. At. 36 b, Quod sors obtulerit, id acturus uidetur. Q. F. 295 a, quod si te sors Afris aut Hispanis, aut Gallis præfecisset, tamen, &c. Off. 9 a, Vos ne uelit, an me regnare hera, quidve ferat sors. pro Lig. 140 b, Tuberonis sors conietta est S. C. cum ipse non adesset. & ibid. Africa quò senatus eum sorsq; miserat.

Sortilegvs. gi. diuinus, ariolus. de D. 108 a, & 131 a, Nũc illa testabor, non me sortilegos, nec eos qui quæstus causa ariolentur agnoscere.

Sortior, iris. sortito capio, in sortem conijcio, sortitionem facio, fortunæ iudicio committo. cont. Rul. 70 a, Sortietur tribus idem Rullus, educet quas uolet tribus. contra Rull. 70 a, b, Qui tribus quas uoluit uocauit, nullo custode sortitus. pro Cl. 44 a. Sortiri ad pœnam, & hominum delictum fortunæ iudicio committere, minimè censorium est. & ibi. Non animaduertes in omnes? sed carpes ut uelis? & paucos ex multis ad ignominiam sortiere? Ep. 17 a, Sortiri prouinciam cum collega. pro Mur. 128 a, Tu illam cui cũ quæstores sortiuntur, etiam acclamari solet, Hostiensem prouinciam habuisti. In Verrem 117 a, Ei uenit in mentem è lege Rupilia, sortiri dicas oportere, educit ex urna tres. de Nat. 21 a, Hoc non est considerare, sed quasi fortuti quid loquare. de Fa. 149 b, An aromi sortiuntur inter se, quæ declinẽt, quæ non? Q. F. 306 b, Acilius sententiam dixit, ut ipse iudices per prętorem urbanum sortiretur. Attic. 8 a, Prætores nondum sortiti sunt prouincias. I. V. 70 a, Cum prętores designati sortirentur, M. Metello obtigit, ut is de pecunijs repetundis quæreret. & 73 b, Senatores, qui C. Varro prætore sortiente exirent in eam reum, quem incognita causa condemnarent. At. 17 b, Senatus decreuit, ut consules Galliam sortirentur. I. A. 212 a, L. Antonius sua lege cum C. Cæsare magistratum sortitus est.

Sortio, onis. distributio, quæ sortitò, ductisve fit sortibus. pro Pl. 270 a, Nunquam maiores nostri sortitionem constituissent ædilitiam, nisi uiderent accidere posse ut competitores pares suffragijs essent. & I. A. 188 a, Diuina uerò opportunitas, ut in sortitione prouinciarum, quæ cuiq; apta esset, ea cuique obueniret. & 176 a, Sortitio prærogatiuæ. Q. F. 306 b, Iudicum sortitione facta comitia haberi. & Attic. 14 a, & pro Cl. 44 a, Vt sortitione in quosdam animaduerteretur.

Sortito. sortitione, ductis sortibus. Ep. 128 a, Eos sortito in prouincias mitti placere. I. V. 134 a, Lex Iouis sacerdotem sortito capi iubet.

Sortitvs, tus. sortitio. pro Do. 223 b, Pluribus de rebus uno sortitu retulisti.

Sospita, tę. salutaris. pro Mur. 145 b, & de N. 27 b, & de D. 80 b, Iuno sospita.

Soter, eris. conseruator, seruator. I. V. 139 b, Is enim soter, qui salutem dedit. & ibid. Soter latino uno uerbo exprimi non potest.

Spargo, gis. fundo. pro S. R. 26 a, Attilius ille, quem sua manu spargentem semen, qui missi erãt, conuenerunt. de Sen. 93 a,

9; a, Credo deos immortales sparsisse animos in corpora humana. pro Arch. 192 b, Ego uerò omnia, quæ gerebam, iã tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar, in orbis terræ memoriam sempiternã. pro Deiot. 148 a, Graues de te rumores, sparsi sunt. de Diui. 81 a, Quod Zeno in suis commentarijs, quasi semina quædam sparsisset. Tusc. 171 a, & I. P. 88 b, Euisceratus latere pendens, saxa spargens tabo. Parad. 123 a, Qui tractant ista, qui terguntur, qui ungunt, qui uerrunt, qui spargunt. I. C. 106 a, Qui sicas uibrare, & uenena spargere didicerunt. In Arat. & Spargere amnem lachrymis. In Ara. 186 b, Qui nummos populo de rostris spargere solebat.

Sparsvs, a, um. fusus, disiectus. Attic. 7 a, Literæ sparsæ sale humanitatis. & Orator. 208 a, Quæ æquabiliter toto corpore orationis fusa esse debet. ad Her. 24 a, Res sparsas & uagè disiectas eligere. In Ar. Stellæ sparsæ fusæq; uidentur.

Sparta. spartæ. Lacædemon. Attic. 20 a, Quæ tibi obtigit σπάρταν nunquam desere. Offic. 49 b, Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia, nisi auaritia perituram.

Spartacvs. de Ar. 249 b, & I. A. 194 a, Athenio & Spartacus duces belli seruilis.

Spartiates, tæ. de Diuinat. 96 a, Tuscul. 245 b, Pueri Spartiatæ.

Sparvs, ri. genus teli. pro Mil. 113 b, Sparorum pilorumq; multitudo.

Spacior, aris. ambulo, deambulo. pro Sext. Rosc. 28 a, Residere. deinde spaciari. & de Orat. 243 b, Spaciari in xysto.

Spacivm, cij. interuallum, curriculum, tempus cursus, regio, annui temporis dimensio. de Na. 35 b, Stellæ spacijs immutabilibus ab eo tempore quo accesum cõmeant. pro Ar. 191 a, Vitæ spacium exiguis regionibus circumscriptum est. Item ibi. Non cum uitæ tempore dimittendam esse commemorationem nominis nostri. de Cl. 193 b, Vt possis uidere quẽadmodum simus in spacio Quin. Hortensium ipsius uestigio persecuti. Orator. 198 a, Ciceronem oratorem non ex rhetorum officinis, sed ex Academię spacijs exstitisse, illa enim esse curricula multiplicium uariorumq; sermonum. pro Rab. 91 b, Qui ex constituto spacio defensionis intemihora curriculum coegisti. pro Arc. 185 b, Quoad longissime potest mea mens respicere spacium præteriti temporis. Off. 50 a, Propterea quod tam longo spacio multa hæreditatibus detinebantur. Qu. Fr. 292 a, Qui tibi biennij spacio nunquam in suspicionem auaritiæ uenerit. I. V. 128 a, Et erat spacium dierum ferè triginta ante Calend. Decẽb. de In. 51 a, Diurnum nocturnumve spacium. de Fin. 106 a, Aut spacium sumamus ad cogitandum. de Orator. 97 a, Attic. 75 b, Cum erit spacium, utrunq; dabo, & 76 a, Surripere aliquid spacij. Offic. 24 a, Qui spacium, deliberandi habuerunt, utrum, &c. In Verr. 76 a, Etiam si spacium ad dicendum nostro commodo uacuosq; dies habuissemus. de Oratore. 107 a, Quantum in hac acie quotidiani muneris spacij nobis datur. pro Cec. 286 a, & Epistol. 253 b, Spacium alicui ad sese colligendum dare. Tusculan. 201 b, Consideranda di spacium non datur. Epistol. 128 a, Mihi si spacium fuerit, in Tusculanum ante nonas ueniendi, istic te uidebo. de Orat. 141 a, Hoc interim spacio concluae illud cecidit. de Orat. 143 a, Nostræ spes in medio sæpe spacio franguntur. Item: Vita breuis est, cursus gloriæ sempiternus. de Le. 158 b, Quin igitur ad illa spacia nostra, sedesq; peregrinus. de Fin. 114 b, Non sine causa nobilitata spacia. de Orator. 87 a, & pro Muræn. 141 a, In ambulatione duo spacia uel tria facere. de Leg. 159 a, In sylueſtribus spacijs. In A. 245 b, De quo mihi, quoniam liberum est spacium, etiam atque etiam considerandum puto. Orat. 216 a, Trocheus, qui eodem spacio est, quo choræus. Trochæus ᴗ. Choræus ᴗ ᴗ ᴗ. & ibidẽ; Et Cretici æqualis Pæan, qui spacio par est, syllaba lõgior. ut ᴗ-.-ᴗ ᴗ ᴗ. In Arat. Huic spacio ductam simili latus extat utrunque.

Speciatim. nominatim. Post. 208 b, Messenius legem speciatim de salute mea promulgauit.

Species, ei. forma, figura, spectrum, notio, facies. Ac. 45 a, Mens sola cernit id quod semper est simplex & eiusmodi, & tale quale est. hanc Plato ideam appellauit, nos rectè speciem po stumus dicere. & ibi. a. Materia sine ulla specie, & carens omni qualitate. Off. 68 a, Species, forma, & notio boni uiri. Orator. 198 a, Indiebit in eius mentem species eloquentię. & 201 a, Excellentis eloquentiæ speciem & formam adumbrabimus. de Orator. 136 a, Adhibere quãdam in dicendo speciem atque pompam. & Orator. 197 a, Optima species & figura dicendi. Quint. Fr. 299 b, Species tam gratiosi liberti dignitatem non habet. Orator. 153 b, Forma, & quasi naturalis nota cuiusque, auari species & gloriosi. de Orat. 128 a, Probitatis commendatione boni uiri speciem tueri. Epist. 151 b, Hæc quæ habent speciem gloriæ. Epist. 216 b, Causæ quæ speciem habent magnæ coniunctionis. ad Heren. 29 a, Forma species, & statuta apposita ad dignitatem. de Orator. 147 b, Sed tamen est species alia magis alia formosa. & In An. 231 b, Misera illa & flebilis species: id est, hominis trucidati. de Na. 1 b, Pietas in specie fictæ simulationis inesse non potest. & 9 b, Cleanthes finxit formam quandam & speciem deorum. & 11 a, Speciem nullam aliam esse, nisi humanam deorum. Tuscul. 216 a, Quædam humanitatis quoque habent primam speciem, ut misericordia, &c. de Na. 69 b, Arcus species, quia speciem habebat admirabilem, Thaumante dicitur esse nata. de Na. 27 b, Veritas auspiciorum sprera est, species tamẽ retenta. de Or. 138 a, multa ante congressum sunt, quæ nõ ad uulnus, sed ad speciem ualere uideãtur. Acad. 17 a, Adrationes has latiore specie, non ad tenue elimatas. de Fi. 114 b, Me species quædam commouuit, inanis scilicet, commouit tamen. Epistol. 49 a, Vt speciem aliquam uiderer uidere quasi reuiuiscentis reip. & 14 a, Qui speciem huius uitæ intuentur. Attic. 285 a, Qui potes ista uel probare, uel ita demisse ac facilè pati, ut probantis species habeas. contra Rul. 68 a, Aliud obscurè moliri, aliud spe & specie simulationis ostendere. contra Rull. 72 a, Comitia uera.)(Comitia adumbrata ad speciem, & ad usurpationem uerustatis. In C. 108 a, Horum hominum species est honestissima, sunt enim locupletes: uoluntas & causa impudentissima. Offic. 34 b, Quorum error eripiendus est, omnisq; opinio ad eam speciem traducenda, ut honestis consilijs sentelligant, ea quæ uelint, consequi posse. Pro Do. 113 b, Hi tales uiri, qui non solũ consilijs suis, sed etiam specie ipsam dignitatẽ reip. sustinent. & 231 b, O speciem dignitatemq; populi Rom. Offic. 39 b, Honestum per se nobis placet, animosq; omnium natura & specie sua commouet. Off. 40 b, Hic speciem præ se boni uiri fert. pro Cæl. 40 a, Catilina multos uiros bonos specie quadam assimulatæ uirtutis tenebat. de Cl. 185 a, Magis tamen specie atque ipso amictu capiebat homines, quàm dicẽdi copia. de D. 84 a, Clam clarum speciem nocturno lumine luna Abdidit, &c. de Di. 97 b, Obijciuntur sæpe formæ, quę reapse nullæ sunt, speciem autem offerunt. de D. 119 a, Is autem Tages puerili specie dicitur uisus. I. V. 87 b, Vidi forum ornatum ad speciẽ magnifico ornatu, ad sensum cogitationemq; acerbo & lugubri. & de Nat. 43 a, Mũdi partes nec ad usum meliores, nec ad speciem pulchriores poterunt esse. I. P. 84 b, At fuit pãpa, fuit species incessus saltem. Seplasia dignus. & ibid. Magnum nomẽ est, magna species magna dignitas, magna maiestas consulis. Offic. 19 b, Vt in eo moderatio & temperantia appareat, cum specie quadam liberali. In A. 231 a, Is occisus est ab eo, qui cum ciuis speciẽ habebat. I. V. 253 a, Præclara clasis in specie, sed inops & infirma propter, &c. de Finibus 119 b, Quod propriam speciem habeat, cur appetendum sit. Tusculan. 184 a, Falsa uisione & specie doloris moueri. de Fin. 120 a, Nomina hæc quæ prima specie admirationem mouerent: id est primo aspectu. de Orator. 95 b, Hæc quæ sunt in specie posita, in te Sulpici diuina sunt: id est, motus corporis, in conspectu positus. Tusculan. 250 a, Species formę. de Finib. 74 a, Cuius similitudine perspecta in formarum specie, &c. Tusculan. 186 a, Obuersentur species honestæ animo. I. V. 265 a, Nunquam tibi species ipsa huiuscemodi multitudinis in oculis animoq; uersata est? de Di. 136 b, Nulla species cogitari potest, nisi puls

de Orat.156 b,Satis mihi hoc est ad eam, quam specto elo quentiam.de Orator.120 b, Quærere argumenta spectantia ad id quod in iudicium uenit . Attic. 127 b , & Quint. Frat.323 a,Res spectat ad interitum. Attic.239 b , Totum Antonij concilium ab bellum spectat.de Cl.192 a,Ad perorandum spectare uidetur sermo tuus . Off. 70 a, Si ad perniciem patriæ res spectabit.Epist. 236 a, Cognoui ad arma rem spectare.in Verr.34 a, Quod ipse ad imperatorias laudes à puero uidelicet spectare . Offic.33 b, Philosophi,&c. qui semper aliquid acquirunt,quod spectet & ualeat ad bene beateq; uiuendum. Epist.46 b , Omnia utriusque consilia ad concordiam spectauerunt. cont.Rull.80 a, Ad hanc emptionem duo genera agrorum spectant, unum eorum, &c.pro Sest.11 a,Ad suam magis ille gloriam, quàm ad salutem reipub.spectabat.contra Rul.70 a,Quæret quispiam, quid in tanta iniuria spectaueris? consilium non defuit.Offic.122 , Tota domus quæ spectat in nos solos, neque aliud potest habere perfugium. de Or. 124 a, Si barbarorum est in diem uiuere,nostra consilia in sempiternum tempus spectare debent . pro Rab.96 b , Nihil nisi sempiternum spectat . pro Sest. 14 b , Vos qui dignitatem , qui rempu. qui gloriam spectatis . Attic. 151 a, Cæsar Græciam spectat potius,quàm Hispaniam. Quint. Frat. 302 a,Noli spectare quanti homo sit,parui enim pretij est, qui iam nihil sit.Off. 5 b , In quibus maior est animus , in his pecuniæ cupiditas spectat ad opes.Off.5 b, Hoc enim spectant leges,hoc uolunt,incolumen esse ciuium cõiunctionem. I.A.257 a,Deniq; summa iudicij mei spectat huc,ut, &c.de L.181 b,Sed non tam ad religionem spectat, quàm ad ius sepulchrorum. pro Lig.137 b,Ligarius domum spectans,& ad suos redire cupiens.pro Lig.139 a,Res enim eò spectat, ut ea pœna in qua adhuc Q. Ligarius est , non uideamini esse contenti . pro Deio.144 b,Ad te unum omnis mea spectat oratio. In Sal. 272 b , Vitam huius non ex oratione mea , sed suis ex moribus spectare debetis.

Spectrvm,tri.idolum,simulachrum,uisio.Epi.253 a Qui putant *διανοητικὰς φαντασίας* spectris Catianis excitari . & ib.Quæ illæ Gargettius,etiam antè Democritus *εἴδωλα*, hic spectra nominat. & ibid. His autem spectris etiam si oculi feriri possent,animus qui posit,ego non uideo.& 254 a,b.

Specvla,læ,uigilia.Ep.47 a, Tanquam ex aliqua specula per spexi tempestatem futuram.I.V.74 b, Homines in speculis sunt,obseruant quemadmodum se unusquisque uestrum gerat in retinenda religione. pro Deio. 147 b,Rex semper in speculis fuit,cum à te animo esset alieno . Attic.145 b, Satius existimo uos dispertitos in speculis esse . I. V. 254 b , Prædonum aduentum significabat ignis è specula sublatus. pro Muræn.143 a, Qui ab illo in speculis atque insidijs relicti in capite atque in ceruicibus nostris restiterunt.I. A. 212 a,Idcirco in hac custodia tanquam in specula collocati sumus.

Specvla.parua spes.pro Cl.32 b, Qui aliquid ex eius sermone speculæ degustarat.Epist.27 b,In communibus miserijs hac tantum oblectabar specula.

Specvlator,speculatoris.de Nat. 17 b, Physicus,id est,speculator,uenatorque naturæ.pro Pomp.13 a , Alij eum speculatorem quàm legatum iudicari maluerunt . In Verr. 62 b,& 269 b,Fides mea custodem repudiat,diligentia speculatorem reformidat.pro Dom.216 b, Iste speculator communium miseriarum.de Nat.d.lib.2. Oculi tanquam speculatores,altissimum locum obtinent.

Specvlatrix,cis.de Nat.68 b,Furiæ speculatrices & uindices facinorum & sceleris.

Specvlor,aris.in speculis sum.In C.98 b,Multorum te oculi & aures speculabuntur atque custodient . Tusculan. 239 b,Sic noctu ad eas uentitabat,ut omnia specularetur & per scrutaretur antè . I. V. 269 a , Ait eum speculandi causa in Ciciliam esse missum . de Orator.56 a,Quod neque precibus unquam , nec insidiando , nec speculando assequi potui.pro Fl.178 a, Cum curia , &c.speculatur atque obsidet rostra.

Secvlvm,li. In P.94 b , Versus, in quibus si quis uelit, possit istius tanquam in speculo uitam intueri.de Fin.71 b,Infantes, pueri & bestiæ , quæ Epicurus putat esse specula naturæ.& 139 b, Pueri in quibus ut in speculis natura cernitur.

de Vn.203 b,Speculorũ Iesuitas.pro Sex.R.25 b,16 a, Enim hæc conficta arbitror à poetis esse, ut efficitos nostros mores in alienis personis , expressamq; imaginem nostram uitæ quotidianæ uideremus.loquitur de comœdia,quam significat speculum esse communis uitæ.

Specvs,cus. Atti. 249 a,M.Aelium cura liberabis , me paucos specus in extremo fundo, &c.habituros. Hic ego specus , aquæ ductus significare puto , ut Cæs. Com. de bello Alexandrino.

Spelvnca,cæ.specus.I.V.225 a, Propterea est spelunca quædam controuersia ad aquilonem , infinita altitudine.de Fin. 141 a,Ex spelunca saxum in crura eius incidit.de Fin.84 b, At Philocteta iam decimum annum in spelunca iacet .pro Fl.154 b,Qui producti tabulas se publicas ad spelũcas perdidisse dixerunt.

Speratvs,a,um.expectatus,desideratus.Q.Fr.298 b,De reliqua & sperata gloria laborare.

Sperno,nis.refuto ,respuo, renuo, despicio,repudio,repello,reijcio.I.An.250 b,Sed multo magis nos spreuit,& pro nihilo putauit. pro Cæl. 45 a ,Cur huic,qui te spernit molesta es? de Na.27 b, Veritas auspiciorum spreta est,species tantum retenta.Orator. 198 a, Eloquentia forensis spreta à philosophijs & repudiata.& Orator. 205 b,Spretum à subtilibus , repulsum à grauibus . de Sen.78 b, Sperni ab ijs,à quibus coli sis solitus . de Finib. 49 b , Spernere & reijcere aliquid.

Spero,as.spem habeo , spes est , sum in spe,in spe habeo, spe ducor,inducor in spem,sperare uideor, expecto aspiro,confido,nitor , spes alicuius rei ostenditur , in aliquo spem pono,animo aut spe maiora suscipio , qui illi pecuniæ spe iam atque animo incubaret, ad spem recuperandæ libertatis erectus sum uel reuiuisco , libertatis spem propositam habeo,magna mihi spes est in aliquo proposita , spe & auaritia deuoro , qui sibi urbem ad prædam proposuerunt fiullum firmamentum in illo teste posuisses, spe pacis uel largitionis oblata , qui hoc unico filio nititur , in huius spe requiescit , quibus literis se magis etiam erexit , tota domus spectat in nos solos, neque aliud potest habere perfugium. I. P. 81 b, Spem ab aliquo habeo.)(.Despero ab aliquo.Ep. 195 a,Id ego & speraram prudentia tua fretus, & ut psiderem,fecerunt tuæ literæ.At.97 a, b , Spero quæ tua temperantia est,& herculè,ut me iubet Acastus , confido te iam,ut uolumus,ualere.Att.2 b, Spero tibi me causam pro basse,cupio quidem certè.Oct. 330 a , Quid de hoc sperare aut expectare nos oportebat?& Att.140 a,Bene sperate de aliquo.At.75 b,Spero meos omnes seruire laudi mea . pro Dei.151 a , Iubeo te bene sperare , & bono animo esse. & 150 b,Magno & erecto animo esse.Att. 91 a,Ego ut spero, propediem te uidebo. pro Arch .186 a,Res uobis,quemadmodum spero,non molesta.Attic.253 a,Vt spero,& ut pro mittis.de Fat. 140 b, Oratorias exercitationes, non tu quidem,ut spero reliquisti. pro S.R. 20 a, Sin à uobis(id quod non spero) deserar . I. C. 110 b , Quibus ego ducibus in hanc spem sententiamque sum ingressus . pro Arc. 188 b, Si non hic tantus fructus ostenderetur . pro Mur.131 a,Ergo his ad bene sperandum de omni repu. quasi signum aliquod sustulisti.Attic.7 a,A quo nihil speres boni,quia non uult:nihil metuas mali,quia non audet. Attic.101 a,Itaque omnia experiar, & ut spero, assequar.quod si tu ualeres,iã mihi quædam explorata essent:sed,ut spero, ualebis.& 145 a,Vt ægroto dum anima est, spes esse dicitur:sic ego quoad in Italia Pompeius fuit , sperare non destiti . de Orat. 147 b,Quoniam hæc satis spero uobis quidem certè maioribus molesta & putida uideri . Attic. 298 b,Et si tuæ literæ rectè sperare iubent,tamen expecto recens aliquid. & 231 a,Spero meliora. Quint.Frat. 302 b,Et quidem ut cum spe summa , maxima , tum maiore etiam animo sperent , superiores fore nos, confidant animo , &c. Quint. Fratr. 314 a, Id erat huiusmodi , ut magis optandum , quàm speranum putarem.

Spes,ei. fiducia , expectatio, cogitatio, firmamentum,perfugium,aura,alacritas,lux, cupiditas .)(. Timor. Tuscul.226 b,Si spes est expectatio boni , mali expectationem necesse est esse metum . Attic. 179 b , Neque ab ijs ipsis quicquam ad spem ostenditur.I.C.109 b,Bona spes cum omnium re-

sum desperationem consligit.ad Brut.91 b, Spes hominum egentium & perditorum imminet templis deorum. Att.49 b,& 254 a,Inijcere spem alicui de aliqua re.Att.247 a,Tantum spei habent ad uiuendum,quantum acceperunt ab Antonio.Att.182 a,Quod quidem nulla habeo in spe. Attic. 121 a,Sed rursus tam abiectam compositionis spem , non desperatissimam esse puto.Att.44 b,Postea quàm extenuari spem nostram & euanescere uidi. & 70 a, Profectio tua spem meam debilitat.pro Rab.93 a,Qui libertatis spẽ pro posita habent.Att.177 a,Ne spes quidem ulla ostenditur, fore melius.ad Her.10 b,Spes est melius fore. contra Rul. 81 b.Vrbani quibus ista agri spes & iucunditas ostenditur. & 65 a,Spem improbis ostendisti,timorem bonis iniecisti. contra Rul,79 a,Suspensus & incertus,obscura spe & cæca expectatione pendeo.& 65 b,Spe ducor,me posse,&c. Tusc. 160 a,Magna me.Spes tenet iudices , bene mihi euenire, quamittar ad mortem.pro Cl.19 a,Magna spes me tenet hunc locum,&c.& I.A.261 a,Qua spe,ut uenire uelim tenebuntur.?Att.89 a,De Egnatij nomine nec nulla,nec magna spe sumus.Att.95 b,Quo maiorem spẽ habeo , nihil fore aliter ac deceat.& Attic.237 b,Habere bonam spem de aliquo. Att.47 b,Literæ tuæ spem mihi magnam faciunt. & 11 b, Pompeius spem affert,se,&c.I,V.135 b,Afferre metum.) (.Ostendere spem.I.V.244 a,Ponere sibi spem in aliqua re. &,Ponere firmamentum in aliquo teste.Att.211 b, Sed id quidem mihi in optima spe pono.pro Cluent.22 a,Cum ei filij recuperandi spes esset ostentata.de N.62 a, b, Miserum est, non habere ne spei quidem extremum & commune solatium.de In.76 b,Si cum cum spes deseruisset , opitulatus sit.& Att.115 a, Deficit enim non uoluntas , sed spes. Epist. 190 a,Si Syriæ spes eum frustrata esset.Att.172 a,Brutus est in spe magna.& 8 b, Teucri lentum negocium , sed tamen est in spe.Att.126 a,Nunc autoritate & consilio tuo in spe firmiore sumus.de Ora.87 a,Collocare magnam spem suę dignitatis in aliquo.& I.V.68 a,Collocare spem in aliquo honesto presidio. I. V. 74 a, Habere bonam spem de se.de Or.121 b,Abijcere spem faciendi aliquid.I.V.80 a, Præcidere spem alicui faciendi aliquid.Attic.128 a,Dum in spe pax fuit.Att.37 a,In eam spem adducor,ut,&c.pro Mi.120 a,O spes fallaces.& Attic.20 a,Spes malorum.pro S. R. 36 b,Pro re certa spem falsam domum retulit.Epist.20 a, Siue habes aliquam spem de republica , siue desperas. & 256 b, Omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo. & 49 a,In te ipso maximam spem habebam.Ep.183 a,Reipublicæ spes omnis in uobis est.de Fin.63 a. Erigi spe futurorũ At.150 a,& Epi.126 a,Venire in spem.& 70 a, Teneri alicuą spe.Ep.67 a,Rapi ad spem immortalitatis.de Fin. 145 b,Ponere spem in aliquo.& Tuscu.235 b, Reponere spem in aliquo.Ep.70 a,Te enim spes aliqua consolatur. pro Pl. 280 b,Cum tibi uana quedam atq; inania falsa spe, inductus pollicebar.&281 b,Quib.ego magno ĩ metu meo subito inducor in spem,uos,&c.I.V.34 a,Propter bonam spem quæ de illo erat.pro Sest.22 b,O dij immortales , quem iã ostendistise xitum nobis?quam spem reipublicæ datis ? & Ep.62 a,Dare spem alicui.pro Syl.174 b, Qui negare uoluit,quo plus spei Gallis daret.pro Sest.18 a, Fieri quædã ad meliorem spẽ inclinatio uisa est.& 11 a,C. Marius spes, subsidiumq; patriæ.I.A.169 a,Adolescẽs summa spe & animi & ingenij præditus.Ora.206 b,Adolescens non tam re & uoluntare, quàm spe & expectatione laudatus.de N. 75 a,Patrimonia spe bene tradendi relinquimus, qua possumus falli.At.119 a,In unius hominis quotãnis periculose ægrotantis anima,positas omnes nostras spes habemus. de Som.130 a,Nec in præmijs humanis spem posueris rerum tuarum.Art.121 a,Et quædam spes mihi quidem non magna,sed in his locis firma.I.C.107 b,De spe conatuque de pelli.pro planc.270 b,Alia te ratio spem huius opprimendi excitauit.& pro Dom.218 a,Pompeius ciuitatem ad spẽ libertatis & pristinæ dignitatis erexit.Postquã.206 a,Quis enim ullam ullius boni spem haberet in eo qui , &c. In.C. 119 a,Eripi mihi spem,quæ sola hominem in miserijs consolari potest.I.C.123 b,Si uis improborum spem meam fe tellerit atq;,superauerit,pro Mur.130 a,Itaq; beneficij collocandi spem perdidistis.pro Flac.146 b, Estis iudicaturi de spe bonorum omnium,si quo reliqua est etiam nunc,quę fortium ciuium mentes cogitationesque sustenet. & ibid. Totus status ciuitatis & spes omnium in uestra potestate & in hoc uno iudicio posita est & defixa pro Flac.146 b,Salus nostra , quæ spe exigua extremaq; pendet. Antequam 193 b,Quomodo spes salutis cæteris refidebit,cum ciuibus præclusa sit expectatio incolumitatis?Ep.198 a, Ingredi in spem libertatis.& 8 b,Eximia spes de Am.106 a, Amicitia bona spe prælucet in posterum.de In.56 a,Habere spem in fide alicuius.At.4 b,Omnem spem delectationis nostræ in tua humanitate positam habemus.At.91 a, Magna in spe, sum mihi nihil temporis prorogatum iri.Attic.145 a,Spes quædam me obtinebat,fore ut aliquid conueniret. & ibid. Aegroto dum anima est spes esse dicitur.At.170 b, Omnẽ spem habeo existimationis priuatarumq; rerum, in tua erga me mihi perspectissima beneuolentia.Ora.197 b,Spem infringi,& languescere iniuriam. Attic.248 a, Et quidem. CCC,M.certa,reliqua in spe,Att.279 a, Spes omnis est in te.& ibid .Spes libertatis nusquam.Qu.Frat.302 b,Vt cum spe summa,maxima,tum maiore etiam animo sperent,&c. Qu.Fr.303 a,Quare magnum fac animum habeas, & spem bonam.pro S.R.42 b,Facis iniuriam Chrysogone, si maiorem spem emptionis tuæ in huius exitio ponis,quàm in his rebus,quas L.Sylla gessit.Quint.Frat.327 a, Plura ponuntur in spe,quàm in pecunijs. Oct.329 a, Cedam uita, quæ quanquam solicita est,tamen si profutura est reipublicæ,bona spe posteritatis me consolatur. pro Milon. 107 b, Magna Clodio spes erat in Milonis morte propsita. pro Milon.116 a,In spem maximam, & quemadmodum confido, uerissimam adducti sumus, hunc annum fore, & cæt.pro Lig. 142 a,Tu idem fer opem,qui spem dedisti. Quint.de Pet.209 b,In optima spe esse debebis.I.A. 186 a, Vt fortissimis militibus spes ostendatur præmiorum. In Ant. 191 b, Frequentia uestrum Quirites & alacritatem mihi summã affert reipublicæ defendendæ , & spem recuperandæ libertatis. & 202 b, Magnam spem in eius uirtute respublica reponit ocij, pacis, concordiæ, & 209 b, Senatus ad autoritatis pristinæ spem reuiuiscit. I. A. 231 a, Populari agros non ad spem constituendæ rei familiaris , sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ.Off.75 b, Spes alicuius rei explorata. I. A. 228 b, Magna spe & propè explorata libertatis causam suscepimus.de Amic. 107 a, Amici iacentem animum excitet,inducatq; in spem cogitationẽque meliorem.de Leg.175 a, Quoniam expectatione rerum bonarum erigitur animus,rectè à Colatino spes cõsecrata est.

Sphaera,re . *σφαῖρα* globus. de Natu.35 a, Duæ formæ præstantes sunt,ex solidis globus , sic *σφαῖραν* interpretari placet : ex planis circulus aut orbis, qui *κύκλος* dicitur.de Na. 37 a,Habent suam sphæram stellæ inerrantes, ab ætherea coniunctione secretam. de Fat. 143 a, Si in sphæra maximi orbes sunt medij inter se diuiduntur. Tusc. 161 b, & 241 a,Nam Archimedes lunæ, solis, quinque errantium motus in sphæram alligauit.de Natur.53 b, De sphæris Posidonij & Archimedis.& 49 a, Id medium infimum in sphæra est.de Orat.157 b,Sphæram in scenam,ut dicitur,attuli.Ennius.

Spica,ce.de Fi.146 a,Seges spicis uberibus & crebris. de Se. 88 a,Viriditas herbescens,&c.cum è uaginis emerserit fundit frugem spicæ ordine structam,& contra auium minorũ morsum munitur uallo aristarum.

Spicvlvm,li.telum,sagitta.I.P,93 a,L. Crassus spiculis prope scrutatus est alpes,ut,&c.Ep.60 a,Ea minundas tum de nique sibi auelli iubet spiculum.

Spicvm,spica.de N.47 b, Spicum illustre tenens splendente corpore uirgo.

Spina,næ.de Nat.50 a,Animantes alię spinis hirsutæ , aliæ uillis uestitæ.In Arat.Illa usq; ad spinam mergens se cæruleo condit.de Finibus 24 a,Spinę differendi.& 107 b, Spinas uellere.Tusc.li.4.Peripatetici autem ad placandos animos multa afferunt:spinas partiendi & definiendi prætermittunt.

Spinfer,ri. Spiniferam subter caudam pistricis adhæsit. In Arat.

Spinosvs, a,um.durus, asper. Orat.207 a, Postea dialectici spinosiora multa pepererunt.de Orat.91 b,Spinosa & exi-

lis oratio.de Fi.90 b, Subtile ac spinosũ disputãdi genus. Tusc.151 b,Hæc enim spinosiora prius me ut confitear cogunt,quàm ut assentiar.

Spirabilis,le.stabilis,animalis.Tus.156 b, Siue illi sint animales:id est,spirabiles.& 163 a,Sed fac igneã,fac spirabilem.de Na.29 b,Animum illum spirabilem sumpsimus ab aere eo,quem spiritu ducimus.& 44 a,Hæc animalis spirabilisq; natura, cui nomen est aer .

Spirans,tis.uiuus.pro Milo. 119 a.

Spiratio,onis.de N.42 b.l.Aspiratio.

Spiritvs,tus.anima,inspiratio & respiratio, halitus,flamẽ, animus,elatio animi.de Nat.53 a, Tribus rebus animãtiũ uita tenetur:cibo,potione,spiritu.& ibidem:Aspera arteria excipit animam eam , quæ ducta est spiritu, eademq; à pl monibus respirat.& ibidem : Os adiũctum maribus,spiritu augetur.& ibid. In pulmonibus iest raritas ad hauriẽdum spiritum aptissima.& 54 b,Anima quæ spiritu in pulmones ducitur,calescit primũ ab ipso spiritu, deinde,&c. de Nat.29 b,Aer ille quẽ spiritu ducimus.& 46 a,Aer spiritu ductus,alit animantes.de Nat.49 a, Aer cœli tenuitate & calore tẽperatus, uitalem & salutarem spiritum præbet animantibus.de Nat.54 a,Sanguis per uenas in totum corpus diffunditur,& spiritus per arterias . Orat.200 b,& pro S.R.30 a,Quid est tam commune, quã spiritus uiuis, terra mortuis?de Orator.108 a , Demosthenes,cum spiritus eius esset angustior,tantum continenda anima in dicẽdo est affectutus,ut,&c.de Diuin.129 a,In puero refert,ex qua affectione cœli primum spiritum duxerit. pro S.R.40 a,Spiritum quem ducimus,à deo nobis dari. & ad Heren. 34 b,Anhelans ex imis pulmonibus , præ cura spiritus ducebantur . & 40 b,Cũm magno spiritu.de In.58 a,Si spiritum ducit,uiuit.Antequam 197 a, Liberè spiritum ducendi nullam habeo potestatem.Epist.o.143 b , Vt posimus ad id tempus reipublicę spiritum ducere . de Orator.159 b, Animæ intercluſio,& angustiæ spiritus . & ibidem Longissima est complexio uerborum,qui uolui uno spiritu potest.Orator.219 b , Oratio quæ spiritu pronunciantis debet insistere.de Natur.30 a,Omnia uno diuino ac cõtinuato spiritu contineri . & 65 a,Naturam uno diuino spiritũ contineri.de Ar.257 b,Eodẽ tempore suscipimur in lucẽ, & hoc cœlesti spiritu augemur. pro Arch.191 b,Cum usque ad extremum spacium nullum trãquillum & ociosum spiritum duxerimus.pro Sest.20 b, Aliquis extremo spiritu exanguis & confectus.I.C.119 b,Eos frui uita & communi spiritu putat non oportere. pro Pom. 10 a , Atque eos portus,quibus uitam & spiritum ducitis.pro Rabir.93 a,Quem non modò foro,sed etiam cœlo hoc ac spiritu cẽsorię leges carere uoluerũt.I.C.100 a,Potestne huius uitę hæc lux Catilina , aut huius spiritus cœli esse iucundius ? cum &c.I.V.259 b,Auferre spiritum sine sensu doloris . & ibi.Excipere extremum spiritum aliquius . & Tusc.l.169 a,Ludere extremo spiritu.I.V.240 a,Supplicium a libero spiritu,& cõmuni luce seclusum, id est,in carcere.de Orator.143 a,Lingua uel auulsa , spiritu ipso libidinem tuam refutabo.de Orator.160 a, Vt nihil sit, ne spiritu quidem minimo breuius aut longius.pro Syll.172 a,Res gestæ cre do meæ nimis extulerunt,& mihi nescio quos spiritus attulerunt.con.Rull.85 a, Hunc regio spiritu cum uiderem, &c.Item:Flamina uenti.pro Muren.135 b , Vita corpore & spiritu continetur,In Pis.83 b,Contaminatus spiritus . In An.228 b.Non in spiritu uita est, sed ea nulla est omnino seruiẽti.& ibidem:Eum spiritum,quem naturæ quis debeat patriæ reddere.de Senectut.82 b, Quorum usque ad extremum spiritum prouecta est prudentia. In Arat.*.& de Nat.45 b, Aram, quam statu permulcet spiritus austri. de Orat.108 à, Demosthenes summa uoce uersus multos uno spiritu pronunciare consuescebat.Offi. 58 a,Membra quædam amputantur,si & ipsa sanguine,& tanquã spiritu carere cœperunt .

Spiro,as.spiritum duco, animam duco,uiuo , ducere animã de cęlo,cœlesti spiritu augeri.de N.deo.79 a,Quæ deseri à me,dũ quidẽ spirare potero,nefas iudico. pro Sest.15 a, Et spirante etiã republica ad eius spolia detrahẽda aduolauerunt. & Q.F.303 a,Quædã effigies spirantis mortui. pro Do.240 a,In uiui etiam spirantis caput bustũ impone re.de Cl.173 a,Hanc ob causam uidetur Lælij mens spirare etiam in scriptis,Galbæ autẽ uis occidisse.pro S.R.19 a,Non modò sine cura quiescere,sed ne spirare quidem sine metu possunt .

Spisse.egrè,difficulter,uix.de Cl.or.177 a,Spisse atque uix, ut dudũ,&c.sic nunc ad Antonii Crassumq; peruenimus.

Spissvs,a,um.densus,obscurus.de Or.128 a,In utroq; genere & principia tarda, & exitus spissi ac producti eẽ debẽt. At.170 a,Omnia adhuc tarda & spissa de Or.156 a,Sed etiam si id est aliquãto spissius , aut ego sum tardior,atramẽ discant,&c.Qu.F.315 a,Scribebã illa politica, spissum sanẽ opus & operosum .

Splendeo,des.luceo,fulgeo,mico.pro Sest.16 b,Virtus lucet in tenebris, splendetq; per sese semper .

Spendesco,scis.de Sen.82 b,Etenim canorũ in uoce splendescit,etiam nescio quo pacto in senectute.Par.116 a,Nihil est tam horridũ,tam inculum , quod non splendescat oratione,& tanquam excolatur.

Splendide.amplè,magnifice,illuminatè.de Clar.182 b,Id melius est,quod splẽdidius & magnificẽtius.pro Q.17 b, & de Sen.90 b,Magnificè & splẽdidè ornare conuiuium . de Fi.50 a,Quæ splendidè dicta sunt.ad Heren.30 b,Splẽdidè recipere aliquem.Of.1 b,Ornatè splendideq; dicere.

Splendidvs,a,um . magnificus,delicatus. de Somn.128 a, Splendidissimus candor.de Fi.61 a, Nõ tam solido,quàm splendido nomine uirtutis.de Cl.Orato.189 a,Cæsar splẽdidam quandam dicendi rationem tenet.Or.212 b,Splendidissimis nominibus illuminatus est uersus.pro Flac.156 b,Splẽdidissimus atq; ornatissimus uir.de Fi.77 a,C Plotius eques Romanus splendidus.Officio.12 b,Splẽdidissimum uideri,quod animo magno elatoq; factum sit. Para.123 a,Reuiuiscat M. Curius , cuius in uilla ac domo nihil splendidum fuit,nihil ornatũ præter ipsum. de Clar.Ora. Magnificentius splendidius oratorum genus .

Splendor,oris.nitor,claritas,dignitas, delicia.pro Põ.11 b,Nũc imperij nostri splẽdor illis gentibus lucet,ꝓ Fl.15 b, In imperio atq; in publica dignitate oũ ad gloriã splẽdoreq; reuocanda sunt.de Or.101 b, Q.Mutij ianua maxima quotidie frequentia ciuium & summorũ hominũ splẽdore celebratur.pro Ce.209 a.Falcula senator populi Romani splendor ordinis.&,ꝑ Syl.167 a, Dignitatis suæ splẽdorem obtinere.& pro S.R.42 a , Equestris splendor pro Cl.59 a,Honẽsti homines,& summo splẽdore prẽditi.Officio.14 a,Harum rerũ duarum splẽdor omnis & amplitudo est in posteriore.ad Her. 39 b, Gemmæ nitor , & splẽdor auri.pro Cęl.53 b,Si te splendor huius,ſi nitor offendit.de Clar.orat.175 b,Curioni splendor non defuit.pro Qu.10 b,Huius splẽdor omnis his moribus obsoleuit.de Cl.186 b,Actio eius habebat & in uoce magnum splendorem , & in motu summam dignitatem.& 287 b,& Or.212 b,Splẽdor uerborum.pro R.P.128 b,Splendor nominis.

Spoletinvs,na.pro Cor.64 b,de Clar.189 b.

Spolatio,nis.priuatio,direptio.pro Mur.145 a,Misericordiam spoliatio consulatus magnã habere debet. pro Sest. 13 a,In tãta spoliatione omnium rerũ.& I.A.165 b,Spoliatio dignitatis.I.V.224 a,b,& cõtra Rul.62 b,Spoliatio templi nobilissimi .

Spoliator monumentorum Verres.I.V.218 b.

Spoliatrix,cis.pro Cæl.48 a , Venus spoliatrix .

Spoliatvs,a,um.nudatus.I.P.87 b, Nunc meam spoliatam fortunam cum tua florente conferam.Atti.85 a,Nihil illo rege spoliatius,nihil egentius .

Spolio , as. exuo,nudo,denudo,orbo,priuo,dispolio,spolia detraho,eripio,detraho.I.V.208 a,Apollonii omni argẽto spoliasti.& depeculatus es.& pro Syll. 180 b,Spoliare fana sociorũ ,ꝑ Plãc.263 b,Est enim grauius spoliari fortunis,quàm non augeri dignitate.& pro Murę. 145 a,Spoliatus omni dignitate.de Orator. 105 a,Spoliare atq; denudare aliquam artem suo ornatu.de Orator.121 b,Ornamento quodam sese spoliatum uideret . pro Dom. 214 b, Cum proscriptionis metum me frequentia nudarent,uirorum bonorum præsidio spoliarent. In Verrẽ 68 b,Idẽmo numẽta antiquissima spoliauit,nudauitq; omnia.Tus.123 a,Conturbatio sanitate animum spoliat.de Cla.165 b,Cũ forum uoce erudita spoliatum atq; orbatum uideret. pro Cæl.46 b,Parcat iuuentus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienã. pro Flac.158 b , Spolio.)(.Oro .

Spolium,lij.exuuiæ. pro S.42 b , Si spoliorum causa uis hominem occidere.& 43 a,Cruenta spolia cuipiam detrahere.pro Pomp.14 b , Cum hũc locum nobis maiores nostri exuuijs nauticis , & classium spolijs ornatum reliquissent. Offic.46 b , Aliorum spolis suas opes augere . pro Cor. 66 a,An ne de nobis trahere spolia fœderatis licebit , de hostibus non licebit? Tusculu. 179 b, Nec quisquam è nostris spolia cepit laudibus.Of.12 b,Salmacida spolia sine sanguine & sudore .

Spondalia.est genus carminis seu cantus,à Spondæo(ut uidetur)appellatum.de Orat.126 a,Spondalia illa:segregare abs te ausus,aut sine illo Salamina ingredi .

Spondeo,des.promitto , sponsionem facio.contra Rul.86 b, & pro Plan.268 b,Nulli populo Romano pro me maiores mei spoponderunt.Epi.11 b, Dependendum tibi est,quod mihi pro illo spopondisti.Attic.189 b,Scire uelim quando dicar spopõdisse,& pro patre an ne pro filio.& 190 b,Pro Cornificio ab hinc amplius annis XXV. spopondi.At.251 a,Egit autem pater & filius,ut tibi spondereṁ,sed ita ut crederes,cum ipse cognosces.pro Ce.286 a, Qui quod spopondit,qua in re uerbo se uno obligauit,non facit.Epi.250 a,Hoc tibi spondeo mi Cicero.pro Mur.145 b,& Ep.107 b,Promitto & spondeo uobis.pro Flacc. 166 b , Filius repetit eam , quam ego patri suo quondam pro salute patrię spopondit dignitatem.Ep.355 b,Quod ego de me tibi spõdere possum.Epi.211 a,Spõdebo enim tibi,uel potius spõdeo,in meis recipio eos,&c. & ibi.Sic enim respondet,&c. Att.173 b,Ea spondent,confirmant,quæ,&c.I.V.264 b,Vt aliquando spondere se diceret : id est, sponsionem faceret. Attic.189 a,Reip.quod spopondericus,quemadmodum soluas, nisis dependi facilè patitur . pro spoponderis,& ibidem.Magis enim illum,pro quo spopondi, quam me obligaui.I.A.200 a , Quibus honore & præmia spopondisti.I. A.263 a , Pansa aut morte,aut uictoria satisfactum reipublicæ spopondit.

Spondaevs,ęi.Orato. 218 a, Ne spõdęus quidem funditus est repudiandus , & si quod est è longis duabus, hebetior uidetur,& tardior .

Spongiae. sunt læuia quædam & mollia corpora , in quibus inest raritas,quæ in fixis marinis adnascuntur : ac,si Aristotelimus,fenciunt.de N.53 b, In pulmonibus inest raritas quædam, & asimilis spongijs multiradu. pro Sest. 20 a,Eforo spongijs effundi sanguinem .

Sponsa,sæ.At.235 a,Sua cuique sponsa, mihi mea .

Sponsalia,orum.sponsio & repromissio nuptiarum,& quæ ad sponsam sponsumve spectãt omnia . At.95 b,Certos homines ad mulieres miseram , factis sponsalib.Qu.F.309 b, Ad VIII.Iduum Aprił. spõsalia Crassipedi dedi , cui conuiuio Quintus tuus defuit .

Sponsio,onis.omnis stipulatio promissioq;,ut Paulus iurisconsl.docet.I.V.264 b, Cogere eum cœpit,sponsionem facere cum lictore,ni furtis quæstum faceret. pro Ce.293 b, Vt statim testificari discerent, optimẽ sponsionẽ facere possent , ni aduersus edictum prætoris uis facta esset. I.A.177 b.P.Rubrius Qu.Apronium sponsione lacessiuit,ni Apronius dictitaret , Verrem sibi in decumis esse socium.& 178 a,Sponsio est,ni te Apronius in decumis socium esse dicat . pro Qu.15 b,Spõsio quæ in uerba facta est,si ex edicto &c. aliter,ni.pro Quint.6 a, Negamus te bona possedisse , &c. ni eo spõsio facta est:id est,ni possessa non sint. I.V.177 b, Sponsio fit de capite & fortunis tuis.& 178 a,Facta est spõsio HS.V.mil.pro Q.R.46 b,Et ea pecunia legitimæ partis sponsio facta est:id est tertiæ partis. & ibidem Aliquem in angustissimam formulam sponsionis includere.pro Quint. R.47 a, Pecunia petita est certa , cum tertia parte sponsio facta est.I.V.99 b,Spõsionem facere.& 122 a,Pœnis compromissisque interpositis . pro Cec.289 a,Prætor interdixit,ut unde deiecisset,restitueret:restituisse fe dicit, sponsio facta est : hac de sponsione uobis iudicandum est . pro Quint.R.47 a , Satis formulæ & sponsioni fecisse uideor. pro Cecin.302 b,Vincere spõsionem.& pro Qu.25 b,Spõsione uincire.de Legib.178 a , Voti sponsio,qua obligamur Deo.ad Her.31 b,Sed etiam insuper ipse grandi sponsione

uinctus est.Offi.67 a,Cum is sponsionem fecisset,ni uir bonus esset.& dixit. Ne aut spoliares fama ,pbatum hominẽ , si contra iudicasset, aut statuisse uideretur bonum uirum aliquem esse .

Sponsor,oris. præs.Epist.82 a , De negocio tuo,quod sponsores pro Pompeio,si Galba cõsponsor tuus redierit , non desinam cum illo communicare.& 98 a, Vel sponsor humanitatis tuæ.pro Qu.13 a, Cur cæteri sponsores & creditores non conuenerint.& I.A. 207 b , Quotidie sponsores & creditores L.Trebellij conueniunt.de Pro 78 a,Cn.Pompeius idem mihi testis de uoluntate Cæsaris & sponsor est illi de mea . Attic.207 a,Marcellus pro Magio sponsor factus est.Atti.254 a, Sic ei probatum est,quod ad te scribo, ut ipse crediderit , me sponsorem accipere noluerit . Atti. 5 a, Tulliola tuum munusculum flagitat , & me sponsorem appellat , & 6 a, Tulliola tibi diem dat , sponsorem appellat.Attic.245 a,Sponsor promissorum alicuius.Att.261 a, Sponsores appellare,uidetur habere quandam *δυσωπίαν*. & ibidem Possumus,ut sponsores appellẽtur , procuratorem introducere .

Sponsvm,si.sponsio.pro Qu.5 b, Ex sponso agere.

Sponsvs , si. de In. 72 a , Horatia sponsi nomen appellans identidem .

Sponte,ultrò.sua natura , suapte , ui sua,per se ,à se , sua uoluntate , suo iudicio . de In.42 b , Part. 241 b , Qui sua sponte & uoluntate aliquid faciunt . & Atticum 249 b, Gaudeo id te mihi suadere , quod ego mea sponte pridie feceram . de Leg.165 a, Vera & falsa sua sponte,non aliena iudicantur.I.V.113 a,Et quis Volcatio, si sua sponte uenisset , libellam unam dedisset? I.A.192 b , Gallia ipsa sua sponte suoque iudicio excitata.de Nat.32 a,Ignis per se ipse ac sua spõte moueturi . Item : Suapte ui & natura moueri . de Orato. 152 b , Si sua spõte , quò impellimus , inclinant.Epistol.6 b, Pompeius mecum sæpissimè non solùm à me prouocatus , sed etiam sua sponte de te communicare solet . Attic. 5 b , Et si mea sponte antea faciebam . Atticum 96 a , Quintus filius suapte piè fanè , me quidem certè multum hortante , sed currentem animum patris sui fororis tuæ reconciliauit. de Oratore. 160 b , Ipsi pedes occurrent orationi , ipsi in quam se offerent . & respõdebunt non uocati . Postquam 198 a,Sempiternam pœnam sustinerem , mea uoluntate susceptam . & I. V. 59 a , Hoc tibi mea uoluntate concedam.I. A.215 a , Vt milites fiant fine ui,studio,ac uoluntate. pro Lig.138 a,& I.A.201 a,Nulla ni coactus,iudicio meo ac uoluntate. & 131 a , Meo consilio atque iudicio . de Oratore 117 b , Suapte natura facere aliquid . de Clar.177 a,& de Finib.133 b,& 82 a,Sua sponte,per se,à se.de Cl.182 b,A se commotus:id est, sponte sua .

Sportellae,arum.in secundis mensis numerantur , alioqui multa alia significant.Epistol. 138 b , Dedisce ndæ tibi sunt sportellæ & artolagani .

Spvma , mæ .de Nat.71 a,Venus spuma procreata , &c. I.V. 234 b,Cum spumas ageret in ora, arderent oculi , clamare cœpi, &c.

Spvmatvs,a,um.de D.82 b, Saxaq; cana salis niueo spumata liquore.poetę .

Spvmo,as.ad Her.41 b , Iste spumans ex ore scelus , & anhelans crudelitatem .

Spvrce.obscœnè,turpiter , fœdè,flagitiosè.I.A.179 a,& ad Her.2 a,Qui in illam miseram tam spurcè,tam impiè dixerit.Att.178 b,& I.A.330 b,Deinde præscribit spurcissimè, quas ob causas fecerit .

Spvrcvs,a,um.lutulentus,impurus,obscœnus , turpis,Tusc. 183 b.Samnis spurcus homo.& pro Do.218 a,Helluo spurcissimus . de Ora.244 b,Aesernius non spurcus homo,sed doctus & acer.Ex Lucil.

Spvtatilicvs,a,um.fœdus spurcus,quasi consputa,uel sputo digna.de Clar.188 b, Sisenna defendens , dixit quædam eius sputatilica esse crimina.& ibi.Sputa quid sit scito,tilica nescio .

Spvtvm,ti.de Clar.188 b.l.Sputatilicus.

Squaleo,es.fordeo,mœreo.)(.Niteo.pro Sest.9 b,Erat in luctu senatu , ,squalebat ciuitas . & pro Mil. 105 a, Squalent municipia,afflictantur coloniæ .

SQVALIDIVS.aduer.de Fin.107 a,Sed uos squalidius, eorum uides quam nitear oratio.

SQVALIDIOR,oris.horridior. Orat.207 a,Sed quia hæc sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit his explicandis quidam orationis nitor.

SQVALOR,oris.sordes,situs,mœror.Epi.59 a,In luctu & squalore sum. & 234 a,Mihi ante oculos uersatur squalor uester.Att.43 b,Ne illius luctum squalorem q; aspicerem.pro Cluēt.21 a,Mater squalore filij & sordibus lætatur. & I.V. 261 b, Aspicite iudices squalorem sordesq; sociorum pro Cluent.58 a,spectaculum sordium atq; luctus,& tanti squaloris alicuius.pro Mur.144 b,Squalore sordidus.

SQVAMA,mæ.qua pisces uel serpentes teguntur. de Nat. 50 a, Animantiū pluma alias, alias squama uidemus obductas.

SQVAMIFERI pisces. In Arat.

SQVAMOSI corpore pisces. In Arat.

SQVILLA,læ.piscis genus.de N.50 b,Pinna cum parua squilla coit societatem comparandi cibi.

ST interiectio,timoris index, aut silentij. de Orat.132 b, St, tacete, quid hoc clamoris est? poeta.qua etiam Terent. in Phormione usus est.

STALLIANVM,ni.uilla.Epist.94

STABILIMEN,nis.firmamentum. de Nat.73 b, Regni stabilimen mei. Poetæ.

STABILIO,lis.firmo.pro Sest.27 b,Qui hanc remp.stabiliuerunt.& de Fin.121 a,Stabilire rem.)(. Euertere remp.pro Mur.135 b, Sed nisi hæc urbs stabilita tuis consiliis & institutis erit,uagabitur modò nomen tuum,&c.I.C.122 b,Maximis laboribus fundatum imperium,plurima uirute stabilita libertas.pro Sest.25 b, Brutus qui libertatem ciuibus stabiluerat.& de Leg.168 b,Stabilire leges.de D.89 a,Semita nulla pedem stabiliat.

STABILIS,le.firmus,constans,immutabilis, qui in stabilitate est,immortalis,certus,perennis,perpetuus,proprius,habēs aliquid stabilitatis,fundatus, & optimè constitutus.)(.Lubricus,incertus.de Ami.100 a, Nulla domus tam stabilis, nulla ciuitas tam firma est,quæ nō odijs atque dissidijs possit euerti.I.A.169 a, Curio te in matrimonio stabili ac certo locauit. pro Sest.16 b, En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur.de Ora.95 b, Nihil tam ad diuturnitatē memoriæ stabile est, quàm id in quo aliquid offenderis.Ora.218 a,Stabilis quidam,& nō expers dignitatis gradus .pro Flac.166 a, Via præceps & lubrica.)(.Via plana & stabilis.de Nat.26 b,Non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis. de Ami.110 a,Aliter enim amicitię stabiles permanere non possunt.pro Mil.119 b,Vultus semper idem. uox,oratio stabilis,ac non ..utuata.de Nat.26 a,Stabilis & certa sententia.) (.Errans & uaga. pro Mur. 135 b, Qui sedem stabilem, & domicilium certum non haber.Top. 126 b,Stabile.)(.Incertum.de Vn.196 a, Res stabilis & immutabilis. Tuscul. 236 a,Stabile & fixum permanens bonum.& 220 a, Robusta & stabilis fortitudo. Academ.8 a,Decretum non modò non fallum, sed etiam stabile,fixum, ratumque esse debet, Offic.2 a,Nulla offic.j præcepta firma,stabilia,naturæ coniuncta tradi possunt, nisi aut ab ijs,qui, &c. de Ami.160 b, Amicitiarum sua cuiq; permanet stabilis & certa possessio.

STABILITAS,tis.firmitas.pro Mur.134 b.Resp. quassata,multa amisit præsidia stabilitatis suæ.de Nat.49 b, Stirpes stabilitatem dant ijs quæ sustinent.Tusculan.236 a, Qui enim poterit aut corporis firmitate, aut fortunæ stabilitate confidere?de Am.108 b,Beneuolentiam non adolescentulorum more, ardore quodam amoris,sed stabilitate potius & constantia iudicemus.de Fi. 62 b , Quo loco uidetur quibusdā stabilitas amicitię uacillare , & 67 b,Esse i motu.)(.Esse in stabilitate.de Fin.66 a, Nam restincta sitis stabilitatem uoluptatis habet.& Tus. 245 a,Hæ sunt sententiæ , quæ stabilitatis aliquid habeant.Tusc.236 a , Fortunæ stabilitas.

STABVLVM li.pro Sest.5 b, Cum Catilina Italiæ caulas,& pastorum stabula præclara cepisset.I.A.173 b , Huius in sedibus pro cubiculis stabula,pro triclinijs popinæ sunt.

STADIVM,dij.curriculum,spacium.Off.60 a, Qui stadium currit,eniti,& contendere debet quam maximè possit,ut uincat.de Sen.83 b, Olympiæ per stadium ingressus esse dicitur Milo,cum humeris bouem sustineret uiuum. Tusc.187 a,Cursores in stadio exclamant, quàm max imè possunt.de Sen.94 b,Quasi decurso spacio à calce ad carceres reuocari.ad Heren.24 b,Sic ut in stadium artis Rhetoricæ prodire non audeant.

STADIVM . propriè mensura est centum uigintiquinque passuum hoc est,pedum trecentum uigintiquinque. Epist.257 b,Is locus est citra Leucadem stadia CXX.de Fin.124 a,In de uario sermone sex stadia à Dypilo stadia confecimus.

STAGIRITES Aristoteles.à Stagira patria. Acad.42 a.

STAGNA.de Dio.83 a Absurdoq; sono fontes & stagna cietis, contra Rul.88 b,Lacus,stagna , &c.

STANS,tis.manās, quod in stabilitate est.pro Fl. 160 b,Stantibus Hierosolymis.in Sal.In Cic.171 b,Aliud stans,aliud sedens de rep.sentis.de Fin.71 a , Summum bonū puer ura voluptate dijudicabit? stante an mouente?

STATARIVS,q. stat,firmus;& stabilis permanet,quiq; in agēdo uel dicendo,gestu motuve utitur moderato.de Cla.175 a, Volo enim ut in scena, sic etiam in foro non modò laudari , qui celeri motu & difficili utantur , sed eos etiam,quos statarios appellat, quorum sit simplex in agendo ueritas, non molesta.de Clar.186 b , C.Piso statarius, & sermonis plenus orator.

STATERA,ræ.libra,trutina.de Orator.123 a,Ad ea probanda quæ non artificijs statera , sed quædam populari trutina examinantur.

STATASSO,stare facio.de Leg.175 a,Vincendi atque potiundi.Stataffandiq; cognomina,statoris & inuicti Iouis.

STATILLENSES,ium.pop.Epi.173 a, Ex castris,finibus Statillensium.Bruti.

STATIM continuò,illicò ,mox,quàm mox,protinus,iā iamq; quamprimum, confestim,actutū,euestigiò,repentè sine ulla mora,nulla interposita mora , sine recusatione , abiecta omni cunctatione,primo quoque tempore.I.A.191 a,&191 a. Attic.151 a,Sed tibi omnem illius sermonem statim mittam.Orat.216 b,Antè enim circumscribitur mente sententia,confestimq; uerba concurrunt,quæ mens eadem statim dimittit , ut,&c. de Ar. 243 b , Haud potest grauioribus à me uerbis uulnerari , quàm est statim in facto ipso abillo confectus & trucidatus.Ora.200 a,Itaque hoc sum aggressus statim Catone absoluto.Attic.29 b,Literas scripsi statim ut tuas legerem.de Orat.187 b , Malè se res habet,quæ statim ut dici cœpta est,non melior fieri uidetur. Epist.14 b , De Vatinio autem reditus interceptus in gratiam per Pompeium,statim ut ille prætor factus est.& 24 b,Meq; ab eo diligi statim cœptum esse , ut simultatem deposuimus. Attic.191 a,Philippus ut me salutauit,statim Romam profectus est.

STATIO,onis mansio,& locus in quo naues ac milites adtempus uto stare possunt.Ep.192 a,Vrbs,portus,statio quæ extra urbem est.de Sen.92 a, Vetatq; Pythagoras iniussu imperatoris, id est,dei,de præsidio & statione uitæ decedere. Attic.97 b,Athenis statio mea nunc placet.I.Præsidium & Portus .

STATIVA,orum.statio.contra Rul.74 a,Vrbes,statiua,portus.

STATIVVS,a,um.firmus.I.V.241 a,Sine nouus imperator pulcherrimo Syracusarum loco , statiua sibi castra faciebat.I. A.244 a,Hæc mea custodia est,hoc præsidium statiuum.

STATOR,oris.nuncius,tabellarius,apparitor.Epist.28 a,Literas à te mihi stator tuus reddidit Tarsi ad XXI. cal.Sext.& 155 b,Præstò mihi fuit stator eius cum literis.& 30 a,Vt ad testatores meos & lictores cum literis mitterent. I.C.107 a,Senatum in ædem Iouis statoris uocaui.

STATOR Iupiter dictus est, à sisto , quia stitit,id est,stare fecit Romanos in fugam à Sabinis uersos.ut est apud T.Liuium lib.1 .Antequàm 196 b,Iupiter stator, quem uerè huius imperij statorem maiores nostri nominauerunt,cuius,templū a Romulo uictis Sabinis in palatij radice cum uictoria est collocatum.I.C.99 b,Iupiter stator antiquissimus , custos huius urbis.& 104 a,Iupiter, quem statorem huius urbis at que imperij uerè nominamus.de Fi.104 a,Cum Iouem salutarem,hospitalem,statorem dicimus , hoc intelligi uolumus salutem hominum in eius esse tutela.

STATVA,tuæ.signum,imago,forma,species, simulachrum.de N.88 a,Statua Scipionis, quæ ad Opis per te posita in excelso est.Q.Fr.320 b, Ad Telluris quidem etiam tuam statuam locaui.de Fi. 57 a, Statua est in Ceramico Chrysippi. I.P.99 b,Illi statuam istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco uoluerat,ne suauissimi hominis memoria moreretur,deturbant.I.A.202 b, Eiq; statuam equestrem inauratam in rostris statui placet.I.A.212. Statuam statuerunt, Att.283 a,Lepido statuam in rostris statuimus . & pro Sest. 21 a,Statuere statum alicui in foro.pro Do.229 b, Qui tibi statuam in meis ædib.posuit . pro Sest.21 a,Ponere statuam . Collocare statuam.)(.Euertere statuam. I.A.224 a, Vique Coss. eam basim statuamq; faciendam, & in rostris statuendam locent.& 223 a .Statua ænea pedestris.pro Ar. 191 b, Statuæ & imagines non animorum simulachra sunt, sed corporum.Ora.206 b, Demosthenis imago ex ære . pro Deiot.147 b,Signum æneum uel marmorem. ad Her.25 b, Chares à Lysippo statuas facere non isto modo didicit , ut Lysippus caput ostenderet Mironis,brachia Praxitelis,pedes Polycleti, sed , &c.& I.V.137 b, Qui statuis faciundis præesset.pro Dom.235 b , Eius simulachrum è marmore in sepulchro posium fuit. pro Dom. 239 a, Quin.Martius figura concordiæ fecerat,idq; in publico collocarat,& ibid. b,Libertatis signum posuisti.de Orator. 145 a, Vna fingendi est ars,in qua præstantes fuerunt Myro , Polycletus,Lysippus.de Cla.170 b, Canachus, Calamides, Myron,Polycletus.Offic.68 a, Omnibus uicis statuæ factæ sunt, ad eas thus & cerei .

STATVO,is.constituo,delibero,decerno,sancio.In V.76 b,Iste cercè statuerat & deliberauerat non adesse. Attic. 117 b, Diem ex die expectabam , ut statuerem quid esset faciendum.& 137 b,Ad summam arbitrum me statuebat non modò huius rei,sed totius consulatus sui.Ar.263 a,Consulibus permissum erat , ut de Cæsaris actis cognoscerent , statuerent,iudicarent. pro Pomp. 9 a,Statuere modum diuturnitati imperij pro Mil.106 a, P. Clodius statuit uexare rempublicam. Antequam. 169 b, Statutum est atque decretum, omnia perpeti.Epi.47 a,Iam statuum habeo , quid mihi agendum sit. Attic.152 b, Ex illius sermone statuam , quid mihi agendum sit.de Or.153 a,Quid de captiuo statuendū ac sentiendum sit.de Orat. 150 b, Non possum statuere , utrum,&c.an,&c.de Pro.71 a,Statuit ius non dicere,& in eo perseueraui t.pro Cluent.56 b,Mulier de amicorum sententia statuerat,satis esse quæsitum.pro Mur.130 a , Tot homines tam ingeniosos per tot annos etiam nunc statuere non potuisse,rem an litem dici oporteret. Quin.Frat. 293 b,In rebus statuendis & decernendis,&c.& Att.263 b,Res,quas Cæsar statuisset,decreuisset,egisset.pro Syll.176 b,Te enim existimo tibi statuisse,quid faciundum putares, & satis iideum officij iudicem posuisse.Attic.258 a,Statueram eius resta Appia Romam. pro Do.234 b,Ius igitur statuetis esse,uniuiculiusq; uestrum deos penates subiectos esse potestati tribunitiæ?de Orator.115 a, Mentes eorum , qui cum aliqua statuendi potestate audiant, mouere posse. Ad Her. 17 a,Statuere ius æquabile in omnibus. pro Cec.291 a,Vel tenuissimarum rerum iura statuere . Epistol. 64 b , Quantum mihi tribuendum putes , statues ipse , & ut spero , statues ex nostra dignitate. Aca. 3 a, Statuere quid sit sapiens, maximè uidetur esse sapientis. Orat.199 b,Statuere contra aliquem .

STATVERE. iudicare,putare.Epist.69 b, Quam quidem laudē sapientiæ statuo esse maximam.& 71 b,Statui nostræ necessitudinis esse,&c.de Clar.177 b,Crasso nihil statuo fieri potuisse perfectius.Att. 3 b, Qui in te satis consilij statuebam esse.& 47 a, Quod in meipso satis esse consilij decreueras. de Orat.85 a, Quòd ego eruditissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuam.pro Pomp.4 a,Cum statuerem nihil huc nisi elaboratum industria afferri oportere.I.V.178 a,Nisi hoc ita statuisses, in re tā manifesta quicquid dixisses,te deterius esse facturum.I. V. 256 a,& 209 a, Causam sibi dicendum esse statuerat . Orat. 197 b,& 87 b, Sed ego sic statuo,nihil esse,&c.de Orat. 119 b , & contra Rul.74 a,Atq; ego sic statuo & iudico, neminem , &c.pro Sest. 18 a, Quem ego deum ac parentum statuo fortunæ ac nominis mei . pro Mu. 131 b,Cum ille esset,ut ego mihi statuo,talis,qualem te esse uideo.de Leg.185 a,Plato è Titanū genere statuit eos,qui, &c. de Orat. 203 a, Tamen in ea licentiam statuo maiorem esse,&c. pro Quint. 17 a , Si causa cum causa contenderet,nos nostram perfacilè cuiuis probaturos statuebamus.

STATVERE.ponere , collocare.I.Statua.I. V. 160 b, Statuitur Lollius in illo conuiuio.Attic.284 a , Statuere documentū, ne quis,&c.pro Sest.18 a, Quæ regio terrarum erat,in qua non regnum aliquod statuereturde In.71 a , Thebani in finibus æneum trophæum statuerunt.I.V. 118 b, Syracusani statuam postea statuerunt.I.C. 115 b,Statuere & collocare aliquam statuam.de Legibus 183 b , Super terræ tumulum noluit quid statui,nisi columellam,&c.

STATVRA,ræ.in humano corpore dicitur , quæ figura in Geometria appellatur . idcirco & ipsa statura , figura dicitur:eaq; uel parua,uel magna, uel breuis , uel procera.I.A. 178 b,Velim dicas,L. Tarsecius qua facie fuerit, qua statura.& ad Her.34 b,Parua statura.de Fini.132 a,& de In.51 b,Corporis figura,forma,& statura.Tusc.159 a, Non enim præcipit,ut membra nostra,aut staturam figuramve noscamus.ad He.39 a,Forma,& species, & statura apposita ad dignitatem .

STATVS,a,um.statutus,certus.de Ar.247 b,Statas solennesq; ceremonias pontificatu contineri. Offic. 8 b, Si status dies fit,cum hoste uenito.I.A. 183 b, Certos dies non ut sacrificij,sic consilij expectari solet.

STATVS,tus.conditio,fortunæ conditio,ordo locus,casus. Attic.54 a , tibi declaraui , aduentus noster qualis fuisset , & quis esset status , atque omnes res nostræ quemadmodum essent.Attic.178 b,Quo in statu sim,uides.Epistol.8 b , Ex eodem de toto statu rerum omnium cognosces . pro Cluē. 49 a,De totius municipij statu,dignitate, commodisq; omnibus sententia fertur . pro Syl. 179 a , Status rei publicæ maximè iudicatis rebus continetur . & 173 a,Statum orbis terræ liberaui . pro Muræn. 129 a , Omnia quæ sunt in imperio & in statu ciuitatis , ab ijs defendi putantur . & pro Flac. 146 b , Totum statum ciuitatis in hocuno iudicio posium esse & defixum . de Arusp. 258 a , Hunc statum , qui nunc est , qualiscunque est nulla alia re , nisi concordia retinere possumus . de Orator. 159 b , Hic status est huius totius mundi atque naturæ,rotundum ut cœlum , terraque media sit. Quint. Frat. 298 a , Si in medio statu sermonis ac prædicationis res essent tuæ , nihil abs te eximium postularetur . de Nat.8 a,Nihil semper suo statu manet. Orator. 197 b, Cætera labi, fluere , nec diutius esse uno & eodem statu. Officiorum 14 a , Res acerbas ita ferre, ut nihil à naturæ statu discedas. Para. 118 a , Voluptas mentem sua sede & statu dimouet . pro Cl. 39 b , Declinare de statu suo.& de Piou. 77 b , Quamuis excipere fortunam maluì , quàm de meo statu declinare . ad Attic.132 b , Securæ sunt epistolæ duæ , quæ me conuellerunt de pristino statu. Epistol.78 a, Tamen illa quæ requiris , suum statum tenent.& 46 a , Retinere pristinum statum . In Verr. 110 b, Me de uitæ meæ statu lachrymis suis deduxerunt . Orator. 208 b, Nos aduersarios de statu omni deiecimus.ad Heren. 29 a,Fortuna collocauit eum in amplissimo statu.pro Cornel. 58 a, Conditio omnium nostrum , locus quo quisque est natus , fortuna in qua quisque nascendi initio constitutus,Item:Hunc uitæ statum usque ad senectutem obtinere. de Ar.258 a,Deteriore statu ut simus,unus est inferior gradus.& ibidem : Vt meliore simus loco ne optandum quidē est.de Diuinat. 127 a,Ijs qui eodem statu cœli & stellarum nati sunt,eadem accidere.Attic. 284 a, Tua nobis authoritate opus est ad collocandum aliquem ciuitatis statum.pro Dom.122 b, Mihi nihil oberat præter conuersionem status & inclinationem communium temporum. I. V. 68 b, Restitui in antiquum statum. contra Rul. 91 b, Regum status decemuiris donabantur . de Fin. 70 b,Iste non dolendi status.de Vn.203 a,Atque is quidem constanter in suo manebat statu.Att.19 b , Nam neque de statu nostræ dignitatis nobis est recedendum.Att. 95 a , Per fortunas confer te ad eam curā , ut de omni statu meo cogites. & 141 a,Horū artificijs effectum est,ut resp.in hunc statum peruenirет.& 156 b, Quem uitæ statum amiserim cogito. Quin.F.325 a, Liber de optimo statu ciuitatis . pro Cec. 293 a , Vis,quæ formidine animum perterritum loco sępe,& certo de statu dimouet.Of.26 a,Status,incessus,sessio.& 33 a,Atque uti-

nam resp. sterisset,quo steterat statu.I.A.210 a,Optimus ci uitatis status.Par.118 b,Vt in eo statu essem , quem neque fortunę temeritas,neque inimicorum labefactaret iniuria. de L.160 b,Agnationibus familiarium status distinguuntur.Or.202 a,Status erectus & celsus,rarus incessus nec ita longus.Act.88 a, Quam statuã esse eiusdem status,amictus, annulus,imago ipsa declarat.Tusc. 202 a,Eo erant uultu,oratione , omni reliquo motu & statu , ut eos Argiuos dicere.Tusc.207 a .

De Statibvs Rhetoricis.uide Part.233 a,235 a,238 b,& de Or.118 a,& b,& 119 a,Item Ora.201 a,& 208 a,Itẽ Top. 229 a,Refutatio,accusationis,in qua est depulsio criminis, Græcè στάσις;Latinè status uocetur.& 259 a,Status,& quasi conflictio cum aduersario.pro Mil. 104 a,Quid porrò quærendum est?factum nè sit?at constat:à quo? at paret:uidit etiam in confessione facti, iuris tamen defensionem suscipi posse.,p Mil.112 b,Quid opus est tortore? quid quæris?occiditne ? occidit: iure an iniuria ? nihil ad tortorem : facti enim in eculeo quæstio est iuris in iudicio . Ad diuisionem statuum.pro Cec.291 a,Ponere rem:id est, aperire statum. I.Constitutio .

Statvtvs,a,um.Status,ta,tum.pro Mil.110 a,Dictatoris Lanuuij statuta sacrificia nosse,negocij nihil erat. & Tusc.173 a,Solenne & statutum sacrificium.de Ar.251 a,Qui sacrificia gentilitia illo ipso in sacello statuto loco anniuersaria factitarunt.Epist.199 a, Neque enim statutum quid in tanta perturbatione habere potuisti.Epi.47 b,Item statutũ habeo quid mihi age ndum sit:id est, constitutum, & deliberatum .

Stella,læ.sidus,astrum,formæ ignea,flammæ , luces,fulgor, lumen.de Som.128 b,Orbis extimus , in quo infixi sunt illi,quæ uoluũtur stellarum cursus sempiterni. de Somn.128 a, Hisq; animus datus est ex illis sempiternis ignibus quæ uos sidera stellasq; uocatis,quę globosę & rotundę diuinis animatæ mentibus circulos suos orbesq; conficiunt celeritate mirabili.& ibid.Stellarum globi terrę magnitudinem facile uincunt.de Nat.49 b, Sunt autem stellæ natura flammæ.Tusc.241 b, Sidera certis infixa sedibus & sidera cœlo inhærentia.de Nat.8 b,& 36 b,Sidera cœlo infixa. & 46 b, Stellæ inerrantes . Tusc. 161 a, Et astra tum infixa certis locis,tum errantia.de Nat.49 b, Vapores , quibus altæ renonatæq; stellæ & omnis æther,refundunt eosdem.de Fi.141 b,Vt stellæ in radio solis,sic bona corporis in uirtutum splẽdore ne cernuntur quidem,&c. Off. 31 b,Dinumerare stellas.Tuscul.161 a,Qui errantium stellarum cursus,progressiones,institutionesq; notauit.de Na.9 a,Signa sideraq; cœlestia.& de Som.128 a,Lunæ stella.& de Orat. 36 b, Iouis stella.de Na.8 b,Stellæ uagæ.& de D.83 b,Stellarum motus cursusq; uagantes.& 121 a,Stellæ traiectio. de Nat. 35 b , Stellæ immutabilibus spacijs ab ortu ad occasum commeant.de Nat.9 a, Heraclides errantibus stellis diuinitatem tribuit.de Vn.201 a,Ex quo genere sunt sidera, quæ infixa cœlo non mouentur loco, quæ sunt animantia,eaq; diuina : ob eamq; causam suis sedibus inhærent , & perpetua manent.

Stellans,tis.stellatus . de D. 84 a, Luna stellanti nocte peremptа est.& ibid. Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo.poetæ .

Stellatis,te.contra Rul.83 a,& 64 b,Ager stellatis .

Stellatvs,a,um.Tusc.229 a,Stellatus Cepheus .

Stelliferi,a,um.stelliger.de Som. 229 a, Summus cœli ille stelliferi cursus,qui,&c.

Stelliger orbis.In Ar.389.

Stephanes,nes.Parmenidis philosophi deus, coronæ similitudine.de Nat.7 b.

Stercoro,as.oblino,stercus per agrum spargo & sterno. de Sen.88 b,Homerus Laertem colentem agrum & stercoratem facit .

Stercvs,oris.de D.92 b, Se interfectum in plaustrum a caupone coniectum esse,& supra stercus iniectum. de Or. 157 a,Nolo stercus curiæ dici Glauciam .

Στερεμνια firma, solida,dura.I.Firmitas .

Στερυτικὰ. uide Contrarius .

Sterilis , le. nihil ferens . Quint. Frat. 313 b, Videt enim hoc genere dicendi si utar , in cæteris Februarium sterilem futurum. cont.Rul. 85 a,Ager nihil ferens, nisi multa cultura & magno labore quæsitum. de Clau. 166 a,Sic omnis fœtus repressus exustusque flos siti uetеris ubertatis eraruit .

Sterilitas,tis.)(.Fertilitas.de Di. 107 b , Quæ sit uel sterilitas agrorum,uel fertilitas futura . contra Rull. 80 a,Ager propter sterilitatem incultus , propter pestilentiam uastatus atque defertus.de Ar. 251 a,Sterilitas agrorum,inopia frugum.de D.88 a,Mula peperit.fœtus extitit in sterilitate naturæ.

Sterno,nis.consterno.l.Stratus.pro Cl. 20 a, Lectum illum genialem,quem filiæ nubenti strauerat , in eadem domo sibi ornari & sterni iubet.de L.18 2 b,Sternere lectos. & I.A. 173 a . Conchyliatis peristromatis fermonum in cellis lectos stratos uideres.I.V.170 b,Imperauit ut in foro sibi medio lecti sternerentur.& ad Her.39 b , Vt domi lectuli sternantur.pro Mu.142 a, Tubero rogatus est à Maximo,ut triclinium sterneret , atque ille strauit pelliculis hœdinis lectulos punicanos.& I.V.169 2,Apronias triclinium in foro strauerat.At.230 b,Dolabella colum nam suftulit,locum illum sternendum locauit.At.156 b, Is qui nos sibi quondam ad pedes stratos non subleuabat.In Ar. Ille Qui grauiter moriens constrauit corpore terram .

Sternvtamentvm,ti. de Diuinat. 126 a, Quæ si suscipiamus , & pedis offensio nobis & sternutamenta erant obstaturа .

Sterto,tis.arctè & grauiter dormio . Aca. 23 b. Per me uel stertas licet,inquit Carneades,non modò quiescas.de Diu. 135 a,Et cum stertentes uiderint, obijcere his quædam uisa tortuosa,&c.Acti.56 b , Marcellus candidatus ita stertebat,ut ego uicinus audirem.

Stigmatias,tię.feruus compunctus noctis Threicijs.l.Compunctus . Officiorum 38 a, Barbarus stigmatias,Græcè, στιγματίας.

Στιβεύς.l.Mercurius .

Stilla,læ.gutta.de Fin.99 b,Stilla muriæ.

Stillicidivm,dij. de Or.99 a, Parietum luminum,& stillicidiorum iura.& Or.203 b,& Top.222 b .

Stillo,as.mano.I.A.166 a , Ille qui stillantem præ se pugionem tulit,is à te honoris causa nominatur.

Stimvlator,oris.pro Dom. 225 a, Seditionis stimulator & concitator tu fuisti .

Stimvlo,as.stimulum adhibeo uel admoueo, pungo,excito, incito,curam affero.pro S.R.19 b,Hũc migi ex animo scrupulum euelle,qui me dies noctesq; stimulat ac pungit . & Parad.109 a,Te conscienciæ stimulant maleficiorum tuorum.pro Dom.215 a, Fames stimulauit homines. Epist. 45 a,Nam ut uetus nostra simultas antea stimulabat me,&c. sic curam mihi affert,&c.pro Planc. 273 b,Nec uides istorum ipsorum charitate,ad huius salutem defendendam maximè stimulari me,atque excitari.pro Dom. 241 b,Qui aram in littore deserto somnijs stimulatus religione aut aliqua consecrasset. Att.151 a , Me congressus Cæsaris stimulat,& primas eius actiones horreo.

Stimvlvs,li.aculeus,incitamentum.pro Arch. 191 a, Nunc infidet quædã in optimo quoque uirtus,quæ noctes & dies animum gloriæ stimulis concitat. Tuscul.189 b.Stimulus, doloris,fortunæ fulmen.pro Cæl.39 b,Erant apud illum illecebrę libidinum multę,erant etiam industriæ quidam stimuli & laboris.Epi. 14 b.Defendendi Vatinij fuit etiam ille stimulus,de quo, &c. ,p Sest. 5 a, Admouere stimulos alicui:id est,incitare illum,& Tusc.198 a,Stimulos admouẽs, ignes adhibent.in Ant.176 b,Num expectas dum te stimulis fodiam?hæc te lacerat,hæc cruentat oratio .

Stingvens,extinguens.in Arat. Quem neq; tempestas perimet,nec longa uetustas Interimet stinguens præclara insignia cœli.Priscianus.

Stingvi.pro extingui,in prognosticis,teste Prisciano.Vt cũ luna means,Hyperionis officit orbi, Stinguuntur radij cæca caligine tecti .

Stipatio,onis.comitatus.pro Syl.179 b.

Stipator,oris.apparitor,satellites.pro Do. 215 b,Sergius armiger Catilinæ,stipator tui corporis. in Ver. 161 b, Apronius stipatores Venereos secũ habebat. cõtra Ru.72 b,Iantores ex equestri loco ducẽtos in annos singulos stipatores corporis constituit,ministros & satellites potestatis.

Stipatvs , uallatus, septus.pro Sest. 23 a, Qui stipatus semper sicarijs, septus armatis , munitus iudicibus fuit . & de Sen.82 b,Senectus stipata studijs iuuentutis.

Stipendiarivs,ria,rium.uectigalis.in V. 56 a,Socij stipendiarij;populi Rom.& 150 b, Vectigal,quod stipendiariũ dicitur.de Pro.71 a,Vectigales multos ac stipendiarios liberauit.pro Cor.59 b,& de Leg. 192 b, Ijs præmijs exclusos esse socios, quæ pateant stipendiarijs.I. P. 101 a, Liberi populi.)(.Stipendiarij.

Stipendivm,dij.Ep. 179 a,Dare stipendium militibus . & 8 b,Stipendium Cæsari decretum est.Att. 75 b, Stipendium militibus usq; ad Idus Quintil.persolutum . pro Cæl.39 a, Mereri stipendia. & de Or. 132 b,Cum Asellus omnes provincias stipendia merentẽ se peragrasse diceret . pro Mur. 126 b, Merere stipendia in bello . pro Corn. 67 b,Senatus uictorem exercitum stipendio affecit.pro Pomp. 9 a,Partẽ militũ,qui iam stipendijs confectis erãt, dimisit.At.287 b, Decernere triumphum ac stipendium alicui,& eum omnibus decretis ornare.de Pro.74 a, Relatum est ad nos de stipendio exercitus.pro Cor. 63 a,Hispani agris stipendiоq; multati.in P.98 b, Quid stipendium militibus per omnes annos à ciuitatibus numeratum?de Sen.87 a,Animum tanquam emeritis stipendijs libidinis, ambitionis,contentionis,inimicitiarum,cupiditatum omnium secum esse,&c.

Stipes,itis.truncus.Postquàm.207 a, Cum hoc homine, aut cum stipite Aethiope si in foro constitisses , nihil crederes interesse.de Aruspic.244 b,Stipes ille , qui quorum hominum esset nesciremus , nisi se Ligurem ipse esse diceret. in P.83 b,Qui quàm quam truncus aut stipes , si steisset , modò posset sustinere titulum consulatus . in Arat. Hæc medium ostendit radiato stipite malum .

Stipo,as.constipo,circumuallo.In Ant. 189 b , Antonius senatum stipauit armis. & 187 b , Aliquem multis telis stipatum esse.in Pis.94 a,Græci stipati, qui in lectulis sæpe plures.pro Mur.136 a,Catilina stipatus choro iuuentutis,uallatus iudicibus atq; sicarijs in V.220 b, Illum spoliatum stipatumq; lictoribus uideres. At. 162 a, Cum ad forum stipatiegregibus amicorum descendimus . pro Mil. 101 b , Non usitata frequentia stipati sumus .

Stips,pis.pecunia,quæ uel in ærarium reponitur,uel dijs offertur,uel mendicis erogatur. de Leg.174 a , Præter Ideæ matris famulos,eosq; iustis diebus,ne quis stipem cogiret. & ibi.Stipem sustulimus nisi eam quam ad paucos dies propriam Ideæ matris excepimus . Implet enim superstitione animos,& exhaurit domos .

Stipvlatio,onis.est uerborum conceptio , quibus is qui interrogatur,daturũ,facturumve se id quod interrogatur,responder.sic eã Pomp. Iurisconf.definiuit. pro Qu. Ros. 51 a,Stipulatione aliquem alligare. & de Or.118 a,Pacta,cõuẽta,stipulationes.pro Cæc.194 b,& ad Her. 9 a, Aut stipulationes aut pacti & cõuẽti formula.At.259 a, Et si nondũ stipulationes legeram,tamen rem pridie Iduum uelim conficias.de Leg. 181 a, Vt ea pecunia ex stipulatione debeat.

Stipvlativncvla.læ.de Or.99 a.l.Mihi.

Stipvlator,oris.pro Qu. 10 b , Cum à stipulatore tuo compararbuntur:id est,testes .

Stipvlo,& Stipulor, aris. est postulare sibi aliquid promitti solenni formula restipulandi. pro Q.R. 47 a,Reliquum est,ut stipulatum se esse dicat.& ib. Stipulatus es?ubi ? quo præsente ? quis spopondisse me dicit ? & ibi. Hæc pecunia necesse est aut data , aut expensa lata , aut stipulata sit . & ibi iterum. de Leg. 181 a , Is cui legatum est,stipulatus est id ipsum quod legatum est .

Stirpitvs, radicitus. Tusc. quæst. 227 b,Stirpitus extrahere aliquid.

Stirps,pis.planta,radix.de Fi.126 b , Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, uictus,figuras:Theophrastus autem stirpium naturas,omniumq; ferè rerum , quæ è terra gignerentur,causas atque rationes . de Finib. 134 a, Non enim iam stirpis bonum quærereт, sed animalis : id est,uitis.& 132 a , Cum arborum & stirpium eadem penè natura sit,quæ animalium.in Ant. 171 a, In seminibus causa est arborum & stirpium . de Nat. d. 42 b , Stirpes terræ inhærent,animãtes à respiratione aeris sustinẽtur.de Natu. 51 b,Baccæ,quæ ex quaque stirpe sunduntur.& 52 a, Mustæ & pecudes & stirpes sunt,quæ,&c. de Nat.46 a,Terram stirpium asperitate uastari. & 42 b, Stirpes arte naturæ uiuunt & uigent. de Nat. 49 b, Stirpes stabilitatem dant ijs quæ sustinent,& ex terra succum trahunt. & 42 a, Arbores tantummodo per stirpes aluntur suas. Item : Quod ita esset ortum è terra , ut stirpibus suis niteretur . de Nat. 31 a, Quæ ipsa ex se generata stirpibus continentur . de Nat. 58 b,Quarundam stirpium & herbarum utilitates longo usu percepimus. In Arat. Quorum stirpes tellus amplexa prehendit.Or.210 b.Omnium magnarum arcium sicut arborum altitudo nos delectat , radices stirpesq; non item , sed esse illa sine his non potest.

Stirps . pro capite , origine & familia . pro Cæl. 54 b ,Hic nunc primùm florescẽs firmara iam stirpe uirtutis.& Tusc. 193 a,Ita radices sunt altæ stultitiæ. de Diu. 139 a ,Superstitionis stirpes omnes eijciẽdæ sunt.& ĩ Cat.103 b,Stirps ac semen malorum omnium . de Finibus 107 a , Differo eã partem,quæ est quasi stirps huius quæstionis. de Finib.110 a,Qua ex stirpe orirentur omnia. de Am. 109 b , Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerunt.de Leg.169 b, Hic enim orti stirpe antiquissima sumus.pro Rab.P.122 b, Qua in familia laus aliqua forte floruerit,hanc ferè qui sunt eius stirpis cupidissimè persequuntur.contra Rull. 85 a, Non ingenerantur hominibus mores , tam à stirpe generis ac seminis , quàm , &c.de Clar.183 b,Scipionis genus est ex ipsius sapientiæ stirpe generatum.& de Diu.84 b , O generosam stirpem . Item: Ciuili generosa stirpe profectus. de Nat.37 a, Regiam cõtaminari stirpem.de Or.99 b, Marcelli ab liberti filio stirpe Claudij , eiusdem hominis hæreditatem gente ad se rediisse dicebant.Item ibidem, In ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis iure dicendum . Tusc. 192 a,& 208 b,Stirps,origo; progressio, radix. de Clar.176 a, Naturale quoddam stirpis bonum degenerauit uitio deprauatæ uoluntatis.de Legib.156 a, Nullius agricolæ cultu,stirpes tam diuturna,quam poetæ uersu seminari potest. de Le. 180 b,Repetam stirpem iuris à natura.

Stiva,uæ.manica siue cauda aratri, quæ arantis manu guber natur.Cicero pro M. Scauro , autore Seruio in Georgicis: A ab ipsa stiua mecum homines loquebantur.

Sto,as.consisto,maneo,contentus sum , consentio.in Pis.82 a,Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atq; fumo.& Episto.4 a,Cum in senatu pulcherrimè staremus. in Ant.162 b , Qui hoc ipso tempore stant cum gladijs in conspectu senatus.& in Cat.400 a, Is in comitio steрit cum telo.de Diuin. 96 a, Lysandri statuæ , quæ Delphis stabant, in capite corona subitò extitit . de Leg. 175 a, Ara uetus stat in palatio Febris.de Som. 129 b , Vides eorum partim obliquos,partim aduersos, partim aduersus stare nobis.Academ.11 a,Antipodes aduersis uestigijs stant contra nostra uestigia.pro Sylla 127 b, Eos qui circum iudicium stabant,audire nolebat.pro Flacc. 149 a, Qui domi stare non poterant.pro Cluc.33 b,Homines , qui tum cõsultò propè in occulto steтissent.& de Orat. 164 b , Stare occultè post aliquẽ.de Orat.241 a,Iuuenes stare ad januã duos quoldã, qui aliquẽ euocent. cont. Rull. 68 b , Tamen si qui actiones in concione steterant,suspicabantur,&c.Acad.34 b , & 36 a,Cum ambo ad senatum in Capitolio starent. in Verr. 233 a,In curia statua tua stabat, & nuda in ea filij.& 140 a, Huius fornix in foro est,in quo filius nudus stat.in Verr.88 a,Hæc duo signa, quæ ad impluuium tuum stant,& multos annos ad ualuas Iunonis Samiæ steterunt . ad Her. 24 b, Stare intra carcerem . pro Quinc. 6. Testificantur isti P. Quintium non steтisse , & se steтisse . ad Heren. 212 , Stare in uestigio . Tusc. 186 b , Qui stat : id est , qui in prælio non fugit. & Attic. 279 a, Qui si stetеrit idem : id est,si nõ mutabitur. de Clar. 189 b, Qui ausi aliquando sunt stantes loqui.de Clar.191 a,Ad stantem iudicem dicere.Attic. 246 b,Stetisse enim te frustra scribis . de Diuinat. 101 b, Cum uirgo staret,Cæcilia sederet . in Ant. 165 a, Respub. staret, tu concidisses.Off. 53 a, Respublica euersa .)(. Respublica stans.de Or.125 b,Inclinantem erigere .)(.Stantem inclinare.Ep.83 a,Me stante . & 13 a, Pro me stante & 117 b,Per quos steterim.At.110 a,Animaduertis quàm

fine consilio res stet. Of. 38 b, Itaque parietes urbis modò stant & manent, ijqs ipsi iam extrema scelera metuentes. Of. 33 a, Vtinã respublica stetisset quo cœperat statu. Attic. 78 a, Stamus animis, & consilijs, ut uidemur, bonis utimur, speramus etiam manu. in Ver. 136 b, Is uidebat iftius censum stare nullo modo posse. de Fi. 116 b, Zeno nem non stãtem cum ijs qui ne dicerent quidem sua summa bona esse à natura profecta. de Inuent. 80 a, Si quid de æquitate ea quę cum aduersario starent, derogasset. Or. 220 a, Ijsdem uerbis stante sententia. ad Her. 25 a. Contra hoc nulla staret eorũ ratio. de Clar. 176 a, Cum is contra populi studium stetisset. de Clar. 190 a, Nemo contra perditos ciues à senatu & à bonorum causa stetit constantius. de Inuent. 59 a, Stare à mendacio contra uerum. & ibid. A se potius quàm ab aduersarijs stare. ad Heren. 24 b, Probare rationem aliquam quod ab ea steterint uiri probatissimi. Epistol. 127 a, Modò nobis steterillud, unà uiuere in studijs. Attic. 45 b, Neque adhuc stabat quo potissimum. de Fin. 58 b, Stare oportet in eo quod sit iudicatum. Offic. 71 a, Stare conuentis. Attic. 87 b, Extra quam si ita negocium gestum est, ut eo stari non oporteat. pro Fla. 156 b, Prætor actionem se daturum negauit re, iudicata stari ostendit placere. pro Cluen. 37 b, qui his rebus iudicatis standum putat. Att. 121 a, Alterius potius stare iudicio quàm suo. Att. 193 a, Meo iudicio multo stare malo, quàm omnium reliquorum. pro Flacc. 160 a, Si statuimus uestro nobis iudicio standum esse de nobis. Offi. 74 a, Non enim Regulus suo iudicio stetit, sed suscepit causam ut esset iudicium senatus. pro Cluent. 45 a, Nec L. Gellij iudicio stetit Lentulus, neque Lentuli existimatione contentus fuit Gellius, & uterque censor censoris opinione standum non putauit. Off. 7 b, Promissis standum esse. At. 112 a, Omnes cupiebant Cæsarem stare conditionibus ijs quas tulisset. Tusc. 144 a, & 188 b, Stare suis iudicijs, & stare iudicio sapientũ. de Fin. 58 a, Stare in eo quod sit iudicatum. pro Rab. 96 b, C. Marius dedit fidem, sed in fide non stetit. de Fin. 116 b, & de In. 80 a, Cum aduersario stare. Att. 24 b. Si in eo quod ostenderat non stat, mihi placet, ea quæ malè empta sunt reddi. At. 139 b, Literæ tuæ mihi quiddam quo starem instillarunt. in Ant. 164 a, Cum in hac cella Concordiæ cum gladijs homines collocati stent. in Ant. 213 a, Equites Rom. qui frequentissimi in gradibus Concordiæ steterunt. & 221 b, Quorum statuæ in rostris steterunt, usque ad nostram memoriam. de Leg. 156 a, Multo diutius commemoratione manent quàm natura stare potuerunt. in Sal. 273 a, At quãto meliore loco respub. staret, si. & 274 a, Sallustius bis ad iudicis subsellia attractus extrema fortuna stetit. I. A, & Ab.

Stoicæ, seuerè, Stoicorum more, pro Muræn. 141 b, Agit mecum austerè & stoicè Cato. & de Diuinat. 110 a, Tu quidem, inquam, stoicè Stoicorum sententiam defendisti. Par. 116 a, Stoicè, nullis oratorijs ornamentis adhibitis dicere.

Stoicvs. Atti. 282 b, Brutus Stoicus. pro Mu. 138 b, Fuit qui dam summo ingenio uir Zeno, cuius inuentorum æmuli Stoici nominantur. & ibid. Doctrina non moderata, nec mitis, sed paulo asperior & durior quàm aut ueritas aut natura patiatur. & ib. multa de Stoicis & eorum doctrina. Aca. 33 b, Zeno, qui inuentor & princeps Stoicorum fuit. de Orator. 148 b, Ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in Socratico sermone maximè adamauit, Cynici primùm, deinde Stoici. de Cl. 175 a, Omnes ferè Stoici prudentissimi in disserendo. & ibid. Stoicorum in dialecticis omnis cura consumitur. de Or. 88 b, Stoici disputationum suarum atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent. & Acad. 28 a, Stoicorum dumeta. Tus. 243 a, Vt iam à laqueis Stoicorum recedamus. & 193 a, Stoicorum more agamus, qui breuiter astringere solent argumenta. & 195 a, Hæc dicuntur à Stoicis concludunturque contortius. de Nat. 9 b, Chrysippus interpres uaferrimus somniorum Stoicorum. & 5 a, Q. Lucillius Balbus, qui magnos progressus habebat in Stoicis. Epistol. Habes scholam Stoicam. Stoici acerbi. I. Acerbus. 1. de Finib. Stoici, Chrysippus, Diogenes Antipater, Mnesarchus, Panætius, Posidonius. de Fin. lib. 3. Stoici dialecticam & physicam uirtutum nomine appellant, & & quare. 7. Fam. Balbus mihi confirmauit te diuitem futurum, id utrum Romano more locutus sit, benè nummatum te futurũ: an quomodo Stoici dicunt, omnes esse diuites, qui cœlo, & terra frui possunt, postea uidero. 1. de Natur. Stoici censent sapientes sapientibus etiam ignotis esse amicos. 9. Fam. Stoici nihil ductu turpe uel obscœnum credebant. de Diuinat. lib. 1. Stoici omnia ferè diuinationis genera defenderunt. Tuscul. quæst. libr. 4. Stoici & sapientem amatarum esse dicunt: & amorem ipsum, conatum amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis specie definiunt. 1. de N. d. Stoici fatalem necessitatem εἱμαρμένην dicunt. de Fat. Stoici omnia fieri fato dicunt. Tusculan. quæst. lib. 5. Stoici præcipua uel producta dicunt, quæ Peripatetici bona. Acad. q. edit. 1. lib. 2. Stoici dicunt sensus ipsos assensus esse, quos quoniam appetitio consequatur, actionem sequi tolli autem omnia, si uisa tolluntur. 3. de Orator. Stoici soli eloquentiam, uirtutem, ac sapientiam esse dixerunt, Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. Stoici hunc mundum sapientem esse dixerunt, habere mentem, quæ & sc & ipsum fabricata sit, & omnia moderetur, moueat, regat. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Stoici à Peripateticis & Academicis uerbis magis, quàm sententijs dissenserunt. 1. de Natu. d. Stoici honesta à commodis, non nomine, sed genere toto disiungunt. Top. Stoici in altera tantùm differendi parte elaborarunt. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2. Stoici existimarunt fore aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. Offic. 1. Stoici studiose exquirunt unde uerba sint ducta. Tusculan. quæst. lib. 1. Stoici usuram nobis largiuntur tanquam cornicibus: diu mãsuros aiunt animos, semper negant. Tusc. quæst. lib. 5. Stoici bonis corpore & fortunæ uitam beatam complerinegant. Acad. q. edit. 1. lib. 2. Stoici negant fieri posse, ut quisquam nulli rei assentiatur. de Diuinat. lib. 2. Stoici negant quenquam, nisi sapientem, diuinum esse posse. de Finib. lib. 2. 56. Stoici negant quicquam esse bonum, nisi quod honestum sit. Acad. quæst. edi. 1. lib. 2. Stoici negant sine deo posse quicquam. de Fini. lib. 5. Stoici negant quicquam posse percipi, nisi tale uerum, quale falsum esse non posit. ad Brut. Stoici negabant fugere, sapienti. de Orato. 3. Stoici omnino irasci nesciunt, atque hanc ab ijs habeo gratiam, quòd soli ex omnibus eloquentiam, uirtutem ac sapientiam esse dixerunt. 3. de Finibus. Stoici ex omnibus philosophis plurima nominauerunt. pro Murẽ. Sunt enim quidam summo ingenio uir Zeno cuius inuentorum æmuli Stoici nominantur. 1. de Diuinat. Stoici, principes disciplinæ diuinandi. Brut. Stoici in disserendo pudentissimi, in dicendo inopes. 3. Fam. Stoici rectissimè putant urbanitatem esse uirtutem. 3. de Finib. Stoici quod cœlestinatione omnino aliqua dignum sit, complecti beatam uitam putant. Acad. ed. 1. lib. 2. Stoici putarunt solem, lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse, quòd quędam animalis intelligentia per omnia ea permeet & transeant. 5. de Finib. Stoici cum à Peripateticis & Academicis omnia transtulissent, nominibus alijs easdem res secuti sunt. 2. de Orator. Stoici de inuentione nihil tradiderunt. 1. de Nat. d. Stoici cum Peripateticis re consentire uidentur, uerbis discrepare, inquit Antiochus. Tuscu. lib. 2. Stoici contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis, nec ad sensus permanantibus, effici uolunt non esse malorum dolorem. 1. de Natur. Stoicorum anus fatidica προόνοια. 3. de Fini. Stoicorum differendi genus subtile, uel spinosum potius. Tuscul. lib. 5. Tanquam leuia quędam una nihil ualent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata, quàm potata delectant. Academ. edit. 1. lib. 2. Pleraque Stoicorum mirabilia, quę παράδοξα nominantur sunt Socratica. 3. de Nat. d. Stoicorum de natura deorum oratio quàm sit leuis. Acad. editio. 1. lib. 2. Stoicorum princeps Panętius. 2. de Diuinat. Stoicorum sententia de diuinatione nimis superstitiosa. pro Mur. Stoicorum sententię & præcepta sunt eiusmodi: Sapientem gratia nunquam moueri, nunquam cuiusq. am delicto ignoscere. Neminem misericordem esse, nisi stultum & leuem. Viri non esse, neque exorari, neque placare, Solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, diuites: si seruitutem seruiant, reges: nos autem, qui sapientes non sumus, fugitiuos, exules, hostes, insanos denique esse dicunt. Omnia peccata esse paria: omne delictum scelus esse nefarium: nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quàm eum, qui patrem suffocauerit. Sapiẽtem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sententiam immutare nunquam. 1. de Di. Stoicis non placet, singulis iecorum fissis, aut auiũ cantibus interesse deum. Off. 1. Stoicis placet, quæ in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari: homines autẽ hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se alijs alij prodesse possint. 3 de Or. Alia enim & bona & mala uidentur Stoicis. & cæteris ciuibus, uel potius gẽtibus: alia uis honoris, ignominiæ, præmij supplicij. 3 de Fin. ad Stoicos se inclinare. 2 de N. d. Stoicos nihil de dijs explicare. id est, in certam relinquere de dijs quæstionem. Tus. quæst. lib. 1. Nũ quid igitur est causa, quin amicos nostros Stoicos dimittamus? eos dico qui aiunt animos manere, è corpore quum excesserint, sed non semper. 15 Famil. Stoicos rusticos regeram, ut Catium Athenis natum esse dicas. Cassij 9 Famil. Stoicos solos ex philosophis uim uirtutis tenuisse.

Stola, læ. uestis muliebris. In Ver. 217 a, Dianæ erat admodum amplum signum cum stola. & in Ant. 169 a, Sumpsisti uirilem togam, quam statim muliebrem stolam reddisti, & ibid. iterum.

Stolidvs, a, um. stupidus. de Diui. 123 b, Quanquam semper fuit, ut apud Ennium est, solidum genus Aeacidarum. Topic. 225 b, Quietum nihil agens, & quodãmodo stolidũ.

Stomachor, aris. indigner, indignè patior, molestè fero, irascor. de Nat. 20 a, Sed stomachabatur senex, si quid asperius dixeram. Attic. 264 b, Non dubito quin mirere atque etiam stomachere, quod tecum de eadem re agam sæpius. pro Plan. 273 a, Huic ego stomachans fastidiose, inquam, &c. Epistol. 253. Si enim stomachabere & molestè feres, plura dicemus. Epi. 160 a, Itaque iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremo. de Cl. 196 a, Sæpe uidi irascẽtem & stomachantem Philippum. de Ora. 98 b, Dum in cãpum properaret & ridens & stomachans Scæuola. de Orat. 133 b. Scipio cum stomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur, &c. Attic. 236 a, Amariorem me senectus facit, stomachor omnia.

Stomachose. iracundè. ad At. 159 a, Rescripsi ei stomachose. aliter, stomachosius. Charisius autem stomachosè. autoritate confirmat.

Stomachosvs, a, um. iracundus. de Orat. 134 b, Me quidem hercle ualde illa mouet stomachosa & submorosa ridicula. Ep. 44 a, Stomachosiores, quas meas literas dicis esse, non intelligo. de Cl. a. 186 a, Acumen sæpe stomachosum, non nunquam frigidum.

Stomachvs, chi. gula, seu guttur, gulæ extremũ, per quòd, & in quod labitur cibus, & concoquitur. animus, indignatio, ira. 2 de Nat 53 a, Linguam autem ad radices eius hærens excipit stomachus, quo primum illabuntur ea, quę accepta sunt ore. is utraque ex parte tonsillas attingens, pala to extremo atque intimo terminatur. de N. 53 a, Plataleam conchis se implere solere, easq; cum stomachi calore cõcoxerit, emouere. Ep. 122 b, Esse stomacho languẽti. & 258 a, κακοστόμαχος. & Seruius Cic. lib. 4. 56 a, Accipere uulnus in stomacho. 9 Fa. 4. Stomacho callum obducere. Tironi, lib. 16, 122 b, Ius enim dandum nõ fuit, quum κακοστόμαχος esses. 4. At. 65 a, Locus ille animi nostri stomachus ubi habitabat olim, concaluit. ad Cælium, lib. 2. 26 b. Nostri enim non modò stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum in omnium insolentium indignitate fastidium. Q. F. 326 b, Epist. plena stomachi & querelarum. At. 252 b, Ne in me stomachum erumpant, cum sint tibi irati. & 68 b, Hæc mihi maiore stomacho quã ipsi Quinto fuerunt. In V. 118 b, Homo exarsit iracũdia & stomacho, At. 245 b, Nec tam animum me quàm stomachum habere arbitrantur. pro Mur. 130 b, Si mihi homini uehemẽter occupato stomachum moueritis. Ep. 12 a, Non ili quidem ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perditi, sed ut facere se arbitrarentur. Ep. 26 b, Nostri stomachi mei fastidium indignitate hominum insolentium. & 27 b, Ridere in stomacho. Atti. 73 b, Ita mihi uidetur non minus stomachi nostro Cæsari fecisse, & 93 b, In quo tamen nihil mihi risum magis, quàm stomachum mouere solet.

Strabo, onis. qui oculis est peruersis. de Nat. 17 a, Ecquos si non tam strabones, at petulos esse arbitramur?

StragES, gis. clades. Postquam. 205 b, Qua strage nonnulli permoti magistratus paululum à mea causa recesserunt. in Ant. 189 b, Ille autem quas fecit strages? ubicunque posuit uestigia? & de Legib. 188 a, Sed ille quas strages edidit? de Diuinat. 84 b, Seragem horribilem cædemq; uereri. Att. 10 b, Quas ego pugnas & strages edidi?

Stragvla uestis. stragulum. In Verr. 213 a, Per trienniũ quæ isti plena domo telarum stragulam uestem confecit, nihil nisi conchylio tinctum. & 81 b, 112 b, pro Sext. Rosc. 40 a.

Stragvlvm, li. peristroma. Tusc. 240 a, Collocari iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrimè textili stragulo magnificis operibus picto.

Strangvlo, as. faucibus premo, suffoco. Epi. 124 a, Cæsaris hospitem accepis nummis comprehendit ac strangulauit. & 140 a, Ille patrem strangulauit.

Strangvria, riq. l. Dysuria. Tus. 185 a, Quamuis idem forticulum se in torminibus & in stranguria sua præbeat.

Stratagema, tis. de N. 61 b, Consilium illud imperatorum fuit, quod Græci στρατήγημα appellant. At. 69 a, Rufio noster stratagemate alco percussit Vestorium.

Stratonicevs Metrodorus. Acad. 5 b.

Stratoniensis Menippus orator.

Stratvm, ti. peristroma. Tusc. 240 a, Collocari iussit hominẽ in aureo lecto strato pulcherrimè textili stragulo, magnificis operibus picto. aliter, strato pulcherrimo.

Stratvs, a, um. in Ant. 173 a, Lectus stratus conchyliato peristromate. & ad Her. 40 a, Triclinium stratum. Tuscul. 206 b, Afflictus & stratus. Antequam. 196 b, Quem singuli stratum atque abiectum subleuastis. & At. 156 b, Stratus ad pedes alicuius. de Or. 144 b, Hoc est altius, quàm ut id est nos humi strati suspicere possimus.

Stratvs, uel Stratos. opp. in Maced. Off. 13.

Strenve. nauiter, fortiter. Q. F. 309 b, & Att. 259 a, Domus utriusq; nostrum ædificatur strenuè. & ad Her. 20 b, Istam ẽ egit sanè strenuè & agit. Epist. 236 a, Sanè strenuè accepi tuas literas. p Rab. 69 a, Pro illis strenuè arma caperẽ. Att. 255 a, Magis commodò, quàm strenuè nauigaui. & ad Heren. 40 a, Puer satis strenuè & concinnè omnia comparat.

Strenvvs, a, um. nauus, industrius.)(Ignauus. At. 241 a, Noli me tam strenuum putare, ut ante nonas recurram. in An. 176 b, Vt cognosceret te si minus fortem, attamẽ strenuũ.

Strepitvs, tus. sonitus, stridor. Top. 225 a, Pedum crepitus, & strepitus hominũ. & de Cl. 194 b, Strepitus fori, & cõt. Rul. 87 b, & de L. 160 a, Strepitus fulminum. de Aruſp. 248 a, In agro Latiniensi auditus est strepitus cum fremitu. Ep. 112 b, Hic tibi strepitus, fremitus, clamor, tonitruum. Atti. 220 b, Heri nescio quid in strepitu uideor exaudisse. & de Nat. 43 b, Ingenti strepitu.

Strepo, pis. rixor, iurgo. de Di. 86 a, Cum Achiui cœpissent inter se strepere, &c.

Strictè, restricte, arctè. de Am. 107 a, Strictè obseruare neplus reddas quàm acceperis.

Strictim, compressius. de N. 63 b, Quibus de quæstionibus tu strictim, nostri multa solent dicere. pro Cl. 23 b. Quę copiosissimè dici possunt, breuiter à me strictimq; dicuntur. pro Sex. Ros. 34 a, Videamus nunc strictim, quę, &c. Atti. 21 a, Strictim attingere aliquem librum.

Strictvs, a, um. districtus. in Ant. 164 b, Cum tu illum gladio stricto insecutus es.

Stridor, oris. strepitus. Tuscul. q. 250 b, Ne stridorem quidem ferræ audiunt, cum acuitur. & 162 b, Horrifer aquilonis stridor, &c. & de Diuinat. 82 a, Aut densus stridor, &c. contra Rull. 80 a, Veri ac fortis tribuni plebis stridorem unum perferre non posit.

Strigilis, lis. instrumentum quo utebantur in balneis, ad corpora stringenda, abstergẽda, & poliendaquanquã & ad equos expoliendos huiusce nominis instrumẽtum adhibeatur, sed dentatũ & ferreum, cum illud eburneũ esset ac sine dentib. de Fi. 113 a, Si ad illã ampulla aut strigilis accedat.

Strigosvs, a, um gracilis, tenuis. de Clar. 170 a, Verum est certè genere toto strigosior: id est, habitu orationis minus opimo.

Stringo, gis. cõprimo. Off. 74 b, Nullum uinculum ad stringendũ fidem iureiurando maiores arctius esse uoluerunt. in Ant. 164 b, Cum tu illum gladio stricto insecutus es.

Strophium,

Strophium, phij. fascia breuis quæ virginalem tumorem cohibet papillarum.de Ar.254 a, P.Clodius à strophio, à psaltrio, &c.factus est repentè popularis. & in Clodium: Strophium accuratè præcingere. Nonius.

Structor.oris, minister ad cibos struēdos mēsamq; instruēdam cōparatus. Q.F.310 a, In aram tuā ueni, res agebatur multis structoribus. Att.223 a, Ecce autē structores nostri ad frumentum profecti inanes redierunt.

Structura,ræ. constructio, compositio, coagmentatio. de Opt.143 a, Verborum est structura quædam. & de Clar. 167 a, Verborum quasi structura. Orat.210 b, Vt fiat quasi structura quædam.

Structus, a, um. constructus. de Sē.88 a, Frugem spicem ordine structam. & Ora.209 b, Res collocatę, & quasi structę ac nexæ. & Tusc.quæst.155 b, Speluncæ saxis structæ asperis.

Strues, is. cuiuscunque rei constructus cumulus seu moles, ut lignorum. At.54. Strues salinarum.

Struma, mæ. est tumor (inquit Celsus) in quo subter concreiæ quædam ex pure & sanguine quasi glandulæ oriuntur. ad At.18 b, Deniq; Vatinij strumam sacerdotij Διέφορα uestiant. pro Sest.26 a, Hi medentur reipublicæ, qui execant pestem aliquam tanquam strumam ciuitatis. I. Demigro.

Struo, is. molior. Octa.330 a, Aduersus quod aciem struīde sui.158 b, Collocationis est componere & struere uerba. & Or.220 a, Compositi oratoris bene structam collocationem dissoluere, permutatione uerborum. Ad At.145 b, In posterum bellum ἀκουσίον struī existimo. Att.81 a, Sed dices me ipsum mihi solicitudinem struere. de Ora.127 a, & de Clar.190 b, Ex his locis & odium in alios struere discemus, & à nobis & à nostris dimouere. pro Cluent. 55 a, Struere & moliri aliquid calamitatis cuipiam. Q.F.327 a, Reliqua ad iacturam struentur, aliter, referuentur. ad Herē. 14 b, Struere controuersiam de nomine. & Ep.85 b, Struere periculum ruinæ.

Studens, tis. pro Plan.277 b, Hisce ego auxilijs studentibus atque iniciatis uti poteram.

Studeo, des. studium uel operam do, studium in aliqua re pono, tauto, cupio. de Or.85 b, Nemo ferè studuisse ei scientiæ uehementius uidetur, quin quod uoluerit consecutus sit. & in Verr.61 a, Ep.8 b, Si optimis à pueritia disciplinis atque artibus studuisses. Orat.200 b, In hoc orationum genere, cui nunc studes. de Ora.102 a, Nunc quibus studendum rebus esset accepimus. de Orator. 108 a. Demosthenes eius ipsius artis, cui studebat, primam literam non poterat dicere. de Orator.107 a. & de Legib. 158 a, Si ab adolescentia iuri ciuili minus studuerimus. de Clar.195 a, Studere literis, quibus fons eloquentiæ continetur. Postquam 207 a, Cum uerò, literas studere incipit, & helluo immanis cum græculis philosophari, tum est Epicureus. & de Fini. 125 b, Vt id ipsum, quod studet facere posit ornatius. & Epist.109 b, Facilè cognoui ex tuis literis, quod semper studui, in, &c. & in Ant.208 b, Vnum sentitis omnes, unum studetis M. Antonij furorem extinguere. Orato.205 b, At hic noster ad hoc unum est natus, huic generi studet uni. de Fi. 121 a, Studere laudi & dignitati. & de Diuin. 94 a, Tamq; uel maximè laudi student. de Orat.129 b, Cui rei, cui gloriæ, cui ui uirtuti studes? patrimonio ne augendo? at, &c. ad Herenn. 14 a, Si partes, quibus illi student lædantur. pro Muræn.142 b, Cur quenquam ut studeat tibi, ut te adiuuet, rogas. pro Cæl. 39 a, Mulci boni adolescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt. & b, Cælius studuit Catilinæ iterum petenti. At.62 b, Pompeius Scauro studet, utrum fronte an mente dubitatur. in Ant.16 a, Ego semper studui. de Finib.61 a, Cum ferò sentiunt frustra se aut pecuniæ studuisse, aut imperijs, aut opibus, aut gloriæ. In Sall. 273 b, Quantum quisque reipublicæ studuit, tantum mihi fuit aut amicus aut inimicus. pro Cęl.42 b, Cælius studuit præturę. in Cat.97 b, Studere rebus nouis. ad Herenn.33 b, Stude uerum inuenire. de Natur.74 b, Parens difficilis qui te nec amet, nec studeat tui. Poetæ. Att.210 a, Scire igitur studeo quid egeris. Parad.229 b, Studeo ex te audire, quę, &c. pro Sext. Rosc.42 b, Studeo facere aliquid. de Orator. 322 a, Ars demonstrat, ubi sit illud quod studeas inuenire. & 93 b, Ego uerò, inquit, istis obsequi studeo. ad Attic.283 b, Nos Lepidum honore studuimus à furore reuocare. in Cat.108 a, Quos ego non tam ulcisci studeo quam sanare. Epist.179 b, Dissensionem nascentem extingui summè studui. de Clar.186 a, Gradus tuos, & quasi processus dicere studeo cognoscere. Offic.38 a, Nostri imperatores ex hac una re maxima laudem capere studebant. in Arat. Hoc caueto ponto studeas committere mense. de Clar. orat.182 a, Sed idem Aelius Stoicus esse uoluit, orator autem nec studuit unquam, nec fuit.

Studiose. cupidè, studio. de Clar.173 a, Studiose audire aliquem. & Attic.262 b, Studiose diligenterque curare aliquid. de Finibus 98 b, Quare studiose attendite. pro Sext. Rosc.33 b, Non studio accuso, sed officio defendo. in Ver. 60 b, Libenter studioseq; audire. Or.132 a, Studiose ludere. ad Heren. li.1. Eo studiosius hoc negocium suscepimus, quod, &c. Tusc. lib.4. Multo studiosius philosophiæ fontes aperiemus.

Studiosus, a, um. cupidus, amans, obseruans, qui literis delectatur, cui aliqua res in studio, qui studio est alicuius, alicuius rei studio præditus. In Verr.132 a, Quem in prouincia existimationis meæ studiosissimum cupidissimumque cognoui. Attic.120 a, Iste restituendi mei quām retinendi studiosior. & 50 a, Ego mei studiosos habeo Dyrrhachinos. & de Clar.170, & Epistol.6 b, Haber enim certos sui studiosos, qui, &c. Acad.31 a, Democritus studiosus nobilitatis. de Orator. 107 a, Vir dicendi studiosus. & Epist. 48 a, Studiosus doctrinarum. Acad. 24 b, Homo & acutus ut Pœnus, & ualde studiosus. de Opt.244 a, Suscepi laborem utilem studiosis. Quint. Frat.323 a, Is summo studio est Pæonis sui præceptoris. & Tusculan. quæst.181 b, Quibus magis labor in studio est quām ocium. ad At.112 a, Studiosus ac fautor. Item: Attici nostri te ualde studiosum esse cognouì.

Studium, dij. cupiditas, beneuolentia, singularis uoluntas in aliquem, uoluntas in aliquem propensa, animi uoluntas propensa. de Inuen.50 b, Studium est assidua ac uehemens ad aliquam rem applicatam magna cum uoluntate occupatio: ut philosophiæ, poetices, geometriæ, literarum. de Nat. deor.3 a, Vt studia cupiditatesque bonorum ambitionesq; ex omnibus ciuitatibus tollerentur. Item: Vnde hoc philosophandi subitò studium exitit. In Verr.83 a, Cupiditas & studium defendendæ ueritatis. pro Quint. 2 a, Alicuius studio ac cupiditati morem gerere. Attic. 140 b, Me ambitio quædam ad honorum studium duxit. de Orator. 108 b, Incensus studio dicendi. & ad Att.260 a, Top. 121 a, Cum cernerem te ardere studio. de Diuin.109 b, Quorum studio legendi meum scribendi studium uehementer indies incitatur. Offic.13 a, Declaretur autem studium bellicæ gloriæ, quod, &c. Tusc.241 b, Deinde ad uestigandum ueritatem studio incitato. pro Pomp.7 b, Cum classis studio inflammato ad Italiam raperetur. de Cla.Or.163 b. Admirabili quodam ad philosophandum studio concitatus. Attic. 6 b, Summum me eorum studium tenet. & Acad.39 b, Teneri studio alicuius rei. de Orator.93 a, Ego qui ab ineunte ætate incensus sum studio utriusque uestrum, &c. & ibi. Quod ego non superbia feci, neque quo tuo studio rectiori modo atque optimo non obsequi uellem. Offic.42 a, Iuuenes magna spectare, & ea rectis studijs debent contendere. Ar. 260 a, Ardeo studio historiæ. de Orator.164 b, Studium flagrans. Acad.17 a, Ardere studio facere aliquid. de Finib. 77 b, Ardenti studio facere aliquid. de Orator. 91 b, Nobis studium illud dicendi acerrimum defuit. & Attic.5 a, Effer ri studio in aliqua re. & de Natur.d.13 a, Sed elatus studio longior fui. Quint. Frat.295 b, Qui omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. de Clar. 178 a, Adhibere multum studii ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum disciplinas. de Finib. 49 a, Ponere multum studium in aliqua re. de Orator.90 a, Qui in his artibus cognoscendis atque tractandis studium suum omne posuerunt. Tusc. 229 b, Qui in rerum contemplatione studia ponebant. Epist.48 a, Dare studium suum alicui arti. de Orator.102 a, Cohortatione alicuius concitari ad studium cognoscendæ uirtutis. Quin. Fra.295 b, Cui in doctrina, cui in uirtute fuisset & temporis. in Cat.106 a, Diuersa Catilinæ studia in dissimili ratione. pro Planc. 263 a, Hic habuit studia

dia suorum ardentia. & 261 a, Comitijs ædilitijs studium est populi, non iudicium. de Clar.193 b, Ego autem iuris ciuilis studio multum operæ dabam Quint. Scæuolæ. pro Quint.12 b, Studium partium. pro Font. 279 b, Aliquiex ciuilibus studijs atque obtrectatione domestica inimici. & ibid. studiorum suorum obtrectationem sustulissent. pro Clu.32 b. Is uitia quæ ab natura habet, etiam studio atque artificio quodam malitię conducit. pro Cor.63 a, Gaditani ab omni studio sensuque Pœnorum mentes suas ad nostrū imperium nomenque flexerunt. de Amic.104 b, Studium semper adsit, cunctatio absit. de Orator.108 b, Patris studium in filijs erudiendis. de Inuent.75 a, Pro meo studio quod in uos habui semper. Attic.113 b, Tua erga me officia plena tui suauissimi studij. Attic.284 b, Studium eum curaque de salute mea. In Ant.169 b, In illo apparatissimo spectaculo studium populus Romanus tribuit absenti. Epi. 64 b, Tibi policeor eximium & singulare meum studium. & in Catil.123 b, Pro meis in uos singularibus studijs. pro Mur.134 b, Hęc amicorum studia debilitant. & ibid. Amic. studia deponunt. pro Rab.92 b, Cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ, singulari uoluntate Campaniæ uicinitatis ornetur. Atti.126 b, Te hortor pro tuo singulari perpetuoque studio in rempub.ut, &c. Att.177 b, Tibi omnes nauare operam & studium uolunt. de Orat.240 a, Vellem Bruto tuum studium nauare potuisses. & 245 a, Ex omnibus mi Dolabella studijs in me & officijs, quę summa tunt, hoc scito mihi, &c. Quin. Fra.322 b, Cicero noster summo studio est Pæonis sui rhetoris, &c. Ep.10 b, Omnia in te ipsum summa & singularia studia debeo. Quint Frat.315 b, Te rogo, ut omnia tua studia in eum conferas. Att. Pompeius significat studium erga me non mediocre. pro Cæl.47 a, Studia delectationis, ut ludus, iocus, conuiuium.)(. Studia laudis. & Offic.21 a, Neque enim ad ludum & iocum facti esse uidemur, sed ad seueritatem potius & ad quædam studia grauiora atq; ea maiora. de Legib.172 a, Plato studij & delectationis, non reipub. causa scripsit leges. pro Sext. Rosc.26 a, Studium colendi agri à patribus familias maximè laudatur. & ibidem, Studium, quod ad agrum colendum attinet. de Senect.92 b, Sunt pueritiæ certa studia. & 93 a, Sunt extrema quædam studia senectutis. de Finib. 125 a, Suo quisque studio maximè ducitur. Tuscula.182 b, Lacænæ uirgines, quibus magis palæstra, Eurotas, sol, pulueis, labor, militia in studio est quām fertilitas barbara. & pro Sext. Rosc.41 b, Me in eo studio esse confiteor. de Am. 115 b, In studijs cognoscendi semper aliquid atque dicendi, remoti ab oculis populi omne ocium tempusque contriuimus. de Senect 87 a, Studia doctrinæ pariter cum ætate crescunt. & ibid. Si uerò habet aliquid tanquam pabulū studij atque doctrinæ, nihil est ociosa senectute iucundius. pro Cæl. 49 a, An ille uir illa humanitate præditus, illis studijs, artibus, atque doctrina potuisset? &c. pro Cor.55 a, Viri literati ac studijs doctrinisque dediti. de Diuinat.109 b, Tum pristinis orbati muneribus, hęc studia renouare cœpimus. de Fat. 140 a, Hircius hic studijs, in quibus nos à pueritia uiximus, deditus. de Orator.87 b, Quare pergite adolescentes, & in studium, in quo estis, incumbite. de Oratorio 9 b, Homo à iuris studio non abhorrens. Attic. 124 b, In studijs ac literis nostris consumo omne tempus. de Orato. 158 a, Hisce ego cohortationibus Crasse ad studium & ad laborem incitandos iuuenes uehementer assentior: cætera quę collegiti ex uarijs & diuersis studijs & artibus, ab oratoris proprio officio atque munere seiuncta esse arbitror. & 107 b, In omni recto studio atque humanitate uersari. & 93 a, Totius huius uel studij, uel artificij, uel facultatis disputatio. de Legib.187 a, Demetrius & doctrinæ studijs, & regenda ciuitate princeps est. de Legibus 177 b, Ciuitates totas malis studijs malisque doctrinis repentè euerti. Quin. Frat.295 b, Nos ea quæ consecuti sumus, his studijs & artibus esse adeptos, quæ sunt nobis à Græcia traditæ, & 294 a, Vir optimarum artium studijs eruditus. Orato. 200 a, In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ. pro Arch.186 a, Vir eruditissimis hominibus & liberalissimis studijs affluens. ibidem: in studijs humanitatis ac literarum uersari. Orator.85 b, Qui in artium studijs liberalissimis sunt doctrinisque uersati. Attic.65 a, Retuli

me ad literas & studia nostra. pro Cæl.42 a, & ibidem, Studium doctrinæ atque humanitatis. ibid. Adolescens rectissimis studijs atque optimis artibus præditus. pro Archia 186 a, Archias se ad scribendi studium contulit. & 185 b, Ratio aliqua ab optimarum artium studijs & disciplina profecta. pro Muræn.139 b, Cato recentibus præceptorum studijs flagrans. & 130 b, Qui oratores euadere non possunt, ad iuris studium deuenire. de Arusp.247 b, Si cui fortè uideor plus quām cæreri, qui, &c. uersari in studio literarum. Epistol.130 a, Exercere studia literarum. de Finibus 125 b, Vt aliquid suorum studiorum philosophiæ quoque impertiat. & de Diuinat.108 b, Cohortari aliquem ad studium philosophię. de Clar. Orator. 169 a, Extra Græciam magna dicendi studia fuerunt. Offic.1 a, Quoniam in eo studio ætatem consumpsi. de Orator.86 a, Cæterarum artium studia ferè reconditis è fontibus hauriuntur. & 85 a, Studia, quæ reconditis in artibus, & in quadam uarietate literarum uersantur. Ep.9 a, Referre se ad studia literarum. & de Or.85 a, Referre animum ad studia, &c. ad At.282 a, Euigilare in studio. & de Or.146 b, Vacare studijs. Topic. 225 a, Vterque nostrum ad suum studiū studio euoluebat. de Orat 86 b, Græci ocio studioq; abundantes. & Ep.83 a, Plurimo doctrinæ studio. Tusc. quæst.182 b, Quibus palęstra, labor, militia in studio est. de Inuentio.74 b, Voluntas & studium ferè idem. Offic.44 a, Studium & beneuolentia idem. ad At.194 b, Voluntas, studium, cupiditas. Postquam.198 b, Et tum in studijs uestris tanta amicorum declarata est uoluntas, ut, &c.

Stulte. dementer, insipienter, incautè. At. 10 a, Stultè & incautè omnia agi uideo. de Or.134 a. l. Stultus. At.205 a, Et si scripseram ad te nunc stultè. de Legib. Stultè arrogans.

Stultitia, tiæ. fatuitas. Tusc.192 b, Stultitiam enim censuerunt inconstantiam, id est, sanitate uacantem. Tusc.193 a, Ita stirpes sunt altæ stultitiæ. & 206 b, Est proprium stultitiæ, aliorum uitia cernere obliuisci suorum. de N. 6 b, Miserius stultitia nihil dici potest. de Or.95 a, Oratoris peccatum stultitiæ peccatum uideatur, stultitia autem excusationem non habet. de Di.127 a, O delirationem incredibilem non enim omnis error stultitia est dicenda. de Natur. 77 a, Stultitia est, quibus bona precamur, ab ijs dantibus nosse sumere. pro R.P.126 a, Sed hujus facti stultitiā, maior iam superior stultitia defendit. In Verr. Stultitia singularis.

Stultus, ta, tum. fatuus, delirus, mente captus, male sanus, demens, amens, nullius consilij. Epistol.140 b, Stultorum plena sunt omnia. in Anton. 187 b, Vt hominem stultum etiam magis infatuet, mercede publica. In Pison. 92 a, O stultos Camillos, ò amentem Paulum. Orat.203 b, Stulto sapientis orationem effingere. de Orator.134 a, Non stultum quasi stultè cum sale dicere aliquid. pro Font. 278 b, Scultus auditor & credulus.)(. Sapiens iudex. de Sen.84 a, Senex, stultus, credulos, obliuiosus. de Am.114 a, Hæc est in fabulis stultissima persona credulorum atque improuidorum senum. de Orat.156 a, Malo indisertam prudentiam, quām stultam loquacitatem.

Stupefactus. de Or. 147 b, In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur?

Stupeo, es. in Ver.255 a, Confirmant ipsi se, cum is etiā tum semisomnis stuperet. & Attic.108 a, Sed stupent omnes. de Som.128 b, Quæ cum intuerer stupēs, quis inquam, &c. de Fi.80 b, Hæc cum loqueris, nos Varrones stupemus.

Stupesco, scis. de Orator.152 a, Aspicere, admirari, stupescere.

Stupiditas, tis. stupor, tarditas. in Anton.175 b, In quo primum incredibilem stupiditatem hominis cognoscite.

Stupidus, a, um. stupens, bardus. de Pat. 142 a, Zopyrus physiognomon stupidum esse Socratem dixit et bardum. Para. 123 a, Actæonis tabula te stupidum detinet. ad Her. 40 a, Omnes stupidi timore obmutuerunt.

Stupor, oris. stupiditas. Tusculan. 192 b, Immanitas in animo, stupor in corpore. In Anton. 166 a, Sed stuporem hominis, uel dicam pecudis uidete. et 182 b, Qui morbo aliquo uel sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt. pro Dom. 232 b, Eamque animi duriciam sicut corporis, quod cum uritur non sentis, Stuporem potius quām uirtutem

uirtutem putarem. de Aruspic. 244 b, Si autem id non sentit, periculum est, ne se stuporis excusatione defendat. in Ant. 186 b, Qui propter hæsitantiam linguæ stuporemque cordis cognomen ex ignominia traxit, & in P. 79 b, Stupor debilitasque linguæ, tarditas ingenij. in Ant. 173 a, Quis te tantus stupor oppressit, ut non scias, &c. & 166 a, Eito, sit in uerbis tuis hic stupor, quanto in rebus sententijsq; maior.

Stvpro, as. constupro, stuprum infero, stuprum offero, uim affero, pudicitiam eripio, stuprũ cum aliqua facio. Epist. 66 a, Qui tot ingenuas matresfamiliàs stupraui t. & de Finib. 140 a, Virginius interfecit filiam, ne stupraretur. de Finib. 78 b, Stuprata per uim Lucretia à regis filio, &c. pro Dom. 238 a, Qui religiones omnes pollueris, aut ementiendo aut stuprando. de Aruſp. 251 a, Puluinar quod stupratas.

Stvprvm, pri. incestum, omnisq; lege uetita libido. Offic. 59 b, Gyges reginæ stuprum intulit. & Parad. 120 a, In aliquâ domum stuprum inferre. in Pis. 100 a, Clodius stuprum Bonæ deæ puluinaribus intulit. & de Aruspic. 245 b, & de Leg. 171 a, Sext. Tarquinius uim Lucretiæ attulit. & 140 a, Lucretia per uim oblatum stuprũ uoluntaria morte luit. de Nat. 73 a, Qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum. & in Cat. 166 a, Quod nefarium stuprum non per illum. Antequàm 195 b, A me luxuries ac stupra Cæsij pœnas repetunt. Postquàm 306 b, Consul procesit somni, uini, stupri plenus. Tusc. 125 b, Stupra dico & corruptelas & adulteria, incesta denique. pro Dom. 234 b, Ilte qui non solùm aspectu, sed etiam incesto flagitio & stupro polluit cæremonias. Octa. 331 b, Pop. Rom. pro turpi stupro datus in seruitutem. pro Mil. 115 a, Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit.

Stylvs, li. instrumentum, quo in tabulis scribebant ueteres. hinc factum est, ut stylus pro scriptione, uel dictione caperetur. Orat. 97 a, Stylus optimus dicendi effector & magister. & ibidem: Omnia sub acumen styli subeant necesse est. & 197 b, Stylus perfector dicendi ac magister. & de Clar. 273 a, Etiam artifex, ut ita dicam, stylus. & Ep. 107 a, Stylus dicendi opifex. de Orat. 160 b, Hanc legem cùm exercitatione, tum stylo, qui & alia & hoc maximè ornat & limat, formanda nobis oratio est. & ibid. Consuetudo illa sit dicendi atq; scribendi. & 117 b, In summa ubertate inest luxuries quædam, quæ stylo depascenda est. Orat. 210 b, Sed tamen stylus exercitatus efficiet facile hanc uiã cum ponendi. de Clar. 179 b, Orationes Attico stylo scriptæ. & 172 b, Dein cum ociosus stylum prehenderat, flaccescebat oratio. In Ver. 129 a, Veteres stylum in tabulis suis. de Aruſp. 246 a, Cum cætera scelera stylo illo impuro Sextus Clodius conscripsisset. Mucro styli Censorij. l. Mucro. Epi. 85 a, Cum præsertim adhuc styli pœnas dem. de Clar. 173 b, Vnus enim sonus est totius orationis, & idem stylus.

Styx, gis. fluuius. de Nat. 68 a, Et illi qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Styx, Plegeton.

Svada, dæ. Latinè, Græcè πειθὼ. de Cla. 169 b, Suadæque medulla. πειθὼ, quam Græci uocant, cuius effector est orator, hanc Suadam appellauit Ennius. eius autem Cethegum medullam esse uult: ut quam deam in Periclis labris Eupolis sessitauisse scripsit, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. & de Senect. 87 b, M. Cethegus, quem rectè Suadę medullam dixit Ennius.

Svadeo, des. sum autor, hortor, moneo, suasor & autor sum alicuius rei. Ep. 204 a, Hęc eò spectant, ut te hortet & suadeam. reliqua sunt, quæ pertinent ad rogandum. de Pro. 78 a, Nam postea me ut sibi essem legatus non solum suasit, sed etiam rogauit. pro Arch. 188 a, Nisi mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in uita, &c. Attic. 217 b, Tu quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum puto. Epist. 21 a, Nemo est qui sapientius tibi suadere possit te ipso. & 97 a, Primùm cœpi suadere pacem. In An. 195 a, Duo tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæsarem Pompeio suaserim. de Orat. 139 a, In suadendo nihil est optabilius quàm dignitas. Ar. 123 b, Quo in suadendo plus autoritatis haberem. de Cl. 172 b, M. Cato legem suadens, in Galbam multa dixit, & de Sen. 80 a, Cum legem Voconiam magna uoce & bonis lateribus suasissem. At. 139 b, Quod suades, ut petam, &c. id iam pridem ago. & 180 a, De obuiam itione ita faciam, ut suades. 129 a, Memini quid mihi suaseris per Thæophanem Culconẽ, & 249 b, Gaudeo te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie fecerã. in An. 165 b, An ego C. Trebonio persuasũ cui ne suadere quidem ausus essem. pro Mil. 110 b, Suadere rogationem.

Svapte & Suopte. l. Pte.

Svasio, onis. hortatio. (Diffuasio, & Orat. 200 a, Tales suasiones, qualem Isocrates fecit Panægyricum. & de Ora. 139 a, Præcepta quæ de suasionibus tradenda sunt. pro Clu. 47 a, Suasio legis Seruiliæ.

Svasor, oris. consulsor, autor, hortator. (Diffuasor. Off. 64 a, de Orat. 139 a, Atq; huius dedicationis ipse suasor & autor fuit. Attic. 256 a, & 263 a, Etsi quamuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti. & in Anton. 154 b, Quanquam hęc epistola non suasoris est, sed rogatoris. in Ant. 166 b, Nihil interest inter suasorem facti & probatorem.

Svaviloqvens, tis. de Cl. Or. 169 b, Additur orator Cornelius, suauiloquenti ore Cethegus. Ennij. Item de republ. teste Gellio.

Svaviloqventia, tię. de Cl. 169 b, Tribuere suauiloquentiam alicui.

Svavior, aris. osculor, suauium do. de Cla. 169 a, L. Brutus, qui de matre suauiando ex oraculo Apollinis tam acutè coniecit. At. 253 a, Atticam nostram cupio suauiari, ita mihi dulcis salus visa est per me missa ab illa.

Svavis, ue. dulcis, conditus, iucundus. pro Cor. 63 b, Comes, benigni, faciles, suaues, &c. in V. 252 b, Odor suauis, & iucundus. (Terr. de Clar. 168 a, Hic suauis uideri maluit quàm grauis, & suauitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret.

Svavitas, tis. suauitudo, dulcitudo, iucunditas. de Sen. 89 b, Suauitates odorum, qui afflantur è floribus. & Offic. 75 b, Conquirere suauitates undique. de Fin. 56 b, Voluptas quæ suauitate aliqua naturam ipsam mouet. de Or. 101 a, Mira quædam in cognoscendo suauitas & delectatio. & 105 a, Quem omnes amare pro eius eximia suauitate debemus. & de Opt. 243 b, Quædam suauitas coloris. Qu. F. 318 b, Mirifica suauitate uillam habeo. de Diu. 97 a, Responsum est singulari illum suauitate orationis fore. pro Cæl. 41 b, Suauitas humanitatis. in A. 182, Quidam morbo aliquo & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt. de Am. 108 b, Accedat huc suauitas quædam oportet sermonum atque morum, &c. de Or. 146 b, Suauitas sermonis Atticorum & Romanorum propria.

Svaviter. dulciter, iucundè. de Ora. 146 b, Suauiter loqui. & de Cl. 174 b, Solutè & suauiter dicere. Ep. 256 a, Epistola copiosè & suauiter scripta. & de Fi. 60 b, Et iucunda iucundè ac suauiter meminerimus. Acad. 25 a, Video quam suauiter uoluptas sensibus blandiatur.

Svavitvdo, nis. suauitas. ad Her. 20 a, Suauitudo pronunciationis.

Svavivm, uij. osculum. Att. 259 a, Atticæ, quoniam hilarula est, meis uerbis suauium des.

Svb. in post. de N. 45 a, Homines sub terra habitantes, qui nunquam existent supra terram. de Or. 133 b, Gallus captiuus sub nodis distortus, eiecta lingua, buccis fluentibus, contra Rull. 89 a, Non paruum sub hoc uerbo furtum latet. de Finib. 81 a, Quod non sub dubia utilitatis ratione effici soles. Postq. 204 b, Qui cum per se rempub. lacerare non posset, sub alieno scelere deleuit. de Vn. 201 b, Nullo posito sub oculis simulachro. In An. 242 b, Sub nomine pacis bellum latet. de Am. 132 b, Sed ille sub Gnatonis persona, &c. ad Her. 39 a, Subijcere aliquam rem sub aspectu omnium. Topic. 225 b, Quod sub ea causa subiectum est. pro Dom. 223 a, Vt Cyprius rex sub præcone subijceretur. de Fin. 102 b, Prima illa, &c. sub iudicium sapientis & delectum cadunt. de Vn. 197 b, Cœlum sub aspectum & tactũ cadunt. de Vn. 196 b, Quod in cernendi sensum caderet. & cadit. de Vn. 196 b, Quod in cernendi sensum caderet. & ibid. Quæ sub aspectum cadunt. & 199 a, Sub intelligentiam cadens. Acad. 19 a, Res subiectæ sensibus, & subiectæ sub sensus. de Nat. 47 b, Et natos geminos inuises sub caput arcti. Qu. Fr. 318 a, Vaporarium ex quo ignis erumpit, est sub tectum cubiculi. & ibid. Sub grande cubiculum. I. A. 64 a, Negociumque transegisses, nisi se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset. Qu. F. 306 a, Senatus fuit frequentior, quàm putabamus esse posse mense Decembri, sub dies festos. Epi. 114 a, Sed nõ statim sub mentionem & comicium obtrectatorum. & 153 a, Sub eas statim recitatæ sunt tuæ. l. post eas. de Or. 106 b, Qui eius artis arrogantia subnixi ambulant. Att. 141 b, Sub posteaquam literas ad te dedi. ad Atr. 135 a, ὑπὸ τὴν ἑσπέρας, id est, sub crepusculum uespertinum. de Cl. 188 b, Cato sonabat subagreste quiddam, planeq; subrusticum.

Svb manu. id est, præstò, in promptu, ad manũ ut dicitur. Epi. 147 a, Adiunxi hæc, & cætera. Vocentij sub manu ut essent, per quorum loca fideliter mihi parator iter. Planci.

Svbabsvrdvs, da. de Orato. 134 a, Subabsurdum tempus. de Or. lib. 2. Sunt etiam illa subab surda.

Svbabsvrde. ibid.

Svbaccvso, as. pro Fl. 277 a, Nunc meum discessum quasi re prehendere & subaccusare uoluisti. Item At. 256. Addebat etiam me desiderari, subaccusari. & lib. 13. Subaccusa quęso Vestorium.

Svbactio, onis. culcura, exercitatio. de Ora. 120 b, Subactio autem est usus, auditio, lectio, literæ.

Svbactvs, a, um. mollitus, cultus, exercitatus. pro Font. 276 a, b, Galli à nostris imperatoribus subacti & bello domiti. & 281 a, Victi & subacti populi. de Or. 120 b, Subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, seu nouato & iterato. de Sen. 87 b, Terra gremio mollito & subacto semen sparsum excipit. & 89 b, Humus subacta atq; pura.

Svbagrestis, ste. de Cl. 188 b, Sonare subagreste quiddam, planeq; subrusticum.

Svbamarvs, a, um. de Fat. 141 b, & de In. 47 b.

Svbarroganter. Ac. 28 b, Vereor ne subarroganter facias, fidixeris, &c.

Svbavscvlto, as. l. Auſculto.

Svbcisivvs, a, um. dicitur uel tempus, uel opera, quæ à quotidianis & assiduis quasi subciduntur, subtrahuntur q;, & raptim quasi furtim ad alia accommodantur. de Orat. 142 a, Quæ ego sero, quæ cursim arripui, quæ subcisiuis operis, ut aiunt. de Leg. 157 b, Subcisiua quædam tempora incurrũt, quæ ego perire non patior. in Ant. 164 b, Nec amicis unquã defui, & tamen perfeci operis subcisiuis, ut meæ literæ nomini Romano laudis aliquid afferrent.

Svbcontvmeliose aliquem tractare. At. 26 b.

Svbcrispvs. In Ver. 130 b, Videtis illum subcrispo capillo, nigrum? l. Ruber.

Svbdebilitatvs, ta. At. 172 a.

Svbdifficilis, le. de Am. 109 a, Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis.

Svbdiffido, dis. dubito, subdubito. At. 247 a, Quo die audiuisse illum tyrannum in concione clarissimum uirũ appellari, subdifficere cœpi.

Svbditivs, a, um. factus, subornatus. in Ver. 249 b, Subditius archipirata.

Svbditvs, a, um. de Nat. 31 b, Aquæ quæ efferuescunt subditis ignibus. in V. 78 b, Subditum in locum alterius.

Svbdo, dis. substituo. Ep. 156 b, Te rogo in Hircij locum subdas. & pro Dom. 230 a, Quis in meum locum iudicem subdidit?

Svbdocẽo, ces. ad Att. 121 b, Ciceronesq; nostros meo potius labore subdoceri, quàm me alium magistrum quærere.

Svbdole & uersutè. de Cl. 167.

Svbdvbitare. At. 230. Ep. 24.

Svbdvco, cis. subtraho, remoueo. Quin. Frat. 324 a, Cato diruptis tabellis de circulo se subduxit. pro Do. 217 a, Cato quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras. de Finibus 115 b, Neque intelligunt se ferum illarum fundamenta subducere. de Inuen. 89 a, Subducere id quo nititur aduersariorum causa. Tusc. 183 b, Subduc cibum athletæ, ferre non poterit. Offic. 61 b, Classem Lacedæmoniorum quæ subducta esset, ad Gytheum clãm incendi posse. Epi. 12 a, Subducere rationes. Item: Rationibusque subductis summam feci cogitationum meaꝰ. de Fin. 77 a, Voluptatum ne calculis subductis præliũ ineunt. At. 83 a, Subducamus summam. & ibidem: A sident, subducant ad nummum, conuenit. de Na. 74 a, Inita subductaque ratione nefaria scelera meditari. At. 83 b, Hoc quid interfit si tuos digitos noui, certè habes subductum.

Svbductio, onis. subtractio. de Or. 120 b.

Svbdvrvm est, &c. Qu. de Pet. 212 a.

Svbeo, bis. adeo, ingredior, succedo, obijcio. excipio. pro Dom. 227 b, Non peccato meo nomen exulis subeo, sed re iudicata. pro Sext. Ro. 2 b, Licet omnia in me pericula impendeant, succurram atque subibo. Ante quam 196 a, Quæ omnia mihi subeunda sunt. Ar. 280 a, b, Summa supplicia subeunda nobis sunt. pro Quint. 102 a, Subire vultum superbissimum inimici. ad Brut. 289 a, Subire famam temeritatis. & 234 b, Subire uituperationem. Attic. 129 a, Subire tristitiam temporum. de Orator. Subeundus sus omnium, periclitandæ uires ingenij. de Natur. d. 60 a, Ne quid inuidiæ subeatur aut criminis. pro Dom. 230 b, Subire vim & iracundiam populi incitati. Qu. Frat. 324 b. Subire periculosas inimicitias. Parad. 235 b Subire periculum pro amico. Offic. 17 a, Adire pericula. pro Muren. 124 b, Ingredi pericula, subire tempestates reipublicæ. de Aruſp. 252 b, Subire iram deorum. pro Dom. 233 b, Eandem pœnam ego subibo & sustinebo. de Pro. 75 b, Vnum pro vniuersis subire atque excipere tela. & 77 b, Quamuis excipere fortunam, subire vim, &c. de Orator. 97 a, Omnia subacumen styli subeant & succedant necesse est. in Pis. 88 b, Subire sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas. & 98 a, Ciuitates etiam nefarias libidinum contumelias turpitudinesque subierunt. 3. Verr. si pupilli calamitas, propinquorum lachrymæ, D. Bruti, cuius prædia subierunt periculum, &c. pro Rosc. Amer. Quoniam quidem semel suscepi, licet hercules undique omnes terrores, minæ, periculaque impendeant omnia, succurram atque subibo. ad Attic. lib. 8. Eundem, vt quemcunque fors tulerit casum, subeam potius cum ijs qui dicuntur esse boni, quam videar à bonis dissentire. ad Attic. lib. 11. Quanquam quid mea interfit, ut eorum odium subeam non intelligo. I. V. 62 a, Poteris ne eius orationis subire inuidiæ? & rectè, etiamsi quidam, inuidiam legant, nam & Asconius inuidiæ legit. Brut. Eandem calamitatem subirent liberi bonis publicatis, &c. pro Cl. Ne autem nimium multi pœnam capitis subirent, idcirco illa fortitio comparata est. Atticum 11. Minus sermonis subissem, minus accepissem doloris ipsum hoc me non angeret. Attic. 3. Istos labores, quos nunc in suffragijs suscipis, non subisses. 15. Fami. Subieris inuidiam, pericula, omnes meas tempestates. 3. Offic. Qui retinendi officij causa cruciatum subierit voluntarium? Tuscu. 5. Subire quamuis carnificinam prius, quàm, &c. 1. ad Q. F. 52. Subire dimicationem. Tus. 2. Subire dolorem. 11 Phi lip. Subire facinus alterius. 14. Famil. Subire fortunam. 3 Offic. Omnia incommoda subire uel externa, uel corporis, uel etiam ipsius animi, quæ vacent iustitia. Qu. Frat. 3. Infamiam sempiternam subire. 1. Ver. Inuidiam orationis subire. de Aruſp. Subire iras deorum. Part. Subire iudicium. 7 ad Attic. Subire malum. pro Dom. Exulis nomen subire. 3. Offic. Noone inutile est, vitiorum subire nomina? Cælius Ciceroni, lib. 8. Curio omnia potius subire constituit, quàm id pati. de D. Poteris ne orationem eius subire? 3. Offic. Dupli pœnam subire. 6. Fam. Subire potentiam aut victoriam. 11. ad Attic. Subire sermonem. Brut. Supplicia subire. pro Cor. Balbo, Pro ciuitate tela ac pericula subire. 2. in Catil. Tempestatem inuidiæ subire. de Pro. Vim subire atque iniuriam malui, quàm aut à uestris sanctissimis mentibus disidere, aut de meo statu declinare. pro Cec. Qui si in ciuitate legis vim subire vellent, non prius ciuitatem, quàm amitterent. 14. ad Att. Postremò se libẽter vituperationem subire, quòd amaret etiam mortuum Cęsarem. 7 Ver. Inimicitiæ sunt? subeantur: labores? suscipiantur. 2 Tus. Quæ ut effugias, qui est non modò non recusandus, sed ultrò appetendus, subeundus, excipiendus dolor? in Cat. Sin remissiores esse voluerimus, summæ nobis crudelitatis in patriæ ciuiumq; pernicie fama subeunda est. ad Teren. lib. 14. Quando subeunda fortuna est? pro Fl. Existimabam L. Flacco multitudinis potius imperitæ, nullo tamen cum periculo, quam sapientissimorum & lactissimorum uirorum iudicium esse subeundum.

Svbgrandis, de. Q. F. 317 a, Sub grande cubiculum.

Svbhorridvs, a, um. horridulus. pro Sest. 7 a.

Svbiectio, onis. de Orato. 161 b, Rerumque quasi gerantur sub

sub aspectum penè subiectio. ad Heren. 29 b, Subiectio rationis. & 11 a, & 31 b, Subiectio quæ est exornatio quędam uerborum.

SVBIECTOR testamentorum. qui falsa pro ueris testamenta subijcit & supponit, ut in alienas hæreditates inuadat. in Cat. 105 b.

Verr. Innito despondit ei filiam suam illam quam ex genero susceperat. pro Clue. Suscipiam omnem istam actionem Act. lib. 14. Suscipe causam Senatus, ut, &c. 2. Verr. ad Atti. lib. 3. Attende enim paulisper, & cogitationem sobrij ad punctum temporis suscipe. 2 Philipp. 106 a, Suscipe me. 5 Famil. Vatinij. Id est, mei defensionem, uel me defendendum. Suscipe meam deliberationem. 14 ad Attic. Quòd ad Tironem de Terentia scribis, obsecro te mi Attice, suscipe totum negocium, ad Attic. lib. 12. Quæris ut suscipiam cogitationem, quidnam istis agendum putem, ad Atti. lib. 14. Istuc me rogari oportet abs te, an te potius à me, ut pro mea salute laborem, periculumq; suscipias: pro Mur. 142 b, Tu etiam atque etiam uide quid suscipias, quid sustinere possis. 11 Famil. M. Bruti & Cassij: Vt si meas rationes unquam uestræ saluti antepofuissem, sempiternam pœnam sustinerem mea uoluntate susceptam. post Redit. ad Quir. 198 a. Ego A. Varroni diligentissimè te commendaui, ut susciperet te totum ac tueretur. 16 Famili. Admirabantur boni uiri, accusabant amici, quod spe pacis legationem suscepissem. 12 Philip. Sin & ea quæ ante gesseram, &c. & illam miseram profectionem uestræ saluti gratia suscepissem, &c. ad Quirit. post redit. Aliquid culpæ suscipere, pro Cluent. Suscipere beneuolentiam. 3. Famil. Suscipere calamitatem, Post red. in Sen. Casum propter fidem constantiamq; suscipere, 2. de Finib. & 3 ad Att. Causam alicuius suscipere, ad Attic. lib. 3. Suscipere nimias celeritates. Offic. 1. Suscipere consilium, 6. Famil. Suscipere culpam, uel crimen culpæ, pro Mur. & pro Plãcio, & 7 Verrin. Suscipere curam, 7 ad Attic. ad Brut. Suscipere dolorem, Tusculan. quæst. libro. 1. & lib. 3. & pro Sest. & pro Dom. sua, Errorem & superstitionem suscipere, 2. de Diuin. Quo tandem Habitus meu ad ductus, tantum in se facinus suscipere conatus est? pro Cluent. Id est, admittere. Suscipere fraudem, in Pis. Suscipere gemitum, in Vatin. Suscipere impuritates. 2. Philipp. Qui nalentissimum Antonium suscipere pro rep. non dubitauit inimicum? Brut Attico: Suscipere inimicos, pro Pianc. & in Catil. Suscipere inimicitias aliculius. 3 Famil. Inimicitias propter alicuius salutem suscipere, de Aru. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumptus suscipere uolunt. 1 Offic. Suscipere insignia belli. 6 Philipp. Suscipere inuidiam uel offensionem. 4 In Ver. Suscipere labores diurnos nocturnosq;, Cat. Suscipere maximos labores molestiasq;, Offic. 3. Suscipere multos labores magnosq; inflammatum spe potiundi uoluptatum. de Finib. lib. 1. Suscipere luctũ, squalorem, sordes, pro Sest. Multum negocij suscipere, 5 Verr. Negocia atque controuersias aliculius suscipere, pro Cec. Oaus Atque munus suscipere & profiteri, 1 de Orat. Cæteri nõ uidentur i singulis hominibus multa parricidia suscipere posse, &c. pro Cluent. Suscipere partem alicuius, pro Mil. Suscipere partes defensionis, quærelæ, &c. pro Sest. Suscipere partem uitiorum, Tusculan. quæst. libro. 4. De triumpho ortari, suscipere partes suas, &c. Attico. 7. Intelligoque multas partes meæ salutis & suscipere, & posse sustinere, ad Attic. libro 3. Parrocinium uoluptatis suscipere. 3. de Orat. Suscipere aliquam personam. 10 ad At. Suscipere πολίτευμα de pace. 9 ad Attic. Suscipere πρόβλημα, 7 ad Attic. Suscipere propugnationem pro re aliqua. 5 Famil. Suscipere Rempub. pro Mil. & 3 Philipp. Suscipere sacra, In Vatin. Suscipere salutem Reip. contra aliquem. pro Sest: Suscipere simulatem & contentionem, pro Dom. sua. Maximam turpitudinem suscipere uitæ cupiditate, 3 Philip. & pro Syl. Qui etiam nũc agendi aliquid discendique causa propè contra naturam uigilias suscipere soleamus. 5 de Finibus Suscipere uim. pro Mil. Suscipere uituperationem. 16 ad, Atti. Exilium quod uirtute suscipitur. Antequam. Eodem enim tempore & suscipimur in lucem, & ex hoc cœlesti spiritu augemur, de Ar. respon. Quæ docti, ut dixi, à Græcis petere mallent, indocti ne à nobis quidem accipiunt, ut fruftrà omnis suscipiatur labor. In Ant. Magna mehercule causa, Iudices, absolutionis cum cæteris causis hæc est, nequa insignis huic imperio macula atque ignominia suscipiatur. pro Pomp. 21 a, Dolores suscipiantur maiorum dolorum effugiẽdorum gratia, lib. 1. de Fini. Atque utinam susceptus non essem, ad

Att. lib. 11. Id est, editus non essem in lucem. Si uerò non futurum quidem sit, fruftrà suscipi miseriam uoluntariam, ? Tuscul. Tantumne igitur laborem, tantas inimicitias, tot hominum suscepturus es? 7 Ver. Illud tibi persuadeas uelim, me omnia, quæ ad tuã dignitatem augendam pertinebunt, &c. summo semper studio suscepturum. ad Brib. 11. Iter Asiatci cum puto tibi suscipiendum fuisse, Attic. lib. 4. Sequitur enim de iure belli in quo & suscipiendo & gerendo & deponendo ius ut plurimum ualet. 2 de Leg. In contentione suscipiendarum inimicitiarum ridiculum est putare, &c. 1. Ver.

Svsciro, as excito, incito exuscito. pro Qu. R. 312, Teab tuis subsellijs cõtra te testem suscitabo. Antequam 195 a, Qui nouam rationem suscitant, ueteres maiorum obtersit laudes. Ep. 169 a, Suscitare bellum ciuile. de Ora. 133 a, Iubebis igitur, inquit, te suscitari?

Svspectvs, a, um. in quo subest suspicio alicuius rei solicitus, habens suspicionem alicuius rei. pro Pl. 170 a, de Am. 106 a, In uita tyrannorum omnia semper suspecta atq; solicita. I. C. 100 b, Si me meis ciuib. tam grauiter suspectũ atque infensũ uiderem. Tusc. 190 a, Medicina animi multis suspecta atque inusa. Ep. 18 a, Quanquã me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo. pro Qu. 2 b, Cum sæpe suspectus Quintio Nævius fuisset. Off. 71 a, Cum filius patri suspectus esset de nouerca.

Svspendivm, dij. in V. 177 a, Vt homines iniuriæ remediũ morte ac suspendio quærerent.

Svspendo, dis. ceruices frango. I. V. 159 b, Hominem corripiac suspendi iussit in oleastro quadam. & 176 b, Dioclem hominem locupletem suspendisse se constat. & de Orat. 134 b, Suspendere se de fico. pro Rab. 92 b, Caput obnubito, arbori infelici suspendito. Top. 222 a, Opus quod ita ædificatum est, ut suspendi non possit: id est, fornix.

Svspensvs, a, um. incertus. solicitus, pendeo. pro Dom. 132 a, Tota ciuitas suspensa atque solicita est. & Attic. 332 a, Suspenso Animo solicitoque sum. contra Rull. 65 a, Ciuitas solicita suspicione, suspensa metu, perturbata seditionibus. contra Rull. 79 b, Suspensus & incertus obscura spe & cæca expectatione pendeo. & pro Cluent. 28 b, Suspensus incertusque uultus. pro Cluent. 192 a, Ne diutius suspensa oratione mea expectatio uestra teneatur, aggrediar ad crimen, &c. de Clar. 182 b, Iudices oratione suspensos teneri. Attic. 154 b, Tu tuum consilium esti non in longinquum tempus differs, tamen suspensum me detinens. I. V. 238 a, Cum seruitiorum animos in Sicilia suspensos propter bellum fugitiuorum uideret. de Orator. 105 b, Suspenso & occupato animo Crassum tibi respondisse uidee. Epistol. 40 b, Suspensus expectatione rerum. & 258 a, Suspenso animo expecto, &c. Epistol. 171 b, Omnia sunt suspensa propter expectationem legatorum. Epistol. 147 b, Tenere aliquem suspensum de aliqua re. Epistol. 69 b, Viuendi suspensas habere rationes. Tusculan. 189 b, Equi Pelopis, qui per undas currus suspensos rapuisse dicuntur. contra Rul. 85 b, Roma cœnaculis sublata atque suspensa. Att. 42 a, Maneo Thesalonicæ suspensus, &c. Ar. 254 a, Existimabam μετέωρος esse, & herculè erat, & maximè de ludis. In Ant. 209 b, Animus aberrat à sententia suspensus curis maioribus.

Svspicio, cis. aspicio, ueneror, admiror. de N. 26 b, Cũ cœlum suspeximus, cœlestiaq; cõtemplari sumus. & 35 b Epicurus cœlum non suspexit. & 61 b, Tusc. 242 a, Hæc ille intuens acq; suspiciens, uel potius omnes partes horas q; circunspiciens, considerat, &c. de D. 123 b, Ille autem nec suspicit, nec circunspicit. Acad. 20 b, Pisces qui neq; uidẽtur à nobis, & nunc quidem sub oculis sunt, neq; ipsi nos suspicere possunt. In Arat. de Ar. 248 a, & de Som. 126 b, Suspicere in cęlũ. Offi. 34 a, Suspicere uirtutem aliculius. Or. 205 b, Eloquentia, quam suspicerent omnes: quã admirarentur, quam assequi se posse diffiderent. & de Diu. 139 a, Aeternam naturam esse suspiciendam admirandamq; hominum generi. Ep. 149 a. Sic honores muneraq; uestra suspicio, ut, &c. de N. 47 a, Eius cum totius est præclara species, in primis suspicienda est capitis figura.

Svspicio, onis. coniectura, scrupulus, metus, scientia incerta, opinio. ad Her. 37 a, Attic. 126 b, Cum ad te literas misi-

sissem, suspicionem nullam habebam, te reipublicæ causa mare transitturum. & 253 b, Hæc nauigatio habet quasdam suspiciones periculi. de Ora. 134 b, Salsa sunt etiam, quæ habent suspicionem ridiculi absconditam. & ibidem. Quæ suspicionem & crimen efficiunt. Epistol. 214 a, Deponere suspicionem, quam de aliquo habeas. Epist. 45 a, Ne cui suspicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem. de Ar. 252 a, Multi sunt in quos huius maleficij suspicio cadat. & Attic. 207 a, In quem ne si insidijs quidem ille interfectus esset, caderet ulla suspicio. de Orat. 139 a, Vitanda est ingenij ostentationisque suspicio. Att. 106 b, Suspicionem mihi tua taciturnitas acularet. & ad Heren. 32 b, Occulte facere suspicionem. pro Cæl. 39 a, Quo ad M. Cælij dare potui suspicioni locum. In V. 206 a, & In A. 155 a, Quos doleo in suspicionem populo Romano uenire. & In Vat. 29 a, Etiam si falso uenisses in suspicionem. pro P. Sest. 42 a, Qui non modò a facto, sed etiam à conscientiæ suspicione abest. pro Cæl. 48 b, Possum omnes latebras suspicionum peragrare dicendo. contra Rull. 65 a, Ciuitas solicita suspicione, suspensa metu. Attic. 177 a, Audiuimus eum uenisse in suspicionem Torquato de morte Pansæ. pro Flacc. Decianus qui tibi in suspicionem nullo suo delicto uenit. & ibidem. Nunc facis suspicionem. pro Cluent. 55 b, Omnis suspicio in eos seruos commouebatur. & Epist. 27 a, Mouere suspicionem alicui. I. V. 237 a, Leonidæ cuiusdam familia in suspicionem est uocata coniurationis. pro Cluen. 44 a, Non omnes in culpa sunt ac suspicione ponendi. pro Clar. 56 a, Noui quidam homines in suspicionem uocati sunt. pro Clu. 39 b, Cùm tam atrocis rei suspicio esset iniecta, & contra Rull. 82 a, Tenuissimam suspicione hostium iniecta. pro Cluent. 54 b, Ea res satis firmam ueneni suspicionem non haber, ersi esset suspiciosum, tamen ad me non pertineret. pro Mil. I. A. 182 a, & 15 a, Incidere in suspicionem regni appetendi. Quin. Fra. 292 a, Qui tibi nunquam in suspicionem auaritiæ uenerit. I. V. 248 b, Iudex bonus esse nemo potest, qui suspicione certa non mouetur. Antequam. 196 a, Expurgare, suspicionem dimouere. pro Cluent. 32 b, Canutius qui quodam odore suspicionis Stalenum corruptum esse sensisset. pro Quint. 12 a, & pro S. R. 23 a, In qua re nulla subest suspicio. pro Plan. 260 a, Sed etiam largitionis recipienda suspicio. de Or. 123 a, Opinionem istorum studiorum & suspicionẽ artificij apud iudices oratori aduersariam esse arbitror. pro Planc. 270 a, Quanquã ne id quidem suspicionem factionis habuerit. de Orator. 119 b, Dicam enim non reuerens assentandi suspicionem & At. 128 b, Fugere suspicionem perfidię. cõtra Rul. 64 a, Hæc à me suspicionibus & coniectura coarguuntur. de N. 14 a, Esse gentes immanitate sic efferatas, ut apud eas nulla suspicio deorum sit. de N. 72 b, Hoc non modò comprehendere animo, sed ne suspicione quidem possunt attingere. At. 127 b, Suspicione assequi aliquid non posse. de Cl. 168 a, Suspicio est illum ueneno sibi conscuisse mortem. Qu. Fr. 195 b, in quib. non potest residere inertiæ ulla suspicio. In Ant. 159 a, Atque utinam ut culpam, sic suspicionẽ uitare potuisses. In A. 235 a, At suspicioni crimen, aut materiæ dedisse uidebimur. & 161 b, In eandem suspicionem cadere collega tuus non potest.

Svspiciosè. credibiliter, criminosè. pro S. R. 27 a, Criminosè & suspiciosè dicere & arguere. & pro Deiot. 146 b, Suspiciosius dicere. de Cl. 176 b.

Svspiciosvs, a, um. habens suspicionem, criminosus. I. V. 250 b, Te conscienciæ timidum suspiciosumque faciebat. Qu. Fr. 292 a, Esse nimis durũ & suspiciosum in tuos. Ep. 6 b, Etiam ipso suspiciosissimo tẽpore Caninianio. pro S. R. 21 b, Quod adhuc est suspiciosum, res ipsa perspicuum faciet: id est, dubium & obscurum. Part. 240 a, Suspiciosum crimen. & ad Her. 8 a, Rem perspicuam non suspiciosam uideri oportere. pro Fl. 160 a, Suspiciosa & maledica ciuitas. & 147 b. Suspiciosissima ciuitas. pro Cl. 54 a, Ea res satis firmam ueneni suspicionem non habet, ersi esset suspiciosum, tamen ad alios potius quam ad Habitum pertineret. de Cl. 176 a, Qui suspiciosius aut criminosius diceret, audiui nemimem. de Am. 108 b, Esse suspiciosum, & semper aliquid existimantem ab amico esse uoluatum.

Svspicor, aris. opinor, puto, suspicione assequor, suspicione attingo, suspicionem habeo. Att. 109 a, Scribe non modò si quid scies, aut audieris, sed etiam si quid suspicabere. Att. 201 a, Suspicabar, uel potius intelligebam nihil esse. &c. Ep. 5 b, Valde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas. Ar. 283. Suspicor illud tibi non probari, quod &c. At. 280 b, Quod uelim temerè de illo suspicati sint homines. & 248 a, Nihil eram suspicatus de tabulis. pro S. R. 37 b, Qui de eius scelere suspicari nihil potuerunt. de Cl. 169 b, Tantum modo coniectura ducor ad suspicandum. & ib. Ex monumentis suspicari de aliquo. pro Syl. 176 a, Defendit eum de quo nihil est suspicatus. de Or. 91 b, Nos in amicorum negocijs res ipsa antè concipit, quàm possemus aliquid de tantis rebus suspicari. pro Cl. 23 a, Suspicari aliquid mali. At. 121 b, Autoritate tua permotus, ut suspicor, quid enim aliud putem? de N. 7 b, Deus, in quo neque figuram, diuinam, neque sensum quisquã suspicari potest. & 8 a, Nec Protagoras quicquam uidetur de natura deorum suspicari. Epist. 11 a, & 60 a, & de Fin. 93 a, Certi homines quos iam suspicari debes. Or. 209 a, Verũ hæc uis quã quærimus quãta sit suspicemur, quoniã exempla nõ habemus. de Or. 144 a, Vt maius quiddã de L. Crasso, quã quantum à nobis exprimetur, suspicetur. de Cl. 192 b, Ijs tu comparas hominem Tus. non dum suspicantem quale esset copiose & ornatè dicere. pro Mil. 113 a, Ciues de rep. optimè meriti, in quib. homines nõ modò res præclarissimas obliuiscuntur, sed etiam nefarias suspicantur.

Svspirivm, rij. gemitus, etiamsi sit aliquid discriminis, utrum que tamen doloris est indicũ. At. 16 b, Quẽ nemo aspicere fine suspirio posset. & Tu. 225 a, Sine cura, sine suspirio.

Svspiro, as. Att. 16 a, Neminem habeo quo cum aut iocari liberè, aut suspirare familiariter possim. de Diui. 89 a, Suspirantibus curis.

Svsqve deque, id est, non laboro, nõ sum solicitus. At. 224 a, Nam de Octauio susque deque. Ep. 110 a, Trahantur per me pedibus omnes rei non laboro.

Svstentatio, onis. dilatio. de In. 80 b, Deinde utrũ statim fieri necesse sit, utrum habeat aliquam moram, & sustentationem.

Svstento, tas. sustineo, nitor. de Pro. 7 1 b, Qui se etiam nũc subsidijs patrimonij aut amicorum liberalitate sustentant. & Post. 206 a, Qui egestatem domestico latrocinio sustentant. & pro Cael. 45 b, Egestatem aliculius suis sumptibus sustentare. Ep. 56 b, quorũ opibus casus meos sustentabam. & pro R. P. 123 a, Fide sustentare amicos. Tusc. 160 a, Per animum ipsum tam natura hominis uitam sustentari, quàm uitis, quàm arboris. Tusl. 157 b, In quo animus nulla re egẽs aletur & sustentabitur ijsdem rebus, quibus astra sustentantur & alantur. Ep. 82 a, Tu uelim te tua uirtute sustentes. Epi. 95 b, Sustentare ac tueri imbecillitatem. ualetudinis. Ac. 60 b, Literis sustentor & recreor. pro Flac. 146 b, & de Clar. 196 a, Spes, quæ hominum mentes cogitationesq; sustentat. & pro Mil. 111 a, Ea consolatione sustentor, quam, &c. Item, Nunc me una consolatio sustentat, &c. pro Mur. 124 b, Is cui resp. à me una traditur sustinẽda magnis meis laboribus sustentata. de Or. 105 b, Cùm is iurisconsultus fuerit superior discessurus, qui esset non iuris ciuilis scientia, sed eloquentia sustentatus. de D. 137 a, Animi uigilantũ sustentantur membris, & corpore, & sensibus: quæ cum subtracta sunt, &c. pro Fl. 148 b, Noster autẽ restis ut se ipse sustentat, ut omnia uerba moderatur. Ep. 70 b, Sustẽtare se conscientia optimorũ cõsiliorum. I. P. 98 a, Cũ sustentare uix posses mœrorẽ tuũ doloremq; decessionis. I. C. 110 a, Id malũ opprimi sustẽtando & prolatando nullo pacto potest, quacunq; ratione placet celeriter uobis iudicandũ est. Qu. Fr. 310 a, Aedificationẽ arcani ad tuum aduentum sustentari placebat. At. 41 a, Me uix miserè sustento, &c. At. 83 b, P. Valerium negat habere quicquam. Deiotarus rex cumq; ait à se sustentari. Atti. 144 a, Me adhuc cuæ literæ sustentarunt. At. 156 b, Præclara conscientia sustentor. Qu. F. 308 b, Cato à Crasso sustentatur. Q. Fr. 326 a, Angor mi frater, nostrum hoc tempus ætatis aut forensi labore iactari, aut domesticis literis sustentari. Offic. 51 b, Valetudo sustentatur notitia sui corporis.

Svstineo, nes. sustento, fero, tolero, tueor, corruere non si-

UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital Real

no,fulcio,labentem excipio,contineo.de Na.77 a,Pateræ coronæque, quæ simulachrorum porrectis manibus sustinebantur. Attic.138 b,Corpore uix sustineo grauitatem cœli huius.Attic,130 b,Neque solum cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris.pro Quint, 11 b,Alicuius quotidianum conuicium sustinere.de Or.118 a,Tres personas unus sustineo summa animi æquitate, meam,ad uersarij, iudicis. de Cl. 174 b,Rutilius magnum munus de iure respondendi sustinebat.pro S. R. 37 a, Suscipere aliquod onus,quod sustinere non possis. I. V. 193 b,Fungi ac sustinere aliquid muneris in rep. & Epistol. 24 a, Sustinere onera in rep.Attic. 177 a, Nihil est mali, quod non & sustineam & expectem. & de Clar.156 b, Sustine aliquem dolorem præter cæteros. Antequam 193 a,Vt leuis sit labor defensori sustinendus. In C.102 a,Vix molem istius iniuriæ sustineo,I.C.122 a, Omnis opera equestris, artificum frequentia sustinetur, alitur ocio. pro Fl. 153 a, Est enim credo is uiriste, ut ciuitatis nomen sua authoritate sustineat.Tusc.231 a, Ferre & sustinere seruitutem. pro Dom. 233 b, Eandem pœnam ego subibo & sustinebo. Post.198 a, Sempiternam pœnam sustinerem, &c.Epist. 14 a, Fronte ac multu quibus simulatio facillimè sustinetur.Epist.62 b, Quæ, &c.omnibus meis uiribus sustinebo.Ac.43 a, Sustinebimus nos,& spe qua iubes nitemur. & I.V.150 a, Hac prouincia alimur & sustinemur. Post. 206 a, Quorum mentes angustæ & humiles magnitudinem tanti imperij sustinere non possunt. pro Dom. 213 b, Hi tales uiri, qui non solùm consilijs suis, sed specie ipsa dignitatem reip.sustinent.& 242 a,Remp. in hac causa uestris ceruicibus sustinetis. pro Cæl.47 a, Fieri non potest ut quisquam tantum onus non modò agendo uerumetiam cogitãdo possit sustinere.de Am.110 a, Tantum cuique tribuendum est, quantum quisque potest sustinere. Item ibid. Deferre aliquid ad alterum quod ille non possit sustinere. Epist.145 b, Interim maximam hic felicitudinẽ curamque sustineo. Ep.84 a,Quia nõ putat se sustinere causas posse multorum. I. V. 161 a, Cuius mortis caulam fugitiui sustinẽt.& Ac.101 b,Sustinere culpam alicuius rei. Ep.185 a, Brutus enim Mutinæ uix iam sustinebat.In Ver. 78 a, Iudices sustinebunt tantæ populi Romani uoluntati resistisse,sustineant?Epist. 18 a,Sustinere expectationem sui concitatam. 20 a, Sustinere beneficia in se collata,& 21 a,Sustinere officium.Ac.adem.13 a, sustinere se ab omni assensu. Tusculan.217 b, Sustinere se.& Epistol. 129 b,Meque sustinebam, ne, &c.& Acad. 23 b,Sustinere equos. & ad Attic. 210 b, Sustinere currum. Orator. 208 a, Quod cùm rapide fertur, sustineri nullo modo potest.Academ. 26 a,Cum se à respondendo, ut aut approbet quid aut improbet, sustineat. & ibidem: Qui de omnibus rebus contineat se ab assentiendo.Acad. Sustineri assertionem. ad Att. 203 a, b,Sustinenda est solutio nominis Cereliani, dum de Faberio sciamus:id est, differenda. Attic.210 a,Sed arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges iussi. In A.212 a,O dij,quis huius potentiam poterit sustinere ? & de Senect. 77 b, Onus Aætna granius sustineo. & 83 b, Cum humeris bonem sustineret uium. ad Attic.15 a, Laborem propter ambitionem sustinere.. Attic. 155 b,Protinus sustinui me in arcano fratris. Atti,234 a,Puto fore, ut me præsentem non sustineat. Quint. Frat.209 a, Animus im maximis rebus gerendis & sustinendis exercitatus.Offic.53 b, Sustines enim magnam expectationẽ imitandæ industriæ nostræ,magnam honorum, nõnullam fortasse nominis.de Senect.84 a,Sustinere munera.de Amic. 108 a,Est igitur prudentis,sustinere ut cursum,sic impetum beneuolentiæ pro Deiot.150 b, Ille enim, furoris mulctam sustinuerat, hic erroris.Ep.174 b,& pro Mil.106 a,Totum hoc negocium ipse guberno & meis humeris sustineo. & pro Rab. Post.129 b,Labentem excepit, corruere non siuit, fulsit, sustinuit,re fortuna,fide,hodieque sustinet.

Svstvli,sti.sublatum.l.Sublatus.ad Attic.61 a, Salaminij nos in cœlum decretis suis sustulerunt.de Nat.75 b, Sol in currum Phaetontem filium sustulit.& Tusc.219 b,Fortitudo Herculem in cœlum sustulit.In Verr.77 b, Verres ciues romanos in crucem sustulit.pro Deiot.149 a, Cum

eum plures in equum sustulissent, uix hærere in eo senex poterat. Epistol. 98 b, Sustulimus manus ego & Balbus, Epistol. 262 a, Oculos paululum sustulerunt. de Diuin. 97 a, Quo aspectu exterrita nutrix clamorem sustulit, de Leg.156 a,Orithiam Aquilo sustulit. de Oratõ.159 a, Cum uerba iacentia sustulimus è medio. Quint.Strat.312 b,Sustulissem : id est,hospitio accepissem . pro Sext.Rosc. 20 a, Plus oneris sustuli quàm ferre possum . In Ant. 251 a,Qui ex eadem sustulerit liberos. de Diuin. 81 a, Xenophanes diuinationem funditus sustulit . & In Ant.153 b, Dictaturam funditus. de Rep.Sustulit, & de Diuin.81 a, pro Sext. Rosc. 30 a, Non ne uidentur hunc hominem ex rerum natura sustuliisse ? de Natu.76 a,b, Varius Drusum ferro, Metellum ueneno sustulerat. Offic. 8 a,Maiores nostri Carthaginem & Numantiam funditus sustulerunt.Ad Attic.243 b, Eam rem Seruilia sublaturam ex S.C.se esse dicebat.ad Attic.39 a,Cepionem de Oratione sua sustulit, quem antea nominarat. & ibid. b, Hortensius laudes nostras in astra sustulit. Epistol. 13 b, Exemplum præclarissimum uindicandæ seditionis de rep.sustulerunt. Ac. 16 a, Sublata assensione, omnem motum animorum sustulerunt. Qu. Fr. 306 b,Clamorem satis magnum sustulerunt.

Svsvrratio,onis.susurrus.Epi.113 a,De Cæsare crebri & non belli rumores, sed susurrationes ueniunt.

Svsvrrvs,ri. Tusculan. 248 a, Leuiculus sanè noster Demosthenes , qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ , ut mos in Græcia est, insusurrantisque alteri .

Svtor,oris.qui calceos suit uel facit . pro Flacc. 149 b,Sutores & zonarij .

Svtorivs,a,um.Ep.139 b , sutorium atramentum. Att.lib. 6.Vestri enim credo graneis habent, Turpionẽ sutorium & Vectium mancipem .

Svvs,a,um.In Ant.227 a, Animus Hortensij dignus & ipso & maioribus suis . pro Mil.104 b,Quasi Appius ille cæcus uiam munierit, ubi impunè sui posteri latrocinarentur.pro Sest.27 b , Hunc sui ciues è ciuitate eiecerunt. de Diuin.124 b, Antiquiorem Deiotaro fuisse laudem quàm possessionem suam . de Leg. 174 b , Suos deos aut nouos coli,confusionem habet religionem . pro Qu. 5 a,Alphenus utebatur populo sane suo contra Rull.76 b, Petere consulatum anno suo.& ibidem : Vester honos ad mei tẽporis diem peritus . de Orator. 158 a, Placeatne à Carthaginensibus captiuos nostros redditis suis recuperari. de Cla.165 a, Hortensius è uita cessit suo magis quàm ciuium suorum tempore. & ibidem : Alienissimo reipub. tempore. pro Syll. 180 b , Tamen illum ulciscentur mores sui . & ibidem : Huius si causa non manifestissimis rebus teneretur , tamen eum mores ipsius ac uita conuincerent. de Finibus 108 b, Is poterit semper esse in disputando suus.de Orator. 140 b, Sua cuique uirtuti laus propria debetur . & ad Atti. 236 a, Suos quisque debet tueri. de Opt. 243 a,Poematis tragici,comici,& reliquorum suum quoduis est diuersum à reliquis. de Oratore 114 b, Qui profiteretur esse suum , facere aliquid . Epistol. 47 b, Aliquid atque adeò multa addunt atque afferunt de suo, & ibidem : Abesse à suis . ad Attic. 294 b , Ariarates pedem ubi ponat in suo non habet.de Orato. 143 b, Crassus suapte interfectus manu . de Nat. 71 b , Minerua patrem dicitur interemisse , uirginitatem suam uiolare conãtem. de Or.112 b,Quasi nihil possit dici sine præceptis fuisse: id est, eius.de Inuent. 68 a , Hunc pater suus deduxit , &c.id est,pater eius.In Sal.274 b, Itaque timẽs ne facinora eius clam uos essent,confessus est adulterium. ad Attic.249 a, Vt spectem ludos suos: id est , illius. pro Quint. 16 b,Defensus à necessario suo : id est,illius.Epi.128 a,b,Cum ille scripsisset , &c. scripserunt ad eum fui , ne id faceret . de Amic.97 b,Factus est Cos.II. primum ante tempus , iterum sibi suo tempore,reip.penè serò .

Svbota,orum.insula.Attic.72.

Svdvs,l.Sidus.

Svlla,æ.Sulla.At.106 a,p Q.14 a,Emisti bona Sex.Alphenii,L.Sylla dictatore uendẽte,& pro S.R. 22 a, Sylla felix.

Svllanvs.Att.161 a.

Svllanvs.a,um.proscriptuit.At.145 b,Syllaturis animus eius & proscriptuit.

Svllaba,bæ,Par.ap.120 b,Si uersus pronunciatus fuerit una syllaba longior aut breuior.de Orato.160 a, Clausulam lõga syllaba terminari.& 105 b, Leguleius aceps syllabarum.

Svllabatim.Acad.30 a,Cum syllabatim Stoicus ista dixerit.ad Ar.213 a,Dictare alicui syllabatim.

Σύλλαβος.ι.l.Index.

Svllanvs.a,um.Sullanus.contra Rull.88 b, Qui nos Syllanos in inuidiam rapit.

Svlva,uæ.Att.190 a,Manè me in syluam abstrudo densam atque asperam.& de Ora.88 a,Genus humanum in montibus ac syluis dissipatum.de Diuin.104 a,| Multos nemora & syluæ cõmouent.contra Rull.61 b,Sylua santia.de Ora. 144 b,Locus in media sylua maximè opacus & frigidus. Qu.Fr.318 a,Palæstra & sylua uiridicata.

Svlva.materia,copię.de Ora.152 b,Sylua rerum ac sententiarum comparanda est.& de Vn.50 a.Orator. 109 b, Hoc in genere(nam quasi syluam uides)omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo.Ora.198 a,Omnis ubertas & quasi sylua dicendi ducta ab Academicis est.de Ora. 153 a, Cui loco est omnis uirtutum & uiciorum sylua subiecta.

Svlvanvs deus.de N.44 Accij.

Svlvesco,scis,quasi in syluam crescere.de Sen.88 a,Vitis putanda est,ne sylueſcat sarmentis,& in omnes partes nimia fundatur.

Svlvester,uel Sylueſtris,re.agrestis.de N.24 b,Loca sylueſtribus sepibus densa.& 52 b.Montes uestiti ac sylueſtres. & 46 Vita sylueſtrium.& de Leg.159 a,In spacijs sylueſtribus.de In.43 a,In sylueſtribus tectis. de Am. 107 a, Locis delectamur motuosis & sylueſtribus.Tusc.442 a,Non montuagos & sylueſtres cursus patiũtur.pro Cæl.42 b, Lupercij,quorum coitio illa sylueſtris, &c. de Cla. 188 b, Cotta alia quadam inculta & sylueſtris uia ad eãdem laudem peruenerat.

Σύμβολον.l.Nota.

Sympathia , thiæ.quædam conuenientia & coniunctio naturæ. & de D.134 a,& de N.65 a,& de Diu. 137 b, Video sympathian.& ibid. Continuatio coniunctioque naturæ, quam ut dixi, συμπάθειαν uocant , eiusmodi ut thesaurus ex ouo intelligi debeat.de D.115 b,Cognatio naturæ , & quasi concentus atque consensus,quam συμπάθειαν Græci. de D.137 b,Cõtinuatio cõiunctioq; naturæ, quam Græci uocant συμπάθειαν,ut thesaurus ex ouo intelligatur.l. Cognatio,& Concentus,& Coniunctio,& Conuenientia.

Symphonia,æ.concentus,cithara.In Ver.170 b,Cum in eis conuiuijs symphonia caneret,maximisq; poculis ministraretur.& 242 a,In Verr.256 b,Reduci e conuiuio cum cantu & symphonia.pro Sæl.44 b,Accusatores cantus & symphonias iactant.Epist.259 b,Symphoniam Lisonis uellem uitasses,ne in quartam hebdomadam incideres.

Symphoniacvs,a,um citharœdos,uel fidicen,seu tibicen.In Ver.63 b,Symphoniacus seruus.& 248 a,Syphoniaci homines sex.pro Mil.112 a,Milo tũ casu pueros symphoniacos uxoris ducebat.

Symphreatides,coriales,tribules.de Leg.170 a.

Symposia.l.conuiuium.

Συγκάτθεσις.l.Assensio.l.Approbatio.

Συνεχωγὴ l.Collectio.

Syncerb.candide,uerè,ingenuè. Att.46 a, Crassi libertum mihi puto syngerè locutum.& 146 b.

Syncervs,a, um.purus, uerus, integer, pro Flacc. 139 a, & εἰλικρινὲς.Q.F.310 b,Ep.222 b,Hoc mihi da, ut M. Curiũ syncerum integrumque conserues.& de Cl.191 b, Thucydides pronunciator syncerus & grandis etiam fuit.Or.199 a,Prudens syncerumque iudicium.Offic. 36 a, Perspicere quid in quaque re uerum syncerumque sit.de Cluen.182 b, Nihil erat in eius oratione nisi syncerum, nihil nisi siccum atq; sanum.pro Qu.1 b,Nihil est iam sanctum atque syncerum in ciuitate.de D.113 a,Quo licet existimare in alijs quoque oraculis Delphicis aliquid non synceri fuisse. de Am.113 b,Syncerus uerus.)(.Simulatus,fucatus.Att. 159 a,Nihil simplex,nihil syncerum.

Synecdoche.l.Intellectio.

Synedrbi.Cæcilij comœdia.de Senect.81 a,De Opt. 244 b,& de Finib.lib.1.

Synographa,phæ,chirographum,cautio,parum inter se differunt.de Ar.150 b, Alterum putabo regem si habuerit, unde tibi soluat quod ei per syngrapham credidisti,& Ep. 103 a.Tanquam enim syngrapham ad imperatorem attulisses,non epistolam,sic pecunia ablata domũ redire properabas.pro Mur.132 b,pergitis ne uos tanquam ex syngrapha agere cum populo ? ut quem locum semel honoris cuipiam dederit,eundem reliquis honoribus debeat?In. A. 178 a,Syngrapha sestertij centies per legatos facta est in gynæceo.I.V.206 b, Iste Cybiram cum inanibus syngraphis uenerat.pro Dom.239 a,& de Aru.251 b, Facere syngraphas cum aliquibus. Att. Lex Gabinia de syngrapha, & de uersura.

Synnadavm.uel Synnadæ,arum.opp.in Asia. Attic.76 b, & 79 a.

Synnadensis,se.Att.82.

Synodia,conuentus,commitatus,colloquium.Att.li. 10. Si uir esse uolet,præclara Synodia.Sin autem,erimus nos qui solemus.

Σύνταγμα. l.Liber.

Σύνταξις.l.Compositio.

Syra arca.Qu.Fr.lib.2.

Syracvsanvs,na.I.V.111.

Syracvsivs.Phillisius historic.de Or. 113 b,& de D.88 b.

Syracvsæ,arum.urbs Siciliæ.I.V.227 b,Descriptio Syracusarum.

Syria,riæ pro Dom.217 b, Illa opima fertilisque Syria. In Anton.238 a,Tanti eius nomen in Syria atque Phœnicia est.

Syriacvs,a,um.Qu.Fr.300 b,Syriacus & & Ciliciensis prætor.& 314 b,Syriaci publicani.

Syrivs,a,um.de Natu.deor.67 a, Piscem Syrij uenerantur. al.Syri.

Syrtis, tis.salebræ in mari, locaque periculosa, ubi fluctu trahente,modò arenæ dehiscunt,modò in aggerem cumulantur. de Or.157 b,Syrtim patrimonij , scopulum libentius dixerim.

Syvs,a,um.de Pro.71 a,Iudei & Syri nationes natæ seruituti.Syri uenales.I.Venalis.In Ver.164 b, Solere aiũt barbaros reges Persarum ac Syrorum,plures uxores habere.

Sytinae, arum.L.Sittybæ.

Συζυγία. Top. 124 a, Locus ex coniugatione, quam græci συζυγίαν uocant.

T



Litera insuauissima.Orato.212 b.

Tabella , læ. literæ codicilli. de Clar. 174 a, Tabella data, qua in legem L. Cassius tulit. & de Am. 104 a, Videtis in tabella,quanta iam antea facta sit labes,primò Gabinia lege,biennio autem post Cassia.pro Fl. 165 a, Cum tabella uobis dabitur iudices, non de Flacco dabitur solum,dabitur de bonis omnibus.pro Plã. 262 a, Populo grata est tabella,quæ frontes aperit,hominum mẽtes tegit,datque eam libertatẽ,ut quod uelint faciant.I. P. 100 a,An ego expectẽdum de te quinq; & septuaginta tabellæ diripiãtur.I.V. 58 b, Tabella cerata cera legitima, nõ ita infami ac nefaria.de L.191 a,Nõ fuit latebra danda populo,in qua bonis ignorantibus quid quisq; sentiret , tabella uiciosum occultaret suffragiũ.I.P.80 a,Me uniuersa ciuitas nõ prius tabella , quã uoce priorẽ consulẽ declarauit .cõtra Rull.66 b,Meis cõuicijs nõ tabellã indicem tacitæ libertatis,sed uocẽ unam præ uobis indicẽ uestrarũ er ga me uoluntarũ ac studiorũ tuliſtis. I.C.113 a, Introductus Statilius,cognouit manũ & signum suũ,recitatæ sunt tabellæ.Tuf. 234 b,Tu quidẽ tabellis obsignatis agis mecũ, & testificaris quid dixerim aliquando aut scripserim.

Tabella. pro uoti tabula, in qua pictũ erat,ex quo qui periculo euasisset, de N.78 a, Nonne animaduertis ex tot tabellis pictis , quàm multi uotis uim tempestatis effugerint in portum, salui uique peruenerint?

TABELLARIVS, a, um. tabellaria lex, de suffragijs liberè ferendis nô uoce & apertè, sed tabella. de Cla. 174 a, Lex tabellaria à Gabinio primum, deinde à L. Cassio lata. & de Am. 104 a. l. Leges Mariæ.

TABELLARIVS, rij. nuncius qui literas fert. Epi. 188 a. Scripsi ad te, tabellarios complures Romam missi. de Pro. 72 a, alterum si tabellarij nô cessarint, necesse est, &c. I. A. 175 a, Ianitor, quis tu? à Marco tabellarius. Att. 7 a, Nô inuenio fidelem tabellarium. & 131 b, Sed si dedita opera cũ causa nulla esset, tabellarios ad te cum inanibus epistolis mitterem, facerem ineptè. Duabus tuis epistolis respondebo: uni, quam triduo antè acceperam à Leto. alteri, quam attulerat Phileros tabellarius, ad Pæt. lib. 9. Tabellarius flagitat, 15 Fam. Sub literas Tabellarius diligenter mihi fascículum reddidit, 11 ad Att. Tabellarius locuples, ad Quin. Fr. Tabellarium fidelem non inuenio, 1 ad At. Tabellarij tardius ad te remisi, 11 ad At. Tabellarij præposteri, 15. Fa mil. Tabellarij quotidie respondebant tempori, 12 ad At. Non dubito quin Dolabella, &c. tabellarios meos deprehenderit, literasq; interceperit, 12 Famil. Cassij. Nos quotidie tabellarios nostros expectamus, ad Terentiam, li. 14. Statim extrusi tabellarios, literasq; ad Ciceronem, & ad Brut. Tabellarios instituere, 14 Famil. Tabellarios scrutari, & excutere, pro eodem, 10 Fam. Asinij Pollionis.

TABERNA, næ. caupona. pro Cluen. 52 b. l. Caupo. de In. 63 b, Cum ambo in quandam tabernam diuertissent, simul cœnare uoluerunt. At. 255 b, Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. pro Do. 224 a, Cũ edictis tuis tabernas claudi iubebas. & Aca. 16 a, Occludi tabernas iubes. pro Cl. 55 b, Tabernam illi instructam & ornatam Larini medicinæ exercendæ causa dedit. I. C. 122 a, Leno quidam Lentuli concursat circum tabernas, precio iperans solicitare posse animos egentum, & ibid. O clarissimi tabernarij maestus minui solet. I. A. 16 b, Taberna [illegible] Qu. Fr. 260, Crassipedis ambulatio ad [illegible] tabernæ.

TABERNACVLVM, li. casa [illegible] transferri potest. I. V. 2[illegible] [illegible] nacula carbasei intenta uelis [illegible] tabernaculũ in litore. Att. 76 b. & [illegible] ne tectũ quidem accipio, & in taber[illegible] de Cl. 167 b, Processit enim non ut à militari [illegible] lo, sed ut e Theophrasti umbraculis, contra Rul. 72 [illegible] de ornat multis tabernaculis, centurijs, ilpe[illegible] de Or. 150 a, Qui in una philosophia quasi tabernaculum [illegible] suæ collocarunt. de D. 87 a, Cum tabernaculum [illegible] cepisset imprudens. & de D. 124 a, Tabernaculum rectè captum. I. P. 92 a, Si domus uacua non fuisset, in campo Martio mihi tabernaculum collocassem.

TABERNARIVS, rij. caupo. pro Fl. 149 b, Opifices & tabernarios, atq; illam omnem fecem ciuitatum, quid est negotij concitare? & pro Do. 215 b, Clodius concitator tabernariorum. Epi. 115 b, Nisi ego cum tabernarijs & aquarijs pugnarem, ueternus ciuitatem occupasset.

TABES, bis. macies. Tusc. 196 b, Sed ægritudo maiora quædam tabem, cruciatum, afflictionem? &c.

TABO. ablatiui tantum casus, sanies. Tusc. 171 b, Saxa spargẽs tabo. I. P. 87 b, Ennij.

TABESCO, scis. liquefio, cõtabesco, extabesco. de N. 31 a, Frigore dorescit humor, & idẽ uicissim mollitur tepefactus, & tabescit calore. Tusc. 217 a, Qui neq; tabescat molestijs, neq; frangatur timore. At. 36 a, Pompeius tabescit dolore. & I. A. 105 b, Ne patiantur desiderio sui Catilinam miserũ tabescere. Att. 30 b, Ocium quo nunc tabescimus. Att. 52 a, Nobis in hac calamitate tabescendum est.

TABIFICVS, a, um. quod tabem inducit. Tusc. 216 b, Vt hæ tabificæ mentis perturbationes sunt, sic, &c.

TABVLA, læ. Of. 70 a, Si tabulam de naufragio ftultus arripuerit. At. 67 a, Hæc una me ex hoc naufragio tabula delectat, de Clar. 188 b, Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. de Or. 98, a Tabulas ac signa propalàm collocare. de Fi. 125 a, Imago Epicuri in tabulis, & poculis, & annulis. At. 60. Tabulæ Dicæarchiid est, de geographia. In. A. 153 a, b, Ne qua tabula ullius decreti Cæsaris figeretur. & Ep. 219 b, Tabulam in qua nomina eorum incisa erant, retinendi iussit. I. A. 234 b, Quod si comitia placet in senatu habere, petamus, ambiamus. tabula modò noua detur nobis, sicut populo data est. de Or. 90 a, Decemuiri, qui XII, tabulas prescripserunt. & 101 a, Bibliothecas omnium philosophorum unus mihi uidetur XII. tabularum libellus, & auctoritatis pondere, & utilitatis uberitate superare. pro S. R. 22 b, Ille affirmabat sese nomen Sex. Roscij de tabulis exemptarum. Off. 50 b. Tabulæ nouæ quid habent argumenti? nisi ut emas mea pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeam pecuniam. I. A. 207 b. Trebellius sine tabulis nouis fidem esse non potest. In. A. 233 b, Vindices tabularum nouarum, nouam tabulam uidimus. Att. 83 b, Periculum est, ne res ad tabulas nouas peruenias. & 108 b, Χρεῶν ἀπογραφὴ. pro Quin. 4 b, Tum Nœuius amicos corrogat, ut ad tabulam Sestiam sibi afsint hora secunda postridie. Qu. de Pet. 206 a, Amico Sabidio & Pãthera, quod ad tabulam quos poneret, non habebat. Attic. 236 b, Maximè autem expecto ecquid Dolabella tinniat, an in meo nomine tabulas nouas fecerit. Qu. Fr. 311 b, Racilius tabulã proscripsit. I. A. 177 b, Inspectatibus nobis toto Capitolio tabulæ figebantur. Parad. 123 a, Actæonis tabula te stupidum tenet, aut aliquod signum Polycleti.

TABVLAE accepti & expensi. l. Codex. Top. 222 a, In nominibus essẽ, & in tabulis deberi. pro Fon. 276 a, Vnæ tabulæ proferantur. I. V. 88 a, & pro Cel. 40 b, Facere tabulas, conficere tabulas. I. V. 106 a, Tabulæ & codex. & 88 a, Tabulæ accepti. & pro Quin. R. 45 b, Codex accepti & expensi, pro Fl. 150 a. In tabulas quodcunq; commodum est referre. & ibi. Inferre rationes falsas. pro Syll. 175 a, Ait me aliter ac dictum in tabulas retulisse. pro Fl. 155 a, Ciuitas conficiendis nostris literarum. & 154 b, Literæ publicæ. In V. 87 b, Tabulæ publicæ, & literæ publicæ.

TABVLARIVM, rij. locus in quo tabulæ publicæ ciuitatis asseruantur. de N. 74 b, Qui tabularium incendit, at se Q. Sopitus quasi Rom. fecisse confessus est: qui trãscripserit tabulas publicas, id quoq; L. Alenus fecit. & pro Rab. 91 b, De publicis facto, de tabulario incenso. pro Cæl. 54 a, Sext. Clodius, qui ædes sacras, qui censum populi Rom. qui memoriam publicam suis manibus incedit. pro Ar. 167 b, Tabulæ publicæ Heracliensium, quas Italico bello incensa tabulario interijsse scimus omnes.

TACEO, es. fileo, reticeo, tacitũ relinquo, silentio præteriteo, cõticeo, fut. primo. de Orat. 94 b, Enuntiabo apud uos quod semper tacui, & tacendum putaui. I. V. 71 a, An me tacitumne tacitis de rebus existimastis? Att. 18 b, Qui de rebus nostris diu tacuerat. contra Rull. 88 a, Vt doceam Rullum postha[illegible] in his saltem tacere rebus, in quibus de seiaeri [illegible] uelit. pro Sest. 11 b, Illi hominibus omnia timentibus tacendo loqui, non inficiando confiteri uidebantur. Antequã 195 a, Quorum improbitas me tacente coarguitur impro[illegible] Ac. 64 b, Hic Abdera non tacente me. prouerbium. I. A. de rticus.

TACITVRNITAS, tis. silentium. de In. 53 b, Taciturnitas imitatur confessionem. Att. 106 b, Suspicionem mihi maiorẽ tua taciturnitas attulerat. de Clar. or. 185 b, & Epi. 5 b, Te aliquid malle ipsum tacere, quàm taciturnitatem nostrã experiri. pro Qu. R. 47 a, Pecuniam stipulatam nô esse, taciturnitas testium concedit. In Cat. 100 b, Vocis contumeliam expectas, cum sis grauissimo iudicio taciturnitatis oppressus? In Pis. 89 a, Curiæ taciturnitas annua. & ibi. Silentium perpetuum iudiciorum.

TACITVRNVS. pro Sest.

TACITE. silentio. pro Qu. 92 a, Huic ne perire quidem tacitè obscureq; conceditur. pro Pom. 6 a, Hi uos quoniam libere loqui non licet, tacitè rogant.

TACITO. I. V. act. 4. Quum quoq; id constabit, uos iam me tacitò intelligetis.

TACITVS, a, um. mutus. I. C. 101 b, Quid expectas autoritatem loquentium? quorum uoluitatem tacitorum perspicis? pro Cæl. 38 a, De dignitate Cælius notis tacitus facilè ipse respondet. I. C. 116 b, Nihil me mutuum delectat, nihil tacitum. Att. 2 b, Quasi uerò clarorum uirorum taciturnitas congressus esse oporteat. pro Cec. 295 a, Si uoluntas taciturnis uerbis intelligi posset, uerbis non uteremur. pro Cluentio 30 b, Tamen uocat me aliò iamdudum tacita uestra expectatio. de Pro. 77 b, Quo minus sæpe aut interpellet à nõ nullis, nullis, aut tacita existimatione reprehendar. Epistol. 36 b, Sed hæc tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. pro Qu. 142 a, Tacito ipso studio quod habebat erga propinquum suum quemuis commouere. de Orat. 161 a, Omnes tacito quodam sensu sine ulla arte aut ratione, quæ sunt recta ac prauà dijudicant. Ora. 217 a, Sed aures tacito eum sensu sine arte definiunt. pro Qu. Ro. 48 a, Tacita corporis figura coniecturam affert hominibus. de Inuẽ. 79 b, & 80 a, Quædam taciris exceptionibus cauentur. pro Do. 225 b, Omnis improborum uis diu collecta & inuecerata compresso odio atque tacito erumpebat in actum. de Or. 148 b, Illud etiã si est uerissimũ, tacitũ tamen nunquã mysteriũ teneant. At. 24 a, Cætera si reprehenderis, non feres tacitum. pro Mil. 103 b, Tacitis & occultis occasionibus p Ma. 131 b, Hoc tacitus nullo modo præterire possum.

TACTIO, onis. tactus. Tusc. 213 a uoluptates oculorum, tactionum, odorationum & saporum.

TACTVS, ctus. de Na. 54 b, Tactus toto corpore æquabiliter fusus é, ut omnes ictus omnesque nimios & frigoris & caloris appulsus sentire possimus. Aca. 6 b, Quid de tactu? & eo quidem quem philosophi interiorem uocant, aut doloris, aut uoluptatis? & 19 b. Tactus intimus. de Orato. 152 a, In tactu modus & mollitudinis & lenitatis. pro Cęlio. 46 a, Qui non odore allo, non tactu, non sapore capiatur. de Orat. 165 a, Voces ut chordæ sunt intentæ, quæ ad quenque tactum respondeant. de Vn. 197 b, Quæ ex cõiunctione cœlum ita actum est, ut sub aspectum & tactum cadat. de N. 33 b, Et is solis tactus est, ut non repefaciat solum, sed etiam comburat. de D. 128 b, Pius terrarum situs, quàm lunæ tactus ad nascendum uale re, aliter, tractus.

TEDA, dæ. fax. I. V. 225 a, Ceres dicitur insta mmasse tædas ex ignibus Athenæ. I. P. 89 b, Furiarum tædis ardentibus. & Acad. 22 b, Circunstant cum ardentibus tædis pro S. R. 29 a, Agitari & perterreri furiarũ tædis ardentibus. ad Her. 38 b, Qui tædas candentes accipit. lege Palæstra.

TEDET, bat. piget. I. V. 72 b, Sunt homines, quos infamiæ suæ neque pudeat, neque tædeat. Epist. 95 b, Nam me cum aurea tædebat, tum uerò, &c. Att. 76 a, Quid quæris? tædet omnium nos uitæ. pro Fl. 166 a, Quod sit taliũ ciuium uos iudices tædet ostendite. Attic. 37 b, Tædet ipsum, uehementerque pœnitet. Qu. Fr. 300 a, pertæsum est enim leuitatis Græcorum.

TAGES, gis. autor aruspicinæ. de D. 118 b, Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi cum terra araretur, & sulcus altius esset impressus, extitisse repentè, & eum affatus esse qui arabat: & ibidem reliqua.

TALARIA, orum. calcei aligeri seu pinnati, quales Mercurio tribuunt poetæ. de N. 71 b, Minerua cui pinnarum talaria affingunt. & Attic. 236 a, Quare talaria induamus. In Arat. Diuersos que pedes uinctos talaribus aptis.

TALARIS. re. ad talos usque demissus. I. V. 242 a, Tunica talaris. & I. C. 109 a.

TALARIVS, a, um. Off. 30 b, Adde his saltatores, totumq; ludum talarium. At. 11 a, Non enim turpior unquam in ludo talario confessus fuit. l. Talus.

TALENTVM, ti. multa genera fuerunt, sed hic Atticum intelligimus, quod aureis nũmis seu coronatis sexcentis uelebat. I. P. 98 a, CC. talẽta tibi Apolloniatæ dederunt, ne pecunias creditas soluerent. pro Fla. 163 a, Quinquaginta talenta Flacco dicit se dedisse. pro R. P. 125 b, Decem millia talenta Gabinio esse promissa. Tusc. 246 a, Legati ab Alexandro quinquaginta Xenocrati talenta attulerunt, quæ erat pecunia temporibus illis Athenis præsertim maxima. At. 82 a, Cyprij talenta Attica CC dabant.

TALIS, le. huiusmodi, eiusmodi, eiusdem modi, eiusdem generis, id genus, huius exempli, perinde, ita, sic. Offic. 42 a, Vt quales simus, tales esse uideamur. & ib. Vt simus ij, qui haberi uelimus. de Or. 92 a, Vt ipsis talis, qualẽ se ipse optaret, uideretur. & pro Mur. 131 b, Cum esset talis, qualẽ te esse uideo. de Inuent. 84 a, Vt non tales quales antè habitæ sint, habeantur. & At. 19 b, Et talis qualem esse eũ scripsi[illegible]ras. pro Clu. 48 b, Vir tali dignitate præditus. de Or. 137 a, Non audeo dicere de talibus uiris, sed tamẽ, &c. Ac. 2 a, Ac uereor ne talium personarum imminuam gloriam. & 1 b, Tali ingenio præditus Lucullus. Ep. 146 b, Talem te esse oportet, qui primum te seiungas, &c. deinde, &c. pro Qu. 7 b, & I. P. 80 b, Tot taléque uiri, &c. & Epist. 246 b, Tale ac tantum iusiurandum? de D. 91 a, Xenophon Socraticus, qui uir & quantus, scribit, &c. id est, talis uir. In Var. 30 b, Honor talis populi Romani uoluntate paucis est delatus at mihi. Atti. 98 b, Accepi eiusmodi literas, ut, &c. de Or. 161 b, Sed hæc omnia pernde sunt ut agunturpro Qu. R. 50 a, Sic est uulgus, ex ueritate pauca æstimat: id est tale. de L. 171 b, Omnem legem esse laudabilem, talibus quibusdã argumentis docent. & de Vn. 198 b, Idque molitus est tali quodam modo. I. A. 174 a, Quibus rebus tãtis, talibus gestis, cur, &c. At. 257 b, Non equidem hoc diuina ui, sed aliquid tale putaui fore. & 273 b, Ciuis talis, qualis & prudentissimus, & fortuna optima esse debet. Of. 18 b, Tales. nos esse putamus, ut iure laudemur.

TALPA, æ. Aca. 20 b, Quid talpa? num desiderare lumen putas? Verg. Geor. 1. Atq; oculis capti fodere cubilia talpæ.

TALVS, li. os est prope calcaneum, quod extat quasi rotundum in extremo pede, hinc os quatuor laterum, quo ludunt, talus appellatur, hinc quoque ludus talarius pro Cl. 40 b, Illa usque ad talos demissa purpura. de Diu. 85 a, & 118 a, Quatuor tali iacti casu uenereũ efficiunt. de Fi. 101 b, Ita iacere talũ, ut recte afsistat: Item: Qui talus ita erit iactus, ut cadat rectus. de Se. 89 a. Ex multis lusionib. nobis relinquant talos, tesseras. & de Or. 148 a, Pila, tesseræ, tali. de Or. 151 a, Brulla talis præclarè ludens Titius pila.

TAM æquè, adeo, tam ualde, tam maximè necessarius. Attic. 160 a, Quid opus est de Dyonisio tam ualde affirmare? & de Ora. 105 a, Tam uehementer. de D. 125 a, Nihil est tam ualde uulgare, quàm nihil sapere. Ora. 206 b, Nemo tam multa ne in Græco quidem ocio scripsit, quàm multa sunt nostra. Ac. 22 b, Nunquam reo cuipiam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcise, negaui, quàm hic mihi. de N. 37 b, Melius erat non dari omnino quàm tam munificè ac tam largè dari. pro Cæl. 52 a, Hic tam imbecillus quã uidetis. & de Cl. 175 b, Vtinam Gracchus non tam fratri pietatem quàm patriæ præstitisset. de D. 82 a, Quorum neutrum tam facile quã tu arbitraris cõceditur. Q. F. Ego hæc tam esse quã audio, nô puto. de N. 15 b, Quod tibi tam facilè credã, ficut alteri nemini Ep. 53 a, Cũ ita latè pateat eius potestas. Epi. 166 a, Doleo, adeo & longo & infesto itinere ad me ueniri. de Amic. 112 a, Vituperanda est rei tam maxime necessariæ tanta incuria.

TAMEN. attamen, ueruntamen, nihilominus, certè. pro S. R. 27 a, Innocens est quispiam, ueruntamen quanquam abest à culpa, suspicione tamen non caret: tametsi miserum est tamen ei, qui hunc accuset, possum aliquo modo ignoscere. Or. 204 a, Itaque eum qui audiunt, quamuis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt se posse dicere. Par. 238 a, Nemo enim est, quem non, si ipsa minus honestas, contumelia tamen & dedecus moueat. pro S. R. 44 a, Illam priorem proscriptionem, quæ facta est in eos, qui arma capere potuerunt, tamen senatus suscipere noluit, ne, &c. Ep. 3 b, Cui cum Cato intercessisset, tamen est perscripta. pro Dom. 223 a, Quid si pluribus de rebus uno sorti tu retulisti? tamen ne arbitraris id te posse obtinere? de Ar. 247 b, Quanquam si me tantis laboribus perfunctum efferret aliquando ad gloriam, in resutandis maledictis immoratum hominum: tamen animi quidam dolor, quis nõ ignosceret? de Ar. 254 b, Ego pro Patria solus exarsi, sic tamen, ut, &c. & ibi. Vt modò uendat illis, nec tamen ita, ut, &c. Epistol. 210 a, Et tamen nihilominus αὖεν ἀφιεῖσιν pro Cl. 33 b, Tamen nihilominus putabat, &c. Epi. 58 b, Tamen & si, &c. tamen, &c. & 144 a, Quæ nihilominus ut ego absim, confici possunt. de Or. 107 a, Neque minus hæc tamen tua lenitas, &c. Qu. F. 313 b, Lucretij poemata lita sunt multis luminibus ingenij, multæ tamen artis. Ep. 138 a, Tamẽ à malitia nõ discedis. pro Mar. 133 a, Et si, &c. certè, &c. pro Cec. 289 b, Tamen pro certè, uel profectò, uel saltẽ pro sest. 15 b, de Sen. 82 b, Quod equidem non amisi adhuc, & tamen uidetis annos meos.

TAMETSI. etsi, quanquam, cum tamen. pro S. R. 36 b, Tametsi uicissim debeo, tamen de meo iure decedam. I. V. 113 a, Quid ego nunc hic Sex. Pompeij Chlori testimonium rerum? qui causam egit Dionis: qui omnibus rebus interfuit,

fuit, hominis honestissimi, tametsi ciuis Ro. uirtutis causa iamdiu est, tamen omnium Siculorum primi ac nobilissimi. Quid, &c. Epist. 4 b, Tametsi mihi nihil fuit optatius, quàm, &c. tamen afficior summo dolore eiusmodi tempora post tuam profectionem cõsecuta esse, ut, &c. hic Tametsi, principium est epistolæ, quod est notandum. Epi. 3 2 a, Meum studium erga te & officium, tametsi multis iam rebus spero tibi esse cognitum, tamen in ijs maximè declarabo, quibus, &c.

TAMETSI. sine tamen, alio quodam eleganti modo. Ver. act. 5. Non mehercule quæ loquor, crederem iudices, tametsi uulgò audirem. pro Quin. Verum his de rebus nõ necesse habeo dicere ea quæ me P. Quintius cupit commemorare tametsi causa postulat. I. V. act. 6. Verum fac te impetrasse, &c. tametsi, quæ est ista laudatio? &c. Att. lib. 1. Iactat ille quidem illud suum arbitrium. Epi. 35 b, Quid? cum dabas ijs literas, &c. non eos ad me ueniuros arbitrare? Tametsi id quidem fecerunt ridiculè. Quas enim literas afferebãt, ut opus æstate facere possent, eas mihi post brumam reddi derunt. I. Sed tametsi.

TANAGRAE, arum. oppidum, & Tanagræus, a, um. pro Do. 235 b.

TVTOR, oris defensor. de Orator. 104 b, Qu. Seruius Galba populum Romanum tutorem instituere se dixit filiorum suorum orbitati. & Epi. 226 a, Instituere aliquem tutorem & secundum hæredem filio suo. pro Fla. 162 b, Quæcūq; sine tutore autore est dicta dos, nulla est, & pro Cec. 298 a, Quod mulier sine tutore autore promiserit, non deberi. de Finib. 140 a, Non tutores misimus regibus. pro Murena 130 a, Mulieres propter infirmitatem consilij, maiores in tutorum potestate esse uoluerunt. pro Fl. 161 a, Tutore his rebus Græcorum legibus ascribendus fuit. Postquam 200 a, Resp. orba consulis fidem tanquam legitimi tutoris implorauit. & 205. Cum Respub. non solum parentibus perpetuis, uerumetiā tutoribus annuis esset orbata. de Arusp. 246 a, Castus tutor religionis. de Orat. 143 a, Parens bonus & tutor fidelis. I.A. 207 b, Patronus & tutor. Att. 195 b, Amo illum mortuum, tutor sum liberis, totam domū diligo. de Cl. 196 a, Orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus.

Tutus,

TVTVS, a, um. metu uel periculo uacuus, tectus, cautus, septus, munitus, sanctus, sacro sanctus, sartus tectus, incolumis, nihil insidiarum habens, bonorum omnium præsidio munitus, in tuto locatus. pro Do. 235 a, Quæ maiores nostri religionibus tuta nobis & sancta esse uoluerunt. & ibidem: Quid sanctius, quid omni religione munitius, quàm sua cui que domus? pro Pomp. 10 a, Quis locus tā firmum habuit præsidium, ut tutus esset? pro Cec. 293 a, Fuge tutam uiam quærere. Antequam. 194 a, Quo enim se satis tutum arbitrabatur præsidio? uirtutis & gloriæ? Att. &c. & ibidem b, Qui hoc imperij domicilium numini deorum confecratū, sartum tectum ab omni periculo conseruaui, & uos ut tutā tranquillamque pacem traheretis, mea perfeci uigilantia. Epistol. 163 a, Tutus ab inimicis, & de Natura deorum 50 a, Tutus a calore & a frigore. I.V. 243 b, Tutus, clausus, septus, munitus contra aliquem. de Ar. 256 a, Quare cum dij immortales monent de optimatium discordijs, in tuto collocant Clodium. & Epist. 184 a, Esse in tuto. I.C. 123 b. Firmissimo muro septum esse. pro Fl. 152 a, Multi charissimi uiri, qui cum prædonem nullum cepissent, mare tamen tutum præstiterunt.

TVVS, a, um. Atti. 62 a, Tam longe a tot tuis, &c. de Ora. 88 b, Panætius ille tuus. & alibi millies.

TYBA, bæ. urbs. Ep. 240.

TYBERINVS, a, um. pro Pomp. 10 b, Ante ostium tyberinum Philipp. 3. Canutius tyberinus.

TYBERIS, ris. tybris flu. quo Roma alluitur. potest etiam cū iota. scribi, autoribus bonis. Attic. 191 b, Cogito transtyberim hortos aliquot parare. In C. 111 a, Vt tyberis in tereos & pons interesset. Att. lib. 15. cum esset trans tyberim in hortis.

TYBVRS, tis. I. tiburs.

TYCHE, es. urbs Sicilię. In V. 218 a, tertia est urbs, quæ quod in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit, tyche nominata est.

TYMBOS. bustum. de L. 183 a, si quis bustum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum, inquit, aut columnam uiolarit.

TYNDARVM, ri. urbs Sicil. I.V. 262 a.

TYNDARITANI, orum. I.V. 140 b.

TYNDAREVS, rei. de Fat. 147 a.

TYNDARIDAE fratres. Castor & Pollux. Tusc. 154 a, de N. 72 a. de Or. 141 a.

TYPVS, pi. signum, forma. Attic. 5 b, Præterea typos tibi mando. Att. 5 b. τὴν παροῦσαν κατάσασιν τύπῳ δός. id est, præsentem statum forma aliqua designato.

TYRANNICE. superbè, crudeliter. In Verrem 172 b, Regiè seu potius tyrannicè statuit. Atti. lib. 10. uide quam adhęc τυραννικῶς.

TYRANNICVS, a, um. de Leg. 164 b, Leges tyrannicę. pro Do. 236 b, Priuilegijs tyrannicis irrogatis. de Inu. lib. 1. 15 b, tyrannicum factum.

TYRANNIO, onis. uiri nomen. Qu. Frat. 306 b, & ad Atticum 57 b.

TYRANNIS, dis. dominatio, regnum, crudelissimus dominatus. Attic. 104 b, Ex uictoria cum multa mala, tum certe tyrannis existet. Tusc. 186 a, Potius quàm conscios delendæ tyrannidis indicaret. Atticum 225 b, Odij boni uiuit tyrannis? & 120 b, Idem facere quod in Cinnæ dominatione, & Marij tyrrannide Philippus. Offic. 70 a, Occupare tyrannidem. Att. 231 b, Sublato enim tyranno, tyrannida manere uideo.

TYRANNOCTONVS, ni. uindex & oppressor dominationis. Attic. 231 a, Sustulit simulatiōem desiderij, ne periculosa nostris tyrannoctonis esset. Item Att. 261 a, & Fam. lib. 12.

TYRANNVS, ni. ereptor libertatis, ciuitatis oppressor. I.V. 229 a, Imagines Siciliæ regum ac tyrannorum. & ibidem: Ac uidete quanto hic terrior tyrannus. & in Vati. 33 b, Intolerandus tyrannus. Tusc. 239 a, Dionisius Syracusanorum tyrānus fuit, is cum V & XX. natus annos dominatum occupasset, diu seruitute oppressam tenuit ciuitatē. pro Mil. 108 b, Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis? I.A. 249 b, Qui erant in eum tyranni. & pro Deiot. 146 b, Esse tyrannum in aliquem. Offi. 37 b, Quem armis oppressa pertulit ciuitas. & ibidem: Qui ui oppressos imperio

coercet. & ibidem de tyrannis. I.A. 115 a, Cupido coniungendi cum tyranno: id est, Cæsare. & ibidē: Phalaris & Pisistratus. de Nat. deorū 76 b, Dionysius & Apollodorus tyranni. de D. 91 b, Vrbs ab Alexandro tyranno crudeli domina tu premebatur. Off. 58 a, Nulla est nobis societas cū tyrannis, sed potius summa distractio.

TYRESIAS, siæ. augur & uates Thebanus. de Di. 98 b, De tyresia etiam apud inferos Homerus ait solum sapere, cæteros umbrarum uagari modo. de eod. de N. deorum lib. 2. & Tusc. lib. 5.

TYRIA purpura. I.V. 265 & pro Fl.

TYRVS. urbs Phœniciæ. ibidem.

TYRO, onis. nouus miles, rudis in aliqua re, qui aliquam artē discit.)(. Veteranus miles. Epi. 158 b, Quantum autem in acie tyroni sit committendum, scimus. & Tus. 183 a, Aetas tyronum. I.A. 238 b, tyrones milites.)(. Veterani milites. & 244 b, Cum essem tyro in Pompeij exercitu. pro S.R. 21 a, Qui nuper se ad eum lanistam cōtulit, qui cum ante hāc pugnam tyro esset, facilè ipsum magistrum scelere atque audacia superauit. I.V. 62 a, L. Apuleius usu atque exercitatione tyro. & 112 a, Tametsi non prouinciæ rudis erat & tyro. de Orat. 103 b, Fateor enim oratorem, nulla in re tyronem acrudem, nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere. Offic. 8 a, In Pompilij exercitu Catonis filius tyro militabat.

TYROCINIVM, nij, rudimentum. In Sal. 274 a, At lapsus ætatis tyrocinio, postea se correxit, &c.

TYROTARICHVS, chi. cibi genus, cuius confectionem docet Apicius libro 4. Attic. 233 a, Eo die in Pæti nostri tyrotarichum imminebam. Att. 59 a, Multa me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis quàm patina tirotarichi. & Epist. 136 b, Quem denarium narras? quam tirotarichi patinā? eod. Tu uero ad tyrotarichum antiquum redi.

TYRRENVS, a, um. Thuscus. ut tyrrhenum mare. de D. 84 a, tyrrhenæ gentis aruspex.

TYSIAS, siæ. princeps & inuentor artis rhetoricæ. de In 62 b, & de Orat. 92 b.

V



LITERA interdum pro y usurpatur, ut Sulla, pro Sylla: Sullanus pro Syllanus. Eadem maiuscula significat quinque, id quod sæpe legendis Ciceronis libris occurret.

VACATIO, onis. feriæ, cessatio, immunitas. pro Syl. 172 a, Me neq; rerum gestarum uacatio, neque ætatis excusatio uendicat a labore. & pro Cæl. 43 b, Erat enim meum deprecari uacationem adolescentiæ, ueniamq; petere. de Leg. 158 a, Ego uerò ætatis potius uacationi cōfidebam. de N. deorum 12 a, Nos uitam beatam in omnium rerū uacatione ponimus. & In V. 147 b, Vacatio omnium rerū, de Clar. 175 a, Vacationem augures, quo minus iudicijs operam dent, non habere. pro Font. 277 b, Falsum est ob uacationem precium datū, cum immunis nemo fuerit. In An. 204 b, His liberisq; eorū militiæ uacationem esse placet. & 200 a, Delectum haberi sublatis uacationibus. In Ver. 204 b, Pro hisce rebus uacatio data est laboris & sumptus & militiæ & rerum omnium. Epist. 129 a, Quæ studia uacationem habent publici muneris. & Ac. 30 b, & At. 17 b, Ne uacationes ualerent. de Leg. 158 a, Nullam tibi a causis uacationem dari uideo.

VACCA, cæ. de N. deorum 16 b, Cur non gestiret taurus equę contrectationē? equus uaccæ? & ad Heren. 27 b.

VACCVS, ci. pro Dom. 233 b, In Vacci pratis domus fuit M. Vacci.

VACEI. pro Pl. 277 a, Putabam in Vaceis dicturū. error pro Nicæis.

VACILLO, as. nuto, labo, fluctuo, titubo. de N. deorum 22 b, Nec uero existum reperitis, resq; tota uacillat ac claudicat. & Offic. 76 a, Iustitia uacillat uel iacet potius. de Fin. 62 b, Quo loco uidebitur stabilitas amicitiæ uacillare. de Clar. 184 a, Curio in utramq; partē toto corpore uacillans. Attic. 186 a, Vacillare memoria. In C. 109 a, Partim etiam sumptibus in ære alieno uacillant. I.A. 189 a, Antonius cum

eum una legione,& ea uacillante L.fratrem expectãt. Epi. 262 a,Accepi tuam epistolam uacillantibus literulis.

VACO,as.nihil ago,cesso,ocium habeo. ociũ est,ociosus sum, uacuus uel expers sum,liber sum,careo, priuatus sum. de N.deorum 1.b.Ab dijs omni curatione & administratione rerum uacent.Ep.113 a,Hoc mihi iucundissimum uacãti negocium erat,tecum id ocij tempus cõsumere. Ep. 201 a,Quamuis enim occupatus sis,ocij tamen plus habes, aut si ne tu quidẽ uacas, noli mihi molestiã exhibere.& de D. 82 a,Ita tamen,si uacas animo,&c.Attic.199 a,Scribes ali quid si uacabis.de D.109 b,Tantum huic studio relinquendum,quantum uacabit à publico officio & munere.Offi.3. a,Nulla uitæ pars uacare offic.potest.& Or.216 b,Quare id uacare numero non oportet?Off.27 b,Sic eiusmodi motibus animus debet uacare.de Fin.97 b,Sapiens perturbationibus semper uacabit.Et,Vacãdum est omni animi perturbatione. &, Vt ab omni animi perturbatione liber sis. Off.26 b,Histrionum nonnulli gestus ineptijs non uacant. Ep.97 b,Vacare culpa magnum est solatium. & 18 a, Prefertim cum in quo accusabar culpa uacarem.de L.186 a,Iscordo uicio uacato.Epi. 53 b,Qui locus hoc dominatu uacat? Tusc.188 b,Amplitudo animi una est omniũ rerum pulcherima,eoq; pulchrior,si uacet populo,&c.de Nat. 37 a, Cœlestem ordinem,qui uacare mente putat,is ipse mentis expers habendus est.& 38 b,N.ætherea uacat ea parte corporis,quæ,&c.Tusc.162 a, Animꝰ & terra uacat & humore. & de N.7 a,Si ipsa mens cõstare potest uacans corpore.I. A.138 b,Qui utrisque armis uacãt.de N.deorum 14 b,Nihil est quod uacet corpore,corporibus omnis obsidetur locus.de L.157 b.Vacare cura & negocio. & Tusc.153 a,Vacans nomine.de Cla.190 a, Nullũ tempus illi unquam uacat aut à forensi dictione,aut à scribẽdo. Sal.in Cic. 271 a, Cuius nulla pars corporis à turpitudine uacat. Att. 288 a, Quid nostra refert uictũ esse Antonium? si uictus est,ut alij uacarẽt,quod ille obtinuit?Att.188 b, Tota domus uacat superior.Att. 221 b, Villa ita completa militibus erat, ut uix tricliniũ ubi cœnaturus ipse Cæsar esset, uacaret.de N.deorum 5 a,M.Piso si adesset,nullus philosophi uacaret locus.de Orat. 146 b, Domicilium tantum in illa urbe remanet studiorum,quibus uacãt ciues.de D.82 a, Ego uero,inquam,philosophiæ semper uaco.Offic.13 a, Ea animi elatio quæ cernitur in periculis & laboribus,si iustitia uacat,pugnatque non pro salute communi, sed pro suis commodis,in uicio est.de Sen.84 a, Senum ætas uacat muneribus ijs,quæ nõ possunt sine uiribus sustineri.pro Deio.148 b,Deiotar.quicquid à bellis populi Romani uacabat,cum hominibus nostris consuetudines amicitiasq; iungebat.

VACVITAS,tis.Offic.15 a,Quo magis his & magnitudo animi est adhibenda & uacuitas ab angorib. de Finibus 55 b, Vacuitas omnis molestiæ.& lib.2.uacuitas doloris.& Tusculanarum 236 b,Securitatem nunc appello,uacuitatem ægritudinis.l.Indolentia.

VACVITAS,quam sedem uacantem uocant.Fam.lib.11. Quãtam perturbationem rerum urbanarum afferat obitus consulis, quantam cupiditatem hominib.inijciat uacuitas,nõte fugit Bruti.

VACVVS,a,um,inanis,expers,exhaustus,nudus, ieiunus,liber. I.C.100 a,Cum morte superiores uxoris nouis nuptijs domum uacuam fecisses. & ibidem b, Ab euentu tuo ista subsellia uacua facta sunt.de Or.154 a,Possessio quasi caduca & uacua. & pro S.R. 22 b, Prædia uacua alicui tradere. & Par.125 a, Possessiones uacuæ.I.V.263 a, Remũ uacuũ trahi.Qu.Fr.316 a, Nullum mihi uacuum tempus ostendi tur.Attic.37 b, Cum uacui temporis nihil haberem. I. V. 76 a,Habere dies uacuos.Antequam.194 b,Aures non obtusæ criminatione,sed uacuæ præbebuntur.de Cl.166 b,Itaque hunc elegimus diem, cum te sciremus esse uacũ.& ibidẽ.Esse animo uacuo.& pro D.239 a, Vacuo animo facere aliquid.de L. 158 a, Ego uero libẽter quoniam uacui sumus,dicam.Atticum 199 a,Animum uacuum ad res difficiles scribẽdas afferre.pro Mar.133 b,Gladius uagina uacuus.Tuf.192 a,His rebus mentem uacuam appellauerunt insaniam.de D.114 a,Animus per somnum sensibus & curis uacuus.I.C.118 a,Hic locus nũ quam uacuus mortis periculo atque insidijs fuit.Epistol.58 b, Nihil insidijs uacuum uideo.& 48 b,Vacuus molestijs.Antequam 195 b,Profectò istis hora nulla eiecto Tullio uacua periculo, aut piculi expectatione relinquitur.pro Dom. 218 a, Nullus locus uacuus extraordinarijs fascibus fuiffet.Atticum 169 a, Vacuum periculo consilium.Epistol. 125 a, Oppidum uacuum à bello.de Fini. 114 a, Locus uacuus ab omni turba. I.V.204 b,Vacuus, expers, solutus ac liber ab omni sumptu,munere,molestia.Post.208 a,Vacuo à bonis atque inani foro.de Ar.245 b, Mea domus ab ista religiõis suspicione uacua atque pura est.de Cl. 194 a,Ab exercitationibus oratorijs nullus dies mihi uacuus est.de Fat. 140 a,Quondam uacuo ab interuentoribus die.de D.93 b,Itaque huic obijciuntur uisa a mente ac ratione uacua. In Verr. 200 b, Ciuitas ab his rebus sanè uacua atque nuda. & 82 b, Nulla hora uacua a furto ac scelere reperietur. de In.65 a, Si animus a talibus factis uacuus atque integer erit. de Natura deorum 14 b,De inanitate:id est,de eo, quod uocant uacuum.Att.27 b,Inanis aliqua re utilicid est,uacuus.Qu. Frat.304 a,Sin eris ab isto periculo uacuus,ages scilicet siquid,&c.& 324 b, Animꝰ uacuus ab omni cura.317 a.Plura ad te uacuo animo scribam,cum,&c.de Vn. 197 a, Nihil igni uacuum uideri potest.

VADA. locus inter Apenninum & alpes. Epistol. 174 a, Bruti.

VADA Velaterrana.pro Qu.4.a.

VADIMONIVM,nij. sponsio sistendi in iudicio ad certum diẽ, quam deferere non licet.I.V.155 b,iura Siculorum, quæ habent a populo Rom.ne extra suum forum uadimonium promittere cogãtur.& 264 b, Hominem iuber Lilybæum uadimoniũ Venereo seruo promittere.I.V.165 a,Promittunt Herbitẽses uadimonium Syracusas. pro Qu.4 a,Ego iam neque uado amplius neque uadimonium promitto.& ibidem: Quintius cum cęteris quę habebat,uadimonia differt.& ibidem : Cum uadimonia sæpe dilata essent. & ibidem:Ex eo tempore res esse in uadimonium cœpit.& ibidem : Hic hominem in præsentia non uadatur, ita fine uadimonio disceditur. & 8 a, Qui postea quoque uadimonium missum fecerit.pro Quint.5 b,Venit Romam Quintius,uadimonium sistit.& 8 b, Ad uadimonium non uenerat, & uadimonium sibi ait esse desertum.& 9 b,Obire uadimonium alicui. & 10 a, Vadimonium tibi cum eo nullum fuit.Attic.26 b,Differre uadimonium cum aliquo.& Epist.22 a,Vadimonia dilata,pro Quint.10 b,Quo die uadimonium istuc factum esse dicis?Quint.Frat.316 a, Nemo fuit in tanta multitudine, qui uadimonium concipere posset.de Sen.81 a. Vadimonia cõstituta. & I.C.105 a,De coctores qui uadimonia deferere,quam illum exercitum maluerunt.

VADO,dis.eo,iter facio,ingredior.At.60 b,Ad eum postridie mane uadebam,cum hæc scripsi.ad Her.11 b,Cũ feras bestias uideamus alacres & erectas uadere,ut alteri bestiæ nõ ceant. In Ar. Post hunc ore fero capricornus uadere pergit.Attic.226 b,Lentulus Spinter hodie apud me,cras ma ne uadit.Fam.Epi.lib.7.Vadunt solidaui.

VADOR,aris.in ius uoco, ad uadimonium sistendum uoco.I. V.153 b,Cum Apronius ex Leontino usque Lilybæum aliquem uadaretur ex miseris aratoribus. pro Q.4 a,Si iãque uadari amplius neque uadimonium promittere.& ibi. Hic hominem in præsentia non uadatur, ita fine uadimonio disceditur.pro Qu.11 a,b,Debere tibi dicis Quintium procurator negat:uadari uis,promittit:in ius uocas,sequitur:iudicium postulas,non recusat.

VADVM,qua flumen transire,aut pedibus, aut equo possumus. pro Cæl.48 a,Sed emersi iã è uadis, & scopulos præterueĉta est oratio. de Ora. 211 a, Hoc motu radiantis etesiæ in uada ponti.

VAFER,a,um.callidus. de Natura deorum 18 a, Homo minimè uafer.& Off.63 a,Veterator,uafer.de Rep.lib.III.Nõ sunt in disputando uafri,non ueteratores,non malitiosi.de Natura deorum 9 b, Chrysippus Stoicorum somniorum uaferrimus interpres.Atticum 19 a,Vafer ille Siculus Epicharmus.

VAFRE. callide. In Verrem 135 a, Nihil uafrè,nec malitiose fecit.

VAGE. disperse. ad Heren. 33 b, Quas exornãtiones idcirco non

nũ uage dispersimus,sed à reliquis separauimus,quod,&c. 14 a,Res sparsę & uage dificẽtæ.

VAGINA,nę.gladij theca.de In. 63 b,Ille gladiũ è uagina eduxit.de N.d.33 a,Vt clypei causa inuolucrum, uagina autẽ gladij.sic,&c.pro Mar.133 b,Gladius uagina uacuus.I.C. 98 a,S.C.inclusum in tabulis.tanquam in uagina reconditum.de Se.87 b,Viriditas herbescens culmo erecta geniculato,uaginis iam quasi pubescens includitur.

VAGIO,gis.eiulare,puerorũ infantium more plorare.de Sen. 94 a,Si quis deus mihi largiatur,ut ex hac ętate repuerescã & in cunis uagiam.& de Fi.71 a,& ad Her.33 b.

VAGOR,aris.euagor,uolito,passim uolito,erro.pro Sest.22 a Quodam rẽpore homines fusi per agros ac dispersi uagabãtur.& de In.42 a,Cũ in agris homines passim bestiarũ more uagabantur.& de D.98 b,Cęteros umbrarũ uagari modo.p Fl.152 a, Prędones totos mari dispersi uagabãtur. de D.125 a,Aues huc & illuc passim uagantes.contr.Rull. 73 a,Quacunq; uelis uagari.& 75 a,Vagari per orbẽ terrarum.I.A.231 b,Is nunc tota Asia uagatur, uolitat ut rex. pro Fon.280 b,Hi cõtra uagantur lęti atque erecti passim toto foro.& de Or.100 a,Vagari magna cum caterua toto foro.& Att.225 Toto urbe uagari.ad Her.36 a, Volitare & uagari toto foro.pro Mar. 135 b, Vagabitur nomen tuum longè atq; late.Aca.17 a,Eo fit ut errẽ & uager latius.Tuf. 193 a,Deinde instituto nostro uagabimur.de Orat.102 b, Ne uagari & errare cogatur oratio.de Or.160 b, Ne fluat, ne uagetur oratio.& 91 a,Eadem illa facultate uagari qua uelit.& 154 a,In hoc tam immenso campo uagari liberè. Att.118 b,Vagamur egentes cum coniugib.& filijs.de Or. 159 a,Vt uerba neque alligata sint, quasi certa aliqua lege uersus,neq; ita soluta ut uagentur.Att.258 a, Vtinam eum diem uideam,cum ista oratio ita libere uagetur, ut etiã in Sicę domum introeat.Oct. 329 a, In urbe milites uagantur.Off.349 a,Non enim sumus hi quorum animus uagetur errore.

VAGVS,a,um.errans,inconstans,dispersus,incertus.Ac.109 a, Itaq; uagus esse cogitabam.& 117 b,Dionysio, dum existimabam uagos nos fore,nolui molestus esse.pro Clu. 54 b. Aliquem uagum & exulem errare.Or.204 a, Solutũ quiddam sit,non uagum tamen, ut egredi libere, non licenter errare uideat.urde N.26 a,Errans & uaga sententia.)(.Stabilis & certa.& de Or.114 b,Pars quæstionum uaga,libera & late patens.de Vn.201 a,Sidera quæ uaga & mutabili ratione labũtur.de Fi.138 a,Bestię motus solutos ac uagos à natura sibi tributos requirunt.ad Her. 22 a, Loci præter modum ampli uagas imagines reddunt.I.A.242 b, Vt uitã inopem & uagam prosequamur.pro Mil.114 b,Vaga uolubilis fortuna.

VALDE.uehementer,admodum,mirum uel maiorem in modum,egregie,non mediocriter,per quàm,sane quam impẽse,magnificè,grauiter,in primis,etiam atq; etiam,ita, Att. 210 a,Inhibere illud,quod mihi ualde arriserat,nũc uehementer displicet.Ep.96,Rem te ualde bene gessisse rumor erat.de Ar.244 b, Cui destinatam iam laudem præripere ualde esset iniquum.de D.125 a,Nihil est tam ualde uulgare,quàm nihil sapere.Ac.106 b,Quid opus est de Dionysio tam ualde affirmare?& 24 b,Valde hoc uelim, antequã sio tam ualde affirmare?& 24 b,Valde hoc uelim, antequã proficiscare conficias,&c.& 9 a, Valde grauiter pertexuit hunc locum.& 58 b,Epistola ualde bella est.& 59 a,Epistola tua ualde me leuauit.& 222 b, Valde uehementer eum uisum & libere dicere.& ib. Hic quicquid uolet, ualde uolet de Le.184 a.Tu uero eum nec nimis ualde unquã, nec nimis sæpe laudaueris,Famil.lib.2. Nam suos ualde quam paucos habet.

VALE.fac,uel cura,uel da operam ut ualeas.Att.78 b, Etiam atque etiam uale patrone,&c.Q.F.312 a,Mihi frater uale & 162 b,Da operam ut ualeas.Ep.258 b,Vale mi Tyro,uale,uale & salue.Ep.257 a,Cura ut ualeas etiam atq; etiam Tyro noster.Ep.256 a,Valebis igitur,meque, &c. 123 a, πολλὰ χαίρειν τῶν καλῶν dicere,Ep.111 a,Ego uero multã salutẽ à foro dicam & curiæ.

VALENS,tis.robustus,fortis,firmus,ualidus,potens,sanus.)(. Imbecillus.I.V.264 b,Lictores ualentissimi,& ad pultandos uerberãdosque homines exercitatissimi.I.A.244 a,Semel circumsessus lectis ualentissimorum hominum uirib. cecidi sciens.pro Cl.54 b, Statius quidam colonus homo ualens.contra Rul.83 a;Robustus & ualens,& audax fatellites.pro Cæl.51 b,Imbecillus.)(.Valens.Ep.95 a,Cum homo imbecillus à ualentissima bestia laniatur. & 77 a,Quã uiribus cum ualentiore pugnare.Ac.44 b,Nihil enim ualẽtius est à quo intereat. de Cl. 170 a, Quanquam in Lysia sunt sæpe lacerti,sic ut fieri nihil possit ualentius. de Arte. 258 a,Fuit quondam ita firma hæc ciuitas & ualens, ut iniurias ciuium ferre posset. pro Do. 220 b,Imberbis adolescentulus,bene ualens & meritus.de Vn.202 a, Nec fratus ualentior quàm consilium meum.de Fa.142 a, Diodorus ualẽs dialecticus.At.238 a,Ibi bene ualentem uidi Pyliã. Epi.256 b,Malo te serò ualentem, quàm statim imbecillũ uidere.pro Cl.23 a,Cum puer hora XI. in publico ualens uisus esset, ante noctem mortuus inuentus est. Item cum morbo alicui mederi uis,consuetudo ualẽris & natura corporis cognoscenda est.Ac. 6 a, Sensus si sani sunt & ualentes.&c.Ac.102 a,Mallem resp.tantas ei uires non dedisset, quàm nunc tam ualenti resisteret.Of.35 b, Quę esset oblectatio ualentium.

VALENTINI.pop.I.V.243 b.

VALEO,les.possum,polleo,potens sum, uim habeo,uires habeo,monumentum uel pondus uel autoritatem habeo, alicuius momenti putor,operor, proficio, momentum affero.de Finib. 60 b,Epistol.8 a, Qui plus opibus, armis, potentia ualent.& 137 a,Fiet quodcunque uolent, qui ualebunt:ualebunt autem semper arma. & de Ar.256 b, Opibus ualere. Ac. 66 a,Domitius ualet amicis. & 256 b,Vereor ne ualeat Antonius. Atti. 66 a,Et quo animo Coss.ferunt hunc ὄχλον,rescribas ad me quantum potes & uales. pro Domo. 216 a, Quasi ego in isto genere animo quicquam, aut curatione,aut potestate ualerem.de Clar. 169 a, Is longe plurimum ingenio ualuit.Epistol. 85 a,Quicquid authoritate ualebo & gratia, ualebo tibi. & 180 b, Non uereor, ne meæ uitæ modestia parum ualitura sit in posterum contra falsos rumores. Of.21 b,Videmus alios uelocitate ad cursum, alios uiribus ad luctandum ualere. de Clar.Orat. 169 b,Dicitur etiam C.Flaminius ad populum ualuisse dicendo.I.C.101 a,Tu ad leges non solum negligendas,sed etiam perfringendas ualuisti.pro Cl.58 b,Omnes Latinates,qui ualuerunt,uenerunt Romam.In. C.117 b,Hæc res mihi ualet ad gloriam. pro Mur. 133 b,In hoc felicitatis fama sermoque ualet. pro Mur.138 a,Iudicium accusatoris in reum pro aliquo præiudicio ualere. de Leg. 161 b,Vna definitio in omnes homines ualet. Epistol. 92 b, Ad consolandum autem cum illa ualeant, & cæt. de Finib. 108 a, Ex eo genere, quod ad differendum ualet. Att. 67 a,Vtinam ualeat ad celeritatem reditus.de Orato. 152 b,Hoc ualet ad agendum,&c. de D. 128 b, Plus terrarum situs quàm lunæ tactus ad nascendum ualere dẽ Clar. 177 a, Res ubi plurimum proficere & ualere possunt, collocari debent. pro Sest. 16 a, Ignari quid uirtus ualeret. de Orator. 110 a, Experia ut ne Sulpitius plus quàm ego apud te ualere uideatur.de Clar.176 b, Sp. Torius saris ualuit in populari genere dicendi. pro Cecin.295 b,In uno seruulo familiæ nomen non ualer.&302 a,Nam illud uerbum unde,in utramque rem ualet. Top. 229. Verba ne plus an sententia ualere debeat. Offic. 60 b, Hoc uerbum quid ualeat,non uidet. de Natur.60 b,Quod eò ualebat,ut &c.pro Cecin. 296 b,Quod etiam si uerbo differre uideatur, re tamen est unum, & in omnibus causis idem ualet. & Top.223 b, Idem ualere.)(. differre & distare. de Finib. 96 b, Quærimus uerbum Latinum pro Græco, & quod idem ualeat. Epistol.12 a,Præmia quæ apud me minimũ ualent,& 55 a,Authoritas tua plurimũ ad apud me ualet. de Diuin.86 b,Aut si ualuit,id ualuit,ut peccatũ in eo hæreat.& 132 b, Tamen intelligere potuisset, uincere te Romanos, nihil magis in se quàm in Romanos ualere. de Diuination. 141 b, Vt ad quosdam res natura loci pertinet,ad quasdam autem nihil:sic affectio astrorum ualeat si uis ad quasdam res, ad omnes certè non ualebit. de Ora. 125 a, Hoc igitur exprimere, &c. mirum quiddam ualet uel maximam habet uim.Epist. 55 a, Valere in omnes partes.Epist.54 a,Valere in animo.pro Deiot. 144 b, Hoc ad uincendum ualet uel ad uincendum graue est, uel ad di-

cendum leue est. Aca.22 a, Hoc contra te ualer. de Or. 138 a, Multa ante congressum fiunt, quæ non ad uulnus, sed ad speciem ualere uidentur. & ibi. Quæ ualent contra falsam criminationem. Offic. 43 b, Qui semper aliquid inquirunt, quod spectet & ualeat ad bene beateq; uiuendum. de Fat. 143 a, Quanquam hoc Chrysippo non uidetur ualere in omnibus, de Fini. 132 b, Sed certè opus est ea ualere & uigere, & naturales motus ususq; habere. de Or. 195 a, Diuturna in eo ualuit opinio tarditatis. Post 206 b, Legē Tribunus plebis tulit, ut lex Aelia & Fufia ne ualerēt. pro Do. 229 a, De agris ratū est, fuit enim populi potestas, de ciuitate non ualuit, etc. de Cl. 171 a, Filius Scipionis si corpore ualuisset, in primis habitus esset disertus.

VALERE. ad sanitatem morbosve relatū. Ep. 93 a, Hic tui omnes ualent. & 70 b. Ego ualeo sicut soleo, paulò etiam dete rius quàm soleo. de Fi. 73 b, Optime ualere.)(. Grauissimè ægrotare. Att. 77 a, Si modò ualuisti, & Romæ fuisti. & 97 b, Cōfido te iam ut uolumus, ualere. & 1 b, Si melius ales, uehementer gaudeo. Ep. 178 b, Nos hic ualemus recte, & quo melius ualeamus operam dabimus. Att. 100 a, Significant enim tuæ literæ, te prorsus laborare. & ibi. Quia indicabat te non ualere. Att. 213 b, Attica planè ualet. & 74 a, Cùm ego non bellè haberem. Q. F. 323 a, Valent pueri, studiose discunt, diligenter docētur, Att. 189 b, Vt in malis recte habeā. Q. F. 327 a, Cum (ut spero) se Cicero noster bellè habebit. Ep. 130 a, Tullia nostra rectè ualet, Terētia minus bellè habuit, præterea rectissimè sunt apud te omnia. & 262 a, Belle habere. Att. 58 b, Literæ, quibus erat scriptum Lētulo melius esse, & 96 b, Tyronem grauiter ægrū Essæ reliqui, sed nunciant melius esse ei. & 231 b, Antè sciui ei rectè esse, quàm nō belle fuisse. & Tusc. 166 b, Pompeio melius est factum. Q. F. 318 a, Apud eū rectè erat. Epist. 130 a, Rectissimè sunt apud te omnia. Ep. 256 b, Meliusculè mihi est. & At. 223 b, Spero tibi iā esse ut uolumus. Ep. 153 b, Frater meus laborib. assiduis concursationibusq; cōfectus gra uiter se habet. Ep. 155 b, Si rectè istic erit.

VALERE, salutantis in discessu. Atticum 92 a, Valebis igitur, & ualere Pyliam nostram & Cæciliam iubebis, & saluebis à meo Cicerone. & 69 a, Illum salutaui, postea iussi ualere. Ep. 33 a, Valete mea desideria, ualete. Epi. 258 b, Vale mi Tyro, uale & salue. Att. 57 b, Sed ualeant recta consilia. & de Na. 25 b, Si deus nulla hominum charitate tenetur, ualeat. Att. 123 a, πολλὰ χαίρειν τοῖς κακοῖς dicere. de Ami. 100 a, Amici imbecilles ualent. Att. 261 b, Quare ista ualeant.

VALETVDO, nis. Of. 51 b, Valetudo sastētatur noticia sui corporis & obseruatione earum rerum, quæ res aut prodesse possent, aut obesse, & continentia in uictu, omniq; cultu corporis tuendi causa & præcermittendis uoluptatibus. de D. 134 Of. 35 a, Aesculapius potest perscribere per somnium curationem ualetudinis. & 97 b, Qui ualetudinis uicio furūt, & melancholici dicuntur. Epi. 134 a, Ex literis tuis intellexi animum meum tibi perspectum esse circa cūram ualetudinis tuæ, quam tibi esse gaudeo. & 133 a, Multi ualetudinis causa in hæc loca conueniunt. & 138 a, Valetudo quam in termissis exercitationibus amiseram. de Cl. 170 a. Quosdā ualetudo, modo bona sit, tenuitas ipsa delectat. Attic. 71 b, Me incommoda ualetudo, quæ iam emerseram, tenebat iā duodecimum diem Brundusij. & 105 b, Sed prorsus te cōmoueri incommodo ualetudinis tuæ uolo. de Cla. 176 a, Is ualetudine incommoda fuit. de Cl. 180 b, Is semper infirma atq; etiā ægra ualetudine fuit. & 165 b, Diuturna perturbatio totius ualetudinis. Atti. 183 a, Scripseras enim te quodam ualetudinis genere tentari. de Ora. 101 a. In eius infirmissima ualetudine affectaque iam ætate. Et Ep. 77 b, Istinc ne te moueas tam infirma ualetudine. de Or. 108 b, Nunc fœtuola paulum requiescet, dum fe calor frangat, & nos ipsi, quoniam id temporis est, ualetudini demus operam. Qu. F. 299 a, Te oro, ut ualetudini tuæ, si me & omnes tuos ualere uis, diligentissimè seruias. Post. 210 a, Quis quæcunque aut ætate aut ualetudine esset, putauit, &c. pro Mur 135 b, Quibus contra ualetudinis commodum laborandū est. pro Clu. 27 a, Erat infirma ualetudine Habitus. Or. 204 a, & de Fi. 78 a, Esse integra ualetudine. I. A. 219 b, Cum esset summa senectute & perdita ualetudine. de Or. 95 a, Ualetudine impeditus non potui, &c. In. P. 82 a, Vti excusatiōe ualetudinis. Ep. 134 b, Tāta perturbatio ualetudinis tuæ. Ep. 212 b, Asclaponis medicatars mihi iucunda fuit, quam sum expertus in ualetudine meorum. Ep. 45 b, Propter ualetudinem domo non exeo. Ep. 153 b, Quod illa ualetudine magis conficere se quàm me tueri poterit. & 138 a, Amittere ualetudinem. Ep. 179 b, Cùm eū obiurgarem quod parū ualetudini parceret. Ep. 79 b, Grauitas ualetudinis. & 95 b, Imbecillitas ualetudinis. & 94 b. Infirmitas ualetudinis. Tusc. 227 a, Mala ualetudo animi. 234 a, Et perdita ualetudo. de Fi. 57 b, & de Opt. 243 b, & post q. 198 b, Bona ualetudo. de Fi. 119 b, & 144 b, Valetudo.)(. Morbus Qu. Fr. 313 a, Marius & ualetudine est, & natura infirmior. & I. A. 221 a, Si ad grauem ualetudinē dolor accessit. Atti. 169 b, Valetudinem tuam iam confirmatam esse, & à ueteri morbo, & à nouis tētationibus gaudeo. Of. 56 a, Si unumquodq; membrum sensum hunc haberet, ut posse putaret se ualere, si proximi membri ualetudinē ad se traduxisset. & de D. 137 b, Nonnullæ significationes ualetudinis, ut hoc ipsum pleni enectiue simus ex quodam genere somniorum intelligi posse dicūtur. de Se. 84 a, Quàm fuit imbecillis P. Africani filius, quàm tenui aut nulla potiusua letudine? & ibi. At id quidem non proprium senectutis est uicium, sed commune ualetudinis. de Am. 100 a. Valetudo opportuna est, ut dolore careas, & muneribus fungare corporis.

VALIDISSIME. summopere, einxè. Cæl. Ep. 113 a, Cùm pro amicitia ualidissimè fauerem ei.

VALIDVS, a, um. ualens. Epist. 258 b, Omnia uiceris, si te ualidum uidero. & in Arat. Validæ uires. de Finib. 132 a, Videmus ea quæ terra gignit corticibus & radicibus ualidaferuari.

VALLATVS, a, um. stipatus. pro Mur. 136 a, Catilina stipatus choro iuuentutis, uallatus iudicibus atque sicarijs.

VALLO, as. stipo. de Leg. 168 b, Cùm hæc omnia quasi sepimento aliquo uallabit differendi ratione, &c. de Ar. 251 b, Ius legationis cum hominum præsidio munitum sit, tum etiam diuino iure est uallatum. pro Arch. 189 b, Pontus & regijs quondam opibus, & ipsa natura regionis uallatus.

VALLVM, li. propugnaculum, & munitio castrorum. At. 79 b, Oppidū cinximis uallo & fossa & aggere maximo. & Ep. 245 b, Oppidū uallo & fossa circumdedi. I. P. 98 a, Vallū alpium contra ascensum transgressionemq; Gallorū. de Se. 88 a, Et cōra auium minorum morsum munitur uallo aristarum. de N. 55 a, Munitæque sunt palpebræ tanquam uallo pilorum. Art. 148 b, Fossa, & uallo septum tenere aliquē & Tusc. 182 b, Ferre uallum.

VALVÆ, arum templorū ianuæ. I. V. 229 a, & 88 a, & 222 a, Hæc alia duo signa quæ ad ualuas Iunonis Samiæ steterūt. pro Do. 237 b, Ibi enim postis est, ubi aditus templi est, & ualuæ ambulationis. de D. 96 a, In templo Herculis ualuæ clausæ repagulis subitò seipsæ aperuerūt. I. A. 181 b, Cùm ualuæ Concordiæ non patent.

VANESCO, scis. euanesco. de I. 174 b, Labes nec diuturnitate euanescere, nec manibus ullis elui potest.

VANITAS, tis. inanitas. de Leg. 161 b, Si deprauatio consuetudinum, si opinionum uanitas non imbecilliterem animorum torquere, &c. Tusc. 109 a, Vt uanitati ueritas cedat. Offic. 10 a, Talis autem simulatio uanitati coniunctior est quàm liberalitati. de D. 108 a, Leuitate, uanitate, malitia ex clusa diuinationem probo. Offi. 63 a, Qui in uendendo orationis uanitatem adhibent. & de Amic. 114 b, Blanda orationis uanitas. & ad Her. 12 b, Idque comitate fit magis quàm uanitate. Part. 231 b, Attende uanitatem comitatis esse oppositum.

VANVS, a, um. falsus, mendax, futilis, inanis, leuis. pro Pl. 280 b, Memini cum tibi uana quædā miser atq; inania falsa spe inductus pollicebar. de Diui. 88 a, Aruspices uanos futilesque esse dicamus. pro Q. 4 b, Si ueritate amicitia colitur, qui amicum prodit, uanum se fateatur necesse est. pro S. R. 38 a, Credere orationi uanę alicuius. & ad Her. 12 b, Vana ratio: id est, falsa.

VAPOR, ris. humor marinus uel terrenus extenuatus, expiratio, anhelitus terræ, afflatus ex terra. de Natura deorum 31 a, b, Aer oritur ex respiratione aquarum, & earum quasi quasi uapor habendus est. & 49 b, Vapores, qui à sole ex agris repefactis, & ex aquis excitantur. de Se. 83 b, Terra se men repefactum uapore, & complexu suo diffundit, &c.

VAPORARIVM, rij. Q. F. 318 a, Vaporarium ex quo ignis erumpit, ut sub tectum cubiculi.

VAPVLO, as. cædor, uerberor. Ep. 112 a, Alius equitatum perdidisse alius septimam legionem uapulasse. Att. 30 a, Tum suum nium sermone sentiet uapulare.

VARDARETO. pro. Ep. 65 b, Varinij.

VARIATVS, a, um. pro Mil. 103 a, Aliquem reū uariatis iudicum sententijs diuina sententia esse liberatū. de D. 135 a, Hæc scilicet in imbecillo remittoque animo multa omnibus modis confusa, & uariata uersantur.

VARIE. dissimiliter, diuerse. de Cl. 198 a, Numeri non eodē modo, sed uarie conclusi. Attic. 132 a, Quis autem est, tanta quidem de re, quin uarie secū ipse disputet? pro Sest. 23 a, Numerus huius generis latè & uarie diffusus est. & de Fin. 88 a, Varie abundans. de Diu. 127 a, Eamq; uim uarie moueri ab his fideribus quæ, &c.

VARIETAS, tis. dissimilitudo. de Diu. 127 b, de Fi. 66 a, Varietas latinum uerbum est, idq; propriè in disparibus coloribus dicitur, sed transfertur in multa disparia: uarium poemata uaria oratio, &c. Offi. 21 b, 22 a, Vt in corporibus magnæ dissimilitudines sunt sic in animis existunt, etiam maiores uarietates. de Se. 88 b, Florum omnium uarietas. pro Cor. 61 a, Dissimilitudo ciuitatum uarietatem iuris habet maximum. de D. 110 a, Surdus uarietates uocum aut modos noscere non potest. & 131 a, Varietas est propria fortunæ. de D. 97 a, Quæ omnia fiunt & ex cęli uarietate, & ex disparili aspiratione terrarum. pro Ar. 189 b, Bellum magnum & difficile, & in multa uarietate terra marique uersatum. de N. 1 a, & 36 b, Qui deos esse dixerunt tanta sunt inuarietate ac dissensione constituti, ut, &c. & de Fin. 66 a, Iouis stella multas effecit uarietates. & 80 b, Voluptas q̄ faciat uarietatem uoluptatum. de Ora. 1. 3 b, Distinguere historiam uarietate locorum. de D. 127 b, Illi orbes uarietatem maximam habent, alij quę in alijs locis sunt, Orato. 206 b, Eaque eam, quam probo, habent uarietatem. de Cl. 191 b, & pro Cor. 55 b, Herculis ualuę clausæ repagulis subitò te ipsę aperuerunt. u deat ne ignoret & gradus, & dissimilitudines, & uim, & uarietatem Atticorum.

VARIO, as. distinguo, uariatę distinguo, uarietatem facio. de Or. 112 a, Oratoris est formare orationem, eamque uariare & distinguere, quasi quibusdam uerborum sententiarumq; insignibus. de Fi. 56 b, Vt postea uariari uoluptas, distinguiq; possit, augeri amplificariq; nō possit. Or. 202 a, Ego ille princeps uariabit & mutabit uocem. de Fi. 127 a, In eo uariari inter eos uidetur.

VARIVS, a, um. dissimilis, dispar, diuersus, multiplex, distans, commutabilis, disparilis, habens uarietatem, uarietate distinctus, in uarietate constitutus, multiformis. Acad. 44 a, Principes qualitates sunt uniusmodi & simplices, ex his autem ortæ uariæ sunt, & quasi multiformes. & At. 140 a, Nolim putare tolerabiles horum insanias, nec uniusmodi fore. de Or. 128 a, Multa & uaria & copiosa oratio. & 148 b, Variæ & diuersæ & in omnem partem diffusæ disputationes. Ora. 198 a, Multiplices uariique sermones. Ac. 42 a, Plato quàm uarius & multiplex & copiosus fuit. pro Flac. 147 a, Præterę iurisdictiones uaria & multiplex ad suspiciones & simulatures. de Orat. 104 a, Quarum rerum fateor magnam multiplicem quę esse disciplinā, & multas copias uariasq; rationes. de N. 1 a, Variæ & discrepantes sententiæ. Orat. 201 b, Naturæ uariæ & uoluntates, multum inter se dissentiē effecerunt genera dicendi. & pro Cæl. 40 a, Varia multiplexq; natura. pro Po. 9 b, Varia & diuersa genera bellorum. I. 245 b, Varium ius ac dispar conditio. Off. 14 a, Ferre ea quæ uidentur acerba, quæ multa & uaria in hominū uita uersantur. de Am 113 b, Assentatoris animus uarius, commutabilis, & multiplex. pro Ce. * In uario iure: id est, cum iurisconsulti de aliqua re contrario respondent. cont. Rul. 82 a, Vectigal bellis infestū, fructib. uarium. de Natur. 45 b, Varia genera bestiarum, uel cicurum, uel ferarum. de Finib. 66 a, Varium poema, uaria oratio, uarij mores, uaria fortuna, uoluptas uaria etiam dici solet. de N. 76 b, Varius homo inportunissimus.

VARICES. uenæ cruribus & inguine tumescentes. Tusc. 172 b, Cum uarices secabantur C. Mario, dolebat.

VARRO, onis. I. A. 180 a, De Varrone. & Ep. 172 b, & At. 74 a, Varronis thesauri.

VASARIVM, rij. supellex uasorum, siue pecunia, quæ magistratui in prouinciam eunti, uiatici nomine attribuebatur. I. P. 99 a, Nōne sestertium centies & octogies, quod quasi uasarij nomine in uenditione mei capitis adscripseras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti?

VAS, Vadis. qui pro aliquo spondet, uel obligatur, præsertim in causa capitali: qui alicuius causam omnem suscipit, & se pro illo supponit reum. Offic. 61 a, Vas factus est alter eius sistendi, ut si ille non reuertisset ad diem, moriendum esset sibi ipsi. Tuscul. 240 b, Quorum cum alterum uadem mortis accepisset, alter ut uadē suum liberaret, præsto fuit ad horam morti destinatam. de Fi. 81 b, Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico? ad Brut. 289 a, Me pro adolescentulo resp accepit uadem. Att. 91 b, An sumptum poscet uades Scaptius?

VAS, uasis. I. Ver. 214 a, Erat etiam uas uinarium ex una gēma pergrandi. I. Trulla. de In. 77 a, Vasa magnificè & preciosè cælata. pro S. R. 40 b, Vasa Corinthiaca & Deliaca, in quibus est Authepsa ipsa. pro Muræn. 142 a, Atque ille exposuit uasa Samia. I. V. 211 b, Efferri sine thecis uasa. Tuscul. 159 a, Nam corpus quidem quas est, aut aliquod animi receptaculum. I. V. 209 a, Mouere casta ex loco, & colligere uasa.

VASCVLARIVS, rij. qui uasa ex metallo facit, præsertim ære, argento, auro. I. V. 212 a. I. Cælator.

VASTATIO, onis. uastitas. depopulatio. I. C. 108 a, Ergo in uastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas puras? Ep. 153 a, Qui Italiam à uastatione defendat.

VASTATVS, a, um. pro Sest. 15 a, Lex erat lata uastato ac relicto foro.

VASTIFICVS, a, um. Tusc. 179 b, Erimanthia hæc uastificā abiecit belluam.

VASTE de Ora. 147 a, Asperè, uastè, rusticè, hiulcè loqui.)(. Presse, æquabiliter, leniter. de Ora. 159 a, Verba ne asperè concurrant, neve uastius deducantur.

VASTITAS, tis. uastatio, solitudo. I. 227 a, Audistis quæ solitudo esset, quæ uastitas in agris, quàm deserta, inculta & relicta omnia. de Natur. 21 b, & cont. Rul. 80 a, Volucres, angues ex uastitate Libyæ uento Africo inuehi in Aegyptum. I. P. 98 a, Fana uexata hanc tantam effecerunt uastitatem. de Natur. 18 b, Animos terreri uastitate, pestilentia, terræ motibus. pro Flac. 146 a, Cum uastitatem à templis, deubris, urbe, Italia depellebam. Epi. 165 a, Cum uastitem Italiæ respexerint. de Clar. 166 b, Defendo iudiciorum uastitatem. Of. 36 a, Causæ eluuionis, pestilentiæ, mortis, belluarum etiam repentinæ multitudines. de D. 90 b, Bellua immanis quacunque incedebat, omnia arbusta, uirgulta, tecta peruertebat. & ibid. Deum respondisse uastitatem esse Italiæ.

VASTO, as. uastitatē infero. depopulor, diripio. Ep. 172 b, Antonius decursionib. per equites uastat ea loca, quæ incurrit. & 120 a, Quæ diripuisses ipse, ut uiderentur ab hoste uastata. Ep. 169 b, Multa castella cepi, multa uastaui. & 66 a, Regiones uastauit. I. V. 174 a, Agros uastare atque exinanire. I. C. 101 b, Hæc quæ iampridem uastare studes: id est, urbem. I. C. 103 a, Cum bello uastabitur Italia, uexabuntur urbes, tecta ardebunt. & 121 a, Vastare & diripere totam Italiam. de Arusp. 250 a, Qui Pessimuntem ipsum de sede matris deorum uastaris. de N. 46 a, Homines non patiūtur terram immanitati belluarum efferari, nec stirpium asperitate uastari. Ac. 134 a, Homo magis ad uastandum Italiam quàm ad uincendum paratus. Oct. 330 b, Qui uastares urbem incendio, Italiam bello.

VASTVS, a, um. desertus, immanis, magnitudine immani. contra Rull. 80 a, Ager propter sterilitatem incultus; propter pestilentiam uastus atq; desertus. Part. 233 a, Loci uasti.)(. Loci cœdificati. & de Somn. 129 a, Vasta solitudo. Tusc. 243 b, Quæ Barbaria India uastior, aut agrestior? de N. 20 b, Elephanto belluarum nulla prudentior, at figura quę uastior? de Na. 48 b, Quadrupes qua uasta tenetur. de D. 90 b, Bellua uasta et immanis. I. P. 92 a, Cum mare uastissimum

hyeme transibas. Ora.211 a, Axilla ala factus est fuga litera uastioris.de Orat.94 a, Quidam uultu motuq; corporis uasti atque agrestes.ad Heren. 27 b, Crebræ uocalium concursiones,quæ uastam & hiantem orationem reddunt.

VATES,tis.fatidicus,mantis,diuinus facerdos.de L.173 b,Fatidicorum & uatum effata incognita interpretari.de Nat 12 b,Aruspices,augures,arioli, uates,cõiectores.& de Ar 248 a,Libri uatum Apollinis.& 250 a,Hæc uate suadente id est,Sibylla.de Di.104 a,& de Cl.170 b,Quos olim fauni uatesq; canebant.de D.87 b, Sybilla Erithræa,Bacchis, Bœotius.Epaminundas Cres.

VATICANVS.Romæ mons.At.216 a,b.

VATICINATIO,nis.oraculum,prædictio.Ac.27 a, Auspicia, oracula,somnia,uaticinationes.& Part.230 a, Vaticinationes & responsa sacerdotum,aruspicum,coniectorum.& de Natura 27 b,Ex Sibyllinis uaticinationibus.de Diu.131b, Hoc est artis & scientiæ,non uaticinationis & motus. Attic.128 b, Quarum literarum uaticinationem falsam esse cupio.de Nat.59 a,Multa oratoris declarantur, multa uaticinationibus.& de D.95 a,Exposui somnij & furoris oracula.de Diu.123 a,Sortes,quæ uaticinatione funduntur.l. Diuinatio.

VATICINOR,aris.diuino,insanio,furo,futura præsentio.At. 125 a,προτεσπίζω igitur noster Attice, non ariolans,ut illa cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens iam iãq; maiora magno tumultu, non multo inquam secus possum uaticinari tanta malorum impendet πλάν. Epistо. 27 b,Sed ego fortasse uaticinor, & hæc omnia meliores habebũt eximius,Am.100 b,Empedoclem quidẽ carminibus græcis uaticinatũ ferunt,quæ in toto mundo,&c.de Di.94 b, Vt uaticinari furor uera soleat.Et Epist. 27 b, Sed ego fortassis uaticinor.de Diuinat.87 b,Vaticinans per furorem,ut Sibylla.& 229 a,Furore diuino incitatus animus futura præsentit.pro Sest.7 b,Qui hæc dicerent, uaticinari atque insanire dicebant.

VBER,ris,mamma.de Di. 84 b,Martia quæ paruos Mauortis semine natos,Vberib.grauidis uitali rore rigabat.

VBER,ris,fœcundus,ferax,fertilis,abundans, copiosus Q.F. 318 b,Multis locis aquam profluentem, & eam uberem uidi.de Or.94 a,Motus animi ad explicandum ornandumq; uberes.de D.81 a,Ea cleanthes paulò uberiora fecit. de F. 146 a.Seges spicis uberib.& crebris.de N.57 b, Vberrimi lætissimiq; fructus uitium.& Tu.174b,Fructus uberrimus.de Sc. 89 a, Agro bene culto nihil est nec usu uberius, nec specie ornatius.Off.53 a,Nullus feracior in philosophia locus,nec uberior,quàm de officijs.I.P.100 b,Vbi illa uberrima supplicationib.triumphisq; prouincia.Epi.67 b,Omnia uberiora futura sunt.de Nat.86 a,Maiore delectatione uberiore spe cõmoueri.Ora.198 a, Periclem ab Anaxagora fœcundum atque uberem fuisse.de Cl.296 b,Vir ornatus uberrimis artibus.& 175 a, Nemo plenior & uberior ad dicendum fuit.

VBERIVS & uberrimè.copiose,affluenter.de Nat. 30 a, Vberius ac fusius disputare aliquid.& de Diu.109 b, Epi. 43 a, Vberrimè.

VBERTAS,tis.abundantia,copia,magnitudo.Ora.198 a,Omnis enim ubertas,& quasi sylua dicendi ducta ab Academicis est. & pro Cor.55 a,Orationis ubertas uarietas, copia. de N 52 a,Nuper nati mammas appetunt,earumq; uberta te saturantur.I.V.199 a,Vbertas in percipiendis fructibus utilitas in uendendis.de N.77 b,I.V.199 a,Vbertas frugũ & fructuum.pro Pō.12 b, Summa ubertas agrorũ. Postq. 202 a,Frugum ubertas & copia.de N.58 a. Maxima ubertas & uarietas pomorum.& Tusc.162 b,Ramos baccarum ubertate incuruescere.de N.59 b, Satis à Socrate dictũ est de ubertatibus uirtutis & copijs. de Orat.101 a,Bibliothecas omnium philosophorum unus XII.tabularum liber & autoritatis pondere,& utilitatis ubertate superat.de Ora. 89 a,Vbertas in dicendo.)(.Exilitas.pro Pō.6 b, Asia fertilis est ubertate agrorum.

VBI.quo loci.Ac.124 b.Epist.17 b,Vbi malis esse, ubi aliquo numero,sis,quàm ibi ubi solus sapere uideare. & 78 a,Nemo est,quin ubiuis,quàm ibi ubi est, esse malit.de Orat.113 b,Quid est,inquit,Catule, Cæsar:ubi sunt qui Antonium Græce negant scire?Tus.233 a,Est ubi id isto modo ualeat.pro R.P.128 b,Vbi terrarum sumus?de Or. 106 Cumq; multa colligere & ex legibus,& ex Senatusconsultis,ubi,&c.id est in quibus.In. V. 89 b,&de Or. 144 b,Vbi pro postquã & simul ut.pro R.P.128 a,Vbi semel quis peieraueritei credi postea non oportet.& I.P.94 a, Vbi gallicantum audiuit.

VBICVNQVE.quocunque in loco.Epist.73 b, 78 a. Epi. 19 b & Ac.26 a, Etsi ubicunque es,in eadem es naui.In. V.265 Vbicunque terrarum.

VBIQVE.de Fi.65 a,Aut Epicurus quid sit uoluptas, aut omnes mortales qui ubique sunt nesciunt.Item 66.123.& At. 253. Item Tusculan.155 a,& de Nat. 59 a,& de D. 127 b,& 135 a,& I.V.201 b,& 230 b,cõtra Rul.77 b,pro Cor. 65 b,Item I.A.226 b, & 262 a, Hæc autem particula cum nullo alio uerbo coniungitur, quàm cum uerbo est: uixq; sine omnis aut quicquid,apud Ciceronem reperitur, ut in superiore exemplo demonstratur.

VBIVIS.Epi.78 a,Nemoq; est quin ubiuis,quàm ibi ubi est,esse malit.

VBIVIS nam.Att.lib.13.Volo aliquem Olympiæ,aut ubiuis nam πολιτικὸν σύλλογον,more Dicearchi familiaris tui.

VBIVSI.pro ubicunq;.Tusc.lib.1.Nunc ubiubi sit animus, certe quidem in te est.

TE.uel.de Orat.203 b,Poeta peccat cum probam orationem affingit improbo stultoue sapientis.In.A. 261 a,Post hanc habitam concionem duabus tribus ue horis literæ uenerunt,&c.I.A.204 b,205 a,Vti C.Pansa,A. Hircius consules alter amboue cognoscerent.pro Fl.148 b,Ne quid plus minusue dicat.Orat.208 b,Per orationem inflammantem restinguentemue concludere.de Natu.20 b, Bestiæ quæ in rubro mari Indiave gignuntur.I.A:168 a, Qui albus aterue fueris ignorans fratris filium præterijt.Ora.211 a, Suaues graues ve sententię.pro Cecin.296 a, Qui in Italia sit, abfitue reipublicæ causa,& ibid.b,Hominibus coactis armatisve.Ora.218 b,Ne breuitas,&c.neve longitudo, &c. I.A.196 a,Lex de actis Cæsaris,&c.deve dictatura.&c.de ve colonijs,&c.Ep.14 b,Neve in hoc reo,neve in alijs quæ ras,&c.& de Or.158 a,Neve hoc,neve illud,&c.Atti. 123 b,Pro tuis rebus gestis amplissimis , amplioribusve quàm meis,quàm Africani,de D.112 a,Omnia quæ fierent futurave essent.& ibi Omnia quæ fiunt,quæq; futura sunt. Qu. Fr.260 a,Rogo ne contralias aut demittas animum , neve te obrui sinas. de Se.89 a , Quid de pratorũ uiriditate,aut arborum ordinibus, aut uinearum oliuetorumve specie dicam?de Leg.156 a, Cùm eam tempestas uetustasve cõsumpserit.& 182 b,Lex uestibulum sepulchri bustumve usucapi uetat.de Vn. 197 a,ἀναλογία comparatio proportioue dici potest.Epist.703, Nullum membrum reipublicæ reperies,quod non fractum debilitatumve fit.Tusc.156 b, Ne tam uegeta mens aut in corde,cerebrove, aut in Empedocleo sanguine demersa sit.

VECORS.dis.excors,bardus.pro Dom.242 b, Sed uecors repentè sine suo uultu,sine colore,sine uoce constitit,&c. Ita que istius uecordissimi mentem cura metuq; terrebant. I. P.83 b,Cum tu ò uecors,& amens,&c.

VECTIGAL.lis,portorium.pro Pom. 6 b, Quo tãdem animo esse existimatis,aut eos qui uectigalia nobis pensitant, aut eos qui exercentatque exigunt?& 4 b,Quorum magnæ res aguntur in uestris uectigalib.exercendis occupatæ.Q. Fr. 296 b,Qui pendere ipsi uectigal sine publicano non potuerũt.pro Font.278 a,Vectigal esse impositum fructibus nostris dicitur.& ibi.Exigere portorium,& instituere portorium.& contra Rul.77 a,Sicq; agro pergrãde,uectigal imponitur.Pro Põp.7 a,Vectigalia nerues esse reip. semper duximus.de Pro. 70 a, Vectigal ac portorium Dyrrhachinorum totum in huius unius quæstum est conuersum. I.V. 150 b. Cæteris prouincijs impositum uectigal est certum, quod stipendiarium dicitur.Att.85 a, Ariobarzanes nullũ ærarium,nullum uectigal,habet.contra Rul.89 a, Ego pro aqua crebra uectigal pendam.& Qu.Frat.294 b, Pendere uectigal alicui.Qu.Fr.294 b,Iniquo & graui uectigali ędi litiorum Asiam liberasti.de Cl.176 b, Spe. Totius agrum publicum uitiosa & inutili lege uectigali leuauit.Item,Magnum uectigal est parsimonia.Par.225 b,Ex meo tenui uectigali aliquid etiã redũdat.Att.83 a,Atq; etiam minus esse aliquanto in Scaptij nomine,quam in uectigalia prætorio. Att.149 b,Habebit non ille uectigal,sed ciuium bona. At. 191 b, Equidem iã non ego uectigalibus,& paruo contentus esse possum.Qu.F.296 b, Exigere uectigalia.pro Pō. 6 b,Iaque neque ex portu,neque ex decumis , neque ex scriptura uectigal cõseruari potest.Item,Qui uectigalia nobis pensitant.I.Parsimonia.

VECTIGALIORVM in genitiuo plur.Cicero ad Att.teste Charisio,ait enim in ratione uectigaliorum suorum:Sed & de lege agraria uectigalium dixit.

VECTIGALIS,le.stipendiarius,tributarius,publicanus.In.V. 165 a,Ita ciuitas una sociorum duab.mulierculis uectigalis fuit.& 170 a,Ager uectigalis populo Romano ex parte decima.& contra Rul.79 a,Agri uectigales.I.P.98 b, Is uectigalem prouinciam fecit singulis rebus quæcunq; uenirẽt,portorio imposito,& de Pro.71 a,Vectigales & stipendiarios multos liberauit.I. V.94 b, Naues ex uectigali pecunia fecerat.E.p.162 a,Quod cum pertimuisset Dolabella uastata prouincia,correptis uectigalibus , præcipuè ciuibus Romanis omnibus crudelissimè denudatis ac diuendatis,celerius Asia excessit.Qu.Fr.296 b,Græci sunt uectigales.I.A.172 a,Tradere equos uectigales alicui.

VECTIO,onis. de Officijs 56 b,Effecimus , etiam domitu nostro quadrupedum uectiones.

VECTIS,tis.palus est ferreus quo utuntur fabri ad multa. In. V.222 a,Demoliri signũ ac uectibus labefactare conantur. & de N.5 b,Quæ ferramenta,qui uectis.de N.121 a, Si angus uectem circumplicatus fuisset.

VECTOR,oris.nauigans,qui uehit & qui uehitur. Attic. 28 b, Mille uehi malo alio gubernante,quàm tam ingratis uectoribus bene gubernare.pro Sest.12 b, Si id uectores negarent.de N 78 a.Vectores timidi aduersa tempestate.& At. 169 b,Naui eius,& ipso conuectore me usurum puto.I. A. 214 a,Summi gubernatores in magni tempestatibus à uectoribus admoneri solent.

VECTVRA.ræ.uectio.At.2 b,Misimus,qui pro uectura soluerent.& I.V.101 a,Vecturæ difficultas.& Ep.28 b,Vt& mihi & populo cautu i esset sine uecturæ periculo.At. 246 b, Petij ab eo de mulis uecturæ,& uicis.

VEGETVS,a,um,sanus.firmus,ualens.Att.160 b, Te uegetum nobis in Græcia siste.Tuscul.156 b, Ne tam uegeta mens insanguine demersa iaceat.de Diu.93 b, Vt illa tertia partis rationis eluceat,& se uegetam ad somniandum acremque præbeat.

VEHEMENS,tis,acer,fortis,ferox,incensus,immoderatus, effrenatus,nimius, oratio contorta,acris,incitata,uibrẽs. In Vat.29 a,Nimium est uehemẽs feroxq; natura.& pro Syl. 184 a,Quo uehemens in alios, inexorabilis in cæteros esse uisus sum.de Orat. 125 a, Acri & uehementi quadam incitatione inflammari.de Clar.172 a, Galba in meditando uehemens & incensus fuit.de Orat.138 a, Exordium dicendi uehemens & pugnax.de Orat.113 b, Qui illum impetum oratoris non habeat,& uehemens minus sit.& 127 a,Oratio uehemens & atrox.)(.Lenitatis & mansuetudinis.

VEHEMENTER.acriter,acerbè,aspere,impense, ualde , longè, nimio opere,etiam atque etiam,incredibiliter.)(.Remisse de Fin 143 a,Non illud uehementer repugnat, esse beatũ, & multis malis oppressum.Tus.220 a,Quæ uehementer,acriter,animose fiunt.ad Her. 33 b,Hoc genus & acrimoniã habet,& uehementissimum est. Att.96 b, Nos etesiæ uehementissimè tardarunt.de Or.97 a,Vehementissimè exercere te in aliqua re.Att.30 b,Vehementius & acrius.& 104 b, Acerrimè,id est uehementissimè & ardentius. Att. 210 a, Inhibere illud tuum quod mihi arriserat , uehementer displicet.Att.161 a,De summa autem agi prorsus uehementer & seuerè uolo.I.A.217 a,Vehementer me agere fateor. iracundè nego.

VEHENS,tis.qui uehitur. de Cl.196 b. Cuius in adolescentiã per medias laudes,quasi quadrigis uehentem,trãsuersa incurrit misera fortuna reipublicæ,

VEHICVLVM,li.pro Mil. 111 b, Quid horum non impudentissimum.uectitus an uehiculum?id est,rhæda.& ibid.Cum alter uehereretur in rheda penulatus.I.V.247 b, Illi tibi furtorum uehiculum comparauerunt:id est,nauem, qua furta ueheres.I.P.92 b,Vehicula triumphalia:id est,currus. Att. 164 b,Ego uerò uehiculo, si nauis non erit,eripiam me ex istorum parricidio.

VEHO,is.de D.138 a,Curru quadrigarum uehi.& de N.78 a, Vehi in aliqua naui. & pro Mil. 111 a, Vehi in rheda.I.V. 259 a , Quod in eius quadriremi Cleomenes uectus esset. de Nat.16 b, Ille taurus qui uexit Europam,Tus.164 a,Tãquam ratis in mari immenso nostra uehitur oratio.de Nat. 17 a,& de Cl.196 b,Tritõ natantibus inuehens belluis.de Vn.203 b, Vt animal sex motibus uheretur.de Di.137 a, Equus in quo uehebar,mecum unà demersus,rursus apparuit.I.P.92 b,Vehi per urbem,cõspici uelle.I.A.171 b,Vehatur in essedo tribunus plebis.

VEIENS.tis.pro S.R. 25 b, An aliquẽ ex agro Veiente nominem.& de D.100 b, Veientes,&c.

VEII,orum.opp.de D.100 b , Ex fatis , quæ Veientes scripta haberent, Veios capi posse.

VEIOVIS . Iouis acheruntius qui non iuuandi, ut Iouis , siue Iupiter ille alter, optim max. potestatem habrent, sed nocendi tantum ac uexandi. Idcirco appallabatur quidem Iouis,uerũm præposita ue particula,quę priuat uerbum ea ui quam haberet, siue præpositum non fuisset,ut in uecors, & uesanus.Et,ut uno uerbo dicam,Veiouis, Orcus est,ad nocendũ,è cœlo summo,ad impia tartara deurbatus, de N. 72 a,Quid Veiouì facies?

VEL.ue,seu,siue,aut.de Or.106 b, Cui nostrum non licet fundos suos obire?aut res rusticas uel fructus causa uel delectationis inuisere?Q.Fr.315 b, Sunt ista quidem uel magna, uel potius maxima.de N.85 a,In his uel asperitatibus rerũ, uel angustijs temporis.de Cla.187 a,Multarum uel periculo uel honori seruire.Att.20 a, A curia autem nulla me res diuellet,uel quod,&c.uel quod,&c.uel quod&c.At.9 a,Intellexi hominẽ mouerì , utrum Calsium inire tantum gratiam,&c.an esset tãtas res nostras,&c.id est,uel,quod &c. uel quod, &c. pro Planc.260 a, Vel quod multo minus est ferendum.pro Lig.138 a,Cuius ego industriæ gloriæq; faueo,uel propter propinquam cognationem,uel quod,&c. uel quod,&c.

VEL.pro etiam.Vel mori satius est,quàm, &c.l.Satius. Epist. 102 a,Quam morosi sint qui amãt, uel ex hoc potes cognoscere.de N.58 b, Hoc mihi uidetur uel maximè confirmare,&c.de Or.87 b,& 161 a, Hoc uno præstamus uel maximè feris.Or.205 a , Cum id certè sit uel maxime.Att.de L. 188 b,Nam isto modo uel consulatus uituperabilis est.Or. 205 a,Hoc in genere neruorum est uel minimum, suauitatis autem uel plurimum.Ac.23 b , Per me uel stertas licet non modò quiescas.Q.F.305 b,Vel Lentulum,&c.de Or. 119 b,Hæc sunt omnia ingenij uel mediocris;exercitationis autem uel maximè.de Or.138 b, Vt ipsis sententijs quibus prolusserunt, uel pugnare possint:id est, etiam .

VELABRVM,bri.locus Romę siue olearium forum , ut Plautus indicat.Atti. 283 a,Laurentiæ ad aram in Velabro sacrificium pontifices facere solent.

VELES,tis.leuis armaturæ miles,& expeditus ad cursum.Ep. 138 b,Me autem à te,ut scurram uelitem,malis oneratum esse,non molestè tuli.de Cl.189 b.Vt haltæ uelitibus amẽtatæ tradũtur,sic.&c.l.Volites.

VELIA,iæ,urbs.At.256.Ep.104.I.V.128 .

VELIENSES.Ep.105 pro Cor.66 .

VELIFICATIO,onis.Ep.16 a.Cùm id posis mutata uelificatione assequi, stultum est, &c.

VELIFICOR,aris uela facio,aurã popularẽ capto. Epist. 120 b,Ne aut uelificatus alicui decaris, aut &c.in Rul.65 a,Si quis uestrum spe ducitur,se posse turbulenta ratione honori uelificari suo .

VELINVS lacus.At.62.b. Lacus Velinus à M. Curio emissus interciso monte in Nar defluit .

VELITOR.aris.pugno,contendo,certo.pro Qu.13 a, Hæc est iniqua certatio non illa qua ut contra Alphenum uelitabaris alia exempl aria sic legunt: qua tum contra te Alphenus uelitabatur.

VELIVOLANS , tis.quod uelis uolat,ut nauis.mirificè igitur Vergilius mare uelifuolum appellauit.de Diu.94b,Et fera uelifuolantibus nauibus compleuit manus littora.

VELLICO , as.peruello.pro Cor. 67 a , Qui more hominum,

inuident,in conuiuijs rodunt,in circulis uellicãt, ubiq; carpunt.

Vello, lis,uelli, & uulsi.euello,peruello.I.V.212 b,Illa quę uelleret ex patellis in aureis poculis illigabat.de Fi. 107 b,Spinas uellere.

Velo, as.obduco,tego.I.V. 91 b, Triumphi nomine tegere & uelare cupiditatem suam.pro Dom.238 b, Tu tu,inquã, capite uelato,&c. bona illus conseruasti.

Velocitas, tis.pernicitas.Of.12 b, Videmus alios uelocitate ad cursum,alios uiribus ad luctandum ualere.Tuf.215 b, Velocitas corporis celeritas appellat. & 237 a,Pernicitas & uelocitas.de Sen.80 b,Non enim uirib.aut uelocitatibus,aut celeritate corporum res magnæ geruntur,sed cõsilio & auctoritate & sententia.

Velociter,ocyus.de Som.130 b, Quibus exercitatus animus uelociter in hãc sedem peruolabit.de Vaiuers.Velocissimè moueris.

Velsvrvs Iupiter.I.P.97 b.

Velvm,li.integumentum, inuolucrum.Qu.F.292 b, Multis simulationum inuolucris tegitur, & quasi telis quibusdam obtẽditur uniuscuiusq; natura.I.V.241 b, Tabernacula car baseis intenta uelis.I.C.109 a,Socij Catilinæ uelis amicti, non togis.pro Dom 218 a,Cùm ipse archipirata cum grege prędonum plenissimis uelis nauigaret.I.V.253 b,Cleomenes malum erigi,uela fieri, anchoras præcidi imperat. Tuf.211 a, Vtrum igitur mauis?statim ne nos uela facere an quasi è portu egredientes paululum remigare? & ibid. Quærebam igitur utrum panderem uel orationis statim. Or.203 b, Nunc iam quocunq; feremur,danda nimirũ uela sunt.de Or.125 b,Et ad id,unde aliquis flatus ostenditur uela do.Tuf.164 b,Quo vitam uelis passis peruehi liceat: id est,in portum.Tuf.195 b, & Qu.F.315 b,Res tetra,detestabilis,omni contentione, uelis, ut ita dicam,remisque fugienda.Att.10 b,Contraxi uela. Of.75 b, Cum his uelis equisq;,ut dicitur ,decertandum est.prouerb.

Velvt, & ueluti sicut.Tusc.176 a,de N.50 b, Bestiæ quæ gignuntur in terra,ueluti crocodili.de Fin.89 a, Non elogia monumentorum hoc significant?uelut hoc ad portã, &c. de Ar.145 a, Si conabitur.&c.eius conatum refutabo,uelut hesterno die,cum,&c.I.V.222 b, Velut in hac re. de N. 2 a,Velut in hac quæstione.& Tusc.230 b, Velut iste chorus uirtutum,&c.de In.52 a,Velut apud Socraticum Aeschinem.Tusc.175 a,Velut ex ea disputatione.Tusc.152 a, Velut in cãtu,&c.sic in corpore,&c. 185 b,ter usurpatum. Q.F.321 b,Ideo multa coniecta sunt aliud alio tempore, uelut hoc,T.Annius,&c.

Vena, næ. uas & receptaculum sanguinis, interdum pro arteria.de N.30 b,Iam uerò uenæ & arterię micare non desinunt.& 54 a,Sanguis per uenas in omne corpus diffundi tur, sicut spiritus per arterias.de N.53 b, Vena quæ caua, appellatur hæc a iecore ad cor pertinet. & § 4 a, In alterũ uentriculũ cordis sanguis à iecore per uenam illã cauam influit.de D.138 b,Medici signa quædam habent ex uenis & ex spiritu ægroti,multisq; ex alijs futura præsentiunt.de Fat.143 b,Si cui uenæ sic mouẽtur is habet febrim.de Ar. 251 a,& I.P.97 b,Incidere uenas alicui.de Nat.54 a,Neruificut uenę & arterię,à corde tracti & profecti,in corpus omne ducuntur.Vena ad alias res trãslata.I.C.103 b, Periculum autẽ residebit & erit inclusum penitus in uenis atq; in uisceribus reipub.de Fi.84 b,Cui uiperino morsu uenæ uiscerũ ueneno imbutæ tetros cruciatus ciẽt.de N.56 b,& 45 b,Venæ argẽti,auri,æris penitus abditæ,de D.104 a,Reconditæ auri argẽtiq; uenæ.de Ora,149 a, Teneat oportet uenas cuiusq; generis,ętatis,ordinis:id est abditas ratiões.

Venabvlvm, uenabuli.uenatica hasta, telum uel spiculum. Epistol.95 a; Cum præclara bestia uenabulo transuerberatur.

Venafrvm,ri.op.Att.111 & 318.

Venafranvs,ager.pro Clu.58 a. Venafranus tractus.por Planc.

Venalis,le.quod ut uendatur, expositum est.pro Quint. 2 b, Næuius qui uocem uenalem habuerat.& ibid.4 a,Publicius,qui ex Gallia pueros uenales isti adducebat.Qu.Fra. 324 b, Non enim hæc uenalia sunt, quæ quidem placeant. Post.207 a, Cappadocem modò abreptum de grege uenalium diceres.de Or.133 b, Syri uenales.& pro Do. 223 a, Ille nouitius Ligur uenalis ascriptor & subscriptor tuus.I. A.161 b,Cùm domi tuæ turpissimo mercatu omnia essent uenalia.& 185 a,Tc haberet omnia iura regni uenalia.contra Rull.89b,Possesiones uenales ac proscriptas hac lege uideo.In.A. 132 b, Venalem in Sicilia iurisdictionem habuit.& 180 a,Habere fidem uenalem.& 124 b, Proponere fidẽ uenalem.Of.49 b, Habere rempublicã quęstui.de Or. 106 b, Manlianæ leges uenaliũ uendendorum.In Sal.244 b,Sallustius nihil in eo honore nõ uenale habuit, cuius ali quis emptor fuerit.

Venalitivs, tij.uenditor, minutus mercator.Or.220 a, Diuitiæ, quibus omnes Africanos multi uenalitij mercatores quę superaurunt.

Venaticvs,a,um.quod ad uenandum ualet,ut canis uenaticus.I.V.206 b.

Venatio,onis.Att.253 a, Venatio, quæ postridie ludorum Apollinarium futura est.Of.44 b,Prodigi,qui ludorum uenationumq; apparatu pecunias profundunt. de Sen. 89 a, Tum conditiora facit hæc superuacanei operis aucupium atq; uanatio.

Venator.oris,Tuf.183 b, Pernoctant uenatores in niue,in montibus uri se patiuntur.de Nat.17 b,Physicus, speculator,uenatorq; naturæ.

Venatvs, tus.uenatio.Tuf.247 a, Labor in uenatu, sudor, cursus ab Eurora.

Vendibilis, le.probabilis, tolerabilis.I.V.67 b,Illi bona res,huic uendibilis uidebatur.contra Rull.73 b, Herculanea uia uendibilis.de Fi.51 b,Illa uẽdibiliora, hæc uberiora sunt.de Cla.180 a,Gellius non tam uendibilis orator, quãm,&c.& ib.b,Orator sanè tolerabilis.& 189 a,Orator sanè uendibilis,& Am.114 a, Vendibilis oratio.

Vendico,as.libero,eximo,assumo.pro Syl.17 b, Itaq; se ex suspicione tanti sceleris &ex omni hominum sermone uẽdicauit.& 173 a,Sed me neq; honoris neq; ætatis excusatio uendicat a labore.de N.21 b,Solutus & in libertatem uendicatus I.V. 177 b, Vendicare se existimationi hominum & Attic. 64 a, Vendicare se alicui & uendicare aliquem iudicijs.Of.5 a, Ortus nostri partem patria,partem parentes uendicant.Or.202 b,Cæterarum rerum partem aliquã sibi quisq; uendicat,Offic.1 b,Si id mihi assumo,uideor id meo iure quodammodo uendicare.pro At.289 b, Homerũ Colophonij ciuem esse dicunt suum , Chij suum uendicant,Salaminij repetunt,Smyrnei suum esse confirmãt.pro Mil.109 a,Vt etiam si id Milo fecisset , cuncta ciuitas eam laudem pro sua uendicaret.I.C.129 a, Sed meorũ periculorũ rõnes utilitas reipublicæ uendicat Par.124 a,In liberatem uendicare uult?minimè,quid,&c.aliter;uindicari.

Venditatio,onis.ostentatio.Tuf.189 a,Laudabiliora mihi uidentur omnia,quę sine uenditatione & sine populo teste fiunt.de Am.113 a,Virtus uenditatio quædam atq; ostentatio esse dicitur.

Venditio,onis.abalienatio.pro S.R.16 b,Venditio bonorum.& 39 b,Præscriptiones uenditionesq; fieri.I.P. 98 a, Quod quasi uasarij nomine in uenditione mei capitis ascripseras.

Vendito,as.ostento.de Ar.245 b,& 255 a,Cum is P. Tullioni nauaret operam,atque ei sese,cui totus uenierat,uenditaret,& Att.134 a,pro Syl.172 b,Fallacissimè uenditare se alicui.ad Heren.15 a,Venditare ingenium & ostentare memoriam.

Venditor,oris.uenalitius. Post.206 a, Mercatores prouinciarum ac uenditores nostrę dignitatis.Of.62 a,Vt ne quid omnino,quod uenditor norit,emptor ignoret. Top.Venditores liberales.

Vendo, dis.alieno, abalieno, mancipo, do,uenale habeo, uenditorem facio.pro Qu.3 a,Eum nõ ita commodè posse ea quæ proscripsisset,uendere. Off.62 a, Vendere aliquid quãm plurimo.&pro Sest.15 b,Vendere aliquid alicui grãdi pecunia.I.V.175 a, Cur igitur Metelle non ita magno uendidisti? Itẽ.Quod tu Bragitaro addictum pecunia tradidisti.Off.65 a,Cum in uendendo eam rem scisset, &c,de Orat,106 b,Manlianæ leges uenalium uendendorum.Of. 62 a, Vendo meũ non pluris quãm cæteri,forte sse etiam minoris.& ibid.Quam optimè uendere.

Veneficivm, cij.uenefici artificium & crimen,cantio.de Or. 118 a,De ficarijs,de ueneficijs,de peculatu inficiari necesse est.& pro Clu. 19 a.Quæstio uenefici.de Cl.184 b , Idq; ueneficijs & cãtionibus factum esse dicebat.I.A.251 b,Veneficum appellas eũ , qui tuis ueneficijs remedia inuenit.

Veneficvs,a,um.qui uenena spargit,ut homines tollat, qui cantibus quibusdam & malis artibus abutitur,ad suam libidinem explendam.I.C.185 b,I.A.251 b,Veneficum appellas eum qui tuis uenefiijs remedia inuenit. de In. 99 a,& pro Sest.11 à,Cùm uenefici cuiusdam nomen esset delatũ.

Venenatvs,a,um.ueneno illitus,pestifer.de Ar.255 b,Vipera uenenata ac pestifera. & de D.136 a,Cũ Ptolemæus te uo uenenato ictus esset.& pro Qu.2 a.Falsum crimen quasi uenenatum telum iacere,de N.51 b, Capræ confixæ uenenatis sagittis.ad Her.39 b,Venenatus spiritus. In exẽpl. Germanico.de N.51 a,Pantheræ,quæ uenenata carne capiuntur,remediũ habẽt:quo cum sunt usæ, non moriuntur.

Venenvm,ni.pestis.pro Cæl.50 a, Vim ueneni aiunt Cæliũ esse expertum in seruo quodam ad rẽ ipsam parato , cuius perceleri interitu esset ab hoc comprobatum uenenum. & 48 a,Venenum quod Clodiæ necandæ causa parasse Cæliũ criminatur.pro Cl.53 b,Oppianicum ueneno esse necatũ, quod ei datum sit in pane per M.Asellium.I.C.109 a,Qui ficas uibrare & uenena spargere didicerũt.pro Cl.53 a,Aliquem ueneno esse sublatum,uenenum alicuius cõsilio paratum.dare uenenum in mulso.Tuf.169 a. Venenum bibe runt Theramenes & Socrates.& ib.Cùm uenenũ obbibisset.& ib.Præbere uenenũ alicui.& de Cl.190 a,Parare uenenum alicui.de Cl.168 a,Fuit suspicio,Themistoclẽ uenenno sibi cõscisuisse mortem.de N.76 b,Varius Metellũ uenenno sustulit.pro S.R.35 a,Occidere aliquẽ uenenno. pro Cl. 21 b,Cl.manifestò uenenum deprehendit.pro Cl.27 a,& pro Cæl.49 b,Dare uenenum alicui.de Na.74 b Tum hæc quotidiana,ficæ,uenena,peculatus.I.A.233 a,At hic nuper sororis filio infudit uenenum,non dedit.At.35 b,Sed ita lenibus uti uidebantur uenenis,ut posse uideretur sine dolore interire.Or.208 b, Cùm sibi uenenis ereptam memoriã diceret. pro Cl.49 a,Qui uenenũ malum fecit, fecerit.pro Cæl.50 a,Veneni celeritas.pro Cl.23 b,Cui cum ipse poculũ dedisset,subitò illa in media potione exclamauit, se mamimo cum dolore mori.& ibi.Omnia præterea quæ solent esse indicia & uestigia ueneni , in illius mortuæ corpore fuerunt.& ibi.Eodemq; ueneno fratrẽ necauit.I.A.251 b, nimirum rectè uenefi.cum appellas,à quo tibi præsente pestiuides compararam.Item,Sumere cantharides.

Veneo,uenis.uendor.pro Qu. 13 a,Si ex edicto possedisti, quæro cur bona non uenierint. Ep.96 a,Ei mãdasti potissimum cum expediret illum uenire quãm plurimo.& ibidẽ. Quãm illud minoris ueneat.Att.199 a, Si horti uenibunt, quid fieri posit cogitabimus. & 79 b, Mancipia uenibant sæuinalibus tertijs.aliter,uenie bant.I.A.179 a,Populis uenie bant immunitates.At.172 a, Ex proximis literis cognouiprædia nõ uenisse.de F.85 b, Veneuntq; scripta eius,&c. I.V.164 a, Primo anno uenierunt eius agri decumæ medi na XVIII.de Ar.243 b,Cũ is ei sese,cui totus uenierat,uẽdicaret.de Or.133 b,Malo compilari quã uenire.ad Her. 30 b,Hic uenijt a te,antequam Romam uenit.Attic.1 b, Si bona uenirent:id est,uenderentur.de In.58 a,Prædæ factio non uenierit.

Venerandvs,a,um.colendus. contra Rul. 85 a, Non eos in deorum immortalium numero uenerandos à nobis & colendos putatis?

Veneratio,onis.honor,reuerentia.de N.11 a, Habet enim uneratione iustam quicquid excellit.

Venerevs,a,um.de D.136 b,Cõplexu uenereo iungi.Tuf. 224 a,Cùm fruuntur uenereis uoluptatib.de Sen.87 a, Rebus uenereis uti.

Venerevs,rei.iactus talorum quatuor,ubi omnes diuersam faciem ostendunt,diuersq; puncta Venerem uocabãt, sed hic intelligitur iactus.de Di.85 a,& 118 a, Quatuor tali iacti casu uenereum efficiunt.

Venerei,orum.propria fuit Prætoris Siciliæ apparitorum appellatio.pro Cluent. 46 a, Vt in Sicilia permulti Venerei sunt,sic Martiales Larini in Martis familia numerantur.I.V.160 b,Mittit ad hominem Venereos.Item ibidem (Hoc quoque attendite apparitores à Prætore assignatos habuisse Decumanum) adducitur à Venereis, atque adeò attrahitur Lollius.

Veneror,aris.colo.70 a,Deos augustè omnes sanctęq; ueneramur.de N.40 a, Deos uenerari & colere debemus. I. V.87 b,& 222 a.I.A.180 b,Simulacra ex suis fanis sublata in foro uenerabantur.Epi.85 a,Cùm ignorit omnibus,qui multa deos uenerati sint contra eius salutem.Tuf.258 b,& 173 a,Venerari aliquem ut deum.de N.24 b, Dij quos colere,precari,uenerariq; solemus.pro.Pl.179 b,Lapidem è sepulchro uenerari pro deo.

Venia,niæ.licentia,impunitas.I.V.264 a,Hæc si tibi tuus parẽs diceret,posses ab eo ueniam petere?posses ut tibi ignosceret postulare?pro Pom.5 a,Veruntamen illis imperatoribus laus tribuenda,quod egerunt : uenia danda, quod deliquerunt.de In.61 a,Voluntario facinori uenia dari non oportere.contra.Rul.67 a,Mihi errato nulla uenia , rectè facto exigua laus proponitur.pro Rab.91 a,Ab Ioue pacẽ & ueniam peto,precorq; ab eo,ut, &c.pro Lig.142 a,Delicti uenia peto.pro Mur.139 a, Fateturaliquis se peccasse,& eius delicti ueniam petit , nefarium est facinus ignoscere.pro Syl.179 b,Peterem ueniam errato L. Cæcilij ex intimis uestris cogitationibus.I.A.220 a,Cęteris autem si errorem suum deposuerint,ueniam & impunitatem dandã puto.Or.218 b,Ab aliquo cui te purges,uenią petere.Par. 242 b,Ad eius facti deprecationem ignoscẽdi petenda uenia est.de Or.126 a,Vix mihi tenuis quædã uenia dabatur excusationis,quòd,&c.de D.109 b,Dabunt igitur mihi uenia ciues mei uel gratiam potius habebũt,quod,&c.I.V. 262 b,Cur tu fortunæ illorum innocentium ueniam ac locũ non dedisti?pro Arc.186 a,Quæso à uobis ut in hac causa mihi detis hãc ueniam,ut patiamini,&c.de Or.87 a,Sed cura &c.dabis hãc ueniam mi frater,ut nostros Græcis anteponam.Atti.83 b, Dedi uenia homini impudenter petenti:id est,concessi quod petebat. Or.200 a, Datur etiam uenia concinnitati sententiarum.pro Do.226 b,Cn.Pompeius diutius furori suo ueniam daturum nõ arbitrabatur. pro Cæl.43 b,Deprecari uacationẽ adolescẽtiæ ueniamq; petere.de Pro.69 a,Etiamsi paulò minus utilis nobis sententia uideretur,ueniam tamẽ aliquam dolori meo triburetis. de Or.93 a,Date nobis hanc ueniam,ut ea quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini. Ora. 110 a,Quis tã durus hãc mihi nõ daret ueniã?&c. de Am. 107 b,Est enim quatenus amicitię dari uenia possit.p Lig. 137 a,Cum à te non solum liberationem culpę, sed etiam errati ueniã impetrauissent.pro R.P.128 a, Pace tua dixerim.& Bona tua uenia dixerim, de L. 191 a, Quare frater bona tua uenia dixerim,ista sententia obest sæpissimè. Of. 69 b,Hoc prouerbio,neque Gygi potest uenia dari, neque huic,&c.At.85 b,Impetraui à Salaminijs ut silerent,ueniã illi quidem mihi dederunt:id est,concesserunt.Q.F.320 a, Cæsar tibi amantissimè petẽti ueniam non dedit:id est,non concessit.I.P.101 a,Cui non apud ullum ordinẽ maximorum scelerũ uenia ad ignoscendũ dari potest.pro Fon. 280 a,In bellis gerendis à dijs immortalibus pacem & ueniam petere.ad Her.28 b,Veniam ad uos si mihi senatus det ueniã.pro S.R.20 a,Vos oro,ut attentè bonaq; cũ uenia uerba mea audiatis.de Nat.23 b,Doleo te(bona uenia me audies)in tam leues,nè dicam ineptas sententias incidisse.& de D.85 b,Bona hoc tua uenia dixerim.de Ora.106 a, Aut uerò(bona uenia huius optimi uiri dixerim Scæuolæ) tu, &c.Off.45 a, Veniam necessitati dare.

Venio,mis.eo,aduenio,mano.Quint.Fr. 297 a, Omnes qui istinc ueniunt,commemorant,&c.Offi.74 a,Is cum prima luce Pomponij domum uenit.pro Fl.155 a, Qui nunquam in senatum uenire potuit.Epist.234 b, Cum inimici nostri uenire dicentur,tum in Epirum ibo.Attic.228 a. Vtile est me illuc uenire.Orat.216 b,Iam à principio uidẽdum est quemadmodũ uelis uenire ad extremã.I.A.161 a, An ego non uenirẽ cõtra alienũ pro familiari meo? At.174 b, Multos in Africam uenisse audio.de N. 40 a, Quæ autẽ dea ad res omnes ueniret,Venerem nostri nominauerunt. de Na. 66 b,Ad quem dolor ueniat, ad eũdem necesse est interitũ uenire.pro Qu.3 a,Vt ad quem summus męror morte fuaueniebat,ad eundem quoque summus honos peruenieret,

I.V.143 a, Venire in familiaritatem consuetudinemq; alicuius. I.A.207 b, Propter res alienum uenire ad arma. I.V. 241 a, Nonnunquam etiam res ad manus atque ad pugnã ueniebat. de Orat. 96 b, Venire in controuersiam. pro Cl. 51 b, Quæ res in quæstione uersatur. pro Muren. 137 a, Venire in periculũ. pro Sex. Rosc. 33 a, Is ad quem morte Roscij diuitiæ uenerunt. pro Cec. 299 a, & Philipp. 2. Hereditatem uenire alicui, & fundum ad aliquem testamento deuenire. Achic. 274 b, Multos uiros bonos in Africam uenisse audio: id est, iuisse. de Fa. 145 b, Tam est immutabile ueiuturum, cum uerum est, quàm uenisse. pro Deiot. 145 b, A. Cn. Pompeio ad Deiotarum legati literæq; uenerunt. Venit dies. pro Planc. Venit legi dies. Attic. lib. 4. Pugiles ueiò &c. sed quia perfundenda uoce omne corpus intenditur, uenitq; plaga uehementior. 2. Tusc. Venit quæstio. pro Corn. Balb. Sæpe enim uenit ad aures meas, te idem istud nimis crebrò dicere. pro Marc. Venit res ad hæredem. pro Quin. Si uenit ad meliores uictoria. 4. famil. Nam hinc ad Rempub. plurima commoda ueniunt, 1 de Inu. Mulieres uerò in India, quum est cuiusque earum uir mortuus, in certamen iudiciumq; ueniunt. 5 Tusc. & 5 de Finib. Postridie mane homines in concionem ueniunt, quærunt quid optimum factu sit. 3. Verr. 47 a. Quæ in controuersiam ueniunt de his, si placet, differamus, 4 de Finib. & pro Quint. Alij capti alij intercluſi non ueniunt in dubium de uolũtate, eo minus scilicet, &c. ad Attic. lib. 11. His armis atque coroibus sicut omnibus rebus, quæ sub aspectum ueniunt, sedes opus est. 2. de Ora. Quia uenitebat à Roscio, plus etiã scire, quàm sciebat, uidebatur. pro Rosc. Com. Non ueni adiutor, sed auditor, de Natu. d. 1. Veni in eum sermonem, ut dicerem, &c. ad Appium Pulchrum. lib. 3. Quòd uerò in C. Marij suauissimi doctissimiq; hominis familiaritatem uenisti, non dici potest quam ualde gaudeam ad Trebatiũ lib. 7 & 4. in Verr. Neque amissis sacris paternis, in hæc ad optiua uenisti. pro D. Eunti mihi Antium, & uenit obuius tuus pater. ad Attic. lib. 2. Mihi credite, maior hæreditas uenit unicuique uestrum in ijsdem bonis à legibus, quàm ab ijs, à quibus illa ipsa bona relicta sunt. pro Cecin. Sed neque emisti, neque hæreditate uenit, neq; donatus est. 1 de Inuent. Ergo si Pompeius manet in Italia, nec res ad pactionem uenit, longius bellum putò fore. ad Att. lib. 9. Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili uenit ad summum, ut iam senescat, breuiq; tempore ad nihilum uentura uideatur. 2. Tusc. In hanc calamitatem uenit propter prædiorum bonitatem & multitudinem. pro R. Amer. Quoniam iam in consuetudinem uenit, & cætera. reprehendendum fortasse minus. pro Cecinn. Iam in prouerbij consuetudinem uenit, & cætera Largitionem fundum non habere. 2. Officiorum. Venit enim iam in contentionem, utrum sit probabilius, &c. 2 de Diuinat. & Officiorum lib. 2. Neque ferè unquam uenit in contentionem de accusando, 1. Verr. Nouo quodam genere in summam gloriam uenit. Atticum lib. 3. Venit in periculum, ne & ea quę relicta, & hæc quæ ab ipso parta sunt, amittat. pro Muren. Etiamne si ui eiecit? etiamne si clàm, si precario uenit in possesionem? 3 de leg. Agr. Scilicet defendam Decianum, qui tibi suspicionem nullo suo delicto uenit. pro Flacc. Venimus maturius, Acad. ed. 1 lib. 2. Tamen ad istum uenerunt emptum locum illum Senatorum, non solùm uetteres, sed etiam noui. 4 Verr. Deinde quædam in consuetudinem ex utilitatis ratione uenerunt. 2 de Inuent. Postremò, in eum casum ueneram, ut omnis mearum fortunarum status unius iudicij periculo contineretur. pro Cl. Nonnullam in spem ueneram, posse me aliquid ex istis discere. 2 de Orator. & Famil. lib. 2. Bruti. Ad uadimonium non uenerat, ut ais, is qui cum tibi affinitas, &c. intercedebat. pro Quin. Et quidem isti libri duo Philonis, &c. tum erant allati Alexandriam, tumq; primùm in Antiochi manus uenerant. 4 Acad. Alacris obuiam mihi ueniet, complexum exoptans meum. 4. Tusc. Sed si res in contentionem ueniet, & 2. Offic. Venient in medium: dicent quid statuerint. 4 Verr. Nam quum omni uitio carere lex iubeat, ne uenient quidem in eum ordinem unquã uitij particeps. 3. de Leg. & 6. Verr. In easdẽ solitudines tu ipse (utarbitror) uenies, in quibus non consedisse audies. Cælio, lib. 2. Obuiæ mihi uelim sint tuæ literæ, quæ me erudiant de omni Repub. ne hospes planè ueniam. Cælio, lib. 2. Vt enim ad minima ueniam. de Finib. li. 1. Vident omnes de qua causa huic inimicus ueniat: sciunt huiusce pecunia te adductum esse. pro R. Amer. Ad quem dolor ueniat, ad eundem necesse est interitum uenire. 3 de Nat. Non eò dico C. Aquili quò mihi ueniat in dubium tua fides & constantia. pro Qu. Vt autem à facillimis ordiamur prima ueniat in medium Epicuri ratio 1 de Fin. Et simul tibi in mentem ueniat facito, quemadmodum uitam huiusce depinxeris. pro Rosc. Amer. Ad Arche silam, Carneademq; ueniamus. 4 Aca. Vt ad fabulas ueniamus. pro Rosc. Ame. Quòd scribis in Italia te moderaturũ, dum tibi literæ meæ ueniant. si per hostem licet, non erraris. ad Brutum, li. 11. id est, afferantur. Ad meq; legati eius, & Quæstor, & amici literas mitterẽt, ut subsidio uenirem. ad Att. lib. 6. & 8. Non quam putaui fore, ut supplex ad te uenirem. ad Att. lib. 16. Vt ad cœnam & esuriens & sitiens ueniret. de Finib. lib. 2. Vt ad id aliquando, quod cupiebat ueniret. Offic. 1. Quum omnium nobilium dignitas & salus in discrimen ueniret. pro Rosc. Am. In tantum periculum uenire. 3. Verr. In sermonem hominum, atque in uituperationem uenire. 6. Ver. Si in uestrum complexum uenero, &c. satis magnum mihi fructum uidebor percepisse. ad Teren. lib. 14. Veruntamen cùm de Cumanis uenissem cũ imperio, Græci quasi Ephesio Prætori se alacres obtulerunt. ad Attic. lib. 5. Non in eam turpitudinem uenisses, ut hoc tibi esset apud tales uiros confitendum, qua tibi uadimonium non sit obitum, &c. pro Quin. 9 b. Quampridem sibi hæreditas uenisset, docet. 3. Verr. Quum eius filio, Prætore Sacerdote, hæreditas a propinquo magna uenisset, 3. Verr. Quum ad illud prandium crudior uenisset. pro Clu. Ad inimicitias res uenisset. Quint. Frat. lib. 3. Nam hoc animo prouidebat, quum tanta hæreditas in controuersiam uenisset. 2. de Finib. Quum is, &c. si pupillus antè mortuus esset, quàm in suam tutelam uenisset, pupillo non nato hæredem esse non posse. de Clar. Orato. & 2. de Inuent. & 1 de Orator. Qui regionibus exclusi, intra præsidia, atque intra arma aliena uenissent. ad Atticum lib. 8. Mirari satis nõ possum, unde ad istas opiniones uenerit. 1. de Natu. deo. 67. Tu uelim sæpe ad nos scribas: si rem ullam habebis, quod in buccam uenerit, scribito. ad Atticum lib. 1. Si quis uenerit ad domum aliquam, in gymnasium, in forum. de Nat. deo 2. Et quum se ipse perspexerit, totumque tentarit, intelliget quemadmodum a natura subornatus in uitam uenerit. 1 de Leg. Omnem spem delectationis nostræ, quam, quum in otium uenerimus, habere uolumus, in tua humanitate positam habemus. ad Atticum lib. 1. Neque enim quicquam de hac parte post Panætium explicatum est, quod mihi quidem probaretur de ijs quæ in manus meas uenerint. Offic. 3. Tu tuis uita, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras: ut etiam si fuerint egregij ciues, certè uenerint in obliuionem. in Saluſt. Venire Remp ad seruos. pro Sest. Venire ad aliquem salutand causa in. aliquem locum. 1 de Fi. Venire ad conditionem. 5. in Ver. Venire ad Corsinium. 8. ad At. Venire ad eundem exitum, Fat. & 5. Tu. Venire ad nihilum. 11 fa. Venire ad senectutẽ. Cat. Quanquam magni ad honorem nostrum interest, me quamprimum ad Vrbem uenire contra alicuius existimationem. 1 ad Attic. Venire contra gratiam uel iniuriam. 2. Phil. Venire contra rem alicuius. 2. Phil. Velim scire, quo die uenias. ad Att. li. 12. Venire in angustum. pro Pl. In alicuius arbitrium ac potestatem uenire, 3 Ver. Venire in eã causam. 11 ad Atti. pro Lig. Venire in certamen & contentionem. 3. in Verr. In uirtutis certamen uenire, 5 de Finib. Venire in certamen cum aliquo. de Clar. Orat. Venire in ciuitatem. pro Cor. Balb. id est ciuis fieri. Venire in cogitationem. fa. 4. Seruij Sulpitij. Venire in collegiũ pontificũ. pro Domo sua: Venire in cõgressum & colloquium alicuius. 12 Philip. Venire in consilium alicuius. 10 ad Att. Legatos fide Lepidi dimissos, ad me in conspectum uenire uetuerã. Pla. lib. 10. & de Finib. lib. 1. Venire in benignitatis consuetudinẽ. in Piso. In cõtentionem honoris uenire. An requã in discrimen existimationis uenirẽ, 1 Ver. Fortunas alicuius in discrimen uenire. ad Dolabel. lib. 9. In dubium uenire de ciuitate. pro Cecin. Venirent in forũ. 13 fa. Quid uerius, quàm in iudiciũ uenire, qui ob rem iudicandam pecuniam acceperit? ad At. li. 2. Non necesse est famam alterius in iudicium uenire. pro Quint. 16. & 1. de Orator. pro Mil. Senatusconsulto efficitur, popularem sanè neminem in summum locum, nisi per populũ uenire, sublata cooptatione Censoria. 3. de Leg. In oratorum numerum uenire. 1, de Orator. Venire in odium, & Venire cuipiam in odium. 10 ad Att. 2. de Fin. Illud doleo quæ impensa facienda est, in eius partem miseram & despoliatam uenire. ad Teren. lib. 14. In possessionem Reipub. uenire. ad Att. lib. 7. Venire in possessionem suam. Offi. 1. In rem præsentem uenire. pro Cecin. & 1. de Orat. prouerbium, & 1. Offic. Venire in Remp. 14. fam. Venire in sacerdotium. pro Domo sua, Venire in senã. pro Domo sua, Qui nunquam in senatum uenire potuit. pro Flac. Id est, Senator fieri. Venire in sinum & complexum alicuius. 2. Philip. Venire in societatẽ. 9. fam. Venire in societatem belli. pro Ligar. A te autem peto, ut, &c. meque aliqua ex parte in societatem tuarum laudum uenire patiare. At. li. 14. Eos tu canterijs albis nullis caloni bus obuiam Vatieno uenisse existimas. 3. de N. Nam à beatis ad uirtutem, à uirtute ad rationem uideo te uenisse gradibus. 1. de N. 123 a, Gracchus, quum comitia nihilominus peregisset, remque illam in religionem populo uenisse sentiret, ad Senatum retulit. 2. de Natur. In sermonem se post Idus Martij, præterquam Lepidi, uenisse nemini. ad At. lib. 14. lib. affirmat. Audimus eum uenisse in suspicionem Torquato de morte Pansæ, custodiriq; ut parricidam. ad Brut. 6. & 14. ad At. Se illuc uenturum esse saluum. Ac. q. ed. 1. li. 2. 91 a, Sin autem illud egeram, nullum ad Scamandrum morte Habiti uenturum emolumentum fuisse cõcedebat. pro Cl. Præsertim quum hoc genere cognitionum labefactato, acta Cæsaris in dubium uentura uideantur. Atti. lib. 16. Veniendum est igitur uel ad ipsam flammam, ad Att. li. 16. Veniendum ne fit in consilium Tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. ad Att. lib. 10. Venire usu. I. usus. Venire in mentem, I. Mens.

VENITVR, uentum est. Lilybæum uenitur. 7 Verr. Itaque hac una spe ad iudicium uenitur. 4. Ver. In discrimen uenietur, aut libertas pacta est uictori, aut &c. 8. Ph. Nemini est enim exploratum, quum ad arma uentum est, quid futurum sit. ad At. li. 7. Ad me uentum in insulam est, hac uerò nihil est amœnius. li. 2. de Leg. Et quum res agatur, in discrimenque uentum sit, expedire rem, & consilium ex tempore capere posse. 2. Offi. Non enim sumus omnino sine cura uenientis anni, etsi sumus sine timore. ad Q. F. lib. 3. Id est, qui proximè futurus est. Quæ enim uenientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem instantia. Tusc. q. lib. 4.

VENONIVS, nij. Historicus fuit. de Leg. lib. 1. At. lib. 12 Molesse fero me Venonij historiam non habere.

VENOR, aris. aucupor. de N. 58 a, Canum mira alacritas in uenando. Ep. 24 a, De pantheris, per eos qui uenari solent, agitur mãdato meo diligenter. At. 156 a, Bene igitur tu quod ἀφιλοθηρίαν uenaris. Orat. 122 a, Nosse regiones intra quos uenare, peruestiges, quod quæras. ad Her. 24 b, Venari laudem modestiæ in aliqua re. I.V. 210 a, Si minus eiusmodi quidpiam uenari poterunt, illa quidem certè pro lepusculis capiebantur, patellæ, pateræ, thuribula.

VENTER, tris. aluus. de Or. 133 b, Non pecuniam conseruauit, sed tanquam nudus nuces legeret, in uentrem abstulit. pro Mur. 136 b, Etenim sciebam Catilinam non latus, aut uentrem, sed caput & collum solere petere. de D. 133 a, Faba uenter inflatur. pro Cæl. 46 b, Vicium uentris & gutturis: id est, gulositas quam uocant.

VENTILO, as. excutio, in manibus iacto. pro Fl. 157 b, Cuius lingua quasi flabello seditionis illatum est egentium concio uentilata.

VENTITO, as. crebrò uenio. de L. 158 b, Cum ipse etiam ad Scæuolam uenitarem. de Pet. 207. Quisquis est, qui ostendat aliquid in te uoluntatis, qui colat, qui domum uentitet, is in amicorum numero est habendus. I. A. Domum meam uentitaras.

VENTOSVS, a, um. leuis, inanis, uanus. I. A. 234 a, Extraordinarium semper imperium populare atque uentosum est. Ep. 172 a, ventosissimus homo Lepidus.

VENTRICVLVS, li. de Nat. 54 a, Cordis pars quædam, quam uentriculum cordis appellant. & ibid. Cui similis est alter uentriculus, in quem sanguis à iecore per uenam illam cauam influit.

VENTVS, ti. flamen, aura, flamina uenti, spiritus austri. de Nat. 46 a, Aer effluens huc & illuc uẽtos efficit. de D. 117 a, Placet Stoicis eos anhelitus terræ qui frigidi sint cum fluere cœperint, uentos esse. pro S. Rosc. 40 a, ventus uehemens & immoderata tempestas. pro Cl. 46 a, Mare quod sua natura tranquillum sit, uentorum ui agitari atque turbari. Att. 138 b, Et ea die septentriones fuere uenti. Epist. 243 b, Habere uentos secũdos. Ep. 20 b, Et eorum uentorum, quos propofui, moderator quidã & quasi gubernator. In Ar. Si grauis inciderit uehementi flamine uentus. pro Cl. 33 b, Omnes rumorum & concionum uentos colligere. de Cl. 72 b, Cùm omnis motus animi tanquam uentus hominem defecerat. Att. 50. 22 b, Cæsar cuius nunc uenti ualde secundi sunt.

VENTVS me retulisset in Italiam. ad Brut. Id est, repulisset, & retrocedentem coegisset reuerti. ventum excitare in aliquem. pro Syll. Id est, inuidiam ei conflare. verùm omnes intelligimus in istis subscriptionibus uentum quẽdam popularem esse quæsitum. pro Cl. vento Africo inuectæ angues (in Aegyptum) ex uastitate Libyę. 1 de Nat. vento primo eum nauigaturum. 9 ad Attic. id est, non expectaturum tempestatem. vento reiectus aliquo. 16 ad At. vento sæuo, non aduerso. 5 At. Mare atque uenti res uiolentissimæ. 2. de N. Quicunque uenti, res uiolentissimæ. 2 de N. Quicunque uenti erunt, ars nostra certè non abierit. 12. fam. Ex ea die fuere Septentriones uenti, &c. Att. li. 9. Neq; tam fui timidus, ut, &c. alios ego uidi uentos, alias prospexi animo procellas. in Pis. ventis remisque in partiam omni festinatione properaui. 12. famil. ventis restantibus reijci. Tus.

VENVNDO, as. Of. 65 a, Cùm in uenundando rem eã scisset, nec pronunciauisset emptori. aliter, uendendo, & rectius.

VENVS, ris. uoluptas. de Nat. 40 a, Quæ autem dea ad res omnes, ueniret, Venerem nostri nominauerunt. & 72 a, venus, quia uenit ad omnia & 71 a, Multas veneres fuisse. de Nat. 38 a, Sine Cerere & Libero friget venus. & ibid. venus Iubentina. de D. 85 a, & Or. 197 a, veneris Gnidiæ Coæque pulchritudo. de Natur. 36 b, Infima est quinque errantium stella veneris, quæ φωσφόρος Græcè, Latinè lucifer dicitur.

VENVSIA, iæ. op. Horatij poetæ patria. Attic. 70. tusculano. 167 b.

VENVSINVM, uilla in venusino agro. Epist. 239 b, vale. III I. Cal. Octobr. De venusino.

VENVSTAS, tis. propriã pulchritudo muliebris, præterea lepor, gratia, suauitas. Of. 29 a, Venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem uirilem. & 19 b, Venustas & pulchritudo corporis secerni non potest à ualetudine. de Na. 40 a, Ex Venere uenustas dicta est. de Orato. 106 a, Dicendi uis summa festiuitate & uenustate coniuncta. & 159 b, Et reliqua quę hanc habent in specie uenustatem, ut, &c. & ib. Capitolij fastigium non uenustas, sed necessitas ipsa fabricata est. & ib. Vtilitatem templi fastigij dignitas consecuta est. Ora. 202 a, Vultus multum affert, tum dignitatem, tum uenustatem. I.V. 265 a, Homo affluẽs omni lepore & uenustate. de Or. 96 a, Agere cum dignitate & uenustare.

VENVSTE. pulchrè, bellè, aptè, commodè. Epi. lib. 8. Qua in re mihi uideturi illud perquam uenustè cecidisse.

VENVSTVS, a, um. lepidus, festiuus. pro Dom. 232 b, Inducis etiam sermonem urbanum & uenustum. I. P. 94 b, Græcus facilis & ualde uenustus. Part. 123 a, Ita uenusta habeãtur ista, ut, &c. & de Cl. 183 a, Gestus & motus corporis ita uenustus, ut. de Cl. 195 b, Sententiæ non tam graues & seuerę quam uenustæ & concinnæ.

VEPRECVLA, læ. pro Sest. 19 a, l. Nitedula.

VEPRES. spinæ. Tusc. 241 a, Cuius septum undique uepribus & dumetis indagaui sepulchrum.

VER, ueris. uernum tempus. I. V. 241 a, Veris initium non à Fauonio notabat, sed cum rosam uiderat, tum incipere uer arbitrabatur. Liuius Dec. III. 193 a, Primo uere exercitum moturus erat. de Senect. 91 b, Ver tanquam adolescentiam significat.

VERAX, cis. ueridicus. de D. 88 a, Multis seculis uerax fuit id oraculum. de D. 93 b, rum ei uisa quietis occurrent tranquilla

quilla atque ueracia. de D. 132 b, Herodotum cur ueracio rem ducam Ennio. Ac. 20 a, Veraces sensus suos esse dicit.

VERBENA. herba quædam, aut etiam omnis herba omnesque frondes quibus in rebus sacris utebantur. I. V. 226 a, Sacerdotes cum infulis ac uerbenis.

VERBER, ris. uirga, flagellũ. Antequàm 195 b, Serui qui ad supplicium cęsi uerberibus trahũtur. I. V. 168 a, Mitto uincla, mitto carcerem, mitto uerbera. I. P. 97 b, Verberibus aliquẽ necare. pro Pō. 5 b, Aliquẽ uinculis & uerberibus atq; oi supplicio excruciatũ necari. I. A. 231 b, Tum uerberibus ac tormentis quæstionem habuit publicæ pecuniæ. de Nat. 138 a, Cùm uerò paulùm processerint, lusionibus delectantur, ut ne uerberibus quidem deterreri possint.

VERBERATIO, onis. pulsatio. Ep. 267 a, Mirificam mihi uerberationem cessationis epistola dedisti.

VERBERO, as. cædo, pulso, uirgis cædo, manus affero, uim & manus affero, manus infero. I. V. 161 b, Videris pendere alios ex arbore, pulsare alios atque uerberari, & cætera. & 258 b, Virgis oculi uerberabantur. & 254 b, Ad pulsandos uerberandosque homines excitatissimus. Ep. 266 a, Verberaui te cogitationis tacito conuicio. de Fin. 153 a, Qui seruum iniuria uerberat. & In Vat. 31 a, Verberare matrẽ. I. P. 93 a, Os tuum ferreum senatus conuicio uerberari uoluisti. I. A. 218 a, Antonius Mutinam tormentis uerberauit.

VERBOSE. loquaciter, copiose, multis uerbis. pro Mur. 129 b, Satis uerbose. Epistol. 147 a, & 97 b, Hæc ad te scripsi uerbosius.

VERBOSVS, a. um. multus in uerbis, loquax. de Orat. 120 b, & pro Dom. 210 b, Potest fieri ut res uerbosior hæc fuerit, illa uerior. Epi. 97 b, Habes epistolam uerbosiorem fortasse quàm uelles. pro Mur. 131 a, Ista uestra uerbosa simulatio prudentiæ.

VERBVM, bi. nomen, uox, uocabulum. de Or. 120 b, Neq; enim quoties uerbum aliquod est scribendum nobis, toties eius uerbi literæ sunt cogitatione cõquirendæ. Top. 223 b, Verba sunt rerum notæ. de Ora. 97 b, Verba cuiusque rei propria. l. Nostras. Ac. 44 a, Verbum usitatum ac tritum. de Fi. 94 a, Verba grandiora. 203 b, Verba amplissima. Part. 234 b, Verba grauia, plena, sonantia, iuncta, facta, cognominata, non uulgata, superlata. Or. 204 a, Verba propria, usitata, noua, prisca, inusitata. & 215 a, Verba translata, facta, iuncta. & 205 a, Verba translata, immutata, mutata. de Opt. 243 b, Verba inquinata, abiecta, nõ aperta, longè petita. de Cl. 190 a, Verbum durum, insolens, humile. pro Cor. 62 b, Verbum priscum. & inusitatum. Ora. 199 a, Verba dura, odiosa & intolerantia. Orat. 199 a, Demosthenes nullum uerbum insolens neq; odiosum ponere audebat. Or. 203 a, Iudiciũ electioque uerborum, poetarum & oratorum communia sunt. de Cl. 188 a, Verborum delectum: originem esse eloquentiæ. ex Cæsare. de Or. 112 a, Ars quæ uerborum aut faciendorum aut deligendorum scientiam profitetur. de Or. 154 a, Rerum copia uerborum copiã gignit. de Or. 122 a, Res atq; sententiæ uis, sua uerba parient, quæ, &c. de D. 99 b, Portẽtorum uim, uerba ipsa prudenter à maioribus posita declarant. I. P. 93 b, Existimatio, dedecus, uerba sunt atque ineptiæ. Ep. 62 b, Nam me comperisse non audeo dicere, ne ferè id uerbum ponam quod abs te aiunt falso in me solere conferri. Ep. 71 a, Dicerem iracundius, nisi id uerbum in omne tempus perdidissem. de Nat. 25 a, Charum ipsum uerbum est amoris, ex quo amicitia. pro Ce. 202 a, Cum illud uerbum unde in utranque rem ualeat. & 296 a, Verbũ familiæ. I. A. 215 a, Res uerbo fieri interdum deterior solet. & 214 b, Quidam id uerbum remouendum arbitrabantur. & ib. Quidam ignari non modò rerum, sed etiam uerborum. Par. 124 a, Quem enim intetlligimus diuitem? aut hoc uerbum in quo homine ponimus? I. A. 171 a, Cunctum senatum, omnem sobolem iuuentutis, unoque uerbo. remp. expulsam esse, & exterminatã: id est, ut uno uerbo dicã. Ep. 263 a, Fideliter, cui uerbo, &c. ru. 234 a, Hoc uerbo cũ bea tum dicimus, subiecta ea notio est, &c. pro Dom. 234 a, Ex isto ore religionis uerbum excidere potest? de Finib. 80 a, Verbum uoluptatis non habet dignitatem. de Fin. 65 a, Nõ intelligo quid sonet hæc uox uoluptatis. de Finib. 74 b, Sub hac uoce honestatis, quæ sit subiecta sententia. pro Arc. 189 a, Sit igitur sanctum apud uos hoc poetæ nomen. rus. 167 a, Triste est nomen ipsum carendi.

AD uerbum. uerbum è uerbo, totidem uerbis, eisdem uerbis. de D. 100 b, Quod somnium mirificè ad uerbum cum re conuenit. rus. 199 b, Aut ea quæ modò expressa ad uerbum dixi de libro tollenda. de Fi. 49 b, Latinę fabulæ ad uerbum de Græcis expressæ. & Acad. 34 a, Ad uerbum ediscendus libellus. de Orato. 97 b, Ediscere ad uerbum quamplurima scripta. Ac. 5 b, Aut si uerbum è uerbo uolumus comprehẽsio, quam καταλήψιν illi uocant. Acad. 9 a, κατάληψις, quam uerbum è uerbo exprimentes, comprehensionem dicimus. de Fi. 85 b, Epistola, quam homo totidem ferè uerbis inter pretatus sum. Top. 223 b, ἐτυμολογία, id est, uerbum ex uerbo, ueriloquium. de Cl. 196 a, Totidem quod dixit (ut aiunt) scripta uerbis oratio. de Opt. 244 b, Verbum pro uerbo reddere Atti. 90 b, Totidem uerbis transferre aliquem locum ab aliquo autore. & I. V. 152 b, Recitare literas totidem uerbis. de Cl. 19 a, Hortensius, quæ commentatus esset, ea sine scripto eisdem uerbis reddebat. Ep. 37 a, Transferre totidem uerbis.

VERBO aliquid facere.)(. Re, &c. Ep. 148 a, Plura illi mandata uerbo quàm scripta dedi pro Fl. 150 b, Testes si uerbo ciitubarint, quo reuertantur non habebunt. I. C. 106 b, Quo uerbo si assequi possem, ipsos istos eijcerem, qui hæc loquũtur. I. V. 122 a, Verbo promittere.)(. Renegare. Tusc. 151 a, Verbo premere aliquem. In Sal. 273 b, Vbi rerum testimonia adsunt, non opus est uerbis.

VERBA dare. recipere. Attic. 246 a, Verba dare mihi facilè patior, in hoc meq; libenter præbeo credulum.

VERBA facere uel habere, pro dicere. I. V. 234 a, Facere uerba in senatu. de Cla. 189 b, Qui nunquam uerbum in publico fecerunt. I. V. 118 b, Facere uerba apud senatum. pro Pom. 14 a, Permulta contra legem Gabiniam uerba fecisti. de D. 117 b, Multa uerba fecisti, ste, &c. pro Planc. 263 a, Verbum nemo fecit. Q. F. 322 b, Sicut Calidio uerbũ pro eo facere non licuerit. I. A. 187 b, Ad eos tamen ipsos qui aderant, ne uerbum quidem ausus est facere de Cæsare. Ep. 60 a. Multa de re uerba feci. & 117 a, Neque uerbum de re facio. I. V. 234 a, Antequam uerbum facerem, de sella surrexit atque abijt. Orat. 262 a, Verba facimus pro Buthrotijs. I. V. 69 b, Propinquis qui aderant, uerbum nullum facit. de In. 80 b, Habere uerba. & pro Mur. 136 a, Voces quas habuisse in concione dicebatur.

VERBI causa, & id genus quædam. de Fat. 141 a, Verbi causa. & I. V. 134 b, Si quis uerbi causa oriente canicula natus est. Acad. 32 b, Verbi gratia. & de Fin. 131 b, Exempli causa in homen, &c.

MEIS uerbis, meo nomine. pro Mur. 130 a, Meis uerbis & meo nomine. Att. 259 a, Atticæ quoniam hilarula est, meis uerbis suauium des. Att. 254 b, Tu Atticam quæso cura, & ei salutem & Pyliæ, tulliæ quoque uerbis plurimam. Epi. 66 b, Cum Sura locutus sum, ut ei meis uerbis diceret, &c. & 249 a, Si ei meis uerbis eris gratulatus.

VERCELLAE, arum. urbs Italiæ. Ep. 176 b, Bruti.

VERE. reuera, scilicet, in ueritate.)(. Falso, inaniter, fictè. pro S. R. 27 a, Vere nihil potes dicere, finge aliquid saltem cum modè. Ac. 10 b, Cùm sit incertum, uerè inanitèrne moueatur. pro Mur. 125 b, Cùm graue est ueré accusari in amicitia, tum etiam si falso accuseris, non est negligendum. pro Planc. 272 b, Verè me Hercules hoc dicam fic rus, &c. de Or. 110 a, Sed tamen uerè dicam, mallem, &c. Of. 54 b. Honestum quod propriè uereq; dicitur, in sapientibus est solis pro Dom. 228 b, Maiores nostri, qui non fictè & fallaciter populares, sed uerè & sapienter fuerunt. Attic. 82 a, Non ὑπερβολικῶς, sed uerissimè loquor. l. Verus. Qu. Frat. 305 b, Ad me uerè omnia perscribe. Qu. Frat. 296 a, Si uerè cogitare uolumus. Att. 98 b, Pompeius uerè iudicat. pro S. R. 42 a, Verè ac liberè loqui. Epi. 196 b, Verè recũ agam, ut necessitudo nostra postulat. pro Arch. 190 a, Et uerè id est, & rectè, uel meritò, uel neque iniuria.

VERECVNDE. prudenter. topi. 221 a, & de Clar. 172 a, Verecundè tu quidem ut omnia. de Fin. 115 b, tum ille timidè, uel potius uerecundè. & Ep. 96 a, Verecunde dubitanterq; recipere aliquam causam. de Or. 99 a, Verecundius hæc de re iamdudum loquor.

VERECVNDIA, diæ. pudor, rubor, modestia, ingenuitas. Par. 236 b, 136 b, Verecundia custos est omnium uirtutum, dedecus fugiens, laudemq; maximè cõsequens. 257 a, Verecundiam timiditas imitatur. Offic. 19 a, Verecundia, & quasi quidam ornatus uitæ. Of. 20 a, Iustitiæ partes sunt, non uiolare homines: uerecundiæ, non offendere. & 30 a, Hoc solum animal natum est pudoris & uerecundiæ particeps. de Fin. 110 a, Cynicorum ratio est inimica uerecundiæ, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum. Of. 26 a, Scenicorũ quidem mos tantam habuit à uetere disciplina uerecundiam, ut in scenam sine subligaculo prodeat nemo. pro Qu. 7 a, Homo timidus uirginali uerecundia. Ep. 54 b, In externis locis minor est ad facinus uerecundia. Ora. 220 b, Verecundia negandi, scribendi impudentiam suscepimus. Tus. 243 a, Verecundia turpitudinis. Ac. 122 b, Malo Tyronis uerecundiam in culpa esse, quàm illiberalitatem Curij. Ac. 124 a, Meam stultam uerecundiam qui uoluerim, &c. Ac. 279 a, Nihil existimatio ciuium ualet, nihil posteritatis uerecundia. Q. F. 312 b, Factum est inuisa uerecundia, ut te proficiscens non tollerem. Q. 319 b, Cæsar meam in rogando uerecundiam obiurgauit. Offi. 26 a, Pleraque in eam sententiam ab eisdem contra uerecundiam dispsutantur. de Am. 111 a, Maximum ornamentum amicitiæ collit, qui ex ea tollit uerecundiam.

VERECVNDOR, aris. uereor, erubesco, pudore afficior. de Ora. 131 b, Sp. Caruilius grauiter claudicans: & ob eam causam uerecundans in publicum prodire. de Or. 146 a, Cunctantẽ & quasi uerecundantem incitare.

VERECVNDVS, a, um. pudens.)(. Petulans. de Ora. 141 b, Habetis sermonem hominis, utinam non impudentis: illud qui dem certè, non nimis uerecundi. & Ep. 111 a, verecundus in loquendo. de Or. 158 a, verecunda debet esse translatio. Or. 204 a, In transferendis uerecundus & parcus. Or. 102 a, Oratio casta, uerecunda, uirgo incorrupta. de L. 166 a, verecundus est, qui ut bene audiat, erubescit, & pudet im pudica loqui. I. A. 169 b, Tu ante ea in te admisisti, quæ à uerecundo inimico audire non posses. Epist. lib. 9. verecundi admonitores.

VEREOR, eris. reuereor, extimesco, nonnihil commoueor. I. A. 245 b, Quid? ueteranos non uereamur? nam timeri se, ne ipsi quidem uolunt. de Fin. 73 a, Quos non est ueritum ponere, &c. ad Heren. 11 b, A quo supplicium uerebatur. Att. 119 a, Quod ueritus sum factum est. Atti. 223 b, Ac uereor Gallica etiam bella ipse Sestius quò euadat. Qu. Fr. 303 b, Quem meus Cicero & amabat ut frarrem. & iam ut maiorem fratrem uerebatur. Offic. 37 b, Maximeque curandum est, ut eos quibus cum sermonem conferimus, & uereri & diligere uidamur, de Sen. 48 b, Metuebant eum serui, uerebantur liberi. de Amic. 111 a, Neque solum colent se inter se ac diligent, sed etiam uerebuntur, nam maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit uerecundiam. de Leg. 163 a, Quocirca uereor committere, ut non bene prouisa principia ponãtur. pro Mar. 132 b, vereor ut hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu posit, atque ego ipse cogitans sentio. Ep. 68 b. Ac non uereor, ne affenctiuncula quadam aucupari gratiam tuam uidear. de Ora. 135 b, Non uereor, ne quis iam in isto genere me leuiorem putet. de Or. 94 a, Perge uero Crasse, inquit Mutiusistam enim culpam quam uereris, ego præstabo. ad Heren. 35 a, Quos aut uereri, aut metuere debemus. & 11 b, vereri supplicium ab aliquo. Or. 197 a, Is qui uereretur reprehensionem doctorum atque prudentium. pro Planc. 265 a, Is patrem ueretur ut Deum. de Se. 94 a, vos tamen deos uerentes memoriam nostri piè seruabitis. Att. 203 a, Tyronẽ habeo citius quàm uerebam: id est, putabam. Att. 152 b, vereor quid agas. & de N. 69 a. Qui si dij non sunt, uereor quid agat Iouis: id est, dubito, quæro, nescio. Ep. 120 b, vereor quomodo hoc homines accipiant. de Cl. 166 b, vereor ecquod nam curriculũ aliquando sit habitura, &c. Ati. 105 b, Quod scribis eum in urbem introisse, uereor quid sit, nam, &c.

VEREOR ne. id est, uereor ut. de Am. 107 a, Neque enim uereamur ne quid excidat. pro Syll. 179 b, In ipsa rogatione ne per uim quid ageretur, quis tamen uestrum Syllam uerebatur? de Orat. 105 b, veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ue operam perdidisses. Acad. 35 a, vos autem mihi ueremini, ne labar ad opinionem, &c. At. 248 a, tum me collegi, uerens quid, &c. contra Rull. 65 a, Verendum crede nobis erit, ne, &c. Ep. 78 b, Cuius tanti mali uereor, ne consolatio ulla posit uera reperiri. & ibid. Nõ uereor ne eum miserum esse nefas sit dicere: id est, non dubito quin. Ep. 180 b, non uereor, ne meæ uitæ modestia parũ ualitura sit in posterum contra falsos rumores. Epist. 21 a, Non uereor, ne quid stultè facias. Ep. 30 a, verebar ne id ita caderet, quod etiam nunc uereor, ne antequam tu, &c. Epi. 18 a, non enim uereor ne non scribendo te expleam. Epist. 236 a, Quibus literis intellexi te uereri, ne superiores mihi redditæ non essent.

VEREOR ut: id est, uereor ne. Att. 193 a, Videris uereri ut epistolas tuas acceperim. Epi. 238 a, Vereor ut Dolabella ipse satis uobis prodesse posit. rus. 185 a, Et tamen uereamur ut hoc natura non patiatur. contra Rull. 77 b, & I. C. 131 b, Quod uos fœdus non iusseritis uereor ne satis firmum sit. de Or. 88 b, Sed illa duo Crasse, uereor ut tibi posim concedere. Att. 85 b. Quod uereor tibi ipsi ut probem. Ac. 113 a, Et tamen uereor, ut his ipsis contentus sit. I. A. 203 b, ne uerendum quidem est, ut tenere se posit, ut moderari, ne honoribus nostris elatus intemperantibus suis opibus utatur. de Am. 98 a, Vereor ut idem interitus sit animorum & corporum. pro Planc. 279 b, Metuo ut eam non posim sustinere, &c. pro Do. 224 a, rimeo ut posim, &c.

VERGILIAE, arũ. stellæ septem in dorso tauri, sic dictę quod uere oriantur. de N. 48 a, Propter Persei læuum genu Vergilias tenui cum luce uidebis. & In Arat.

VERGO, gis. inclinatus sum. de Nat. 49 a, Omnes partes terræ in medium uergentes. Q. F. 320 b, Id tectum nunc honeste uergit in tectum inferioris porticus. Ac. 236 a, Ni Bruti auxilium ad Italiam uergere, quàm ad Asiam maluissemus.

VERIDICVS, a, um. uerax, apertissimus. de D. 101 a, Veridicæ uoces ex occulto missę. pro F. Veridicas adiũgis causas ini micitiarum, quod, &c.

VERILOQVIVM. l. Etymologia.

VERISIMILIS, le. similis ueri, credibilis, probabilis, cõsentaneus, ad ueritatem propensus, quodcunque te maxime specie ueritatis mouet. de Or. 116 b, Narrationem iubent uerisimilem esse, & apertam & breuem. pro S. R. 36 a, & 25 a, Non enim ita disputabo, uerisimile est Roscios hoc fecisse. pro S. R. 37 b, non est uerisimile, ut Chrysogonus horũ literas adamarit. de Cl. 179 b, Non uerisimile est, quàm sit in utroque genere distinctus Cato. pro Q. R. 48 b, Vtrunque ex utriusque persona uerisimile uidetur. Acad. 9 b, Volunt probabile aliquid esse, & quasi uerisimile. & de In. 48 b, Verisimile & probabile. Tus. 220 a, Quid esset simillimũ ueri quærere. Epi. 285 b, Id autem eo facilius credebatur, quia simile uero uidebatur.

VERISIMILITVDO. similitudo ueri, probabilitas. Acad. 27 a, Cum posit sine assensione ipsam uerisimilitudinem sequi. de Vni. 196 a, & Par. 233 b, Bene agi putat si similitudinẽ ueri consequatur.

VERITAS, tis. uerum, uera ratio, res. de Inu. 82 a, Veritas est, per quam immutata ea quæ sunt, aut fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. de D. 85 a, Nunquam perfectè ueritatem casus imitatur. Or. 220 a, Veritas in occulto latet. pro Cæl. 51 a, O magna uis ueritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiã facilè se per seipsam defendit. Of. 69 a, Hoc ego nihil inutilius existimo, cum ad ueritatem cœpit reuocare rationem. de Legib. 156 a, Qui in isto opusculo non ut à poeta, sed ut à teste ueritatem exigunt. de Or. 104 b, Nec ornãtius causam suam dici uoluit, quàm simplex ratio ueritatis ferebat. Officio. 40 a, Subtilitas illa cum ueritas limatur in disputatione. Offic. 3 b, Sunt alij simplices, aperti, ueritatis cultores, fraudis inimici. de Or. 97 b, Et illa cõmentatio inclusa in ueritatis lucem proferenda est. de Orat. 91 a. Vide ne plus ei tribuas, quàm res & ueritas ipsa concedat. Tusc. 230 b, 231 a, Cùm animum ab ista pictura, imaginibusque uirtutũ, ad rem ueritatemque traduxeris. de Orator. 89 a, Græci contentionis cupidiores, quàm ueritatis. & 116 a, Homines expertes ueritatis. Orator. 229 Qui a forma ueritatis, ab Atticorum regula absunt. Part. 117 a, Plus apud me ratio ualebit quàm uulgi opinio. Offic. 22 a, Cogitatio in uero exquirendo maximè uersatur. & 3 b. Inquisitio & uestigatio ueri, hominis propria est.

Epistol.225 a,Pro causæ ueritate. Attic.52 a,Hæc ueritas etiam si iucunda non est, tamen mihi grata est. de Orator. 111 b,Qui actor in imitanda, quàm orator in suspicienda ueritate iucundior? Of.13 a, Vir bonus & simplicis ueritatis amicus.

Veritas debilitata. pro Qu. Veritas in profundo demersa. Academ.q.ed.2.li.1. Democriti dictum, ἐν βυθῷ τὴ ἀλήθεια. Veritas in sensibus maxima. Acad.qu.edit.1. lib.2. Veritas sempiterna futurarum rerum, in lege. de Natu.d.1. Veritas alicuius. pro Quin. Id est, æquitas & iustitia. ueritas iudicâdi. Tus.qu.li.5. Veritas literarum tuarum non me offendit. 11.ad At. Veritas prudentiæ, quasi materiæ, quam tractat, & in qua uersetur, subiecta est. Offic.1. Veritas molesta est, siquidem ex ea nascitur odium. Læl. Veritas in omni re uincit imitationem.3.de Ora.119. Veritatis consilium petere ab animis consuetudine imbutis. de Natur.deor.1. Sunt his alij multũ dispares, simplices, & aperti, &c. ueritatis cultores, fraudis inimici. 1 Offic. Expertes ueritatis homines, 2. de Ora. Veritatis ignoratione, uulgi opiniones in maxima inconstantia uersantur. de Nat.d.1. Veritatis iudicium quâ quam oritur à sensibus, tamen non esse in sensibus, secundum Academicos. Acad.q.ed.2.lib.1. Veritatis luce, menti hominis nihil dulcius. Acad. edit. 1. libr. secundo. Veritatis nota. Acad. qu. edit. 1. libro. 2. Nihil ueritati relinqui. Simplex ratio ueritatis. de. Or. 104 b, Ac. qu. ed. 2. lib. 1. Ad ueritatem loqui. Læl. Nõ opinione solùm, sed etiam ad ueritatem planè uelim mihi persuaderi. de Nat. d. 1. Nihil contrà inutilius ei, qui id iniustè consecutus sit, inuenio, quum ad ueritatem cępi reuocare rationem. 3. Off. Simonidem arbitror desperasse omnem ueritatem. de Nat. 1. Veritatem obtinere. pro Deiot. Veritatem retinere. pro Qu. Ex ueritate pauca uulgus æstimat. pro Rosc. Com. Ex æterna ueritate, causarumque continuatione confluxit, quicquid accidit. de Natur. d. 1. Pro causæ ueritate. Ep. 225 b, Sine ueritate nomen amicitiæ ualere non potest. Læl. Neque id ambitione adductus facio, sed tum familiaritate & necessitudine, tum etiam ueritate. ad Acilium, li. 13. Veritate coli tur amicitia. pro Qu. Non ueritate solùm, sed etiam fama niteretur. 1. ad Qu. F.

Vermiculatus, a, um. ornamentis, quasi uermiculis aut tesserulis uariatum & distinctum. de Or. 158 b, Emblema uermiculatum. de Cl. 190 a, Ex Lucil. Orat. 210 b, Quàm lepide lexeis compostæ, ut tesserulæ omnes arte, pauimento, atque emblemate uermiculato.

Verna, næ. seruus domi nostræ ex ancilla, aut seruo natus, Ep. 124 a, b, Bellienus uerna Demetrij. Fam. lib. 11. Vernarum causa. Bruti.

Vernaculus, a, um. domesticus de Cl. 180 a. l. Sapor. Epist. 134 b. Antiqua & uernacula festiuitas. I. V. 179 b, Domesticum atque uernaculum crimen. de Or. 151 b, Quotidianæ & uernaculæ res.

Vernus, a, um. ueris. de Sen. 91 a, Verni temporis suauitas. Tusc. 235 b, Alia uerno tempore tepefacta frondescunt. In Ar. Vernum lumen. (. Autumnale.

Vero. autem. de Orator. 90 b, 91 a, Poeta numeris astrictior paulò, uerborum autem licentia liberior, multis uerò ornandi generibus socius, ac penè par: in hoc quidem certè propè idem, nullis ut numeris, &c. pro Cecin. 186 a, Hoc reprehendendum fortasse minus, quærendum uerò magis etiam uideturi, ideo quod, &c. de Senec. 82 b, Non uerò tam isti mortui sunt, quàm tu nugator. de Leg. 171 a, Sed uerò intelligi sic oportet, &c. & 170 b, Est uerò ita, sed, &c. I. C. 113 a, Est uerò inquam notum signum imago aui tui, &c. Tus. 180 b, At uero nos, &c. Of. 58 b, Minime uerò, non enim, &c. de D. 82 a, Dicitur istuc quidem a Cotta, & uerò sæpius, sed, &c. de D. 112 b, Quod enim is qui diuinat, prædicit, id uerò futurum est. Attic. 263 a, Quod sæpe præsens & illi ostendisti, & uerò etiam mihi. pro Mur. 135 a, Exturbare eũ, qui & per se & per suos, & uerò etiam per alienos defendatur. de Cla. 174 a, & uerò maximus ille Scipio uehemens fuit. & 179. Et uerò fuit in hoc, &c. pro Clu. 21 a. Sed ea uerò sic agit, ut, &c. Att. 101 a, Illud tamen de Chrysippo, nam de illo altero, &c. Chrysippum uero, &c. Tus. 180 b, Fuisti sæpe credo in scholis philosophorum, at uero libenter quidem.

Verrea. f. festa Verri dicata. I. V. 119 a, Verrea agere. & ibid. b, O Verrea præclara? I. V. act. 6. Verrea flagitiosa. ead. Verrea turpia, & ridicula, & alibi sæpe.

Verrinus, a, um. I. V. act. 3. Negabãt mirandum esse ius tam nequam esse uerrinum. iocus ex ambiguo.

Verro, ris. est scopis quisquillas, puluerem, & alias sordes auferre, eijcere. Para. 113 a, Qui tractant ista, qui tergunt, qui ungunt, qui uerrunt, &c.

Verrucosus, a, um. qui uerrucis plenus est. est autem uerrucca, eminens in corpore caruncula, sine pruritu. de Cla. 169 b, Q. Maximus Verrucosus orator habitus est temporibus illis.

Verruco, as. uerto. de D. 90 a, Per propinqua hæc bene uerruncent populo. Accij.

Versicolor, ris. dubio uariove colore. de Fin. 94 a, Plumæ uersicoloris columbis.

Versatus, a, um. tractatus, exercitatus, subactus. pro Qu. 1 a, Homo & in alijs causis exercitatus, & in hac multum & sæpe uersatus.

Versiculus, li. Att. 68 a, Nunc uenio ad transuersum illum epistolæ tuæ uersiculum. Ora. 203 a, Versiculi comicorum pro Dom. 22 a, Hoc pati potestis, ut singuli ciues singulis uersiculis è ciuitate tollantur? pro Mil. 115 a, Ne quid respu. detrimenti caperet, quo uno uersiculo satis armat. semper consules fuerunt. de L. 172 a, Leges uno uersiculo senatus puncto temporis sublatæ. At. 121 b, Scripto iam superiore uersiculo Heros mihi dixit, sibi Murænam liberalissimè respondisse. At. 281 a, Tribũsne uersiculis his temporibus Brutus ad me?

Verso. as. conuerso, uoluo, tracto. de Som. 128 b. Orbes, qui uersantur retro contrario motu atque cœlum. de Fat. 149 a, Cylindrum uolui, & turbinem uersari putes. Tus. 150 a, Tum illud quod Sisiphus uersat saxum, &c. de Fin. 85 b, & 144 b, Versare se huc & illuc. I. 124 a, Itaque æstuabat dubitatione, uersabat se in utranque partem. de N. 12 a, Versari circũ axẽ cœli admirabili celeritate, & 79 a, Deus uersans cœlum. Ora. 209 b, Versare sæpe multis modis eandem rẽ. pro Cæl. 40 a, Versare suam naturam, & regere tempus. pro Cl. 32 a, Ad omnem malitiam & fraudem uersare mentem suam, hęc secum cogitare cœpit. de Se. 77 a, Cura, Quę nunc te coquit & uersat sub pectore fixa. Or. 169 b, Non ut in iudicijs uersaret causas, sed ut &c.

Versor, aris. uertor, uoluor, uolutor, obuersor, tracto, nundinor, consuesco, sum. I. V. 265 b, Versabatur in Sicilia longo interuallo alter Phalaris. de Ar. 258 a, Vt Deus aliquis cœtus hominum adeat, uersetur in terris. pro Font. 280 b, Sic existimatis eos hic sagatos uersari animo demisso, &c. I. A. 280 a, Pueri ingenui cum meritorijs, scorta inter matresfamilias uersabãtur. I. A. 164 a, Cum inter subsellia nostra uersentur armati. Post. 206 a, Hostis intra męnia uersatus est. pro Mil. 107 b, An uerò tu solus ignoras? tu hospes in hac urbe uersaris? tuæ peregrinantur aures, nec in hoc peruulgo ciuitatis sermone uersantur? At. 160 a. Nec uersari inter eos sine dedecore potero. In C. 99 b, Nobiscũ uersari iam diutius nõ potes. de D. 104 a, Versari cum aliquo. de Ar. 249 b, Si essetis, uersareminique nobiscum. Q. Fra. 302 a, Plato Epicureus, qui Athenis solet esse multũ. I. C. 104 b, Non enim iam inter nos sica illa uersabitur. pro Fl. 160 b, Annos iam triginta in foro uersati. pro Cæl. 38 a, Cælius iamdiu minus in foro nobiscum uersatur. I. V. 175 b, Cum in ea prouincia magnæ fugitiuorum copiæ uersatę. sint. pro Cec. 301 a, In meis castris præsidijsque uersaris. Qu. Fr. 296 a, In aliqua prouincia cum summo imperio & potestate uersari. de Or. 102 a, Orator incolumis inter hostium tela uersari potest. pro S. R. 21 a, Eo tẽpore Roscius erat Romæ frequens, atque in foro & in ore omnium quotidie uersabatur. Ora. 200 a, Cum in Italiæ luce cognosceris uersaris que in optimorum ciuium uel flore, uel robore. de In. 42 b, Versari in rep. Ep. ✠. Versari in sermonibus de rep. pro R. P. 126 a, Plato in maximis periculis insidijsque uersatus est. Offic. 64 b, Perpaucæ res sunt, in quibus dolus malus non uersetur. de L. 175 a, Tum maximè & religionẽ, & pietatem uersari in animis, cum rebus diuinis operam damus. & 190 b, Dicam Attice, & uersabor in re difficili. At. 38 a, In commemoratione earũ rerum, quas gessimus, desiderioque uersamur. de Or. 123 b, O mni mente & cogitatione curaque uersor, ut odoret, &c. de Or. 134 a, In omni tempore decet leporem humanitatemque uersari. de Or. 86 a, Dicendi ratio in medio posita communi quodam iusu, atque in hominũ more & sermone uersatur. de Ora. 96 b, Causę, quę in iudicijs uersantur aut deliberationibus. & 99 b, Num destitit uterque nostrum in testamentorũ fore mulis, hoc est in medio iure ciuili uersari? p S. R. 35 a, Nõ uersatur ante oculos uobis in cæde Glaucia? & Attic. 43 a, Versabatur mihi ante oculos illud tempus, cum, &c. I. C. 120 b, Videor mihi uidere, &c. cerno oculis, &c. uersatur ante oculos, &c pro S. 13 b, Mihi mors ob oculos uersabatur. I. V. 265 a, Nunquam tibi hæc species in oculis animoque uersata est? Epist. 233 b, & de Fi. 79 b, & I. V. 254 b, Mihi ante oculos dies noctesque uersaris. I. V. 241 b, Pudor, qui in magistratuum cõuiuijs uersari solet. I. V. 226 a, Acerbissimum tota urbe luctum uersari. pro Mur. 144 b, Versabitur in castris furor, in curia timor, in foro coniuratio. cont. Rul. 62 a, Agri in quibus ille bellũ gerit atq; uersatur. I. V. 157 b, Terræ in quib. bellum acerbũ uersatum est. & pro Ar. 189 b, Bellum magnum atque difficile, & in magna uarietate terra marique uersatum. & Ep. 79 b, Versari in magna uarietate. de N. 77 a, Inuita in hoc loco uersatur oratio. pro Qu. 5 b, Ingenia, quæ antea uersabantur in salute atque auxilio ferendo. I. V. 171 b, In quæstu ac compendio uersari. I. C. 119 b, Vterque in summa feueritate uersatur. pro Fl. 164 a, Videtis in quo motu temporum, quanta in conuersione rerum ac perturbatione uersemur. pro Pl. 167 b, In tenebris quàm in luce causam uersari mauis. I. C. 121 a, Largitionis uoluntas tum in rep. uersata est, & partium quædam contentio. pro Mur. 116 a, Quarum partium una in reprehensione uitæ, altera in contentione dignitatis, tertia in crimine b. ambitus uersata est. Antequam 194 b, Nos quorum & officia in rempub. recentissimæ, & incommodâ ob rempub. frequentissima in familia uersantur. Post. 207 a, In omni parte corporis aliquem delectationem gaudiumque uersari. I. P. 97 b, Iuuẽtus languet, nec perinde atque debet in laudis & gloriæ cupiditate uersatur. pro Plan. 264 a, Minturnenses coloni, quod C. Marium tecto receperunt, æterna in laude uersantur. pro Mil. 116 b, Vt in communi odio penè æqualiter uersetur odium meum. pro Pla. 276 b, Cui non locus ille ubi quisque altus est, cum grata recordatione in mente uersatur? Offic. 41 a, Qui tanquam in clarissima luce uersantur, & qui in homini num ignoratione uersantur. pro Cl. 51 b, Quæ res in quæstione uersetur. Att. 280 a, Maximo in discrimine resp. uersatur. Ep. 3 a. Versamur in rebus exulceratis & exagitatis, &c. Or. 301 a, Quod in controuersia aut in contentione uersatur. pro S. R. 31 a, Qui egestate & insidijs uersatur. pro S. R. 32. Qui omni tempore in præda & sanguine uersabãtur. At. 15 a, Versari in timore ruinæ. I. V. 101 b, Iustius iniquitas in ore uulgi & in communibus prouerbijs uersabatur. contra Rull. 66 b, Versantur in animo multæ & graues cogitationes. de Fin. 60 a, Versari in animo alicuius. Acad. 45 a, Bona quæ in animo atque in ipsa uirtute uersantur. Acad. 10 a, Versari in errore. de Nat. 1 b, Versari in summo errore, atque in omnium rerum ignoratione contra Rull. 67 a, b, Versatur enim magnus error. Ac. 35 a, Versari in uitiositate: id est, esse uicinum. Ep. 25 a b, Versari in gemitu. de Fin. 70 b, Versari in magnis angustijs. Ep. 56 b, Versorque in eorum naufragijs & bonorũ direptionibus. & 96 b, Versari in miseriis. Epi. 67 b, Sin uno argumento mẽs tua tota uersabitur. de Arus. 24 Versari in studio literarum. Ep. 48 a, Versari in artib. ingenuis. Ep. 88 a, Versari in studijs & literis. & 92 a, Versatus in rebus & usu. Aca. 127 b, De rebus in quib. uersatur exercitatusque est. pro Dom. 220 a, Versor in medio iure publico. pro Fon. 281 b, Homo in hac uitæ ratione uersatus. pro Ar. 185 a, Exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse uersatũ. de D. 110 b, Res, quæ in philosophia uersantur. Of. 4 a, Huic quasi materia quam tractet, & in qua uersetur, subiecta est ueritas. pro Qu. 10 a, Non ad solarium, non in campo, non in conuiuijs uersatus est. Or. 208 a, Nam ipse quidem res in perfecti cognitione uersantur. ad Her. 27 a, Cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas uersantur. Epi. 113 b, Librum uersari inter manus. I. A. 215 a, Ergo illi nũc in pace uersantur. At. 72 b, Nondum enim in negocio uersaris. Atti. 91 b, Tu cuius os ante oculos mihi solet uersari. de Or. 85 b, Mathematici magna in obscuritate rerum, & recondita in arte, & multiplici subtilique uersantur. & de Orato. 87 a, Qui quondam accepi nostrorum hominum in disputatione esse uersata. de Or. 107 b, In omni recto studio atque humanitate uersari. Att. 239 a, In magnis uersamur angustijs. Offic. 14 a, Ferre ea quæ uidentur acerba, quæ multa & uaria in hominum uita fortunaque uersantur. Of. 30 b. Opifices omnes non sordida arte uersantur.

Versura,ræ. est creditoris mutatio, ut cũ quis alteri se obligat, ut uetus debitum dissoluatur. hinc funt uersuram facere, & uersuram soluere: estque aliud nihil quod etiam dicunt Latini, ab alio soluere, siue ab alio repræsentare. sic enim fit uersura, creditorisque conuersio, & mutatio. Atti. 161 b, Nõ modò magno, sed iniquissimo fœnore uersurã facere Aurelius coactus est. pro Font. 276 a, A quib. uersuras tantarum prouinciarum factas esse dicunt? pro Fl. 156 a, & Tus. 150 a, Is negauit omnino uersuram ullam fecisse Romæ. I. V. 146 a, Tabulæ societatis, quæ significabant eos homines uersuram à Carpinatio fecisse, qui pecuniam Veri dedissent. & At. 68 a, Quæ quidem ego uersura facta solui uolo. Att. 251 b, Non modò uersura, sed etiam uenditione, si modò res coget, uĩdicabis. Attic. 76 a, Vereor ne illud quod tecũ permutauì, uersura mihi soluẽdum fit. At. 247 b, Versuram scribis esse faciendam mensium quinque. At. lib. 5. Lex Gabinia de uersura.

Versus. præpositio. Att. 258 b, Verti igitur me à Minturnis Arpinũ uersus, &c. & de D. 96 b, Cũ Aretium uersus castra mouisset. Ep. 20 a, Cũ te iã ex Asia Romã uersus profectũ esse constaret. Or. 209 b, Cum gradatim sursum uersus reditur. Par. 232 a, Et idem quasi sursum uersus retroque ducatur. Ep. 179 b, Cum Brundusium uersus ires ad Cæsarem.

Versus, a, um. pro S. R. 35 b, Videte nunc quàm uersa & mutata in peiorem partem sint omnia.

Versus, sus. carmen, modus. in V. 164 b, De qua muliere uersus plurimi supra tribunal prætoris scribebantur. & 252 a, Versus qui in istius cupiditatem facti sunt. pro Ar. 190 b, Is epigrãma in eũ fecit tantũmodo alternis uersibus lõgiusculis. pro Deio. 148 a, b, Deiotarus de Domitio dixit uersum Græcum eadem sententia, qua nos etiam habemus latinum, Pereant amici, dum unà inimici intercidant. de Or. 132 b, Sæpe etiã uersus interponitur. de Or. 90 b, Ornatissimis atq; optimis uersibus scribere de re aliqua. de Or. 161 a, Versus uariis modis atq; numeris fundere. de Or. 147 b, In ipsa oratione quasi quendã numerũ uersumq; conficere. Or. 203 a, Versus orationis est uicium, & ibi. de uersibus comicorũ. Ep. 16 b, Scripsi etiã uersib. tres libros de temporibus meis. Ac. 7 a, Aut is qui fidibus utitur explere numeros & conficere uersus posset? Ora. 215 b, Senarij, Hyponactei, Anapestici, Aristophanei, Anapæsti uersus. Qu. Fra. 325 b, Opus est prima animi alacritate. Attic. 32 a, Primus uersus epistolæ. pro R. P. 125 a, Vt cum lex aliqua reciraretur, primũ uersum attenderet, si, &c. de Or. 108 a, Demosthenes multos uersus uno spiritu pronunciabat. de Or. 161 a, Anti pater ille Sidonius solitus ẽ uersus hexameros, alios; uarijs modis atq; numeris fundere ex tẽpore Q. F. 325 b, Qd me de faciẽdis uersibus rogas, icredibile ẽ. Par. 120 b, Cũ uersus pronunciatus est una syllaba longior aut breuior.

Versute. callidè, uafrè, maliciosè. Or. 198 b, Versutè & subtiliter dicere. de Cl. 167 b. Subdolè & uersutè.

Versutiloquus, a, um. de Or. 157 a, Versutiloquas malicias. & Or. 212 b, Poetæ.

Versutus, a, um. callidus, malicios us, multiplex. de L. 160 a, de N. 74 a, Chrysippus homo sine dubio uersutus & callid⁹ uersuros appello, quorũ celeriter mens uersatur. & pro Q. R. 52 a, Homo callidus & uersutus. de Orat. 86 b, Acutus animus atq; uersutus. de Fi. 75 b, Acutus, uersut⁹, ueterator. de Clar. 186 b. M. Pisonis acumen in reprehendendis uerbis uersutũ & solers. de N. 75 a, Militia est uersuta & fallax nocẽdi ratio. pro Cec. 301 a, Hoc si uobis uersutius quàm ea cõsuetudo defendẽdi fert, uidebitur, sic existimetis, &c.

Vertens, tis. circumactus, completus. de Somn. 130 a, Tum ille uere uertens annus appellatur. & pro Qui. 7 a, Anno uertente

uertente sine controuersia.de N.36 b, Mercurij stella anno ferè uertente signiferum lustrat orbem . I. A. 250 b, Apparuisse numen deorum intra finem anni uertentis. In Ar. Annua conficiens uertentia tempora cursu.

VERTE, tis. polus.de Somn.129 b , Duo quasi cinguli terræ maximè inter se diuersi,& cœli uerticibus ipsis ex utraque parte suboixi.de N.49 b,Extremusq; adeo duplici de cardine uertex,Dicitur esse polus,de Som. 229 b , Terra angusta uerticibus lateribus latior . de Diuin. 82 b,Cesso è uertice montis . & I. V. 225 a , Ignes , qui ex Aetnæ uertice erumpunt . pro Quint. R. 48 a , Ab imis unguibus usque ad uerticem summum.

VERTO.tis.torqueo,muto , conuerto . de N. 45 b , Impetum cœli admirabili cum celeritate moueri uertiq; uidemus.& de Vniuers.198 a, Mundus maxima una conuersione , atq; eadem ipse circum se torquetur & uertitur . Et 120 b, Sed quæcunq; acciderint intra fines hos uertentur. de Leg.164 b,Verti rerum naturam:id est,mutari.de N. 65 b, Terra in aquam se uertit.pro Sex.Rosc.28 a , Video uersa esse omnia.de Diuin.13 a,Semina malorum in contrarias partes se uertere.I.V.129 a, Vertere stylum in tabulis suis,Offici.31 b,Cogitatio in se ipsa uertitur.I.P.92 b , Vertes ad alterâ scholam.I.A.174 b,Herebat nebulo , quo se uerteret non habebat.de Diuin.139 a,Superstitio instat & urget,& quo cunq; te uerteris persequitur.pro Mur. 145 a , Quò se miser uertet?domum ne?&c.In Sallust.272 a,Quo me uertam patres conscripti?&c.de Diuin.86 a, Quò sese uertant tantæ sortes somnium.pro Dom. 229 a, Quò uertendi,hoc est murãdi soli causa uenerant . & pro Q.11 a,Vertere solum exilij causa.I.V.63 b,Ex illa pecunia maximam partem ad se uertit,& in A.196 a, Antonius septies millies falsis præscriptionibus donationibusq; uertit.In Ver.262 a , Non in supplicio crimen meum moritur.Atti.132 a, Brundusij autem omne certamen uertitur huius primi temporis. de Cl. 177 b,In iure quo illa causa uertebatur. I. V. 70 a , Omnia in unius potestate ac moderatione uertentur.Epistol.99 a, Ne sibi illæ uicio uerterẽt,quod esset à patria.de Fi.146 b, Qui se fatentur uirtutis causa , nisi ea uoluptatem acciret, ne manum quidem uersuros esse. de Cl.177 a , Sed hoc uicium huic in bonum cõuertebat.de Fin. 502,Si sic uerterẽ Platonem,ut uerterunt nostri poetæ fabulas:& Cõuertere, orationes Grecorũ.de Opt.244 a,Or.97 b,Vt ea quę legerẽ Græcè,I.atinè redderem.de Fin.45 b , Fabulæ latinæ ad uerbum de Græcis expressæ . & 50 a,Quæ splendidè dicta sint,neq; sint cõuersa de Græcis. de Or.159 a , Id ad omnẽ rationem,& aurium uoluptatem,& animorum motũ,mutatur & uertitur.Of.17 a,Callicratides , qui cum multa fecisset egregiè,uertit ad extremum omnia.Attic. 258 a,Verti igitur me à Minturnis Arpinum uersus. pro Qu.Ros.50 b,Vertit hic rationem , & id quod probare non potest,fingere conatur .

VERTVMNVS,ni . uel Vortumnus, deus uertendarum rerum, id est mercaturæ, ut mercurius.I.V.107 b,Qui à signo Vertumni in circum maximum uenit .

VERVEX,cis.mas inter oues castratus.de L. 181. Quod sacrificij genus Lare uerueceibus fiat.

VERVM.sed.de Orat.94 a.Sed siue est ars , siue non , non est quidem ea negligenda,uerùm intelligendum est, alia quædam esse maiora . & 121 a, Verum hoc (ut dixi) nihil ad me . & 135 a,& 141 b , pro Dom. 223 b, Eiectio nusquam est,uerùm fit.I.A.300 b,Sed ep ectabantur Cal. Ian. fortasse non recte,uerùm præterita omittamus. Orat.147 b,Verùm enim oratori , Ac.

VERVM enim . at enim. de Orat. 147 b, Verum enim oratori,&c.

VERVMENIMVERO.In V.192 a, Verumenimuero duodenos sestertios exegisti.

VERVNTAMEN . sed tamen.Epistol. 135 a,I.V. 252 a , Hanc Cleon amabat,uerũtamen non audebat,etc.et 103 a,et 62 a.Epist.201 a,Non dubitabam equidem , uerũtamen, etc. et 9 a,Difficile est,etc.uerũtamen ipse me confirmo, Tus. 180 b.Et si,etc.uerũtamen,etc.de Orator. 329 a,et 141 b, Hoc leue est,uerũtamen non inutile.I.V. 57 b,et Atti.20 a,et 118 b,Veruntamen si qua reliqua spes est, etc. Epistol. 104 b,Vide quanti apud me sis,etsi,etc. uerũtamen quod, &c.Att.5 a,& I.V.148 b,Veruntamen pro inquam. de Fi. 49 b,50 a,Verum opinor scriptorem tamen. Attic.5 a,Veruntamen cum ibi essem .

VERVS,a, um. sincerus, solidus, expressus, germanus, certus, enucleatus,iustus,non fucatus specie forensi , sed domesticis iniustus notis ueritatis . pro Pl.265 a.)(.Adumbratus, simulatus,fucatus.Acad. 9 b , Interesse oportet ut inter rectum & prauum,sic inter uerum & falsum.& de Orat. 123 a,Ars differendi,& uera ac falsa iudicandi. de Orat. 111 b, Cum plus uno uerum esse non possit.I.V.234 a, Inter hũc & illum uerum & germanum Metellum multum interest. Or.220 b,Neq, quicquam adhuc inueni firmius quod tenerem, quàm illud quod mihi simillimum ueri uideretur, cum illud ipsum uerum in occulto lateret.Off.39 a,Perspicere quid in quaq; re uerum sincerũq; sit.de Am.100 a,De uera & perfecta amicitia loquor.pro Fla. 159 a,Aspiciant hos laudatores Flacci ex uera atq; integra Græcia . contra Rul.71 a,Comitia uera.)(. Comitia adumbrata ad speciẽ atq; ad usurpationem uetustatis. de Am. 113 b,Verus,sincerus.)(.Simulatus,fucatus. Item:Vera male dicendi facultas.Ar.274 a, Iusta gloria qui est fructus ueræ uirtutis honestissimus.Item,Solida ueraq; gloria . Orator.198 b,Vel utrius,si uerum quærimus,potius expers. & de Clar.188 a, Verum quidem si audire uolumus,orator,&c.Att.28 3 a,Si uera fateri uolumus & 100 b,Si uerum scire uis. Q.F.317 b,Dic mihi uerum,num res, aut non delectat ? Oct. 330 b, Verum enim dicam utinã,&c.At. 42 b, Dicam enim quod uerum est.At.26 b,Herculè uerum ut loquamur,subcontumeliose,&c.Ep.141 b,Licet enim uerum dicere . Attic.61 a,Vt uere loquamur.& de Or.97 a,Quod (ut uere dicam) maximè facimus.de Or.110 a,Sed tamen (ut uere dicam) mallem,&c.Ac.5 2 a,Vt uere scribam. & ibi. Itaq; hoc tibi uere affirmo.I.V.272 a,Et uere,ut dicam, &c.Atti.43 a,Vt tibi confiteor.Itẽ:indicabo tibi.Off.3 b, Quod uerum sincerumq; est . id est naturæ hominis aptissimum . Off. 60 b, Tantum dabit amicitiæ , ut ueram amici causam esse malit.I.A.204 b , Vera grauis & solida gloria.)(.Præceps & lubrica dominandi cupiditas. Offi. 65 b,Sed nos ueri iuris germaneq; iustitiæ solidã expressam effigiem nullam tenemus,umbra & imaginibus utimur.Par.239 a,Tercius æqui & ueri & recti.pro Mur.141 b,Cato negat uerum esse,allici beneuolentiam cibo . Antequam 193 a , Neque uerius est à singulis repetere officijs fructum , quàm ab omnibus id est æquius, uel facilius . de L. 171 b , Assentior frater ut quod est rectum,uerum quoq; sit, nec unquam aut oriatur, aut occidat.& 191 a,Cum aliquid uerum & rectum esse diciturIn Sal.274 b,Sallustius in eo honore,non æquum & uerum duxit,nihil quod facere collibuisset .

VERVM.pro eo quod factum est.Or.208 a, Res , aut de uero, aut de recto,aut de nomine.

VESANVS,a,um.uecors,infans.pro Dom. 213 b, Homo uesanus & furiosus.& 224 a,Hæc furiosa uis uesani trib. pleb. & de D.132 a,Vesanus remex.

VESCOR,ris . utor,pascor.de N.37 b,Dij nec escis,nec potionibus uescuntur.Tus.246 a,Lacte, caseo , carne uescor . de N.58 b,Sus est ad uescendum hominibus apta . de Fi.66 a, Vesci ijs rebus,quæ dulcem motum afferunt sensui.& 84 a, Vesci nasturtio.de N. 39 b , Est enim omne quo uescuntur homines penus. Orat. 199 b , Quæ est in hominibus tanta peruersitas,ut inuentis frugibus glande uescantur . de Fin. 138 b,Vesci uoluptatibus paratissimis .

VESER,ris.flu.Of.75.de Fin.53.

VESICA,cæ.folliculus in quo urina colligitur. de Fi.85 a,Tãti aderant morbi uesicæ & uiscerum,ut,&c.

VESICVLA,læ.de D.115 a,Inflatas rumpi uesiculas.

VESPA,pæ.de Fi.134 b,Vespas aculeis uti uidemus. aliàs,Ne pas legitur in ueteri codice & emendato.

VESPER.Hesperos stella. In Ar. Hunc tegit obscurus subter præcordia uesper.l.Hesperos,& Phosphoros .

VESPERA,ræ.I.C.130 b,Si accelerare uolent, ad uesperã cõsequentur.de Fi.91 b,Ad uesperam ueni.

VESPERI uel uespere.occidente sole,tardè.Att. 126 a,Quinto Iduum Feb.uesperi è Philotimo literas accepi.de Orat. 109 b,& Att.220 a,Heri uesperi.Ac.39 a , Pridie uesperi. pro Mil.111 a,Egreditur è uilla subitò , cur uesperis, quid necesse est tarde?At.177 2, Cephalio mihi à te literas reddidit ad VIII.Id.Martij,uespere .

VESPERTINVS,na,num.de Natu.36 a,Stella uespertinis temporibus diletescens,tum matutinis rursum se aperiens . & I.A.188 a,Att.211 b,Antemeridianæ literæ,& uespertinæ literæ .

VESPER,uel uesperus,ri.extremum tempus diei. Atti. 199 a, Cumq; mane in sylua me abstrusi,non inde exeo ante ue sperum.de Am.97 b,Cum senatu dimisso domum reducẽtus ad uesperum est.& I. A. 175 a, Atque ibi perpotauit usque ad uesperum.Tu.247 a,Ab hora octaua ad uesperum secretò collocuti sumus.Item:Vsque ad uesperum cõtentius ambulare.Atti.27 b,Epistolam cum à te auidè expectarem ad uesperum,ecce tibi,&c.de Di. 105 b, Vt ea ipsa die domũ ad uesperum redijt.de Ora.87 a, Vsque ad extremum tempus diei collocuti sunt inter se .

VESTA,stæ.de Nat.39 b, Vestæ nomen à Græcis , ea est enim, quæ ab illis ἑστία dicitur , uisq; eius ad aras & focos pertinet.de L.175 b, Cumq; Vesta quasi focus urbis(ut Græco nomine est appellata , quod nos propè idem Græcum nomen interpretatum tenemus)conspecta sit,ei colendæ uirgines præsunt , ut aduigiletur facilius ad custodiam ignis. pro Fon.284 a.Vesta mater,& ignes illi sempiterna noctu nis uigilijs seruati . I. C. 122 b , Ignis Vestæ perpetuus & sempiternus .

VESTALIS,le.de L.173 b,Virgines Vestales in urbe custodiũ to ignem foci publici sempiternum .

VESTIBVLVM,li.πρόπυλαιον.Atti.89 b, I. V. 141 b, In primo aditu uestibuloq; templi,& de Ora.138 a,In ædibus et templi uestibula et aditus.de Ar.251 a,Aedem Telluris priuato uestibulo contineri . pro Cec. 291 b, Non modò limine tectoq; ædium suarum,sed primo aditu uestibuloq; prohibere quempiam.et pro Cęl,50 b, Nam si essent in uestibulo balnearum,non laterent.pro Mil.105 a, Insidiator erat in foro collocatus,atque in uestibulo ipso senatus.Orato. 310 b , Vestibula nimirum et aditus ad causam faciet illustres.I.Ver.271 a , Vestibulum Siciliæ.et de L. 182 b, Vestibulum sepulchri.

VESTIGO,as.indago,uestigijs odoror.Post.207 a,Hi uoluptates omnes uestigant atque odorant. de Or.123 b,Et causas rerum uestigabimus.& 151 a,Aliquid quod cum desidiosa delectatione uestiges .

VESTIGIVM,gij.reliquiæ,signum, nota, monumentum . pro Cec.292 b,Cum pedem intulero,atque in possessionem uestigium fecero,tum excludar.I.A.153 a, Tu extra munitiones tuas uestigiũ ubi imprimas non habes.& pro Cec. 299 b,Imprimere uestigium in aliquo loco,Orator. 198 a,Curricula in quibus Platonis primum sunt impressa uestigia. de Natu.62 a,Vestigium ungulæ equi Castoris in silice.pro R.P.130 b,Vt in hoc foro uestigium facere liceat.de Orator.143 a,Vestigium illud in quo ille postremum institisset.& 145 b,& ad Her.21 a,Stare in uestigio. Ac.31 a,Antipodes aduersis uestigijs stant cõtra nostra uestigia. de Natu.15 b,Stellæ nunquam cursus sui uestigium inflectunt.In V.212 a,Verrem in luto uoluptatum totius corporis uestigij inuenimus.de Or.93 b,Persequi uestigia alicuius . pro Cl.24 b,Consequi aliquem uestigijs.de Cl. 193 b, Vt uide reposita quemadmodum in spacio Qu. Hortensium ipsius uestigijs persecuti sumus . I. V. 147 a, Vt omnes mortales huius auaritiæ non solùm uestigia,sed etiam cubilia uidere possint.de Fi.125 a,Quacunque ingredimur in aliquam historiam,uestigium ponimus.I.A.189 a, Ille autem quas fecit strages?ubicunq; posuit uestigia? Tus.161 a,Memoriam esse signatarum rerum in mente uestigia.pro Sest. 5 b,Vestigia alicuius non pressa leniter ad exigui prædicationem temporis,sed fixa ad memoriam omnium sempiternam.de N.9 b,Deus ille quem mente noscimus,atque in animi notione tanquam in uestigio ponimus.I.P.84 a,Eodem in tẽplo,eodẽ & loci uestigio & tẽporis.Q.F. 303 a,Nõ uidisti fratrẽ,quẽ reliqueras,ne uestigiũ quidẽ eius , nec simulachrum,sed quandã effigiem spirãtis mortui.I.V.99 a,Vestigium istius in foro non esset relictũ.de Or.88 a,Quid in Numa Pompilio?num quod eloquẽtiæ uestigium apparet? pro Cor.57 a,Extare uestigia:id est, apparere. de D. 137 a, Inerant enim in utriusq; nostrum animis uigilantium uestigia.Ep.58 a,Ne uestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis.ad He.7 b,Si uestigium rei fuerit.pro Cl.23 b,Indicia & uestigia ueneni.pro Q.R.53 b,Saturius aliud fraudis in eodem uestigio diuerticulum reperit.I.V.212 a, Leuiter presso uestigio persequi aliquid.

VESTIMENTVM,ti,uestis, uestitus . pro Mil. 106 b, Milo domum uenit,calceos & uestimenta mutauit.pro Fl. a,Affers purpuram tyriam,in qua tibi inuideo,quòd unis uestimentis tandiu lautus es.de L.183 a,Sex. Aelius dixit.se suspicari,lessum genus aliquod esse uestimenti lugubris.ad Her.7 b,& 40.Cruor in uestimentis .

VESTINVS ager.contra Rul.79 a .

VESTIO,stis.tego,obduco,constituo.Att.28 b, Denique etiã Vatinij strumam sacerdotij διάδημα uestiant . de Nat. 50 a, Animantes aliæ corijs tectæ,aliæ uillis uestitæ.Tusc.163 a, Multitudo pecorum ad corpora uestienda . pro S. R. 43 a, Quasi uerò nescias hunc ali & uestiri à Cælio, &c.& ibid. Nisi hoc indignũ putas,quod uestitum sedere in iudicio uides.I.V.228 b,His tabulis inferioris tẽpli parietes uestiebantur.de N.54 b,Nat. oculos membranis tenuissimus uestiuit ac sepsit.de Vn.198 b,Deus animam circundedit corpore,& uestiuit extrinsecus.de Nat.52 b,Montes uestiti ac syluestres.de N.45 b,Terra uestita floribus. de Or. 96 a,In uenta uestire atque ornare oratione. de N. 45 a, Quem cũ perpetuo uestiuit lumine Titan.de Cl.196 a,Recõditas exquisitasq; sententias mollis & pellucens uestiebat oratiõ. de Fa.147 a,Hoc modo uiator bene uestitus causa cessatori fuisse diceretur,cur ab eo spoliaretur .

VESTIS,stis.uestitus,uestimentum.Post. 206 b, Cum uos uestem mutandam censuissetis,cunctiq; mutassetis. & Q.Fr. 308 a,Vestem tum filius mutauit.Post.200 b,pro Sest.8 b, Hac mutatione uestis facta,omitto,&c.de D.105 a,Cæsar cũ purpurea ueste processit.& 116 a, Cęsar uestitu cũ purpureo excors&c.pro Cæl.45 a, Discidit uestẽ,refarcietur I.P.99 b,Vestis seruilis.I.V.261 b,Est Sthenius hic cũ hoc capillo atq; uestes domo sua expilata.I. A.173 a.Preciosa uestis,lauta supellex. contra Rul. 73 b, In pecore,auro,argento,ebore,ueste,supellectili.de Or. 98 a, Non explicata ueste,neque proposito argẽto.In Ver. 224 a, Quod tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem uestem conficiendam fuit.I.V.144 b,Vestis stragula. & ibi.Vestis Melitensis.I.V.365 b,Vestis lintea.Tus. lib. 1. Vestis famularis. lib.2.Vestis furialis .

VESTITUS,a,um.I.P.93 b,Ipse cum hominibus XV.male uestitis ad patrem peruenit.pro Cæl.50 b , Homines calceati & uestiti.Tus.241 a,Sepulchrum septum undique & uestitum uepribus & dumetis.ad Her.38 b, Cũ citharœdus pro dierit optime uestitus,palla inaurata indutus,&c.

VESTITVS,tus.uestimentum,ornatus.pro R.P. 127 a,Is crudelitatem regis in rogatos uestitus mutatione uitauit:nam & soccos habuit,& pallium more Græcorum. de In. 58 a, Vestitu nimio indulges.de Fi.79 a, Voluptas pulcherrimo uestitu & ornatu regali in folio sedens. Ac. 7 b,Vir muliebri indutus uestitu.pro S.R.42 b,Vestitum,quo tectus erã, tibi dedi.Contra Rull.68 b,Vestitus obsoletior. corpus in cultum & horridum . pro Sest.9 b , Vestitus asper nostra hac purpura plebeia ac pene fusca.pro Sest.9 b,Subito edicunt consules , ut senatores ad suum uestitum redirent . & 10 a,Vestitum mutare . In An. 242 a , Cuius scelere in hac uestitus fœditate sumus.pro Quin. 9 a, Victus uestitusq; necessarius.de Cl.196 a,Vestitus orationis. de Natu.45 b, Riparum uestitus uiridissimi . & 58 b , Vestitus densissimi montium.

VETERANVS,a,um. ueterani milites dicebantur , qui uiginti annos militauerant.I.A.154 a,Veterani, qui appellabantur ad spem nouarum prædarum incitabantur. & 184 a,C. Cæsar firmissimum exercitum iniuissimo genere ueteranorum militum comparauit.Tus.193 b, Veteranus miles.

VETERATOR,ris.I.V.155 a, Homo callidus & ueterator. de Cl.171 b,& 180 b,Qu.Frat.314 b,Dionysius est ueterator magnus.de Fin.75 b,Acutus,astutus,ueterator .

VETERATORIE.uafrè,uersutè,callidè, subdolè . Or. 205 b, Acutè & ueteratoriè dicere.

VETERATORIVS,a,um.fallax , dolosus, maliciosus . In Verr. 105 a,Nihil ab isto tectum,nihil ueteratorium expectaueris.

ritis.de Cl.189 a,Splendida quædam & minimè ueteratoria dicēdi ratio.& 186 b, Et eam accurationem citius uetera torariam,quam oratoriam diceres.

VETERNVS,di,morbus insaniam inducens,& pigros homines faciens,& somniculosos,λήθαργον Græce nominatur.accipi tur etiam pro hydrope,siue aqua intercute. Epist.25 a,Erat in eadem epistola ueternus ciuitatis,gaudebam sanè, & nostrum amicum congelasse lætabar ocio.& 115 b, Veternus ciuitatem occupauit.

VETERRIMVS,a, um. peruetus,antiquissimus.de N.10 a, Veterrimi poetæ.Famil.lib.12. Pro nostro ueterrimo uerisimo; amore Trebonij.

VETITVM,ti.de L.161 a, Et hæc & alia iussa, & uetita populorum.

VETO,as.prohibeo absterreo.)(.iubeo,cogo.de Orat. 117 a, Lex peregrinum uetat in murum ascendere. & in Pis. 90 a, Quod omnes leges plenissimè uetant.Ac.28 b,Tu me reb. incognitis asseriri uetas.Ep.70 a,Rationes à te collectæ uetabant me rei penitus diffidere.& pro Cl. 31 b,Et cum saluti desperare uetuit.de Am.112 a, Acta agimus,quæ uetamur ueteri prouerbio.

VETVLVS,a,um.de Fin.133 b,Arbor & uetula,& nouella.Ac. 214 a,Mulier uetula sanè & multarū nuptiarum. pro Qu. 5 a,Gladiator uetulus.de Am.109 a, Equis uetulis teneros anteponere solemus.Fam.li.7.Serò sapiunt. Tantum mi uetule,non serò prunas illas rabiosulas fat fatuas dedisti.

VETVS,ris.antiquus, priscus, quod uetustatem fert. pro Cec. 293 b,Hoc iam uetus est, & maiorem exemplo multis in reb.usitatum.de Or.98 b,Vetus & usitata exceptio.Ac.281 a,Paterna magna,& uetus & iusta necessitudo. Ep. 121 a, Amicitia peruetus mihi cum eo est.Tus. 183 a,Exercitatus & uetus miles.I.V.216 b,Segesta est oppidum peruetus in Sicilia.de Clar. 168 a, Themistocles ut apud nos perantiquus,ut apud Athenienses non ita sanè uetus. pro Sest.6 b, Veteres uexatores ætatulæ desiciens.I.A.103 b, Maiores nostri ueteres illi admodum antiqui, leges annales non habebant.& de Or.100 b,Primū quia ueteres illi,&c.de Am. 109 a,Veterrima quæque(ut ea uina quæ uetustatem ferūt) esse debent suauissima.de Vn.201 b,Credendum est ueteribus & priscis,ut aiunt,uiris.

VETVSTAS,tis.antiquitas,senectus. pro Dom.237 a,Peritiores uetustas fecit.& de Ora.111 b, Historia nuncia uetustatis.Atti.225 b, Hæc non uidentur habitura uetustatem.de In.43 a,Res ab nostra memoria propter uetustatem remotæ.de Or.101 a,Verborum prisca uetustas.& ibi.b,Vetustatis exempla oratori nota esse debent,pro Deio.150 b,Hęc nulla unquam uetustas obruet,nulla unquā delebit obuio. de Orat.106 b,Veteres leges aut ipsas sua uetustate conseruasse,aut nouis legibus sublatas.cont.Rul.85 b,Sed certè si paululū assumpserint uetustatis ac roboris.non continebuntur.de Cl.191 b, Nimia uetustas non habet eam,quam quærimus,suauitatem,nec est iam sanè tolerabilis.I.A.186 a,Municipium uetustate antiquissimum.ad Her.24 b, Viri iam satis omnib.uetustate probati.de Sen.91 a,Vinum uetustate coacescit.de Diu.132 b,Vinum uetustate euanescit. de Am.109 a, Magna est enim nis uetustatis & consuetudinis.de D.103 a, Affert autem uetustas in rebus longinqua obseruatione incredibilem scientiam.

VETVSTVS,a,um.uetus,antiquus.Epi.219 a, Cum Demetrio mihi uetustum hospitium est.& 83 a,Ratio uetustæ discipli næ.pro Cl.18 b,Opinio tam penitus insita, tam uerusta.de Cl.172 a,Sed multo tamē uetustior & horridior ille quām Scipio.

VEXATIO,onis.magna & infesta quēdā agitatio uel iactatio I.C.101 a,Tibi uexatio direptioq; sociorū imposita fuit. & 118 a,& 120 b,Tusc.213 a,Afflictio est ægritudo cum uexatione corporis.

VEXATOR,oris. exagitator. de Ar. 255 a, Is crudelis uexator reip.fuit.I.A.188 b,Direptor & uexator urbis. pro Sest.6 b,Veteres uexatores ætatulæ suæ desiciens. pro Mil. 108 a,Milo uexator furoris Clodij.

VEXATVS,a,um.exagitatus.I.A. 188 a, Canutius à quo eras honestissimis concionibus sæpe & iure uexatus.

VEXILLVM.li.signum.I.A. 179 b, Vt uexillum uideres & aratrum circunduceres.& 168 a,Vexillo opus est.cōuolabunt. Or.211 a,X literam è uexillo & paxillo consuetudo euellit.I.A.200 a,Qui si Romam redierit,nunquando perditis ciuibus uexillum,quo concurrant,defuturum putatis?

VEXO,as.agito,exagito,uexator sum, diripo, populor,infestū reddo, insulto,male habeo,miserum habeo.I.C. 103 a,Cū bello uastabitur Italia, uexabūtur urbes recta ardebunt.I. V.174 a,Prouincia populata atque uexata. I.V.87 a, Quæ oppida ut diripenda & uexanda curasti.& 95 b,Spoliando ac uexando.Epi.23 b,Interea cum meis copijs omnibus uexaui Amanienses hostes,&c.pro Sest.3 a,Qui omnia diuina & humana uexarunt,uiolarunt,perturbarunt, euerterunt. pro Do.225 a,Vxor mea,quam uexauistis,raptauistis,omni crudelitate laceratuistis.pro Do.213 b,Quæ te tanta pœna tuorum scelerum uexare?ut arbitrare, &c.pro Qui.18 a, Multis uexatus contumelijs,multis iactatus iniurijs & pro Sest.17 a,Cato Pisonem uerbis uexauit.pro Fla.156 b,Aliquē probris omnibus maledictisq; uexare.Tus.233 a,Vexatur idē Theophrastus & libris,& scholis omnium philosophorum,quod,&c.de Leg.164 a,Solicitudo uexat impios. pro Mil.106 a, P. Clodius statuit omni scelere uexare rēp.

VIA,uiæ.iter ang.portus. uia tamē propriè est iureconsultis, qua uehiculum ire potest. I. V. 222 b, uia qua Afforo itur Ennam.de Fin.99 b,uia quæ est hinc in Indiam. I.V. 228 a,Cæterę urbis parte una uia lata perpetua multisq; transuersis diuisę priuatis ędificijs continentur. I.V. 101 a, uideo quot dierum uia sit.pro Cec. 289 b, Dare uiam alicui per fundum suum Att.259 b,& 260 a,Longulum sanè iter & uia inepta.I.A.231 a, In Syriam patebat uia certa neq; longa.Ep.149 a, Viennam equites mille uia breuiore præmisi.Qu.Fr.3 18 a,Ex eo loco recta uitularia uia profecti sumus in Suffidianum.Att.143 b, Cursare huc & illuc uia de terrima.pro Planc. 280 a, Qui antequam de meo aduentu audire potuissent, aliquorum dierum uiam in Macedoniā, ad Planciumq; perrexi. de D.86 a,Itaque reuertit ex itinere cum iam progressus esset multorum dierum uiam.de D. 101 b,uia noua Romę,& pro Pl.162 b,uia sacra Romę,ad quam itur à fornice Fabiano.de For.69 b,Villa illa nostra, quæ per Macedoniam est usque ad Hellespontum militaris.de Fin.125 a,Declinare de uia ad dextram.Epist.237 b, Dare se in uiam.Item:In uiam quod te des hoc tempore,ni hil est.pro Fon.277 b,Munire uiam & munitiores uiarum. I.P.88 a,Obsessio militaris uię.de N.53 b, Vię ab intestinis ad iecur ductę ac directę.I.A.172 a Quis nescit,uenisse eā tot dierum tibi uiam gratulatum?& 243 b,Tres uię sunt ad Mutinam,à supero mari Flaminia,ab infero Aurelia,media Cassia.Att.75 b,Nunc iter conficiebam,æstuosę & pulueulenta uia.Offic.12 b.Erraui uiam monstrare,& Sen.78 a,Volumus sanè tanquam aliquam uiam longam conficeris,quo nobis quoq; e ingrediendum sit, isthuc quò peruenisti,uidere quale sit.

VIA,ratio,forma.institutum.Or.207 a,Quæ res duplicem habuit docendi uiam,&c.de Di.129 b,Dij dant nobis uias ad significationum scientiam.Ep.57 b,Et me in ipsius consuetudinem insinuabo,et certè omnes uias persequar, quibus putabo ad id quod uolumus,peruenirī posse. de Cl.168 b, Via et arte dicere.de N.42 a,Via progredi.de D.108 b,Optimarum artium uias tradere suis ciuibus. Offic.20 a,Officium,quod ab eo ducitur, hanc primum habet uiam, quę deducit ad conseruationem naturę.pro Mur.135 b,Hęc omnia tibi accusandi uiam muniebant,ad piscendi obsepiebant,Qu.Fr.292 b,Greci omnes uias pecuniæ norunt,omnia pecunię causa faciunt.Qu.Fr.301 b,Via iuris cuiusmodi est,ut,etc.de Fin.60 b,Via uiuendi simplex, et aperta, et directa.I.C.120 a, Cęsar hanc reip. uiam, quę popularis habetur,secutus est. Orat. 197 b, Inusitatas uias indagare, tritas relinquere.de Diuin.109 a, Qui sibi semitam non sapiūt,alteri mōstrant uiam.I.A. 240 b, Quod si erraturus est, ipse falsa et fallaci redeamus in uiam.de I.264 a, Deducere in uiam.pro Mur.130 a,Inire uiam, Redire uiam.de Legi. 159 b,Hi non iustitię, sed litigandi tradunt uias.Offici. 41 a,Hęc uia ad gloriam proxima est, & quasi compendiaria. de Clar.191 a,Vt eam uiam laudis esse duceret rectissimā, quam maiores eius ei tritam reliquissent.Item:Quod fi ita putas.totam ignoras uiam glorię.Item:Ignoras uerum iter glorię.

VIATICVM,ci.uiæ impensa,atque itineris subsidium. At. 197 a,Velim uideas & quid instrumenti & quid uiatici satis sit. At.114 a, & pro Pl. 264 a, Qu. Ticinius uiaticum se negat habere.Ep.184 b,Legato tuo uiaticum eripuerunt.Att.58 a,Viaticum Crassipes prępiuit.& 123 a,Ad Philotimum scripsi de uiatico.In 247 b,Video mihi op° esse uiatico. de Se.91 a,Potest quicquam esse absurdius, quām quò minus uiæ restat,eò plus uiatici quærere.

VIATIVS,a,um.ad uiam quod attinet.Episto.116 a,Lex uiatia.Cælij.

VIATOR,oris.quicunq; iter facit.pro Mil. 112 a,Non semper uiator à latrone, nonnunquam etiam latro à uiatore occidit. Ar. 29 a, Nisi quid ex præteruente uiatore exceptū est,scire nihil possumus.Qu.Fr.215 b, Faciā quod uiatoribus,cum properant,ut,&c.In Vat.33 a, & pro Fon. 282 a, Misisti uiatorem, qui M. Bibulum domo ui extraheret. de Se.89 a,Qui à uilla in senatum senatores accersebant, uiatores nominati sunt. Att.146 b, Quod cum è uiatore quodam esset auditū,misi, &c.de Fa. 147 a, Hoc modo uiator bene uestitus causa crassatori fuisse diceretur, quod ab eo spoliaretur.

VIBO,onis.op.At.40.255.& pro Pl.279 b,

VIBONENSIS.At.255.

VIBRO,as.tractare,agitare,micare.de Ora.137 b, Samnites, qui uibrāt hastas ante pugnā,quibus in pugnādo nihil utūtur.& Of.38 b,Vibrare hastā.I.C.109 a.Qui ficas uibrare & uenena spargere didicerunt.Or.220 a, Demosthenes cu ius non tam uibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferentur.& de Cl.196 a,Oratio incitata & uibrās. Ac.36 b,Mare cum à sole colluet,albescit & uibrat.

VICANVS,ni,qui in uico habitat. de D. 108 a, Vicani aruspices.pro Fl.147.Timolites Vicanus.

VICARIVS,a, um. sucessor,qui uicem alterius obtinet,uel in eius locū succedit, qui pro aliquo in aliquo munere constituus est.Qu.de Pe.210 b, Pro Syl.172 a, An hoc regnū appellabitur? cuius uicarius qui uelit esse, inuenirī nemo potest, longè abest regni suspicio.& At.285 a, Vicarius alienæ dominationis.I.V.219 a, Succedā ego uicarius tuo munere,suscipiam partes tuas.Ep.295 b, Itaq; do te uicarium,tu eum obseruabis.pro Ceci.296 a,Procurator penè dominus & alieni iuris uicarius.,p Mur.143 b, Nolite mihi subtrahere uicarium diligentiæ meæ. pro S. R. 36 b, In his operæ nostræ uicaria fides amicorū supponitur: id est, in mandatis.

VICARIVS,rij.In alterius serui peculio seruus I.V.Hic Diogenetus uicarium nullum habet, nihil omnino peculij. & 95 a, Pecunia omnium uicarijque retinentur. I. V. 174 a, Quinquaginta aratores ita uideo deiectos, ut ijs ne uicarij quidem successerint.I.A.240 a,Quod si in bello dari uicarij solerent, libenter me, ut Brutus emitteretur, pro eo includi paterer.

VICATIM.per singulos uicos.,p Dom. 239 a, Seruorū omniū uicatim celebratur tota urbe descriptio. & pro Sest. 10 a, Cur uicatim serui omnes conscriberentur,&c.At.56 a,Vicatim ambire,seruis apertè spem libertatis,ostendere.

VICEM.fortunam,fortem.pro Dom 214 b, Mihi uni necesse est,& meam & aliorum uicem pertimescere.Ep.176 b,Vale & meam & uestram uicem timeam necesse est.Att.279 b,Reip. uicem doleo. & 133 a, Vt meam uicem doleres, cum me uideres derideri.At.58 a,Nos malo solatio consolamur,quod ipsius uicem minimè dolemus.& Ep.56 b,An illius uicem (credo) doles? Epist. 197 b, Respublica, in qua tuam uicem sæpe doleo, quòd nullam partem per ætatem sanæ & saluæ gustare potuisti.I.V.99 a,Nos si alienam uicem pro nostra iniuria doleremus,uestigium istius in foro non esset relictum. Att.92 b, Sed me hercule Curionis & Pauli meorum familiarium uicem doleo. Ep.10 a,Quā quam ille nostram uicem uletus est ipse per sese. pro Sest.5 a,Recito uicem officij præsentis, testimonium præteriti temporis.

VICE.uel uicem.pro loco. At. 161 b, Nisi fortè me Sardana pali uice in suo lectulo mori malle censueritis.de L.175 a, Si fingenda nomina uice poetę,&c.Postquam.203 b,Vos qui apud me uim & numē deorū tenetis. de L.180 a, Nulla est persona,quæ ad uicem eius qui è uita emigrauit,propius accedat,quām hæres.

VICENVS,na.I.V.117.

VICESIMA,mę.tributum quum de uicenis unū penditur.At. li.2.Quod uectigal superest domesticū præter uicesimam?

VICESIMVS,a,um.uigesimus.Epi. 198 a, Altero & uicesimo die.& de Fin.86 a,Qu.Fr.321 a, Vicesimo die lunæ. Nobis superficiem ædium Consules,de consilji sententia.

VICETINI.pop.Ep.176.Bruti.

VICIES.aduerb.Att.lib.4.a.Aestimarunt HS.uicies.& lib.2. Bis & uicies. & pro Clu.

VICINIA,niæ.uicinitas.Tus.155 b,Inde in uicinia nostra Auerni lacus.

VICINITAS,tis.uicinia,propinquitas.I.V.222 b,Signū quod erat notū uicinitati, buccina datur.pro Clu.45 a, Cur in istā uicinitatē meretriciam te contulisti?pro S.R.41 a,Cātu neruorū tota uicinitas personat.pro S.R.21 a,Se.Roscius Amerinus fuit non modò sui municipij,uerūm etiam eius uicinitatis facilè primus.& ib. Hic præter cæteros in ea uicinitate eā partē causamq; defendit, pro S. R.16 a,In Vmbria,atq; in ea uicinitate, pro Cl 20 a,Sed etiā regionis illius ac uicinitatis facilè primus.Pro Pl.263 a,Iā municipiæ coniunctione etiam uicinitatis uehementer mouetur. Of.46 b,In uicinitatibus & confinijs. pro Clue. 27 b, Mihi cū eo uicinitatis & magnus usus est.Postq.398 a,Amicitiæ,consuetudines,uicinitates.& de Fi.140 a, Vicinitas cū ciuibus.de In.50 a,Vicinitas totius regionis.Ac.35 a,Versari in uicinitate.Ep.71 a,Cum forum commune sit,uicinitas non requiritur.Ar.73 a,Propter uicinitatem totos dies simul eramus.pro Pl.263 a,Scire enim hoc ,ppter uicinitatem facilè possum.de Cl.178 b,Artium studiorūq; quasi finitima societas.de N.54 b,Narras nō sine causa uicinitatē oris secutæ sunt.pro Ra.92 a, Cum singulari uoluntate Cāpaniæ uicinitatis ornetur.

VICINVS,a,um.propinquus, finitimus, proximè accedens ad aliquid.At.122 a,M.Lepidus uicinus noster.& 30 b,Vicinus proximus.& 215 a,& I.C.109 a,& Of.63 b, & Qu.F. 300 b,Interior uicinus,,p S.R.25 b,Possum multos proferre uel tribules uel uicinos meos,qui,&c.,p Syl.178 a,& ad Her.27 a,Cū cæteri deficerēt finitimi ac uicini.Or. 307 a, Dialectica uicina & finitima Rhetoricæ.Or.198 b,Est autē quidam interiectus intermedius uicinus amborum.Off. 73 a,F desi Capitolio uicina Iouis Opt.Max.I.V.85 a,Latona grauida,& iam ad pariendum uicina.

VICISSIM.pariter,inuicem.Cæs.37 a,Acad.31 a,Vos ab illo irridemini,& ipsi illū uicissim eluditis,de N.30 a,Terrā uno tēpore florere,deide uicissim horrere.Irē,Oculorū & hilaritatis & uicissim tristitiæ modū res ipsę tēperabūt.de Fi.105 a,Quod iustū est,honestū est, uicissimq; quod honestū est,iustū est.de D.82 a, Si sint ea genera diuinādi uera, esse deos,uicissimq; si dij sint,esse qui diuinēt.de Fa.140 b, Mutuari ab aliquo,& ei uicissim reddere aliud quidpiā.de N.65 b, Cū eadem uicissim retro cōmeāt. & 42 b,Deinde retrorsum uicissim ex æthere aer oritur.& 26 a, Te audire uicissim uellem.pro Cæl.45 a,Redeo nūc ad te Cæli uicissim.Epist.34 a,Hoc ego meo facto delector,est enim,&c. considera nunc uicissim tuū. de N. 60 a, Præbebo me tibi uicissim attentum contra Stoicos auditorē.At. 252 b, Veruntamen expecto quid ille tecū,quid tu uicissim.de Sen. 86 b, Refrigeratio in æstate, & uicissim in hyeme ignis hybernus, & 89 a,Vbi enim potes æquè calescere apricatione,uel uicissim umbris aquisue refrigerari. In Sal. 273 a, Nō eēm me sperasti mutuam tibi gratiā relaturum,ut uicissim tuos compellarem.

VICISSITVDO,nis.commutatio,uarietas quędam.Tusc.242 a,Quęque ex alio in aliud uicissitudo atq; mutatio. & 162 a,Vicissitudines dierum & noctium, commutationesq; tēporum quadripartitę.& de In.54 a,Diurnę nocturnęq; uicissitudines.Epist. 68 a, Nihil est aptius ad delectationem lectoris,quām temporum uarietates fortunęque uicissitudines.de Orat.164 a,Ad actionis suauitatem quid est uicissitudine & uarietate & commutatione aptius?,p Mur.142 b,Pomp. Romanus distingui ratione officiorum & tēporum,uicissitudinē laboris ac uoluptatis.de Am.105 b,Nihil est remuneratione beneuolētię, nihil uicissitudine studiorum officiorumque iucundius.Par.241 b,Altera ad uicissitudinem

cis, situdinē referendæ gratiæ pertinet. de Or. 161 a, Pedes aut choreos aut heroes, aut alternos esse oportet. nā horū uicissitudines efficiunt, ut, &c. de Ar. 248 a, Vix quisquam arte ulla rerum ordinē ac uicissitudinem persequi potest. de Nat. 51 a, Ea uicissitudo in omni cursu conseruatur. & 12 a, Qui rerum uicissitudines ordinesq; conseruet. & 42 b, Vicissitudine elementorum mundi continuata natura est. & 45 b, Impetus cœli constantissimē conficiens uicissitudines annuiuersarias. de Leg. 272 b, Dierum noctiumque uicissitudines. Off. 27 a, Vicissitudine nonnunquam utendum putet.

VICTIMA, mæ, hostia de In. 74 a, pro Flac. 164 a, Quam potestis P. Lentulo mactare uictimā gratiorem? & de Fi. 77 b, Seqūe è continenti genere tertiam uictimam reipublicæ præbuit.

VICTOR, oris. fœlix in bello gerēdo. Ep. 54 b, Multa enim uictori eorum arbitrio per quos uicit, etiam inuito facienda sunt. pro Pom. 9 b, Ille ipse uictor L. Syll. & I. P. 82 b, Cn. Pompeius gentium uictor. & de Ar. 255 b, Ille externorū bellorum hostium; uictor. de Di. 120 a, Galli uicti silere solent, canere uictores, & ibi. Galli uictores alacritate & quasi lætitia ad canendū excitātur. I. A. 172 b, Cæsar Alexādriam se recepit felix.

VICTORIA, riæ. palma, triūphus, trophæū, res bene gesta.)(. Offensio. pro Mar. 133 a, Victoria, quæ natura insolens atque superba est. Att. 283 a, Facilius in timore benigni, quā in uictoria grati reperiuntur. pro Cæl. 41 a, Qui ex reip. causa sibi gloriosam uictoriam consecutus est. Att. 178 b, Quo dam modo uictoria excidit è manibus. pro Mur. 126 b, Finem stipendiorum, patris uictoriā & triumphum fuisse. de Pro. 71 b, Literæ quæ rem bene gestam in bello nunciarēt.

VICTORIA sudauit Capuæ. de Di. lib. 1, Victoria in bellis ciuilibus, etiamsi ad meliores uenit, tamen eos ipsos ferociores reddit. 4 fam. Victoria acerbissima. 6 fam. Victoria ciuilis. pro Deiot. Victoria belli ciuilis, malorum extremum. 9 fam. Victoria crudelis. 4 fam. Victoria funesta orbi terrārū 10 fam. Planci. Victoria horribilis. 10 ad At. Victoria incliuata. 9 fam. Dolabellæ. Victoria in ciuilibus bellis semper insolens. 4 fam. Victoria naualis. Di. lib. 1, Victoria Olympiorū. Tusc. q. lib. 2. Etenim adhuc ita uestri cum illo rege contenderunt Imperatores, ut ab illo insignia uictoriæ, nō uictoriam reportarent. p Lege Manil 5 a, Victoria Iudi. 2 in Verr. In uictoriæ possessione permanebit. 10 fam. Plan. Victoriē suæ uota facere. 6 fam. A. Cecinnę gloriosa uictoria. pro Cælio, Victoriam constituere. pro Rosc. Amer. Victoriam subire. famil. Victoriam diutius tenere, 9 ad Attic. Cæsaris, Victoriam uincere. pro Marcel. Ex uictoria cūm multa mala, sitam certè tyrannis existet. 7 ad Attic. In uictoria alacris exultat improbitas. 1, ad At. Parta uictoria conseruandi sunt ij, qui non crudeles in bello nec immanes fuerunt. Offic. 1. Victoria diuturna uti. 9. ad At. Cæsaris. Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris, non alienis præceptis, sed suis imperijs: non offensionis belli, sed uictorijs: nō stipē ijs, sed triūphis est traducta. pro lege Mani. 9 a, b.

VICTORIATVS, ti. genus numi, pro Font. 278 a, Nulchalone serenē umbinos & uictoriatos mille. & ibid. Ternos uictoriatos.

VICTORIOLAS aureas Dionysius sine dubitatione tollebat, de N. 77 a.

VICTRIX, cis. At. 278 a, Erat uictrix respublica cæsis hostib. & pro Cl. 20 b, Mater uictrix filię, non libidinis. pro Sest. 29 b, Manus illa Clodiana in cæde ciuiū iam læpe uictrix. Tus. 174 a, Oraculum erat datum, si rex interfectus esset, uictrices Athenas fore. At. li. 5. 81. Victrices literæ. i. Victoriam nunciantes.

VICTVRVS, a, um. I. A. 189 a, Is dixit, nisi qui uicisset, uicturū esse neminem.

VICTVS, a, um, superatus, subactus, cōuictus, fractus. pro Font. 281 b, Victi & subacti populi. & At. 274 a, Exercere iracundiam in superatos.

VICTVS, ctus. pro Quint. 9 a, Victus uestitusque necessarius. & de Orator. 105 a, Vt ei uictus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur. Att. 195 a, Nūc planè nec uictum ullū nec uiā colere possum. Tus. 240 b, Dionysius omni cultu & uictu humano carebat. Off. 12 a, & de Fin. 83 b, Vita uictusque communis in amicis uigent maxime. Offi. 35 b, Hominum uita plurimum distat à uictu & cultu bestiarū. de In. 42 a, Victus ferinus. de D. 93 b, Qui salubri & moderato cultu & uictu quietis se tradiderit. Tus. 247 a, b, De patrimonia Lacedęmoniorū & Persarū in uictu. de Cl. 173 a, C. Tuditanus omni uita atq; uictu excultus atq; expolit'. Offi. 3 b, Parare ea quæ suppeditent ad cultum & ad uictū &c. de Am. 112 a, Qui paruo cōtentus, tenui uictu cultuq; delectatur.

VICVS, ci. pars urbis ex multis domibus cōstans, & inter eas area & uia, angiportus. pro Do. 224 b, Cum cōscriberes seruos ex omnibus uicis concitatos. pro Mil. 113 b, Nullū in urbe uicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Milonī non esset conducta domus. Epist. 233 a, Scribis te uicum uenditurum. pro Pomp. 4 b, Bithiniæ uicos complures exustos esse. Item: Cobiamacho, qui uicus inter Tolosam & Narbonem est. & Epist. 245 a, Fugerana, quæ fuit non vici instar, sed vrbis. Atti. 76 b, Concursus fiunt ex agris, & Vicis, & ex domibus omnibus. Off. 68 a, Omnibus uicis statuæ factæ sunt. Atti. 81 b, Omnibus uicis transire legem.

VIDELICET. nimirum, scilicet, nam, enim. de Or. 154 b, Aut si est victus, eloquētior uidelicet fuit Socrates. pro Cl. 44 a, Maiores nostri statuerunt, ut fortitione in quosdam animaduerteretur, vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos peruenireret. de Orat. 207 a, Aristoteles dicit rhetoricā quasi ex altera parte respōdere dialecticæ, ut hoc uidelicet inter se differant, &c. pro Cl. 49 a, Quī eorum, quorum? uidelicet qui suprā scripti sunt. de Or. 126 a, Quamobrē hoc uos doceo Sulpici, bonus ego uidelicet magister, ut positis, &c. de In. 42 a, Quidam magnus uidelicet uir & sapiēs. de Orat. 129 a, Sapiens uidelicet homo cum primis nostræ ciuitatis. Tusc. 248 a, Sed apud alios loq uidelicet didicerat, non multum ipse secum. & 177 a, Te natura excelsum quendam uidelicet & humana despicientem genuit. Ep. 39 a, Vix tandem legi literas dignas Appio, plenas humanitatis, aspectū uidelicet urbis tibi tuam pristinam urbanitatē reddit. de Finib. 71 a, Hoc natura uidelicet uoluit. 141 a, Hac uidelicet ratione. de L. 172 a, Quos imitatus Plato videlicet hoc quoq; legis putauit esse, pūiadere aliquid, &c. de L. 171 b, Quæq; ita cōposita sancitaq; essent, eas uidelicet leges nominarūt. de L. 174 b, Castē iubet lex adire ad deos, animo uidelicet, nec tollit castimoniam corporis. pro Q. 7 a, Huic molestus esse videlicet noluisti. I. V. 139 a, Licebat enim uidelicet legib. de In. 53 b, Cū illę alter, videlicet qui nummos habebat, &c. pro Pl. 279 b, Nihil uide licet est eorum. i. quidem. At. 181 b, Videlicet cum illā epistolam ad me dabas. nōdum erat tibi id notum. de Or. 138 b, Videlicet illa, nā is postquam, &c. quam longa est narratio? pro Sest. 9 b, Vdelicet ejiciet quā volet? Ep. 297 a, Nā quæ parcius frater præscripserat, verecundia videlicet & properatione, ea tu sine assentatione, vt erant, ad me scripsisti. Ep. 264 a, & 263 a, Libros compone, videlicet cum Metrodoro habebit, quando eius arbitratu viuendū est. de Fi. 120 b, Stoici hæc videlicet viderūt. & 11 a, Hæc videlicet est corructio philosophiæ.

VIDENS, tis. pro Q. 9 a, Huic acerbissimum vino videntique funus ducitur. prouerb.

VIDEO, es. cerno, conspicio, perspicio, prouideo, aspectu sentio, aspectu percipio, sensum videndi vel oculorum habeo, ante oculos mihi uersatur, vel obuersatur, sed quem accepi ipse oculis animoque sensum, hunc verè apud vos, ut potero, planissimè exponam. In Verr. 157 a, Prouideo, considero. Academic. 20 b. At ille nescio quis, qui in scholis nominatur, mille & octingenta stadia quod abesset, videbat. Aca. 20 b, Ego Catuli Cumanum ex hoc loco regionem video, Pompeianum non cerno. pro Mur. 145 a, Quæ verò miseranda sunt, ea & mihi ante oculos versantur, & vos videre ac perspicere potestis. de Natur. 99 a, Vt eum oculum, quo bene videret, amitteret. de Vn. 197 a, Nihil igni vacuum videri potest. Quint. Frat. 313 a, Apud Anitium videbimus, vt paratum sit. pro Cl. 55 b, Quicquid mali per hos annos Cluentius vidit, id omne à matre est conflatum. Tuscul. 177 a, Videre licet quosdam, &c. In V. 214 b, Videre & perspicere aliquid oculis. Epi. 80 a, Quem ego tā uideo animo, quàm ea quę oculis cernimus. de Or. 135 a, Vide inquit, ista Scaurę, si potes esse possessor. Epistol. 156 b, Videbis quid Lysoni, quid medico placeat. I. V. 271 b, Vide etiam atque etiā considera quid agas. Aca. 16 a, Vide quæso etiam atque etiā, ne, &c. & 17 a, Caue ne capiaris, ne fallaris uide. Tus. 193 b, Videamus, ne, &c. & 184 a, Vide Ne non ita sit. I. V. 66 b, Prouide, ne, &c. Ep. 112 b, Vide modò, ĩquis, &c. At. 189 a, Sed Septimiūuide. & ibi. Procuratores Cornificij uidebis. I. A. 261 a, Quid cōcupiscas, tu uideris: quid concupiueris, certē habebis. At. 26 a, Sed id quoq; uidebimus. At. 274 a, Sed de hoc tu uideris. de Am. 97 a, Quā id rectè faciam, uiderint sapientes. Att. 94 a, Sed hoc fortuna uiderit quoniam consilio uti non licet. & 60 b, Sed de illa ambulatione fors uiderit, aut si quis est, curet deus. pro Cæl. 44 b, Sed uidero hoc posterius. p. o Q. 10 a, Quid mihi cū ista summa sanctimonia? uiderint, inquit ista officia boni uiri. de Or. 106 b, Quæ ars quàm sit: facilis, illi uiderint, qui, &c. deinde etiā tu ipse uideris, qui, &c. de N. 61 b, Quā simile istud sit, tu uideris. Ar. 151 b, Sed tu id q̃ti æstimes, tuum iudicium est. de Or. 94 b, Ferè nemo est quin acutius atque acrius uicia in dicēte, quàm ut rectà uideat. At. 130 a, Sed diligentius nobis ē uidendum, ne distracti, pares adversarijs esse non possimus. de Se. 94 b, Nonne uobis uidetur animus is, qui plus cernat & lōgius, uidere se ad melior proficiscēte? ille autem cuius obtusior sit acies, nō uidere? de Am. 103 b, Sed loquor de ijs, qui ante oculos sunt, quos uidemus. pro Mu. 116 b, Cogitationes nostrę quæ uolut sic intuentur, ut ea cernimus, quæ uidemus.

VIDEOR, eris. conspar. 20, Speciem offero speciem habeo uel præ me fero. de In. 83 b, Atque etiam hoc mihi uideor uidere te de quosdā, &c. I. V. 61 b, Videre iam uideor, &c. At. 15 b, Obiurgari senatum, ut mihi uisus sum, summa cum autoritate. & 16 b, Vt mihi uidebar, &c. I. C. 120 b, Videor mihi hāc urbē uidere subito uno incendio concidentē. & ib. Cerno animo, uersatur ante oculos. Epi. 49 a, & 134 b, Vt speciem aliquam uiderer uidere quasi reuiuiscentis reip. Of. 53 b, Tertiò si id quod speciem haberet honesti pugnaret cū eo quod utile uideretur. con. Ru. 84 b, Hæc consilia M. Bruto reprehendenda uisa sunt. pro Qu. 10 a, Quid est quod hac tandem de re uobis possit uideri? Or. 203 a, Itaq; uideo uisum eē nōnullis, Platonis locutionem, &c. de Or. 119 b, Si quid est in me quod iam sperare uideor, quoniā &c. & 112 a, Nunc Catulo audiente uideor debere non tā pugnare tecum, quam quid ipse sentiam, dicere. Att. 78 a, Qui cōsilijs ut uidemur bonis utimur. & Ep. 257 a, Si uideris tibi me posse cōsequi At. 132 a, Cuius socius uideor esse debere. Ep. 9 a, Neque id facio (ut fortasse quibusdam uideor) simulatione. & 57 a, Cum cæteris (ut quidem uideor) tum ipsi mihi displiceo. Epist. 57 a, & ib. Videor mihi perspicere, &c. de N. 13 a, Videor audisse de L. Crasso, &c. de Clar. 166 b, Videor iam te ausurus esse appellare. de Ora. 113. Sicut mihi uideturquantum iudicare possum. Att. 98 b, Videre mihi uideor tantam dimicationem quanta nū quam fuit. & 213 b, Hortos quoniam hodie eras inspectus es, quid tibi uisum sit, cras scificet. Of. 58 b, Induxit eā quę uideretur esse, non quæ esset, repugnantiam. de Se. 77 a, Nunc autem mihi uisum est, de Senectute aliquid ad te scribere. de Am. 98 b, Quo genere spectare uideor amicitiam nostram, &c. & 99 a, Sic enim mihi perspicere uideor, ita natos esse nos, &c. At. 195 b, Puero de mācipijs, quæ tibi uidebitur attribuas. de N. 13 a, Sępe de L. Crasso uideor audisse, cum te togatis omnibus anteferret. Item alibi sæpissime, nam nullum uerbum crebrius à Cicerone usurpatur, & præsertim in clausulis.

VIDVITAS, tis. pro Ce. 287 a, Ebutius iste iamdiu Cæsenniæ uiduitate ac solitudine alitur. Ep. li. 8. Visum est, ut re facerem certiorem. Att. li. 9. Quæ uisa sunt, respondi Balbo. de Fin. li. 2. Quæ uisa sunt pro nihilo. l. Facio.

VIDVVS, a, um. pro Cec. 287 b, Cognitor uiduarum. & Tusc. 180 a, Sic ipse uiduus pestes excipio anxius. Poetæ.

VIENNA mæ. urbs Galliæ. Ep. 149 a, Planci.

VIETVS, a, um imbecillus, languidus. de D. 116 a, Possum sit spicari contractum aliquo morbo bonis exile, & exiguum & uietū cor fuisse. de Se. 78 a, Necesse fuit esse aliquid extremum & tanquam in arborum baccis maturitate tempestiua quasi uietum & caducum.

VIGEO, es. uiriditatem quandam habeo. floreo, flagro, in gratia sum.)(. Iaceo, obsoletus. de N. 42 b, Stirpes arte naturæ uiuunt & uigent. & 66 b, In omni rerum natura id uiuere, id uigere, quod caleat. Tu. 235 b, Neq; enim est ullū, quod non uigeat interiore quodā motū. de Sō. 130 b, Animus est qui uiget, qui sentit, qui meminit, &c. pro Mi. 118 a, In nobis esse quiddam quod uigeat, quod sentiat, &c. & de D. 104 a, Viget enim animus i somnis. p Se. 13 b, Animus post mortē sentit & uiget. Tus. 160 b, Nisi animus antē corpus intrasset, in rerū cognitione uiguisset. de D. 94 a, Iacet enim corpus dormientis, ut mortui, uiget aut & uiuit animus. & 95 a, Ea pars animi tum maximè uiget, cū plurimū abest à corpore. Tus. 171 a, Siue occiderit animus, siue uigeat. de Fi. 130 a, Oium rerū quæ natura uigeāt similē esse finē. Tus. 156 a, Multaq; sęcula postea sic uiguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alij docti uiderētur, &c. de N. 4 a, Hęc in philosophia ratio contra omnia disserēdi, usque ad nostram uiguit ætatem. Tus. 175 a, Philosophia docētisimorum cōtentionibus dissensionibusque uiguit. Att. 57 a, Nos animo dūraxat uigemus. Epi. 110 b, Gregalibus, quib. te plaudēte uigebamus amissis. & 112 a, Tui politici libri omnibus uigēt. Tus. 174 a, Vigere in ore. Or. 218 a, Qui numerus uiget in primo, iacet in extremo. I. A. 238 b, Nihil sēper floret, diu legiones Cęsaris uiguerunt, nunc uigēt Pāsę. pro Cæl. 39 b, Flagrabāt uicia libidinis apud illū, uigebāt ēt studia rei militaris. Tu. 188 b, Apud quos uenādi & equitādi laus uiget. p Cæl. 52 a, Vigeant apud istā mulierē uetustate. de O. 153 a, Nūc Philonē i Academia maximè uigere audio. de Ora. 88 b, Vigebat auditor Panetij illius tui Musearchus. Tu. 174 a, Armodius i ore & Aristogiton uigēt. Tu. 206 b, Quādiu insit, & uigeat & habeat q̃dā uiriditētē. de Or. 141 a, Qui memoria, uigēt, sciunt, quid, &c. & de Fi. 132 b, Valere & uigere. Of. 12 a, Interdū ēt, obiurgationes in amicis uigent maximē. de Or. 86 a, Athenis studia eloquentiæ uigerunt. Offi. 25 a, Vt eorū & in bellicis, & in ciuilibus officijs uigeat industria. pro Milo. 188 a, Vestræ tum arę uigerent, uestra uis ualuit. pro Ma. 133 b, Vita quæ uigebit memoria sęculorum omnium.

VIGESIMVS, a, um. uicesimus. Epist. 256 a, Vno & uigesimo die. & 198 a, Altero & uigesimo die. pro Pom. 5 a, Ab illo tempore annum iam tertium & uigesimum regnat.

VIGIL, is. I. V. 222 a, Clamor à uigilibus & fani custodibus tollitur.

VIGILANS, tis. acer, attentus cōtra Rull. 61 b, Tribunus plebis uigilās & acutus. & p Sex. R. 041 b, Vigilās, & bonus, & fortis uir. & pro Cęl. 53 a, Vigilās, sobrius, & industrius uir. Ar. 126 a, Vigilās uel dormiēs gubernator. 1 ad Q. Fr. Vigilans homo. pro Sest. Vigilantē pro re alterius, & cętera. 1. Of. Nostri isti nobiles, nisi uigilantes & boni, & cętera erunt. pro Rosc. Am. Perficiā, ut nemo unquā post hominum memoriam paratior, uigilātior, compositior ad iudicium uenisse uideatur. 2. Ver.

VIGILANTER. Ep. 242 a, Vigilanter se tueretur. Quòd uigilanter prouinciam administrasset. 6. Ver. Idem præsta, ut uigilanter neuoseq; nos, qui stamus in acie, subornes. Plācus Ciceroni. lib. 10. Quem L. Murena, pater huiusce, uehementissimè uigilantissimeq; uexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit. pro Mur.

VIGILANTIA, tiæ. I. Attentio. Antequam 194 b. Et uos ut tutā pacē traheretis, mea perfeci uigilātia. I. V. 235 b, 112 b, Siciliā uirtute eius & uigilantia singularis esse seruatā. Ar. 124 a, Cæsar horribili uigilantia plenus uigilantia mirifica fuit, qui suo toto Consulatu somnū non uiderit. 7. Fam. Nihil in eo frugalitatē, laborē, uigilātiā esse curamus. pro Pl. Sed hoc τέρας horribili uigilātia, celeritate, diligētia ē planè quid futurū sit, nescio. ad At. lib. 8. Ipse tamē præter qui sua uigilātia pacem in Sicilia dicit fuisse. 6. Ver. Et uos ut tutam tranquillamq; fortunam traheretis, mea perfeci uigilantia. Antequam iret in exil.

VIGILIA, liæ. excubiæ. Tusc. 218 a, Cui non sunt auditæ Demosthenis uigiliæ? & Par. 116 b, Quoniam illud maiorum uigiliarum munus in tuo nomine apparuit. I. V. 222 a, Pręcipitur ædilibus, ut noctu uigilias agerent ad ædes sacras.

& I.P.8 2 b, Me stante & manente in urbis uigilia. I.A.153 a, Manendum mihi statuebam quasi in uigilia quadam cõsulari, & senatoria, nec uerò usquã discedebam, nec à rep. deijciebam oculos. I.C.113 a, Interim tertia fere uigilia exacta, fit in eos impetus. pro Mil.114 a, Si capitolinæ cohortes, si excubiæ, si uigiliæ, si delecta inuentus contra Milonis impetum armata est. I.C.98 b, Illam coloniam meis præsidijs, custodijs, uigiliijsq; muniui. de In.51 a, Diei & noctis, & uigiliæ, & horæ. I.A.212 b, Idcirco in hac custodia tanquam in specula collocati sumus, ut populũ Romanum uacuum nostra uigilia redderemus.

VIGILO, as, uigilias ago, excubo, in uigilia maneo. I.C.112 a Tardisime autẽ Lentulus, credo quòd literis dandis præter consuetudinem proxima nocte uigilauerat. & de Som. 126 b, Vigilare ad multam noctem. I.A.208 b, Quamobrẽ Quirites quantũ potero excubabo, uigilaboq; ꝓ uobis. & pro Pl.271 a, Vigilandũ est semper, multę insidiæ sunt bonis. Qu.F.315 b, Properando etiam ciues, quàm si de multa nocte uigilassent, peruenimus quò uolunt. Item: Perugiae uigilare unam noctẽ. Perugilo. de D.137 a, Animi cum sustinentur mẽbris, & corpore, & sensibus omnia certiora cernunt, cogitant, sentiunt: id est, cum uigilant.

VIGINTI. de Orato.149 b, Annos natus unũ & uiginti. pro Planc.278 b, Viginti dies. I.A.182 b, Annos propè uiginti

VIGINTIVIRATVS, ti. At.l.9. Repudiari se totum, magis etiã quàm olim in uigintiuiratu.

VIGINTIVIRI, orum. Att.li.1. Vbi nemo sit præter me, qui quenquam ex uiginti uiris unum esse salum uelit.

VILIS de uulgaris, contemptus, abiectus, humilis, plebeius, leuis, communis. cõtricus, de populo uno, unus de multis, Mysorum ultimus, omnũ infimus & sordidissimus, homo nullo numero, partus, angustus animus & partus, aliquis uita contempta & sordida.)(. Preciosus. Qu.F.196 a, Sẽpe putaui honores, si uulgares essent, uiles. & Officior.70 a, Seruulus uilis pro bono. 14 a, Quod beneficiũ à me habere tis cum pro uobis ea quæ mihi uel à esset, reliquisti. de Finib 83 b, Non uilior uobis res percipietur ex uilis. mis. Epistol.104 b, Quanquam Velia non est uilior, quàm Lupercal. Tuscul.148 a, Quotidie nos ipsa natura admonet, quàm paucis quàm paruis rebus egeat quàm uilibus. pro Fl.166 a, Etiam si honos noster uobis uilior fuisset, solutẽ certè charam futuram putaui. pro S.R.30 a. Nihil rã utile neque tam uulgare est cãtus, &c. I.V.192 b, Frumentũ quo niam uilius erat, ne emisset. I.A.243 b, Vobis tamen uilis esse spiritus meus non debet.

VILITAS, tis.)(. Caritas. pro Pon.p.12 b, Vilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est. & pro D.216 a, Nec inopinata uilitas cõsecuta est. I.V.199 a, Vilitas in uendendis fructibus. & 196 b, Vilitas annonæ.)(. Caritas annonæ.

VILLA, læ. domus extra urbem ruriue ædificata. de L.169 b, Sed antiquo more parua erat uilla, ut illa Curiana in Sabinis. Attic.30 b, Basilicam habeo, ut non uillam frequentia Formianorum. de Orato.133 a, Villam in Tusculano habes, cortem in palatio. pro Do.225 b, Domus in palatio, uilla in Tusculano. Epistol.92 a, Domus est, quæ nulli uillarum mearum cedat & 166 a. Frumenta aut in agro, aut in uillis sunt. pro S.R.25 a. esse in agro, & alibi uillam. pro Quin. Rosc.50 b, Nunc est cultissimus cum optima uilla. & ib. Qui ager uillam non habuit. Atti.157 b, Præteriit uillam meam Curio. & 195 a, Vitra Sylanam uilla est, quam puto tibi notã esse, uillula sordida & ualde pusilla. Q.F.312 b, & 313 a, Sed hominem infirmum in uillam apertam ac ne rudem quidem, inuitare uolui. & 317 b, Aqua non longè à uilla belle sanè fluens. Offic.28 b, L. Luculli uillarum magnificentia.

VILLICVS, ci. custos uillę. pro Clu.52 a, Habiti uillici rẽ domini priuatamque possessionem defenderent. de Ora.106 b, Si mãdãdum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum uillico fit. I.V.173 b, & 174 a, Dominus uillico delectetur. & At.231 a, Custos ac uillicus. Qui. Fr.318 b, Nicophorum uillicum tuum sanè probaui.

VILLVLA, læ. At.123 b, Volo circum uillulas nostras errare. & 195 a, Villula sordida & ualde pusilla. At.lib.16. Cur o. cellos Italiæ uillulas meas non uideo?

VILLVS, li. pilus. de N.50 a, Animantiũ alię corijs tectę sunt, aliæ uillis uestitæ. & 58 a, Ouium uillis homines uestiũtur.

VINACEVS, a, um. de Se.88 a, Acinus uinaceus.

VINALIA, orum. feriæ degustãdis uinis dicatæ, ut Plinius.18 libro scribit. Erant autẽ.9. Calẽd. Maij, uel ut Ouidius Fa. 4.10 fuerunt & alia uinalia mẽsi Septembris, ut idem Pli. I.A.260 b, Me pridie Vinalia (qui dies hodie est) cum fascibus descensurum imperatorem. Alij legunt Palilia.

VINARIVS, a, um. I.V.214 a, Erat enim uas uinarium ex una gemma pergrandi. & pro Fon.277 b, Cognoscite nũc de crimine uinario de Sen.89 a, Cella uinaria.

VINCIO, cis. colligo, constringo. Tuscul.185 b, Si se lachrymis dederet, uinciũt & constringantur amicorum custodijs. pro Do.117 b, Tu liberos populos L. Pisoni uinctos cõstricẽtosque tradidisti. de Ar.249 a, Seruorum multitudini S. P.Q.R. uictum ipso consensu, & constrictum spectaculis, atq; impeditum turba & angustijs tradidisti. In Arat. Orbes uincti inter se, & nodis cœlestibus apti. de Vn.202 b, Aliquid uinctum dissoluere. pro Mur.134 a, Omnia quæ delapsa iã fluxerũt, seueris legib. uinciẽda sunt. de Ar.245 a, Non modò uincere, sed etiam uincire aliquem. I.V.270 b, Facinus est uincere ciuem Romanum. Attic.114 b, Loca occupare uincire præsidijs. de Orator.160 b, Membra orationis sunt numeris uinciuenda. & Ora.213 a, Antiquiores quidem sententias experiebãt, sed eas haud uinciebãt, haud explebant. pro Deiotar.147 b, Cum igitur eos uincirer, te solutum Romam mittebat?

VINCO, cis. supero, deuinco, expugno, superior discedo, obtineo, frango, rẽ bene uel placate gero, præl ijs secũdis utor, victoriam ab aliquo reporto, subigo, ꝓpiscio in ditionẽ meã redigo, prælijs frẽgo. domo, prælijs fœlicissimè decerto, secundum prælium facto copias hostium fundo, depulsis ac dissipatis copijs superior fuisse contraria probes, hem ut ad causa. obtuli. o, præ tereo, præcurro, præsto, præpondero. I.C.117 a, Mihi uinceramẽ est cum illis, quos uici ac subegi. Offic.14 a, Non est consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: ne qui uinciẽtum se à labore pertulerit, uinci à uolupte. Par.120 b, Sapientis animus uincitur, uinci nec expugnatur. I.A.189 a, Is dixit, nisi qui uiciisse, uiciuum esse neminem. Orat.314 a, Hos ille moderatione, non inuentione uicit. pro Quinct. Rosc.43 b, Cognitor si fuisset tuus, quod uicisset iudicio, ferres tuum. de Orator.90 a, Asclepiades eloquentia uincebat cæteros medicos. & 97 a, Sublatam & fortuitam orationem facile uincit, hanc ipsam profectò assidua & diligẽs scriptura superabit. & 127 a, Ita tua Sulpitij est à nobis tũ accusatio uicta. pro Deiotar.148 a, Vincere causam. & I.V.112 b, Obtinere causam. pro Cecin.302 b, Vincere sponsionem. & pro Quinct.15 b, Vincere sponsione. de Somn.128 a, Stellarum globi terræ magnitudinem facilè uincebant. Tusc.238 b, Proinde ita parent se in uita, ut uinci nesciãt. Epist.48 b, Vno te uicimus. Tuscul.186 b, Vincere, & superiorem discedere. Attic.252 a, Manus dedisti. & Qu. Fra. 300 b, Anteponere se alicui. Attic.122 b, Malo me cum Pompeio uinci, quàm cum iltis uincere. pro Deiot.146 a, Tanto ille superiores uicerat gloria, quanto in omnibus præstitisti. de Cla.188 a, Quo enim uno uincebatur à uicta Græcia.

VINCTVS, a, um. cõstrictus, colligatus. In Ver.155 a, Equites uincti Apronio traditi sunt. & 221 b, Ei te uinctũ astrictũq; dedemus. Tuscu.180 a, Aspicite religatum asperis uinctumque saxis. Orator.217 a, Vinctum.)(. Dissolutum.

VINCVLVM, li. uinculum, nodus. Attic.89 b, Dixerim me uel plurima uincla tecum summæ coniunctionis optare, et sunt amoris arctissima, tantum abest, ut ex eo quo astricti sumus, laxari aliquid uelim. Academ.16 a, Astrictus uinculis. pro Planc.264 a, Aliquem cum alio uinculis et propinquitatis, et magni amoris esse coniunctum. In Var. 239 a, Cum hoc de pecunia clamaret, in uincula coniectus est. de Orator.104 a, Corpora uinculis constricta. In C.119 b, Rumpere uincula. de Finibus 106 a, Inijcere uincula alicui. contra Rull.63 b, Italiam omnibus uinclis deuictam et constrictam tenere. pro Pom.5 b, Aliquem uinculis, et uerberibus, atque omni supplicio excruciatum necare. pro Cecin.298 a, Qui ius ciuile contemnendum putat, is uincula reuellit non modò iudiciorum, sed etiam utilitatis, utræque communis. Officio.74 b, Nullum uinculum adstringendam fidem iureiurando maiores arctius esse uoluerunt. de Vn.213 a, Non ijsdem uinculis, q bus ipsi erant colligati. Quæ uincula sunt ciuitatis. Para. Tollitur beneficium, tollitur gratia, quæ sunt uincula concordiæ. 2. de Finib. Vincula summę coniunctionis tecum. 6 ad Attic. Quoniam te nulla uincula impediũt ullius certẽ disciplinæ. Tuscul. quæst. lib.5. id est, nulli sectæ es addictus. Vincula sontium seruanto. 3 de Leg. Non ut uincula uirorum sint, sed oblectamenta puerorum. Para. Vincula illa quibus libentissimè astringor. 3 Fam. Fit S.C. ut Vectius, quod cõfessus esset, se cum eo telo fuisse, in uincula conijceretur: qui eum emisisset, contra Remp. facturum. 3 ad Atti. Animo tamen uincula inijci nulla possunt. de Fin. lib.3. Mitto uincla, carcerem, uerbera, &c. in Verr.160. & Tuscul.183 b, Et quomodo hominum inter homines iuris esse uincula putant, sic homini nihil iuris esse cum bestijs. de Finib. lib.3. Quid si auffugisset: si uincla rupisset? Ver. Vincula carceris rumpere. Tusc. quæst lib.1. metaphoricè. pro, seipsum interficere. Ergo hos quidẽ ut famulos uinclis propè à custodia arceamus. Tusc. lib.2. Quos si sequamur, his uinclis simus astricti, ut nos commouere nequeamus. 4 Acade. Si corpora capta sint armis, aut constricta uinculis, tamen suum ius, &c. 1 de Ora. Qui ex corporum uinculis tanquam è carcere, euolauerũt. Som. Scí. Tequum illuc ex his uinculis emissi ferremur. Tusc. li.1. ꝓ. Plan. id est, è corporeis affectibus. Vinculis beneficij obstrictus.

VINDEMIOLA, læ. Atti.5 b, Vindemiolas meas eò referuo, id est, ad Atticí bibliothecam emendam.

VINDEX, cis. ultor, præses, custos. de In.75 a, Difficile est abeo, qui peccatorum uindex esse debet, ut ignoscat impetrare. de N.68 b, & I.C.110 b, Furiæ speculatrices, & uindices facinorum & sceleris. & pro Flacc.158 a, Carcer uindex scelerum. & pro Syl.172 a, Curia uindex temeritatis. & Epist.63 a, Vindex coniurationis esse uolo. Qu.F.311 a, Cato uindex gladiatorum & bestiarum. Att.284 b, Supplicatio uindici illi quidẽ alienæ dominationis, non uicario. de Ora.126 b, Prouocatio patrona illa ciuitatis, & uindex libertatis. I.A.166 a, Brutus uindex libertatis. & con. Rul. 71 a, Custos & uindex cupiditatum. Att.23 a, Vindex ęris alieni. de Le.173 a, Qui secus faxit, Deus ipse uindex erit. Att.266 a, Vindex atque oppressor dominationis. & 287 b, Vindex illius mali autor extitit alterius fundamentum, radices habituri altiores. Oct.330 a, Extitisti tu uindex nostræ libertatis. de L.192 a, Habeat sanè populus tabellam quasi uindicem libertatis.

VINDICATIO, onis. de Inu.82 b, Vindicatio est, per quam uis & iniuria, & omnino quod obfuturum est, defendẽdo aut ulciscendo propulsatur. & 70 a, Ac naturæ quidem ius est, &c. ut religio, pietas, gratia, uindicatio, obseruantia, ueritas. & ib. b, Vindicatio est, per quam, & cõtumeliam defendendo aut ulciscendo, propulsamus à nobis.

VINDICIAE, ciarum. formula est, qua rei controuersæ possessionem petimus, uindicamus nobis & asserimus, dũ his ipsa decidãt. & omnino uindiciæ sunt, fiduciæ, uel ut iurisconsulti loquuntur, fiduciaria possessio: his autem uindiciarum, est de huiusmodi possessione, uindicatione, uel assertione controuersia. In V.99 a, Aut prædæ litis uindicia num cum satis acepisset, sponsionem facere. & Mil.151 b, Iniustis uindicijs ac sacramentis alienos fundos petere.

VINDICO, as. punio, castigo, ulciscor, libero, assero. I.V.148 b, Omnia postremò quæ uindicaris in altero, tibi ipsi uehementer fugienda sunt. & 226 a, Si qua natio fecisset aliquid in ciuẽ Romanum eiusmodi, nõne publicè uindicaremus? pro Sy.170 b, Neq; me arbitrabar sine summo scelere posse, quod maleficium in alijs uindicassem, idem in illorũ focio cum scirem, defendere? de Am.104 b, Talis consensio omni supplicio uindicanda est. pro S.R.20 b, Quàm acerrimè maleficia uindicare. Ep.156 a, Neque hoc aut uindicãrẽt Lepidꝰ, aut sanaret. I.V.263 a, Fateor i milites nostros sæpe esse uerè ac uehementer uindicatũ: id est, animaduersum. & 192 a, Facinus in nullo etiam uindicatum. & 239 a, Si quid uindicatum seuerè est. Offi.22 b, Ille qui Titi Gracchi conatus perditos uindicauit. Att.13 b, Te uaide uindicauit: id est, ultus sum. Offic.64 a, Dolus malus legibus erat uindicatus. de In.71 b, Peccata iudicijs uindicari. ꝓ Qu.5 a, Vehementer uindicare aliquod facinus. Epistol.123 b, Discordiæ, quas ius & ferrum uindicauit. de L.177 b, Graiter olim ista, grauiter uindicabat uetus illa Græcia. pro Mil.105 a, Hominum consilia, non exitus rerum legibus uindicantur. Item: Præsertim cum unus esset, qui posset se de absente uindicare. Ep.13 b, Vindicare seditionem. ad Her..15 b, Vindicare maleficium. At.286 b, Vindicare rẽ pub. id est, ulcisci.

VINDICARE, liberare, asserere. Atti.101 a, Ego istos liberos non addixi, præsertim cum adesset nemo, à quo rectè uindicarentur. pro Mu.130 a, Sed an ne tu dicis, qui causa uindicaueris? de Orat.88 b, Agere cum aliquo lege, & uindicare. R.P.129 b, Vt se aliquando ad suos uindicaret. pro Fla. 154 b, Dubitabitis quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimum ciuem uindicetis? pro Rab.93 b, An seruos suppliciorũ metu, dominorũ benignitas una uindicta liberat nos à mortis terrore neque res gestę- neq; nostri honores uindicabunt? de Cla.196 a, 198 b, Illum fœlicitas ipsius ab omnibus miserijs morte uindicauit. & Epist.20 a, & 163 b, P. Scipio, qui ex dominatn T. Gracchi priuatus in libertatem rempub. uindicarint. Epistol.20 a, Qui sit remp. afflictam in ueterem libertatem ac dignitatem uindicaturus. Tusculan.184 b, Magnitudo doloris, à qua me breuitas tẽporis uindicabit. de Finibus 58 b, Sapientia, quæ nos à libidinum impetu, & formidinum terrore uindicet. de Orato. 109 a, Laudem aliquorum iam propè senescentem ab obliuione hominum atque à silentio uindicare. de Orato. 107 a, & 101 b, Senectutem à solitudine uindcari iuris ciuilis scientia. & 103 a, Vt ista ab solitudine domum meã uindicarem. Item: M. Scaurus, qui si audierit hanc autoritatem grauitatis suæ uindicari à te Crasse, iam credo huc ueniat, &c. de Orat.121 b, Me tamen ista oscitans sapientia in libertatem uindicabit. I.A.178 a, Pecunia, quæ nos posset à tributis uindicare. de Cl.173 b, Cn. Carbo morte uoluntaria se à seueritate iudicũ uindicabit. Quint. Fra.305 a, Te innocẽtia tua & misericordia hominum uindicat hoc tempore à molestia. Quin. Frat.319 b, Teque item ab eo uindico & libero.

VINDICTA, ctę. libertas, siue prętoris uirgula, qua seruis donare se libertatem significabat, cum ea caput serui tangebat. pro Rab.93 b, Seruos suppliciorum metu dominorũ benignitas una uindicta liberat. Top.22 b, Neque censu, neque uindicta, neque testamento liber factus est.

VINEA. nee. locus uitibus consitus. contra Rull.79 b, Iugera CCC. vbi institui uineæ possunt. & de D.87 a, & de Sene. 88 b.

VINEAE, bellica machina, & propugnaculũ. Ep.245 b, Aggere, uineis, turribus oppugnaui. I.A.217 b, Cõductæ uineæ sunt, pugnatur acerrimè.

VINETVM, ti, uinea. de Na.77 b, Vineta & olieta. & de L.183 b, Vineta & uirgeta, &c. de N.59 b, Si uinetis cuiuspiã tem pestas nocuerit.

VINITOR, oris, uinearum cultor. de Finib.134 a, An ea quæ per uinitorem uitis antea consequebatur, etiam per se ipsam curabit.

VINOLENTIA, tiæ. ebrietas. Tuscul.li.4.251, Aegrotationi subiecta sunt, auaritia, &c. liguritio, uinolentia, cupidia. de Inuen.64 a, Vt amor, iracundia, ægritudo, uinolentia. I.A. 179 a, Quid furiosam uinolentiam tuam proferam? Tusc. 251, & 214 b, Ne sobrius in uinolẽtiam uinolentorum incidat. & Top.

VINOLENTVS, a, um. ebrius, temulentus, uini plenus.)(. Siccus, sobrius. Orato.205 b, Furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari uinolentus uideretur. Acad 14 a, Ne uinolenti quidem hoc faciunt. contra Rul.61 a, Vtrum hæc uobis uidentur consilia siccorum, an uinolentorum somnia, Tuscul.251 a, Aut ne sobrius in uinolentiam uinolentorũ incidat. I. P.82 a, Vinolenta medicamina.

VINVM, ni. de N.73 b, Vinum ægrotis quia prodest rarò, nocet sæpissimè, melius est non adhibere omnino. de Am. 109 a, Veterrima quæque (ut ea uina quæ uetustatem fe-

runt) esse debent suauissima. de Sen. 91 a, ut non omne uinum, sic non omnis ætas coaceseit uetustate. de Di. 132 b, De uino aut salsamento pures loqui, quæ euanescunt uetustate. Tuscul. 230 b, Leuia uina nihil ualent in aqua. Offic. 70 b, Qui uinum fugiens uendat sciens, debeat ne dicere. de Clar. 191 b, Vt si quis falerno uino delectetur, sed eo nec ita nouo, ut proximis consulib. natum uelit: nec rursus ita uetere, ut Opimium aut Anitium consulem quærat. de Finib. 69 b, Quibus uinum diffusum è pleno sit cœnophoro. Ex Lucil. de Nat. 38 a, Fruges Cererem appellamus, uinum autem Liberum. Post. 206 b, Consul somni uinique plenus. de Nat. 75 b, Sumere uinum meracius. &, Miscere mulsum. l. Misceo.

VIOLA, læ. flos. Tusc. 242 b, An tu me in uiola putas, aut in rosa dicere?

VIOLENTER, iniuriose, & per uim, Offi. 5 b, Manus uiolenter afferre alicui.

VIOLENTIA, tiæ, uis, impetus, uis maior. Antequã. 194 a, Nostrorum inimicorum uis atque uiolentia. & ibidẽ b, Si uio lentiæ impetu opprimimur, decedam, &c. pro Quin. 8 a, Adhibere uim ueritati. I. A. 244 b, Noui hominis furorẽ, noui effrenatam uiolentiam. & de Sene. 92 a, Sic uitam adolescentibus uis aufert, senibus maturitas.

VIOLENTVS, a, um. qui uim affert. pro Cluent. 49 b, Populus Romanus sua sponte pacatus hominum seditiosorum uocibus, ut uiolentissimis tempestatibus concitatur. de Fin. 141 b, Sic nimis uiolentum est, nulla dicere. In Ant. 173 b, Quamuis sis, ut es, uiolentus & furens. de Ar. 254 b, & 255 a, Alicui furentes atque uiolenti impetus. In Ant. 158 a, Opes uiolentas, & minimè ferendam potentiam concupiscere. I. A. 168 a, Homo uehemens & uiolentus.

VIOLO, as, lędo, offendo, polluo, macula afficio, imminuo religionem, ex aliquo loco eripio, pro Dom. 234 a. Ep. 230 a, Nisi quid in ea re existimas uiolari existimationem tuam. Ep. 6 b, Et si minori in re uiolatur tua dignitas. & pro Qu. 13 a, Violare existimationem alicuius. de Finib. 97 a, Violare parentes. & Ep. 12 b, Ad rempub. uiolandam. Ar. 120 b, Is in nobis uolãdis putabit se aliquid habere populare. Ar. 151 b, Præterea te ipsum quodam modo hic uiolauit, cum in me tam improbus fuit. de Arusp. 245 b, Qui sacra Bonæ deæ, quæ uiri oculis, ne inprudentis quidem aspici fas est, non solum aspectu uiri, sed etiam flagitio stuproq; uiolauit. Postq. 205 a, Optimi Trib. pleb. sanctissimum corpus non solum tactum aut uiolatum manu, sed uulnera tum ferro, cõfectum que uiditis. pro S. R. 36 b, Violare, atque imminuere ius & officium. I. A. 160 b, Violare amicitiam. de N. 71 b, Violare uirginitatem alicuius. pro Rab. 91 b, Violare loca religiosa. & I. V. 274 b, Sacra ab isto polluta & uiolata. pro Cl. 58. Quæ uiolata sunt, expiari solere. de Ar. 249 b, Deformatũ, inquinatũ, peruersum, cõtur batũ, & ib. de pollutis & uiolatis ludis. Att. 147 b, Iudicauit te eo bello uiolari. Pa. 120 a, In patris uita uiolãda multa peccantur. l. Sanctus. l. Virgo.

VIPERA,ræ. anguis. de Ar. 255 b, Vipera illa uenenata atque pestifera.

VIPERINVS, a, um. de Finib. 84 b, Viperinus morsus. & Tuscul. 178 b.

VIR, uiri. fortis homo. Tuscu. 186 b, Ita & tulit dolorem ut uir, & ut homo maiorẽ ferre sine causa necessaria noluit. pro Cæ. 39 b, Cũ is iã se corroborauisset, ac uir inter uiros esset. Q. Fr. 313 b, Sed cũ ueneris, uirũ te putabo. si Salustij Empedoclea legeris, hominẽ nõ putabo. pro Fla. 157 a, Si ciuitas p uiros bonos graueq; homines querelas ad nos detulisset. de Fin. 141 Vir dignus memoria. Ep. 6 b, Vir excellẽs. & 18 b, Vir clarissimus. & 20 b, Vir bonus, memor, gratus. Tusc. 184 b, Appellata ẽ enim ex uiro uirtus. & ib. Si uirtutis cõpotes, uel potius si uiri esse uolumus. Ep. 133 b, Quin decimuir. Aca. 34. Quinquenir. Ar. 133 b, In Quinqueuiratu. Ep. 164 a, Quatuoruiratũ sibi prorogauit. Vir à uiro lectu. pro Milo. Vir altus & excellẽs. de Fin. lib. Vir stabili & firmo & magno animo. de Finib. li. 3. Vir bonus, orator. 2 de Orato. Vir planè, & ciuis bonus. 10 ad At. Vir bonus & sapiens & fortis, miser esse nemo potest. Par. & 2. Aca. Vir bonus non modò facere, sed ne cogitare quidẽ quicquã audebit, quod non audeat prædicare. Offic. 3. Iam

uerò qui pôt uir bonus non ad id, quod laudabile sit, omnia referre quæ agit, quæque sentit? Tusc. lib. 5. Vir bonus refert omnia ad beatẽ uiuendum. Tuscu. lib. 5. Vir clarus & fortis. de Finib. libro. 1. Vir clarus & honoratus. Cato. uir clarus, sed tamen popularis. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. uir cõstans ac sapiens. Tusc. q. lib. 4 uir cum authoritate. 8 ad Attic. uir diuinus ac singularis. de Finib. libro. 3. uir doctus sapiensque. Tusc. lib. 2. uir efferminatus. Tusc. lib. 3. Vir fortis ægritudine nunquam afficitur. Tusc. lib. 3. uir fortis & animosus. Tusc. quæst. lib. 2. uir fortis ac sapiens nunquam ne ingemiscit quidem, nisi fortè ut si intendat ad firmitatem. Tusc. lib. 2 uir grauis & sapiens. Tusc. quæst. lib. 3. uir magnus. Tusc. quæ. lib. 1. & Aca. quæst. ed. lib. 1. uir magnus in primis. de Nat. d. 1. uir magnanimus & fortis. Tusc. quæst. lib. 4. Vir natus ad gloriam, ullam partem animi tam mollem habebit, quàm non meditatione & ratione corroboret. Tusc. lib. 2. uir optimus atque inuictissimus. Som. Scip. uir præstans optimis artibus. Tusc. quæst. lib. 5. uir præstãs uirtutis & sapientiæ gloria. Tusc. lib. 1. uir primarius. Cat. uir primarius populi. de Finib. li. 2. uir sapiens quum deus ipse causam iustam dederit, lætus ex his tenebris in lucem illam excesserit. Tuscul. quęst. lib. 1. An tibicines, ijque qui fidibus utuntur, suo non multitudinis arbitrio, cãtus numerosque moderantur: uir sapiens multò arte maiore præditus, non quid uerissimum sit, sed quid uelit, uulgus exquiret. Tusc. quæst. lib. 5. Sed quum sapiens & bonus uir suffragijs præteritur, non populus à bono consule potius, quam ille à uano populo repulsam fert? Tusc. quæst. lib. 5. Vir sapiens uincula carceris non ruperit. (id est, non sponte mortem sibi attulerit) sed tanquam à magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, sic à deo euocatus atque emissus exierit. Tusc. quæst. lib. 1. uir igitur temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate ulla, sine libidine, nõne beatus? Tusc. lib. 5. uiri propria maximè est fortitudo. Tusc. quæst. lib. 2. Boni uiri uita laudabilis. Tusc. q. li. 5. Magni uiri est, rebus agitatis, punire fontes, multitudinem cõseruare, in omni fortuna, recta atque honesta retinere. Off. 1. Quæ sunt magni cuiusdam & alti uiri. Tuscul. quęst. lib. 5. uirum habere. 3. in Verr. uirum uideri negant Peripatetici, qui irasci nesciat. Tuscu. lib. 4. Ad agendum semper aliquid dignum uiro natus. 4. Fã. Graui teste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo clarissimo uiro, qui cum suis laudibus, tum uerò, &c. Curioni. lib. 2. & 2. Acad. Cum uno fortissimo uiro loquor. 15. Fa. Clari & fortes uiri commemorandi, eorumque facta non emolumento alicuo, sed ipsius honestatis decore laudanda. lib. 1. de Finib. uiri clari & præstantes. Diuin. lib. 1. uiri delecti. Tusc. quęst. lib. 1. uiri beneficijs excellentes. de Nat. d. 2. Non sentiunt uiri fortes in acie uulnera, uel sentiunt: sed mori malunt, quàm tantillum modò de dignitatis gradu dimouerì. Tusc. quæst. lib. 2. uiri humiles & obscuri. Diuin. lib. 1. Summi uiri. Acad. quęst. ed. 1. lib. 2. uirorum fortium & magnanimorum, & patientium, & humana uincentium est, tolerãter dolorem pati. Tuscul. lib. 2. Itaque uiros fortes & magnanimos eosdem bonos & simplices ueritatis amicos, minimeque fallaces esse uolumus. Offic. 1. Si ciuitas per uiros bonos graueq; homines, querelas ad uos detulisset. pro Flac. Ab optimis illis quidem uiris, sed non satis eruditis. Tusc. lib. 1.

VIREO, res. uiride esse, frondescere. Tusc. 235 b. Itaque & arbores, & uites, & ea quæ, &c. alia semper uirẽt, alia hyeme nudata, uerno tempore frondescunt.

VIRES, rium. uis, nerui, lacerti, robur, latera, facultas. de Orato. 97 a, Plerique in hoc uires exercẽt suas. Attic. 102 a, Nolim resp. tantas ibi uires dedisset. p Pomp. 11 b, Eximia uis remigum. Epist. 125 a, Omni ui te retinuissem. Epist. 5 a, Viribus ac lacertis pugnare. Orato. 204 a, Esse plurimi sanguinis, habere aliquem succum, non carere illis maximis uiribus. de Opt. 243 b, Quidam uires, lacertas, sanguinem quærunt. Episto. 176 a, Colligere uires. de Ora 106 a, Amentatas hastas oratorijs lacertis uiribusque torquere. I. A. 200 b, Experietur consentientes senatus nerues atque uires. Offic. 57 a, Vt excellas etiam pulchritudine & uiribus. pro Cæl. 50 a, Vir maximis uiribus. Epist. 62 b, Quæ omnibus meis uiribus sustinebo. Tuscul. 191 a,

Omnibus opibus uiribusq; elaborãdum est, ut, &c. & 195 a, Omnibus uiribus atque opibus repugnare alicui. de Se. 82 b, Quod homini naturaliter insitum est, eo uti decet: & quicquid agas, agere pro uiribus. pro Sest. 26 b, Pro uirili parte. pro Cor. 67 a, Si quę ab hoc pro facultate huius, pro loco facta, grata uobis esse dẽnt. Qu. de Pet. 213 b, & 210 a, Planè sic cõtẽdę omnibus neruis ac facultatibus, ut, &c. pro D. 235 a, Pro suis opibus defendere aliquẽ. de L. 157 a, Antipater habuit uires agrestes & horridas. Part. 118 b, Virtus maximas uires habet. de Sen. 83 b, Nec uos quidẽ T. Pontij centurionis uires habetis. & 82 b, Neq; nunc uires desidero adolescentis, non plus quàm adolescẽs uires tauri, aut elephantis desiderabam. de Or. 101 b, Iam me uires decipere cœperũt. I. A. 244 a, Semel circunsessus lectis ualentissimorum hominum uiribus cecidi sciẽs. de Sẽ. 80 b, Non enim uiribus, aut uelocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed cõsilio, & autoritate, & sẽtentia. Qu. de Pet. 201 a, Ex ea copia coniectura fieri potest, quantum sis in campo uirium & facultatis habiturus.

VIRGA, gæ. flagellum. pro Rab. 92 b, Portia lex uirgas ab omnium ciuium Rom. corpore amouit, hic misericors flagella retulit. I. V. 163 a, Virgis ad necem cædi. pro Fl. 149 b, Cæsus est uirgis Cynicus ille Athenagoras, qui, &c. de D. 92 a, Seruus per circum cùm uirgis cæderetur, furcam ferens ductus est.

VIRGETVM, ti. locus uirgis consitus ad illigandas uites, qualis est Amerina salix. de L. 173 b, Vineta uirgetaq;.

VIRGINALIS, le. de Diuin. 94 b, Virginalis modestia. & pro Quint. 7 a, Homo timidus uirginali uerecundia. I. V. 201 Duo signa uirginali habitu atq; uestitu. Tusc. 179 b, Heu uirginalem me ore ploratum edere.

VIRGINITAS, tis. castitas, castimonia. de Natur. 71 b, Minerua patrem dicitur interemisse, uirginitatem suam uiolare cupientem.

VIRGO, nis. pro Dom. 231 b, Clodium alloquens: Tu sororẽ tuam uirginem esse nõ fuisti. de Cl. 196 a, Domi teneamus eloquentiam septam liberali custodia, tueamurq; ut adultã uirginẽ castè. & Or. 202 b, Virgo casta, uerecũda, incorrupta. I. C. 122 b, Post uirginum absolutionem. & de Nat. 47 b, Septem illustre gerens splẽdenti corpore uirgo. Ep. 240 a, Virginem me quondam inuitam per uim uiolat.

VIRGVLTA, læ. Offic. 32 a, Si omnia nobis, quæ ad uictum cultumq; pertinent, quasi uirgula diuina (ut aut) suppeditarẽtur. I. A. 218 a, Virgula stantem circumscripsit, dixitq;, &c.

VIRGVLTA. funt uirgæ, & aliæ stirpes passim euanescẽtes. p Cæl. 46 a, Via deserta & inculta, atq; intercluſa iam frondibus & uirgultis. & de D. 90 b, Omnia arbusta & uirgulta peruertere.

VIRIATICVM bellum, quod contra Viriatum Lusitanum gestum est. de Clar. ora. 172 a, Viriatico bello. aliter, Viriatibello.

VIRIDICATVS, a, um. uiridibus consita. Qu. F. 21 b, Palæstra & sylua uiridicata.

VMBRA,bræ.de Or.87 a,Nã me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locũ patulis est diffusa ramis, quã illa, cuius umbrã secutus est Socrates. de D. 112 a,Vmbra terræ est mera noctis. de Or.158 a,Ne cõtagio mea bonis umbrae obsit.I.P.91 b,Oẽs umbras etiam falsæ gloriæ consectari.Of.65 b,Sed nos ueri iuris, germanq; iustitiæ solidã & expressam effigiẽ nullã tenemus,umbra & imaginib. utimur.p Mu. 127 a, In quo luxuriã repiri nõ potes , in eo te umbram luxuriæ reperturum putas? de Or. 152 a, Sed habeat ramen admiratio illa umbrã aliquam & recessum,quo,&c.pro R.P. 129 a, Vmbram equitus Rom.& imaginem uidetis.Attic.247 b,Ille qui umbras timet, ad cædem spectat. de D. 98 b, Cæteros umbrarum uagari modo.Aca.6 b,Multa uident pictores in umbris et in eminentia,quæ nos uidemus.

VMBRACVLVM , li. locus frondibus tectus , ut solis ardorem repellat.ponitur pro ocio.de Cl. 167 b, Processerat enim in solem & pulurem , non ut è militari tabernaculo , sed ut è Theophrasti umbraculis. de Le. 177 a, Phaleretus ille Demetrius mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum, ocioque non modò in solem atque puluerem , sed in ipsum discrimen aciemque perduxit.

VMBRATILIS.de.quod in umbra ocioq, uersatur.Tus.180 b, Vita umbratilis & delicata . de Orator. 97 b, Educenda præterea dictio est, ex hac domestica exercitatione & umbratilis medium in agmen,in puluerem,in clamorem,in castra atque aciem forensem , & ex literis aliquid in aspectum lucemque proferre.Or.202 b,Oratio philosophorũ mollis & umbratilis.

VMBRIA,briæ.regio Italiæ.de D. 99 b, & pro S. R. 26 a , & pro Mur.134 a.

VMBRIFER,a,um.de D.85 a , Inq; Academia umbrifera,&c. & 121 b,Sub platano umbrifera.

VMBROSVS,a.um.opacus,umbrifer.Qu. F. 318 b, Ego locum æstate umbrosiorem uidi nunquam.

VNA.simul,pariter,communiter.Att.108 a,Si in Italia Pompeius consistit,erimus unã.& pro Mil.108 a,Cũ essem una cũ eo in turba.At.113 b,Mulieres in Formiano esse uolui, & unã Ciceronis.de Orat.88 b,Qui cum illis ipsum illum Carneadem diligentius audierat.de Fi.86 a,Qui unã secum philosophati sunt . de Fin. 81 b, Si id non probares quo minus ambo unã necaremini,nõ precarere, &c. In V. 55 a, Is si mei consilij causam rationemque cognouerit , una & id quod facio,probabit, et in hac causa putabit, &c.

VNCIA.ciæ,assis pars duodecima. Qu. Fr. 328 b, Quas enim tabulas se putauit obsignare , in quibus in uncijs firmissimum tenuerat,non obsignauit.In uncijs dixit,pro in bonis uel hæreditate.

VNCINATVS,a,um.aduncus. Ac.30 b,Humatis uncinatisque corporibus.

VNCTIO,onis.palęstra,luctatio. de Or. 110 b, Philosophum omnes unctionis causa relinquunt.

VNCTOR,oris.alipes.Ep.104 a.

VNCTVRA,re. unctio. de L. 182 a, Hæc præterea sunt in legibus de unctura, quibus ferutis unctura tollitur.

VNCTVS,a,um.dilutus,oblitus.I.A.185 b, Antonius eo die nudus,unctus,ebrius concionatus est.Atti.187 a, Pro isto asso sole,&c.a te nitidum solem unctum que repetemus.de Cl.171 b,Vnctior quædam consuetudo loquendi.

VNCVS , ci . instrumentum incurium , quo utimur ad multa, I.A. 153 b, Vncus impactus est fugitiuo illi, &c. pro Rab. 93 b,Vindicare aliquem a uerberibus,ab unco.

VNDA.dæ.fluctus.pro Pl.262 a, Campos arque illæ undæ comitiorem sic efferuefunt quodam quasi æstu , ut ad alios accedant,ab alijs recedant. Tusc.189 b, Equi Pelopis , qui per undas curus suspensos rapiunt feruntur. I A.226 a, O spectaculum non modo hominibus, sed undis ipsis & littoribus luctuosum.I.A.257 b. Prius undas flammamq;.

VNDANS.fretum.de N.44.Accipitur est,fluctuans.

VNDE.ex quo,à quo,&c.pro Cœcin. 302 a, Hoc uerbum unde,utrunq; declarat.& ex quo loco,& à quo loco. ad Her. 3 a,Si inde incipiemus narrare, unde necesse erit . de Fin. 130 b,Quærimus autem nõ quæ sit beata uita,sed unde sit. cont.Rul.78 a,Vnde iste amor tam repentinus?de Ar.250 b,Alterũ putabo regẽ,si habuerit unde tibi soluat.Ep. 233 b.Hem mea lux,unde oẽs epẽ petere solebãt. de Sc.79 b, Quasi diuinare illo extincto,fore unde discerẽ neminẽ. & de Or. 90 b, De care melius dicet, quã ille ipse, unde didicerit.I.V.99 b,Dum est,unde ius ciuile discatur. pro S. R. 30 a,Qui eũ necasset,unde ipse natus esset.Of.22 a, Athenięses,unde fruges orræ putãtur.I.V.154 b,Ille unde ablatũ est,iudicio suum recuperare potest.Ep.100 a, Omnibus unde petitur hoc consilij dederim,ut.&c.de Or.135 a,Potest fieri,ut is unde te audisse dicis, iratus dixerit. pro Sylla 180 b, Vt eum,unde aliquis posit offendi. de Clar. or. 165 a,Eloquentia, unde longè absum.I.A. 257 b, Moueri sedibus huic urbi melius,atq; in alias,si fieri posit , terras demigrare,unde Antoniorũ nec facta, nec nomen audiat, quam,&c.I. V. 147 a, Vt mihi responderet ubi esset, quis esset,unde esses.de Finib.122 b,Nam bonum ex quo appellatum sit,nescio.Tus. 152 a, Alijs cor ipsum , animus uidetur,ex quo excordes dicuntur.de Finib.76 a,Veniuit permagnã Sextilius hæreditatem , unde si secutus esset illorũ sententiam , nec nummum quidem unum attigisset . Attic. 65 a, Nõ recordor unde ceciderim , sed unde surrexerim. de L.160 b,Vnde etiam uniuersus hic mundus, &c.

VNDECIES.pro lege Manilia HS. undecies numeratum esse.

VNDELIBET.ad Her.39 b, At istud quidem facile fuit undelibet inuenire.

VNDE , numeris præpositum supra decem , unum detrahit a quouis

quouis numero, præter undecim, & quæ ab hoc deducta
sunt, sicut duode, detrahit duo, præter quam in duodecim.

VNDEVIGINTI. de Clar. 185 b, Is undeuiginti annos natus
erat eo tẽpore. Acad. 20 b, Solẽ amplius duodeuiginti par
tibus maiorem esse quã terræ, & Tusculan. 239 a, Duode
quadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysi.

VNDEQVINQVAGESIMVS. pro Pomp. 10 b, Vndequinqua
gesimo die.

VNDEVIGESIMVS, siue undeuicesimus. de Se. 80 a, Anno un
deuigesimo post eius mortem hi Coss. facti sunt.

VNDIQVE. ex omni parte, ex omni genere. de D. 80 a, I. V,
135 a, Concurritur undiq; ad istum Syracusas. Tus. 245 a,
Vita undiq; bonis referta. & de Fin. 141 b, Honestas undi
que perfecta & absoluta. & de N. 33 a, Mundus perfectus
undiq; est. de Or. 100 b, Passim carpere, & colligere undi
que. & 151 a, Res undiq; exquisitę, collectæ, accersitæ, com
portatæ. de Fin. 131 a, Hominis natura undique perfecta.
Ar. 161 b, O rem undiq; miseram. I. V. 249 b, Locus septus
undiq. p Pom. 9 a, Sicilia multis undiq; cincta periculis
pro Sest. 25 a, Qui omni ex genere orationem aucupatur,
& omnes undique flosculos carpit. I. A. 181 a, Aut undiq;
religionem tolle, aut usquequaque conserua. de Vn. 165 b,
Mundus est undique corporatus. de Fin. 130 b, Viuere ea
hominis natura undique perfecta, & nihil requirente.

VNGO, gis, xi, ctum. perungo. I. V. 218 a, Matronas Dianam
unxitile unguentis, complesse coronis & floribus, thure
odoribus; incensis. Par. 123 a, Qui tractant ista, qui ter
gunt, qui ungunt, qui uerrũt, qui spangũt, &c. Ar. 222 a, Cæ
sar unctus est, accubuit.

VNGVENTARIVS, tij. qui unguenta conficit uel uendit. Offic.
30 b, Adde his si placet unguentarios, saltatores, totumq;
ludum talarium. & Attic. 220 a, Plotinus unguentarius. I.
P. Vestri illi unguentarij.

VNGVENTVM, ti odorum uariorum permistio, addito oleo,
uel balsamo, aut alio pingui liquore, delicitarum causa &
luxuriæ, interdum etiam uale udinis comparata. Tusc. 240
a, Aderant unguenta, coronæ, incendebantur odores. I. V.
160 b, Cum interea Apronius rapit atq; os suum ungue
to perfricaret. I. A. 207 b, Non ie dius unguentorũ odor,
non uini anhelitus in eam cognitionem [illegible] recebatur, &c.
de Or. 152 a, Vngentis nimius diffidere [illegible], summa &
acerrima [illegible] quãdiu [illegible] moderatius & magis
laudatur quod [illegible] quod precum olet. Post. 206
b, Ille unguentis [illegible] uestit tipidum [illegible] uestit. I. C. 105
b, Qui nitent unguentis, [illegible] pulpa pura. pro Sest. 6 b,
Consul unguentis affluens [illegible] coma. pro Cæl. 43
a, Qui unguẽta sumpsisset, [illegible] uestis uiderit. I. V. 218 a, Ma
tronas Dianam unguentis unxisse, complesse floribus, &c.
de Na. 55 b, Vngentorum compositiones & conditiones
ciborum. Ac. lib. 2. Quibus etiam alabaster plenus unguen
ti putere uidetur. Nonius.

VNGVICVLI, lorum. de Fin. 143 b, Integritas unguiculorum
omnium. Epist 6 a, A teneris (ut Græci dicunt) unguiculis.
prouerb.

VNGVIS, guis. de N. 50 a, Quædam animalia unguium tenacitate cibum arripiunt. pro Qu. R. 48 a, Ab imis unguibus
usque ad uerticem summum. pro Dom. 215 a, Et tu in hoc
ulcere tanquam unguis existeres. Attic. 210 a, In omni uita
sua quenque a recta conscientia transuersum unguem non
oportet discedere. Fin. lib. 2. & Acad. lib. 2.

VNGVLA, læ. de Nat. 62 a, Ergo illud in silice uestigium ungu
lis Castoris equi credis esse? & in Arat. Vngula equi. Tusc.
187 a, Omnibus unguis, ut dicitur, contentioni uocis af
feruiunt.

VNICE. singulariter. Or. 197 a, Nã & negare ei, quem unicè
diligerẽ, durũ aumodum uidebatur. I. C. 113 a, A uus tuus,
qui amauit unicè patriã. Ep. 64 b, Quos ego ambos unicè
diligo. Q. F. 312 a, Quos dam uenisse dicebant, qui te unicè
laudarent. Ep. 209 b, Præcilium tibi commendo unicè.

VNICVS, a, um. unus, unigena, singularis, insignis. I. A*. Vtne
mo unquam unici filij mortẽ magis doluerit. p S. R. 25 a,
Quæramus quæ tanta uicia fuerint in unico filio. Ep. 49 a,
Quod erat unicũ solatium in malis. Post. 206 a, Si Q. Me
tellus illo tempore consul fuisset unicus. pro Qu. 7 a, Vni
ca liberalitas. & de Se. 90 a, Elogium unicũ. ad Her. 23 a,
Si egregiam pulchritudinem, aut unicam turpitudinẽ eis
attribuemus. & 18 a, Vnica malitia, & unica nequitia.

VNIGENA, næ. unicus. de Vn. 197 a, Singularem deus hunc
mundum atque unigenum procreauit.

VNIVERSALIS, le. uniuersus, absolutus. ad Herrẽnium 13 a,
Nam in huiusmodi rationib. non uniuersalis, neq; absoluta,
sed extenuata ratione expositio confirmatur, aliter, uniuer
sa. Varro de Lingua Lat. 104, & 50, Vniuersalis causa.

VNIVERSE. generatim, generaliter. In Ver. 265 a, Nam quid
ego de cæteris ciuium Romanorũ supplicijs sigillatim pu
tius quam generatim atque uniuerse loquar? Attic. 69 a, In
Cumano cum essem, uenit ad me noster Hortensius, cui
deposcenti mea mandata, cætera uniuerse mandaui, illud
probè, ne pateretur, &c. Ar. 123 a, Nec tam irruptio perti
mescenda, quæ Lucerię multis sermonibus denunciata est
quàm uniuerse interitus.

VNIVERSITAS, tis. uniuersum, mundus. de Nat. deo. 59 a, Li
cet enim contrahere uniuersitatem generis humani, eam
que gradatim ad pauciores, postremò deducere ad singu
los. de N. 10 a, Vniuersitas rerũ, qua omnia cõtinentur. &
24 b, In uniuersitate rerum. & ibi. In eodem uniuerso. de
Vniuers. 195 b, Atq; illum quidem quasi parentem huius
uniuersitatis inuenire difficile est. de Vniu. 202 b, Atq; ita
quasi in currũ uniuersitatis imposuit. de Vn. 197 a, Si totũ
uniuersitatis corpus planum & æquabile explicaretur.

VNIVERSVS, a, um. totus, omnis, infinitus, cõfusus, cõmunis,
perpetuus. Aca. 18 b, Qui loquitur de uniuersis, nihil excip
it, quod in potest esse extra uniuersa? de N. 10 a, Quomõdo
rerum natura uniuersa atque omnia cõtinens. de N. 25 a,
& Tusc. 162 b, Imagines ingentes, tantæq; ut uniuersum
mundũ cõplectãtur. & de Fin. 88 a, Vniuersum mare. & de
N. 24 b, In eodẽ uniuerso. I. V. 143 a, Ergo ab uniuersa pro
uincia generatimq; a singulis eius partibus diligitur, &c.
de In. 50 a, Nõ incõmodũ uidetur, quandã syluã atq; materiã uniuersam atq; permistã & cõfusam exponere omniũ
argumẽtationũ. p Q. 17 a, Bonorũ possessio spectatur. nõ
in aliqua parte, sed in uniuersis. de Or. 86 b, Ex illis rebus
uniuersis eloquẽtia cõstat, quibus si singulis elaborare per
magrũ est. Ar. 235 a, Κοσμικὸν δ' ὀνόματι. pro Fl. 135 a, Vni
uersus & cõmunis. de Or. 122 a, Genera uniuersa. de Orat.
121 a, b, Peripatui iuris et uniuersi generis quæstio. Itẽ: Ge
nerũ uniuersæ quæstiões. Reuocari ad genus & naturã uni
uersã. Ad uniuersi generis disputationẽ referri. Cõmunes
rerũ & generum summæ. de Or. 115 a, Nõ mihi minus ope
ris uidetur de uniuersis generib. rerum, quã de causis fir gu
lorũ dicere. & 119 a, Vel separatim de genere uniuerso di
cere. uel de singulis hominib. de Or. 121 a, Reuocari ad
genus & ad naturã uniuersam, reuolui ad cõmunes rerũ &
generũ summas, referri ad uniuersi generis disputationẽ.
de Or. 152 b, Loci cõmunes, qui de uniuersa retractari so
lent. et ibi. Ancipites disputationes, in quibus de uniuerso
genere in utranq; partẽ disseri copiose solet. de Cl. 169 a,
In uniuersa eloquẽtia.) (. In aliqua parte dicẽdi. Or. 207 b,
Genus uniuersum in species certas partiri ac diuidere. &
de Cl. 178 a, Tribue rem uniuersam in partes. de Or. 90 a,
Vniuersã ac propriã oratoris uim definire. de N. 60 b, Ti
bi permitto respõdere, ne mihi malis de singulis reb. quæ
renti, &c. an uniuersam audire orationẽ meã? id est, perpe
tuã. I. V. 96 a, Quæ singulatim collecta sunt, uniuersa perde
re. I. A. 160 a, Cũ a summis, medijs, infimis, cum denique ab
uniuersis hoc idẽ fit. pro Põ. 10 a, Maria omnia tũ uniuer
sa, tum in singulis oris oẽs sinus atq; portus. Qu. R. 52 a,
Est tuæ arrogãtiæ uitæq; uniuersæ uox. de Or. 123 b, Vnde
uniuersum flumen erumpat. Post quã. 204 a, Quis posset ue
stra in nos uniuersa promerita nõ dicam cõplecti orãdo,
sed præcensere numerãdo? & pro Do. 240 b, Bis a me salu
tem accepistẽ, separatim semel, iterum cum uniuersis. Offic.
43 b, Quæ in multitudine cum contentione habetur ora
tio, ea sæpe uniuersam excitat gloriam. pro Sest. 3 b, In
hac confusa atque uniuersa defensione. Offi. 57 a, Eandem
esse utilitatem uniuscuiusq; & uniuersorum. I. P. 93 b, Fac
huius odij tanti ac tam uniuersi periculum, si audes. de N.
59 a, Quæ si singula uos fortè non mouent, uniuersa certè
mouere debebunt. & ibi. Nec uerò uniuerso generi ho
miuum solum, sed etiam singulis a dijs immortalibus con
sulit solet. & ibi. Dijs separatim ab uniuersis singulos diligũt. de Or. 138 a, Nihil est denique in natura rerũ omnũ, qd
sit uniuersum profundãt, & quod totũ repẽte uolet. Of. 10
b, Vniuersi generis humani societas. Off. 22 b, Cõtra natu
ram uniuersam nihil cõtendẽdũ est. & de L. 160 b, Vniuer
sus mundus. de L. 159 a, Complectenda in hac disputatio
ne tota causa uniuersi iuris est ac legũ, ut, &c. & de Vn. 196
b, Siue in singulis, siue in uniuerso genere cernatur. In Sal.
174 b, Si illud elogiũ pro lege palã uniuersis recitarẽ. Ep.
72 a, Nõ facilè exhauriri posse tibi dolorẽ uniuersum pu
to. Ep. 87 b, & de Fi. 58 a, Singula.) (. Vniuersa.

VNIVSMODI. nõ uarius.) (. Multiformis. Ar. 140 a, Noli enim
putare tolerabiles horum insanias, nec uniusmodi fore.
de Vn. 198 b, Materia semper est huiusmodi, iusque si
milis, & eiusdem naturæ. Academ. 44 a, Principes qua
litates sunt uniusmodi, & simplices. Ex his autem orta
uariæ sunt, & quasi multiformes. Ibidem: Quia sola cer
neret quod semper esset, simplex, & uniusmodi, & tale qua
le esset.

VNQVAM. omni memoria. Orator. 200 b, Isocrates præ
stat omnibus, qui unquam orationes attigerunt. de Ar. 252
b, Quod sacrificium nemo unquam adijs, nemo nisi P. Clo
dius omni memoria uiolauit. Tuscul. lib. 4. Quis homo te
exiperauit unquam gentium impudentia? Attic. lib. 3. Quã
ita me afflictum, uideas, ut neminem unquam nec uideris,
nec audieris.

VNVS, a, um. solus, singularis, idem. de Diu. 115 a, Physici, qui
omne quod esset unum esse dixerũt. & de Ora. 144 b, Om
nia quæ supra & subter sunt, unum esse, & una uis, atq; una
cõsensione naturæ cõstricta esse. I. C. 114 b, Ille erat unus
timendus ex his omnibus. I. C. 121 a, In hac causa omnes,
sentiunt unum atq; idem. pro Flac. 159 a, Lacedæmonij,
ita multos annos unis moribus, unquam mutatis legibus
uiuunt. pro Syl. 168 b, Simplex est officium, atq; una bo
norum omnium causa. Offic. 41 a, Contingitur ad unum
aliquem uirtute præstantem. de Amicit. 111 a, Alterius ani
mum cum suo commiscere, & efficere pene unum ex duo
bus. & 113 b, Vnus quasi animus fiat ex pluribus. de Diu.
118 b, Exitus quidem omnium unus & idem fuit. de Som.
131 a, Anima est una ex omnibus, quę sese moueat. pro Pl.
176 a, is enim unus fuit de Magistratibus, qui, &c. de Pro.
73 b, Vnũ pro uniuersis subire atq; excipere pericula. de
Legib. 170 a, Fribenus rapidè dilapsus, citò in unum con
fluit. de D. 81 a, Xenophanes unus, qui deos esse diceret, di
uinationem funditus sustulit. de Diuinat. 26 b, Panætius,
qui unus è Stoicis altrologorum prędicta reiecit. I. A. 167
a, Sed unã rem uereor, ne nõ probes. I. A. 223 a, Si omnes
iurisconsulti in unum conferantur, cum Ser. Sulpitio non
sunt comparandi. Par. 118 b, C. Marius, qui mihi in secun
dis rebus unus ex fortunatis hominibus, in aduersis unus
ex summis uiris uidebatur. pro Cecinna 396 b, Hoc etiam
si uerbo differat, re tamen erit unum, & idem in omni
bus causis ualebit. pro Quint. 13 b, Vnum tamen hoc cogi
tent, se, &c. pro Quinc. 12 b, Vnum illud dico, si pro
pter, &c. pro Quinct. 14 a, Plura non dico, cum eo, &c.
pro Pom. 5 b, Ab unis hostium copijs bellum geri. pro S.
R. 19 a, Non electus unus, qui maximo ingenio: sed reli
ctus ex omnibus qui minimo periculo possem dicere. I. C.
108 a, Quibus præcipiẽdum uidetur unum scilicet & unũ
quod cæteris. p Ce. 296 b, Si tu, solus, aut quiuis unus, &c.
pro Clu. 22 a, Filius quem tãtum unum ex multis fortuna
mihi reliquum esse uoluit. Epi. 253 a, Quanquam qui cum
loquor? cum uno fortissimo uiro, qui, &c. Attic. 2 a, Panæti
us unus oino comes fuit. ad Her. 25 b, Nemo unus. i. solus.
ad Her. 36 a, Colligere & conferre omnia in unum. de In.
56 a, Conducere multa in unum. de In. 42 a, Compellere
aliquos diiperfos in unum locum. de In. 60 a, Vnum in lo
cum cogi, & sub unum aspectum subijci. ad Her. 33 b, Eius
dem unius aut plurium uerborum iteratio: Epistolo. 153 a,
ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi ad unum. pro Mi.
114 a, Deinde dixit, se gladio percussum esse ab uno de il
lis. ne indicaret. pro Pon. 276 a, unæ tabulæ proferantur.
pro Fõt. 278 b, Vnum est & simplex aurium iudicium. pro
S. R. b, Cum mulæ causæ conueniẽt in unum locum, uidẽ
tur. de Or. 93 a, Cum te unum ex omnibus ad id dicẽdum
maximè aptum cognossem. de Or. 85 b, Qui non aliqua in
re una separatim elaborarũt, sed oĩa comprehẽderũt. Ora.
208 a, Duplices loci. uni, &c. alteri, &c. I. V. 199 a, Vnæ de
cumæ. Ar. 232 b, Adductus sum cuis & unis & alteris lite
ris. I. V. 254 b, Vna atq; eadem nox erat. & Or. 209 b, Ea
dem & una res. de Inu. 62 b, Nobis non unum aliquod, p
posuimus exemplũ. & ibi. Vlli alicui certo sese addicere.
Qu. F. 289 b, Superiorib. literis nõ unis, sed plurib. &c. de
Or. 137 a, Vitia quæ sint in aliquo iudice uno uel plurib'.
Oct. 231 a, Conspectus uno atq; eodem igni. Or. 136 a, Si
ue plura sint, siue aliquod unum. pro Cl. 23 a, Vno tempo
re duas res audire. de Or. 156 a, Quid unum excellat ex om
nibus. Ar. 182 a, est autem unum, quod mihi fit optandum,
si quid agi de pace possit. de L. 168 a, Vna amœna. de Cl.
173 b, Vnus enim est somnus totius orationis, & idem sty
lus. Qu. F. 297 a, In tuis summis laudibus excipiam unam
iracundiam. Oct. 330 a, Militibus ueteranis in unum con
ductis. I. A. 196 b. Si hoc genus in unũ redigatur. Am. 112
a, De amicitia omnes ad unum idem sentiunt. de Vn. 195
b, Quod unũ tempus atq; idẽ est. I. V. 194 a, Data tibi pecu
nia est, una, qua frumentũ tibi emeres in cellam: altera, qua
&c. de Clar. 184 b, In quacunq; una, &c. nullave una, &c.
de Cl. 172 a, Vnum quasi cõperendinatus mediũ diem fuis
se. cont. Rull. 73 a, Vnus ullus. id est, unus aliquis. I. A. 224
b, Vnus aliquis.

VNVSQVISQVE. singuli. Offic. 57 a, Eandem esse utilitatem
uniuscuiusque & singulorum. I. C. 121 a, Qui singulas uni
uscuiusq; domos, & hoc uniuersum reipub. domiciliũ dele
re conati sunt. pro Syl. 179 a, b, Vniuscuiusque indulgen
tiam testarer in suos. Parad. 117 b, Ponite ante oculos
unumquenque regum, &c. de Nat. 73 a, & de Ora. 23 a, Sẽ
tit domus uniuscuiusq; de Ora. 131 b, & 141 a, Propriẽ d
uno quoque dixi. Tusc. 176 b, Quid in unaquaq; re ueri
simile esset inuenire. I. V. 217 b, Sigillatim unũquenq; ap
pellare. I. V. 230 b, Quæ hospites ad ea quę uisenda sunt,
ducere solent, & unumquidq; ostendere, &c. de Finib. 103
b, Et unumquenq; nostrum eius mundi esse partem. & pro
S. R. 26 a, Vnusquisq; uestrum. ad Her. 32 b, Vtrunque ad
unumquodq. pro S. R. 32 a, Neque omnia dicã, & leuiter
unumquodq; tangam.

VOCABVLVM. li. nomen, uerbũ, uox. de Ar. 249 b, Qui ludi
ne uno quidem uerbo appellantur latino, ut ocabulo ipso
Matris magnæ nomine religio suscepta declaretur. de Na.
80 a, Chaldæi non ex artis, sed ex gentis uocabulo nomi
nati. de Inuen. 50 a, Nomen est, quod uniculque rei datur,
quo suo queq; proprio ac certo uocabulo appellatur. de L.
163 b, Rebus non mutatis immutare uocabula. de Leg. 18 a
b, Nomen ueniæ, quo uocabulo etiam Græcos cãtus lugu
bres nominant. pro Cec. 294 b, Rem aliquam suo certo ac
proprio uocabulo nominare. de Or. 157 b, Cum res suum
nomen proprium uocabulum non habet. de Or. 217 b, Ab
alijs ijdem pedes, alijs nominãtur uocabulis. I. P. 99 a, Vo
cabula tantum pecuniarum, & genera mutabas. de N. 9 b,
Res utiles & salutares deorum esse uocabulis nuncupa
tas.

VOCABVLVM. pro notatione, etymologia, & uocabuli expli
catione. de Or. 123 b, bis.

VOCALIS. le. de Or. 204 a, Habet enim ille tanquam hiatus
concursu uocalium molle quiddam. & ad Her. 27 b, Cre
bræ uocalium concursiones, quæ uastam & hiantem ora
tionem reddunt. Item: Nemo tam rusticus est, qui uocales
nolit coniungere. de Clar. 187 a, Addamus huc etiam, ne
quã uocalem præterisse uideamur, C. Cosconium; id est
habentem uocem.

VOCATVS, tus. accersitus. de Or. 143 a, Senatus uocatus Dru
si in curiam uenit.

VOCIFERATIO, onis. uox quædam effrenatior, clamor. I. V.
267 b, Antè de L. Herennio uociferatio cõmouebat? pro
Cl. 23 b, In ipso sermone hoc, & uociferatione ad Her. 20
a, & 21 a, Muliebris uociferatio. p S. R. 20 b, Vociferatio
ne accusatores in iudicijs uti solent.

VOCIFERO, as. uociferor, clamo, clamorem edo, exclamo. I.
V. 119 b, Si hoc uociferare uelim quãm indignum sit, &c.
& 208 b, Minitari & uociferare palãm.

VOCIFEROR, aris. uociferor. p S. R. 20 a, Nec satis libere uo
ciferari

ciferari possum,&c.pro R.P.125 b, Quid uociferabare de cem millia talenta Gabinio esse promissa.

Vocitor.uocor,de N.lib.2. Quas nostri septem soliti uocitare triones.pro R.P.123 a,Demetrius qui Phalereus uocitatus est.

Voco,as.appello.arcesso,adduco.de Natu.70 b , Hunc Aegyptij Thoyth appellant,eodemque nomine anni primus mensis apud eos uocatur.& Academ. 5 b , Comprehēsio , quam καταλήψιν illi uocant. de Or.155 a , Septem fuisse dicuntur uno tempore, qui sapientes & haberentur & uocarentur.At.94 a, Hunc ego patris causa uocaui ad cœnā, & pro Mur.141 a,Ad prandium uulgò uocati.Epi.161 a, Cum senatum ad XIIII.Cal.Ian.Trib.pleb. uocauisset.Ep, 147 b,Quarum rerum spe ad laudē me uocasti.Att.41 b , Quod me ad uitam uocas. & 189 b,Quod me à mœstitia uocas,multum proficies,&c.At.41 b, Et te in eundem luctum uocem. de L. 158 b,In lōgum sermonem me uocas, de Or.139 a. Ad mētes iudicum permouendas,& ad utilitatem nostrā uocandas.pro Deiot.149 a,Is uestrā familiā in lucem è tenebris uocauit.de Or.111 a,Eadem facultate & fraus hominū ad pernicié, & integritas ad salutē uocatur.pro Rab.94 b,Cū ad arma cōsules ex senatusconsulto uocauissent.I.C.99 b, Nunc iam uitā omnium , Italiamq; totā ad exitium uastitatemq; uocas.pro Cecin.287 a , In partem mulieres uocatæ sunt.pro Mil.109 a,Mil.Cl.ad iudiciū bis,ad uim nūquā uocauit.In A.171 a, Ne me apud milites in inuidiam uoces.de Le.171 a, Lex uim habet ad rectè facta uocandi,& à peccatis auocandi. de Ora.106 a, Cauſę quę omnino in iudiciū uocari nō solent.& pro Co. 68 b,Vocari in iudicium de aliqua re.pro Mur.129 b,Ibi ego te ex iure manu consertum uoco.pro.pro Qu.11 a,Vocare aliquem in ius. de Or.135 b,In disceptationē aut controuersiam uocari.pro S.R. 24 b , Vocari aliquem in crimen.I.V.262 b,Vocari in crimē & inuidiā.pro Sest.27 a , Qui claros uiros in inuidiam aliquam uocauerunt . & pro Rab.94 b,Detrahere de aliquo, & eum in inuidiam uocare.pro Ccc.297 b,Aucupia uerborum in inuidiam uocant I.V.237 a , Vocari in suspicionem coniurationis . & pro Clu.56 b,Noui quidā homines in suspicionem uocati sūt. pro Pomp.6 a, Vocari in periculum & discrimen . & Epi. 119 a,Vocari in eandem conditionem.Offi.17 b , Vocare aliquem in odium aut inuidiam falsis criminibus .

Vocontii.pop.Epi.157.Planci.

Vocula.læ.de Or.152 a,Flexiones in cantu , & falsæ uoculæ.& Ep.27 a,Sed incurrit hęc nostra laurus non solum in oculos,sed etiam in uoculas maleuolorum . Att.37 b,Recreandæ uoculæ causa,hæc ambulans dictaui.

Volaterrae.oppidum Hetruriæ.pro S.R.21 b.

Volaterrani.I.V.287.Epi.203.At.18.

Volaticvs,a,um.inconstans.At.212 b, O Academiam uolaticam & sui similem,modò huc,modò illuc.de Arusp.Furentes ac uolaticos impetus ,&c.

Volatilis , le.uolucer . de Nat.56 b , Vescimur bestijs & terrenis,& aquatilibus,& uolatilibus.

Volatvs,tus.lapsus uolucrum.de Na.46 a,Aer uolatus auiū sustinet.de Diu.80 b,Volatibus auium,cantibusque declarari res futuras.& 85 b , Aquilæ admonitus uolatu.de N. lib.2.Cum pulli pinnulis uti possunt , tum uolatus eorum matres prosequuntur .

Volites,tum.uelites.Cic.de Repu.Militari more ueterum uelocissimi cū scutis leuibus pedites ad hoc ipsum exercitati,ijsdem miscendi quos expeditos quasi uolitantes appellabant aliter,uelites .

Volitiniense s.pop.pro Pl.267.

Volito,as.uagor.de Ora.110 a,Aues passim ac liberè uolitant . & 99 a, Volitare in foro,hærere in iure.contra Rull. 77 b, Volitat enim antè oculos istorū regis filius. de Ora. 118 a,& ad Herenn.36 a , Volitare & uagari toto foro.cōtra Rull.86 b,Volitare per gētes & per regna, &c.pro Fl. 154 a,Homo uolitans gloriæ cupiditate.de Na. lib.1.Bestiæ uolitantes in ardentibus fornacibus. Post red.in Senatu,Homines cum ferro & facibus uolitantes .

Volo,as.pennis aera seco.I.A. 226 b , Quem nisi in uia quidam retardassent,uolasse eum,non iter fecisse diceres . In Arat.Quę uolat,& serpens geminis secat aera pennis.Tus. lib.1.Volat ætas.Att.lib.2. Literæ Capuam ad Pompeiū uolare,dicebantur .

Volo,uis.uolunţas est,uoluntatem habeo, uolūtas mea fert , non nolo,sententia est , studeo , cupio.Quint.Frat.319 a , Quamobrem ea te cura liberatum uolo. & pro Clu.57 b, Nihil est mali, nihil sceleris , quod illa non filio uoluerit , optauerit, cogitarit,effecerit.Attic.120 a,Nulla est sedes quò concurrant ij,qui rempu.defensam uolunt. & Epist. 207 b,Vt eam per te quàm maximè defensam & auctā ueris.In Vat.35 a,Volo uti mihi respōdeas,&c.de Cl.183 a, Sed is Stoicus esse noluit , orator autē nec studuit unquā nec fuit,pro Dom. 219 a , Quid sibi iste uult.I.V.135 b , Quiduis facere quamuis callide solebat.& ib.Quamuis audacter,quamuis impudenter.Ep.190 a,Volo uos bene spe rare.& 148 b,Volo oēs de me bene sperare.At. 239 a,Antonio quàm iam est,uolo peius esse. Att. 39 b, Volam illū scire ex te , me id fecisse,&c.Att.175 a,Per eos qui nostra causa uolunt,ualētq; apud illum, diligentissimè cōtendas opus est.de Legib.190b, Ita mehercle attendi,nec satis intellexi quid sibi lex, aut quid uerba ista uellent.Ep.132 b, Velle causa alicuius. Ep.229 b, Omnium causā, quos cōmēdo, uelle debeo.Ep.70 b, Si quid nra causa uis. p Pla. 271 b,Ego illi omnia malo, quā mihi.Att.219 a,& 262 b. Dolabellæ causa & cupio & debeo.Qu.de Pet.205 b, Vt intelligāt,qui debēt causa tua referendæ gratiæ, & qui uolunt,obligandi tui tempus sibi aliud nullum fore.At.96 b, Sed planè uolo his magistratibus,quorum uoluntatem in supplicatione sum expertus.Ep.36 a, Sin autē es φιλόπτυστος illud nō perficies, quo minus tua causa uelim,hoc asseque re,&c.Ep.213 a,Varro magnopere eius causa uult omnia. & 224 a,Te ipsius causa uehemēter omnia uelle.& 263 b, Valde enim eius causa uolo.pro D.219 b.Plura dixi quàm opinio tulerit aut uoluntas mea . & pro Pom. 17 b,Si nostra uoluntas feret.

Volsci.antiqui Italiæ populi. At.144. Of.8.pro Cor. 61 a ,

Volvbilis,le.in orbem incitatus.pro Mil. 114 b,Vaga uolubilisq; fortuna.& de Vniuers.198 b,Cœlum uolubile,& in orbem incitatum.& de Na.35 a,Volubilis & rotundus Deus.pro Flac.156 b,Homo uolubilis,& præcipiti quadā celeritate dicendi.& ad Herenn.21 a,Celeriter uerba cōficere ut uim uolubilē orationis uociferatio consequi possit.de Cl.174 a , Appij uolubilis , sed paulò feruidior erat oratio.& ib.Canorus orator & uolubilis.

Volvbilitas,tis,uolubilis motus,conuersio.de Fa.149 a , Qui protusit cylindrum , dedit ei principium motionis, uolubilitatem autem non dedit.de Vn.201 a, & de Na.35 b,Deus cœlum ad uolubilitatem rotundauit.& de D.111 b,Mundi uolubilitas.pro Pl.272 a , Fortunæ uolubilitas: id est,inconstantia.de Or.86 b , Linguæ uolubilitas.Orat. 201 b,Verborum uolubilitas .

Volvbiliter,celeriter,incitatè.Or.217 b,& 218 b,Fundere orationem uolubiliter.

Volvcer , uel uolucris, cre.uolatilis,penniger,aerius,ales . de N.21 b, Volucres angues ex uastirate Libyæ nēto Africo inuehi in Aegyptū.Tus.235 b,N.bestias uolucre cœlo frui libero uoluit.de Or.110 b,Volucres uidemus procreationis & utilitatis suæ causa fingere & construere nidos. Acad.20 b,Quædam uolucres uident longius . de Cl. 195 b,Genus dicendi uerbis uolucre atq; incitatum . pro Syl. 184 b, O falsam spem , ò uolucrem fortunā.& pro Quin. 14 b,O nuncium uolucrem.pro Pl.271 a,Nihil tam uolucre,quàm maledictum.de Di.84 a,Astrorum uolucres motus.& 121 a,Vbi tam teneros uolucres matremque peremit.Amicit.112 a, Bestiæ uolucres,agrestes,natantes,

Volvcrivm . in genitiuo plur. teste Charisio , citatque Cic. de Finibus.

Volvmen,nis.liber.At.245 a, Euolui uolumen epistolarum tuarum.& Epi.263 a, Referre epistolas in uolumina.Epi. 292 a, Non enim te epistolis , sed uoluminib. lacesserem . Ep.35 a,Legati mihi uolumē à te plenū iniquissimæ querelæ reddiderunt.Tus.191 b,Quoniam duob. superiorib.de morte & de dolore dictū est, terius dies disputationis hoc tertiū uolumē efficiet.ad He.6 a,Quoniā satis huius uoluminis magnitudo creuit,i altero libro exponemus,&c.de D.132 a,Crisippus totum uolumen impleuit oraculis falsis, &c.Ep.135 b,Cæsar uolumina iam cōficit ἀπόφθεγμάτων de Or.101 a, Omnia hæc non ita multis literis aut uoluminib.magnis continentur.pro S.R.35 a,Veniat modò, explicet suum uolumē illud,quod ei Erucius cōscripsit. de N.10 b,Cuius rationis uim & utilitatē ex illo cœlesti Epicuri de regula & iudicio uolumine accepimus.

Volvntarivs,a,um,uerus,ad arbitriū,ad libidinē,quod inquinatè loquētes,Spōtaneū dicunt.Est autē uoluntariū id quod in sua quisq; potestate positū sciens agit,nec eū ignorat,in quo uersetur oratio,nec quo quasi instrumento rem agat,nec finē ipsum.Huius cōtrarium est inuitum,fictū, simulatū.Q.R.47 a,Illa fuit oratio necessaria,hęc erit uoluntaria.& Ep.15 a,Voluntaria quadam obliuione.de Cl.173 b,Carbo morte uolūtaria se à iudicum seueritate uindicauit.I.A.252 b,Est etiam Afinius quidam senator uoluntarius,lectus ipse à se.pro Mar.133 a,Vt fine ulla spe ad interitū ruerē uoluntariū.Off.6 b,Nam hoc ipsum ita iustū est, quod rectè fit,si est uoluntarium.de Fat.245 a,Esse quendā motū animi uoluntariū.I.A.209 a,Fuit aliquis fatalis casus,ut ita dicā,&c.nūc fi quis,&c.erit uolūtarius.I.V.233 a,Nemo erat uoluntarius laudator præturæ tuæ.ad Br. 91 Multi ad te eunt uoluntarij.& Antequam 194 b,Si tamen sunt uoluntarij inimici,qui,&c.de N.34 b,Restat igitur, ut motus astrorū sit uoluntarius.de Fa.133 a, Virtutes animi non uoluntariæ.)(.Voluntariæ.de Fin.78 b, Casus uolūtarius.& de In.91 a,Voluntarium facinus.

Volvntas,tis.mens,animus,sensus,studiū,arbitrium,libido, impetus quidam animi,sedulitas,animi uoluntas propēsa, uoluntas in aliquem propensa.pro Mu.132 b,Nihil obscurius uoluntate hominum.At.194 b,De uoluntate tua ut fi mul fimus,uel studio potius & cupiditate non dubito.pro Pl.176 a, Voluntas grata in parentes.de Or.106 a, Defendere testamenta ac uolūtates mortuorū.de Or.136 b, Habe uoluntatē nocendi in iracundia.At.78 b, In eadē fum uolūtate.ad Br.10 a,Voluntas mea de summa reip. sēper eadē fuit.pro Qu.17 b,Ad uolūtatē loqui.i. assentari. Qu. de Pet.211 a,Cōmutare uultū & sermonē ad sensum & uoluntatem alterius.pro Pom.132 a,Pompeij uoluntati busomnes ciues assenserunt.cont.Rull.65 b,Erras si senatū hæc probare putas,populum autem esse in alia uolūtate. cōtra Rull.87 b, Vt eam uoluntatem,quam semper habuistis erga me,retineatis.Epi.87 b,Vt ad eam uoluntatem,quā tua sponte erga Cecinnam habiturus esses,tantus cumulus accedat,&c.I.C.115 b,Dijs immortalibus ducibus hanc mētem uoluntatemq; suscepi.I. C. 121 b,Tum etiam maiore populi Rom.ad communes fortunas conseruandas uoluntate.I.P.89 b,Hoc accidit præter optatum meum, sed ualde ex uoluntate.pro Mu.126 b,Magna est comitijs cōsularibus repentina uoluntatum inclinatio,præsertim cū incubuit ad uirum bonū.pro Fl.148 a,Cum Græcus testis processit ea uoluntate,ut læderet.Antequam 192 b,Illic enim animi uoluntas propensa comprobatur. pro Se. 18 b, Eos uoluntatē semper eandē,libertatem eandem non semper habuisse.de Fin.78 a,Sua uoluntate,nulla ui coactus. I. V. 184 b,I.ōgius quàm uoluntas fuit,digressus sum.In.V.233 b,Is eandē uoluntatē suscepit erga illos,quam ego semper habuissem.cont.Rull.77 a,Ex sua uolūtate facere.i.arbitratu suo.pro Fon.282 a,Quantam uoluntatem habent ad hūc opprimendū.de Or.148 a,Aliqui impetu quodā mētis & uoluntate similes.pro Pom.17 b,Si uestra uolūtas feret Att.55 a,Vix tamen ei de mea uoluntate concessum est.de Inu.62 b,Hoc mihi uoluntatis accidit,ut scriberē,&c. Ep. 59 b,Tribuere alicui uoluntatē mutuā.Epi.25 a,Esse bona uoluntate erga aliquem.Ep.60 a, Mutuum in amicitia est, cum par uoluntas accipitur & redditur.cōt.Rul.66 b,Tua erga me uoluntas & studium.de Inuen.74 b,& pro Fl.147 b,Voluntas & studium.pro Syl.169 a,Animus eximius in remp.At.41 a,Volūtas tua mihi ualde grata est.de Or.121 b,Abijcere uoluntatem faciendi aliquid.Att.142 b,Et quonam modo possem uoluntate eius nullam reip. partem attingere.Att.136 b,Qui se contra huius uoluntatem aiebat posse.I.A.248 b,Mea perpetua atque constans uoluntas in remp.Epi.220 b,Volūtas,quam erga illū habes. pro Mil. 109 b,Nihil tam flexibile,quàm uolūtas erga nos sensusq; ciuium.pro Li.138 a,M.Cicero defendit alium in ea uolūtate non fuisse,in qua ipse fuit.Att.273 a,Occultæ hominū uoluntates,multiplicesq; naturæ.pro Ra.92 a,Cum tanto studio C.Rabirius totius Apuliæ,singulari uoluntate Cāpaniæ uicinitatis ornetur.

Volvo,uis.uerto.uerso,torqueo,in orbē torqueo.de Fa. 149 a,turbinē uersari,& cylindrū uolui putes.& de Sō.128b, Illi qui uoluūtur stellarū cursus sēpiterni.de Or.159 a,Lō gissima est complexio uerborū,quæ uolui uno spiritu pōt. Orat.210 b,Quo melius cadat aut uoluatur oratio.de Cl. 187 a,Celeriter uerba uoluens.& 190 b , Facilè soluteque uerbis uoluere sniās.de Cl.193 a, Voluēdi sūt libri Catōis

Volvptarivs,a,um.amęnus.de Finib.56 b, Disciplina uoluptaria,delicata,mollis.)(.Grauis,cōtinēs,seuera.& de Or. 148 b,Volupteriæ disputationes Aristippum delectabāt.I. P.94 b,Sic suos sēsus uoluptarios omnes incitauit.I.P.88 b,Isti tui uoluptarij.At.104 a,Voluptariæ possessiones. de Fin.li.3.97 a,Quamq; Stoici cōmuni nomine corporis & animi ἡδονὰς appellant,ego malo Lætitiam appellare,qua si gestientis animi elationem uoluptariam.Tus.245 b,Ordiamur ab eo,quem mollem,quem uoluptarium dicimus. & 178 b,Epicurus homo uoluptarius.

Volvptas,tis.iucunditas,fructus iucunditatis,lætitia. de Fi. 65 b,Omnes enim iucundum motum,quo sensus hiarent, Græcè, ἡδονὴν latinè uoluptatem uocant.& ibi.a,Voluptatem hanc sentiunt esse omnes , quam sensus accipiens , iucunditate quadam perfunditur.& 56 b,Voluptas est , quæ suauitate aliqua naturā ipsam mouet,& cū iucūditate quadā percipitur sensib.& 66 b,& 67 a, In eo autem uoluptas omnium latinè loquentium more ponitur,cū percipitur ea quæ sensum aliquē mouеat iucunditas.& 80 b, Voluptas ē iucundus motus in sensu.de Fin.66b,Verbo uoluptatis oēs qui ubiq; sunt,qui latinè sciunt,duas res subijciunt:lætitiā in animo,cōmotionē suauē iucūditatis in corpore. de Fi. 56 b,Omne id quo gaudemus,uoluptas est.ut omne quo offendimur,dolor. Par.217b,Voluptas boni naturā fallaciter imitando adulterat.de Se.85 a,In uoluptatis regno uirtus non pōt consistere.de L.162 a,Voluptate capimur omnes quæ etsi est illecebra turpitudinis,tamen habet quiddā naturalis boni:lenitatis est.n.& suauitatis & 165 b,Quæ penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni uoluptas,malorum aūt mater omniū.de Or.152 a. Omnibus in rebus uoluptatibus maximis fastidiū finitimum est Off. 76 a,Omnis uoluptas honestati est contraria.Tus.232 a, Xerxes præmiū proposuit,qui inuenisset nouā uoluptatē. Off. 33 a,Nec me angorib.dedi.nec rursum īdignis homine docto uoluptatibus.pro Mu.142 a,Tu gubernacula reip. petas fouendis hominū sensibus & deliniēdis animis,& adhibendis uoluptatibus.Ep.63 b, Ex literis tuis cepi incredibilē uoluptatē.& 31 b,Capere magnā & perpetuā uoluptatē ex aliqua re.pro Pl.259 a,Capiebā animo nō mediocrē uoluptatē,quod,&c.Cl.177 b,Itaq; cepi uoluptatē,tā ornatū uirū fuisse in nostra rep.de Or.101 a, Percipietis enī ex cognitione iuris illā lætitiā & uoluptatē, quod, &c. de Fi.66 a,Est ne quæso sitiēti in bibēdo uoluptas?de Cl. 181 a,Dulci oratione,& quasi uoluptate quadā perfundi.Post. 198 a,Incredibili,qua nūc fruor, lętitię uoluptate caruisse de Fi.53 b,Percipere uoluptatē corporis ex aliqua re.Ac. 6 b,Dolere.)(.In uoluptate esse.de Fi.56 b,Esse in magno dolore,uel uoluptate.Ep.22 b,Ego uoluptatē habui nimiā de Fi.54 a,Recta & honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiā.i.uoluptatē.At.39 b,Ea res mihi summæ uoluptati fuit.Off.21 b,Sed si quis est paulò erectior,quamuis uoluptate capiatur, occultat & dissimulat appetitu uoluptatis propter uerecundiam:ex quo intelligitur,corporis uoluptatem non satis esse dignam hominis præstantia.Off.40 b, Voluptates blandissimæ dominæ sæpe maiores partes animi à uirtute detorquent. Omne autem id quo gaudemus, uoluptas est:ut omne quo offendimur,dolor.de Fi.lib.1.In eo autem uoluptas omnium Latinè loquētium more ponitur,cum percipitur ea,quæ sensum aliquem mouеat,iucunditas.de Finib.li.2.Aliud uoluptas,effusum,lene,tenerum, hilaratum,ac remissum.3.de Or. Voluptas amatoria.Tu.q. lib.4.Voluptas duplex. Non enim hanc solam sequimur, quæ suauitate aliqua naturam ipsam mouеt,& cum iucūditate quadam percipitur sensibus:sed maximam illam uolu-

ptatem,habemus, quæ percipitur omni dolore detra&o.li. 1.de Fin. Voluptas per se expetenda Epicuro.de Fin.lib.1. Voluptas bonorum finis,secundum Cyrenaicos & Epicurum.Acad.q.ed.1.li.2.Voluptas gestiens, est præter modũ elata lætitia,opinione præsentis magni alicuius boni.Tuſ. q.lib.3.Humanissima uoluptas.Acad.q.edit.1.lib.2.Voluptas rationi inimica,impedit consilium ac mentis perstringit oculos,nec habet ullum cum uirtute commerciũ. Cat. 38.Voluptas insatiabilis è cognoscendis rebus. de Fin.lib. 4.Voluptas liquida & libera.de Fi.1.Voluptas quò maior est,eò magis mentem à sua sede & statu dimouet. Para.Voluptas mouens:contrarium,stans.de Fi.lib.2.Doloris omnis priuatio,rectè nominata est uoluptas. 1. de Fin. Libero tempore,cum soluta est nobis eligendi optio,quumque nihil impedit,quò minus id quod maximè placet, facere possimus,omnis uoluptas assumẽda est,omnis dolor depellendus.1.de Fin. Omnis uoluptas honestati contraria est. Off.lib.3.Voluptas ut decoris labes opprimenda.1.de Le. Voluptas uaria dici solet,cum percipitur ex multis dissimilibus rebus, dissimiliter efficientibus uoluptates.de Fi.lib. 2.8.Voluptas procreandi.de Fin. lib. 2. Voluptatis illecebris delinitus,uirtuti nuncium remisisti.1.5.Fam.Voluptatis nomen inuidiosum,& infamiæ subiectum.de Fin.lib.2. In omni re doloris amotio successionem effici uoluptatis. 1.de Fi.Voluptati subiecta sunt,maleuolentia lærans malo alieno,delectatio,iactatio,& similia.Tuſ.q.li.4. Nemo ipsam uoluptatẽ,quia uoluptas sit,aspernatur,aut odit,aut fugit:sed quia consequuntur magni dolores eos, qui ratione ualuptatem sequi nesciũt.1.de Fi.Ad uoluptatem omni impetu ferri.Of.1.Aristippi est,ad uoluptatẽ & dolorẽ quesu giamus,quæq; sequamur,referri omnia.lib.1.de Fi.Ad uoluptatẽ loqui,quod Græci πρὸς χαρὰν λαλεῖν.Leſ.Quod ipsa natura,ait ait Epicurus,adscisceat & reprobet,id est uoluptatem& dolorem.lib.1.de Fi.Diuinè enim Plato escã malorum uoluptatem appellat,quòd ea uidelicet homines capiãtur ut hamo Pisces.de Sẽ.86 a, Omne animal simulatq; natum sit, uoluptatem appetere , eaque gaudere ut summo bono.lib,1.de Fin.Voluptatem & honestatem finis esse Callipho censuit.Acad.q.ed.1.lib.2. Voluptatem seueriſsimè contẽnere.Off.1.101.Voluptatem cum honestate Dinomachus & Callipho copulauit.Tuſc.q. lib.5. Voluptatem,dolore detracto,non crescere ait Epicurus. Tuſc.q.li. 3.Voluptatem definiũt Stoici sublationẽ sine ratione,opinantis se magno bono frui.de Fin.li.2.Nullam capitaliorem pestem,quàm uoluptatem corporis hominibus dicebat à natura datam,cuius uoluptatis auidæ libidines temerè & effrænate ad potiundum incitarentur.de Senect.85 a, Voluptatem cum summum bonũ diceret.li. 1.de Fi.Voluptatem propter nos,non propter eam,nosmetipsos diligimus.de Fi.li.5.Voluptatem etiam & per se expetendam esse,&dolorem ipsum per se esse fugiendum.lib.1.de Fi.Voluptatem ipsam per se,quia uoluptas sit, semper optandã expetendamq; putet Epicurius Tuſ.q.libr.5.Voluptatem unam uirtus minimi facit.de Fi.li. 2. Omnis enim expectatio eius qui audit,& admiratio;& improuisi exitus,habent aliquam in audiendo uoluptatem.Parti.Non placuit Epicuro medium esse quiddam inter dolorem & uoluptatẽ.1. de Finib.Percipere uoluptatem corporis ex aliqua re.1.de Fin.Vt labore & dolore magnam aliquã quærat uoluptatem.lib.1.de Fin. Voluptatem immanissimus quisq; acerrimè sequitur.Par. Tum intelliges, qui uoluptatem maximè sequantur,eos minimè consequi.Tuſc.q.lib. 5. Qui uoluptatem cum honestate coniunctam summum bonum statuunt,ij inuidiosum nomen uoluptatis fugiunt,sed in uicinitate uersantur.Acad.q.ed.1.lib.2. Summam uoluptatem, inquit Epicurus,non dolere.Tuſc.q.lib.3.Omni priuationedoloris putat Epicurus terminari summam uoluptatẽ, uc postea uariari uoluptas distinguiq; posit,augeri amplificarique non posit.1.de Finib. Nullam animi uoluptatẽ uidistis,nisi profectam à corpore,& redeuntem ad corpus. de Natur.1.Recta & honesta quæ sint,ea facere ipsa per se lætitiam,id est uoluptatem.lib.1.de Finibus Voluptate & molestia mixtus amor. de Vniuerſ. Voluptate completi. Academ.q.edit.1.lib. 2. Voluptate dominante , maximas uirtutes iacere necesse est. de Fin. lib. 2. Voluptate nimia gestire.Off.1.Voluptate , quasi mercede aliqua , ad officium impelli. Academ.quæst.edit.1.lib.2.His rebus instructus,semper est in uoluptate.1.de Fin.Dolere,& in uoluptate esse,contraria.Academ.quæst.ed.1.lib.2.Quis autem uel eum iure reprehenderit,qui in ea uoluptate uelit esse,qua nihil molestię consequatur,uel illum qui dolorem fugiat,quo uoluptas nulla pariatur?1 de Fin.Quisquis sentit quemadmodum sit affectus,eum necesse est aut in uoluptate esse,aut in dolore.1.de Fin.Voluptate sua omnia metinutur Epicurei.7.Fam. Voluptates & dolores animi nascuntur e corporis uoluptatibus& doloribus. de Fi.1.9.Voluptates beluarum sunt. Læl.Delicate uoluptates Epicureorum.de Nat.d.1.Voluptates languidæ.Tuſc.q. lib. 5. Voluptates libidinosæ.de Fin.1. Voluptates obscœnæ.de Fi. lib.1.& Tuſc.lib.5.Voluptates quæ auditu,& cantibus percipiuntur. Tuſ.q.li.3.Voluptates quę ex formis percipiuntur oculis.Tuſc.quæst.lib.3.Temporibus quibusdam , aut officijs debitis, aut rerum necesitatibus sæpe euenit,ut & uoluptates repudiandæ sint & molestiæ non recusandæ. 1. de Fi.Voluptates sensum mouentes.Acad .q.ed. 2. libr.1. Eos & accusamus,& iusto odio dignissimos ducimus, qui blanditijs præsentium uoluptatem deliniti atq; currupti, quos dolores,quas molestias excepturi sint, occæcati cupiditate non præuident;similiq; sunt in culpa qui officia deserunt mollitia animi,id est laborum & dolorum fuga.1, de Fi.Omninoq; hoc genus uoluptatũ(obscenarum) oprabile esse si non obsit,prodesse nũquam(tradũt Epicurei).Tuſ. quæst.lib.5.Aoluptatum præteritarum memoria,& spe cõsequentium sapientis uitam refertum putat Epicurus, Tuſc.q.lib.3.Detrahens eas uoluptates , quæ sæpe re percipiuntur.Tuſc.q.lib.3. Voluptates obscœnas, faciles,cõmunes, in medio sitas esse dicunt Epicurei. Tuſc.q. lib.5. Voluptates obscenas si natura requirat,non genere, aut loco,aut ordine:sed forma , ætate , figura metiendas putant Epicurei.Tuſc.il.q.lib.5.Vt non modo nullam captet , sed etiam prætereat omnes uoluptates.li.1.de Fin.A uoluptatibus obscœnis abstinere minime esse difficile asserũt Epicurei,si aut ualetudo,aut officium,aut fama postulet. Tuſc. q.lib,5.A uoluptatibus deseri.4.ad At.Voluptates , quasi titillatio (Epicuri enim hoc uerbum est)sensibus adhibetur. de N.d.1.Vt turpes sunt qui efferunt se lęticia,tum cum uenereis uoluptatibus fruuntur : sic flagitiosi,qui eas inflammato animo concupiscunt.Tuſc.q.lib.4. Qui ita frui uoluptatibus uolunt,ut nulli propter eas dolores consequãtur & qui sum iudicium retinent,ne uoluptate uicti faciant id quod sentiunt,non esse faciendum,hi uoluptatem maximã adipiscuntur præter mittenda uoluptate, 1.de Fin.& de N. d.1.Priuauisse se etiam uidetur multis uoluptatibus.lib.1. de Fin.A sapiente tenetur delectus,ut aut reiciendis uoluptatibus maiores alias consequatur,aut perferendis doloribus asperiores repellat.1.de Fin.

Volvtabvndvs.de rep.lib.2.apud Nonium.Cupido autem & expetenti,& libidinoso,& uolutabundo in uoluptatib. eius.

Volvtatio.onis.I.P.97 a,b.Scelera tua non uestigijs odorãtes ingressus tuos,sed totis uolutationibus corporis & cubilibus persecuti sumus.

Volvto,as.de Som.131 a,Eorum animi corporibus elapsi, circum terram uolutẽtur.In Sal.272 a,b, Itaq; nihil aliud studet,nisi ut lutulentus sus, cum quouis uolutari. ad Her. 31 b,Cum pueri tibi ad pedes uolutarentur.de Aru.257b, Quis unquam tam libere est cum scortis , quàm hic cũ sororib.uolutatus ? de Aru. 253 b, Clodius in domesticis est germanitatis stupris uolutatus.& ad Her. 28 a,Non in omni dedecore uolutatus es?pro Sest.28 a,& ad Her.31 a.Frater uolutatus est ad pedes inimicorum.Ep.127 b,Volutari in omni genere scelerum.& I.V.212 a,Volutari in luto. Qu.Fr.314 b,Ad Platonem & Aristotelem redeo,in quibus te uideo uolutatum.de Or.146 a,& Att. 74 b, in uetteribus scriptis studiose & multum uolutatus.de Orat.97.b, Peruolutare libros.

Vomer,ris.ferrum in extremo aratro.I.A.179 b,Vt aratrum circunduceres,cuius quidem uomere portam Capuæ penè perstrinxisti,

Vomica, cæ.ulcus.de Natur. 74 a, Nec prodesse uoluit phereo Iasoni,is qui uomicam eius aperuit,quam medici non sanare potuerant.

Vomitio,onis.de Natur.deorum 51 a,Vomitione canes aluos curare.

Vomo,mis,eijcio.pro Deiot.147 b,Cũ te uomere post cœnã uelle dixisses.de Fin.78 b,Afoti,in mensam uomant.In.P. 84 a, Cõuiuiũ in quo nemo pôt dicere utrũ iste plus biberit,an uomuerit,an effuderit.Ep.236 b,χολὴν ἄκρατον noctu eieci.I.A.172b,Cui ructare turpe est.is uomẽs fructis esculentis uinum redolentibus,totũ uomebat impleuit.I.A.2 Ab hora tertia bibebatur,ludebatur,uomebatur .

Vorago,nis.gurges,charybdis.de Diuin.95 b,Summersus equus uoraginibus nõ extitit. I.P.88 a,Vos geminę uoragines scopuliq; reipub.pro Sest.25 a,Gurges &uorago patri monij.I.Ver.152 a,Immensa aliqua uorago aut gurges uitiorum.de Or.157b,Charybdim bonorũ,uoraginẽ potius dixerim.In Sal.274 b,Ea pars quo tanquam in unam uoraginem cœtus omnium uitiorum excesserat.I.A.232 b,Habet secum l.Fratrem , quem gurgitem ? quam uoraginem ? quid eum non sorbere,quid non haurire cogitatione,cuius sanguinem non bibere censetis?

Vorax,cis.gurges,helluo,ganeo.I. A.173 a, Quæ charybdis tam uorax,tot res tam citò absorbere potuisset ?

Vox,acis.de Natur. 50 a, Animalia alia sugunt,alia uorant, alia mandunt. Attic. 60 b, Nos hic uoramus literas cum Dionysio.

Votivvs,a,um.quod uoto sit,uel suscipitur.I.Ver.act.2.Ludi uotiui.& Ar.56 a,Votiua legatio.& 237 a.

Votum,ti.uoti ꝓfio,qua obligamur deo.Ar.201 b, Ego me maiore religione,quàm quisquã fuit ullius uoti, obstrictũ puto.pro Mil.109b,Vos & omnes boni uota faciebatis,ut Milonj uti uirtute sua liberet.pro Cl.58 b,Nocturna illius sacrificia,scelerataq; preces,& nefaria uota cognoscimus. I.C.108 b,Facere uota cõtra rẽp.uel contra aliquẽ. de Ar. 150 a,Nostri imperatores maximis & periculosissimis bellis huic deæ uota fecerunt.eaq; in ipso Pessimunte ad illã ipsam principẽ arã persoluerunt.I.V.228 b,Verres,qui Veneri ac Cupidini uota deberet,is Mineruæ templũ spoliare conatus est.Ar.190 b,Sed iam quasi uoto quodã & promisso me teneri puto.de N.70 a,Ijdem etiam uota suscipi dicitis oportere,nempe singuli uouent.de Nat.78 a,Nõne animaduertis ex tot tabellis pictis,quàm multi uotis uim tempestatis effugerunt.de Natu.9 a,Deus nihil sentiens, nunquam nobis occurrit,neq; in precibus,neq; in optatis,neq; in uotis.pro Pl.280 a,Eorum preces & uota de meo reditu auditui.I.V.242 b,Nuncupare uota pro imperio,&c.Ep.85 b,Nemo est quin uota uictoriæ suæ fecerit.Ep.96 b, Quotidie uota facimus,ne intercaletur.& Tuſc. 218 b, Vereor ne non tam uirtutis fiducia nitendum nobis ad spem beate uiuendi,quàm uota faciẽda uideantur.Ar.134 a,De aliquo ægro uota facere.de l.178 a,Voti sponsio , qua obligamur deo.Attic.243 a,Vota diis soluere.de l.174 a, Sanctè uota reddũto.I.V.265 a,Nocturna uota cupiditatum.i.quæ fiũt pro cupiditatibus.Ep.236 b,Cui quidem tu adeo pie & casté satisfacias : id est , Apollini & Aesculapio.In.A.195 b, Antonius ea uota,quæ nunquã soluere,nuncupauit.& 211 a,Iæquum putauit,uitam quam populi Romani uotis retinuisset,pro libertate populi Rõ.in discrimen adducere. I.A.227 b,Quorum uotis iudicauit se à morte reuocatum, pro Mil.116 a,Vota enim feceratis, ut in eos se potius mitteret,quàm in uestras possessiones.

Voveo,ues.uota suscipio,uota facio,uota nuncupo.de D.87 a,Qui cum sues pasceret,una ex his amissa uouisse dicitur, si recuperasset,unam se deo daturum.de Natu. 68 a,Tẽpla Nympharum publicè uota & dedicata.de Cla.171 a,Ludi quos Salinator Senensi prælio uouerat.In Ver.228 b,Marcellus duo templa dedicaturum se Romæ uouerat.Att.25 b,Quid optamus à dijs immortalib? quid uouemus?de N. 77 b,Neq; Herculi quisquã decumam uouit unquam,si sapiens factꝰ eẽt.de Fi.140 a,Nostri imperatores ꝓ salute patriæ suæ capita uouerũt.de In.74 a,Nautæ uouerũt se Diana uitulum immolaturos.

Vox,uocis,sonus,uerbum.de Or.202 a,Mira est quædam natura uocis,cuius quidem è tribus omnino sonis,inflexo,acuto & graui,tãta sit & tã suauis uarietas pfecta in cãtib. & ibid.Cõtenta uoce atrociter dicere,&summissa leniter, & inclinata grauiter,& inflexa miserabiliter.& ib.Orator omnis sonorum,tum intendens tum remittens, persequitur gradus.& ib.Vox dulcis & clara. & de Cl.186 a, Vox suauis & canora.de N.55 b,Vocis genera permulta, canorum,fusum,lene,asperum,graue,acutũ,flexibile,durũ. Itẽ Voces ut chordæ sunt intentæ,quæ ad quenq; tactũ respondeant:acuta,grauis,cita,tarda,magna,parua,mediocris,leuis,aspera,contracta,diffusa,continenti spiritu, intermisso, fracta,scissa,flexo sono,attenuata,inflata.Or.199 a, Inclina ta atque ululanti uoce more Asiatico canere.de Cl. 192 a, Subsellia grandiorem & pleniorem uocem desiderant. de Orat.96 a,Neminem uoce pleniorem, aut suauiorem mihi uideor audisse.de Orat.1262 Vox ad miserabilem sonum inflexa.de Or.146 b,Mollis uox ut muliebris aut quasi extra modum absona,arq; absurda.& ibi. Rustica uox atq; agrestis.de Cl.177 a, Vox permanens,uerum subrauca naturã.de Or.108 a,Vocis contentio.) Vocis remissio.de Or. 107 a,Græci quotidie antequam pronuncient,uocem sensim cubantes excitant,eandemq; cum egerunt, sedentes ab acutissimo sono usque ad grauissimum sonum recipiũt, & quasi quodam modo colligunt.& ibid.Vox quæ una maxime eloquentiam uel commendat,uel sustinet. de Ora. 164 b,Cursus uocis per omnes sonos.& Orat.202 a,Vocis flexiones.de Ora.94 b , Quidam lingua hæsitantes , & uoce absoni.& ibid.Linguæ solutio,uocis sonus.& Tuſc. 251 a, Inanis uocis sonus.Off.27 a,Sed cum orationis indicẽ uocem habeamus,in uoce autem duo sequamur,ut clara sit,ut suauis,utrunque omnino à natura petendum est:uerum alterum exercitatio augebit,alterum imitatio presse loquentium & leniter.& ibidem:Sine contentione uox, nec languens,nec canora.Orat.210 b,Verbaq; sint quã suauissimis uocibus.de D. 110 a , Surdus uarietates uocum aut modos noscere non potest.Ac.42 b, In lingua etiam explanata uocum impresio.de Fin.65 a,Nõ intelligere quid sonet hęc uox uoluptatis.i.quæ res ei subijciatur.I. V. 270 Hæc uox, ciuis Romanus sum.Orator.212. Verbum uox,sonus. Att. 29 b, ζώσης φωνῆς μείζω ἐνέργειαν ἔχει. Orat. 212 b, Rerum uerborumq; iudicium prudentiæ est , uocum & numerorũ aures sunt iudices.pro Plã.266 a, Quæ enim unquam fuit Plancio uox contumeliæ potius quam doloris.de Sen. 80 a,Cum legem Voconiã magna uoce & bonis lateribus sua fissem.de Orat.89 a,Qui omnes una uoce repẽllebant,&c. Q.F.298.a,b,Theatrum ita resonans, ut usq; Romã uoces referantur.pro Sest.12 a,Vocem pro me ac pro rep. nemo misit.pro Cæl.49 a,An aliquam uocem putatis ipsam causam pro se & ueritatem posse mittere ? pro Cl. 36 a, Hodie primum ueritas uocem contra inuidiam misit. pro Fl. 147 a,Vox de quæstura nulla missa est. pro Fl. 147 b, Quæ est unquam iacta non suspicio,quæ, &c.sed iracundiæ uox aut doloris ? pro Mur. 136 a , Voces quas habuit, &c. Orat. 202 a, Actio est quasi corporis quædam eloquentia, cum constet è uoce atque motu,& ibid. Vocis mutationes totidem sunt,quot animorum, qui maximè uoce commouentur.

Vpis.uel ut Macrobius uult,Opis, Dianæ tertiæ nomen. fic eã Græci pater o nomine(pater enim eius Vpis traditur) appellant.de N.71 a.

Vrania,niæ.de D.83 b,Vrania Musa.

Vrbane.de Finib.57 a,Facete & urbanè aliquem irridere. Qu.Fr.lib.2.Contumaciter urbaneq; uexatus.

Vrbanitas,tis sal.de N. 41 a, Vir nostrum hominum urbanitate limatus.de Orato.98 a,Libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos. Attic. 100 b, αὐτόξυθον in homine urbanitas. Quin. Fra. 312 si, ut aliquando subtilitatem ueteris urbanitas & humanissimi sermonis attingerem. pro Cæl. 38 b, Maledictio autem si petulantius iactatur,conuicium;si facetius , urbanitas nominatur. Epist. 99 a, Tu modò desideria urbis & urbanitatis depone,Epistol.libro 3. urbanitas est uirtus, ut Stoici rectissimè putant. de Clar. Orator. urbanitatis color, externis oratoribus defuit. Epistо. lib.7.urbanitatis possessionem defendere.Qu.Fr.lib.2.Subtilitas ueteris urbanitatis & humanissimi sermonis.Epistо. lib. 7. uides enim exaruisse iam ueterem urbanitatem. de Fin. lib. 2. In hominum

minum facetorũm urbanitatem incurrere.

Vrbanvs, a, um, non murbanus, facetus. pro Do. 231 a, Et homo facetus indacis etiam sermone urbanum & uenustum I.V. 79 a, Homo lautus & urbanus. Ep. 37 a, Hominem nõ solum sapientem, uerum etiam (ut nunc loquimur) urbanũ. Famil. lib. 9. Vrbani sales.

Vrbanvs. qui in urbe habitat. Ep. 183 a, Manabat enim illud malum urbanum, & ita corroborabatur, ut ego ocio diffiderẽ urbano. de Fin. 80 b, Vrbanus.)(. Rusticus de Ar. 257 a, Quos nõ solũ alieni, sed etiã sui uicini, tribules, urbani, rustici repulerũt. ad Herẽ. lib. 2. Vrbanus prætor. Qu. F. lib. 1. Vrbana uel prouincialis administratio. Pro Plan. Vrbanũ artificiũ simulationis. de Or. libro 1. Vrbanæ tribus. Ep. lib. 2. Vrbanarũ rerum perturbatio. Att. lib. 9. Vrbana officia.

Vrbinas, urbinatis. I. A. 243 a.

Vrbs, bis. terra, tecta & templa urbis. cont. Rul. 74 a, Vrbs & natura & situ, & descriptione ædificiorũ, & puchritudine in primis nobilis. & 81 a. Capua urbs amplissima atq; ornatissima. Ac. 34 b, Aristoteles non dubitasset quin & prætor ille esset & Roma urbs, & eã ciuitas incoleret. & ibid. Nec hęc urbs, nec in ea ciuitas. I. C. 110 a, Vrbs pulcherrima, florentissima, potentissimaq;. & In A. 154 a, Vrbs mihi cõiunctissima. pro Sest. 22 b, Domicilia coniunctã, quas urbes dicimus, mœnib. sepserunt. de D. 216 a, Vrbem philosophiæ (mihi crede) prodidis, dum castella defendis. Ac. 209 b, & 216 a, De urbe augenda, quid promulgatum sit non intelligo. pro Fon. 276 b, Vrbs Massilia. & I. C. 109 b, Vrbs colonarum ac municipiorum.

Vrbo, nis morbus ilis pes adurens. de Natur. 77 a, Nec si urebo aut grando quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit.

Vrgeo, es. ursi, incumbo in aliquo, premo, impello. contra Rul. 63 a, Neuter hanc alia urbe premere atque urgere positis. pro Fl. 150 a, Qui nullo impellente fallebant, eos vrgẽte Lælio religiosos fuisse putamus? pro Pl. 269 a, Etiã atq; etiam insto, urgeo, insector. de Fat. 143 b, Qui mortifero morbo urgetur. de Se. 77 a, Onus aut iã urgentis, aut certè aduentantis senectutis. de Orat. 110 a, Sin tibi id minus libebit, non te urgebo. pro Plan. 260 a, Quærit enim Laterensis, atq; hoc uno maximè urget, qua uirtute, &c, de Som. 129 a, In quo qui insistunt, aduersa nobis urgent uestigia. Qu. Fr. 308 a, Vrgere illi, ut loco nos moueruntur. Q. F. 328 a, Illũ neq; ursi neq; leuaui, & Ep. 164 b, Lepidus ursit me. de Or. 108 a, In uno aliquo opere noctes & dies urgeri. de Or. 88 b, Vrgerent philosophi. &c. instarct academia, &c. Ar. 215 b, Vrge, insta, perfice. Or. 209 b, Interrogando urgere. pro Fon. 283 a, Galli instant atque urgent summo cum studio. de N. 20 b, Vt eundem locum diutius urgeam. de D. 117 b, Sed urges me meis uersibus, Ar. 60 b, Vrgere aliquẽ. de Fin. 123 b, Vrgent tamen, & nihil remittunt. Ac. 31 b, Vrgebor iam omnium uestrum conuicio. Tus. 123 a, Malis omnib. urgeri. Ep. 99 b, Quin tu urges occasionẽ istam. & 115 a, & 253 a. Sed non urgeo. de Fin. 143 b, Non pugnem, &c. illud urgeam, &c. Ep. 134 b. Romæ cũ sum & urgeo forum, senatusconsulta scribuntur, &c. Att. 92 a, Sed lucet, urget, turba festinat Philogenes. & 905 a, Solicitudine ꝓuinciæ tum uel maximè urgebamur. Offic. 43 b, Subuenire alicui qui qui potentis alicuius opibus circumueniri urgeriq; uideatur. Off. 60 a, Vrgent rustici sanè, negant enim posse, & in eo persistant. Off. 65 a, Ius Crassus urgebat, æquitatem Antonius. pro Mil. 112 b, Sed quæstiones urgent Milonem, &c.

Vrina, næ. humor, qui ex renibus in uesicam profunditur. de Fat. 141 a, Vt in urina, ut in unguibus.

Vrinari sub aqua natare liberè, & emergere cum uelis. Acad. Nonius.

Vrios Iupiter id est, imperator. In V. 250 a.

Vrna, næ. hydria. de D. 122 b, Simia urnam euertit, sordes dissipauit. Qu. Fr. 311 b, Senatorum urna cupiose absoluit, æquitum adæquauit, Tribuni ærarij condemnarunt. In Vat. 36 a, Quæstiorem uide tribunali deturbare, urnas delere, subsellia dissipare. I. V. act. 4. Eduxitex urna tres nimirum iudices, qui sorte iudicarent.

Vrnvla, læ. Par. 117 b. Vrnula fictilis.

Vro, ris, aduro, comburo. pro Dom. 232 b, Duritia corporis, quod cum uritur non sentit. & Offic. 17 a, Sed ut ad urendum & secandum medici ueniunt, sic, &c. Tuscul. 242 b, Si uratur, torqueatur, secetur. Tusc. 183 b, Pernoctant uenatores in niue, in montibus uri se patiũtur. Q. Fr. 314 a, Frigus impendebat maximum, quo periculum erat ne Appio suæ ædes urerentur. Tus. 191 b, In corpore si quid eiusmodi est, quòd reliquo corpori noceat, uri, & secari patimur. de L. 181 b, Mortuum in urbe ne sepelito, neue urito.

Vsitatvs, populariter, uulgariter. de Finib. 122 b, Vsitatè loqui. bis.

Vsitatvs, a, um. peruulgatus, solennis. I. V. 110 b, Si humano modo, si usitato more peccasset. I. A. 260 a, Vsitatus & perpuulgat' honos. & de Or. 98 b, Vetus atq; usitata exceptio. & Ep. 56 b, Genus literarum usitatum. Ac. 44 a, Verbum usitatum ac tritum. pro Cec. 293 b, Hoc iam uetus est, & maiorum exemplum multis in rebus usitatum. Art. 284 b, Nõ solum enim usitatum, sed etiã quotidianũ est, audire, &c. Res usitata paucis. I. Inusitatus. de Fi. 90 b, Nisi uocabulis uteretur nobis incognitis, usitatis sibi, de N. 69 a, Sed illud nomen ueterum literis usitatius.

Vspiam, alicubi.)(. Nusquam. de Am. 112 b, Si aliquis nos deus in solitudine uspiam collocaret & I. P. 88 b, Vt tu uspiam saxis fixus asperis, &c. de Fi. 146 a, Si auenam uspiam uideris. de In. 80 b, Quod uspiam est.)(. Quod nusquam est. de I. 164 b, Siue est illa lex scripta uspiam, siue nusquam. Attic. 109 b, Inde utrum consistere uspiam uelit, an mare transire, nescitur. & 276 a, Si ubi consistat uspiam, Dolobella habet.

Vsqvam. uspiam. Att. 115 a, Nullus usquam delectus noster, dux usquam est. & 285 b, Neque usquam exul esse possum, dum. &c. pro Mur. 130 b, Prudentia quę neque extra Rom. usquã, neq; Ro. quicquã ualet. pro Fl. 156 b, Is cui nullus usquã consistendi locus. de D. 137 b, Nec mihi magis usquã uidear, quã cum in curia senatum uideo, somniare. Offi. 33 a, Nec est usquam consilio aut autoritati locus.

Vsqve. asfidus, ad usq; ad, iam, iam inde, iam usque. Epist. 196 a, Mihi quidem usq; curæ erit quid agis, dum quicquid egeris sciero. & de Clar. 172 a, Vsque illum domi fuisse. In. V. 225 b, Sacerdotes usque Ennam profecti sunt. & Att. 250 b, Quintus usque Puteolos uenit. I. V. 246 b, Erant acceptæ pecuniæ à C. Verrutio, sic tamen ut usque alterum, r, literę constarent integræ. Q. Fr. 291 a, Theatrum ita resonãs, ut usq; Romã uoces referantur. Ar. 77 a, Appius protectus est Thallum usque Laodiceam. pro Fl. 155 b, Hanc legationem non accepit e suis ciuib, sed usque Thymolo petiit. pro Qu. 2 a, Trans alpes usq; transferri. In. P. 90 b, A Brũdusio usq; Romã uidi, &c. de N. 19 b, Vsque à Thalete enumerasti sententias philosophorũ. Ac. 107 a, Accusatio Pöpei usque à toga pura & ibi. Ab hora octaua ad uesperum. pro Sest. 25 a, Tantus ex omnib. spectaculis usque à Capitolio plausus excitatus est. In V. 33 a, Quod augures omnes usq; a Romulo decreuerunt, & pro Cæl. 44 b, Bona paterna & auita, & usque a nobis repetita, &c. pro Cl. 58 a, Aliquem usq; à mari supero Rom. proficisci. Ora. 216 b, Iã à principio uidendum est, &c. In Ar. & Top. 224 a, Vsq; à prora. Vsque à cap. arcessere. de In. 62 b, & de Or. 92 b, Vsque ab principe illo atq; inuentore Tysia. I. V. 94 a, Vsque ab Dianio, quod in Hispania est. de D. 80 a, Vetus opinio est iam usque ab heroicis ducta temporibus uersari, &c. & de Cl. 169 a, Ab ultimo principio huius præceptionis usque ad hoc tempus. pro Ar. 185 b, Inde usque repetẽs, &c. id est, à pueritia. Att. 9 a, Clamores usque isthinc exauditos puto. de Se. 91 b, Nec sapienti usque plaudite uiuendũ. I. V. 69 a, b, Vsque ad eum finem, dum iudices reiecti sunt. de Orat. 113 a, Ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mutium pontificem. de Ora. 79 b, Ad eum finem id est, usque ad eum finem. de N. 53 a, Aspera arteria ad pulmones usque pertinet. I. A. 162 a, Ex Cal. Ian. ad hanc horam uigilaui.

Vsqve adeo. pro adeò, & usque dum pro donec, uel tantisper dum, &c. de In. 81 b, Postea tempestas ipsos quoque iactare cepit, usque adeo, ut dominus nauis in scapham confugerit. Octa. 329 b, Quis huic urbi usque adeo est inimicus, ut ista dissimulare possit? pro Sest. 11 a, Vsque adeo, &c. quoad, &c, ad Heren. 7 b, Vsque adeo præmeditatum fuisse, ut, &c. In V. 78 b, & Att. 248 b, Duces prædonum domi tuæ, usque dum per me tibi licuit, tenuisti. pro Qu. 12 a, Res tacuit usque dum inueniretur, &c. Ep. 147 a, Vsque mihi temperaui, dum, &c.

Vsqve eo. pro adeò, uel usque ad eum finem. Or. 206 a, Vsq; eo morosi sumus, ut nobis non satis faciat ipse Demosthenes. In V. 127 b, Neque se usq; eo esse stultum, ut, &c. pro S. R. 22 a, Quod Amerinis usq; eo uisum est in dignum, ut fletus gemitusq; tota urbe fieret. pro S. R. 28 a, Vsque eo animaduerti iudices eum iocari, antequam Chrysogonum nominaui. pro Qu. 6 b, Næuius usq; eo feruet auaritia, ut, &c. pro Qu. 55 a, Inferiorem se esse patitur, duntaxat usq; eo ne inimicorum crudelitati dedatur. pro Qu. 17 b, Ista superiora esse sentit, non usq; eo tamen, ut, &c. pro Ar. 190 b, Qui præsertim usque eo cuperet, ut, &c. pro Sest. 24 b, Vsq; eo non fuit popularis, ut patrimonium solus comesset. pro Qu. R. 45 b, Vsq; eo ne te diligis? Tus. 196 a, Vsq; eo regno carere non poterat. Acad. 6 b, & In V. 79 b, Multa facimus usq; eo dum aspectus fidem faciat sui iudicij. Epist. 112 a, & 113 a, & 114 a, Vsq; eo ut ego misererer eius esuriei. Epist. 116 b, Totum Sempronii usq; eo perago, ut Nestorium quoq; interponam. In V. 164 b, & contra Rul. 89 b, Vsq; eo quoad, &c. Top. 223 a, Vsq; eo persequi, dũ proprium efficiatur. pro Deiot. 145 b, Quæ cum ita essent, tamen usque eo se tenuit, quo ad à Cn. Pompeio ad eum legati uenerunt.

Vsqvaqve. ubiq; omnino. I. A. 181 b, Aut undiq; religionem tolle aut usquequaq; conserua. In V. 237 b, Nolite usquequaque quidem quærere. de In. 70 a, Ne aut nusquam aut usquequaq;. Ep. 102 b, Vsquequaq; sapere oportet. & 124 b, Vsquequaque inquis, se Domitij male habentẽ de Fi. 146 a, Vsquequaq;.)(. Ex maxima parte. Att. 60 a, Hic quoque loquebatur, & opinor usquequaq;.

Vstvs, a, um. Ep. 210 a, I. Peruſtus.

Vsvcapio, pis. usu meum facio.)(. Vsu amitto. pro Fla, 162 a, At. 4 a, De tutela legitima in qua dicitur esse puella, nihil usucapi potest. & ibi. Hæreditas usucapta est. de L. 182 b, Lex bustum usucapi uetat. ad Here. 33 b, At usu tuum fecisse id est, fundum. de Ar. 251 a, Nihil mortales à dijs immortalibus usucapere possunt.

Vsvcapio, onis. ius est possidendi quæsitum continuatione temporis lege definiti. Top. 222 b, Si usucapionẽ definias. & de Orat. 99 a, Vsucapionum & tutelarum iura. de L. 167 b, Vsucapionem XII. tabulæ inter quinque pedes esse uoluerunt. pro Cec. 297 b, Vsucapio fundi, hoc est, finis solicitudinis ac periculi litium, non à patre relinquitur, sed à legibus.

Vsvra, ræ. usus, fœnus, fœnerationis fructus. contra Rul. 87 b, Paruam exigui temporis usuram bonæ de me opinionis postulo. In C. 103 a, Vnius usuram horæ alicui ad uiuendũ dare. Epist. 30 b, Vsuram longi temporis, qua caruimus intermissa nostra consuetudine, &c. farciam. Tus. 168 b, Natura dedit usuram uitæ tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. Tus. 164 b, Stoici usurã nobis largiuntur tanquã corniculis diu manturos aiunt animos, semper negant. pro R. P. 130 b, Vos obsecro, huic optimo uiro usurã hujus lucis ne eripiatis. & pro Syl. 184 a, Lucis ne hanc usurã eripere uis In V. 251 a, Cur piratis lucis usuram tam diuturnam dedistis de Sen. 87 b, Terra nunquam sine usura reddit quod accepit, sed alias minore, plerunque maiore cum fœnore. pro R. P. 128 b, An cum credebat inductus usuris id agebat, ut haberet quam plurimum? & In C. 108 a, Certare cum usuris fructibus prædiorum. I, V. 186 a, bis, Magistratum à publicanis pecuniã pro usuris auferre. Attic. 193 a, & 194 b, Pendere usuram ei, a quo emeris. Att. 148 b, Viri boni usuras perscribunt. Ep. 224 b, Des operam ut usuræ Cluuio conseruentur. Att. 85 a, Confecerant ut soluerent centesimis sexennij ductis cũ reuocatione singulorũ annorũ. Ac. 85 b, Consistere usura debuit, quæ erat in edicto meo. Atti. 194 b, Reliquæ pecuniæ usuram Silio pendemus. At. 84 b, 83 a, Pompeio soluuntur tricesimo quoq; mẽse talenta Attica XXXIII. nec id satis efficitur in usuram mẽstruam. & ibid. Fortè cauet usuræ Anatocismus. I. Anatocismus.

Vsvrpatio, onis. usus frequens, tractatio, mentio. de Cl. 187 b, Consolari se cum conscientia optimæ mentis, tum etiam usurpatione & renouatione doctrinæ. I. V. 270 a, Mentione, atq; usurpatione ciuitatis moram assequi. cõtra Rul. 72 a, Comitia uera.)(. Comitia adumbrata ad speciem, atque ad usurpationem uetustatis.

Vsvrpo, as. dico, utor, occupo. de Vn. 201 b, Iupiter, Iuno & reliqui, quos fratres inter se agnatosq; usurpare atq; appellare solem?. pro Mar. 131 b, Idq; libẽter crebris usurpare sermonibus soleo, omnes, &c. Par. 122 a, Præclare est hoc usurpatum à doctissimis, &c. dictum est igitur ab eruditissimis, &c. I. A. 167 a, Si quis usurpet illud Cæsianũ, Cui bono fuerit. post. 212 b, Qui desiderium mei nominis renouari, & rerum gestarum memoriam usurpari coegit. de Am. 101 b, Quis est qui non C. Fabricij cum charitate aliquã & beneuolentia memoriam usurpet. I. A. 153 a, Græcum etiã uersum usurpaui. Ar. 282 a, Atq; ut Solonis dictum usurpẽ qui, &c. Off. 41 a, C. Lælius, is qui sapiens usurpatur. Attic. 101 a, Itaq, usurpaui uetus illud Bruti, ut ferunt, Pr. &c. I. V. 269 a, Vsurpare nomen ciuitatis. de Fin. 89 b, In ea quã sæpe usurpas tãquillitate. Ep. 72 a, Consolationes, quæ sũt a multis usurpatæ. Tus. 135 a, Apud Platonem sæpe hæc oratio usurpata est, ut nihil præter uirtutem diceretur bonũ. Ep. 140 a, Mulier una usurpata, duplex cubile. de Am. 97 a, Nec enim ab isto officio, quod semper usurparam, cum uaderem, abduci debui. I. V. 246 a, Iura sua, quotannis usurpare ac semper retinere. I. V. 262 a, Aliquid ex bonis alicuius usurpare. contra Rul. 69 b, Paucas tribus ad usurpandã libertatem uocare. de Or. 149 b, Aut non eo nomine usurpãdum, quo arguatur. I. C. 119 b, Hoc genus pęnę in improbos ciues sæpe usurpatum est. I. A. 173 b, At quam crebro, usurpat & Consul. & Antonius. Par. 118 b, Nomen tantũ uirtutis usurpas, quid ipsa ualeat ignoras. pro Mil. 105 a, Appia quæ antea silebatur, nunc crebro usurpatur.

Vsvs, ſus exercitatio, tractatio, consuetudo, familiaritas. pro Cor. 64 a, Assiduus uni rei redit, ns, & ingeniũ & artẽ sæpe uincit. de Orat. 127 b, Docuit enim iam nos lõga uita, usuque rerum maximarũ, ut teneremus, &c. de Ora. 86 a, Vsus frequens, qui omnium magistrorum præcepta superat. & pro R. P. 124 a, Vsus est magister optimus. I. V. 62 a, Vsus exercitatioque forensis. & Or. 202 a, Epist. 194 b, Non longe obieris. Num ius ciuile uestrum ex libris cognosci potest? qui quanquam plurimi sunt, doctorem tamen usumq; desiderant. alij legunt unum, alij lomẽ: sed male: dixit enim, nullam artem literis fine interprete & fine aliqua exercitatione percipi posse. de Off. 12 b, Rei magnitudo usum quoque exercitationemque desiderat. Tractatio & usus uocis. de Orat. 94 a, Quę obseruata sunt in usu ac tractatione dicendi. de Orat. 93 b, Qui non Græci alicuius quotidianã loquacitatem sine usu, neque ex scholis cantilenam requirunt. de Orato. 97 b, Subeundus usus omnium. pro Clu. 35 a, Vir magna prudentia, usu & exercitatione præditus. pro Sest. 5 a, Mirificus usus aliciuisi re militari. de Nat. 3 a, Vsum quendam haberent insignem & illustrem. In A. 225 a, Vsum in rep. magnum habere debes. Epi. 210 b, Valet ingenio, habet usum. In V. 145 b, Mihi uideor eorum consuetudinem usu, tractandoque cognouisse. de Fin. 90 b, In omni arte cuius usus communis uulgarisque sit. Ac. 46 a, Nec uirtutis usum modo ut superiores, sed habitum per se esse præclarum. de Ora. 122 a, Si modo usum rerum percallueris. Ora. 212 a, Vsum loquendi populo concessi scientiam mihi reseruaui. Qu. Fr. 299 b, Cum ad tuam summam prudentiam tantus usus accesserit. de Orat. 101 a, Omnia sunt posita ante oculos, collata in usu quotidiano. & 86 a, Dicendi ratio in medio posita communi quodam in usu atque hominum more & sermone uersatura. de Natura, 43 a, & 21 a, Mundi partes nec ad usum meliores, nec ad speciem pulchriores potuerunt esse. & 60 a, Quod superuacuum sit aut usum nullum habeat. Item, Membrorum usum nullum habere. Attic. 104 a, b, Tyronem propter modestiam malo saluum, quàm propter usum meum. de N. 56 b, Arborum consectio magnos usus affert ad nauigia facienda. Offic. 3 b, Expetuntur diuitiæ ad usus uitæ necessarios. & 25 b, Quarum partium corporis, usus sunt necessarij, eas neque partes, neque earum usus suis nominibus appellant. pro Mur. 130 a, Carmen cum cæteris reb. absurdum, tum uerò nullo usui. Epi.

310 b, Apollonjus multis in rebus mihi magno usui fuit, Att. 1 b, Ille fuit mihi magno usui in multis rebus. Att. 2 b, Maximo te mihi usui fore uideo. Off. 2 b, Præcepta quib. in omnes partes usus uitæ confirmari posit. Of. 28 a, Domus finis est usus. Of. 35 b, Nam qui principes inueniendi fuerunt, quem ex quaque bellua usum habere possemus, homines cerrè fuerunt. Of. 36 a, Conciliare sibi animos hominum, & ad usus suos coniungere. de Am. 96 b, Cato multarum rerum usum habebat. & 101 b, Ij quib. cum usu coniuncti esse possunt. de L. 158 a, Id autem incognitum est, minusq; in usu necessariũ. de L. 161 a, Pecudes partim esse ad usum hominum, partim ad fructum, partim ad uescendum procreatas. Of. 19 a, Nõ excludentes amicos ab usu rei suæ familiaris. Top. 222 a, Visus enim, non abusus legatus est. Tusc. 212 a, Libido opinio uenturi boni, quod sit ex usu iã præsens esse atq; adesse. pro S.R. 212 a, Est mihi cum eo domesticus usus & consuetudo. pro Pl. 259 b, Tamen id esset in tanto usu nostro, tantaq; amicitia coniunctum. Ep. 213 b, Nam & nosmetipsos uetus usus intercedit, & Atticus noster maiorem etiam mihi cum Cosinio consuetudinem fecit. Ep. 223 a, Cõiunctus magno usu familiaritatis. pro Cl. 27 b, Mihi cum eo uicinitas & magnus usus est. & Ep. 142 a, Cum illo summus mihi est usus. de N. 4 b, Ex quo existit & illud multa esse probabilia, quæ quanquam non percipiantur, tamen quia usum quendam haberent insignem & illustrem, his sapientis uita regeretur.

Vsvs est. pro opus est. de Fin. 131 a, Mihi sic usus est, tibi ut opus est facto face. Tusc. 210 a, De cæteris studijs alio loco dicemus, si usus fuerit. Offic. 19 a, Et reip. impartientis si quando usus esset.

Vsvs fructus, ctus. ius est, autore Vlpiano, de alienis rebus utendi fruendique, salua rerum substantia. Top. 222 a, Non debet ea mulier, cui uir bonorum suorum usum fructum legauit, cellis uinarijs & olearis plenis relictis, putare id ad se pertinere: usus enim non abusus legatus est. & ib. Si ædes exesæ corruerunt, quarum usus fructus legatus est, hæres restituere non debet. & ibid. Seruus cuius usus fructus. pro Cec. 287 a, Vsum fructum omnium bonorum suorum alicui iis legare. pro Cec. 288 b, Vsus eius & fructus fundi testamento uiri fuerat Cæsenniæ.

Vsv uenire. uenire usu, usu accedere, usu euenire, de Nat. 13 a, Quod in illo mihi sæpe usu uenit, idem modo cum te audirem, acciderat. At. 227 a, Nunc uenit idem usu mihi, quod tu tibi scribis. & de Or. 100 a, Quid quod usu memoria patrum uenit? pro Qu. 8 b, Quid potest miserius aut acerbius usu uenire? pro Qu. R. 50 a, Quod item nuper in Erote comœdo usu uenit, qui, &c. & Offic. 55 a, Quod in poematib. usu euenit. de Se. 78 b, Nã si id culpa senectutis accideret, eadẽ mihi usu uenirẽt. I. V. 256 a. Antequã hoc usu uenirẽt ad Herẽ. 7 b, Dicet eũ præmeditatum fuisse, quid sibi esset usu uenturum. Epist. 38 a, Cum præsertim mihi usu uenturum non arbitrarer, ut ego quoque absens à te defendendus essem. de Fin. 50 b, Sed ex eo credo quibusdam uenire usu, ut abhorreant à latinis. pro S.R. 25 a, Erucius mihi usu uenit in causa optima.

Vt, ut quo, sicut, quomodo, quemadmodum, similiter atq;, pro eo ac, perinde ut, æquè ut, item ut, tanquam, ac, dum, qui, quod genus, quasi, quare, quamuis, quantum. de Orat. 94 b, Est igitur oratori prouidendum, non ut illis satisfaciat, qui bus necesse est, sed ut illis, quibus libere liceat iudicare. de Ar. 247 a, Negocium magistratibus est datũ, ut curarent, ut fine ui, mihi ædificare liceret. At. 139 b, & Ep. 53 b, Reliquum est igitur, ut tibi, &c. ut fim, &c. ut me &c. Att. 103 a, Non igitur hoc ut oppidò præposui, sed ut loco. At. 109 b, Vt igitur ita perturbato scribe aliquid. de Op. 244 b, Aliquem improbum ut optimum laudari. Ep. 169 a, Fortassis ea re minaciter agis, ut nos terreas. In. V. 229 b, Propè ut, &c. Att. 240 b, Etiam, ut, &c. id est, etiam si. Ep. 143 b, Non modò ut, &c. Ep. 172 a, Vt non, quo minus. Attic. 33 b, Metueor, ut oppressis omnibus non demisse. ut tantis gestis rebus, parum fortiter. & 278 b, Fortuna ut in secundis fluxa, ut in aduersis bona.

Vt est. ut nunc est, & id genus alia. Att, 196 a, Et ut nunc est, manssuræ uidentur. de Cla. 168 a, At hi quidem ut populi Rom. ætas est, senes, ut Atheniensium sæcla numerantur, adolescentes debent uideri. & ibi. Themistocles, ut apud nos perantiquus: vt apud Athenienses, nõ ita sanè vetus. de Cl. 173 b, 174 a, L. Cælius ut temporib. illis ualde doctus. Ep. 164 a, Cõstitui ut nũc est, proficisci. At. 204 b, Quomodo nunc est. Qu. Fr. 298 a, Exorabilis iracũdia (ut in malis) acerbitati anteponẽda est. Qu. Fra. 323 b, Nõ sino (ut sit in amore) ea quę minime uolo cogitare. pro S.R. 24 a, Homo (ut erat furiosus) respondit, &c. I. P. 92 a, Dices enim, ut es homo facetus, &c. pro Cl. 22 a, Interim oppianicus ut erat, sicut ex multis reb. cognoscetis, singulari scelere corrupit, &c. pro Mur. 136 a, Atq; ille, vt semp fuit apertissimus, nõ se purgauit, sed indicauit. In A. 217 b, Ego sine iracũdia dico, vt omnia, nec tamen sine dolore. I. V. 59 a, Ille quidẽ, vt est genus hominũ nimis suspiciosum, &c. I. V. 89 a, Ille, vt erat in primis inter suos copiosus, conuiuium cõparat. Att. 36 b, Ille, vt nũc se habet, admirabili gloria est. de N. 67 b, & At. 133 a, Vt nũc quidem est, & quomodo nũc quidẽ est. Ep. 184 a, Nonnihil, ut in tãtis malis, est profectũ. Tus. 172 a, Multa colligit Chrysippus, ut est in omni historia curiosus. de Or. 108 b, Quos tũ, ut pueri refutabamus. Ep. 196 a, Quod si, ut es, cessabis, lacessam. Tus. 246 a, At Diogenes libertus, ut Cynicus. & 151 a, Homo acutus ut Siculus. Offi. 63 b, Tũ Pythius, ut Argentarius, qui esset apud omnes ordines gratiosus. Of. 64 a, Hoc quidẽ satis luculenter, ut ab homine perito definiendi. pro Fl. 157 b, Ciuitas prudẽs, vt ego semper existimaui, & grauis, vt ipsi existimari volunt. de Sen. 79 b, Multæ etiã, vt in nomine Romano literæ, de Cl. 169 b, Dimisi eũ à me vt magistrũ puerorũ, non libẽter, vt hominẽ ingratũ, non inuitus. Item: M. Popilius vt erat Iena amicius, ita venit in concionem. Qu. F. 318 a, Mihi vt est, magis placebat. Ep. 54 b, Nam adhuc & factũ tuũ probatur, & vt in tali re, etiam fortuna laudatur. Ep. 54 a, Deinde non habet, vt nũc quidẽ est, id vicij res. Attic. 189 b, Pro malis rectè habebam: id est, vt in malis. pro Ar. 191 b, Pro mea consuetudine.

Vt. pro postquã, vel vbi, vel cũ. I. V. 70 a, Imò verò vt quisque me viderat, narrabant. de Cl. 166 b, Vt illos libros de rep. edidisti, nihil à te sanè postea accepimus. Att, 112 a, Vt ab vrbe discessi, nullum intermisi diẽ quin, &c. I. V. 220 a, Vt primùm in illud oppidũ venit, &c. 69 a, Vt primũ è prouincia redijt. At. 3 b, Vt primũ à tuo digressu Romam veni. de Or. 110 b, Qui simul, ut increpuit, philosophũ relinquũt. & de Fi. 71 b, Simul vt ortũ est. I. V. 206 b, Qui simul vt me vidẽrũt, inquiunt, etc. I. V. 211 a, Ille cõtinuò vt uidit, nõ dubitauit tollere. Att. 101 a, Is vt me salutauit, statim Romã profectus est. et pro Cl. 31 a, Vt primum, etc. statim, etc. Of. 74 b, At ille vt ingressus est, cõfestim gladiũ distrinxit. pro Qu. 10 b, Statim vt Romã redijt, etc. Att. 18 b, Vt semel cõsecutus sum, etc. non destiti, etc. de Clar. 169 a, Vt semel exiuit, omnes peragrauit insulas. Epi. 60 a, Vt primum, etc. statim, etc.

Vt. pro quamuis, vel etiam si. Ep. 13 a, In quo vt iam sit in ijs culpa, qui me non defenderunt, non minor est in ijs, qui reliquerant. Item: Et si accusandi sunt, qui etc. magis etiam reprehendendi qui, etc. Attic. 193 b, Nam quid de me dicam? cui vt omnia contingant, quæ volo, leuari non possum. pro Qu. 1 a, Qui vt summa haberem cætera, temporis quidem certè uix satis habui, ut, etc. de D. 93 b, Qui vt rationem nõ redderet, tamẽ, etc. Att. 110 a, Qui vt nihil aliud, hoc tamẽ profecit, dedit illi dolorem. pro Cor. 26 b, Quod si iam ita esset, vt esse non potest, tamen, etc. de D. 123 a, Etenim vt sint auspicia, quæ nulla sunt, hęc certè, etc. de In. 82 b, Vt nihil adiungatur emolumenti. et pro Qu. 14 b, Vt statim de iure aliquis cõcurrerit. cont. Rul. 64 b, Vt circumspiciamus omnia quæ populo grata sunt, nihil tam populare quàm pacem reperiemus. Officiorum 57 a, vt excellas etiam pulchritudine et viribus.

Vt cum admiratione quadam. Att. 36 a, Vt ille tum humilis, ut demissus erat. pro Fl. 148 b, Noster autem testis, ut se sustentat, vt omnia verba moderatur. pro Sestio 8 b, Qua superbia cœnũ illud amplissimi ordinis lachrymas repudiauit, me ipsum vt contempsit. Attic. 101 a, Cæsar quomodo exultat victoria. de Fin. 139 b, Vt illi efferuntur lætitia cum uicerint, vt pudet victos, vt se accusari volunt, ut cupiunt laudari.

Vt, cum superlat. & ita, &c. de Sen. 90 b, Vt quisque ætate antecellit, ita sententię principatum tenet. de Or. 95 a, Vt in quoque oratore plurimũ est, ita maximè is pertimescit. de Ora. 94 b, Vt quisque optime dicit, ita maximè dicendi difficultatem pertimescit. de Or. 137 b, Vt quenq; eorũ minimum putant, ita eum primũ solunt dicere. de In. 48 b, & ad Her. 3 b, Vt quodq; primum gestum erit, ita primum exponetur. Of. 4 a, Vt quis maxime perspicit, &c. is sapiẽtissimus haberi solet. de 108 b, Vt maximè potui. de Or. 124 a, Hæc ut breuissimè dici potuerunt, ita à me dicta sunt.

Vt, cum ita sine superlat. de Diuin. 105 a, Omne animal ut nati, ita utitur motu sui corporis. Orato. 216 b, Non item in oratione ut in uersu extat numerus. de Off. 43 b, Non tamen ut fugiendum, ita habendum est religioni contrarium. Qu. Frat. 323 b, Nihil unquam ita expectaui ut cum hæc scribebam, tuas literas. I. A. 221 a, Vt igitur alia, sic hoc Pansa præclarè. de N. 39 a, Euripides ut multa præclarè, sic hoc breuiter. I. V. 120 b, Sed ut in illo, &c. Item in hoc, &c. contra Rul. 65 a, Ita gerere consulatum, quo uno modo grauiter geri potest. de O. 86 a, Vt in cæteris, &c. in dicendo autem, &c.

Vt, ut si, tanquam, tanquam si, quasi, quomodo, quemadmodum. (. Ita, sic, tam, tantum, item, eodem modo, similiter de L. 170 b, Nullum frigidius illumen attigi, ut uix pede tẽtare possim. Atticum 78 a, Ego tui Bruti rem sic ago, ut suam ipse non ageret. de D. 85 a, Credo aliquam non dissimilem figuram, sed certè non talem, ut eam factam à Scopa diceres. de Am. 113 b, Quanta illi fuit grauitas? ut facilè populi Rom. ducem diceres. pro Mil. 112 a, Ille tum secum habebat neminem, nisi ut unum à uno lectum esse diceres. I. V. 202 a, b, Verisimile non est ut ille homo tam locuples religioni pecuniam anteponeret. de Natura deorũ 12 b, Tanta imbuerentur superstitione, si nos audire uellemus, ut arusices nobis essent colendi. Attic. 101 b, Beneficis cum id efficis, mihi crede, perinde ut existimare tu non posses. Or. 218 a, Hoc dicho reo tantus clamor concionis excitatus est, ut mirabile esset. de Cl. 176 a, Vt facilè cerneres eum degenerauisse. Tusc. 202 a, Eo enim erant motu & statu, ut eos Argiuos esse diceres. de Cl. 180 a. Gel lius nõ tam uendibilis orator, quàm ut nescires, quod ei deesset. de Cl. 186 b, Sed eam ut citius ueteratoriam quàm oratoriam diceres. Epist. 195 b, Equidem sic iam obdurui, ut ludos Cæsaris nostri æquissimo animo uiderem T. Plancum, audirem Laberij & Publij poemata. Ep. 75 a, Ita acce pi librum à meo seruo scriba, ut eundem acceperim à fratre tuo. Ep. 71 b, Tantum cepi doloris, ut consolatione ipse egerem. Tusc. 149 b, In hanc exercitationem ita nos studiose operam dedimus, ut iam etiam scholas grecorũ modere habere auderemus. ut nuper tuum post discessum tentaui, &c. Ep. 213 b. Mihi que ita fidelis, ut si esset à me manumissus. Ep. 104 b, Rufio ita desiderabatur, ut si esset unus è nobis. Ep. 25 b, Eius negociũ sic uelim suscipias, ut si esset res mea. Epi. 230 b, Tanta mihi cũ eo necessitudo est, ut si mea res esset, nõ magis laborarem Ep. 27 b, De Dolabella suadeo, ut uideas, tanquam si res tua agatur. In P. 80 b, Seu omitto ut sic factus uterque nostrum. pro S R. 38 b, Nõ est uerisimile ut Chrysogonus horũ literas adamarit. & ibid. Non est uerisimile ut diligentiam cognorit eorũ. Epi. 117 a, Senatusconsultũ est factũ in eam partẽ, ut placeret, &c. pro Ce. 296 a, cũ sibi proposuerint, ut siue ita sit, siue non, ut, distinguant, &c. Attic. 7 a, Mihi non est notũ, ut quisq; in Epirũ proficiscatur. Off. 41 b, Adiũcto uerò hoc, ut ijdem etiam prudentius haberentur, nihil erat, &c. Of. 42 b, In eo ipso uis maxima est, ut simus ij qui haberi uelimus, &c. Ep. 119 a, Vt uideo causa hæc integra in proximũ annum transferetur, & quantũ diuino, reliquendus tibi erit, qui prouinciã obtineat. Ep. 136 b. Vt olim solebat, ut nunc fit. pro Cec. 289 a, Vt est consuetudo. pro Fl. 154 a. Vt dicitur, ut apparet. In A. 173 a, Patrimoniũ tã amplũ ut illud fuit. Or. 117 a, Vt multos sæpe uidi, qui, &c. I. V. 120 a, Queri cum multis, ita ut fit, cœperunt, &c. Epist. 140 a, Sed ut dico, placet Stoicis.

Vt. cum uerbis timendi. de Am. 98 a, Vereor ut idem interitus sit animorum & corporum. & pro Dom. 224 b, Timebam ut possem, &c. pro Qu. 14 b, Tamen uereris ut possis, &c. At. 94 a, Quoniã tu abfuisti, uereor ut satis diligenter actum sit, &c. At. 85 b, Quod uereor tibi ipsi ut probẽ. & 113 a, Vereor ut his ipsis contẽtus sis. pro Cl. 53 b, Quid metuebat? ut oppugnaretur à perdito? an ne accusaretur à condemnato? I. Ne. pro S.R. 26 a, Hoc uerò est, quod fieri non potest, si, &c. ut parum miseriæ sit, quod alijs coluit, non sibi, nisi etiam quod omnino coluit, crimini fuerit. Or. 202 a, Vt iam non sine causa, &c. Attic. 222 b, Vt enim quicque succurrit, libet scribere. Attic. 246 a, Tu uerò facis ut omnia, quod Seruiliæ non desis & Bruto. Att. 97 a, Dixit se audisse ut nihil esset incommodi. Offic. 16 a, Demetrius Phalereus orator parum uehemens, dulcis tamen ut Theophrasti discipulum posis agnoscere. de L. 169 b, Hanc uides uillam, ut nunc quidem est, lautius ædificatam. & Am. 97 a, Qualis, ut arbitror, nemo unquam erit, & ut confirmare possum, nemo certè fuit.

Vt. pro uelut, uelut, sicut. cum aliquid exempli causã subijcitur. & pro quod genus. de Di. 137 b, Nonnullæ ualetudinis significationes, ut hoc ipsum plenienẽctiue simus, &c. quodam genere somniorum intelligi posse dicuntur. de In. 82 a, Vt amicitia, bona existimatio. & ibi. Quod genus, amicitia, bona existimatio est. & 83 a, Quo in genere est, gloria, dignitas. ad Her. 9 b, 10 a, Quod genus, ut in ius eas cum uoceris. & ib. Quod genus, id quod argentario obtuleris expensum, &c. & ibi. Quod genus, M. Drusus prætor, &c. ad He. 14 b, Quod genus, si quæratur, &c.

Vtcvnqve. quomodocunque, perinde utcunque. Or. 202 a, Orator utcunque animum audientis commouerí uolet, ita certum admouebit uocis sonum. post. 203 a, Neq; id reip. repetere utcunque necesse est. Offi. 27 b, Sed utcunque adeunt res. de Fin. 126 b, Vtcunque res postulabit.

Vtendvs, a, um. I. V. 117 b, Huic omnia bona utenda ac posfidenda tradiderat.

Vter, a, um. de Fat. 140 b, Quoniam utriusque studij nostra possessio est, hodie utro frui malis, optio tua sit. de In. 80 b, Deinde utra lex iubeat aliquid, utra permittat. & ibidem. Vtra lex iubeat, utra uetet. de D. 132 b, Vtrum igitur eorum accidisset, uerum oraculum fuisset. pro Rabir. 92 a, b, Quamobrem uter nostrum tandem Labiene popularis est? tu ne? an ego? pro Sest. 22 a, Horum utro uti uolumus, altero est carendum. de Cl. 181 b, Aderant multi alij, tamen utrum de his potius, dubitasset aliquis, quin alterum nemo. Or. 120 b, Reperiã, qui dicat aut scribat, utra uoles lingua. Atti. 248 a, Quid ad hæc Pansa? cum utro erit, si bellum erit? Part. 241 a, Vter fortius pugnabit, is uincat necesse est. Quint. Er. 314 b, Sed utroseius habueris libros (duo enim sunt corpora) an utroque nescio. pro Mil. 107 b, Ab utro insidiæ factæ sint, incertum est. & 106 a, Vter utri insidias fecerit. pro Cl. 39 b, Vter igitur facilius hoc faceret: is ne, &c. an ille, &c. de In. 67 a, An huius & illius, & utrius potius. Epist. 19 a, Vtro me minus deceat uti, non intelligo. & 5 a, Quorum utrum minus uelim, nescio. de Fini. 71 a, Summum bonum puer utra uoluptate dijudicabit? stãte an mouente? Epistol. 35 b, Incertum est utra uia. de Or. 168 a, Sanè dubitare uisus est Sulpitius, utrius oratio propius ad ueritatem accederet. Officium. 8 b, Cum Celtiberis, cum Cymbris bellum gerebatur, uter esset, non uter impe raret. Atti. 6 a, Aut ei molesta erunt, in utro culpa erit. de D. 137 b, Potest hoc esse falsum, potest uerum, sed utrum sit, non est mirabile.

Vtercvnqve. Ep. 81 a, Ita parati esse dicuntur, ut utercunq; uicerit, non sit mirum futurum. & Att. 285 b, In hoc bello utracunque pars uicerit, tamen perituri sumus.

Vterlibet. pro Qu. 15 a, Vtrumlibet elige, &c.

Vterqve, aque, umque. uteruis, ambo, quisq;. de N. 54 a, Sanguis per uenas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias, utræque autem crebræ, multæ toto corpore textæ sunt. ad Heren. 3 b, Cum eorum de quibus dicimus aut utrunque, aut unumquodque certo concluditur uerbo. de Ar. 256 b, & Epi. 17 b, Horum uterque cecidit uictus. & ad Heren. 6 b, Quorum utrunque pesimum est. Offic. 1 a, Nos utrique & Socratici & Platonici esse uolumus. Qu. Fra. 309 b, Domus utriusque nostrum ædificatur strenuè. de Ora. 152 a, A quibus utrisque summitatur aliquid. Att. 143 a, b, Non est tuæ fidei, ut contra alterutrum, cum utrique

trique sis maximè necessarius, arma feras. de In. 54 a, Eorum controuersiam non incommodum uidetur, cum utro rumq; ratione exponere. At. 98 b, Vtriusque accepi literas eiusmodi, eodem tempore. & ibi. Me aût uterque numerat suum. At. 128 a, Gallus Fabius amancissimus utriusque nostrum. ad Her. 22 b, Nam utraq; altera separata minus erit firma. ad Her. 52 b, Vtrunq; aut unûquodq;. At. 228 a, Multa mihi ueniunt in mentê in utranq; partê. de Orat. 182 b, Ancipites disputationes in quib. de uniuerso genere in utranque partê disseri copiose licet. de Fi. 126 b, Dicêdi exercitatio in utranq; partê ab Arist. instituta. Ac. 31 b, Nã utraque in parte multa dicunt. Of. 36 b, Magna uis est in fortuna in utranq; partê, uel ad secundas res uel aduersas. pro Mil. 113 a, Magna uis est conscientiæ in utranq; partê. Of. 40 b, Qui in utranq; partê magno animo sunt. Or. 216 b, Ternæ aût sunt utriusq; partes, uerborũ, &c. collocationis, &c. & ibid. Sed in utroque frequentiores sunt & liberiores poetæ: id est, i uerbis & in collocatione. In Sal. 274 b, Quo usus est quisque eorum, cum de duobus loquatur.

Vtervis. At. 101 b, Vtriusuis rei me adiutorem uelim esse. & pro S.R. 19 a, Vtrumuis saluo officio facere poteris. de Se ne. 83 b, At minus habeo uirum quàm uestrum uterius.

Vti. ut de Ora. 92 a, Vti qui audirent, &c. & I.V. 65 b, Putant fore uti fi. &c. pro Do. 224 a, Nihil aliud nisi uti ne quid, &c. pro S.R. 19 a, & de Or. 94 b, Non uti satis, &c. sed uti ne, & cætera. Epist. 292 b, Is ad me literas misit, uti te sibi placarem.

Vtica, cæ. urbs. pro Lig. 137 b, Vticensis, & Vticenses cùm alibi sæpe, tum. I.V. 255. pro Cor. 65.

Vtilis, le fructuosus, commodus, accommodatus, frugifer, salutaris, ex usu esse, quod usui est, quod habet utilitatem, quod alicui opus est, quod multas habet opportunitates, quod lucro est, quod expedit uel cõducit, cui bono fuisset quod maximè intereſt, ita tempora reipub. ferunt. de N. 9 b, res utiles ac salutares. & Of. 64 a, Quod utile sit, quodq; expediat. con. Rul. 68 b, Ea lex uobis accommodata arque utilis est. At. 276 a, Tu si arbitrare utile fore, & è rep. esse, persequere Dolabellam bello. & Ep. 207 a, E rep. non est. Epi. 130 b, Sic enim facillimè quod tibi utilissimum erit, consilij capies. & I.C. 101 b, Vita utilissima. de In 42 a, Is mihi & suis & publicis rationibus utilissimus ciuis fore uidetur. & ibi. Inutilis sibi, Offi. 57 b, Homo ad nullam rem utilis. & ibi. Homo ad nullam partem utilis. & de Sen. 89 b, Ad multas res peruciles sunt Xenophontis libri.

Vtilitas, tis. emolumentum, fructus, quæstus, lucrum, opportunitas, commodum, commoditas, usus, res, ratio. de N. 19 b, Nec hoc considerant, quæ sit utilitas, quæque opportunitas, in homine membrorum. & 37 a, b, Natura consultrix & prouida utilitatum opportunitatumque omnium. Attic. 104 a, Tyro mirabilis utilitatis fructum mihi præbet. de Orat. 94 b, Artes in quib. non utilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio. pro Murena 129 a; Ars militaris pergratam utilitatem habet. de Orator. 127 b, Referre omnia ad utilitatem suam, & omnia facere causa sua. Officiorum 69 b, Male etiam Curio, cum causam Transpadanorum æquam esse dicebat: semper autem addebat, Vincat utilitas. Q.F. 294 b, Aliquius cõmodis utilitatiq; seruire. Offi. 16 a, In quo nõ minorê utilitatê afferunt, qui togati reip. præsunt, quã qui bella gerunt, Itê: Prodesse, utilitatem afferre idê. Off. 60 b, Nec tamen nostræ nobis utilitates omittendæ, alijsque tradendæ, cum his ipsi egeamus: sed suæ cuique utilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruiẽdum est. pro Ar. 188 a, & de Fi. 82 a, Ex liceris afferre aliquid ad communem fructum. Offi. 35 b, Capere usum ex aliqua re. Vtilitas oculorum, deorum munere, hominibus donata. de Vniuer. Vtilitas in deliberando, finis. Part. Vtilitas, deliberationum finis. 3. ad Her. Topi. 1. de Or. Vtilitas sæpe cum honestate certat. Partit. Vtilitas in duas partes in ciuili consultatione diuiditur, tu tam & honestam. 3. ad Herenn. Vtilitas cum honestate in deliberatiua causa finis est. 2. de Inuent. Nihil tam est secũdum naturam, quàm utilitas. 3. Officiorum. Vtilitas & turpitudo in eadem re inesse non possunt. 3. Offic. Vtilitas autem, aut in corpore posita est, aut in extraneis rebus. 2. de In. Ne hoc quidem uos mouet, considerantes quæ sit utilitas, quæque opportunitas in homine membrorum, ut iudicetis membris humanis deos non egere. 1. de Natu. Vt etiam si nulla sit utilitas ex amicitia, tamen ipsi amici propter seipsos amentur. 1. de Finibus. Vtilitatis duæ partes uidentur esse, incolumitas & potentia. 2. de Inuent. Vtilitatis eadem, quæ honestatis est regula. Officiorum 3. Certatur utrum honestati potius, an utilitati consulendum sit. 2. de Orator. Esse utilitati amicis, & reipublicæ. 1. de Orator. Commodis, utilitatique aliquius seruire. ad Quin. Frat. libro 1. Qui utilitatem defendit, enumerabit commoda pacis, opum, potentiæ, &c. Vtilitatem ex laude nasci defendet, semperque eam cum dignitate coniunctam. 2. de Orator. Omnes enim artes quæ nobis populi Rom. studia conciliant, & admirabilem dignitatem, & pergratam utilitatem debent habere. pro Murena. Vtilitate hominum nihil debet homini esse antiquius. 1. Officiorum. Vtilitate affici. 7. Famil. Et, ut arbitror, nec ab utilitate eorum qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa Publij Sestij abhorrebit oratio mea. pro Sest. Cum omni utilitate, quam dij hominibus dederunt, ars aliqua coniuncta est, per quam illa utilitas percipi possit. de Diui. libro 1. Quoniam in his uersatur omne consilium duobus, de utilitate antè dicamus, quæria discernendis bonis malisque uersatur. Partit. Nec tamen nostræ nobis utilitates omittendæ, alijsque tradendæ, cum his ipsi egeamus, sed suæ cuique utilitati, quòd sine alterius iniuria fiat, seruiendum est. 3. Officiorum. Natura consultrix & prouida utilitatum opportunitatumque omnium. 2. de Natura. Teque Alexandrium bellum gerente utilitatibus tuis paruit. pro Deiot. id est, cõmodis tuis inseruiuit. Quem quidem ego, & si mirabiles utilitates mihi præbet, quum ualet in omni genere uel nexotiorum uel studiorum meorum, tamen, &c. cætera. ad Atticum libro 7. Vtilitatibus tuis possum carere. ad Tyronem, libr. 16. De utilitatibus & commodis suis cogitare, 1. de Finibus.

Vtiliter. commodè, cum utilitate.)(. Inutiliter Offi. 18 a, Iracundiam utiliter à natura datam, & 36 a, & Acad. 34 b, Quæ fiant utiliter ad hominum uitam.

Vtinachi. pop. I.P. 99 a.

Vtinam. dij faxint, uelim, &cæt. Atticum 46 a, Atque utinam ipse Varro incumbat in causam. de Natura deorum 75 a, Vtinam ut illa anus optat, ne in nemore, &c. Attic. 139 a, Me miserum, quod tu uoluisti, una fuissemus: id est, utinam. Att. 220 b, Quod utinam iterum autem utinam, tuo tamen commodo.

Vtique, omnino. ad Attic. 57 a, Quo die uenies, utique cum tuis apud me sis. & 68 a, Quæ quidem ego utique uel uersura facta solui uolo. & 71 a, Vtiq; explicatum sit illud, & cætera. Atti. 228 a, Minusculam uillam utiq; Quinto tradi turus sum. Anteq. 196 a, Vtiq; siue hinc abiero siue hic oppressus, ea maneat opinio, &c. At. 82 b, Annum quidem utique teneto. Att. 72 a, Id unis literis datis, quæ ad me uti que perferantur, consequere. & 203 a, Expecto te à Peduceo utique. de Diu. 133 a, Faba Pythagorei utique abstinuerunt. Attic. 200 b, Hoc quidem utique perficies, &c. & 207 b, Illud utique scire cupio. & 41 b, Vtique, &c. aliter, Vtæque. Attic. 57 b, Ipse uerò utique faciuenias. At. 89 a, Vtique ad me tabellarios mittas. Att. 151 a, Quid censeas mihi faciendum, utique scribito. Att. 211 b, Ego ut constitui, adero, atque utinam eadem die: sin (quid enim multa?) utique postridie. Attic. 220 b, Olij mittas laudationem, Olij utique: nam illam legi, uolo tamen degustare. At. 259 a, Romam utique statim ueni.

Vt nõ. quin. pro Cor. 64 a, Potest igitur iudices L. Cornelius condemnari? ut non C. Marij factum condemnetur? I. Ant. 260 a, Cui uiginti his annis supplicatio decreta est, ut non imperator appellaretur?

Vtor, ris, ufurpo, frequento, adhibeo. Officio. 1 a, De rebus ipsis, utere tuo iudicio. Tuscula. 198 b, Quod uterdum acceperis, reddito. de Nat. deorum 22 a, Vtatur suis bonis oportet, & fruatur, qui beatus futurus est. & 57 a, Quibus reb. fruimur atque utimur. pro S.R. 40 a, Cõmoda qui bus utimur, lucemque qua fruimur, spiritumq; quem ducimus, à deo nobis dari atque impartiri uidemus. pro Cl. 21 a, Statui sibi nihil granius faciendum, quàm ut illa matre ne uteretur. I.V. 117 b, Huic omnia bona utenda ac possidenda tradiderat. At. 193 a, Ne Silius quidem quicquid uti tur. i. pecunia. Ante. 195 a, Consularis homo non minimus facultatib. usus. Atti. 119 b, Cum in ea urbe summis honoribus imperijsq; usus fit. de In. 61 a, Homines honore usi. pro S.R. 30 a, Ne bestijs quoq; immanioribus uteremur. Att. 133 b, Vtrum turpè pace nobis, an misere bello esset utendũ. pro Deio. 249 a, Bene armis, optimè equis uti. At. 120 b, Vt iã placatis utamur fluctibus. I.A. 226 a, Vsus est ipse incredibili patientia. I.A. 224 b, Oratio, qua recitatis literis usus es. Qu.F. 298 b, Non est tibi his solis utendum æstimationibus ac iudicijs, qui nunc sunt hominum; sed his etiã, qui futuri sunt. Off. 10 b, Ea quæ acceperis utẽda maiore mẽsura iubet reddere Hesiodus. In A. 177 a, Antonij Cæsari regnum detulit, Cæsar uti noluit. Att. 100 a, Brũdusium uenimus usi tua facilitate nauigãdi. & Ep. 236 a, Cum aduersis uentis usi essemus. cõt. Rul. 88 a, Criminatione in me usus est. At. 254 a, Lucius multum utitur Bruto. & Epi. 209 b, Luceio Tityone familiarissimè utor. Ep. 4 b, Trebonio multos annos utor ualde familiariter. Epi. 5 a, Vtor ad omnia Qu. Selicio. de Cl. 190 b, Vti aliqua re ad faciẽdum aliquid. Tus. 153 b, Autoribus quidã ad illam sententiã quãuis obtineri, uti optimis possumus. de Fin. 49 b, Vt propemodum iustioribus utamur illis, qui, &c. ad Her. 9 a, Deinde exemplorum à uoluntate & contra scriptum iudicatorum enumeratione utemur. & ibid. Cum hæc erunt considerata, statim nostræ legis expositione recitatione collaudatione utemur. pro Cæl. 39 b, Exercitatione, ludoq; campestri uti. pro Mur. 131 a, Vti filẽtio. id est, filere. Top. 216 b, Vtens ratione.)(. Rationis expers.

Vt plurimum. potissimum. de Legib. 176 b, In bello & fusci piendo, & gerendo & deponendo ius ut plurimum ualet, & fides.

Vtpote. quippe. Attic. 39 a, Ea nos, utpote qui nihil contemnere solemus, non pertimescebamus. & 71 b, Incommoda ualetudo qua iam emerseram, utpote cum sine febri laborassem. In A. 200 a, L. quidem frater eius, utpote qui peregrè depugnauit, familiam ducit. & Epistolarum 164 b.

Vt primum. simulac primum. Ep. 151 b, & I.V. 104 b.

Vt quid. cur, quare. Att. 206 a, Depugna, inquis, potius quàm seruias, ut quid?

Vtrinque, ab utraque parte. Episto. 81 a, Vtrinque magnæ copiæ.

Vtrobique, in utroq; duorum, uel in utraq; parte. Epi. 163. Non licet mihi nullius partis esse, quia utrobique magnos inimicos habeo. de N. 41 b, Eadem ueritas utrobique est: id est, in dijs & hominibus.

Vtroque, aduerb. utrunque in locum. Attic. lib. 5. Hinc Scyram, inde Delum: utroque citius quàm uellemus cursum confecimus.

Vtrum. an, num, nunquid, utrum ne. pro Qu. 17 a, de Or. 199 a, Quæro à te utrum illa uerba, an portenta sint? I.V. 106 a, Vtrũ existimatis minus operis esse facere hoc? an illud? At. 43 a, Hic utrum tãdẽ sum accusandus, quod doleo? an, &c pro Cec. 290 b, Vtrum aliquid grauius in quempiam dici, potest? an certius quid obijci potest? In P. 84 a, Coniuium in quo nemo potest dicere, utrum iste plus biberit, an uomuerit. an effuderit. I.C. 197 a, Quæsui an, &c. nec ne, &c. de In. 76 b, In quo utrum copia ne sit agri consideratur. At. 9 a, Intellexi Pompeium moueri, utrum Crassum inire ea gratiã, &c. an esse tãtas res nostras, &c. pro Fla. 151 a, Vtrũ hic tandem putatis, &c. an, &c. ad Br. 91 b, Nec aliud decernitur hoc bello, nisi utrum simus necne, &c. Or. 217 a, Quærendum utrum, &c. I.V. 155 a, Nihil interest utrum ita scribas, si, &c. an si, &c. Tuscul. 217 b, Nihil interest utrum, &c. an, &c. In V. 187 a, Quid interest utrum hoc feceris, an frumentum non improbaris? Attic. 66 b, Mihi nihil uidebatur esse in quo tantulum interesse, utrum per procuratores agereas, an per te ipsum. Atti. 135 a, Vtrum hoc tu parum me ministi? an ego non satis intellexit? Acade. 23 b, Vtrum ea uestra, an nostra culpa est? Epi. 160 a, Vtrum nescis quàm alte ascenderis, an pro nihilo id putas? Ep. 8 a, Multum interest utrum laus minuatur, an salus deseratur. de Fin. 118 a, Vtrum igitur tibi literam uideor, an totas paginas commoueret Acad. 23 b, Nihil ad eum qui te captare uult, utrũ tacentem irretiat an loquentem. At. 9 a, Vtrum, &c. an, &c. id est, uel quod, uel quod. Vtrum, &c. an, &c. scilicet, &c. an, &c. I. Scilicet.

Vtrumvis. pro Sex. Ros. 32 a, quod certum est non facere, dum utrumuis licebit. In An. 165 a, Quorum si utrumuis persuasissem nunquam, nunquam in has miserias incidissemus.

Vt si. tanquam si, ac si, pro eo ac si Off. 9 b, Qui alijs nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, ut si in rem suam aliena conuertant. de Sen. 80 b, Similisque sunt, ut si qui dicant, &c. I.A. 207 a, Sic contemnit, tanquam si illi aqua & igni interdictum sit. Off. 18 a, 17 b, Similiter facis, ut si, &c.

Vt sic dicam. de In. 83 a, Quæ (ut sic dicam) ad corpus pertinent ciuitatis.

Vt ut. Ep. 263 b, Sed ut est, indulge ualetudini.

Vva. uæ. de D. 87 a, Actius Nauius uuam mirabili magnitudine inuenit. de Se. 88 a, Gemma à qua oriens una sete ostendit, quæ & succo terræ, & calore solis augescens, primò est peracerba gustui, deinde maturata dulcescit: id est, uua.

Vlcaniae, insulæ propter Siciliam. de Natura deorum, 70 b, lib. 3.

Vlcanivs, a, um. Tus. 182 a, Tectus uulcanijs armis: id est, fortitudine.

Vlcanvs, ni. Vulcani complures fuerunt. de Natura deorum 70 b.

Vlgaris, re. popularis, quotidianus, contritus, peruagatus, communis. de populo, unus de multis. de Fin. 90 b, In omni arte cuius usus communis uulgaris q; sit. de Ora. 94 a, Oratio ad uulgarem popularemq; sensum accõmodata. de Or. 136 b, De uulgari & communi prudentia disputo. de Ora. 120 b, Perspicua sunt hæc quidem, & in uulgari prudentia fita. pro Pl. 268 b, Vulgaris & peruagata declamatio. Or. 216 a, Res peruagata & uulgaris. pro Qu. 10 b, Hæc uulgaria & obsoleta sunt. de In. 70 a, Hæc à uulgari intelligẽtia remotiora sunt. de Cl. 193 a, Minimè uulgare genus dicendi. Ep. 4 a, Vt intelligat meam commendationem non uulgarem fuisse. de Or. 106 b, In communi uita & uulgari hominum consuetudine non esse rudem. de Orat. 94 a, Si minus illa subtili definitione, at hac uulgari opinione ars est. de In. 76 b, Beneficium uulgari opinione ars est. de In. 76 b, Beneficium uulgare.)(. Beneficium singulare & rarum. de Orat. 201 a, Excellẽs orator.)(. Vulgaris orator, de populo, ad Heren. 41 b, Ne nuda inuentio uulgari sermone efferatur. Academic. 30 b, Non possumus Amafanij & Rabirij similes esse qui nulla arte adhibita de rebus ante oculos positis, uulgari sermone disputant. Top. 226 b, Rarum ac singulare.)(. Vulgare.

Vlgariter popularitet, usitate. Ep. 229 a, Vt intelligeres me non uulgariter nec ambitiosè, sed ut pro homine mihi pernecessario scribere. Ep. 139 a, Plebeio sermone. de Fin. 49 b, Quotidianis uerbis, patrio sermone.

Vlgo. passim, populariter. de N. 68 a, Saturnum uulgò maximè ad occidentem colunt. pro Mur. 141 b, Ad prandium uocare non crimen est? minimè, sed uulgò, passim. quid est uulgò? uniuersos? de In. 51 b, Deinde natura eius euenire uulgo soleat, an insolenter et raro, Attic. 232 b, Vulgò opinio hominum socium me ascribit tuis laudibus. Attic. 1 a, Nam illi ita negant, uulgò mihi se debere dicunt. pro S.R. 31 b, Eiusmodi tempus erat, inquit, ut homines uulgò impunè occiderentur. I.V. 214 a, Vulgò ostendere ac proferre aliquid. Att. 258 a, Eodem die uulgo loquebantur, Antonium, &c. I.V. 213 a, Homo pecuniosus, nec uulgò. li. 9. Vulgo uadunt.

Vlgo, as. peruulgo, diuulgo. pro Flac. 160 a, Nonne hoc uestra uoce uulgatum est. de Ar. 157 b, Nauis in flumine publico uulgata omnibus. pro Syl. 175 a, Illas tabulas describi ab omnibus statim librarijs, diuidi passim atque edi populo imperaui.

Vlgvs, gi. turba, multitudo. pro Mil. 106 b, Cum Milo cũ uxore uehereturin rheda penulatus, uulgi magno impedimento. pro Pl. 260 b, Non est enim consilium in uulgo, nõ ratio, non discrimen, non diligentia. pro Mur. 132 b, Nihil est incertius uulgo. de Or. 114 a, Hæc duntaxat in Græcis intelligo,

intelligo, quæ ipsi, quæ scripserunt, noluerunt à uulgo intelligi. de Diui. 126 b, Fani pulchritudo Prænestinarum etiam nunc fortium retinet nomen, atque id in uulgus: quis enim uir illustrior utitur fortibus? pro Sext. Rosc. 19 a, Hæc exire atque in uulgus emanare non poterit. Attic. 37 a, Quod etiam in uulgus gratum esse sentimus. & 137 b, Itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in uulgus ignotus. de Vn. 195 b, Iudicare aliquid in uulgus. Tuscul. 188 b, Valere in uulgus. & 248 a, Commēdatio in uulgus. Off. 40 a, Quamobrem ut uulgus, ita nos hoc loco loquimur. Ep. 229 a, Ego autem tribuo nonnunquam in uulgus, sed plerunq; necessarijs, ut hoc tempore. de Or. 161 a, Vulgus imperitorum. & de Cl. 196 b, Turba patronorum, & uulgus patronorum.

VVLNERATIO, onis. fauciatio. pro Cec. 294 a, Vim sine uulneratione & sanguine non esse. I. P. 89 b, Hæc est salutis suę uulneratio.

VVLNERATVS, ta. I. Ferrum. & Attic. lib. 7. Vulneratus & spoliatus est.

VVLNERO, as. faucio, uulnus uel plagam impono, plagam facio, plagam inijcio, uulneribus conficio, uulnus infligo. I. V. 89 b, Serui nōnulli uulnerantur, ipse Rubrius fauciatur. pro Sest. 7 b, Ferrum potest acie ipsa uel ferri uitibus uulnerare. Post. 205 b, Tribuni sanctissimum corpus uulnerarunt ferro confectumq; uidistis.

VVLNVS, ris. plaga. de N. 71 a, Aesculapius, qui speculum in uenisse, primusq; uulnus obligauisse dicitur I. V. 273 a, Dico mercedem uulneris atq; plagę constitui nefas fuisse. pro Mil. 114 a, Vulnus in latere, quod acu punctum uideretur, pro ictu gladiatoris putari. Ep. 56 a, Accipere uulnus. I. A. 226 a, Et accipere uulnera. de Ar. 253 a, Acceptis à forti aduersario uulneribus aduersis. de Or. 131 b, Claudicare ex uulnere ob rempub. accepto. I. A. 179 a, Infligere uulnus alicui. I. V. 33 a, Infligere plagam alicui. pro Sest. 7 b, Excipere uulnera. de Fin. 85 a, Exanimari graui uulnere. de Fin. 121 a, Quæ hic reip. uulnera imponebat, eadē illa sanabat. Ar. 12 a, Tāto impōsito reip. uulnere. Ar. 77 b, Satis habeo negocij in sanādis uulneribus quæ sunt imposita reip. Tus. 183 b, Alligare uulnus. & ibi. a, Obligare uulnus. Ite: Inicere uel infligere securim reip. I. Securis. Ar. 76 a, Vulnera appij non refrico, sed apparent. Ar. 264 b, Nam Pansa fugerat uulneribus acceptis, quæ ferre non potuit. de Of. li. 3. Vulnera conscientiæ. Ar. lib. 5. Refricare uulnera. Ep. li. 10. Ex uulneribus mori. Pollionis post. red. in Sen. Vulnus consulare. Ar. lib. 1. Domestica uulnera. Ar. lib. 5. Vulnus imponere prouinciæ.

VVLPECVLA, læ. de Natura deorum 18. Lepusculos uulpeculasq; uidisse. Offic. 9 a, Fraus quasi uulpeculæ, uis leonis uidetur.

VVLTICVLVS, li. uultus seueritas. Ar. 235 b, Non te Bruti nostri uulticulus ab ista oratione deterret?

VVLTVRIVS, rij. uultur. In Pisonem 87 b, Appellatus est hic uulturius illius prouinciæ (si dijs placet) imperator. Idē in eadem: Scaurus Vulturius Reipublicæ.

VVLTVOSVS, a, um. tristis, seuerus, uel nimia uultus ostentatione uel mutatione, quod mimicum est, & scenicum. Ora. 202 a, Vultus, &c. in quo efficiendum est, ne quid ineptum fit, aut uultuosum.

VVLTVS, tui. de Orat. 163 b, Imago animæ uultus est, indices oculi. & ibid. Vultus quot animi motus sunt, tot significationes & commutationes potest efficere. de Or. 122 a, Vultus qui sensum animi plerunq; indicent. I. P. 70 b, Vultus qui sermo quidam tacitus mentis est. de L. 161 a, Et is qui appellatur uultus, qui nullo in animante esse præter hominem potest, indicat mores: cuius uim Græci norunt, omnino non habent. Or. 292 a, Vultus qui secundum uocē plurimum potest, magnam affert tum dignitatem tum uenustatem, in quo efficiēdum est, ne quid ineptum aut uultuosum fit. de Diu. 97 b, In Aesopo sæpe uidi tantum ardorem uultuum atq; motuū, ut, &c. de Or. 94 b, Quidam uultu motuque corporis uasti atq; agrestes. & 95 b, Quę nobis nō possumus fingere, facies, uultus, sonus. pro Cl. 32 b, Recordamini faciem atq; illos eius fictos simulatosque uultus. Tus. 197 a, Iure erat in Socrate semper idem uultus, cum mentis à qua is fingitur, nulla fieret mutatio. pro Sest. 7 b, Etenim animus uultu, flagitia parietib. regebantur. de Or. 135 b, Vultus seuerus ac tristis. Post q. 207 b, Vultus importunus. pro Mil. 119 b, Vultus semper idem, uxor, oratio stabilis & non mutata. pro Deiot. 144 b, In tuis oculis, in tuo ore, uultuq; acquiesco.

VXOR, oris. quam in matrimonio quis habet, quæ matrimonium alicuius tenet, particeps connubij. Top. 222 a, Vxoris duæ formæ: una matrum familias, hæ sunt, quæ in manū conueneruntialtera eorum quæ tantūmodo uxores habentur. l. Coempcio. Att. 228 a, Quintius à ducenda uxore sic abhorret, ut quicquam libero lectulo neget esse incūdius. pro Sest. 4 a, P. Sestius duxit uxorem optimi uiri filiam Scipionis, ibi. P. Sestius duxit C. Albini filiā, ex qua hic puer, & nupta iam filia. de Or. 133 a, Ex animi sui sentētia uxorē habere. I. A. 186 b, Qui numitoriam Fregellanam habuit uxorē. Item: Habere aliquam in matrimonio. I. Matrimoniū. pro Cl. 22 b, Is Satsiam in matrimoniū ducere concupiuit. de Fi. 104 b, Atque ut è natura uiuat, uxorem adiungere. Or. 100 a, Cum pater familias uxorem prægnantem in prouincia reliquisset, Romæque alteram duxisset, neque nuncium priori remisisset, mortuusq; esset intestatò, & ex utraque filius natus esset, mediocris ne res in controuersiam adducta est?

VXORIVS, a, um. Off. 64 a, In arbitrio rei uxoriæ hęc uerba maximè excellunt: melius, æquius. & Top.

X

XLitera uastior. Orato. 211 a, Verba sępe contrahuntur, non uitij caussa, sed aurium. Quomodo enim uester Axilla ala factus est, nisi fuga literæ uastioris? quam literam etiam è maxillis, e taxillis, & uexillo, & paxillo consuetudo elegans latini sermonis euellit. Eadem litera in numeris significat decem, quę si proponatur literę uel C, uel D, aut L, aut M, decem detrahit & tollit, hoc modo XL. pro quadraginta.

XANTIPPE. Hic est enim ille uultus semper idem, quem dicitur Xantippe prędicare solita in uiro suo fuisse Socrate, eodem uultu se uidisse exeuntem illum domo, & reuertentem, 3. Tuscul.

XENIVS, a, um. hospitalis: Xenię balneę. pro Cęl. 50 b.

XENOCRATES. de cuius integritate. Attic. 11 a. Ac primo ab ipso Platone Aristoteles & Xenocrates, quorū alter Peripateticorum, alter Academię nomen obtinuit, 3. de Orat. Nam Speusippus Platonis sororis filius, & Xenocrates, qui Platonem audierat, & qui Xenocratem Polemo & Crantor, nihil ab Aristotele, qui unā audierat Platonē, magnopere dissenserūt, copia fortassē & uarietate dicendi pares non fuerunt, de Or. Nec uero eius (Aristotelis) condiscipulus Xenocrates in hoc genere prudentior, in cuius libris qui sunt de Natura deorum, nulla species diuina describitur, 1 de Natur. Xenocrates, cum legati ab Alexandro quinquaginta ci talenta attulissent, quę erat pecunia temporibus illis, Athenis pręsertim, maxima, adduxit legatos ad cœnam in Academiam: ijs appositis tantum quod satis esset, nullo apparatu. Cum postridie rogarent eum, cui numerari iuberet, Quid: uos hesterna, inquit, cœnula non intellexistis, me pecunia non egere? quod cum tristiores uidisset, XXX. minas accepit, ne aspernari regis liberitatem uideretur, Tusc. q. lib. 5. Xenocrates animi figuram, & quasi corpus negauit esse, uerum numerum dixit esse, ut iam Pythagorę uisum erat, cuius uis in natura maxima esset, Tuscul. q. lib. 1. Xenocrates & superiores animum (corporis expertem) esse dixerunt, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Quę mihi res multō honorificentior uisa est, quàm aut illa quum iurare tui ciues Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt, ad Att. lib. 1. 11, Qui igitur aut hunc prohiber, aut etiam Xenocratem illum grauissimum philosophorum exaggerantem tantopere uirtutem, & extenuantem cętera, & abijcientem, in uirtute nō beatam modo uitam, sed etiam beatissimam ponere, Tuscul. Contraq; patrem eius, illum qui Tib. Gracchi conatus perditos uindicauit, nullam comitatem habuisse sermonis, nec non Xenocratem quidem seuerissimum philosophorum, ob eam rem ipsam magnum & clarum fuisse, Off. Nam cum reliquisset duos prętiantissimos studio atque doctrina, Xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagiritem, 1 Acad. De Platone.

XENOPHANES. Et quàm non multum (dissenserunt) à Platone Megarici, quorum fuit nobis disciplina: cuius, ut scriptum uideo, princeps Xenophanes, quem modò nominauj, 2 Acad. Xenophanes unum (ait) esse omnia, neq; id esse mutabile, & id esse deum, neqte natum unquam, & sempiternum, & conglobata figura, Ac. q. ed. 1, lib. 2. Tum Xenophanes, qui mente adiuncta, omne præterea quod esset infinitum deum uoluit esse, de ipsa mente item reprehendit, ut cæteri, 1. de Nat.

XENOPHON. tis. Orator. 199 b, Xenophon, cuius sermo est melle dulcior, sed è forensi strepitu remotissimus. & 202 b, Xenophontis uoce musas quasi locutas ferunt. Xenophon Socraticus (qui uir & quantus in ea militia, qua cū Cyro minore perfunctus est) sua scribit somnia, quorum exitus mirabiles extiterunt. Mentiri Xenophontem ad defirare dicemus, 1. de Di. Denique etiam à philosophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille, post ab Aristotele Callisthenes comes Alexandri, scripsit historiam: & hic quidem rhetorico penè more, ille autem superior leniore quodam sono est usus: & qui illum imperum oratoris non habeat, uehemens fortasse minus, sed aliquanto tamen est, ut mihi quidem uideatur, dulcior, 2. de Or. Instituit Xenophon Agesilaum. 3. de Ora. Vincunt tamen artificio beneuolentiæ colligendæ, qui neque Cyrum Xenophontis, neque Agesilaum nouerint, 1 ad Qu. Fr. Vnus enim Xenophontis libellus in eo rege laudādo facilē omnes imagines omnium, statuasque superauit, 5 Famil. de Agesilao loquens: Multa ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos legite quæso studiose, ut facitis. Quām copiose ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur, de Sen. Pocula, sicut in symposio Xenophontis est, minuta atque rorantia, de Sen. Apud Xenophontem quærit Socrates unde animam arripuerimus, si nulla fuerit in mundo, 3. de Nat. Cyrus ille à Xenophonte nō ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiē iusti imperij: cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur. quos quidē libros nō sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat. Nullum est enim prætermissum in his officium diligentis & moderati imperij, 1. ad Quint. Frat.

XENOPHONTEIVS, ia. Gratiamque illam, de qua suauissimè quodam in procemio scripsisti, à quo te flecti non magis potuisse demonstras, quàm Herculem Xenophonteium illum a uoluptate, 5. Fam. Tum facillimè ex eo libro, quem de consulatu, & de rebus gestis suis conscripsum molli & Xenophonteio genere sermonis misit ad A. Furium poetam familiarem suum, de Clar. 176 b.

XENOPHONTIVS, a, um. Epistol. 67 b, Herculem Xenophontium ferunt, &c.

XERXES. Nam Xerxes quidem refertus omnibus præmijs, donisque fortunæ, non equitatu, non pedestribus copijs, non nauium multitudine, non infinito pondere auri contentus, præmium proposuit qui inuenisse nouam uoluptatem, qua ipse non fuit contentus, Tusc. q. lib. 5. Nec sequor Magos Persarum, quibus authoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur, quod parietibus includerēt deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera, 2. de Legi. Non manibus, ut Xerxes, sed rationib. deorum immortalium templa & aras euerterit, de Nat. d. 1.

XYSTVS, sti. porticus. de Cl. 169 b, Cum inambularem in xysto, & essem ociosus domi. de Opt. 243 a, Spaciari in xysto. Acad. 3 b, Cum pauca in xysto locuti essemus, tum eodem in spacio cōsedimus. Atti. 5 à, Gymnasium xystusque.

Y

YOr. 212 a, Purrum semper Ennius, nusquā Pyrrhū: ut patefecerūt Fruges, non Phryges: ipsius antiqui declarāt libri. nec enim Græcā literam adhibebāt. nunc autē etiam duas, & cum Phrygum, & cū Phrygious dicendum esset, absurdum erat aut tantum barbaris casibus Græcam literam adhibere, aut recto casu solū Græce loqui. tamen & Phryges & Pyrrhum aurium causa dicimus. Ac. 56 a. P. Sulla, pro P. Sylla.

Z

ZAleucus. Zaleucū quis leges Locris scripsisse nō dixit? 6. ad Att. Quod idem & Zaleucū & Charondam fecisse uideo: quum quidem illi non studij & delectationis, sed reipub. causa leges ciuitatibus suis scripserunt, 2. de Leg.

ZELOTYPIA, piæ. obtrectatio, quam intelligi zelotypiam uolo, est ægritudo ex eo, quod alter poriatur eo, quod ille ipse concupierit. Attic. 162 a, Offensio nostra, quæ magis ζηλοτυπία mea, quàm ab iniuria nata est.

ZENO, onis. Ac. 33 b, Zeno qui inuentor & princeps Stoicorum fuit. & de eodem 36 a, Iam Polemonem adiuuerunt assiduè Zeno & Arcesilas. Sed Zeno cum Arcesilam anteiret ætate, ualdeque subtiliter differeret. & peracutè moueretur, corrigere conatus est disciplinam, Ac. q. ed. 2. lib. 1. Et si Zeno Cittiæus, aduena quidam & ignobilis, uerborū opifex, insinuasse se in antiquum philosophiam uidetur, Tusc. qu. libr. 5. Zeno Eleates perpessus est omnia potius, quàm conscios delendæ tyrannidis indicarer. Tusc. qu. lib. 2. Zeno ad uisa quasi accepta sensibus assensionem adiungit animorum, Acad. qu. ed. 2. lib. 1. Zeno ijs solùm uisis adiungebat fidem, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum, quæ uidentur, Ac. ed. 2. libr. 1, Zeno quòd suam, quòd propriam speciem habeat, cur appetendum sit, id solum bonum appellat, de Fin. li. 4. Zeno arbitrabatur omnium perturbationum matrem esse immoderatam quandam intemperantiam. Ac. ed. 2. lib. 1. Zeno arbitrabatur nihil quicquam effici posse à natura corporis experte. Ac. qu. ed. 2 lib. 1. Zeno autem (ut iam ad uestros Balbe ueniam) naturalem legē diuinam esse censet, eamque uim obtinere recta imperantem, prohibentemq; contraria, 1 de N. Zeno comprehensionem inter scientiam & inscientiam collocabat, eamq; neque in rectis, neq; in prauis numerabat, Ac. q. ed. 2. lib. 1. Zeno census iunctos esse censuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, Ac. qu. ed. 2 lib. 1. Zeno nihil censuit deesse uirtuti, Ac. qu. ed. 1. lib. 2. Zeno quod aut efficeret aliquid, aut quod efficere tur, censuit non posse non esse corpus, Ac. qu. ed. 2. lib. 1. Zeno non tā rebus, quàm uocabilis ueteris Academiæ disciplinam commutauit, Aca. qu. ed. 2 lib. 1. Zeno, quasi corporis simus expertes, animum solum complectitur, Ac. q. ed. 1. lib. 2. Zeno ita cōcludit, Quod ratione utitur, melius est, quàm id quod ratione non utitur: nihil autē mundo melius: ratione igitur mundus utitur, 3 de Natur. Zeno, cum ægritudinem definit, opinionem mali præsentis recentem, uerbum (recens) sic interpretatur, ut non tantum illud recens esse uelit, quod paulo antè acciderit: sed quàm diu in illo opinato malo uis quædam insit & uigeat, et quædam habeat uiriditatem, tandiu appelletur recens, Tus. libro 3, Zeno naturam ita definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum ad gigendum progredientem uia, 2 de N. d. Zeno manui dialecticam & eloquentiam similem esse dicebat, Or. Zeno comprehensionem esse dicebat, cùm manum planè compressérat, pugnumque fecerat, Ac. ed. 1. lib. 2. Zeno nō eos solùm, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, cæterosque sigebat maledictis: sed Socratem ipsum, parentē philosophiæ, Latino uerbo uteus, scurram fuisse dicebat, &c. de N. de. 1. Zeno nonnulla esse falsa dicebat, quæ sensibus uiderentur. de N. d. 1. Zeno cum lęuam manum admouerat, & pugnū dextæ arctè uehementerq; compressérat, sciē tiam talē esse dicebat, Ac. q. ed. 1 lib. 2. Zeno rhetoricā palmæ, dialecticā pugno similem esse dicebat, de Fi. li. 2. Zeno dixit ignē esse quintam naturam, ex qua ratio & intelligentia oriretur, de Fini. libro 4. Zeno uirtutes nullo modo seiungi posse disserebat. Acad. q. ed. 2. lib. 1. Zeno uisum inquiebat esse, cùm extensis digitis aduersam manum ostendebat, Ac. q. ed. 1. lib. 2. Nam per gestus quid esset, scire conficiebat. Zeno iter rectè factum, τὸ κατόρθωμα, & prauè seu peccatum ἁμάρτημα medium quoddam locauit, quod per se nec bonum, nec malum esset, sed adiectis certis circunstantijs nunc in bonis, nunc in malis numeretur, nempe officia & seruata & prætermissa, Ac. q. ed. 2, lib. 1. Zeno Epicureus, cùm à Carneade plurimum dissentiret, unum tamen præter cæteros mirabatur. Acad. q. ed. 2. lib. 1.

Zeno uirtutem cuiquam adesse negauit, nisi ea uteretur. Ac.q.ed.2.lib.1. contra Aristotelem, qui uirtutem etiam in dormiente, nihilque agente locat. Zeno scientiam nomi natrit id, quod sensu ita erat comprensum, ut ratione conuelli non posset, Ac.ed.2.libro 1. Zeno nihil aliud numerauit in bonis, nisi solam uirtutem, Ac.q.ed.2.li.1. Zeno quatuor tantum elementa seu initia rerum ponit: nêpe ignem aerem, aquam & terram, Ac.q.ed.2.lib.1. Zeno rectè facta sola in bonis actionibus, praué, id est, peccata, in malis posuit, Acad.q.ed.2. lib. 1. Zeno omnem uirtutem in ratione posuit, contra ueterum philosophorum opinionem, Ac.q. edit.2. lib.1. Zeno premebat quæ dilatabantur à nobis, de N.deo.2. Zeno inuentor & princeps Stoicorum fuit, 4 Ac. & 3. de N. Zeno Stoicorum princeps, non tam rerum inuêtor fuit, quàm nouorum uerborum, de Fi. lib. 8. Zeno contrahi animum, & quasi labi putat atq; concidere, & ipsum esse dormire, Di. lib. 2. Zeno in una uirtute positam beatâ uitam putat, Ac.ed.1.lib.2. Zeno perturbationes putabat esse uoluntarias, opinionisq; iudicio suscipi, Ac.q.ed.2.li. 1. contra antiquorum philosophorum doctrinam, qui eas naturales esse dicebant, & in ea animi parte, quę rationis est expers, constituebant. Zeno omnia quæ essent aliena fir mæ & constantis assensionis, à uirtute, sapientiaq; remouebat, Ac.q.ed.2.libr. 1. Me audiente Athenis senex Zeno Epicureorum acutissimus contendere, & magna uoce dicere solebat, eum esse beatum qui præsentibus uoluptatibus frueretur, consideretq; se fruiturum aut in omni, aut in magna parte uitæ, dolore non interueniente: aut si interueniret, si summus foret, futurum breuem: si productior, plus habiturum iucundi, quàm mali, 3. Tusc. Quæ breuius concluduntur (ut Zeno solebat) apertiora funt ad reprehendêdum, de N.d.2. Zeno quidem ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. nam cum compresserat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse, &c. de Ora. Magnam molestiam suscepit, & minimè necessariam primus Zeno, pòst Cleanthes, deinde Chrysippus, &c. 3. de N. Honestum autem quod ducatur à conciliatione naturæ, Zeno statuit finem bonorum, qui inuentor & princeps Stoicorum fuit, Ac.q.ed.1.lib.2. Zeno statuit cœlum esse ignem, qui quidque significaret, Ac.q.ed.2.libr.1. Zeno quum Hesiodi Theogoniam id est, originem deorum interpretatur, tollit omnino usitatas perceptasque cognitiones deorum. 1. de Nat. Zeno sensibus etiam fidem tribuebat, Ac.q.ed. 2. lib. 1. Zeno neminem uolebat esse scientiæ compotem, nisi sapientem, Ac.q.ed.1.lib.2. Zeno perturbationibus quasi morbis sapientem carere uoluit. Ac.q.ed.2.lib. 1. Zeno uult assensionem animorum esse in nobis positam & uoluntariam, Ac.q.ed. 2.libro 1. Zeno nihil noui reperire, sed superiores philosophos emendare uoluit immutatione uerborum, Ac.q.ed.1.lib.2. Zeno plurimis nouis uerbis usus est, noua enim dicebat, Ac.q.ed.2.li.1. Qui cùm Zenonis auditor esset, Vides quantum ab eo dissenserit, & quàm non multum à Platone Megarici, quorum fuit nobilis disciplinam: cuius, ut scriptum uideo, princeps Xenophanes, quem modò nominaui: deinde eum secuti Parmenides & Zeno, Ac.q.ed.1. li.2. Persius, Zenonis adiutor, eos dicit esse habitos deos, à quibus magna utilitas, ad uitæ cultum esset in uenta, ipsaque res utiles, & salutares deorum esse uocabulis nuncupatas, 1. de Natur. Zenonis breues & acutulæ conclusiones, 3. de N. Zenonis inuenta, pro Muræn. Posse enim asotos ex Aristippi, acerbos è Zenonis schola exire, 3. de Nat. Zenoni comprehensio facta sensibus, & uera & fidelis esse uidebatur. Ac. q. ed. 2. lib. 1. Sapiens ne non timeat, nec si patria deleatur, non doleat, satis durum: sed Zenoni necessarium, cui præter honestum nihil est in bonis, 4 Acad. Zeno & reliquis ferè Stoicis æther uiderur summus deus, mente præditus, qua omnia regantur, Aca. q.edit.1.libro 2. Zenoni, eiusque auditori Aristoni placuit, bonum esse solum, quod honestum esset, Tuf.q.lib. 5. Zeno ni præter honestum, nihil est in bonis. Ac.q.ed.1.lib. 2. Zenoni homini acuto placuit loquêdi libertas, 9. Fam. 50. Zenoni Stoico animus ignis uidetur, Tuf.q.lib. 1. Cleanthes, qui Zenonem auditu unâ cum Aristone, tum ipsum mundum deum dicit esse: tum totius naturæ menti atque animo hoc nomen tribuit, tum ultimum & altissimum, atque undique circunfusum & extremum, omnia cingentem atque complexum ardorem, qui æther nominetur, certissimum deum: iudicat 1. de N. Zenonem quem Philo noster Coryphæum appellare Epicureorum solebat. de Na.d.1. Anaxarchum Democritum à Cypro tyranno excarnificatum accepimus: Zenonem Eleatem in tormentis necatum de Nat.d.lib.3. Inter Zenonem & Peripateticos nihil præter uerborum nouitatem interesse, Tusc.q.li.5.

Zethvs. Vti apud Pacuium Zethus cum Amphione, quorũ controuersia quum de musica inducta est, disputatio in sapientiæ rationem & uirtutis utilitatem consumitur, 2 ad Her. Miror cur philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuuianus, propè bellum indixeris, 2. de Or.

Zevgma. opp. Qu. Frat. 3 13.

Zeuxis. Vna est ars ratioque picturæ, dissimilique tamen inter se Zeuxis, Aglaophon, Appelles: neque eorum quisquam est, cui quicquam in arte sua deesse uideatur, 3. de Orat. Neque enim putauit (Zeuxis) omnia, quæ quæreret ad uenustatem, uno in corpore se reperire posse, ideo quod nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit, 2. de In. 62 a, Itaq; (Crotoniatæ) Heracleten Zeuxin, qui tũ longe cæteris excellere pictoribus existimabatur, magno precio conductum adhibuerunt. Is & cæteras tabulas complures pinxit, quarum nonulla pars usq; ad nostram memoriam propter fani religionem remansit: & ut excellentem muliebris formæ pulchritudinem mutaꝰ in sese imago contineret, Helenæ se pingere simulachrum uelle dixit, &c. 2. de Inu. 62 a, Similis in pictura ratio est, in qua Zeuxin, & Polygnotum, & Timantem, & eorum qui non sunt usi plus quàm quatuor coloribus, formas & lineamenta laudamus. Br. Ζύγημα ponere, 9. Fam. 1. quæstionem. Ζύγημα persoluere, 7. ad Atti.

Zodiacvs, signifer orbis, orbis signorum. de Diuina. 162 b, Vis quædam est signifero in orbe, qui græcè ζωδιακὸς dicitur, talis, ut, &c. de Diuin. 89 b, Dextrorsum orbem flammeum, radiatum solis linquiter cursu nouo. de Diui. 90 a, A dextera occipit rursum, ab læua signum præpotens. de N. 36 b, Orbis signorum. & ibi. Orbis signifer. Item ibid. Longitudo & latitudo signiferi orbis. de Diu. 126 b, 127 a, De signifero orbe, & eius partibus, & ui & motu. Tuscula. 162 b, Tum in eodem orbe in XII partes distributo quinque stellas ferri, &c. Item: Zodiacum hunc Græci uocitant, nostrique Latini Orbem signiferum perhibebunt nomine uero.

Zonarii. qui zonas, hoc est cingulos faciunt. pro Fl. 149 b, Sutores & zonarij.

Zopyrvs. Cum multa in conuentu uitia collegisset in eum (Socratem opyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est a cæteris, qui illa in Socrate uitia non agnoscerent: ab ipso autem Socrate subleuatus est, quum illa sibi uitia inesse, sed ratione a se deiecta diceret, 4. Tuf. Quid? Socratem, non ne legimus quemadmodum notarit Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, uultu, fronte pernoscere? stupidum esse Socratem dixit & bardum, quòd iugula concaua non haberet obstructas eas partes & obturatas esse dicebat. Addidit etiam mulierosum, in quo Alcibiades cachinnũ dicitur sustulisse, de Fat.

Zostera. loci nomen. Attic. 74 a, Pireæo, ad Zostera uenimus, &c. cursum confecimus.

Deo Opt. Max. & uero sit omnis
honos & gloria.

FINIS.

INDEX VTILISSIMVS, IN QVO VERBA INNVMERA FERE BARBARA, VEL LATINA QVIDEM, SED NON CICERONIANA, INDICANTVR: QVIBVS

Ciceroniana, id, est, elegantissima subijciuntur, ut si quando aliquid elegantius in memoriam reuocare uelimus, hoc quasi monitore utamur. quod si quis facere uolet, non minimam hinc, opinor, ad dicendum scribendumq; sentiet utilitatem.

A Bominor. sum auersus ab aliqua re, aliquid tanquam religioni habeo, offensionem atque fastidium ad aliquam rem habeo, aspernor, ligio, respuo, perhorresco, de ratior.

Abortio, uel abortior. pro Cl. 34 a, Mulier sibijpsa partũ medicamentis abegit.

Accentus, uox, sonus. Ora. 20 a, Vocis tres omnino sunt soni, inflexus, acutus, grauis. & ibid. Ipsa natura quasi modulaꝰ retur orationem, in omni uerbo posuit acutã uocẽ, nec una plus, nec à postrema syllaba citra tertiam. Att. 189 b, Lenius. Or. 514 a.

Accidentia nominum & uerborum, res quæ nominibus & uerbis sunt attributæ. de In. 50 a, b. Vide Consecutio.

Aceruo. coaceruò, accumulo.

Acesco. coacesco.

Actu esse. re uel reipsa esse in rerum natura esse uel non esse. l. locis suis.

Acuitas, acumen.

Additius. addictus, affrictus de Vn. 201 b, Credere alicui, quanquã nec argumentis nec rationib. certis eius oratio cõfirmatur. Item: Cum alijs isto modo, qui legibus impositis disputant, nos in diem uiuimus, quodcunque nostros animos probabilitate percussit, id dicimus: itaque soli sumus liberi.

Adimpleo. expleo, impleo. ad omnia. ad omnes res. Ep. 87 b.

Adoptiuus filius. Iudicio & uoluntate, filius. Cic. pro Sex. Rof.

Adoro. colo, ueneror. de D. 84 b, Ritè igitur ueteres, &c. præcipuè ingenti coluerũt numine diuos. de Le. 172 b, Qua mente, qua pietate religiones colat de D. 126 a, Iupiter puer cũ Iunone, &c. qui castissimè colitur à matrib.

Adriaticus, Adrianus: urma re Adrianum: id est, mare superum.

Aduersitas, res alicuius aduersæ, turbidæ res. grauis fortuna. pro Mil. 117 b.

Adulteratus. fucatus, fallax, fucosus, adulterinus.

Aduno. in unum locũ congrego, in unum conduco, in unum redigo, in unum confero. I. A. 223 a.

Aequanimis, uel æquanimus. qui æquo animo est.

Aequanimitas. animus æquus, animi æquitas. Ep. 88 b.

Aequilaterus. In Ar. Huic spacio ductum simili latus extat utrunque.

Aequiualẽs. quòd idẽ. ualet par. At. 87 b, Ego tamen habeo ἰσοδυναμέστατα. 1. exceptiõnẽ, ut aiunt, æquiualentẽ. pro Mu. 134 a, Par dignitas ad consulatus petitionem in hoc & in illo fuit.

Affabiliter. comiter.

Affectatio. appetitio, consectatio.

Affectatus. nimis exquisitus, appetitus, putidus, odiosus, qui omni ex genere oratio nem aucupatur, oẽs undiq; floculos carpit. pro Sest. 25 a.

Affirmatiuus, aiens.)(. Negans. Top. 224 b.

Afflatio. motus, uaticinatio. l. Vaticinatio.

afflatus. mente permotus, furore diuino incitatus, insanus, furens, qui humanos sensus amiserit, diuinos affecutus sit, mente incitatus, animi ardore aliquo inflammatus atq; incitatus.

Agibilis. Senectus auocat à rebus gerendis, uir acer & industrius.

Alatus. uolucer ales, aliger.

Albedo. color albus, cãdor

Aliqualiter. aliquo modò uel ratione.

Aliquantisper. paulisper, paumper.

Allegare. afferre, citare, laudare.

Allocutio. compellatio.

Alternatio. uicissitudo.

Alteruter, uterque alter, ad Her. 22 b.

Amatus. gratiosus, qui apud omnes in maxima gratia est.

Ambages. circuitio, anfractus. pro Qu. 80 a, Aliquo circuitu ad id peruenire quo uelis.

Angusto. in angustum adduco uel deduco, coangusto, contraho, angustum facio.)(. Dilato.

Animalculum. bestiola.

Animo. animum alicui do. Ep. 13 b.

Annihilari. in nihilum interire, occidere in nihilum, in nihilum recidere, perire.

Antarcticus. antaxon.

Ante omnia. in primis, præcęteris.

Anterior. superior.

Anticatones. Cæsar contra Catonem. Top. 229 a, & Atti. 199 b, & 221 a.

Antiquitus. bonis temporibus. Of. 45 a.

Antrum. spelunca.

Apologia. τρόλογον.

Apostrophe. pro Fla. 159 a, Neq; uerò te Massilia prætereo, quæ, &c. l. Auerto.

Apparens. expressus, eminens.

Apparẽtia. species, uisio, uisus. id in Curione speciẽ oratoris alicuius efficit.

Applaudo. plaudum do, ad hinnio.

Approprio. uendico, adscisco.

Aptitudo. habilitas.

Aptus natus. natus aptusq; ad dicendum. de Or. 93 a.

Aquaticus. aquatilis, nans, natans, aquarum incola.

Aquẽ. humidus. Tusc. 156 b, & 162 a, & de N. 66 a.

Arbitrium liberum, Cicero appellat uoluntatem liberam.

Arcto. coarcto, coangusto.

Armilustrium. tanquã si arma militis inspiciũda sint. pro Cec. 296 b.

Arsus. deflagratus.

Artificialis. artificiosus, qd habet artem.

Asylus. asylum, ara, perfugium. qui nisi in aram tribunatus confugisset, profectò, &c. pro Do. 235 a, Hoc perfugiũ ita sanctum est omnib. ut inde abripi neminem fas sit: id est, sua cuiusq; domus.

Asser, uel assis. tabula.

Assertor. uindex.

Assuefacio. exercitatio consuetudoq; patiendi. Tusculan. 243 a.

Audibilis. subauditum cadens

Augmentabilis.)(. Crescendi accessionem nullam habẽs. de Fin. 99 b.

Augmẽtatio. amplificatio. accretio.

Augmentator. amplificatõr.

Augmento, augeo, amplifico, magnum uel maius facio, propago. pro Cæl. 45 b, Verbis paruam rẽ magnam facio. & 46 a, Qui hæc ex minimis tanta fecerunt. de Di. 81 a, Ea Cleanthes paulò uberiora fecit. Item: Simulachrum Iouis maius facere.

Augmentum, amplificatio, incrementum.

Authenticè. αὐθεντικῶς. At. 162 b, & 250 b, Id enim αὐθεντικῶς narrabant.

Auto didactos. Epi. 104 b, Nullam artem sine interprete & exercitatione posse percipi. & de Or. 146 a.

Aux. quæ ab astrologis dicitur aux, hanc quidam à cicerone iugum appellari dicunt. l. Iugum. ut luna in iugo.

Auxiliator. adiutor.

Balbvties. hæsitantia linguæ.

Balsamo. ταριχέω. He. 55 b, l. Condio.

Barbitõsor. tõsor & tõstrix.

Becchata. morsus.

Benefactor. benemeritus, benemerens.

Benefit. benignè fit. pro Pl. 269 b: Vt his benigne à populo factum uideretur.

Bene ominare, dij meliora

Beneuolo. beneuolentiam erga aliquem habeo. & Terent. 72 b, Tibi bene ex animo uolo.

Beo. beatum facio.

Bibitio. potatio.

Biformis. biformatus, & triformis. Chimera. Hor. 34.

Blasphemia. excreatio, maledictũ. ad Att. 243 a, Sed βλασφημίαν mittamus.

Blasphemo. execror.

Bona uerba. Terentianum est, Dij meliora, Ciceronianũ.

Boreas. aquilo.

Brauium. stadium.

Breuiarium. epitome.

Breuio. breuefacio.)(. Longum

gum facio.
Bruti. bestia, muta, bestia pecus.animal.
CABALA.d Sō.130a.&129 b,Si cupiat proles illa futurorum hominum, deinceps uniuscuiusq; nostrum à patribus acceptus posteris prodere,tñ,&c.& de Am.112,b,qd ab Archita(ut opinor) dici solitum nostros senes cōmemorare audiui,ab alijs senibus audium.de Leg. 179 b, De sacris hæc sit una sententia, ut conseruentur semper, & deinceps familijs prodantur, & ut in lege posui,perpetua sint sacra.& 184 b, Deinde etiam deinceps posteris prodebatur ad imperium.
Caco.detractio confecti & consumpti cibi.
Calceo.induo.
Calculo,uoluptatum calculos subduco,ratiocinor.
Calefactiuū. quod uim caloris habet, quod calefacit,calefaciens.
Calendarium.fasti.
Caliditas.calor.
Capite diminutus. qui deteriore iure est.
Captiuitas,ἅλωσις.Att.155 a,Hæc ἅλωσις in qua nunc sumus.
Captiuo, iugum seruile imponо.
Cardinalis.pontifex, ponticum collegium, summū cōsilium.
Carentia. inopia, egestas, uacuitas.
Castigator.uindex
Castrametor.I.A.133 a,Saxa castrorum antea metator.
Casualis.fortuitus, incertus, in causa positus,& illa uerba,quæ casus habent. ad Her. 30 b.
Cataphractus.tectus ac munitus ad pugnandum.
Catarrhus.epiphora.
Carhegoremata, καθηγορήματα,Tus.213 b.
Causatiuus.efficiens.
Causo.efficio,gigno,efficiens sum, importo, causam do.
Ceruicosus.qui nimium sui iuris sententiæq; est. I.V.79 b, Obstinatus.
Chirotheca.manica.
Cholera,bilis.Epist.263 b, χολὴν ἄκρατον noctu eieci.
Chorea.Saltatio.
Chymus. succus is quo alimur.
Cicuritas. mansuetudo animi.
Cinædus.Cylo, puer meritorius, exoletus, catamitus, impudicus, qui turpiter patitur,puer emptus libidinis causa,qui aliorum amori flagitiosissimè seruit.I.C.106 a. Sall. in Cic.270 b. Nihil flagitiosū corpori tuo putasti quòd alteri collibuisset.In. Sall.247 a, Postea quàm ætas eua iā adea patiēda,quę alteri facere a collibuisset,exoluerat.
Circulariter.in orbem.
Circularis ,pbatio. mutua uel in orbem facta,
Cicunlocutio.circuitio, anfractus.
Circumuoluo. in orbē torqueo,
Circumferentia. extremitas,libramentum.
Circūstantia.ad At. 259 a, τὸ κατὰ περίστασιν καθῆκον. Parad. 120 a, Nuda ista si ponēs,iudicari qualia sint nō facilè posunt.ἐκ τοῦ τῆς περιστάσεως. de In. 84 a,Consideranda est nō quid,sed quo quid que animo,qui cum,quo tempore,quàm diu.
Citatus.concitatus, incitatus,excitatus.
Clancularius.furtiuus,clādestinus.
Clanculum.clam.
Clarifico.claro, clarum facio.de Or.157 a,Illustro.
Clasici autores.)(.Plebeij Philosophi.Tu.159 b,Vel ut ita dicā minorum gentium.
Clasicum.bellum.
Clauis imperij.claustra imperij.
Clima.quasi cingulus.
Coactè.per uim.
Cęptum. inceptum, cœptus.
Cognoscibilis.habens cognitionem.
Coincido.concurro,hęc in unam formam cadunt omnia. Or.200 a.
Coitus.concubitus,coniunctio,complexus uenereus,obscęna uoluptas commiscendorum corporum, libidō, uenereis uoluptatib.frui, rebus uenereis uti.
Combino.connecto.
Comitatio.affectatio, comitatus.
Commensalis. conuictor.
Comparatiuè, comparatè.
Compassio.συμπάθεια,misericordia.At.66 a, Et si quęris,nulla est magnopere commotaσυμπάθεια.& 78 a, Ita cerno συμπάθειαν amoris tui. & 101b,συμπαθῶς tēdealiquo scribere. Omnes odio Oppianici & illius adolescētis misericordia commouentur. pro Quint.18 a,Vt aliquando misericordiam caperet aliquam, si non propinquitatis,at ætatis suæ.Att. 260 b, Malè narras de nepotis filio, ualde me herculè moueor, & molestè fero.
Cōpatior. συμπάσχω, misericordiam capio.Att.189 a, Commotiūculis συμπάσχω, misericordia moueor.
Complexa & cum complexione,Coniuncta.Græcè κατὰ συμπλοκήν.
Complexio.constitutio.
Composita ex elementis. concreta,conflata.
Cōputatio.calculus, rationes ciuitatum.pro R.P.124 a
Computus.Att.220 a, Ratio sumptuaria.
Concausa. adiuuans causa.
Conceptus mentis.sensa mentis,cogitata,cogitationes.
Concernere.pertinere.
Concessio.concessus.
Conciuis.ciuis. pro S. Ro. 24 a.Quin.scæuola à ciuibus suis interemptus est.
Concoctio.digestio.
Concordantia. concentus, consecutio.
Concorditer. cōiunctis sententijs.I.V.233 b.
Concupiscentia.libido,cupiditas.
Condenso.constipo.
Conditionalis.connexum.
Conditura. conditio ciborum.
Condolentia.συμπάθεια.
Cōfabulatio.λίχνη quędam quæ habet collucutione ipsa suauitatem,colloquium.
Confessus. concessus, certus.de D.130 a.
Confisco.Asc.53 a,Vnde fiscus pecunia publica, & cōfiscari dici solet. In A. 233 b, Bona eius censeo publicè posfidenda.publicè proscribo.
Congruè.congruenter.
Congruus.congruens.
Connexè.contexè, consertè.
Connumero, numero, ad numerum adscribo, colligo, in deorum numero repono. Q.F.327 b,Eumq; certū Cos. cum Domitio numerasti.
Consanguinitas. sanguinis coniunctio.
Consequenter. deinceps.
Consonare,consentire,concentum efficere.
Consortium. consortio uel consociato.
Constellatio.situs cęli & stellarum.de D.127 b.
Constringere. cogere, uim adhibere.
Cōsummatus.absolutus & perfectus, ingenio præstanti & eruditione perfecta.I.Perfectus.
Contages.contagio.
Contagium.contagio.
Contemplatiuus. θεωρητικὸς βίος.I.A.32 a,Speculator, contemplator.
Contemptus. contemptio, despicatus.
Contentiosus.pugnax.
Contentor. cōtentus sum, non pęniter.
Conterraneus. popularis, eiusdē gentis,nationis,linguę
Contiguus. contingens, quæ inter se pene contingunt. I.Inter.
Contiguus. de Fa. 144 a, Interest inter causas fortuitò antegressas,& inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem:id est,inter causas cōtingentes quas uocant, & necessarias.
Continuitas. continuatio, perpetuitas.
Continuè,assiduè, continēter,usque,assiduè.
Contractus res contracta, commercium.
Contradictorius . contrarius,contraria enunciatio.
Contrafacio,assimulò, ex primo.I.V.147 a.
Contrario,pugno, contrarius sum,confligo.
Contribulis.tribulis.
Contributio.tributum, tributi confectio.
Controuertitur. ambigitur
Contumelior. contumelia insequor,contumeliam impono
Conuentio.conuentus,cōuentum.
Consertatio. consuetudo, usus.I.A.210 a,b.
Conuersor.uersor,consuesco,multum sum cum aliquo, utor,aliquem mecum semper habeo.pro Syl.178 a.
Conuerti & dici ad cōuertentiam.reciprocari, Græcè ἀντιστρέφειν
Conuicior. conuicijs insector.conuicium facio, uerbis uexo,contumelijs uexo, contumelijs aliquem insequor, in aliquem inuado , contumeliā in eliquem iacio , ignominijs aliquem concido , malè dico, furta & libidines cuipiā obijcio.pro Do. 231 b, Cum uerborum contumelijs optimum uirum incesto ore lacerasset. In.A.231. In isto tuo maledicto probrum non modò mihi nullum obiectas, sed etiā laudem illustras meam.Qu.97 a, Conuiciari alicui.
Conuiuo, simul uiuo. Att. 207 a,Posthac poterimus cōmodius colere inter nos in Tusculano.
Copula.copulatio.
Copulatiua propositio. cōiunctio.
Cordialiter.ex animo.
Corono,regnū defero, diadema pono uel impono.
Corporatura.statura, habitus.
Correcte.emendate.
Correlatiua . quæ sub eandem rationem cadunt.
Correspondeo. respōdeo, consono.
Corrugo.contraho.
Corruptio.
Corruptio.interitus, dissolutio.
Creditū. pecunia credita, de Pro.70 a,& I.P.98 a.
Crepo. cūcrepo, percrepo.
Criminalis. capitalis.In.V. 112 b,Rerum capitalium quæstiones.& 209 a, Rei capitalis rens.de Or. 118 a, Causa criminis , & causa ex crimine. I. Crimen.de Orat. 162 b,causa capitis & lis capitis. Ascon. 65. 66. Criminales causæ & criminalis quæstio. In Var. 36 a, Iudices quæstionum de proximis tribunalibus esse deiectos.
Crucifigo. cruce afficio,cruci suffigo , in crucē ago uel tollo.
Crumena.theca nummaria. Ac.59 a.
Cudo.tundo.
Curabilis. quod curationē recipere potest.
Cursito.curso.
Curto.decurto.
Curuitas.aduncitas.
Curuus.curuatus , aduncus tortuosus, incuruus, inflexus, incurtatus,uncinatus.
Cuspis.mucro.
Ciclopædia.encyclopędia.
DAmnifico.damno uel detrimento afficio.pro Deiot. 145 a,Damnum uel detrimētum affreo. Ter. 3 b, Quid illi facias , qui dederit damnū aut malum.
Damnosus. qui alicui damno uel malo est.ut Clementia Cæsari malo fuit.
Dapes.epulæ.
Deauratus.inauratus.
Decens.par,conueniens.
Deceptio. circunscriptio, incupium,tendicula.
Deceptorius. ueteratorius, insidiosus.
Decептor. circuscriptor.I. C.105 b.
Decimo.decusso', hoc modo X.
Decliuis.deuexus,præceps.
Dedecēs.turpis , indecorū.
Defectus. uicium. de Diui. 104 b, Non uicio rerum , sed interpretum inscitia.
Definitū in neutro. res quæ definitur.
Deforis. foris. extrinsecus. I.Foris.I.Extrinsecus.ut in ipsa arte insit. non foris petatur extremum.
Defisco. discedo , desideo, τί τεμοὶ χάνος,&c. At.327 b.
Defico. in deos referio uel depono,consecro,dedico.
Delator.de Am. 108 b, Ne criminib.aut inferendis deleteur amicus, aut credat oblatis.Item:Nec solum ab aliquo oblatas criminationes depellere,sed ne ipsum quidem esse suspicioſum.
Delectabilis.hebēs magnā delectationem.
Dementie. mētem amitto,
Demonstratio quia est , demonstratio ex effectu,&demōstratio qua res conuenire docetur.
Demōstratio propter quid
Demonstratio ex caussa.
Demulceo,delinio , capio.
Dependeo.pendeo.
Deputatus.certus,definitus destinatus, attributus, constitutus,dictus.pro Do.218 b,Pecunia constituta ad emendos agros.& 220 a, Qui de quaq; re cōstituti iudices sunt.
Derisio.ludibrium.
Deriuatus. ductus, productus.I.Ineptus.
Descendentes. posteri , nepotes.
Desertum. desertus locus, uastus,incultus.solitudo.
Deses.desidiosius, inees, languidus.)(. Operosus, semper agens aliquid.de Se. 82 a.
Desidiose.per desidiam.
Designum.ratio,consilium. I.V.72 b.
Desolatio.uastitas.I.Destructio paulò pòst.
Desponsata.desponsa. Q.F. 312 a,Tullliā nostrā Crassipedi esse desponsam.
Destructio.ruina,excidium exitium,excisio , disturbatio, uastitas.
Destructor. interfector patriæ,perditor Reip.
Desuesco.desuesio, consuetudinem aliquid faciendi depono uel detraho.In.A.225 a.
Detego.indico,enuncio, in nuo,aperio,patefacio,illustro. pro Syll.178 a,& Ante.quam. 194 a.)(.Occulto.
Deteriorare. deteriorem facere.
Deturpo.inquino.
Deuio.declino,deflecto, declinare uel deflectere de uia.
Deuotus.religiosus, castus, pius.sanctus, religionibus deditus, religionem colens.)(. Sceleratus.
Dexteritas.commoditas.de N.78 b.
Diameter. media linea. de Vn.199 b,
Diapason.de Som.229 a, Illi octo cursus,in quibus eadem uis est duorum modorum , septem efficiunt distinctos inter uallis sonos.
Dicatio libri. nuncupatio.
Dici ad aliquid. conferri cū aliquo.
Dictamen rationis. communis intelligentia , præscriptio uel præscriptum rationis, summa ratio insita in natura , quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria. de L. 159 a, Summa lex, suprema lex.de L.160 b, Recta ratio. perfecta ratio.& ibid. Homines parere debent huic cœlesti descriptioni mentique diuinæ.& 182 b, Natura que norma legis est.& 184 b, Omnia iussis supremæ legis obtemperant.
Dicterium.dictum.
Diescit. dilucescit. lucescit lucere incipit,lucet.
Differentia . controuersia.
Difficulto.difficultatem,affero.
Dignitas postulatum,Græcè ἀξίωμα.
Diluuium. eluuio terrarū exustio terrarum.de Di. 103 a,Deflagratio futura aliquando cœli atq; terrarum. & Ac. 30 a, Fore aliquando ut hic mundus ardore deflagret. Q. Fr. 326 a, Romæ mira proluuies,magna uis aquæ , &c.
Difcoperio.aperio.
Difconueniens. alienum.
Difcordans.discrepans,uarius.ut uarium ius.)(. Congruens,conueniens.
Difcordantia. discepantia.)(.Consecutio.
Discurro.uolito , uagor.
Discurso.percurso.
Disdiapason. I.P. 8 a, Tamen ea quæ sunt longissimè disiuncta,comprehendam.
Disiunctiua.disiunctio.
Disparitas.uarietas.
Dispensare. soluere legib.
Displicentia.dolor.
Dispositus.affectus.
Dispositio.affectio.
Dissonare.dissentire, discrepare,dissidere.
Disquiro.exquiro, ἐξετάζω.
Ditesco.diues fio , pecuniā facio,rem augeo, patrimoniū amplifico.
Diuersimodè.non uno modo. de D.81 a.
Diuersifico.uario.
Diuersitas.uarietas, dissimilitudo.
Diuinator. diuinus,diuinās ut aruspex, augur, ariolus, uates,coniector. de Natu.12 b. de Di.110 a,At nescio qui ille diuinus. & 118 b,Quædam casu euenium,ut prædicta sunt à diuinantibus.
Diuisibilis.diuiduus.)(.Indiuiduus.
Diuisim. separatim , seorsum.
Dociliter.intelligētер. Par. 232 a.
Doctio.doctrina.
Dogmaticus . cuius libertas differendi amissa est , quique in disputando non suum iudicium sequitur, sed authoritati aliorum paret. de L. 163 a, Nemo illum de uendita & addicta sententia moueré potest, & mancipata. Acad. 3 a, Dogmaticorum & Academicorum differentia. Tusc. 176 a, De obstinatione dogmaticorum. & Off. 58 b. Ad dogmaticos pertinentia. & Eras.in Prouerbio, Claudi more,&c. de N.14 b, Contra dogmaticos hanc tu opinionē,&c. Tus.151 b, Nec tamen quasi Pythius Apollo certa ut sint & fixa,quæ dixero.
Dolendus. habēs dolorem pro Mur.145 b.
Dolentia.dolor)(. Indolētia.
Dolorificos.faciens uel efficiens dolorem, inurens dolorem.
Dominium.mancipium, nexum uel nexus κτῆσις.
Dominatio. dominatus.
Domuitio. domuitio. de Diuini. 95 a, Sed Rhodiorum classi domuitionem dari.
Dubitabilis. habens dubitationem.
Dubium controuersia, difficultas in iudicando, & quasi falebra.&pro Cec.299 b,Omnia in dubium incertumque reuocari. & pro Cæl.49 a,Rē minimè dubitandam in contentione poni.
EBRIO. ebrium.facio.
Ecclesia.ædes sacra , templum.
Echo,imago,saxa & solitudines uoce respondent. pro Arch.189 a.
Effectiuè.efficienter.
Effectiuus.efficiens,habens naturam efficiendi.
Effectu. aliquid præstare re ipsa & exitu.
Efficacia.efficacitas.
Efficaciter. efficienter.
Egenus.egens.
Emphasis. ad Brut. 273 a, Clodius ualde me diligit , uel ut ἐμφατικώτερον dicam , Valde me amat.Item, Illa ipsa rerum humanarum domina fortuna
Encyclopædia.de Ora. 153 a, Omnium bonarum artium societas cognatioque de Cl. 194 a, At uerò ego hoc tempore omni noctes & dies in omnium doctrinarum meditatione uersabar. & 172 a, Mos est hominum , ut nolint eundem pluribus rebus excellere.
Eneruis.eneruatus.
Ens.quod est,natura.
Ensis.gladius , ferrum, in aliquem cum ferro inuadere.
Episcopus.pontifex.
Equiso.agitator.
Eremita.solitarius homo , atque in agro uitam agens.
Eremus.solitudo.I. Desertum
Essen-

Essentia, natura, uis potestas de Orat.90 b, Vim oratoris uniuersam ac propriam definire. & Offic. 4 b, Natura uisque honestatis. de Orator. 123 b, Omne argumentum aut ex sua sumi ui atque natura, aut assumi foris.Orator. 207 a, Eloquentiæ uim ac naturam explicemus.Tusculan.156 b,& de Finibus. 109 b, Quinta illa non nominata magis, quàm non intellecta natura. ad Heren. 32 a, Definitio omnem rei cuiuspiam uim & potestatem dilucide proponit, & breuiter explicat. Quintil. 77 b, οὐσίαν, quam Plautus essentiam uocat, nec sanè est aliud eius nomen latinum.

Euacuo. exhaurio, inanio, uacuum facio, nudum inanēque relinquo.

Euagino.educo,distringo.

Euitatio.declinatio.

Exactè.uel exactius aliquid dicere, uel facere, Accurate, accuratius,subtiliter, limate, exquisite.

